Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

280 E 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

KW 3100 D 4

DESPERATA CAVSA PAPATVS,

Noviſsime prodita à Cornelio Ianſenio Theologiæ Doctore & Profeſſore Regio in Acad. Lovanienſi:

Ubi imprimis magna illa Præjudicia de Reformatorum VOCATIONE, SVCCESSIONE ET SECESSIONE *funditus ſubruuntur.*

Præmiſſa etiam velitatione de MAGIA, Aliiſque ABOMINATIONIBVS PAPATVS.

Authore GISBERTO VOETIO, *ſacrarum litterarum in Illuſtri Gymnaſio Vltrajectino Profeſſore.*



AMSTELODAMI,
Ex Officina IOANNIS IANSSONII.
ANNO MDC. XXXV.

KONINKL. BIBLIOTHEEK TE 'SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Ampliſſimis Prudentiſſimiſque D. D. Prætoribus, Conſulibus, Senatoribus, Syndicis,

CIVITATVM { DORDRACENÆ, HERLEMENSIS, ZIRIZÆANÆ, HEVSDANÆ.

Ampliſsimi, Prudentiſsimique Domini,

SCRIPTIONI huic noſtræ contra Deſperatam Cauſam Papatus occaſionem primùm dedit expoſtulatio, & importunis Cleri Sylvæ-Ducenſis calumniis extorta provocatio quatuor Paſtorum tunc Sylvæ-Ducenſium, cujus provocationis formulam è Belgico idiomate traductam hic exhibemus. Provocatione iſtâ Clericis Sylvæ-Ducenſibus (quos illa propriè pupugerat) ad ſilentium & confuſionem jam redactis, cum Lovanienſes magno illo bellici juris & furoris hiatu à nobis ſeparati, ridicula nimis hiſtrionia, antiprovocatoriam formulam quaſi, cum declamatiuncula (titulo *Alexipharmaci*) tanquam gloſſa corrumpente textum oppoſuiſſent, quo ſocios ſuos Sylvæ-Ducenſes circumfuſâ nebulâ, ut Venus Æneam ſuum, tam vicino, tamque præſenti periculo ſubducerent: coacti ſumus omni ſpe collationis per illos præciſâ (quamvis opportunè importunè, privatim, publicè, per nos, per alios in eadem quaſi navi nobiſcum verſantibus continuo & cominus operam noſtram offerremus) vicariâ ſcriptione eminus cum Lovanienſibus agere, & larvam hiſtrionibus detrahere. Hunc in finem proloquium illud titulo *Declarationis* Belgicè à quatuor miniſtris, & alterum titulo *Philonii Romani correcti* à me eſt editum; ſi fortè alterutro aut utro-

que velites illos in arenam hanc prolicere potuiſſemus. Sed fruſtra remoto ſupparo, propoſitis articulis controverſis reſides animos vellicamus; dum illi ab ipſius cauſæ cognitione, à Scripturarum fontibus quam longiſſime fugere, & ſuos abducere non ceſſant, deliteſcentes ſolum (ut manipularii ſolent) in dumetis & antris cavillationum & præjudiciorum. Ecce enim *Spongiam* ſuam reponit nobis Ianſenius meris abductionibus, virulentiis ineptiſque declamationibus fœtam. Quid hic faceret veritas quæ latebras non quærit, quæ ſemper geſtit occurrere adverſario, ut loquitur Tertullianus? Nimirum quod olim Patribus in defenſione fidei contra Gentiles, ſcripturarum lucem non agnoſcentes, id & nobis hic faciendum fuit, ut ab ipſius cauſæ diſceptatione ſubmoti, fugientium veſtigia prementes & latibula circumeuntes, ſaltem de Exceptionibus declinatoriis & præjudiciis ageremus, & quidem ut plurimum ex teſtimoniis humanis & Papiſticis, ſi fortè Scripturarum lucifugæ propriis ſuis confundi, aut aliis, quorum intellectum captivant, nuditas & deſperatio eorum hinc pateſcere queat. Hic ſcopus noſter fuit; quem ſi aſſequimur, eſt quod nobis gratulemur: ſin minus, videbunt ſaltem noſtri, quibus ſub pœna excommunicationis librorum noſtrorum lectionem prohibere non poſſunt, nos innocentiæ & veritati non defuiſſe, dum minutim omnia conſectamur, & funditus ſubruimus quæcunque Papatui præſtruxiſſe ſe putat Adverſarius. Atque hæc quidem cauſa ſcriptionis. Cauſa inſcriptionis non longè quærenda eſt. Vos enim ii eſtis, Ampliſſimi, Prudentiſſimi Domini, quorum nutu & pio favore ex veſtris Eccleſiis ſubmiſſi ſunt miniſtri ut operam ſuam ad tempus Eccleſiæ Sylvæ-Ducenſi commodarent; à quibus provocatio illa primitus inſtituta eſt, unde ſcriptio omnis nata, atque hæc reſpondendi provincia mihi impoſita. Accedit quod inter omnes lectores & cognitores meos, nullos compellare poſſim, quibus veræ religionis defenſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

gratior aut ſcriptio hujuſmodi acceptior eſſe poſſit, quam iis, qui patrocinio ejus ſemel ſuſcepto tot exantlatos labores, tam præclara certamina contra omnis generis hoſtes, coram Deo, electis Angelis, & toto mundo pro ejus incolumitate ſuſtinuerunt. Accipite ergo ſerenâ fronte opellam hanc noſtram, quam offerimus, ut favore & commendatione veſtra ad alios etiam, quorum intereſt, facilius ea perveniat. Ita vos, Ampliſſimi, Prudentiſſimique Domini, Deus noſter Patriæ & Eccleſiæ diu ſervet incolumes, veſtriſque conſiliis & conatibus quam cumulatiſſimè benedicat. *Heuſdæ Eid. Ianuar.* MDC.XXXIV.

Veſtris AA. DD.

Devotus

GISBERTUS VOETIUS

Eccleſiæ Heuſdanæ Paſtor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

PRÆMONITIO
AD
SVBDITOS PAPATVS.

Venerandi & dilecti in Domino, Domini & Fratres,

B*ELLA Domini pro vobis contra Seductores & Exactores veſtros, contra factionem irreformabilis Cleri jam multis annis gerimus; quo conſcientiis, corporibus & fortunis veſtris à ſecta malignantium, à tyrannide Carnalium in verè Chriſtianam libertatem vindicatis, vos tanquam virginem immaculatam, tanquam ſponſam agni glorioſam unico Servatori, ſponſo & Principi Paſtorum Ieſu Chriſto ſiſteremus. Illi contrà dolis, fraudibus, ſubterfugiis meris, & occultis dedecoris, cauponantur bellum non belligerantur tanquam pro aris & focis: de corio veſtro, hoc eſt, de pretioſiſſimo animorum pignore ludunt, in carne veſtra gloriantur, ut mundo & carni ſuæ libere & ſecure velificentur: Ad cauſæ examen provocati, ad rationis divinæ gyrum à nobis revocati, nil niſi moratoriis (ut olim dicebant, in Collat. Carthag. Catholici) agunt, declinatoriis inhærent, ab equis ad aſinos, ab aſinis ad boves tranſiliunt, atque adeo turpitudinem, nuditatem, deſperationem cauſæ & conſcientiæ ſuæ undique nimis quam manifeſte produnt. Exemplum poſt alios præbet Doctor Ianſenius, mandato ſuperiorum in ſcenam hanc nuper protruſus. Totius hiſtrioniæ anatomen poſt indicia à* Declaratione *&* Philonio *noſtro facta ex illis actibus mecum quæſo attentius cognoſcite.*

Primo *ipſius cauſæ &* totius controverſiæ *(ut ipſe loquitur)* cardinem *attingere non auſus, quamvis opportunè importunè provocatus, vellicatus. Eſt autem ille cardo* Apoſtaſia *&* Idololatria *Papatus (ut nos loquimur) ſeu* Veritas, Antiquitas, Catholiciſmus, Succeſſio *Papatus, ut adverſarii prætendunt. Languet* Alexipharmacum *&* Spongia *ipſius circa præjudicia, præludia, circumſtantias, & generalia quædam (Auguſtin. contra Iulian. lib. I. cap. I.)* quæ ab utraque parte dici poſſunt, quamvis verè dici non poſſint; *juxta vulgatum illud:* Doloſus verſatur in Generalibus. *Secuti ſumus veſtigia ejus per avia, per dumeta, per luſtra quæcunque, ſi quomodo in lucem & campum ex fuga, ex latebris ſuis retrahere lucifugam poſſimus.*

Secundo, *Etiam illa periſtatica ac generalia diſtincte & explicate abſque involutionibus tractare non audet. Nuſquam terminos accurate diſtinguit, nuſquam*

theſes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

theſes ab hypotheſibus, ſtatum inficialem à ſtatu finitudinis, qualitatis & quantitatis: Nuſquam ſtatum controverſiæ, per theſes & antitheſes, ſeu diſtinctas concluſiones recte conſtituit; Sed verborum tinnientium ῥέθρῳ *omnia ſurſum vorſum ferri vult. Nihil ibi occurrit præter ſpectra æquivoca, chimæras bombinantes in vacuo ſeu abyſſo atomorum, voces non voces, nihil ſignificantes, mera ſophiſtices ludibria,* (τὸ γὰρ πολύσημον, ἄσημον, *id eſt, quod multa ſignificat, nihil ſignificat,*) *quæ nec alii nec ipſe Ianſenius certa aliqua ſcientia intelligat, aut intelligi pateretur. Hinc fit ut doli & deceptionis, vanitatis & inertiæ ibi ſatis ſit, ſi quis iis ſe induere velit; exactæ & ſubactæ Theologiæ aut parum, aut nihil: Laxus eſt, diſſolutus, undique patens, undique perfluens, poroſus & ſpongioſus totus, perpetuis contradictionum æſtibus & vorticibus circumactus & abreptus. Ita ſuffecit ipſi non diſputare ſed perorare, ut credulos ſuos ignito eloquio horrore hæreticorum (miniſtrorum ſcilicet) perfunderet, & ab omni inquiſitione averteret. Iuxta illud Servatoris noſtri, Iohan. 3. verſ. 20.* Qui male agit odit lucem, nec venit ad lucem ne arguantur opera ejus.

Tertio, *A fidei & religionis principio infallibili, Sacra ſcilicet Scriptura, fugit ad alia quæcunque; non quod robur aut præſidium cauſæ ibi inveniat, ſed quod tutius, ſaltem diutius poſt illa tanquam carecta deliteſcere ſe putat. Nihil magis horret, nihil magis averſatur quam Scripturarum* membranas & tenebras (*ut blaſphemè eas appellat.*) *Requiem in omnibus quærit, & nuſquam invenit, inſtar ſpiritus immundi loca arida perambulantis. Nuſquam hæret, nuſquam figit, omnia tuta timet; ut ſolent* ἀδημονοῦντες, *id eſt, qui graviſſime anguntur, & deſperabundi. Hæc enim vagatio & circulatio perpetua eorum qui veritatem detinent in injuſtitia; Vt enim Cain, Geneſ. 4. 14.* vagus & infeſtus agitationibus in terra, *quia metuebat ne* quicunque illum inveniret, interficeret. *Sic hodie doctores Irreformabiles à veritate ad antiquitatem, à ſcriptura ad traditiones, à traditionibus ad ſcripturam, ab Apoſtolis ad Patres, à cætu Apoſtolorum ad Concilia, à Chriſto ad Eccleſiam, ab Apoſtolica ad Romanam, à Catholica ad particularem, à toto ad partem, à cætu ad ſedem, ab Eccleſia ad Epiſcopos, ab Epiſcopis ad Papam, à multitudine ad unum, à fide ad ſucceſſionem, à ſucceſſione ad fidem, à ſucceſſione ad magiſterium infallibile, & vice verſa, à jure ad facta, à factis ad jus, à ſeipſis ad alios, ab aliis ad ſeipſos, denique ab omnibus ad nihil, à nihil ad omnia, ſine certitudine, ſine modo, ſine fine diſcurrunt. Ad Patrum conſenſum ſubinde dilapſus, ſive tractus Ianſenius nonnulla eorum teſtimonia attingit, ſed tanquam canis de Nilo bibens, aut tanquam hydrophobus adhibitum admittens liquorem non abſque atro horrore & gemitu,*

——————— & alto
Quæſivit cælo lucem, ingemuitque reperta.

Ad factorum lucem liberius & ſerenius quaſi ad momentum cum pyrauſta exultare

ultare videtur. Age ergo: quandoquidem aliter non poſſumus, & illi coram alieno foro nos convenire, & Patres factorumque lucem appellare libuit, ad Patres, ad factorum lucem ibit. Intravimus cum illo fabricam illam, quia & illic dii ſunt, ſed Ianſenio (ut opinor) nec averrunci, nec tutelares. In Patrum auxiliis prætexendis tam turpiter ſe dedit, ut vel hoc ſolo deſperationem cauſæ ſatis prodiderit. Sed hoc illi cum ſociis commune eſt. Propria & peculiaris ipſi vertigo in factorum ſive præteritorum, ſive præſentium luce, quæ tanquam excellens ſenſibile ita miſero læſit atque abſtulit omnem ſenſum, ut quaſi cælitus præcipiti tenebrarum merſus profundo, cum Elyma Mago Actor. 13. verſ. 11. ubique circumire videatur, quærens qui illum manu prehenſum ducant. Ecce tibi ſyllabum quæſtionum facti, ubi in ſtatu inficiali cæcutiens Ianſenius, aut inſtar raſæ tabulæ nihil animo ſuo tenens, nihil videns, ſtolide ad ſtatum finitudinis aut qualitatis, & τὰ ἑπόμενα progreſſus eſt.

De Vſurpatione primorum Reformatorum, qua ſe ipſos ordinaverant, & nemine vocante ſacerdotium arripuerant.

De Luthero & Zvvinglio, aut ſimili aliquo Reformatore & Præfecto totius Eccleſiæ Vniverſali.

De Calvino, ſolo ſeu proprio doctrinæ noſtræ præformatore, non verò Luthero aut Zvvinglio.

De Calvino primo Eccleſiæ Genevenſis Reformatore.

De Miniſtris primis & nuperis Reformatoribus, qui ſua uſurpatione Præfecturam Eccleſiæ arripuerint, cathedras ſubverterint, Ordinarios deturbarint, templa occuparint, &c. Denique in propria cauſa ſoli Iudices fuerint.

De primis Reformatoribus, monachi aut presbyteri, aut concionatoris exili poteſtate tantummodo inſtructis.

De religione noſtra in Germania tantum non exſtincta.

De Cardinale de Richelieu, quem ait religionem noſtram in Gallia ad extremos agoniæ ſingultus adduxiſſe, ut ſimulatque viſum fuerit, parta foris tranquillitate, ſuffocet.

De majori bonorum vitæque ſecuritate, qua noſtræ religionis homines vivant in Belgio ſub Rege Hiſpaniæ, quam in Gallia.

De diſputationibus de religione ſolennibus per publicas Ordd. Fæderatorum Provinciarum leges interdictis.

De Magiſtratu Sylvæducenſi facto judice controverſiarum, à miniſtris in libello provocatorio.

De corruptelis morum tantum non doctrinæ, cultus aut diſciplinæ, hactenus taxatis à Doctoribus in & ſub ipſo Papatu, ante tempora reformationis & poſt.

De Diabolo Lutheri magiſtro, à quo Reformationem Miſſæ ſe didiciſſe profitetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

De Calvini ſtigmatis & Miraculis, De Zvvinglii ſomnio, De Oecolampadii Epitaphio.

De ſyncretiſmo Calvini, Bullingeri, Vrbani Regii, Luneburgenſium omniumque noſtræ ſynagogæ tribunalium, cum Ianſenii Theologia de ſuppliciis hæreticorum.

De nomine Catholici *quod Papiſtis; &* Calviniſtarum, Gummariſtarum, *quod noſtris totus mundus tribuat.*

De Catalogo teſtium veritatis, de Pleſſæi Myſterio iniquitatis, & libro de Miſſa.

De Riveti Catholico-Orthodoxo, & defenſione Myſterii Pleſſæi, deſertione miniſterii, & vulneribus in diſputatione cum Ieſuita Bayllio acceptis, de fuga ex Gallia, ne videret Ducis Tremolii ad Papiſmum converſionem.

De Centuriis Magdeburgenſibus & hiſtoriis Vignieri, Cæſarii, Lutſenburgii, &c.

De Miniſtris Gallis, qui onera muneris ſui Pleſſæo militi impoſuerunt.

De Hiſtoria Collationis Bellaquæ Belgio hactenus ignota.

De Pleſſæi monſtroſis ſcriptis, deque variis actis in Collatione Bellaquæa.

De nullis Religionis noſtræ hominibus ſupplicio affectis, antequam ſciſma feciſſent, hoc eſt, deſertis Eccleſiis prioribus, proprias ſibi Eccleſias erexiſſent.

De facili dijudicatione controverſiæ de Vocatione miniſtri alicujus, ex ſola factorum luce.

De facilitate probandi & cognoſcendi hoc tempore continuam Eccleſiæ Catholicæ ſucceſſionem realem & perſonalem, à temporibus Apoſtolorum uſque in hunc diem.

De ſeveritate Principum quorundam provocata à noſtrorũ impietate & ἀταξίᾳ, *quæ ſcilicet propria & ſola fuerit cauſa ſuppliciorum.*

De Papiſmo, quod totum ſeu Catholicum fuerit & manſerit poſt reformationem in Occidente; noſtræ vero Eccleſiæ ſint rami difracti, & arefacti, illic ubi ceciderunt. Et quod noſtri non ſint ubicunque Papiſtæ ſunt, Papiſtæ vero ſint ubicunque ſunt noſtri.

Quod noſtri multum novi juris invenerint, Papiſtæ vero nihil.

De dilatatione & amplitudine Papiſmi, & anguſtia & paucitate noſtræ Eccleſiæ.

De nullitate noſtræ Eccleſiæ ante Lutherum.

De VValdenſium, Albigenſium religione & Eccleſiis.

De religione & ſtatu Eccleſiarum Orientalium, item AEthiopicæ, Ruſſicæ, &c.

De ſtatu diſſenſionis Lutheranorum (ut vocat) & noſtrorum in Germania.

De Anabaptiſtis, & Arminianis. De Iudæis.

De Monarchia Siciliæ; quod illa conſiſtat in poteſtate aliqua eligendi Epiſcopos, cum qua eadem ſeu ſimilis ſit Ius patronatus. Quodque ſit gloria poteſtatis Pontificiæ, Ius illud, quod tenet Hiſpaniarum Rex in Sicilia, alteri communicare.

De Origine & antiquitate Cardinalium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

De continuata Succeſſione Pontificum, non obſtantibus hæreſibus, Simonia, Imperatorum intruſione, Antipapis & ſchiſmaticis; vel quia ſedes vacavit, vel quia error fuit dilectionis, non ſciſmatis, quo Antipapam amplexi ſunt.

De nullo Papa hæretico, qui ſcilicet talis in ſede manſerit.

De Rebellione inchoata ab Ordinibus Hollandiæ.

De mulieribus apud nos tam procacibus, ut etiam docere audeant.

De Annatis, Vnionibus, Regreſſibus, Exſpectativis &c. ex Eſpencæo à me notatis: quod ſcilicet in Papatu legibus ſeverè prohibeantur & puniantur.

De Iuramento Epiſcopali; deque Epiſcopis pueris, titularibus.

De deſignato & certo legitimo Petri ſucceſſore, ex. gr. Clemente VIII. aut Vrbano VIII. fide non credendo.

De Voetii exprobratione, qua ſacerdotes omnes dicit fures; & altera, qua Ianſenio objicit oſtentationem linguæ Latinæ, Græcæ & Hebraicæ.

De ſtylo ſcholaſtico à Voetio expetito, deque contemptu Eloquentiæ.

De Voetii blaſphemia, qua invocationem Dei ſuper creaturas dixit Diabolicam incantationem.

De Miniſtrorum trepidatione ad ſtylum Ianſenii & conſilii omnis inopia, & quod poſt anxiam diuturnamque deliberationem tandem Voetium ſubornarint, cui ex ſcedis ſuis ſuggeſſerint, quæ reſponderet ad Alexipharmacum Ianſenii.

De Voetii ignorantia in linguis & Theologia, & quod cum ſuis horreat ac fugiat quæſtionem de Vocatione & Succeſſione.

De commentis & calumniis Voetii, quæ Ianſenius favente Papa & Papatu neget eſſe ſua aut ſuorum, ſed tanquam commenta noſtra deteſtetur: Non eſſe aliud nomen ſub cælo quam nomen Papæ*:* Non eſſe librum canonicum ſine ipſius authoritate*:* ipſum eſſe Regem Deo ſimilem, quem omnes populi debent adorare, cui omnis ſit poteſtas in cælo & in terra, qui ſit radix David, liberator ex Sion, divina Majeſtas, &c.

De Ianizaris, Papæ in Curia officiariis, deque fulminatione excommunicationum, unde Papa dicitur Fulminator.

Atque hæc materia, hæc forma Spongiæ Ianſenii, non ad ſananda vulnera aut ſua aut Papatus comparatæ, ſed tantum ad abſtergendum & ſiſtendum ſanguinem, quomodo de uſu peniculi ſervulus apud Terentium in Eunucho. & de uſu ſpongiæ Plinius libro 31. *capite undecimo, & de ſpongia retiariorum Tertullianus libro de Spectaculis. Obteſtamur vos, Domini & fratres, ut poſthac ab illo poſtuletis, expectetis, quod juſtitia omnis ſuadet in diſceptatione de rebus divinis & humanis poſtulandum.* 1. *Vt ipſum cauſæ cardinem, ipſam tanti hiatus inter noſtros & Papiſtas occaſionem ſerio & à fronte aggrediatur, hoc eſt, controverſias* 50. *articulis noſtris comprehenſas.* 2. *Quod ſi hic tergiverſetur, ſaltem illa præjudicia, de quibus nunc ipſo ita jubente & præeunte diſceptare cœpimus, abſque diſſi-*

mulatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

mulatione & præteritione à capite ad calcem excutiat, rem cum re, cauſam cum cauſa, rationem cum ratione committat: aut noſtra hac diatribe de Vocatione, ſucceſſione & ſeceſſione ſe victum fateatur. Si enim eclogas faciat, & paſſim quaſi per ſaltum ſolummodo quædam arrodat, proteſtabimur publice & nunc proteſtamur; quaſcunque partes, theſes, hypotheſes, rationes, reſponſiones, auctoritates divinas aut humanas (quibus ipſe tenetur) à nobis allegatas tranſilierit, iis conſtrictum illum plane teneri, juxta illud: Exceptio confirmat legem. 3. *Vt ſtatum controverſiæ in omnibus recte & candide conſtituat, & theſibus noſtris antitheſes ſuas opponat, eaſq; rationibus firmet; noſtras rationes, inſtantias, exceptiones omnes diluat, atque ita cum hypotheſibus theſes ſubvertat.* 4. *Vt eligat certa principia ex quibus ſi non ex rei veritate, ſaltem ex ſuo & communi Papiſtarum ſenſu,* veritas, antiquitas, Catholiciſmus & Succeſſio *Doctrinæ & Eccleſiæ infallibiliter deduci, & in quæ tandem ultimo reſolvi debeat. Vt ſciamus coram quibus principiis fides eorum conveniri, & quibus doctoribus, hiſtoricis, publicis ſcriptis, antiquitas & ſucceſſio certitudine ſaltem humana irrefragabili probari queat. Quod ſi nihil deſignare ipſi placeat, dicimus illum nec fidem profitendo, nec Principia & Origines fidei atque Eccleſiæ ſuæ edendo, in tenebras ſuas ſe abdere, & Libertinis ac Neutraliſtis accedere, qui nihil credunt & omnia, qui ſuo privato ſpiritui ſeu dæmonio Socratico attendunt, aut mundo & tempori tantum verificantur.* 5. *Vt imprimis in quæſtionibus facti, deſignet nobis lucem in qua aut notoreitatem ejus aut probationem apparere velit; ſive ex lege communis juſtitiæ atque æquitatis, ſive ex ſuo & ſuorum ſenſu. Quod ſi nihil certi deſignet, oſtendit ſe nec ſiccum nec humidum, quippe qui nec ſuis nec alienis terminis contineri poſſit: Immo ſe plane* ἄνομον *eſſe, qui legem, menſuram & modum nullum ferat, quem aliis præſcribit.* 6. *Vt ante omnia generales illos terminos qui ſubjecta & prædicata faciunt, per totam hanc diſputationem accurate diſtinguat, & definitionem eorum præmittat; Inde poſtulata, theſes, antitheſes, & demonſtrationes, refutationes, quaſcunque velit, ſubjiciat. Quod quia facturum illum deſpero, (ne eveniat illi:* hæreticos detegere eſt refutare) *quamvis etiam atque etiam huc provocem; Obteſtor vos, Domini & fratres, ut fraudem, metum & deſperationem in amico improbare, candorem & animoſitatem etiam in hoſte (ſiquidem talis vobis videor) laudare non dedignemini, ne aliquando in vos cadat illud:* Ieſa 5. Væ illis qui malum dicunt bonum, & bonum dicunt malum; qui tenebras ſtatuunt pro luce, & lucem pro tenebris.

Sunt autem ſubjecta & prædicata illa generalia:

Eccleſia; Eccleſia Romana; Catholica Eccleſia, & Catholiciſmus; Eccleſiaſtica poteſtas; Hiſtoria, Hiſtorici, Hiſtoricorum conſenſus; Miniſter ſeu Paſtor Eccleſiæ; Ordinarium Miniſterium, & Ordinarii; Concilium, Cathedra, ſeu Sedes; Pater, & Patrum conſenſus; Cardinalis, ſeu munus & poteſtas Cardinalitia; Traditio; Miraculum, & Signum extraordinarium;

Factorum lux; Antiqua Eccleſia, Antiquitas & Novitas; Modernus, Doctor ſeu author probatus; S. Scriptura, & ſenſus ſcripturæ; Benedictio; Authoritas; Dignitas; Præſidentia; Cura; Cuſtodia; Caput; Monarcha Eccleſiaſticus; Dependentia omnium fidelium & omnium Eccleſiarum neceſſaria, ab alia Eccleſia, ſive Eccleſiis, ſive ſede radicali; Eminentia; Primatus; Magiſterium & Magiſter; Iudex & judicium; Regimen & regere; Interpres & Interpretatio ſcripturæ; Fidei principium, & fidei medium infallibile; Perpetuitas; Continuitas; Viſibilitas; Vocatio Eccleſiaſtica; Miſſio; Ordinatio; Reformatio Eccleſiæ; Eccleſiæ collectio, & architectura; Eccleſiæ gubernatio ſpiritualis; Vnio & communio fidelium, & Eccleſiarum Neceſſaria neceſſitate, ſive medii, ſive præcepti divini; Hæreſes, & Hæreticus; Schiſma, Apoſtaſia, Factio, Rebellio Eccleſiaſtica; Neceſſarium ad fidem & ſalutem.

Quod ſi adverſarius, monelis & obteſtationibus noſtris poſthabitis, divinam ſcripturæ lucem, quam prætendimus non tantum fugere, lucernamque hanc ſub modium reponere pergat, ſed ne humanam quidem faculam in meridie ab ipſo accenſam ſuſtinens, ad aſylum Præteritionis confugiat; ſuis quidem gloriandi & ultra ſperandi, nobis ſcribendi finem imponet, quippe qui nec loquentia, nec eloquentia cum illo contendimus, ad alias curas à Deo vocati. Sin vero Controverſiæ cardinem aut ſaltem diſſertationem noſtram de tribus illis præjudiciis, & de Magia aliiſque abominationibus Papatus, ad vivum reſecare & ex profeſſo refutare auſus fuerit, ſic ut nihil, quod quidem alicujus momenti ſit intactum relinquat, utique vehementer nos fallet; & tamen paulo melius pudori & cauſæ ſuæ conſulet, quam prolixis illis pollicitationibus de Perroni apologia, deque novo controverſiarum volumine Guilielmi ab Angelis, quæ fruſtra hactenus exſpectamus, ut ſi quid in iis ad diſceptationis hujus ampliorem illuſtrationem pertineret, una opera huic diſquiſitioni noſtræ ſubjiceremus.

Hæc ſunt, Domini & Fratres, de quibus vos tanquam certaminis hujus ſpectatores, & arbitros præmonere viſum, ut accuratius Methodum utriuſque noſtrûm perrimantes, in conſcientia coram Deo ſtatuere poſſitis in utro magis deficiant conditiones quærentium & fugientium veritatem, ne amplius inveniamini cum Deo & veritate pugnare, aut fallaci præſumptione ab audientia procul excludere eos, qui ex animo vos ſalutemque veſtram cupiant in viſceribus Chriſti. Dominus Ieſus vos illuminet, & à terrenis ac caducis illis ad ſe cæleſtiaque trahat ac pertrahat.

Veſter in Domino

GISBERTVS VOETIVS.

Omnibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Omnibus, qui literas haſce aut oculis aut auribus excipient, Salus & gratia à Deo Patre, Dominoque noſtro Ieſu Chriſto.

PALAM faciunt Chriſtianæ Reformatæ Eccleſiæ Paſtores, qui (Eccleſiæ hujus Chriſti precibus) ab Illuſtriſſ. ac præpotentibus DD. Fæderatarum Provinciarum Ordinibus ad germanam ac puram putam ſalutis doctrinam Vrbis hujus incolis ſecundum verbi divini amuſſim prædicandam ſunt evocati: Cum indies magis ac magis uſu diſcant, prędictæ Vrbis Cives non ab auditione modò; ſed & ab omni juſtâ ac debita veræ Chriſtianæ fidei inveſtigatione (quam divinâ gratiâ propugnant ac profitentur) miſerum in modum abſterreri portentoſis, inauditis ac manifeſtis mēdaciis & calumniis, quibus Chriſtiana Reformata Doctrina, ejuſq; Miniſtri contra veritatem & conſcientiam, quin imò contra omnia Iura Civilia atque naturalem æquitatem fædè traducuntur, atque indignis modis lancinantur, idque ex inſidiis, ita ut mendacium opprimi commodè atque ex tenebris in lucem erui non poſſit: dicti Paſtores, prædictâ qualitate, hiſce literis Manifeſtis Deum Dominumque Ieſum Chriſtum, qui judicaturus eſt vivos pariter ac mortuos in illuſtri illo ſuo adventu ac Regno, ſimulque omnes ad unum Chriſtianos diſertim obteſtantur, nihil aliud hactenus docuiſſe, nihilque deinceps tradere, aut hujus præclaræ ac celebratiſſimi nominis Vrbis incolis inſtillare propoſitum ſibi eſſe *quàm Fidem antiquam, Apoſtolicam, Catholicam ac Chriſtianam, à fideli ſervatore, ſupremoque Paſtore Ieſu Chriſto per ſanctos Prophetas ſuos ac Apoſtolos nobis relictam:* ad quam toto orbe profitendam, & adverſus unumquemque, qui ei adverſatur, S. Scripturæ præſidio, amicè ac pacatè aſſerendam ſunt parati, *quippe cupidi pro fideli illo verbo, quod prædicant, quodque tot Martyrum ſanguine eſt obſignatum, animarum ſuarum ſalutem pignori opponere, quemadmodum hiſce faciunt.* Iccircò univerſos ac ſingulos, inprimis verò Sacerdotes alioſque Eccleſiaſticos Pontificiæ Eccleſiæ hujus priſtinæ homines orant atque obteſtantur, ne deinceps apud ſimpliciores clanculum, Chriſtianam Reformatam Doctrinam, (quæ auctoritate publicâ à ſummo Magiſtratu noſtro admiſſa, hîc ut & in aliis pariter Provinciis, ditionibus, urbibus atque Vnionis noſtræ Membris introducta) ſugillent, ſed rationum ſuarum contra illam momenta in frequentis Eccleſiæ luce, aut ſaltem coram Ampliſſ. hujus Vrbis Senatu, præſentibus ſubſcriptis Paſtoribus exponant, qui in procinctu ſtant (ut modo dictum) per Dei gratiam compoſito atque amico animo, hujuſmodi reſponſo illa excepturi, ut nulli ambigant, quin omnes pii nulliſque affectibus obnoxii ac ſani judicii homines illud calculo ſuo ſint comprobaturi, quibus utpote meridiè clarius liquebit, quantum lux tenebris diſtet, quantum item veritas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

mendacio, quod quidem ad Dei gloriam, ſuarumque animarum ſalutem redundet. Et ſi cui definitum ſit cum prædictis Paſtoribus in publicam aut privatam amicæ ac placidæ Diſputationis deſcendere palæſtram, lege, tempore ac loco ab Ampliſſ. urbis hujus Senatu præſcribendis ſe ſtaturos ſpondent: *hac ſolenni Senatus laudati cautione, nihil moleſtiæ aut incommodi alterutri parti ex hac Diſputatione iri accerſitum.* Sin verò nemo intra menſem ſolidum poſt has editas in conſpectum prodierit, tum ſubſcripti Deum obteſtantur omneſque hujus Vrbis incolas, inprimis verò Ampliſſ. Chriſtianum illius Magiſtratum, ſe conſcientias ſuas veritatis divinæ patrocinio, horumque civium ſeductorum bono exoneratum iviſſe, prædictoſque Sacerdotes alioſque Pontificios homines *qui hac in Vrbe adhuc oppido frequentes ſunt,* non ſufficere calumniis ſuis adverſus Chriſtianam Reformatam Religionem, ejuſque Miniſtros adſtruendis. Interim Deum patrem luminum ſupplices venerantur, ignorantiæ tenebris occæcatos veritatis ſuæ luce velit illuminare, ut ſeſe convertentes illam promptè amplectantur, atque ita peccatorum ſuorum remiſſione potiantur, interque illos portionem ſortiantur, qui per fidem in Filium Dei ſunt ſanctificati, Amen. Actum Sylvæ-Ducis XVI. Maii. CIↃIↃCXXX.

Rei confirmandæ ſubſcripſimus.

Profitentes inſuper, nulla exempla nos pro Authenticis agnoſcere, prærerquam quæ à Iohanne van Tournhout hac in Vrbe ſunt excuſa.

Gisbertus Voetius.	Godefridus Vdemans.
Henricus Svvalmius.	Samuel Evervvijn.

Ampliſſimi DD. ſummus Prætor & Scabini hujus Vrbis Sylvæ-Ducenſis perluſtratis literis Manifeſtis ſuprà expoſitis, atque rationibus earum ultro citroque excuſſis, unanimi conſenſu permittunt, ut illæ publici juris fiant, ac per compita hincinde affigantur, ſub cautione in hiſce expreſſa, hac tamen conditione, ut nemini foris commoranti iſta frui jus faſque ſit, niſi qui hunc in finem juſtum obtinuerit commeatum. Actum in Vrbis hujus Curiâ XV. Maii. CIↃIↃCXXX.

Ex præſcripto ſupra laudatorum Dominorum

L. Sig. van Zonſt.

Excuſæ Sylvæ-Ducis à Iohanne van Tournhout, ſub ſigno Bibliorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Omnibus præſentes litteras viſuris vel audituris legi, Salutem, & Lumen S. Spiritus, ad agnoſcendam Veritatem.

NOTVM *facimus, nos infrà ſcriptos, accepto Libello, quo quatuor Miniſtri Synagogæ Syl-*
væ-Ducenſis, Catholicis Auditoribus deſtituti, & propter ſingularem in avitâ Fide retinendâ
conſtantiam Civium, offenſi, omneis & ſingulos, imprimiſque Perſonas Eccleſia-
ſticas, *Catholicæ Eccleſiæ, iſtius Civitatis,* ad amicam, ſive publicam, ſive privatam,
Collationem provocant; *ubi, de* FIDE ANTIQVA, CATHOLICA, APOSTOLICA,
CHRISTIANAQVE, *quam profitemur, & ſe profiteri venditant, diſceptetur; magnas egiſſe gratias*
Deo, quòd tandem aliquandò occaſionem non contemnendam obtuliſſe videretur, ut Veritas ejus, quæ per
univerſum terrarum Orbem annuntiatur & creditur, apud nonnullos ſeductos fluctuanteiſque poſsit cla-
reſcere: quô, diſsipatis fallaciarum nebulis, & labyrinthis errorum, quibus infirmas animas, infelici-
bus noſtris temporibus, humani generis inimicus implicuit, poſsint ad lucem ejus intuendam aſſurgere. Sed,
quemadmodum iſta prima Collationis oblatæ ac Diſceptationis frons, Chriſtianam ſpem noſtram erexe-
rat, lætitiâque cumulaverat, ita receſſus ejus mœroris anſam præſentiſsimam ac deſperationis injecit. Tot
enim ſpinis omnis attingendæ Collationis via ſepta eſt, tot obſtaculis impedita, ut nihil minus, quàm id,
quòd phaleratâ iſtâ Provocatione præ ſe ferunt, expetiiſſe videantur. Cùm enim ſit prima non fortuiti, ſed
indicti certaminis ſingularis lex ab ipsâ naturali æquitate ſancita, ut omnia ad dimicationem pertinentia,
Locum, Locique ſecuritatem, Iudicum odium favoremque, &, ut loqui ſolent, Arma, Solem, Ventum,
Pulverem, dimicantes ex æquo partiantur; ne non fortiſsimi viri gloriam, ſed ignaviſsimi ignominiam ſibi
victor parere; victuſque non virtute ſtratus, ſed latrocinio oppreſſus eſſe videatur; æquitas iſta tàm neceſſa-
ria in omnibus penè capitibus oblatæ formulæ vel iniquiſsimè violata, vel ignaviſsimè ſimulata eſt.

Nam imprimis omneis & ſingulos ad certamen Sylvam-Ducis advocant, promiſsâ per Magiſtratum
ſecuritate: cùm notiſsimi ſit uſus & juris, tuti itineris, multoque magis tutæ commorationis, ac Diſputa-
tionis Litteras nonniſi à ſupremâ Poteſtate poſſe concedi. Sacerdotes Sylvæ-Ducis commoranteis provo-
cant: cùm una & capitalis habitationis permiſſæ conditio ſit, ut quietè ſe gerant; nihilque magis ſeditio-
nem ſpiret, atque publica, in fervente Plebe, de Religione diſputatio. Sed eſto; publica ipſis copia diſputatio-
nis fiat. Quaſi verò, non illa ars vulgata ſit, & in Semëi comprobata, ut, remiſsis offenſis, ex aliâ levi
cauſsâ reviviſcentibus, exilii, vel capitis pœnam luant. Iudicis eſt, certaminis ordinem, locum, tempus, di-
micantibus præſtituere. Hæc à Magiſtratu exſpectanda ſunt; qui, ſi conflictus argumentum ſpectes, pars
eſt ipſe infenſiſsima; ſin confligentes, arctiſsimis vinculis parti obnoxia. Sylva-Ducis dimicationis conſti-
tuitur locus: nimirùm, ut multorum millium exercitu favente frementeque caveatur, ne vel nutus Ca-
tholici Miniſtris os obturantis impunis aut tutus ſit: ipſi ſecurè omnem ſtomachum ac bilem evomant.
Iam enim in ipſo Libello Provocationis, præclarum ſpecimen exſpectandæ manſuetudinis & comitatus ex-
hibitum eſt, dùm ſe multis, miris, inauditis, palpabilibus mendaciis & calumniis appetitos
eſſe *conqueruntur, quorum vel unum expreſſum oportuerat. Denique, quod rei caput eſt, Diſputationem*
pollicentur publicam, in medio Plebis, vel Magiſtratus: Cujus, non dico indictionem, ſed vel permiſsio-
nem, ut, quæ ſit urgentiſsimus ſeditionis fomes; notum eſt, non municipalis, ſed ſupremæ eſſe Poteſtatis; &
Canonicis, Imperialibus, Patriis, tam ſuis, quàm noſtris legibus interdictam. Quis hîc non rideat in tàm
perſpicuâ Conditionum iniquitate, vanitatem hominum cum timore luctantem? Quicquid enim amore
indagandæ Veritatis conceſsiſſe videbantur, hoc timore convincendæ falſitatis tot præjudiciis interemtum
eſt, ut hoc unum dumtaxat timuiſſe videantur, ne quem Catholicum ſpes impetrandæ Collationis erigeret.

Quamobrem, ut toti mundo teſtatum fiat, nos non ſolùm non detrectare, ſed ardenter expetere pugnæ
copiam, pro tuendâ Antiquâ, Catholicâ, Apoſtolicâ veritate, quam, mille ſexcentorum annorum non
inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

interruptâ, Catholicâ, & Vniverſali poſſeßione nobis adverſus omneis novitates& Novatores vindicavimus & vindicamus , præſentium teſtimonio ſignificamus vobis , Gisberto Voetio, Godefrido Vdemans, Henrico Svvalmio, Samueli Evervijn, nos eſſe paratißimos, ad ineundam vobiſcum Collationem ac Diſputationem, quam videmini poſtulare: idque nullis aliis præjudiciis aut conditionibus, niſi quas ipſa naturalis æquitas flagitat. Nimirùm, ut ſit ruri locus, in medio, utrique parti tutus ac facilis: nullus exercitus utramvis partem terreat: nullus Magiſtratus præſidens alterutri faveat : nullus Divinarum rerum imperitus Iudex ſit: utrique ſecuritas ab adverſariis ſuis impetretur : denique illæ cæteræ præfigantur Diſputationi leges, quas nemo, ſine æquitatis violatione, detrectare queat. De quibus & aliis eodem ſpectantibus, accepto reſponſo veſtro, ſimul acturi ſumus, & omnibus ritè conſtitutis pollicemur, die, loco , horâ præſtituendâ, ſine fraude ac dolo (impetratâ utrimque ab iis, ad quos res ea pertinet , ſecuritate & poteſtate) nos adfuturos. Deum ardentibus votis rogamus, ut cor veſtrum ad quærendam ſyncerè veritatem flectat. Sic enim aliqua ſupererit ſcintilla ſpei , ad eam agnoſcendam & diligendam (in quo ſumma Salutis veſtræ conſtituta eſt) eſſe ulteriùs perducendum; Hoc enim , poſtquàm Catholicæ viribus veritatis convictus error veſter & ſtratus fuerit, de Divinæ Gratiæ nobis benignitate pollicemur. Actum Lovanii 9. Iunii anno 1630.

De Mandato Superiorum pro Clero Sylvæ-Ducenſi.

Guilielmus ab Angelis S.Theol. Doctor,
Civis Buſco-Ducenſis.

Cornelius Ianſſenius S.Theol. Doctor, & Sacrarum
Litterarum Profeſſor Regius Lovanii.

Bruxellis, apud Ioannem Pepermanum, Bibliopolam juratum , Typographumque Civitatis ſub Bibliis aureis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ODE
Ad Clariſsimum virum,
D. GISBERTVM VOETIVM,
S. Litterarum in illuſtri Schola Ultrajectina Profeſſorem.

OLim Trophæis & Capitolio
Superbientem, Roma Quiritium
Alumna, te Sacris Hetruſcis
Vana ſuperſtitio ligavit.
Innata menti lurida cæcitas
Antiquioris Numina temporis
Confinxit; & delubra & aras
In numerum poſuit deorum.
Cæcus Parentes propulit impetus:
At nunc nefandus corripuit furor
(Romæ nefas dixiſſe fas ſit)
Progeniem vitioſiorem.
Caliginoſi culpa fuit prior
Ævi: at fugatâ noctis imagine
Erraſſe, præfulgente Sole
Nequitiæ eſt male pertinacis.
Non Sacra Floræ, aut multiplicis Iovis,
Nec templa Veſtæ, curaque Virginum
Æternus ignis, nec Lupercal
Dicitur opprobrio Quiritum.
Quoſcunque ritus, feſtave callidus
Sanxit Sabinus: qualia poſterûm
Ætas, fuerunt certa iniquo
Semina Relligionis ævo.
Nunc pervicax inſania ſpe lucri
Suffulta, ſenſim flebilius malum
Orbi dedit, ſenſimque culpam
Pontificum rabies adauxit.
Lux Vaticanâ preſſa tyrannide
Exul receſſit: pulſaque Veritas
Olim ſalutatos penates
Deſeruit, dominamque Romam.

***

Ceſſit

Ceſſit nefaſtæ Diva potentiæ
Tybri relicto; gratior advena
Qua Moſa, qua Rhenus bicornis,
Qua Thameſis fluit & Viſurgis.
Hoc ſtante fato tam lachrymabili
Sedis Quirinæ; turpius arrogat
Amiſſa, & incaſſum negata
Iura ſtudet ſibi vendicare.
Non veritatem: at fulmina Pontifex
Antiqua jactet, Cæſareum in caput
Et Sceptra diras, & ſacratâ
Depoſitum Diadema fronte:
Divenditam auro plus licitantibus
Sedis Tiaram, cum Sacra Laides
Libidinoſæ poſſiderent
Imperio Veneris ſubacta.
Iactet repletum ſeditionibus
Orbem cruentis, & ſcelera, & dolos,
Et his laceſſitas ad arma
Heu! quoties? Aquilas Quiritum.
Hæc Vaticano gloria ſit Iovi,
Quibuſque jam diu ſorduit aurea
Cum veritate antiqua virtus,
Purpureo tumidis galero.
Honos prophani ſit capitis triplex
Corona, & aurum veſtibus illitum
Oſtentet, & faſceis ſuperb os
Et populi imperium Latini.
Tarpejus alta Iupiter exerat,
Ceu diva proles, æde ſacrum caput;
Suaſque ceu terreſtre numen,
Poſtulet imperioſus aras.
Noteſcit arcana hinc Sapientia,
Sanctique Vatis myſtica Veritas,
Deique, tam verè ac potenter
Abdita conſilia exequentis.
Fatale monſtrum cornua prodidit
Cervice multâ, ac bile ferociens
Draconis, inferna expedivit
Servitio Meretricis arma.

Inceſtæ

Inceſta Regum ſedit adultera,
Cruenta multo ſanguine martyrum
Et credulum dementat orbem
Arte mala, Stygiaque fraude.
Hunc faſcinatum detinet, impio
Potum veneno, ſaga potens dolis
Romana Circe, ſopiitque
Cimmeriis tenebris revinctum.
Iſtis lacunis Relligio patrum
Suppreſſa, longos ingemuit dies:
Et ſancta cuſtos Veritatis
Delituit fugitiva luce.
Donec revulſis diva repagulis
Redux in orbem, prodiit invida
Frendente Roma, ac imminutos
Nequiter illachrymante quæſtus.
Dies reluxit, quo face Veritas
Divina mundo fulget amabili,
Quam diu latebris involutam
Reſtituit redivivus Agnus.
Secuta fidum Relligio Ducem,
Hoc auſpicatur ſidere prævio;
Nec cum periclo ſciſcitantis
Ingenii placitis quieſcit.
Lux alma terræ, candida Veritas,
Exorta cælo, nuncia myſticæ
Lucis, ſcientiæque mater,
Ac fidei Cynoſura noſtræ.
Heic pura ſacrum Relligio tibi
Altare vovit, quo pia victima
Cælo immoletur thure multo
Vera fides. Tuus heic Sacerdos
Oracla pandit nunc ſapientiæ
Longùm ſepultæ, & vindicat impiger
Myſterium divinitatis,
Intimiore adyto recluſo.
Te voce docta, te duplici ſtylo
Doctus tuetur Voetius, ac dolo
Deprælіantem nudat hoſtem,
Vindicibuſque retundit armis.

Quem ſi ter acer Grudius impetat
Myſtes, duello ter nimis impari
Cedat triumphatus, ter illi
Invideat poſitum Trophæum.
Æterna Lauro fama revinciat
Frontem eruditam, & perpes adorea
Victoris ornet ſemper annos,
Invidia ac odio fremente.

Lubens ac benevolentiæ ergo poſuit

A. MENNINCK.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

LIBER PRIMUS
Continens

Prolegomena & Generalia quædam, ubi imprimis Epiſtola Dedicatoria, Præfatio & Concluſio Spongiæ perſtringitur, pag.1.

PROLEGOMENORVM
SECTIO I.

De Eloquentia & ſtylo.pag.1.a.

PROLEGOMENORVM
SECTIO II.

De facilitate Ianſenii & tarditate miniſtrorum in reſpondendo,pag.7.b.

PROLEGOMENORVM
SECTIO III.

De modeſtia,ſtultis quæſtionibus,convitiis,p.8.b.

PROLEGOMENORVM
SECTIO IV.

De titulo Alexipharmaci,& Magia Papatus, pag.24.b. Reſponſum ad locum, 2.Cor. 10. v. 16.pag.39.a.

PROLEGOMENORVM
SECTIO V.

De Citationibus Græcis & Hebraicis,p.48.b.

PROLEGOMENORVM
SECTIO VI.

De ſoliditate & methodo ſcripti Ianſeniani & noſtri,pag.56.b.

LIBER SECVNDVS.

De vocatione miniſtrorum in Eccleſiis Reformatis.

SECTIO I.
Caput I. pag.61.
Caput II.

Primos Reformatores habuiſſe vocationem pag.65.a.

Caput III.

Miniſtros Reformatos,per excommunicationem Papæ,aut Concilii Tridentini non excidiſſe vocatione, aut miniſterio ſuo,pag.75.b.

Caput IV.

Miniſtros Reformatores habuiſſe vocationem ſeu miſſionem ad Reformandam Eccleſiam ſuam, pag.96.b.

Caput V.

Solutio Exceptionum adverſus Reformationem,pag.90.a.

Caput VI.

Miniſtri Reformatores,quamvis vocationem habuerint in & ab Eccleſia Papali, non tamen inde ſequitur Papatum eſſe veram Eccleſiam, corruptionis expertem,pag.97.a.

Caput VII.

Lutheri Monachatum & Zuvinglii Canonicatum nõ obſtare, quin illis poteſtas reformandi per legitimam vocationem fuerit collata,pag. 99.a.

Caput VIII.

Reformationem & Religionem noſtram non ſtare in Calvinum Authorem,pag.105.b.

Caput IX.

Defenditur vocatio Miniſtrorum,qui à primis Reformatoribus conſtituti, cum iis reformarunt, aut iis ſucceſſerunt:ubi etiam de Papalibus Epiſcopis agitur,pag.109.a.

Caput X.

Diluuntur objecta contra vocationem Miniſtrorum Sylvæ-Ducenſium,pag.120.a.

LIBRI SECVNDI
SECTIO II.
Caput I.

Reformati non credunt, abſque vocatione licere alicui miniſterium uſurpare,pag.124.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Caput II.

Reformati non credunt, non eſſe poſtulanda à Miniſtris, & Doctoribus vocationis ſuæ documenta, pag. 130.

Caput III.

Reformati non ſentiunt, quæſtionem de doctrina Prædicatoris non eſſe diſtinctam à quæſtione de ejuſdem vocatione, pag. 142.

Caput IV.

Reformati non tenent, per prædicationem veritatis Prædicatori aſſeri legitimam vocationem, pag. 146.

Caput V.

Reformati non contendunt, Teſtimonia doctrinæ, & miſſionis non differre, pag. 149.

Caput VI.

De diſtinctione Qualitatis miniſtri ab ejus vocatione, pag. 151.

Caput VII.

Non licere omnibus apud nos miniſterium accipere, nedum fæminis, pag. 155.

Caput VIII.

Quamvis in & ab Eccleſia corrupta ante Lutherum derivent miniſterium ſuum Reformatores, tamen non ſtatuere ipſos, ſive directe ſive per conſequentiam, Eccleſiam immunem fuiſſe à corruptione, aut ſolam fuiſſe Eccleſiam, aut Papatum eſſe veram Eccleſiam Catholicam, aut ſaltem partem ejus, pag. 161.

Caput IX.

Reformati nullos agnoſcunt Miniſtros reformatores univerſales, pag. 168.

Caput X.

Reformatos non adſcribere primis Reformatoribus vocationem extraordinariam, qualem vult Ianſenius, pag. 170.

Caput XI.

Reformatores nihil feciſſe in Eccleſia, ad quod authoritatem non acceperant, pag. 180.

Caput XII.

Poteſtas omnis, qualis vocatio & depoſitio Eccleſiaſtica, non derivatur ab Epiſcopo tantum, aut à ſolis Paſtoribus; & poteſt quis ordinatus ab Epiſcopis, nihilominus eſſe uſurpator, ubi obiter contra Oligarchiam & Monarchiam aſſeritur Eccleſiaſtica Ariſtocratico-Democratia, p. 186.

Caput XIII.

Eccleſia, quæ hæreſi & ſciſmate laborat, poteſt habere aliquam poteſtatem & vocationem Eccleſiaſticam, pag. 191.

Caput XIV.

Refelluntur exceptiones contra teſtimonia Concilii Niceni, Hieronymi, & Gratiani, pag. 197.

Caput XV.

Excommunicatio Papatus, & ſeceſſio à Papatu Miniſtris Reformatoribus vocationem & miniſterium non abſtulit, pag. 208.

Caput XVI.

Differentia inter Presbyterum, Paſtorem & Concionatorem fruſtra obtenditur vocationi Reformatorum, pag. 224.

Caput XVII.

Vocationem & Miſſionem nihil, aut in tantum non differre, ac vult Ianſenius. Et vocationem atq; ordinationem tribuere poteſtatem prædicandi & populi regendi, pag. 232.

Caput XVIII.

Vocationem Miniſtrorum Reformatorum includere miſſionem & commiſſionem ad reformandum, pag. 240.

Caput XIX.

Diluuntur exceptiones adverſus exempla reformationis & prædicationis ex V. & N. T. & antiquitate Eccleſiaſtica allata; item adverſus dicta quædam commentarii Ambroſiani, Origenis, Gerſonis, Panormitani, pag. 252.

Caput XX.

Electionem tribuere miniſterium, pag. 263.

Caput XXI.

Ordinaria Miniſtrorum vocatione & ſucceſſione alicubi ceſſante, poſſe eam reſtitui & Eccleſiæ provideri in caſu neceſſitatis, idque ab ipſa Eccleſia, pag. 268.

Caput XXII.

Miracula non fuiſſe Reformatoribus neceſſaria, pag. 279.

Caput XXIII.

Solvuntur rationes Ianſenii, quibus arguit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Miracula Reformatoribus fuiſſe neceſſaria, p. 296

Caput XXIV.

Reformatores noſtros novum & tertium vocationis & miniſterii quoddam genus non erexiſſe, pag. 307.

Caput XXV.

Non ſemper opportunè hanc quæſtionem de vocatione moveri; nec tractationem ejus ſufficere ad cauſæ cognitionem & ſubverſionem, pag. 318.

Caput XXVI.

Quæſtio de vocatione ex lege Methodi primò ventilari non debet, pag. 322.

Caput XXVII.

Quæſtionem de vocatione non eſſe capitalem, neque etiam tam facilem ut Idiotæ nullo negotio abſque Scripturis eam tractare queant, pag. 331.

LIBRI SECVNDI

SECTIO III.

Caput I.

Examinatur reſponſum Ianſenii ad tres primas quæſtiones de legitima vocatione & ſucceſſione Pontificum, Cardinalium, & Sacerdotum Miſſificorum, pag. 348.

Caput II.

Examinatur reſponſum ad tres ſequentes quæſtiones de vocatione legitima miniſtrorum in Papatu, pag. 366.

Caput III.

Reſponſum ad tres poſtremas quæſtiones de vocatione Miniſtrorum in Papatu examinatur, pag. 379.

Caput IV.

Papis & Clericis Papalibus objicitur: Tu quis es, unde veniſti? *pag.* 391.

LIBER TERTIVS.

De Succeſſione & Seceſſione Eccleſiæ.

SECTIO I.

Caput I.

Definitio & diſtinctio Succeſſionis, atque ejus neceſſitas examinatur, pag. 403.

Caput II.

Quæſtionem illam de prætenſa ſucceſſionis evidentia & demonſtratione, neq; neceſſariam eſſe, neque principalem, pag. 407.

Caput III.

Argumentum à Succeſſione non fuiſſe veteribus primarium aut palmarium, pag. 423.

Caput IV.

Reformatos non fugere examen ſucceſſionis; licet ex Scripturis veram ſucceſſionem quæri velint, pag. 428.

Caput V.

Succeſſionem perſonalem Eccleſiæ, ſaltem reſpectu noſtræ cognitionis, non debere eſſe neceſſario continuam, ſeu interruptam, pag. 432.

Caput VI.

Probatur amplius, Oſtenſionem perſonalis ſucceſſionis de capite ad caput, de puncto ad punctū, non eſſe ad inventionem aut fidem veræ Eccleſiæ per ſe & abſolute neceſſariam, pag. 443.

Caput VII.

Veram ſucceſſionem non eſſe abſque veritate doctrinæ, pag. 446.

Caput VIII.

Rationes & exceptiones Ianſenii pro dicta facilitate, refutantur, pag. 472.

Caput IX.

Requiſitam Eccleſiæ Succeſſionem in ſola Paſtorum Succeſſione non eſſe ſpectandam, pag. 481.

Caput X.

Prætenſam Eccleſiæ Succeſſionem in ſola Romana non eſſe ſpectandam, pag. 485.

Caput XI.

In una Eccleſia Romana ſucceſſionem Eccleſiaſticam eſſe ſpectandam fruſtra Ianſenius probare conatur, pag. 490.

Caput XII.

Olim æque ad aliarum ac ad Romanæ Eccleſiæ ſucceſſionem provocatum fuiſſe, pag. 506.

LIBRI TERTII

SECTIO II.

De Succeſſione Eccleſiæ Romanæ & Reformatæ.

Caput I.

Refutatur continua Succeſſio Eccleſiæ Romanæ, pag. 530.

Caput

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Caput II.

De interrupta & mutata Doctrina in Papatu, pag.543.

Articulus Primus, de Papalibus Indulgentiis, pag.544.

Articulus Secundus, de Imaginibus, pag.548.

Articulus Tertius, de Communione ſub utraque ſpecie, pag.552.

Articulus Quartus, de utraque poteſtate Papæ, pag.556.

Articulus Quintus, de Miſſis privatis, p.561.

Articulus Sextus, de Papali Confeſſione & Remiſſione peccatorum, pag.565.

Articulus Septimus de Lectione S. Scripturæ, pag.568.

Articulus Octavus, de uſu ignotæ linguæ in Sacris, pag.571.

Caput III.

Rejiciuntur exceptiones Ianſenii pro Succeſſione, cap.50.& 57.pag.575.

Caput IV.

Probatur ſucceſſio Eccleſiæ Reformatæ ante Lutherum, cum in genere, tum etiam in ſpecie, à temporibus VValdenſium, pag.595.

Parallelismus Chriſtianiſmi & Papiſmi, pag. 597.&c.

Caput V.

Probatur porrò Eccleſiæ noſtræ ſucceſſio ante Lutherum ab Apoſtolis uſque ad Quartum ſeculum, pag.601.

Caput VI.

Probatur Eccleſiæ Succeſſio à Quarto ad Septimum ſeculum, pag.606.

Caput VII.

Oſtenditur ſucceſſio Eccleſiæ à ſeculo Septimo uſque ad Nonum, pag.614.

Caput VIII.

Eccleſiæ Succeſſio à Nono uſque ad ſeculum Vndecimum, pag.620.

Caput IX.

Generalibus exceptionibus contra Succeſſionem Eccleſiæ veſtræ reſpondetur, pag. 640.

Caput X.

Solvuntur exceptiones contra Catalogum Teſtium veritatis, pag.659.

Caput XI.

Exceptiones adverſus Pleſſæi Myſterium iniquitatis à Riveto defenſum, pag.675.

Reverendo & Doctiſſimo Viro,

D. GISBERTO VOETIO,

Eccleſiæ Heuſdanæ Paſtori vigilantiſſimo,

ANDREAS RIVETUS S.P. in Chriſto precatur, pag.639.

LIBRI TERTII

SECTIO III.

De Seceſſione ſeu ſeparatione Reformatorũ

Caput I.

Continet præcognita quædam de ſeparatione & ſciſmate. I. Diſtinctiones ſeparationis ſeu ſeceſſionis. II. Cauſas noſtræ ſeparationis. III. Definitionem Sciſmatis. IV. Determinationem ſeceſſionis noſtræ aliquot concluſionibus comprehenſam, p. 693. Corollarium, pag.703.

Caput II.

Definitio & probatio ſciſmatis à Ianſenio abſque Scripturis allata examinatur, pag.704.

Caput III.

Eccleſia Reformata manſit in radice Eccleſiæ Catholicæ; contrà pars ſeu factio Romana ab ea avulſa eſt, & in ſe contracta, pag.710.

Caput IV.

Symbola ſciſmatis à Ianſenio adducta incerta ſunt & valde ambigua; nec tamen noſtræ Eccleſiæ conveniunt, ſed Papatui, pag.720.

Caput V.

Cauſa & ratio debitæ ſeparationis à me allata contra Ianſenii exceptiones explicatur ac defenditur, pag.736.

EPISTOLA

AD

D. CORNELIUM IANSENIUM,

Profeſſorem & Theologum Lovanienſem Scripta, A Theodoro Simone Berchſteda-Holſato, pag.762.

Caput VI.

Proponuntur quæſtiones aliquot de Succeſſione & Sciſmate Papiſtarum, pag.766.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

LIBER PRIMUS,

Continens

PROLEGOMENA *& Generalia quædam, ubi imprimis Epiſtola Dedicatoria, Præfatio & Concluſio* Spongiæ *perſtringuntur.*

ABSQVE prooemio, & affectibus refutationem Spongiæ aggredimur; obteſtati Lectores Chriſtianos nuda rationum momenta coram Deo veritatis authore in conſcientiâ expendere, & ad Dei gloriam, animarumque ſuarum ſalutem convertere velint, quicquid recte à nobis dictum deprehenderint. Deus veritatis & pacis dirigat nos Spiritu ſuo, propter illum, qui eſt via, veritas, & vita, Amen.

Præter Generalia & Prolegomena, quæ in Spongiâ ad rem aliquo modo facere videntur, aut aliquam noſtram, lectoriſque conſiderationem requirunt, ad quinque Capita revocari poſſunt. I. *De Vocatione Miniſtrorum.* II. *De Succeſſione & Seceſſione Eccleſiæ.* III. *De Reformatione Eccleſiæ Romanæ.* IV. *De Eccleſiæ Romanæ Magiſterio.* V. *De Hæreticis.* Plauſtra convitiorum & dicteriorum, quæ paſſim, non abſque conſcientiæ cauterizatæ oſtentatione effundit Ianſenius, ad vivum non reſecabimus, ſed ipſi relinquimus & remittimus: contenti Lectoribus indicium eorum feciſſe. Præambula, ſeu Prolegomena illa, quibus Epiſtolam Dedicatoriam, Præfationem, Epilogum impendit, ad ſex iſta Capita referri poſſunt.

I. *De Eloquentiâ & Stylo.*
II. *De tarditate Voetii & promptitudine Ianſenii in reſpondendo.*
III. *De Convitiis.*
IV. *De Titulo Alexipharmaci & Philonii.*
V. *De Citationibus Græcis & Hebraicis.*
VI. *De Soliditate reſponſi Ianſeniani.*

PROLEGOMENORUM SECTIO I.

De Eloquentia & Stylo.

IANSENIUS ineptiam ſuam ut proderet, plenis velis in laudem eloquentiæ ſeſe effundit in Epiſtola Dedicatoriâ & Cap. 1. Deinde ejus defectum nobis exprobrat. Denique eam (inſtar Protei, credo) ſeſe aſſumere ac deponere profitetur; Quod ad primum, Nos minime hæc declamatio atque oſtentatio tangeret, etiamſi omnes lecythos ſuos cum universâ polyantheâ evacuaret Ianſenius. Perinde

enim eſt, ſive in Mureto, [a] ſive in Perpiniano, [b] ſive Majoragio, [c] aut ſimilibus eloquentiæ Myſtis, ſive in Ianſenio laudes ejus compoſita oratione decantatas legamus. Sed cum ineptiæ hujus ſuæ occaſionem aut prætextum non abſque improbitate & malâ fide quærat in verbis meis, * *Quaſi ego ſtomachosè omnem eloquentiam reſpuiſſem, & tanto impetu in eam invectus fuiſſem, & curam ejus exiguam tanquam verſipellem aſtutiam aut agyrtarum præſtigiatorumque lenocinium averſatus fuiſſem, & noſtros denuo ad vulgarem Scholaſticorum ſtylum tot ſcommatis infamatum, tot ludibriis exploſum redegiſſem, eumque importunius flagitaſſem*; non poſſum quin mendaciis ita ferocientem comprimam.

Reſpondeo ergo primò: Noſtros eloquentiam ejuſque legitimum uſum inter eximia Dei dona hactenus numeraſſe, idque monitis, patrocinio & exemplo ſuo nimis quam probaſſe, non diffitente Ianſenio in Epiſtola Dedicatoria. Ab eorum ſententiâ ego nullibi receſſi. Aliud forte habebat in animo vel fando audiverat aliquando Ianſenius, dum hæc ſcriberet, contemptum ſcilicet, eloquentiæ & latinitatis apud barbaros illos ſui ordinis homines, imprimis Lovanienſes, Pariſienſes, Colonienſes, quibus hæreſin & novitatem ſapiebant eloquentiæ ſtudia, fabuloſis illis Hieronymi virgis, & neſcio quibus ſuppliciis expianda, cum quibus monſtris Arcadicis, Reuchlino, Eraſmo, Vivi, Rhenano, Politiano, Hermolao Barbaro, &c. tantopere pugnandum fuit. Si vidit Eraſmi Antibarbarorum, aut Hermolai & Pici Mirandulæ epiſtolas, aut [d] epiſtolas obſcurorum virorum, forte non cogitanti hoc illi inſedit, & nunc, ſed importunè excidit. Illis ergo, ſeu mavis ipſorum poſteris per repræſentationem; quos procul dubio non paucos poſt ſe in nidis ſuis reliquerunt, hanc eloquentiæ apologiam opportune occinet Ianſenius, ne noctes hæ Atticæ ipſi pereant.

2. In toto Philonio nuſquam comparet quod mihi impingit Ianſenius. Provoco ad lectionem libelli. Exſerte enim diſtinxi uſum eloquentiæ, imo exercitiorum declamandi, ab abuſu. [e] Ex quo non magis odium noſtrum adverſus eloquentiam colligere poteſt, quam adverſus Scripturam, Sacramenta, gratiam Dei, & quæcunque naturalia & ſpiritualia Dei dona, cum abuſum eorum reprehendimus. Notavi, non eloquentiam in theſi, aut hypotheſi, *ſed ſtylum Alexipharmaci*, ut ipſe Ianſenius fatetur [f]. Iam vero aliud mihi eſt divina illa eloquentiæ facultas, & ſuadæ medulla; & aliud canina Alexipharmaci loquentia, tam puerilis, tam inepta, vicarios accuratæ tractationis verborum fumos & caſcum ac confuſum ſtrepitum eructans, ad veritatem & ſolidam ejus inquiſitionem obſcurandam & excutiendam. Rurſum aliud eſt mihi Sophiſtarum decantata illa δύναμις quidvis ex quolibet & de quolibet horſum vorſum dicendi, imprimis ſi ad res divinas ea adhibeatur, ubi etiam vera dicere periculoſum eſt; ſi etiam maledictis, calumniis, dolis & Sophiſmatis tota turgeat; & aliud modeſta atque apta dicendorum exornatio. [g] *Iulius Candidus*, inquit Plinius, *non invenuſte ſolet dicere, aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia vix uni aut alteri, (jam non ſumus Antonii, ut dicamus nemini) hæc vero quam Candidus loquentiam appellat, multis, atque etiam impudentiſſimo cuique maxime contingit.*

Abuſum illum eloquentiæ ex profeſſo perſtringunt Iſocrates Orat. contra Sophiſtas & Anton. Muretus Orat. 2. volum. 2. Et Plato [h] Rhetoricam adulatricem, quam veræ opponit, tam acriter reprehendit, atque è republica exterminandam cenſet, ut omnem eloquentiam nonnullis ſtoma-

chose

[a] Orat. 2. 3. 4. 14. vol. 1. [b] In Orat. 6. & 11. [c] Orat. 12. & Dial. de Eloq. * In Epiſt. Dedicator. [d] In Epiſt. Politiani
lib. 9. [e] Philon. in Epiſt. Dedicat. [f] L. in Spongia pag. 8. 9. [g] Lib. 5. Epiſtol. 20. [h] In Gorgiâ Confer argum. Fi-
cini & Serrani, & Quintil. lib. 11. cap. 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

choſe reſpuiſſe videatur; ſed perperam: Nihil enim aliud quam uſitatam illam quidvis defendendi aut impugnandi, & quovis motu affectus perturbandi, quæ tum in republicâ fere ſola obtinebat, exagitaſſe eum, jampridem docuerunt viri docti. Illam ergo fallendi artem (ut Athenæus appellat) detegere, illam νόσον (ut loquitur Clemens Alexandr.) in Ianſenio ſi ſanare volui, adhibitis antiquorum Patrum Irenæi, Hieronymi, Auguſtini, Hilarii epithematis à me in Philonio allatis non alia ratione, quam illi nobis ea reliquerunt, an ideo meritus ſum [a] πληγὰς ἀντὶ σώστρων? Patiantur ergo mecum Patres illi à me citati, qui talem Rhetoricam nunquam adverſariis ſuis oppoſuerunt (ut quidem velit Ianſenius) ſed potius in iis fortiter contempſerunt. Legantur modo dicta eorum à me citata. Quibus accedat [b] Origenes Calicem aureum Babylonis vocans ejuſmodi eloquentiæ decorem: *Sæpe* (inquit) *vidi aureum calicem in pulchro ſermonis ornatu, & dogmatum venena conſiderans, deprehendi calicem.* Quod obſervavit [c] Cœl. Rhodiginus. Et Nazianz. Sentent. Spiritual. lib. 2. Ῥήτωρ πονηρὸς τοὺς νόμους λυμαίνεται. i. *Orator infert legibus damnum malus.* [d] Et Bernardus: *Verboſulum adoleſcentem & ſtudentem eloquentiæ, cum ſapientiæ ſit inanis, nihil aliud quam hoſtem juſtitiæ reputes.* Idem. *Nihil ita abſque labore manifeſtam facit veritatem, quam brevis & pura narratio.* Baſilius ſerm. in Gordi. Mart. *Nunquid rhetore aliquo aut ſcriptore in arte dicendi præſtante, orationem ad ſtupefaciendos auditores compoſitam recitante, dum ſonus oſtentatorius aures ferit ac pulſat, lætantur populi tum ſententiarum inventionem ac diſpoſitionem, tum dictionis pompam ac ductum, & ad harmoniam plauſibilitatem amplectentes? aut hoc quidem non utique dixerit* (Salomon Prov. 29.) *Qui nuſquam tali orationis ſpecie uſus eſt, neque ſane nos inhortatus ſit ut beatorum encomia panegyrica ac plauſoria pompa oſtentemus, qui pedeſtrem dictionem & vocem ornatu carentem ſemper prætulit.*

A quibus non abit Ianſenii in ipſa hujus cauſæ diſceptatione teſtimonium: [e] *Nullo fallacius fuco, quam compoſitis verborum lenociniis Dei verbum infici atque tranſverti, & veritas interpolari poteſt.* Applica ad Alexipharmacum & Spongiam.

Sed humanis teſtimoniis omiſſis audiatur ipſum Dei verbum, ex quo ſtylum Alexipharmaci ſuum redargui æquo animo feret Ianſenius, Proverb. 10. 19. *In multitudine verborum, non deeſt prævaricatio: coercens autem labia ſua, intelligens eſt.*

Et Proverb. 14. 33. *In omni labore eſt abundantia: ſed verbum labiorum tantum eſt ad inopiam.*

Rom. 16. ℣. 17, 18. *Precor autem vos, fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis.* Hujuſmodi enim Chriſto Domino noſtro non ſerviunt ſed ſuo ventri, & per blandiloquentiam & aſſentationem corda hominum minime malorum ſeducunt.

1. Cor. 2. 1. 4. *Ego igitur cum venirem ad vos, fratres, non veni cum eminentia facundiæ aut ſapientiæ annuncians vobis teſtimonium Dei. Neque oratio mea, & prædicatio mea verſata eſt in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in demonſtratione ſpiritualis potentiæ.*

Epheſ. 5. 6. *Ne quiſquam vos ſeducat inanibus ſermonibus.* Confer 2. Corinth. 10. & 11, Et commentatores ad loca citata. Et Zanchez in Actor. 14. ubi ſatis diſtinctè loquitur de Eloquentia Pauli.

De ſcholaſtico ſtylo à me poſtulato, quod ſemel atque iterum inculcat, apertum eſt mendacium, quod ex inſpectione Philonii mei vel pueris patebit: [f] niſi mirabili modo in Dialecticâ & Rhetoricâ Ianſenii idem

[a] Plagas pro præmio ſalutis. [b] Homil. 2. in Ierem. [c] Antiq. lect. lib. 8. cap. 11. [d] Citat. Petr. Tholoſan. in comment. ad Syntax. Artis mirab. [e] In Epiſt. Dedicat. [f] In Concluſione Philonii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

aut æquipollens ſit *Diſpoſitio* & *Elocutio*; *Methodus diſceptationis* & *ſtylus*; *Ordo dicendorum*, & *dictio ſeu phraſis*; *Verborum delectus*, ſeu *rejectio barbariei in vocabulis* (quam ſeipſum explicans nobis circa Scholaſticos tribuit [a] Ianſenius) *& preſſa controverſiæ tractatio.* Sed en tibi verba Philonii noſtri: *Sin vero quod Theologum decet, acroamatice & preßius Methodo ſcholaſtica, aut ſaltem Bellarmini & ſimilium in gratiam rudiorum, de controverſiis conſerre placuerit, reſectis Rhetoricationum laciniis puerorum & otioſorum oblectamentis, dabimus operam ut pro viribus &c.* Quorum verborum ſenſum ſi Ianſenius intelligere non potuit aut voluit, diſcat ex ſuo [b] Leſſio: *Porro hanc in diſputando rationem ſervabo: ſemotis convitiis quæ cauſam nunquam meliorem efficere poſſunt, & rhetoricis digreßionibus, more ſcholaſtico urgebo Scripturarum & Patrum ſententiis, & rationibus in illorum doctrina fundatis. Deinde argumenta quæ in libro Regis proponuntur vel inſinuantur, diſſolvam, ſingulis in ſuam claſſem ordinis cauſa digeſtis, hic meorum verborum ſit commentarius.* Adde Coſterum in Enchiridio. [c] *Eſt præterea ad rectam argumentandi formam adſtringendus hæreticus, ut omißis ſuperfluis nudam ratiocinationem proponat: qua in re non parum laboratur ab adverſariis, qui vel dialecticæ ignari in argumentando graviter hallucinantur, vel Sophiſtarum more ratiocinationes ſuas oratoriis pigmentis, quaſi fuco quodam colorando, falſa pro veris, dubiaque pro certis indoctis auditoribus venditant.* Ita ruit unà cum ineptis omnibus rhetoricationibus ſuave illud omen, quod de regreſſu noſtro, per barbariem ſcholaſticorũ, ad Romanam Eccleſiam, ſtolidis affectibus æger Ianſenius ſibi ſomniat. Sed tali aura ſuos paſcere ſolet Magiſter contradictionum, [d] oblitus ſe τὸ *ſcholaſticè* exponere per *methodicè explicare, prædicare, & adverſus hæreſes fidem munire.*

Ecce nunc in ipſo limine, & quidem in primo parergo Ianſenii philologico, ſpecimen bonæ fidei & conſcientiæ, ex quo quid in progreſſu operis de ipſa principalis cauſæ tractatione exſpectare debeat cordatus lector, facile videbit; juxta illud Pindaricum:

[e] Ἀρχομένȣ δ᾽ ἔργȣ πρόσωπον
Χρὴ θέμεν τηλαυγές.
Incipiente autem opere frontiſpicium
Oportet facere præfulgidum.

Quod ſecundo loco mihi defectum eloquentiæ & ſtyli vitium objicit Ianſenius, tranſeat cum reliquis ipſius ineptiis: Neque ego mihi tam Suffenus ſum, ut aliquid in re ſtyli mihi attribuam; nec ab aliis curis ita vacuus, ut laureolam hic aliquam captare poſſim aut velim. Relinquendum hoc Ianſenio noſtro, cujus ſcriptis *quicquid coloris & eloquentiæ affrictum eſt, ex Patrum officina venit, cuique ſine ſuo ſenſu, dum tot jam annos eam inſidet, in eaque verſatur, adhæret* ſcilicet eloquentia illa. Cui Auguſtinus [f] *omnes verborum ſententiarumque figuras præformavit, quas jure quodam imitationis, quæ ex familiaritate lectionis neque conantibus, neque cogitantibus adhærere ſolet, expreßit.* Atque adeo *opuſculum ſuum uno anhelitu ſcripſit*; ut quidem exſerte de ſe teſtatur. Dum interim Voetius [g] *omnibus viribus eloquentiam in notis ſuis affectans, tanta imbecillitate hoc ipſum moliatur, ut neceſſe habeat novo quoque paſſu velut reſpirandi cauſa ſubſiſtere, Grammaticus ſcilicet è pulvere inferiorũ Claßium nuper emerſus, qui voces Latinas etiam à communi uſu remotißimas ita frequentes habet, ut interdum incognita lingua loqui videatur, lectorique minus perito neceſſe ſit Græcos Latinoſque nomenclatores aßidue habere præ manibus, ut ea quæ dicere conatur, intelligat. Qui toties Latina vocabula obſcurißima ex adytis latinitatis hauſta, theologicæ diſputationi, ubi claritas maxime neceſſaria eſt, obtorto collo intruſit, nimirum ut lector minus peritus abſtruſæ latinitatis, ſuccinctus lexico & Calepino,*

[a] In Epiſt. Dedicat. 5. [b] In Præfatione ad diſput. de Antichriſto. [c] Præfat. de Hæret morib. pag 35. [d] Cap. 73. p. 397. [e] Pind. Olymp. ode 6. [f] In Epiſt. Dedicat. & cap. 1. p. 9. & cap. 2. p. 14. [g] In Epiſt. Dedicat. & cap. 1. p. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Calepino, apud ſe admirabundus cogitet, quantus vir ſit Voetius, qui per ſingulas pæne paginas ſine tali ſubſidio intelligi nequit. Habes alterum parergon, ſive analectum philologicũ non abſque urbanarum cavillationum condimento, ex officina Patrum ſcilicet, ſeu mavis culina Ianſenii. Sed primus non eſt Ianſenius, neque ſolus, qui hujuſmodi digreſſionibus chartas implere & lectorem ſuum oblectare inſtituit, ne plane muti ſcripturarum & veritatis poſſeſſione ſubmoveri ſe patiantur. Habet ex ſociis ſuis Turrianum contra Ant. Zadeelem, & alterum Ieſuitam Perinum cum auxiliaribus ſuis contra Ferrium Miniſtrum Metenſem, de quo vide ſis juſtam & elegantem Ferrii Apologiam.[a]

De obſcuris vocabulis, deque Calepini & Nomenclatorum ſubſidio, non eſt quod tantopere ſollicitus ſit Ianſenius; ſiquidem lectores noſtros à Scripturis ad Patres jam quantum in ſe eſt, revocavit: hoc eſt, ad Cyprianum, Lactantium, Arnobium, Minucium, Auguſtinum, Hieronymum, & qui non minimam Alexipharmaci & Spongiæ facit paginam, Tertullianum, quem unum omnium Philologorum ingenia & induſtriam exercuiſſe hactenus & exercere poſſe, ipſe neſcire non debuit. Illos ubi inoffenſo pede tranſiverint; nihil in Philonio meo intelligendo difficultatis ſupererit. Alioquin cur ex lectione antiquorum & novorum ſcriptorum mihi forte voces illas non cogitanti adhæſiſſe, atque ita intercurriſſe, benigniori quadam indulgentia ſuſpicari noluit Ianſenius? Cur non cogitavit me correctorias notas tantum ſcripſiſſe, tum ad cautelam lectoris, tum ut adverſariũ ex latibulis in apertum campum protraherem, non juſtam diſputationem à capite ad calcem contexuiſſe, nedum orationem Philippicam aut invectivam in Ianſenium, aut Pontificios, quæ ſtylo cum adverſario contenderet? Maluit ergo hyperbolicè (ut molliſſime loquar) *frequenter & toties uſurpatas per ſingulas pæne paginas*, obſcuriores voces mihi objicere, ut haberet in quo ſtylum exerceat. Si Carolo Scribanio Ieſuitæ Antvverpiano pro ampullis & ſeſquipedalium vocum decimis atque eclogis in Amphitheatrum honoris congeſtis contra cachinnos Criticorum Leidenſium defenſionis quid reſtat, idem rogo & mihi impertiatur. Vt jam nihil dicam de Lipſii latinitate in examen vocata à viro erudito & ipſi ſatis amico[b] Henr. Stephano; & ſtylo Bembi in Hiſtoria Veneta, & cujuſdam Spicilegii Melleriani; & Sigonii Sigoneitate ab ipſo Lipſio exagitata; iis denique quæ Politianus, Vives, Eraſmus, Budæus, Muretus, &c. pro vocibus antiquioribus & abſtruſioribus extra Ciceronem & Nizolium, contra faſtidientes quoſdam Magiſtellos, ſatis ſuperque diſſeruere. Sed ineptiarum ſatis. ſufficit mihi, ſi ductore Spiritu ſancto ex aſſidua lectione & meditatione ſacrarum litterarum tantùm proficiam, ut animi ſenſa de rebus divinis nudè & ſimpliciter ad plurimorum ſalutem depromere, & adverſariorum occulta dedecoris detegere poſſim.

Quod tertio loco addit, ſe eloquentiam, *imo ſpeciem omnem eloquentiæ in gratiam miniſtrorum abjeciſſe, quamdiu cum illis loquitur & in ipſo conflictu diſputationis.* & rurſum, [c] *ubi ad Sylvæducenſes ſermo meus dirigitur &c. ad eam rationem, atque ad id genus diſſerendi me magis retuli, quod ab Eccleſia &c.*

Reſp. Proteſtatio contraria facto.

Neſcio utrum magis mirari debeam hominis feliciſſimam ambidexteritatem, cui ita pro libitu inſtar Euripi acceſſu & receſſu ſuo perpetuo famulatur eloquentia, & quidem eadem in ſcena: an vero ambitioſæ quaſi modeſtiæ verſutiam, qua tum ma-

[a] Ferr. in Vindic. Scholaſt. Orthod. cap. 6. [b] Tractatus Henr. Steph. de Lipſii Latinitate. [c] In Concluſ. Spong. pag. 509. 510. & Præfat. p. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ximè id diſſimulat, imo pernegat, quod maximo impetu unice & ad faſtidium agit. Si enim in Alexipharmaco populari & plauſibili rhetoricationum apparatu plurimos ſui ordinis viros prætergreſſus eſt, certe in Spongia ſeipſum ſuperavit Ianſenius. Adeo ut jure merito, quod vir quidam doctiſſimus de hiſtoriis, *Tolle bella Hiſtoriis, & quid ſunt?* de Spongia dici poſſit. Tolle Spongiæ laciniosas illas rhetoricationes, quibus una cum mendaciis, calumniis nuditas cauſæ tegitur, & quid erit? ad quam paucas pagellas redigetur? Nolo mihi credat lector, ſed perluſtratis modo aliquot capitibus enumeret rationes ſeu probationes, ſi quas habet, & ab affectibus ſeu amplificationibus diſcernat: videbit has multo maximam partem facere, imo utramque ſæpe paginam, illis non raro ad evaneſcentiam fere præcluſis, & in traditionum Pontificiarum inviſibilibus elementis, tanquam in cauſa latitantibus & hærentibus. Videbit Ianſenium nunc denuo poſt Alexipharmacum & multo magis contra monita noſtra & propriam proteſtationem egiſſe, quod profitetur: [a] *ut horrore aliquo hæreſeos perfunderet lectores ſuos, verborum quodam affectu, & ignito, ut Scriptura dicit, eloquio*; & non ita rationibus & preſſius de re ipſa diſputare, ut gloriatur. de quo infra.

Et certe rationes hujus ſui inſtituti habere ipſum non leves nemo dubitabit, modo fidem adhibuerit dicenti: [b] *Argumentorum ſoliditatem omnes non percipere, orationis motum omnes ſentire. plures in magno populo nationum ipſam vim & momenta plane non capere. Stylum*, Ianſenii ſcilicet, *exiſtimare miniſtros, doloris illius, quo anguntur, cauſam præbuiſſe*; metuere eoſdem, *ne forte iterum recrudeſcente prælio, ſimilibus moleſtiis inurantur.*

Summa huc redit: Scripturas & rationes Theologicas legere, expendere, diſcernere, & dijudicare neque poſſunt, neque debent Laici ſive Sylvæducis, ſive alibi; ſaltem minime, ſiquidem authorem ſequantur [c] Ianſenium, illis expedit; [d] imo nec ipſis Clericis ſive iſthic, ſive alibi promiſcue illud permittit Romana mater. Et quinam illi ſint docti in Europa viri, & quinam illi Sylvæducenſes, coram quibus ſe mecum in forti brachio ex ſcriptura, Patribus & rationibus ſolide, accurate & plene de ſumma rei diſceptare gloriatur & videri vult Ianſenius, in Vtopia aut in regno Lunę phantaſticis illis centralis ſeu radicalis Eccleſiæ oculis, videndum reſervatur, indicium faciente Ianſenio. Miniſtris præterea eloquētia Ianſenii panicus quaſi terror incutitur, populus Romano-Catholicus horrore hæreſeos perfunditur: nonnulli Reformatæ Religionis homines *ſatis humaniter eam acceperunt*, ſi quidem vera dixerit Ianſenius, juxta illud

Quid non ſperemus amantes?

Quis ergo author eſſet Ianſenio ut uſitatum ſibi & ſponte fluentem *verborum affectum Monte decurrentem velut amnis, atque ignitum eloquium*, tam victricia, tam vinci neſcia arma in gratiam adverſariorum ſuorum abjiciat? & alia, quibus tam infeliciter primi reformatorum Antagoniſtæ, Eckius, Cochlæus, Emſerus, &c. uſi ſunt, reſumat? Minime. Quin porro ea adhibeat, & quod unicum poteſt, poſthabitis rationibus ignitas tantum iſtas ſive Ignatianas in adverſarios ſuos ejaculetur rhetoricationes, ita compendio ad ſymbolum illud, *veni, vidi, vici*, graſſabitur; prout feliciter hoc ſucceſſiſſe ſibi editione Alexipharmaci non dubitat, [e] *quod non tam ad evolvendas controverſorum capitum quæſtiones propinatum fuit, quam ad cives Sylvæducenſes cohortandos &c. ſerioq; admonendos, ſtandum eſſe in fide, quam didicerant, &c. nec Doctores iſtos noviſsimos ulla prorſus eſſe auditione dignandos.* Ita gnaviter, dum igniti

cruciatus

[a] Epiſtola Dedicatoria. [b] In Epiſtola Dedicatoria, [c] Vid. Alexipharm. [d] In Epiſt. Dedicat. pag. penult. [e] In Epiſtola Dedicatoria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cruciatus & apparatus, debita illa ſcilicet ſupplicia, ceſſant, implebit illud Pſalmi: [a] *Quid dabit tibi, & quid apponet tibi lingua doloſa? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus juniperorum*, & Iacobi 3. verſ. 5. 6. *Ita & lingua, puſillum membrum eſt, & magna jactat. Ecce exiguus ignis quantam materiam incendit? Lingua etiam flamma eſt, & mundus iniquitatis: ita (inquam) lingua conſtituta eſt inter membra noſtra, maculans totum corpus, inflammans orbem conditum, & inflammata à gehennâ.* Quæ Scripturæ dicta rectius huc applicaſſet quam illud, quod quaſi captans acumen ex Pſal. 119. verſ. 140. tam dilutâ interpretatione, quam falſâ applicatione in medium [b] projicit. Si enim majorem expreſſionis proprietatem & efficaciam inſpecto modo textu Hebraico quæſiviſſet, facillime vidiſſet צרופה *tſerouphah, i. conſlatū, probatum, purum, purgatum, mundatum* hic transferri, à vulgato, *ignitum*, ex helleniſtico πεπυρωμένον; quod helleniſtis & vulgato in hac materia non eſt illud *ignitum* effectivè, aut formaliter, acceptione Philoſophicâ, (ut tu velis) ſed idem quod igni excoctum, probatum, quomodo vulgatus Apoc. 3. 18. πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς vertit *ignitum, probatum*. Et ſic perpetuo Helleniſtæ צרף *tſaraph*, transferunt aut per πυρόω id eſt, igni examino, expurgo, metaphora ſumpta ab operis metallicis, ut explicatur exſertè Pſalm. 66. 9. & Pſalm. 12. verſ. 7. aut per δοκιμάω, δοκιμάζω, χωνεύω, πειράζω, ἀργυροκοπέω, ſemel per περέτλω Ieſai. 48. 10. Iſtam vero ſignificationem igniti πεπυρωμένου in hoc loco Pſalmi 119. eſſe genuinam, & ita intellectum defendi poſſe vulgatum (quem hic carpit Hilarius) docebunt te præter loca concordantia interpretes Hieronymus, Chaldæus, Syrus, Arabs, Felix Pratenſis, Pagninus, Montanus, Campenſis, & qui exſertè in Scholiis ſuis poſt Hilarium ita explicandū contendunt, Titelmannus, Vatablus, Verlenius. Proprium illud, quod tu innuis, convenit quidem, fateor, verbo Dei, ſed declamatiunculę tuæ tam frigidæ, quam maledicæ & mendaci, minimè; quæ neque eſt verbum Dei, ſed Ianſenii, neque ex verbo Dei conflata, neque cum eo conſentiens; Itaque non abſque ſacrilegio & profanatione huc locum illum Pſalmiſtæ trahebas. Adhæc verbi Dei mirabilis ille effectus ex aliis locis Scripturæ egregie probatur, non tamen ex hoc à te allato. Sed nihil eſt quod minus videris inſediſſe, quam officinam ſacrarum litterarum, cujus tamen Profeſſor audis.

[a] Pſalm. 120. verſ. 3. [b] In Epiſt. Dedic.

PROLEGOMENORVM SECTIO II.

De facilitate Ianſenii & tarditate miniſtrorum in reſpondendo.

EXPROBRAT miniſtris tarditatem in reſpondendo *adeo ut poſt 6. menſes demum ſcribere inceperint; vix illo tempore notas illas in Alexipharmacum abſolverint; deliberationes anxias & varias inſtituerint*, quarū cauſas examuſſim deſcribit; tandem Voetium *ſibi ſuppoſuerint, ad exemplum Riveti & Gallorum, qui Pleſſeum ſubornarant, & muneris ac miniſterii onera in eum tranſtulerint*; Ad hæc *Miniſtros Voetio commentarios ſuggeſſiſſe ad quorum modulum reſponſionis aliquid moliretur*; & reliqua quæ paginis aliquot perſequitur, quaſi Luciani veras narrationes, aut Heliodori hiſtorias Æthiopicas, aut Argenim Barclaii, aut hiſtorias Amadiſi, aut ſimiles aureas Legendas ſibi imitandas propoſuiſſet.

Reſp. 1. Pergula Pictorum, veri nihil, omnia ficta. Cujus avis indicio, aut plani ludibrio hæc debeat, ipſe viderit, niſi homo hic Tireſias aut divinus, ex hariolorum gente, oportet illum mendaciorum fabricam

cam ſeu officinam jam multos annos inſediſſe. Notas illas Sylvæducis perſcripſi & Collegis legendas dedi non paucis diebus ante diſceſſum meum, & duorum Collegarum, qui incidit poſt medium menſis Auguſti. Editionis curam in aliud tempus trajiciebamus, idque typographorum defectu, non in Hollandia, (ut cavillatur Ianſenius) ſed Sylvæducis ubi tunc verſabamur, ſed parantes abitum.

2. Vanas & triviales iſtas, ſi non mendaces ἀλαζονείας de facili ſuo partu, de miniſtrorum tarditate, quaſi ſcilicet ſaxeos fœtus ederēt, relinquemus Ianſenio cum ſuis, quos ſub hac ricini umbra, dum veritatis radiis uruntur, refrigerium quærere non inſolens eſt. Exemplo ſit Ieſuita Perinus Acad. Muſſipontanæ Cancellarius, cujus ſalſum & jucundum mendacium non male caſtigavit Ferrius. [a]

Interim non puderet nos præſertim tot laboribus miniſterii noſtri obrutos, commentationes de rebus ſacris, non ſextum tantum in menſem, ſed vel nonum in annum (quod in profano poëmate requirit [b] Horatius) premere. *Nulla res*, inquit Apulejus, [c] *poteſt eſſe eadem feſtinata ſimul & examinata; nec eſſe quicquam omnium quod habeat & laudem diligentiæ ſimul, & gratiam celeritatis.* [d] Quod Ieſuita Corn. à Lapide pro ſe alicubi uſurpat: De Cardinalis Perroni decennali ſcripto in Regem Magnæ Britanniæ; deque aliis ejuſdem coctis, recoctis magiſteriis &c. in Pleſſeum per viginti annos preſſis, expreſſis, ſuppreſſis, abſorptis, evomitis, reſorptis, inaudita & mira referuntur, non abſimilia mythologicis illis de Semeles partu & Saturni liberis, quæ videat lector apud [e] Pleſſeum & [f] Molineum.

Quam prudenter Ianſenius feſtinationis oſtentationem examinis accurationi prætulerit, & maluerit eruditus videri quam eſſe, ipſe diſcet ex tractatu hoc noſtro. Ita non dubium mihi ſit, quin poſthac ubi ſacro furore calamus illi incaluerit, plus diligentiæ & temporis adhibiturus ſit.

3. *Commentarios mihi à miniſtris ſuppeditatos, ad quorum modulum reſponſionem effingerem*, nimis obtuſum eſt mendacium. An putas totam miniſtrorum ſocietatem tua declamatiuncula ita commotam, ut poſt tot concurſationes & conſilia (qualia apud vos agitata, cum de mandato ſuperiorum tu in hanc arenam protruſus es) ex omnibus angulis & adverſariis commentarios congeſtos mihi ſubmittere neceſſe habuerint? Scio quid hinc lectori conjectandum dari poſſit; quantus ſit Ianſenius, qui uno halitu efflans modo ſcintillas igniti eloquii ſui, omnem miniſtrorum eruditionē, prudentiam, eloquentiam ita concitarit, & nunc ita difflaverit, ut ventus folia.

4. Quo jure in nobiliſſimum Pleſſeum, miniſtros Gallos, & Clariſs. virum Andræam Rivetum inſiliat, videbitur Libro 3. Sect. 3.

PROLEGOMENORVM SECTIO III.

De modeſtia, ſtultis quæſtionibus, convitiis.

PLACVIT tibi etiam de modeſtia, lenitate, humanitate & ſynceritate tua, quam in refutatione adhibuiſti; deque convitiorum & maledictorum odio & fuga, μορφώσει quadam ἀσεβείας præfari, & in concluſione prolixius repetere; Adhæc de convitiis, ſcurrilitatibus, ſtultiloquio, ſtultis & ineptis quæſtionibus meis in Philonio conqueri; & quidem de virtutibus tuis ita proteſtaris, ut nullus dubitare de eo amplius poſſit:

[a] In vindic. Scholaſt. Orthod. Præfat. [b] De arte Poetica. [c] In Florid. [d] Proleg. in Prophet. minores. [e] Pleſſ. Præfat. [f] Nouveaute du Papiſme, Præfat.

Opuſculum hoc quam maxima fieri licuit, animi tranquillitate pertexui [a] &c. & *Sedatâ, pacataque mente propoſitas mihi materias pertractavi*, & *nihil niſi ſummâ ſimplicitate ac ſinceritate protuli*, &c. De meis vero criminibus ita paſſim intonas: [b] *Procellas calumniarum & convitiorum evomis, ne ſtomachus indigeſtus maledictorũ cruditate rumperetur. & ut ſerio mihi difficulter perſuadere queã, plauſtra illa commentorum, deliriorum & convitiorum à Voetio, vel ab ullo Sacratioris Theologiæ myſtâ eſſe profecta, ſed potius eo, qui penicillũ contulit, & pigmentum affricuit. Rabulam enim iſta potius de foro, vel hiſtrionem de Theatro cachinnis movendis exercitatum redolent, &c.*

Reſp. 1. Vereor ne Ianſenius dum tantâ pietatis ſpecie dicta Scripturæ & Patrum in hanc rem citat, ſui immemor in illud B. Iacobi impegerit cap. 1. verſ. 26. *Si quis arbitratur ſe religioſum eſſe inter vos, non frænans linguam ſuam, ſed ſuum ipſius cor ſeducens, hujus vana eſt religio.*

Siquidem conſcientia aliqua ipſi ſit, ſpero aliquando mediocri modò curâ & examine adhibito eam excitandam ex hoc tã pernitioſo αὐθαδείας & ἀναισθησίας ſopore. Suppeditamus nos indiculum aliquem dicteriorum, ſcommatum, ſcurrilitatum, calumniarum, cavillationum, mendaciorum, detorſionum, malæ fidei &c. quæ ut ſporades cœlum, ita omnes hujus Spongiæ paginas occupant: adeo ut cum in Alexipharmaco hoc ſatis egerit, hic tamen omnem modum exceſſerit, non aliter ac ſi omnibus ſuorum phreneticis rabulis, qui unquam fuerunt, imo ipſi fratri Cornelio quódam Brugenſi Minoritæ palmam præripere voluerit. Ea omnia ubi cum ſacris litteris, aut ſaltem cum Summiſtis, ſeu Caſuiſtis ſuis contulerit, rogo ne inſtar Sodomæ de peccatis ſuis amplius glorietur, pro contrariis virtutibus ea exoſculetur, & ita periculo ſuo ſecure indormiat, Amuleto illi piarum fraudium, & ſimilibus artibus in hæreticos fruſtra confiſus: Quomodo errores ex bona intentione obedientiæ Epiſcopis aut Paſtoribus præſtandæ meritorios ſtatuunt Magiſtri morum & Conſcientiæ, inter eos celeberrimus Ieſuita Cardinalis Toletus.

2. Quæſtiones meas quod *tanquam ſtultas quæſtiones & aniles fabulas rejicit*, & reſponſum ad ea detrectat, tanquam *indignum ſua profeſſione, & causâ Dei, quam tuetur, & quaſi lectorem ea patientia non reperiret, qui tot problematum alieniſſimorum excuſſiones æquo animo audire potuiſſet*; [c] oſtendit ſane, verum eſſe illud: *Dies diem docet*. Longe enim feliciori ingenio & compendio ex difficultatibus illis & ſalebris extricare hic ſe potuit, quam anteceſſores ipſius. Quæſtiones illas ſtultas & problemata alieniſſima habes in Philonio noſtro, numero 10. & 13. & 66. Relege ſodes lector & videbis cardinem cauſæ in illis problematis verſari, & quorum nomine, nos hæretici, catharmata, & tanquam oves mactationi deſtinatæ reputamur, ubi & quotieſcunque vires adſunt Pontificiis.

3. Nobis quæ plauſtra convitiorum attribuit ex Philonii lectione & Ianſenii indicio cognoſcat lector. Nimis hic & paſſim paratragœdiatur Ianſenius de convitiis, maledictis, ſcurrilitatibus noſtris. Opponimus in genere iſta.

1. Si demantur illa, quæ de ſuo addidit Ianſ. paucula illa ſunt, non dico de quibus conqueri poſſit, ſed de quibus ipſe cõqueritur. Sed hæc hyperbole illi uſitata.

2. Præformarũt mihi pleraque illa, quæ ille appelat cõvitia, ipſi Pontificii jam ante tempora Lutheri; Præformarunt mihi, inquam, non tantum quod ad ſententias, ſed quod ad ipſa formalia verba, ut videbitur. Ipſis ergo imputet illa convitia Ianſe-

[a] In præfat: p. 5. 6. 7. adde concluſionem Spong. p. 508. 505. [b] Cap. 2. p. 15, 16. 17. [c] Epiſt. Dedic.

nius. Minimum eſt, quod ego poſt tantam illorum meſſem feci ſpicilegium.

3. Non bilis efferveſcentia aut privatũ odiũ, aut calumniandi libido, ſed veritas cauſæ noſtræ, & neceſſaria ejus defenſio, atq; errorum Papatus oppugnatio mihi illa, quæcunque ſunt, dictavit. Ego enim poſt tot publicas & privatas Regum, Principum, Rerumpubl. populorum, epiſcoporum, doctorum, paſtorum, Eccleſiarum in Europa querelas, conteſtationes (ut Orientales nunc mittam) fateor me unum eſſe ex illis, de quibus Ieſuita Leſſius [a]: *quod in Hollandia & alibi diſputationem de Antichriſto magni faciant, & contumeliam* (ut quidẽ adverſario loqui libuit) *in fidei articulũ vertant.*

4. Et ſi vera & juſta quæ dicimus, & ſentiunt Pontificii ſe eſſe αὐτοκατακρίτους; ſaltem in ore ſuo nullam eſſe defenſionem; quid attinet convitia, maledicta, &c. intonare? Donec non purgaverit ſe Papa cum curiâ Romanâ ab illis, ipſi in crimine hærent, non nos: niſi crimen jam ſit non facere, ſed dicere aut referre nefanda illa.

5. Quicquid ſit de veritate eorũ, debebat cogitare Ianſenius has eſſe capitales inter ipſum & nos controverſias, hîc τὰ βάθη eſſe magni iſtius hiatus, qui inter nos & illos firmatus eſt. Hoc etiam eſſe agnatum quid doctrinæ & fidei noſtræ, in qua primum oculos in hanc lucem aperui, ut cum Ianſenio loquar. Si ipſe errore ſuo, aut præjudicio Papali irretitus judicaret nos errare, ferendũ eſſet: ſed quæ conſequentia ab errore ad calumnias, cõvitia, ſcurrilitates &c. Quod ſi Ieſuita Leſſius alioquin ſatis maledicus, [b] *excuſaverit magnum illum Principẽ Iacobum ſcil. M. Britanniæ Regem, quia ab infantia ab impoſtoribus in fraudem impulſus*; Qui tamen in demonſtratione de Antichriſto Apoſtolicam Eccleſiam, *Babylonium Monarcham, & Tyrannum; ſtramineum ſanctum, ſtraminea miracula, Bayblonicæ meretricis ſcortationes; abominationes Antichriſti & ſimilia*, paſſim inclamat, teſte eodem Leſſio: cur ſimili ſaltem æquitate in me noluit uti Ianſenius, cum ego monitoria iſta præfatione magni Regis & ſimilibus monitoribus ac ductoribus in hanc ſententiam devenerim? Niſi forte turpiſſima adulatione ac προσωποληψίᾳ, aut Ieſuito-verſipelli aſtutiâ, atque æquivocatione laborare illam excuſationem cenſeat. Sed exoneremus jam plauſtra illa convitiorum. Ac primo quidẽ dicit *me dictiunculam arripere, ut turgidus maledictis animus bilem in Reges & Pontifices poſſit evomere.* Nullum ſpecimen maledictorum in reges proferre auſus fuit: Itaque maluit muſſitando tam diu mendacii ſuſpectus eſſe, quàm citando in calumniâ deprehendi. Baronium ſuum caſtiget potius, quem in reges Hiſpaniæ ita debacchatum vidimus, ut Cardinalis Columna publicè & quidem acriter eo nomine eum reprehenderit. Vide tract. Baronii de Monarchiâ Siciliæ cum epiſt. Columnæ & reſponſo Baronii edit. Pariſiis apud Hadr. Beys 1609. Ejuſdẽ Baronii maledicta in Imperatores, Reges, Imperii proceres, quibus annales ejus turgent, vide breviter enotata à Goldaſto in Replicâ ſuâ pro Imperio. Clemens VII. in reges veſtros non maledicta tantum, ſed & perfidiã, proditiones ita evomuiſſe putabatur, ut Carolus V. viciſſim copias ſuas in ſedem Romanam & per illas furorem ſuum evomeret; de quo vide pręter Hiſtoricos, in epiſtolis Sadoleti.

Audiamus igitur, quænam illa ſunt plauſtra convitiorum, quibus Papam, Eccleſiam Romanam, & Sacerdotes oneravi. Dixi Papam eſſe *Latialem Iovem, Vejovem Romanum, Antichriſtum, beſtiam poſt quam tota terra vadit.* Sed quodnam hic maledictum? Latialis eſt ſive Latinus à loco denominatus; quomodo Romanos tunc regnantes Latinos appellabat Irenæus lib. 5. cap. 29.

Et

[a] Præf. ad Diſput. de Antichriſto. [b] In Dedic. [c] Pag. 15.

Et Navarrus Papam Latinorum Regem indigetat. Iupiter dici poteſt, & quidem Capitolinus analogice & termino Theologiæ Ethnicæ, ut ita comparetur prior Roma cum poſteriori; Iupiter Capitolinus cum Pontifice Santangelano, veteris Romæ & Romani imperii Præſes & ſtator, cũ Pontificiæ Romæ capite, & terreſtri Deo; quomodo multis modis à ſuis Deus appellari ſolet, ut infra videbitur. Et quia nos talem Deum, qualem ſe facit, non agnoſcimus, non impia neque inconcinnâ alluſione, ſeu paranomaſia, Vejovem ipſum appellamus, cum inſtar prioris Romæ Vejovis ſeu Vedii, non juvandi poteſtatem, ſed vim nocendi habeat, & colatur ſimulacro Dei ſagittas tenentis, quæ paratæ ſint ad nocendum, præſertim cum *Gehennæ mancipia, Diaboli incarnati, Luciferi* &c. à ſuis non raro appellati ſint Papæ; & ipſi partem cum Iove infernali ſibi ſtatuant: *Non video quomodo qui locum hunc altiſſimum tenent, ſalvari poſſint*, ſunt verba Marcelli II. teſte Onuphrio in ejus vitâ: *Ad eum ſtatum Eccleſia devenit, ut non debeat regi niſi per reprobos*, ſunt verba Cardinalis de Aliaco Orat. de Reformat. Eccleſ. habita in Concilio Conſtantienſi. Baronius totam catervam Paparum & miniſtrorum Papalium gehennę & Plutoni adjudicat, loco à nobis in Philonio citato; & Genebrardus quinquaginta Papas ſucceſſive numerat apoſtaticos. Scriptura ab hujuſmodi alluſionibus & paranomaſiis non abhorret cum montem Olivarum המשחה *hammiſſchah*, vocat montem המשחית *hammaſchit*, corruptionis ſeu perditionis. בית-אל *Bethel* domum Dei, בית-און *Bethaven* domũ vanitatis, ſeu idoli vocat. Et Apoſt. περιτομὴν pſeudapoſtolorũ vocat κατατομὴν, Phil.3. Et בעל-רעם *Beel rehem*, i. Dom. tonitrui dictus cultoribus ſuis, apud Dei ſervos dicitur בעל-זבל *Beelzebul*, i. *Dominus ſtercoreus*; quomodo idola גלולים *Gilloulim*, i. Dii ſtercorei.

Hinc etiam *Antichriſtum* appellamus termino Scripturæ, quem κατ᾽ ἐξοχὴν Pontifici competere unanimiter credunt Proteſtantes & Reformati, & toties præclaram hujus ſuæ credulitatis confeſſionem ediderunt tot populi, Reges, Principes Eccleſię, ut omnino ſupervacaneũ eſſe putem in illis quæ tractarunt ipſi, tractandis, vires ac tempus terere, ut cum Ianſenio pag.32.33. loquar. Videantur Antagoniſtæ Bellarmini de Antichriſto, Wittakerus, Lubbertus, Iunius, Brightmannus in comment. in Apoc.cap.17. Chamierus, Danæus, Nicolaus Vignier in tractatu Gallico de Antichriſto, Georg. Dovvnamus contra Leſſiũ de Antichriſto. P. Molinæus in tract. Gall. *Accompliſſement des Propheties.* Pleſſæus in libro de Eccleſia c.9. Idem in prolegomenis ad myſterium iniquitatis Gall. & Lat. & Rivetus in defenſione Pleſſæi Gall. & ante omnes nominandus, Sereniſſ. ac potentiſſ. Magnæ Britanniæ Rex Iacobus in præfatione monitoria ad Imperatorem, Reges, Principes &c. Apologiæ pro juramento fidelitatis præfixâ Lat. Gall. Angl. Belgicè editæ.

Tituli iſti non ſunt tam inſolentes aut novi, cum, antequam unquam prodiret Lutherus, de Antichriſto, & tempore ac prognoſticis Antichriſti, toties audita ſint teſtimonia, querelæ, ſuſpiciones, præſagia ex teſtibus fide dignis Ioachimo Abbate; Vincentio Venetiis 1400 ſanctimonia & concionibus celebri; Guilielmo de S. Amore; Theodorico à Nyem 5 Pontificum ſibi ſuccedentium Secretario; Michaele Cæſenate, Franciſcanorum Generali; Guilielmo Aurifice; Roberto Lincolinenſi; Everhardo Archiepiſcopo Salisburienſi, Epiſcopis Germaniæ ſub Frederico II. Imperatore, Mathia Pariſienſi, Imperatore Frederico Barbaroſſa, optimis quibuſque iſtius ætatis, ut allegat Sigebertus Gemblacenſis apud Aventinum; Hajabola Minorita, Nicolao Oreſmo, Arnulpho Epiſcopo Aurelianenſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

lianenſi in Synodo Rhemenſi anno 991. Et ab ipſis Papis, qui ſe invicem titulo & pelle Antichriſti induebant: ut, exempli gratia, Gelaſio II. & Gregorio VIII. Item Innocentio II. & Anacleto II.

Ἀπολλύων mentionē feci in Parœmia illa de Tripode *Apollinis*, an *Apollyonis*: quod tu mox quaſi in Pontificem tuum dictum accipis, & quidem conjecturâ non vanâ aut abſonâ. Sunt qui velint illum antiquū draconem Hebraicè in Sacris *ob*. אוב & abaddon, helleniſtis Ἀπολλύωνα, eundem eſſe cum Gentilium Apolline Pythio ſub ſpecie Serpentis culto: Cujus nomen Hieroglyphicon, oracula & geſta, ſive ex Ethnica Mythologiâ, ſive ex S. Scriptura deſumptum, ex Apocalypſi ſcilicet (ubi τοῦ Ἀβαδδών, Ἀπολλύων draconis, beſtię, pſeudoprophetę fit mentio) Pontifici ſaltem parabolicè applicari poſſe, nemo ſanus inficias ibit. vel ſi mavis Ἀπολλύων appellatur tanquam Antichriſtus, quia eſt filius ille perditionis, 2 Theſſ. 2. Ante tempora Lutheri *Diabolus, Lucifer, Satanæ & Antichriſti Satrapa* publice proclamatus, Perditor & Peſſumdator Eccleſiæ, regnorum, rerumpubl., morum per Occidentem. Quod tot conteſtationes in Papas & Curiam Romanam, tot conatus Epiſcoporum, imprimis Hiſpaniæ, ad ejus reformationem in Concilio Trident. ſatis indicant. Qualis tempore Bernardi jam firmata fuerit perditio, patet ex libris de conſideratione ad Eugenium. Quanta perditio ex curia Romana in omnes Eccleſiæ partes inundarit [a] faſſus eſt Papa Adrianus VI. per legatum in comitiis Norimbergæ, & reformationē pollicitus. *Vbertinus* de Caſali Minorita, *Abaddō & Angelum abyſſi, & regem Locuſtarum*, de Pontifice quodam [b] exponit, quem frauduleter aſcendiſſe & tyrānice uſurpaſſe cōqueritur.

Τερπικέραυνον *dixi*, id eſt, *fulmine gaudentem*, quod epitheton Iovis Ethnicorum (cui telo triſulco armato per Auguſtum ædes in Capitolio conſecrata) per Metaphoram ad diras & excommunicationes Papales transtuli, & quidem manuducente ipſo Papa Hildebrando, ſeu Gregorio VII. qui Henricum IV. Imperatorem excommunicatione ſua percuſſum, *afflatum fulmine* dixit. *Ipſe auditor curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, cui gladium, ut vocant, ſpiritualem tradidit Camera Apoſtolica, is eſt omnium cenſurarum alter* [c] *Vulcanus, & Fulminator; Sunt enim cenſuræ Fulmina Eccleſiæ*, ſunt verba [d] Octaviani Veſtrii I. C. Et ipſe Ianſenius ab hac phraſi non abhorret, dicens: [e] *Neque Romanum fulmen timeo*; &: *fulmina vibrata*. Commentarii & probationis loco ſunt mihi Henricus IV. & V. Fredericus Barbaroſſa, Otho, & poſtremus, ni fallor, Ludovicus Bavarus Imperatores. Henricus tunc Rex Navarræ, Ludovicus Princ. Condæus, Eliſabetha Angliæ Regina, Sereniſſima Reſpubl. Veneta anno 1607 omnes fulmine percuſſi. [f]

Si quis adhuc dubitet ipſum fulmine delectari, aut ſi cui brutum fulmen, & ſimiles probationes noſtrorum legere ſit religio, conſulat ſaltem Apologiam & opus 40 dierū Occami tantopere celebrati Doctoris, & Marſilii Patavini defenſorem pacis, & ſpiſſum illud opus Georgii Haivvarti conſiliarii Bavarici pro Ludovico Bavaro, & Apologias Epiſcoporum, & Clericorum Imperialium &c. pro Henrico IV. Imperatore contra Hildebrandum dictum Gregorium VII. quas ante paucos annos edidit [g] Melch. Goldaſtus. Adhæc ſcripta Patris Pauli Veneti, Marſilii, & aliorum Theolo-

[a] Sleid lib 4. & 11. [b] In tract. de 7 ſtatib Eccleſ. juxta 7 viſiones Iohan. in Apoc. edito Venetiis 1516. [c] Eſt phraſis Summiſtis & Canon. uſitata, *Excommunicationem fulminare*. Sic paſſim Toletus lib. 5. cap. 4. n. 24. & lib. 1. cap. 5. & Bellarm. in Theologos Venetos. [d] In Iſagog. in Roman. aulæ actionem, lib. 2. p. 16. [e] Cap. 4. p. 37, & 142. [f] Rodolph. Boter. comment. l. 2. pag. 96. 73 *fulmen Vaticanum, fulmen myſticum*, & Papam Clement. VIII. *Iovem tonantem* vocat. [g] Editæ ſunt in replica pro Imperio.

Theologorum & I. C. C. pro Republ. Veneta contra fulmen excommunicationis Papæ Pauli V.

Τρικάρηνον, id eſt, *tricipitem ſeu triverticem*, non tricipitem Cerberum (ut tu transferens vocem Græcam de tuo addis fide ſolitâ) dixi alluſione facta ad triplicem coronam Pontificis, quæ *il regno* ſeu regnum dicitur, cujus myſticam cabalam deſcribit[a] Ceremoniale Romanũ: & [b] Cornelius à Lapide communis quaſi commentator, & ad quam ſex rationibus ſuffultam exclamat illud Prudentii:

O triplex honor, ô triforme culmen,
Quo noſtri caput excitatur orbis!
Orbis Chriſtiani decus perenne.

Hæc eſt illa majeſtas, ſublimitas, efficacitas triverticis, trini, inquam, illius, & incomparabilis diadematis. Ita Paſſchalius de Coronis lib. 9. cap. ult.

Quod cum ego in Philonio indicaveram, tu ſurda aure prçterire maluiſti, quàm ex rei veritate & conſcientiæ ſenſu aperte defendere aut improbare. Dic ergo aliquid Ianſeni de iſta coronâ, & non de blaſphemiis & convitiis meis: dic ſi audes & expone nobis ſenſum, ſi non litteralem, ſaltem allegoricum, anagogicum, tropologicum iſtius majeſtatis, efficacitatis, trini illius diadematis.

Tyrannum dixi jure merito, qua in ſupremo gradu talis eſt, & quidem bis geminus, uſurpans & abutens titulo & exercitio, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus. Prætereo noſtros, qui tractatibus de Antichriſto & poteſtate Papæ ex Scripturis, Cõciliis, Patribus, tyrannidem abutentem in ſpiritualibus, excommunicationibus ſcilicet, & interdictis non obſcure impingunt ei: Ex veſtris, quicunque ſcriptis, querelis, aut ipſo facto, & manu forti ſeſe oppoſuerunt illis, videantur authores ſupra citati ad titulum τρικάρηνος. Tyrannidem uſurpantem Eccleſia Gallicana, & quæcunque ſequuntur, aut ſequutæ fuerunt decreta Concilii Conſtantienſis & Baſilcenſis, & omnium fere tunc temporis Vniverſitatum judicia, quæ Papæ poteſtatem, quã ille ſupra concilia extollit, concilio ſubjiciunt, & in ordinem cogunt. Tyrannidem ejus uſurpantem in temporalibus magna & non ignobilis pars Romano-Papalis Eccleſiæ agnoſcit, dum omni poteſtate temporali, (quam ſibi aſſerit) in capita fortunaſque Imperatorum, Regum, Principum &c. ipſum ſpoliant; & buccinatores hujus poteſtatis ignominioſè ſtigmatizant. Quod ſi hæc ignoras, require ex ſociis Ignatii, cur Marianæ, Zvvareſii, Bellarmini, Becani tractatus à ſuprema curia Pariſienſi, præeunte Iudicio Vniverſitatis, igni adjudicati, & per manus carnificis publice combuſti ſint. Porro camarinam illam de multiplici abuſu temporalis poteſtatis, ſive directæ, ſive indirectæ (ſiquidem eam haberet) non movebo. Adeat lector Stellam, Platinam de vitis Pontificum, & hiſtoricos mediæ ætatis Matheum Paris, Abbatem Vrſpergenſem, Aventinum &c. aut ſi compendiũ quærat, Pleſſæi myſterium iniquitatis cum defenſione Riveti. Cur Imperator Carolus V. Clementem VII. & Ludovicus XII. Rex Chriſtianiſſimus Iulium II. infeſtis armis perſecuti ſint, & quidem hic cum hoc ſymbolo *perdam nomen Babylonis*, monetæ inſcripto? an non propter injuſta & tyrannica ipſorum facta?

Ambitioſum, fateor, non ita recte dixi; neque enim ſufficit illa vox exprimendæ iſti voragini. Ambitio ergo & ſuperbia ipſa potius dicatur; quomodo de Alexandro VI. celebris Poeta[c]: *& ſcelus & vitium.* Si certum ordinem, & authorizatam ambitionis formam quærimus, elucet ea imprimis in triplici corona, in quatuor mitris pretioſis, in oſculis pedum ad quæ te-

a Lib. 3. c. 9. & lib. 1. ſect. 2. b Comment. in Zachariam, c. 6. c Iacobus Zannazar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nentur omnes Imperatores, Reges, Principes,

— [a] Cujus veſtigia adorant
Cæſar, & aurato veſtiti murice Reges.

Cui caudam pluvialis portare, ſtapham equi tenere, equum per frenum ducere, quem ſella vectum humeris ſuis portare, cui aquam ad lavandas manus adferre, primum ferculum portare debent iidem Imperatores & Reges. Quo manus lavante Prælati & Laici omnes genu flectunt, Cardinales & Prælati ſtant capite detecto, quo bibente omnes adſtantes præter Epiſcopos & ſuperioris dignitatis viros genu flectunt, cui in menſâ regum fratres & filii ſerviunt.

Quod Deum ſe appellari, Scripturam ad pedes collocari &c. patitur, ſuo loco probabimus.

Adde Pompam plus quam Perſicam, cum procedit in Pontificalibus; cum intrat urbem aliquam; cum excipit Imperatores, Principes &c. cum divorum apotheoſes peragit, cum ſolenne convivium celebrat. Vide hæc graphice depicta à Papæ paraſito Archiepiſcopo Corcyrenſi in Ceremoniali Romano. [b] Quorum omnium ſumma eſt: *Pontifex nemini omnium mortalium reverentiam facit aſſurgendo manifeſte, aut caput inclinando ſeu detegendo*, lib. 3. cap. 2.

Atque hæc de jure. Factorum Oceanum quis exhauriat? lege Lector, cui vacat, authores ſupra citatos & exclama cum Bernardo: *Scilicet ſic factitabat Petrus!* ut Hadrianus ſcilicet IV. & Alexander III. & ſimiles Luciferi. Alexandrum III. conculcantem cervicem Imperatoris Frederici Barbaroſſæ non tantum deſcribunt Hiſtorici, ſed laudibus corã [c] Alexandro VI. eum celebrant legati Senenſium.

Culinariũ ſi dixi, parũ eſt. Si enim Papę non ſunt ex iis, *quorum Deus venter eſt*. Phil. 3. quinam ergo erũt? quia ergo nidori culinæ ſatis lautæ & pluſquam Perſicæ regalis adhæret; & propter culinam omnia facit, ut, in taxa pœnitentiaria: *Et diligenter notandum, quod ejuſmodi gratiæ & diſpenſationes, non dantur pauperibus; quia non ſunt, ideo non poſſunt conſolari.* Vnde & [d] Clenardus veſter quondam Lovanienſis, Mantuani illud diſtichon: *Vivere qui ſancte cupitis* &c. Iſto commentario illuſtravit:

Quiſquis opes ſacras nũmo reperire prophano
Quærit, eat Romam, ſacra ſunt venalia Romæ.

Et Æneas Sylvius poſtea Papa Pius II. Epiſtol. 66. *Nihil eſt quod abſque argento Romana curia det, ipſa manuum impoſitio, & Spiritus S. dona venduntur, nec peccatorum venia niſi nummatis impẽditur.* Et quæ culinæ ipſius præjudicium adferunt graviſſime omnium fert, ut patet ex caſibus reſervatis. Imò hæreſis à culinæ aſſeclis proclamatur, pecunias ad Papam non mittere. Sic Platina in Conſtantino, anno 768. Deinde quia culinæ, ventri, foro præeſt, & leges fert interdicto jure ciborum & diſpenſationibus, quas qualificatis mediantibus illis liberaliter elargitur. Tertiò, quia juramenta, quæ ab Imperatore, Epiſcopis, Doctoribus theologiæ aut juris, Notariis, illi præſtantur, aut tantum, aut primario ſaltem culinam ſeu τὰ βιωτικὰ (1 Cor. 6.) & hujus vitæ negotia ſpectant.

Apoſtatam ex ingenio meo ego non dixi, ſed præformavit mihi hunc titulum impotens ille Papatus aſſertor Gilbertus Genebrardus Theologus Pariſienſis, qui in Chronologia ſua Papas plurimos ex Apoſtolicis Paranomaſia quadam facit *Apoſtaticos*, & *Apotacticos*. Ita furioſo iſti veritatis & Eccleſiæ noſtræ adverſario veritas ex in-

[a] Mantuanus. [b] Lib. 1. ſect. 2, 3, 5, & 6, & 12, & 13. Et præfat. ad lib. 2. l. 3. c. 1, 9. [c] In Orat. gratulatoria ad Alexandr. VI. quam à Politiano compoſitam cum aliis nonnullis edidit Aſcenſius an. 1505. Vide etiam Azorium inſtit. Moral. p. 2. lib. 5. cap. 43. ubi heroicum hunc actum refert inter triumphos Eccleſiæ. [d] In Epiſt. ad Polytum, & Hoverium, 18 Kal. Ian. 1536.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ex invito pectore erumpit. Accedit Nicol. de Lyra, qui multos Pontifices à fide apoſtataſſe aſſerit in Matth. cap. 16. verſ. 18. Cujus dictum in Philonio meo præteris; me autem alieno loco vellicas. Ita etiam *Apoſtaticos*, non *Apoſtolicos* vocandos eſſe Pontifices ſtatuit Concilium Lateranenſe ſub Iulio II. qui ſine canonica electione Cardinalium fuerunt in throno Petri collocati. Tales autem fuiſſe pleroſque ferreo iſto ſeculo [a] Baronius ipſe docet in annalibus: *Quis enim à ſcortis hujuſmodi intruſos, ſine lege, legitimos dicere poſſet Romanos fuiſſe Pontifices?*

Monſtrum, horrendum, informe dixi verbis Poetæ, alluſione facta ad prioris Romæ Capitolinum præſidem, de quo Arnobius lib. 7. *Tot monſtra, quot Iovis nomina.* Papas veſtros, à quibus ſucceſſio illa eccleſiaſticæ poteſtatis ordine ad vos decurrit, elogio illo cohoneſtavit purpurati ordinis decus, altera Romæ columna Cæſar Baronius, cujus verba in Philonio meo adducta, tu non abſque ſudore præteriiſti. Ita enim ille: *Qualesnam veris delectos ab hiſce Monſtris Presbyteros, Diaconos, Cardinales fuiſſe.* Idem Iohan. XI. *monſtrum*, & Iohan XII. *abortivum, & monſtroſum caput* appellat, anno 931, 1. & 955, 4. Hujus verba jure quodam imitationis, quod non cogitatibus evenire ſolet, (ut tecum loquar) ſi expreſſi, cur maledictus & convitiator audio! Adde [b] Platinam, qui Benedictum IX. Gregorium VI. Sylveſtrum III. teterrima tria *monſtra* appellat. Alios iſtius commatis *portenta*, & Arnulphum Epiſcopum Aurelianenſem, qui Papas ſui ſæculi *monſtra* proclamare, non veritus eſt in Synodo Rhemenſi anno 991. Sed ipſa ratio hujus tituli eſt evidens. Monſtrum portentum eſt inſolens, admirationem parit: Iam vero Papa eſt *ſtupor mundi*, quippe qui toti mundo mirabilem ſe reddidit.

Primò, myſtico illo Religionis choragio & toto eſſe Romano cæremoniali, de quo Archiepiſcopus [c] Corcyrenſis hujus myſterii epoptes: *Quos libros ſacrarum* Cæremoniarum, *eo libentius edendos, publicandoſque curavi, quod exiſtimarem ſummum illud Religionis ac pietatis noſtræ faſtigium, quod Romæ tantum obſervari ſoleat; hactenus uni aut alteri cognitum erat; intellectum nunc demum ab omnibus admirationem primum, tum vero etiam ingentem voluptatem legentibus allaturum.*

Secundò, mirabilis ille eſt modus peractionis myſterii iniquitatis, quâ orta, aucta, propagata, & hactenus ſtabilita Eccleſiaſtico-politica Monarchia Pontificum, de quo inter alios egregias conſiderationes habet [d] author Anonymus relationum de Religionis ſtatu in Occidente.

Tertiò, mirabilis & monſtroſa eſt illa conjunctio utriuſque poteſtatis Eccleſiaſticæ & politicæ, quæ tam monſtroſa viſa [e] Bernardo, ut ſuo Eugenio ſcripſerit: *Succeſſor es Petri & non Conſtantini Magni: & ergo tu* (inquit) *& uſurpare tibi aude aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicus dominatum.* Quod Sorbona ante paucos annos per [f] advocatum Pariſienſem de Martelire Papiſtis ſuis inculcabat.

Quartò, quia tam inaudita, tam ſtupenda conſilia, & facta Pontificum, ut qui illa deſcripſerunt, fidem apud poſteros non inveniſſent, niſi ſuccedentes prædeceſſorum geſta adæquando aut ſuperando, indubium feciſſent myſticam illam ſedem diabolicâ quadam metamorphoſi Lycanthropiam & miranda quæque monſtra, inſtar Africæ, ſemper producere. Adeo ut merito Pontifici inſeſſori Cathedræ Romanæ proprie à nobis applicetur illud, Apocal. 17. verſ. 5

Et in

[a] Tom. 10. an. 912. Artic. 8. [b] Platina in vitis Pontif. & in Benedicto IV. [c] In Præfat. ad 3 Librum Cærem. [d] Liber eſt Anglice ſcriptus, nuper in Gallicum transfuſus. Author in poſtrema edit. Anglica indicatur. [e] In libro de Conſid. [f] In Orat. in Ieſuitas habita coram ſuprema curia.

Et in fronte ejus nomen ſcriptum; Myſterium, quod [a] quidam teſtantur ſe Pontificis tiaræ inſcriptum legiſſe. Quicquid de eo ſit, ſaltem non erubuit [b] author Cæremonialis Romani, Leoni X. librum ſuum iſta præfatione inſcribere: [c] *Invenies hic cæleſtis Patriæ ſpeciem, ſacratiſſimos ritus, arcana præfigurata Myſteria. Quid enim aliud Pontificum electio, conſiliorum norma, Divinorum adſcriptio, Cardinalium allectio, Pontificalis Pompa, Admiſſio Principum, aliique ſacrorum uſus, quam in unum totius univerſi Principem ſummum conſenſum, Dei Providentiam, poteſtatem, ſplendorem, imperium, liberalitatem oſtendunt? Nobis certe hoc in Diogenis fano conſtitutis melius quã per has cæremonias, quibus adeo celebratur Roma, tuaque authoritas colitur, Divina omnia illucere non poſſent* [d]. Ita mirabili diſpenſatione & mixtione linguarum, Pontifex ſolus hoc reſpectu nomen Papæ ſibi ſoli attribuit, *quod ſumptum dicitur*, inquit Biel, *ab interjectione Papæ, quæ admirationis affectum importat, unde eis proprie convenit, qui in converſatione ſunt admirabiles vitæ ſanctitate & doctrinâ &c. Sic olim omnes Epiſcopi vitæ pollentes ſanctitate Papæ ſunt vocati: Nunc vero nomen papa, ſoli Romano attribuitur Pontifici &c.*

Sequuntur nunc convitiorum plauſtra in Sacerdotes.

Primò appellavi illos *Ianizaros magni Domini*. Quod hoc crimen, ſi Papæ juratis miniſtris & officiariis in myſterio iniquitatis peragendo nomen tale analogice ſeu nuncupative tribuam, quod cum aliis nonnullis ex aulâ & regno Turcico-Mahumetico accerſitum civitate illâ jam pridem donatum, & in curiam illam introductum video, nec abſque myſterio; non enim titulis, cæremoniis, veſtibus priorem illam beſtiam tantum quàm proxime exprimere voluit poſterior; ſed & gemini ſui comparis Machumetis uno ovo prognati cognationem profiteri quibuſcunque potuit cæremoniis, dogmatibus, titulis & rebus geſtis. Ita Mareſchallus, *Soldanus curia* dicitur. Vmbella ſuper caput Pontificis portata *Baldachinum*. Et forte plura ejuſmodi inter tot exotica veſtium, utenſilium, ædium, officiariorum nomina, quæ Grapaldi onomaſticum ædium, aut Bayfius de veſtibus, & omnia Gloſſaria forte non explicarent: qualia ſunt exempli gratia, *Camera paramenti* quam [f] *Papegalli* appellant, *faldiſtorium, cuſſinus, cappa, auri phrygium, planeta, rochetum, almucia, valiſia, valiſarii, ceroferarius, parafrenarius, equi bardati, pedites cum lacernis bocaſinis, credentia, ſeu dreſſatorium, favo, &c.* Ad cujus plus quam Perſicæ & Turcicæ pompæ intelligentiam, lector dictionario aliquo Latino-Turcico-Barbaro indigeret. Sed redeamus ad *Iannizaros* noſtros. Legeram ego inter officiarios Cancellariæ Apoſtolicæ, Domini noſtri Papæ Sollicitatores Apoſtolicos *Iannizeros* dictos. Quo alluſerint primi hujus nominis [g] inventores, nihil ad me; ego videns voce iſta, ſive ſimili curiam Romanam gaudere, non abſonum putavi, alluſione ad eam factâ, hierarchiæ & myſterii iniquitatis armigeros, qui in gratiam Papæ nihil non defendunt (quales exempli gratia Bellarminus, Baronius, Stapletonus &c. & hoc quamquam haud paſſibus æquis ſequentes, Coſterus, Gouda, ab Angelis, Ianſenius) *Ianizaros* dicere; quod magno, maximo ſuo Domino, Papæ id ſint & ſuo modo præſtent, quod *Ianizari* militiæ Turcicæ robur, magno ſuo Domi-

[a] Iacob. Brocard. comment in Apoc. 17. [b] Franciſcus Monachus Cœleſtinus in Gallia converſus: Anno 1601. [c] Relatum illud etiam Domino Montmorantio ab homine fide digno teſte Scaligero in Notis ad loca. N. T. Relatum ſibi à nobile quodam Anglo teſtatur Thomas Iameſius [d] Nota blaſphemiam. [e] Biel in Can. Miſſæ lect. 23. [f] Cæremoniale lib. 1. Sect. 2. de Coronatione Papæ Fol.35. [g] Octavian. Veſtrius Iſagog. in Rom. Aulæ Actionem. &c. Lib. 1. p.6,7. & 2. pag. 30. Venet. 1560. in 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Domino aut illi, qui Papæ in Pontificalibus aut alia ſolennitate prodeunti [a] *Baldachinum* ſupra caput tenent.

Tribuit mihi etiam quod Sacerdotes [b] *Dardanarios, ſaccularios, id eſt, fures & maleficos* vocaverim. Sed comparet lector Philonii numerum 2. cum hac Ianſenii criminatione, & fluxam hujus viri memoriam aut fidẽ deprehendet: Ipſe contradictionis vertigine agitatus, exſerte eadem verba ita interpretatur: [c] *Dardanarios, ſaccularios ſeu Zoroaſtræos magos & incantatores.* Dixi ergo eos ſaccularios & Dardanarios, fateor, ſed minimè fures: neque enim ita me intelligi velle, aut poſſe permittunt, tũ illa interpretatio [d] Ianſenii modo allata, tum antecedentia & conſequentia, ſeu continuata Metaphora in illo quodlibeto quod moveo de magicis & Zoroaſtræis ſuſurris, quibus incantationes peraguntur: ut quidem ipſe, mea illa verba citat & ex profeſſo impugnat Ianſenius ibidem, ubi hanc falſam interpretationem *de furibus* & *maleficis* infarcit. Dardanarius fateor etiam furem ſignificat, ſpecialiter ſcil. pantopolam, & qui annonam flagellat, ut egregiè docet [e] Cujacius. Et Saccularius furem notat non omnẽ, ſed eum qui magica arte credebatur ſacculos incãtare, & nũmos ſubducere. Quales in jure deſcribuntur, quod vetitas in ſacculo artes exercentes, partem ſubducunt, partem ſubtrahũt: ut [f] Turnebus in adverſariis & Eraſmus in Chiliadibus explicant. Et [g] Iuriſconſulti ad legem illam: Non eſt igitur *furis* qua talis, ſola ſignificatio, nec forte præcipua, ſaltem contextui verborum noſtrorum nulla ratione aptari poteſt: Sit ergo nobis Dardanarius, qui Dardanias artes exercet, idem quod præſtigiator. Furti actio in Sacerdotes aut omnes, aut qua tales, à nobis hic non inſtituitur, ab ſit. quamvis meminerim me legiſſe in [h] Viguerio veſtro: *Religioſo licitum eſſe furtum, ſecundum Thomam in caſu neceſſitatis ad dand. m Eleemoſynam.* Et apud Antonin. p. 1. tit. 20. *In neceſſitate licet furari, quia illud propriè non eſt furtum; quoniam in neceſſitate ſcil. extremâ &c.* Baneſius commentar. in Thomam exiſtimat, *Virum honeſtum, cui magnum dedecus eſſet mẽdicare, poſſe clanculum ſurripere in extremâ neceſſitate, ne cogatur publicè mendicare.* [i] Quamvis etiam de Simoniacorum injuſte poſſidentium & tenentium beneficia eccleſiaſtica, indirecto furto ex [k] Canoniſtis & Caſuiſtis quodlibetum non paucis ex ſacro ordine moveri poſſet; & ante Lutherum Prælatos furum ſocios [l] Alvarus Pelagius cũ aliis aperte nominare auſus fuerit. Sed hæc in præſentiarũ nihil ad rhombũ.

De Magicis Sacerdotum ſuſurris, quo jure quid dixerim, infra videbimus.

Videamus nunc quid dixerim de Eccleſia Romanâ:

Primum eſt, *eſſe eam totam Lupanar.*

Reſp. verba ſunt B. Mantuani Carmelitæ.

I pudor in villas, ſi non patiantur eaſdem
Et villæ vomicas: urbs eſt jam tota lupanar.

Quæ ego de pollutionibus corporalibus ut exponam & probem non puto requirere Ianſenium. Notum eſt, quid Mãtuanus, quid Petrarcha occulatus teſtis de ſui temporis Româ, quid de Iulio II. Clemente V. Iohãne XIII. Iohanne XXIII Sergio III. Alexandro VI. cui Lucretia erat Filia, ſponſa, nurus, de Sixto IV. Leone X. Paulo III. Pio. IV. Pio V. & reliquis ejuſmodi impuriſſimis monſtris veſtri ſcriptores, etiam illi, qui ſucceſſionis Eccleſiæ in Paparum ſcil. capitibus evangeliſtæ certiſſimi memoriæ prodiderunt. Quid alii ſexcenti de abominandis &

[a] De baldachino paſſim Cæremoniale. [b] Pag. 13. [c] Pag. 16. [d] Pag. 13. [e] Obſerv. lib. 10. c. 19. pag. 547. [f] Adverſ. lib. 9. cap. 17 [g] Ad L. Saccularii in ff de extraordinari: crim. [h] In inſtitut. Theolog. cap. 12. p. 118. [i] Refert Ioh. Malderus in 22 q. 32. art. 6. Confer Toletum, Navarrum, Imm. Sa, alioſque Summiſtas [k] Teneri eos ad reſtitutionem communiter tradunt. Doctores in 4. diſt. 25. [l] Alv. Pelag. de planctu Eccleſ. lib. 2. c. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

non nominandis Lupæ illius lupanaribus & lupercalibus. Sed non libet camarinam illam movere. Duo tantum Ianſenio in memoriam revocabo. Primum de dominatu potentiſſimarum meretricum, ferreo illo ſeculo, quæ amaſios ſuos in ſedem illam intrudebant; teſte Cardinali [a] Baronio verbis à me citatis in Philonio, quæ Ianſenius non ſine pudore præteriit. Relegat quæſo ea cordatus Lector, & videat quorum ſucceſſores ſint Romani Põtifices, qui ex illis lupanaribus, tanquã ex equo Trojano egreſſi, cùm unumquodque referat originem ſuam & propaginem. Alterum eſt de publicis Lupanaribus Romæ à Pontifice conceſſis; unde & vectigal in gazophylacium corradere ſolet, multo impudentior Imperatore illo, cui vitio dabatur, quod ex lotio tributum exigeret. Conſilium delectorum Cardinalium hoc ulcus tangens, de [b] *meretricibus, quas mulis vectas aſſectentur de media die nobiles familiares Card. Clericique* &c. tamen ejiciendas meretrices ſuadere non audet. Imò de imminutione licentiæ, quam urget, ne ſemel quidem cogitatũ à Paulo IV. Pontifice, qui tamen tũc ipſe fuerat inter Cardinales conſultores, nomine Petrus Theatinus, quod utrumq; miratur [c] Eſpencæus & graviter dolet. *Non jam*, inquit, *habitant* Romæ *meretrices ut olim, ſub manibus &c. Nunc ſub Chriſti vicariis, & Petri ſucceſſoribus, ut alius quidam cecinit;*

Urbs eſt jam tota Lupanar. Idem
—— Roma ipſa Lupanar
Reddita, fæmineo Petri domus oblita fluxu.
Ad Stygios olet uſque lares, inceſtat Olympum,
Nidore hoc, facta eſt toto execrabilis orbe.

Lupanarium publicorum apertionem, ſeu permiſſionẽ à Pontifice & Magiſtratibus legitimè aut licitè fieri defendunt impuriſſimi Papiſtæ, Ieſuita Azorius aliique, atque citatur in hanc ſententiam Thomas de Regimine Principum, & 2.2. quæſt. 10. artic. 11. [d] quorum ſententia non damnata ullâ deciſione Conciliorum, ne ipſius quidem Tridentini, neque ullius Pontificis Romani fulmine, aut bulla, aut decretali, ex quo agitari cæpit, repreſſa: quin potius Romæ, quæ totius Chriſtianiſmi metropolis ſcilicet à capite Eccleſiæ ipſa praxi ſuſtentata & approbata, & in ipſius gratiam potiſſimum ab egregiis illis conſcientiæ [e] Magiſtris, in illam partem diſputata cum ſit; pro repræſentativæ Eccleſiæ Romanæ ſententiâ à nobis habebitur; donec abominationes illas deteſtari ſe profiteatur. Eſpencæus aut ſimiles privati univerſalem, aut legitimam reformationem hic facere non poſſunt, ſiquidem ſententia Ianſenii de vocatione & reformatione obtineat, de qua infra; & quia expurgata ſunt illa verba ex pag. 83. ſupra à nobis citata, per expurgatorem [f] Hiſpanicum, [g] Ieſuita Mariana non ſine anxia præfatione, proteſtatione & excuſatione ſui ab omni hæreſeos communione, vix magnam & difficilem hanc quæſtionem de Lupanarium everſione movere audet: Addens, non facile reperiri, qui accuſare morem omnium populorum (ſub papatu ſcil.) conſenſu receptum, licentiamq; cohibere à nullis, certe pauciſſimis, hactenus vituperatã, auſi ſint. Ecce ſanctitatem morum, illuſtrem Eccleſiæ Romanæ notam, quam Bellarminus inter quindecim notas ſuas refert.

Videt nunc Ianſenius quibus rationibus dictum illud Mantuani, & Eſpencæi à me uſurpari poſſit. Accedit quod ſcortationes, & abominationes ſpirituales, id eſt, tam multiplex idololatria Romana in cultu Sanctorum, imaginum, crucis, reliquiarum, rerum cõſecratarum &c. non minus Romam faciant Lupam, & lupanar, & ex-

[a] Baron. Tom. 10. Annal. an. 912. Artic. 8. [b] Sub finem. vide illud editum in tomis Concil. 1551 Coloniæ, & ſeorſim Argentorati 1538, apud Cratonem Mylium. [c] In Epiſtol. ad Titum pag. 83. [d] Vide etiam Navarrum cap. 17. n. 195. A. Et Toletum lib. 5. cap. 37. n. 6. [e] Navarrus ibid. C. p. 357. [f] Ind. expurg. p. 60. [g] lib. de Spectaculis cap. 16.

& exſerte deſignent meretricem illam matrem ſcortationum, Apoc. 17. De flagitiis & ſceleribus omnibus ibi graſſantibus nihil aliud dicam, quam quod Mantuanus illo diſticho Nicol.[a] Clenardo & [b]D. Eſpencæo tantopere probato,

Vivere qui ſancte cupitis, diſcedite Româ.
Omnia cum liceant, non licet eſſe pium.

[c]Et alibi.

Sanctus ager ſcurris venerabilis ara Cynædis
Servit, honorandæ Divum Ganymedibus ædes.

Et paulò poſt:

- - - - venalia nobis
Templa, Sacerdotes, altaria ſacra, coronæ,
Ignis, thura, preces, cœlum eſt venale, Deuſq;

Secundum eſt, *Romam eſſe ſedem Antichriſti.*

Reſp. Hoc eſt caput doctrinæ noſtræ. Romam eſſe illam Babylonem, ubi ſedeat beſtia illa, de qua in Apocal. Et ſic ante reformationem complures Romam Sodomam, Babylonem dixerunt. e. gr. Franc. Petrarcha, Mich. Ceſænas, Generalis Minoritarum, &c. Ex *Antiquis* & Pontificiis plurimi non tãtum 1. Pet. 5. v. 13. Babylonem de Româ, ſed & caput illud Apocal. 17. explicarunt: inter alios Tertullianus & Hieronymus, quibus ſubſcribit [d]Bellarminus, ſed ad Romam Gentilem reſtringit. Sed [e]Ieſuita Ribera ex circumſtantiis textus probat, Romam ibi *in Scriptura etiam dici Babylonem, quod peccata priſtinis ſimilia patratura ſit. itaq; pertinere illa etiam ad Romam, qualis tempore Antichriſti futura ſit, ait Viega* [f]. Non eſt ergo hic convitium, ſed hypotheſis in demonſtratione Antichriſti, quam veſtri etiam negare plane non poſſunt.

Tertium eſt, *Eſſe eam Purpuratam meretricem.*

Reſp. I. Ita Hieronymus appellat Romam Epiſtolâ ad Marcellam & Præfat. in libr. Didymi de Spiritu S. quod ante nos ex veſtris obſervavit [g] Cæl. Rhodiginus. 2. Ipſi Pontificii fatentur: Purpuratam meretricem illam deſcriptam in Apocalypſi eſſe Romam. de aliâ enim urbe exponi non poteſt. Fruſtra tamen hanc cautelam addunt; Romam Ethnicam intelligendam, nõ verò Chriſtianam: Cum & hanc peccata priſtinis ſimilia patraturam metuat Ribera ſupr acit. & hæc non minus idololatrica ſit, quàm illa. Imo Idololatriam per os Prophetarum ſuorum ſibi tribuat ac defendat, Gregor. de Valent de Idololatr. lib. 2. cap. 9. Sed hoc etiam inter Hypotheſes noſtras eſt in demonſtratione Antichriſti, ex conſtanti & communi Confeſſione noſtra. Ergo abſque meo convitio. Accedit huc, quod Roma idololatrica eſt & dici poteſt *meretrix* phraſi ſcripturæ uſitatiſſimâ, Targumiſtis & Rabbinis ita expoſitâ. quod etiam ex omnibus fere commentatoribus in Hoſeæ cap. 1. v. 2. cuivis conſtare poteſt.

Quartum eſt, *Eſſe eam ebriam ſanguine ſanctorum.*

Reſp. Ita exſerte habetur in deſcriptione meretricis illius Apocalypticæ, quam Romam eſſe fatentur Pontificii. Addimus nos, non Romam Ethnicam, ſed multo magis Papalem ſeu Antichriſtianam. Hominum piorum & innocentium, atque adeo vere Chriſtianorum ſanguinem ab ea fuſum teſtantur hiſtoriæ, quarum omnium compendium eſt in Martyrologiis noſtris. Perſecutiones & Lanienas à Romanâ curiâ excitatas ſuis locis annotavit Pleſſæus in hiſtoria Papatus. Et ſunt inter Pontificios non pauci viri honeſti ac graves, quibus hoc diſplicuit:

[a] Clenardi 1. Epiſt. lib. 1. [b] In Epiſt. ad Tit. cap. 1. digreſs. 2. [c] Lib. De calamitat. Mundi. [d] De Pontif. lib. 3. Cap. [e] Commentar. in Apocal. 14. num. 44. & ſeqq. [f] Comment. in cap. 17. Apoc. [g] Antiq. lect. lib. 8. cap. 11.

quamvis non ſeditioſo tantum (ut de me loquitur Ianſenius) ſed ſanguinario clamore intonet Ianſenius, *debita ſupplicia.* Nunc convitium eſt conqueri, ſanguinem noſtrorum fuſum. Omnia cum perpeſſi ſimus, ne querelis quidem eſſet locus, ſiquidem Ianſenius rerum potiretur. Deus videbit & requiret.

Quintum eſt, *Eſſe eam beſtiam poſteriorem, quæ ſuccedit priori.* Reſp. Bernardus epiſt. 125. *Beſtia illa de Apocalypſi, cui datum eſt os loquens blaſphemias, & bellum gerere cum ſanctis, Petri Cathedram occupat, tanquam leo paratus ad prædam.* Potuit ergo Romæ ſedere beſtia Apocalyptica, Antichriſtus ille ex ſententia Bernardi, quem Papiſtæ nunc Babylone exſpectant ex Oriente. Eſt ſcilicet Romano-Papalis Monarchia ſeu tyrannis, beſtia illa, quæ priori Monarchiæ temporali ſucceſſit, quando in aliam quandam monſtroſam, pluſquam carnalem & mundanam monarchiam, ſpirituale Chriſti regnum transformatū fuit; quod non obſcure fatentur illi primarii Papatus [a] Patroni, qui Romanam Eccleſiam, *regnum Romanorum,* & Papam *regem Latinorum* appellant. Et ipſe Pontifex, cum coronam illam triplicem *Il regno,* ſecundum explicationem ſuorum ſibi imponit. Vide noſtrorum Commentaria in Apocal. 13. & Scriptores noſtros de Antichriſto, ſupra citatos. Addimus narrationem non illepidam [b] Dominici Tuſchi Cardinalis in practic. Concluſ. juris Tom. 5. l. Concluſ. 10. unde dicatur Eccleſia Lateranenſis. Ponit Rebuffus in gloſſ. Concord. titulo de approbatione conventuum in principio pag. 50. Vbi ex Alberico, quòd ſit *quaſi latens rana, quam ibi evomuit Nero, quæ amplius viſa non eſt: & putat ipſe* Neronem ibi evomuiſſe *Diabolum in ſpecie ranæ quæ diſparuit.* Et [c] Robertus Abbas Tuitenſis: *nomen ipſum quod dicitur ad Lateranas antiqua probra ſpurci Neronis accuſat: qui dedecoroſe potionibus utens maleficis, illic* (ut fertur) *latens ranas evomuit.*

Sextum eſt, *eſſe Dæmonum paſcua.* Reſp. In Philonio cum hæc ſcriberem, non mea cogitabam, ſed Bernardi in conſid. ad Eugenium, cap. 11. lib. 4. Et [d] Gabrielis Biel, qui eadem verba citat & applicat: *Inter hæc tu Paſtor procedis deauratus &c. Si auderem dicere, Dæmonum plus, quam ovium paſcua ſunt.* Si quid habes, quo caſtiges Bernardum, audiemus. Sin verba ipſius probas, non eſt quod inter mea convitia numeres. Quod ſi ego elogii iſtius author, nullo modo me ejus puderet. Ibi Dæmonum paſcua ſunt, ubi mendacium regnat, & quæcunque mendacium parturit. Sic Chriſtus Iohannis cap. 8. Iudæos dicit ex Patre Diabolo eſſe, &c.

Et ſimilia, ſi non duriora, antequam Lutherus mundo innoteſceret, ingeminata in mediis Papatus tenebris, adverſus Clerum Eccleſiæ Romanæ: *Non ceſſatis ab operibus Diaboli, quia facitis adulteria & perjuria;* inquit Matheus Paris. Mantuanus:

Vivere qui ſancte cupitis, diſcedite Româ;
Omnia cum liceant, non licet eſſe pium.

Quod repetit & Commentario illuſtrat Clenardus in Epiſtolis ſupra citatis. Et in Concilio Conſtantienſi Papa Iohan. XXIII. inter alia titulo *Diaboli incarnati* cohoneſtatus eſt. & Guiljelmus epiſcopus Pariſienſis: [d] *In Clero nihil apparere, niſi diabolicas turpitudines; eos non Eccleſiam, ſed Babylonem, Ægyptum, ac Sodomam eſſe, &c. Prælatos omnibus Eccleſiaſticis honoribus membra Diaboli & Dei hoſtes honorare, &c.*

Septimum eſt, *Eſſe magnam matrem Cybelem.* Reſp. alluſio eſt Metaphorica tum ad Apoc. 17. verſ. 5. ubi Roma dicitur mater πορνῶν *ſcortationum,* ſeu *catamitorum* (ut Scaliger

a Turrianus lib. 1. de Eccleſ. c. 2. Navarrus in dedicatione Manualis ad Greg. XIII. b Citat Goldaſtus in Replica pro imper. o c. 2. c Rup. Tuit. de divin. Effic. lib. 8. cap. 16. d Biel in Expoſ. Canon. Miſſæ lect. 23. e In lib. de Collat. Benefic.

liger[a] ex altera lectione transfert) quod Hebræis eſt הקדשים i.e. *cinædi* ſceleri conſecrati turpi. Habent enim Exemplaria quędã πόρνων; *tum ad* prioris Romæ Theologiam in qua Cybele mater Deorum (quę & *Mylitta, Alilath, Lilith, mater Venus*) culta, eique cum ipſâ Româ conſors fuit delubrum.[b] Ei Romanam curiam aſſimulamus, quod ex eâ omnes Hierophantæ, omnes Papæ, Dei Dominiq; noſtri, omnes deniq; Dii & Deaſtri majorum & minorum gentium per apotheoſin ſeu canonizationem, omnes ſacerdotes θεοποιοὶ, omnes exorciſtæ θεουργοὶ progeniti; & ut olim prior Roma, mater civitatum, communis Patria; ſic nunc poſterior *mater Eccleſiarum, radix, centrum, aquila*, ut infra diſputat Ianſenius; *Imperatrix Roma, columna veritatis, ſpeculum & exemplum omnium Eccleſiarum; à cujus ſtatutis, quicquid ordinat, nullo modo diſcedendum eſt, ut definit jus* [d] *Canonicum*. Hæc eſt, ut nos interpretamur, à qua omnis corruptio in doctrina & moribus, omnis ſcortatio tam ſpiritualis, quam carnalis, omnes præpoſteræ & monſtroſæ turpitudines atque abominationes diffuſæ ſunt in Eccleſias occidentis, & multas in iis etiamnum poſſident; quod vel ex Summiſtis, & Caſuiſtis, ignota & inaudita ejuſmodi βδελύγματα, ex confeſſione ſuorũ edoctis, ac quotidie orbi univerſo pandentibus nimis notum eſt. Sed hæc infanda flagitia Romæ non tantum perpetrari ſolita, ſed & permiſſa & extenuata, publico præconio decantata per hierophãtas in ſpecie meminiſſe horret animus. Percurrat modo lector præter myſterium Iniquitatis Pleſſæi, hiſtorias Thuani, Guicciardini, Iovii, &c. Maneat ergo & vocetur lupa illa, *Magna mater Cybele & Venus* juxta illud Eſpencæi:

Mater & Æneæ regnat in urbe ſui.

Octavum eſt, *Eam in ſtercoraria ſede collocatam*. Reſp. De Papalitate ſeu Papatu i. e. corruptiſſima illa errorũ ſuperſtitionumque colluvie ſeu chao, corpore, ſyſtemate dixi proprie; de malo affectu ſcilicet ſeu morbo in ſubjecto, ſeu in Eccleſia Romana. Stercorariam ſedem Papæ veſtri, ego nec finxi, nec adornavi, ſed inveni eam in veſtra coronatione Papæ ita à Cæremoniali lib. 1. ſect. 2. p. 37. deſcriptam: *Ipſe vero Pontifex à Priore & Canonicis (Eccleſiæ Lateranenſis) ducitur ad marmoream ſedem quæ Stercoraria appellatur, & ibi eum ſedere faciunt; qui ita tamen ſedet, ut magis jacere videatur. Ad quem mox accedentes Cardinales elevant eum honorifice, dicentes: Suſcitat de pulvere egenum, & de ſtercore erigit pauperem.* In eâ dixi collocatam, & quaſi coronatam illam errorum Papalium colluviem; quia Papa, qui omnium errorum iſtorum motor & promotor ex vi poteſtatis Pontificalis, in illa ſede collocatur, cum poteſtas illa ipſi ſolemniter confertur.

Nonum eſt, *Ex Gentilium ſtercore & ſcarabæi materiâ emerſam*. Reſp. Expreſſius illa volui dicere, quam tu putas; ſed de his alibi dicendum. Demonſtrata autem eſt à noſtris citatis in Philonio nativa illa Symbolizatio inter Ethnicorum & Pontificiorum ſuperſtitioſos ritus, &c.

Atque hæc quidem convitia & ſcommata hactenus ex Philonio meo legit Ianſenius. Quæ ut mendacii argueret aut convinceret à Conſcientia ſua impetrare non potuit. Et non eſſe omnia illa de nihilo, aut à noſtris nuper primùm efficta aliquo modo fateri cogitur Ianſenius, dum inter elogia illa modeſtiæ Calvinianæ & ſequentia aliquot dicta manifeſte diſtinguit, quæ propterea ſeorſim excerpta, *Commenta Voetiana*, & *Impoſturas* Pontificiis *impactas* appellat; *quæ vel rudiſsimi inter illos tanquam mendaciis blaſphemiiſque plenas deteſtentur*, quod notan-

[a] In notis ad Apoc. 17. verſ. 5. [b] Vocem hebr. vide explicatam in lexico pagn. & A Lapide in Hoſe m. 4. v. 16. [c] Seldenus de Dîs Syris ſyntagm. 2. c. 2. Demſterus antiquit. Roman. lib. 3. c. 18. [d] Diſtinct. 19. c. *enim vero*.

notandum. Sed hæc non eſſe commenta Voetiana, quæ tanquam blaſphemias, &c. deteſtentur, aut deteſtari velint omnes Pontificii, mox patebit.

Primùm inter ea eſt; *Papam eſſe Deum Dominumque noſtrum.* Reſp. Ne quæſo deteſtare meum mendacium Ianſeni, quod nullum eſt, ſed horribiles blaſphemias veſtrorum, & conſequẽter flagitioſiſſimum tuum mendacium, & conſcientiam cauterizatam, quiiſta tam toti mundo notiſſima, negare auſus fueris: quid dico negare, imo mihi mendacii ſtigma inurere. Primo aperte.

[a] *Oraclo vocis mundi moderaris habenas,*
Et merito in terris crederis eſſe Deus.

Et Paulo V. [b] *Vice-deo, Chriſtianæ Reipubl. Monarchæ invictiſsimo & Pontificiæ omnipotentiæ Conſervatori acerrimo.*

[c] *Dominus Deus noſter.* In gloſſa ad Cap. *cum inter* Extravag. Iohan. 22. Reſpectus veſtræ divinæ Majeſtatis. Simillimus Deo, & qui à populis adorari debet, &c. In Concilio ultimo Lateranenſi Seſſ. 9. *Divinæ Majeſtatis tuæ conſpectus &c.* de Leone X.

Quibus ſimiles ſunt tituli Chriſto θεανθρώπῳ mediatori proprii, *Agni Dei.* ita enim ſe à legatis Siculis, ſalutari, adorari paſſus eſt Papa Romanus; *Agnus Dei qui tollis peccata mundi,* apud Paul. Æmilium.

Et. [d] *Nec Deus es nec homo, ſed neuter & inter utrumque,*

Cum nec poſſe Deum ab hominibus judicari manifeſtum ſit; ita de Papa argumentantur.

Secundo. Re & opere multifariam ſe Deum facit.

Cum gloriatur [e] *ſe ſupra Eccleſiam eſſe.* ſe à nemine judicandum, ſe idem cum Chriſto tribunal habere, [f] voluntatem ſuam juris & æqui normam eſſe, ſe peccata pro authoritate condonare, regna transferre, Angelis imperare, [g] *poteſtatem habere in pœnam purgatorii & gehennæ conſequenter.* Se poſſe diſpenſare contra 4. Euangelia, librum Canonicum poſſe facere Apocryphum; & vice verſa, diſpenſare poſſe de præceptis divinis, ſolvere poſſe juramenta, vota Deo facta. Innocentius III. Decretali de conceſſ. præbendæ tit. 8. cap. propoſuit, ſic loquitur: *Secundum plenitudinem poteſtatis de jure poſſumus ſupra jus diſpenſare.* ubi gloſſa: *Nam contra Apoſtolum diſpenſat, item contra vetus Teſtamentum, item in voto, item in juramento.*

Cum per triplicem coronam Papæ, [h] *SS. Trinitatem* (ô horribilem blaſphemiam) *in terra repræſentari* affirmant Gloſſ. Decretal. in Cap. Antiquor. Extravag. de Pænitentia & Remiſſ. Et à Lapide Comment. in Zachariam cap. 6. *Papam non ad humanum tantum principatum inſtitutum eſſe, ſed ad divinum; non ad principandum ſolum mortalibus, nec modo hominibus, ſed Angelis; non ad judicandum vivos, ſed mortuos; non in terra ſolum, ſed in cœlo; non ad præſidendum ſolis fidelibus, ſed infidelibus.* Videat quæſo Chriſtianus Lector plures ejuſmodi execrandas blaſphemias ex decretalibus Pontificum, & Pontificii juris gloſſatoribus apud Pleſſæum in Myſterio Iniquitatis ad annum 1316. ad quas niſi horreat, aut erubeſcat Ianſenius, nimis metuo ne dedoluerit.

Addimus nunc quod Deum Deorum reipſa ſe facit, idque duplici ratione. Primo, per Canonizationes (quas Divorum noſtrorum apotheoſes ſtylo ſcilic. prioris beſtiæ appellat [i] Cæremoniale) quibus quoſcunque illi viſum, in Deorum numerum adſcribit; & rurſum ex albo Deorum expungit. Secundo, per uſurpationem ſupremæ authoritatis ſupra omnes Reges, Principes, (quos Scriptura Deos appellat) ita ut in ordine ad bonum ſpirituale *ſummam poteſtatem diſponendi de temporalibus rebus omnium*

[a] Inſcriptio Arcus Triumphalis in introitu Sixti IV. [b] Lib. Benedicti de Benedictis Bononiæ excuſis 1608. [c] Et Theſes Caraffæ Neapol. excuſæ, 1609. [d] Gloſſ. in Præfat. Clementin. diſt. 96. cap. Satis evidenter. [e] Diſtinct. 40. c. Si Papa Deciſ. Rotæ. [f] Fr. de Ripa, De Majorit & obed. Can. Solita. [g] Bulla Clement. V. Bellarm. lib. 1. de Indulg. c. 6. [h] Roderic. Zamorenſ. in Speculo vitæ lib. 2. c. 1. [i] Cæremon. in Præfat. ad lib. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nium Chriſtianorum illi attribuant, & poteſtatem politicam quâ politicam [a] *Eccleſiaſticæ ſubjectam eſſe* clament: de quo in excuſſione 50. articuli pluribus.

Secundum meum commentum eſt; *Papam eſſe ſimul Patrem, & portentoſam matrem, eſſe ſolum Eccleſiam*, &c.

Commentum hoc lege in Becano tuo, qui à circulo illo in probatione Scripturæ per Eccleſiam, & Eccleſiæ per Scripturam ut ſe expediat; ita loquitur: [b] *Nomine Eccleſiæ poſſumus intelligere primò Pontificem, qui eſt caput Eccleſiæ.* Cui præluxerat [c] Bellarminus tuus: *Addo ſuo quodam modo poſſe Pontificem hoc præceptum (dic Eccleſiæ Matth.18.) implere. Primùm enim debet eum qui peccavit corripere privatim: Deinde adhibere teſtes; poſtremo dicere Eccleſiæ, hoc eſt ſibiipſi, ut Præſidi, & Eccleſiæ cui ipſe præeſt.*

[d] Hadrianus Florentius, Cancellar. Lovanienſis poſtea Papa: *Ad ſecundum principale de facto Gregorii dico primò, quod ſi per Eccleſiam Romanam intelligitur Papa, certum eſt quod poſſet errare, etiam in iis quæ tangunt fidem, hæreſim per ſuam determinationem & decretale aſſerendo. Plures enim fuerunt Pontifices Romani hæretici*, &c.

Si Synodus generalis facit Eccleſiam matrem, utique Papa vobis eſt Eccleſia mater, qui articulos ſolvit, *Synodumque facit generalem.* Adhæc [e] Papa eſt primò, & proprie, hoc eſt, & in ſolo radicaliter, & formaliter ſumma illa Eccleſiaſtica poteſtas, & infallibilitas, quam Eccleſiæ quaſi attributam nobis obtenditis; in Eccleſia verò neque formaliter eſt, neque ſuppletive, ut acriter quaſi de fide hoc urget Bellarminus de Concil. lib.2. cap.16.

Et eſt illa familiaris Pontificiorum Synonymia; per Eccleſiam (Matth. ſcil. 18.) *intellige prælatum Eccleſiæ*, inquit [f] Viguerius in Inſtitut. Et Coſterus in [g] Enchiridio: *Non eſt neceſſe Epiſcopos coire in unum locum, ut Eccleſia aliquid mandaſſe dicatur: ſed ſatis eſt, ut ſupremus Chriſti in terris vicarius ſummus Pontifex legem ferat, & Epiſcopus denunciet.* Quæro ergo Magiſterium infallibile (quod prætenditis, & de quo inter nos eſt controverſia) propriene per ſe & formaliter competit Eccleſiæ, id eſt, cœtui fidelium; an Eccleſiæ repræſentativæ, id eſt, Epiſcopis & Paſtoribus ſive in Concilio congregatis, ſive extra Concilium; an vero Pontifici; an denique omnibus illis ſimul? Hic ex latebris prodire neceſſe eſt. Minus enim hæc manifeſta dedecoris occultatio eſt, quod Eccleſiæ ſive in Concilio, ſive extra Concilium; cui ſaltem per accidens aut analogice, aut participative convenire credit magiſterium, perpetuo illud tribuat; Pontifici autem ſeu capiti Eccleſiæ, cui uni in Petri perſonâ hoc tributum [h] credit à Chriſto, atque adeo proprie & per ſe competere; quemque conſequenter ſupra Concilium eſſe ex decreto Leonis X. & Concilii poſtremi Lateranenſis credere debet, non tantum non tribuat, ſed etiam vix ſemel quidem illum nominarit in Alexipharmaco, imo mihi ex Pontificiorum ſentẽtia ſublatis ambiguitatibus & involucris diſtincte illud Pontifici tribuenti, calumnię, malę fidei, & neſcio cujus non dicam ſcribat. Certè caput noſtrũ Chriſtum, unicum Magiſtrum; Principium fidei noſtrę infallibile, unicam S. Scripturam nos libentes ubique profitemur; Ianſenius ſuum caput præter Chriſtum, ſuum principium infallibile, aliud à Scriptura, quodcunque habet, viciſſim profiteatur, ut conſtituto utrimque ſtatu controverſiæ elenchum facere poſſimus. Ita poſt aliquam tergiverſationem [i] Ieſuitæ in Colloquio Ratisbonenſi ingenue tandem profeſſi ſunt, *Papam eſſe generalem, legitimum & infallibilem illum fidei judicem,*

[a] Bellarm. de Pontific. lib.5. c.6. & 7. [b] Diſput. de Circulo Calviniſtico p.277. [c] De Concil. lib.2. cap.19. [d] Quæſt. in 4. Sentent. de Confirmatione art. ult. p.23. [e] Extrav. de Exceſſ. Prælat. [f] De carit. cap.12 p.120. [g] In Enchirid. p.5. 77. [h] Vide Bellarm. lib.2. de Concil. cap.17.18. & imprimis Cajetani præfat. in commentar. 22. [i] P. Mathæus hiſtoricus Gallus. lib. hiſtor. 4. narrat. 3. n. 12.

dicem, de quo quærebatur, ſive ſolus judicaret, ſive adhibito Concilio; Non vero Eccleſiam, aut Romanam Eccleſiam, aut Concilium, aut ſimile quid. Ita Bellarminus[a] definit Eccleſiaſticam juriſdictionem non eſſe in ipſo cœtu fidelium, ſed in capite, id eſt, in ſummo Pontifice, & ab eo ad Epiſcopos cæteros derivari. [b] De reliquis Commentis videbimus in diſcuſſione 50. artic. ne bis idem dicamus. Atque hæc quidem deliria, convitia, blaſphemiæ, commenta Voetii, de quibus tantopere [c] conqueri placuit Ianſenio. Vbi malam fidem, & rerum ſuarum ignorantiam ita prodidit, ut quid porro conſcientiæ, & eruditionis in progreſſu operis ab illo exſpectandum ſit, facile videat cordatus lector.

Præterire non poſſum Sarcaſmum Ianſenii[d]; quod iſta de Roma & Pontifice allata, citra probationem in Apocalypſi oculis meis liquidiſſime pateant. Reſp. Omnia illa ex Apocalypſi non patent; ſed partim ex ea, partim ex aliis Scripturis, quod ad majorem: quod ad minorem vero ſeu ſubſumptionem, patent ea ex veſtris Scriptoribus & Hiſtoricis & propria confeſſione. Tu modo aude ſodes pedem figere, & juſtum iſtorum patrocinium ſuſcipere, theſes theſibus, hypotheſes hypotheſibus opponendo: ſin minus cauſa cecidiſti. Ne vacuus abeas, accipe ſpecimen phantaſmatum, quæ tui oculis ſuis [e] *ſupremo illo Pontificali ſplendore illuſtratis* in Apocalypſi videre ſibi videntur, & quidem abſque ulla probatione: *Senatus autem Romanæ Eccleſiæ à Petro divina inſpiratione inſtitutus eſt, cum quo omnia ardua Eccleſiæ negotia explicaret. Ad quemve referret, videlicet collegium* XXIV. *Senatorum, ex Preſbyteris & Diaconibus Romanæ urbis, inſtar* XXIV. *Seniorum, quos Agnus Dei Ieſus Chriſtus Salvator in Apocalypſi Iohannis aſtantes habere perhibetur. Hos enim Petrus loco aſſiſtentium Apoſtolorum, poſt eorum per orbem diviſionem, elegerat ac deſignarat, ac conſiliarios Romanæ Eccleſiæ coadjutoreſque, atque Romani Pontificis electores inſtituit. Cognoſcentes igitur hujuſmodi denominationis formam (qua Petrus Clementem Succeſſorem nominaverat) graviter in futurum Eccleſiæ poſſe nocere, Senatores non Clementem acceperunt, ſed Linum elegerunt, & illum poſt Petrum Romano Pontificatui præeſſe voluerunt.*

PROLEGOMENORVM

SECTIO IV.

De titulo Alexipharmaci, & Magiâ Papatus.

PLACVIT etiam Ianſenio prologui de titulo mei, & ſui libelli. Quod ad Titulum *Philonii Romani correcti*; nullo alio conſilio eum dedi, quam ut Ianſenii contumelioſam Ψευδεπιγραφίω notarem & corrigerem. Quæ contra ludere libuit de laudato Opio, & de Ophiaco ipſi remittimus. Et prodeſſe volunt & delectare Poetæ, aut ſimul & jucunda &c. In titulo ſuo quia miniſtris Buſcoducenſibus faſcinum adſcripſerat, ego ut à nobis illud amolirer, quodlibetum movebam[f]: *An non Zoroaſtræis illis ſuſurris* &c.

Janſenius pudore in furorem converſo, nil niſi crudiſſima & atrociſſima convitia ac mendacia evomit: [g] *Quod faſcini genus ſtatim in ingreſſu imperitis injicis, dum ſacerdotes Vejovis Romani Dardanarios & Saccularios,* id eſt, *fures & maleficos vocas, & panis, vini, aquæ, ſalis, olei & ſimilium creaturarum benedictiones vis eſſe Zoroaſtræos ſuſurros, quibus incantationes peraguntur. Tam enim perverſos habes oculos & diſtortum ſpiritum, ut Creatoris invocatio ſuper Creaturas ſuas tibi videatur eſſe diabolica incantatio.*

Reſp. 1. Egone in ingreſſu faſcini genus

a Lib. de Pontifice. b Confer. lib. 3. ſect. 1. cap. ult. c Pag. 13. 17. &c. d Cap. 2. p. 17. e Vide Epiſtol. dedicator. Cæremonial. ad Leonem. f Et lib. 1. cap. 2. g Ianſ. in Spongia cap. 1. pag. 13.

nus injicio imperitis? Tu à nobis ne verbulo læſus, imo innominatus & ignotus in fronte libri in ipſo titulo faſcinum coram imperitis impingis, ut ſcilicet conſtaret tibi Alexipharmaci metaphora, quomodo olim [a] Eſpencæus cænam Domini à noſtris ex inſtitutione Chriſti adminiſtratam, meras magicas præſtigias & hortos Tantali appellabat. Quid commiſi, ſi hæc nō aſſertione, ſed problemate quodlibetico veſtris remitto, quibus illa aliqua ratione, ſaltem majori quam nobis, tribui poſſe, ipſi non negant, ut poſtea videbimus. Neque inſolens fuit, aut nuper primum à me ſcripta hæc dica; quod ex [b] Bellarmino, & [c] Mart. Delrio tantoconatu contra Theologos & I. Conſultos noſtros ſe defendentibus obſervare potuiſſet Ianſenius.

2. Creatoris invocationem ſuper Creaturas, nunquam dixi eſſe diabolicam incantationem. Quod ſi hoc ex Philonio meo probarit Ianſenius, & ego non potius probarim evidentiſſime eum aut ſcotomate ac vertigine perculſum, aut cauterizatæ Conſcientiæ œſtro agitatum cum hæc ſcriberet; nolo mihi poſthac fidem quiſquam adhibeat. Ecce enim verba mea: *Quodlibetum hinc enaſcitur excuſſione non indignum, An non Zoroaſtræis illis ſuſurris, quibus Dardanarii & Saccularii Vejovis Romani, panis, vini, aquæ, ſalis, olei & ſimilium creaturarum metamorphoſes & incantationes peragunt, majori jure faſcinum adſcribi queat?* Ubi hic comparet *invocatio Dei ſuper Creaturas?* imo ubi illud: *Invocationem eſſe diabolicam incantationem?* Dices *ſuſurros illos, quibus metamorphoſes & incantationes peragere dixi Papiſtas*, eſſe nil niſi invocationes Dei ſuper Creaturas. Sed quis mentem meam te ita explicare docuit, aut coegit Ianſeni? imo quis veſtros illos ſuſurros, quos ego deſignabam, ita explicari debere, aut poſſe, tibi conceſſerit? Neque noſtri, neque veſtri, nec res ipſa. Ecce enim ſpecimina ſuſurrorum illorum ex Cæremoniali, Pontificali, Rituali, & Manuali Exorciſmorum. [d] *Exorcizo te Creatura olei per Deum Patrem, &c.*

[e] *Ave ſanctum chriſma* } ter cantatum.
Ave ſanctum oleum }

[f] *Exorcizo te Creatura aquæ, &c.*

Extenſa dextera ſuper ſal, abſolute dicit, [g] *Exorcizo te Creatura ſalis, &c.*

Exorcizo te Creatura butyri per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, &c.

[h] *Ecce crucem ✠ Domini, fugite partes adverſæ, vicit Leo de tribu Juda, radix David.* [i] *Exorcizo te Creatura lactis, &c.*

Adjuro te quicunque es quietis humanæ perturbator per Patrem ✠ & Filium ✠ & Spiritum ✠ ſanctum, ut nocere deſinas huic domui &c. Hoc tibi imperet Dominus Ieſus &c. [k] *Cogant te ſuis precibus & meritis apud Deum exequi mandatum iſtud, beatiſſima virgo &c. novem chori angelorum.*

[l] *Exorcizo te Creatura N. in nomine &c. ut fias Creatura exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare & explantare valeas cum angelis ſuis apoſtaticis, per virtutem ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti &c.*

[m] *Exorcizo te Creatura ſalis &c. ut in nomine SS. Trinitatis efficiaris ſalutare ſacramentum ad effugandum inimicum &c.*

[n] *Exorcizo te immunde Spiritus in nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus Sancti ✠ ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei N. &c. Ergo maledicte Diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vivo, & vero; da honorem Ieſu filio Dei & Spiritui S. &c.*

D Ephphetha,

[a] *Continuation de la 3. conference lib. 2. p. 97.* [b] De cultu Sanct. lib. 3. c. 7. [c] Diſquiſit. Magic. lib. 6. [d] Ritual. de Benedict. pag. 239. quam formulam defendit *Del Rio* Diſq. Magic. lib. 6. c. 3. [e] In Pontificali pag. 177. 179. 180. [f] Pontific. pag. 166. & 101. [g] Et Rituali pag. 50. [h] Exorciſmus pro lacte. [i] In Manuali Maxim. ab Eynatten p. 3. pag. 245. [k] Ibidem. [l] Ibidem in Benedictione quorumcunque quæ aſſumuntur in modum cibi, potus, medicinæ. [m] Rip. de baptiſm. pag. 32. [n] Ibid. pag. 15. 16. & rurſum pag. 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Ephphetha, *q. e. adaperire*, cum ſalivâ aures baptizandi tangit *& in odorem ſuavitatis. Tu autem effugare Diabole, appropinquabit enim judicium tuum*, cum nares tangit.

N. [a] *Accipe Spiritum bonum per iſtam inſufflationem & Dei benedictionem* ✠ cum in modum crucis exhalat in faciem baptizandi.

[b] *Audi maledicte Satana &c. da igitur honorem advenienti Spiritui Sancto &c.*

[c] *Accipe ſalem ſapientiæ, propitiatio ſit tibi in vitam æternam*; cum modicum ſalis immiſit in os baptizati.

[d] *Sanctificetur & fœcundetur fons iſte oleo ſalutis &c.* cum Epiſcopus ter ſufflat in aquam verſus tres partes orbis; ſecundum hanc figuram Ψ deinde imponit incenſum in thuribu- lo, & fontem incenſat &c.

[e] *Exorcizo te Creatura ſalis &c. ut efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium &c. ut effugiat atque diſcedat à loco, in quo aſperſum fuerit omnis phantaſia & nequitia, vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque ſpiritus immundus adjuratus per eum qui venturus eſt judicare &c.*

[f] *Præcipio tibi, quiſquis es ſpiritus immunde, & omnibus ſociis tuis hunc Dei famulum obſidentibus, ut per myſteria incarnationis, paſſionis &c. Domini noſtri Ieſu Chriſti, per miſſionem Spiritus ſancti, & per adventum ejuſdem &c. dicas mihi nomen tuum, diem & horam exitus tui, cum aliquo ſigno.*

Adjuro te iterum ✠ *non mea infirmitate, ſed virtute Spiritus Sancti, ut exeas ab hoc famulo Dei &c. Sit tibi terror corpus hominis* ✠ (in pectore) *ſit tibi formido imago Dei* ✠ (in fronte) *&c.*

Exi ergo ✠ *impie, exi* ✠ *ſcelerate &c. diſcede ergo nunc* ✠, *diſcede* ✠ *ſeductor. Tibi eremus ſedes eſt, tibi habitatio ſerpens eſt: humiliare, & proſternere, &c.*

[g] *Adjuro vos* ✠ *iterum Dæmones &c. adjuro vos* ✠ *& in virtute Spiritus Sancti paracleti, ut ſi quid in ſignum poſitum eſt ad hujus Creaturæ afflictionem, illud ſtatim amoveatis &c. & omnia quæ poſuiſtis ad lædendum valetudini ejus, ſtatim tollatis & removeatis, ſine aliqua læſione animæ & corporis, & illa portetis ad loca arida, ſterilia & inhabitabilia, & ut remoto omni dolo* (ſcilicet) *& obſtinatione*, [h] *deſtruatis & tollatis omnem malignam faſcinationem ab hac creaturâ Dei, omniaque nociva ejus corpori ingeſta, educatis per illam viam, quæ ſit magis libera & expedita, abſque læſione corporis & ſanitatis ejus.*

[i] *Exorcizo vos impuri Dæmones, &c. ut quidquid incantatione aut ligaturâ, aut quocunque maleficio ſecundum damnabiles artes veſtras effectum, quo impediantur conjuges iſti, ſanctum matrimonii ſtatum amplexi, ne ea quæ ſtatus ſui ſunt, libere valeant exercere, id omne diſſolvatis & amoveatis.*

[k] *Vobis præcipio, immundiſſimi ſpiritus, qui has nebulas ſeu nubes concitatis &c. ut exeatis ab eis, & eas diſpergatis, in locis ſylveſtribus & incultis.*

[l] *Per Evangelica dicta impediantur & diſſipentur omnia diabolica facta.* [m] *Exorcizo & adjuro vos peſtiferi vermes &c. ut confeſtim recedatis ab his campis &c.* [n] *Vobis ſi per maleficiũ diabolicum hic eſtis pro parte divinæ Majeſtatis, totius curiæ cæleſtis, nec non Eccleſiæ hic adhuc militantis impero, ut deficiatis in vobis ipſis ac decreſcatis &.*

Alius Exorciſmus.

Adjuro vos Dæmones per Deum &c. ut ſtatim ab his agris, campis &c. omne, quod noxium eſt, amoveatis.

[o] *Exorcizo te N. corpore infirmum &c. per Deum vivũ &c. ut diſcedat à te omnis phantaſia &c. omniſque ſpiritus immundus, adjuratus per eum qui venturus eſt judicare &c.*

An

a Ibid. pag. 29. b Pag. 36 c Pag. 46. d Pag. 51. e Ritual. de benedict. pag. 226. f De Exorc'ſ. pag. 322. g Maximil. Eynatten in Manuali Exorciſm. parte 3. pag. 207. h Hic Satanas Satanam ejicit & fidelem ſcilicet medicum agit. i Pag. 228. k Pag. 252. l In exorciſm. contra imminentem tempeſtatem tonitru, fulg. grand. vent. &c. m Ibidem pag. 255. n Ibidem in Exorciſm. contra vermes, mures, Serpentes &c. o In Exorciſm. pro maleficiato in corpore. Pag. 200.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

An iſtæ tibi formulæ precationum? An illis definitio invocationis Dei competit in Theologia tua? an Cæremoniæ & geſtus in Exorciſmis, conſecrationibus & tranſubſtantiationibus illis, unà cum illis verborum formulis adhiberi ſoliti, ſunt proprii geſtus invocantium Deum ex praxi ſanctorum in V. & N. Teſtam. & antiquæ Eccleſiæ? An idem nunc Eccleſiæ veſtræ eſt creator ſui Creatoris (ut loquitur Stella Clericorum) prolatis illis quinque verbis ad tranſubſtantiandum, & adorator Dei. Item orare, ſeu adorare Deum, & verba conſecratoria proferre? breviter; an formaliter idem ſunt Conſecratio, Exorciſmus aquæ, ſalis, item ſcriptiones alphabeti Græci in pavimento templi dedicandi &c. cum invocatione Dei? Accinge te ergo Ianſeni, & proba ex S. Litteris, patribus; imo tuis Pontificiis, ſcholaſticis, aut recentioribus; non quidē cum invocatione Dei illa conjungi, aut ſine invocatione Dei illa non peragi à veſtris, (de quo non diſputo) ſed verba illa formaliter conſecrantia & exorcizantia, qualia à me ſupra adducta, ſeu conſecrationum & exorciſmorum, circa Sacramenta aut ſacramentalia, eſſe formaliter petitiones & obſecrationes, quomodo ex Auguſtino & Damaſceno orationem ſeu invocationem Dei, petitionem facit Thomas Aquinas, hoc eſt, *Actum rationis practicæ, voluntatis deſiderium explicantis, & à Deo aliquid petentis.* Vt plenius ex [a] Thoma colligit ac definit [b] Malderus. Certe Adjurationem à Precatione diſtinguit ac removet idem [c] Aquinas: & adjurationem Diaboli, aut exorcizationem aquæ, olei &c. non eſſe Dei invocationem. *Adjurare*, inquit Sylveſter, *ex mente Thomæ eſt, aliquam perſonam, vel rem imperando vel obſecrando inducere ad aliquid faciendum, vel non faciendum ex invocatione alicujus ſacræ rei.* Sic conſecrationem, ſeu verbi conſecrativi (in quo fit creatio corporis Chriſti, ut loquitur) Biel [d] prolationem quam longiſſime diſtinguit *ab obſecrationibus, poſtulationibus, petitionibus & gratiarum actionibus.* Et ſic Delrio actus illos diſtincte & apologetice explicat in exorciſmis & conſecrationibus, diſquiſ. Magic. libr. 6. Videantur etiam Summiſtæ in vocibus Benedictio, Adjuratio &c. Breviter in Pontificali, Rituali & Manuali Exorciſtarum perpetuo & diſerte iſti actus religioſi titulis ſuis diſtinguuntur, *Oremus, oratio, obſecratio, Adjuratio, Exprobratio in Satanam, Exorciſmus per Sacramenta, geſtatio ſacri, amuleti, Proteſtatio contra Satanam, benedictio, E. gr. agni Paſchalis, ovorum, ſacerdotalium indumentorum, mapparum, olei, enſis, vexilli, thuris, ſeu incenſi, ignis quo cremabuntur ſigna malefica inventa, militis S. Petri, roſæ aureæ, Agni Dei, &c. Exorciſmus pro butyro, pro lacte, pro energumenis, pro infirmis ex maleficio, contra tempeſtatem tonitruorum, fulgurum, philtra amatoria, exorciſmus conjugum per maleficia impeditorum, dedicatio ſeu conſecratio altaris, templi &c.* ubi diſtincte Pontifex, benedicere, exorcizare, orare, atque alia peragere dicitur. Et ſic in manuali: *Exorciſta nullam dabit requiem dæmoni inter exorcizandum, ſed continue illum vexabit & cruciabit, orationibus, lectionibus, exorciſmis.*

3. Quod de Conſecrationum Papalium ſymbolizatione cum Magorum carminibus & faſcino quæſtionem moverim, non ita alienum eſt. Vt à Sacerdotali conſecratione & creatione corporis Chriſti incipiam, ſymbolizationem illam ſeu ſimilitudinem indicarunt ex veſtris authores aliquot in ſuo genere doctiſſimi ac celeberrimi. [e] Biel: *Breviter annotandum quid in miſſæ celebratione ſacerdos ſua virtute efficiat: circa quod advertendum, quod aliquid ab alio effici vel fieri tripliciter poteſt accipi. Nam aliquid dicitur ab alio*

[a] 2. 2. q. 83. a. 1. [b] Malder. in 2. 2. Tract. 10. cap. 2. [c] Thom. 2. 2. q. 90. & 4. 83. art. 17. [d] In expoſ. can. Miſſæ lect. 38. [e] In Expoſ. Canonis Miſſæ lect. 4.

fieri vel naturali poteſtate, vel meritoria operatione, vel aſsiſtente virtute. Naturali poteſtate &c. Tertio modo(quo poſtea probat tranſubſtantiationem fieri) *aliquid dicitur ab alio fieri aliqua virtute occulta non inſiſtente ei, à quo tale fieri dicitur, ſed aſsiſtente, ſecundum quem modum Malefici & Incantatrices quoſdā effectus producere dicuntur, & extrahere lac vaccarum de ſedibus, ſeu manubriis ſecurum: quod fit non virtute naturali maleficorum neque ex eorum merito, ſed virtute occulta ſive mala, ſive bona aſsiſtente.*

Lud. Coel. Rhodiginus [a], *Quæſtio diu agitata veteribus eſt, inſitne vis aliqua verbis certa quadam enunciatis formula. Equidem Chriſtianæ veritatis cultor qui poſsit inficiari? quando Princeps ille rerum ac ſummi Patris filius ex vero verus Deus præfatione Sacerdotis breviſsima ſevocetur eliciaturve à cæleſti ſede? Cui ſimile quiddam & priſcorum vana ſuperſtitio aut habuit, aut credidit: quando & Tullum Hoſtilium Piſonis tradidere monumenta, ex Numæ libris eodem operatum ſacro, Iovem elicere cælo, quèm & inde Elicium vocabant, quod in Faſtis cecinit Poeta nobilis, conatum &c.* Quod autem in Papatu à cæcis cœcorum ducib. credita & tradita fuerit illa detractio ſeu deductio Chriſti de cælo in altare, idque vi quinque verborum, teſtatur Cl. [b] Eſpencæus Theologus Pariſienſis, qui refert ex Sacerdotibus & Eccleſiaſticis nonnullis ſe illa audiviſſe, quos propterea excuſare nolit, uti nec *Sententiarios, Quæſtionarios, Rationarios, Manipularios, Scholaſticos,* ſi qui ita locuti ſint: de quibus authoribus conſilium illud Quintiliani ſuggerit: *Diu non niſi optimus quiſque & qui credentem ſibi minime fallat, legendus eſt, &c.* Hæc ille quaſi reformator iſtorum, aliorumque abuſuum, qualem tamen hactenus ab Eccleſia Romana illum receptum & approbatum non memini; ſed contra malam iniiſſe gratiam, communi & perpetua cum noſtris, aliiſque reformatoribus ſorte. Hinc à Cardinalitia dignitate excluſum refert [c] Thuanus, & gravibus purgationibus vexatos ab Indicibus expurgatoriis Luſitanico & Hiſpanico legimus Commentarios ejus in Epiſtolam ad Titum. Commentarios in Epiſt. ad Timoth. etiam *caute legendos* monet [d] Bellarm.

Cur ergo quærere non liceat an ejuſmodi ſuperſtitionibus non competat appellatio faſcini, ſaltem comparate ad nos, quibus faſcinum quod tribuebat Ianſenius non niſi Metaphorice ipſius ſenſu accipi poteſt, quomodo Gal. 3. verſ. 1. *Quis vos faſcinavit &c.* Cum ipſi Pontificii tam propinquam ſimilitudinem & ſymbolizationem inter Magorum Theurgica, & ſua deifica tranſubſtantiationis verba inveniant, ut unum quaſi per alterum commode explicare ſibi viſi ſint. Quam bene compoſitum par! tribuatur ergo, donec melius ſe expedierint quam Ianſenius cum ſua *invocatione Dei*, ipſorum ſuperſtitionibus faſcinum non tantum Metaphorice, ſed & Interpretative ſeu participative: Dicatur illi ſpeciem quandam Magiæ implicari, non quidem apertæ & ſimpliciter Diabolicæ, ſed occultæ & diabolicæ mixtæ; quomodo, Magiam divinatricem & operatricem exſerte diſtinguunt ipſorum [e] Theologi, & poſteriorem hanc deſcribunt, *Quod media aliqua ſive verba, ſive actiones per modum ſignorum & cæremoniarum ſive res permanentes adhibet ad effectum aliquem producendum, quæ neque ſunt cauſæ naturales, neque inſtrumenta Dei, quia Deus non promiſit ſe tale facturum per illa.* Nunc applica ad ea quæ in Philonio de ſuſurris & verbis dixi; Et in univerſum ad varias ſuperſtitiones circa ſacramenta & ſacramentalia tam in verbis & ipſis orationum formulis, quam ritibus, cæremoniis & vario apparatu atque uſu ſalis, olei Chryſmatum, thumiamatum, thuris, myrrhæ, thuribuli cum igne, a-

quæ

a Lib. 16. antiq. lect. c. 14. b *Continuation de la 3. Conference &c.* lib. 2. c. 9. pag. 86. c Hiſt. lib. 16. p. 642. 643 d In lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. Indic. 1. e Scholaſt. in 2. 2. q. 95. & Toletus aliique Summiſtæ cap. de *Magia & divinatione.*

quæ benedictæ, amictus, albæ, cinguli, manipuli, ſtolæ, dalmaticæ, pluvialis, mitræ, baculi paſtoralis, rocheti, ſuperpellicii, tentorii, ornati feretri, candelabrorum, luminarium, intortitiorum prunarum, cinerum, vini, ſalis, hyſſopi, calcis, arenæ, medullæ panis, bombicis, non abſque multiplici & horrendo ſacrarum literarum abuſu ac prophanatione [a]. Illis enim cum ad inſtruendas Conſcientias ægrè utuntur, hic tamen ex ſuperabundanti ad ſuperſtitiones abutuntur. Quomodo Exorciſtis præſcribit Rit. Rom. *ut utantur Sacræ Scripturæ verbis potius, quam ſuis aut alienis.* Quæ omnia ſi cum Cæremoniis illis, ritibus, verbis, [b] exorciſmis, &c. conferantur, quæ deſcripſere Trithemius, Agrippa, & Petrus de Albano, non video in quo eſſentialis differentia ubique conſtitui poſſit, niſi dicant ſua omnia habere mandatum & promiſſionem divinam, quod abſque probatione æquè illis credendum, ac prædictis Magiæ authoribus de ſuis eadem jactantibus, & contra Magiam omnem ac pactum *cum Diabolo* vehementer proteſtantibus [c]? Vbi enim Scriptura, ubi Patrum conſenſus, ubi Conciliorum deciſiones, infinitum illud diſcrimen ſtatuunt *inter benedictiones fumigiorum, & exorciſmum ignis, cui ſuperponuntur fumigia, & cæremonias, res & verba ſacra, preces, litanias eò pertinentes ad arcendum diabolum & omnia phantaſmata ac nocumenta ejus, item ad conſtringendum diabolum, ut hoc vel illud dicat aut faciat*, juxta tenorem Magiæ apud [d] Cornelium Agrippam & [e] Petrum de Albano, & inter *adjurationes dæmonum, benedictiones fumigiorum*, exorciſmos ignis, incenſationes per eaſdem aut ſimiles cæremonias, preces, litanias ad eoſdem effectus, ex præſcripto Ritualium & librorum exorciſticorum? Vbi eadem diſcrimen ſtatuunt inter amuleta ſacra in Papatu uſitata & probata, thus, Pſalmi, panis & ſal benedictum, rami palmarum, pulſus campanæ, initium Euangelii Iohannis, particula. vide ea apud Delrio in diſq. Mag. l. 1. c. 4. & l. 6. c. 2. & l. 3. p. 2. q. 4. Et in manuali exorciſ. pag. 27. & 235. 237. Et inter ſigna ac Pentacula Cornelii Agrippæ; rurſum inter figuras & ſitus in ſufflatione in aquam obſervandos; item characteres ignotos græcos in dedicatione tēpli ſcribendos; & inter certas figuras, ſituum & poſitionũ differentias ac modos, item peregrinos characteres Magorũ; quę omnia omnes Summiſtæ uno ore condemnant ſola figura crucis excepta? Certe ſi quis conferre velit, videbit ovum ovo non eſſe æquè ſimile, ac illa ſibi invicē. Vt ſaltem molliſſime quæri poſſit, *An nomen faſcini, ſaltem interpretative non conveniat rectius magicis ſuſurris & cæremoniis exorciſmorum & benedictionum Papalium*, quam doctrinæ & prædicationi Miniſtrorum Sylvæ-ducenſium.

4. Sed his omiſſis, familiaritatem illam cum Spiritibus immundis, quam mandatis, comminationibus, coactionibus, alloquiis, interrogationibus, &c. Exorcizantes ipſorum exercent, & quidem abſque dono miraculorum, quomodo probabunt non ſapere Magorum ſacra, aut ſaltem [f] *ſpeciem eorum*, à qua abſtinendum. Cum obſervant ad quæ verba Dæmones magis contremiſcunt, & ea ſæpius repetunt (quaſi deceptiones dæmonũ paulo ante expoſitas oblivioni dediſſet [g] Manuale & Rituale) atque adeo ex dictis & factis mendaciſſimi Spiritus, methodum & rationem ſpiritualem curandi inſtituunt; cum Diabolos [h] adjurationibus conſtringunt, cum ſigna ab illis petunt, cùm abſolutam obedientiam illis imponunt, cum de-

[a] Vide in Pontific. de benedict. Campanæ p. 165. Et primi lapidis p. 101. Et templi conſecrat. p. 105. Et Cæremon. lib. 1. Sect. 7. [b] Vide Rituale de Exorciſ. p. 319. [c] Trithem. Steganographia proteſtationem illam in forma præmittit. [d] In lib. de occulta Philoſophia, ſect. de Ceremoniis Magicis. [e] Lib. de Elementis Magicis. [f] 1. Theſſ. 5. v. 22. [g] Rituale de Exorcizand. p. 319. cum 317. Manual. p. 1. inſtr. 8. p. 33. & p. 3. p. 271. [h] Sylveſt. in voce Adjuratio.

ſtructionem maleficii & quidem remoto omni dolo illis demandant; quando imperant Diabolo exeunti, *ut ſecum quantum poteſt, ſocios trahat*; quando adjurant *Diabolos ſuperiores, ut expellant inferiores*; quod licere ſtatuit Sylveſter, utuntur ſane Diabolorum opera & ſervitio (quod proprium eſt Magorum) in iis quæ ipſis neceſſaria, aut ſalutaria, & Satanam per Satanam ejiciunt, ſiquidem tale quid fiat.

Quando ex Diabolo quærunt & diſcunt, & quidem directe ex illo ſcire ac diſcere volunt ea quæ naturali aut ſupranaturali revelatione ſcire aut diſcere non poſſunt, & tamen ad animæ ac corporis hominis obſeſſi ſalutem ſcitu neceſſaria credunt; an non in neceſſitate ſua conſulunt Diabolum mendacii Patrem, & Magicam communicationem cum illo exercent? Sunt autem illæ quæſtiones ſeu conſultationes: *Quæ cauſa obſidendi homines*; *ut ea ad cautelam amoveatur. Item quando cogunt Diabolum fateri, quæ ad aliorum ædificationem faciunt.* quales quæſtiones expreſſe docent ac defendunt illi, qui tanquam novi reformatores alios exorciſmorum libros in Papatu, tanquam minus probatos cenſura notant, & è manibus excuſſum eunt, Maximilianus ab Eynatten, &[a] Malderus Epiſcopus Antverpianus; qui librum exorciſticum Maximiliani cum aliis aliquot Epiſcopis Belgii probavit; Et omni exceptione majus Rituale Romanum Pauli V. Interrogationes neceſſarias ſtatuit iſtas, [b] *de Numero & nomine* Spirituum obſidentium, *de tempore* quo ingreſſi ſunt; *de Cauſa & aliis hujuſmodi.* An detineatur in illo corpore ob aliquam operam magicam aut malefica ſigna, vel inſtrumenta; quæ ſi obſeſſus ore ſumpſerit, evomat; vel ſi alibi extra corpus fuerint, ea revelet, & inventa comburantur. *Abſtinebit* (inquit Manuale, *Exorciſta, à curioſis, levibus & ſuperfluis actionibus & interrogationibus, ſolumque ea aget & interrogabit, quæ putabit neceſſaria, vel multum expedientia ad juvandum afflictum, vel ad repellendum nocumentum à ſe, vel à circumſtantibus, vel quæ prudenter judicabit ceſſura in augmentum gloriæ Dei, & proximorum ſalutem. Poterit itaque inquirere ex parte Dei, utrum ſint multi dæmones, vel pauci: vel quot ſint in corpore obſeſſo: ob quam cauſam fuerint ingreſſi, ut contrarium remedium applicetur: ſi ſint ibidem ex aliquo pacto, vel maleficio; ſi aliquod ſignum maleficii vel pacti ſit datum, vel alibi poſitum; & ſimilia, quæ prudens exorciſta vel ex diſcretione ſua, vel aliorum peritorum conſilio, judicabit expedire.* Et, *Petere licet à malefica, ubi ſigna maleficii ſint poſita, illamq; inducere & cogere, ut ea oſtendat, vel amoveat, modo moraliter certi ſint, quod non utetur alio maleficio, vel aliqua alia ſuperſtitione, & ſcandalum ceſſet.*

[d] Quando Exorciſta advertet Dæmonem jam ejiciendum, &c. coget Dæmonem dare aliquod ſignum receſſus ſui, cum tota ſua damnata ſocietate. Solent enim aliquando aliqui eorum remanere in corpore, & latere aliquo tempore abſque ulla vexatione, ut ſic decipiant Miniſtrum Dei. Proinde exorciſta non erit ſecurus, niſi liquido illi conſtet afflictum plane liberatum.

De Ianſenii gregalibus iis, qui familiaria cum Dæmonibus colloquia habuerint, & beneficio iſtorum Philoſophiam imo & Theologiam ſuam didicerunt, Exemp. gratia, Ieſuita Cottono, &c. infra aliquid dicemus, ad titulum de Lutheri Magiſtro.

Exorciſmus ad compellendum dæmonem, ut traditam ſibi ab homine Euchariſtiam reſtituat, parte 2. p. 185. Adj: (O blaſphemias, ô Magicas abominationes:) *Adjuro te nequiſsime Spiritus*, qui hominem eo dementiæ induxiſti, ut Euchariſtiæ ſacramentum tibi tradere non ſit veritus, quod & tu ſuſcipere, & quò à Deo permiſſus es, aſportare

[a] Vide Malder. in 2.2. Tr. 10. c. 7. d. 4. Eundem in approbat. manualis Maximil. Et Manuale ipſum part. 1. p. 18. [b] Rituale de Exorcizand. pag. 318. 319. [c] Pag. 29. [d] Par. 1. Inſtr. 9. p. 34.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

aſportare præſumpſiſti. Adjuro te per illud ipſum Sacramentum, &c. ut ſicut illud ab homine traditum ſuſcepiſti; ita ad locum à nobis deſtinatum reſtituere, *ne moreris*. Et hac ipſa reſtitutione confitearis nihil te contra hoc ſacramentum poſſe. Accedat quod plurima phylacteria, amuleta, inſcriptiones, &c. (quæ Magicæ artis inſignia vocat [a] Concilium Turonenſe) paſſim & impune contra maleficia in papatu uſitata, à Magia abſolvi non poſſint: Imo ipſe celebris veſter Iohannes Heſſels de Lovanio 14. argumentis omnes Papiſtas, quippe removentes & deſtruentes ſigna maleficii, ſpe ceſſationis morbi; & Victoria, *radentes pilos aut capillos ad expulſionem Dæmonum*; Magiæ coarguit, quippe qui eo *ipſo miſceant ſe pacto cum Diabolo, ſocietatem cum eo ineant, Diabolum colant, exerceant ſacramenta diabolica, &c.* [b] Iam vero modum illum removendi maleficia, probante & jubente Eccleſia Romana, & defendentibus ac docentibus Eccleſiaſticis, à Papiſtis ſive plebeis, ſive ſacerdotibus omnibus exerceri tam certum eſt, ut etiam Scotus cum Diſcipulis ſuis non dubitaverit meritum illi adſcribere, ut quidem poſt alios hæc myſteria nobis pandit Ieſuita M. Del Rio. [d] Maximilianus ab Eynatten cum Antvverpienſi & aliis Belgii Epiſcopis, tędium & pudorem (quo à ſuis afficiuntur) hac in parte nimis produnt condemnatione librorum & formularum exorciſticarum, quæ circumferuntur; quod quo conſenſu; qua deciſione Eccleſiæ Romanæ faciant; ipſi viderint. Quid quod ipſe Delrio, ſuperiorum amolitionum contra Heſſels defenſor, abſtinere non potuit, quin multas partim ſuperſtitioſas, partim de Magia ſuſpectas in Papatu graſſantes nobis proderet non tantùm formulas, cæremonias, actiones, ſed & periculoſas opiniones multorum Canoniſtarum, Legiſtarum, Theologorum, Exemp. gratia, Aureoli, Brianſoni, Remigii, Angeli de Clavaſio, &c. de quibus ipſe videndus [c]; Imprimis de Exorciſmo Epiſcopi Lauſannenſis & publica praxi Conſtantienſi, & libello exorciſtico Lævini Crucii, & altero Felicis Malleoli; ubi miſere ſe implicat, & dum rationibus ſuis abuſus illos, ut vocat, occultæ Magiæ & ſuperſtitionis convincere ſatagit, evenit, ut in ipſum quadret illud Poetæ:

Fabula narratur mutato nomine de te.

Iiſdem enim rationibus analogice applicatis ipſe & Eccleſia Romana rea peragitur: 1. dum Pontifices, Epiſcopi, Sacerdotes, conſecrationes [f] herbarum, agni Dei, granorum benedictorum, cerei, panis benedicti, campanarum, &c. verbis peragunt, *& ſacra verba adhibent ad ea, quæ Spiritus Sanctus nullo modo intendit.* 2. Dum amuletis & ſcriptis ſacris ad collum appenſis vim aliquam contra incantationes tribuunt. 3. Dum Creaturis mandant; 4. Spiritus ligant & cogunt, & exorciſmis ſuis energumenos liberare ſatagunt, & dum ſalem, inſecta noxia, tempeſtates exorcizant, &c. 6. Dum Cæremoniis & Sacramentalibus ſuis *moralem aliquam vim ineſſe* ſibi perſuadent; ita ut aptæ ſint ad meritum, & ſpiritualis aliquis ſit eorum effectus [g]; 7. Dum in Olivæ pinguedinem Spiritum Sanctum paracletum de cælis mitti credunt; 8. Dum denique omnia illa peragunt iſtis verbis & cæremoniis, & tantam vim illis tribuunt, abſque mandato Dei, abſque dono miraculorum, *quod hodie ſaltem in Europæis regionibus vix ulli habent*, fatente prædicto [h] Delrio. Militat ergo contra eos definitio [i] Toleti: *Magia eſt poteſtas inordinata* (id eſt abſque dono miraculorum, ut ipſe explicat) *faciendi quod ſupra naturam eſt.*; Ita ut aut nullum argumentum

[a] Capit. Car. M. S. 27. [b] Manual. Exor. p. 29. Ritual. de Exorciſ. pag. 319. [c] Diſquiſ. Mag. lib. 6. c. 2. [d] In Manual. pag. 319. & imprimis pag. 213. 234. 296. Et in approb. Epiſc. Antvverp. [e] Lib. 6. cap. 2. ſect. 1. q. 2. & in anacephal. lib. 6. & lib. 3. p. 2. q. 4. ſect. 8, & 9. [f] Idem lib. 3, p. 2, quæſt. 4, ſect. 8. [g] Zuares in Thom. par. 3, quæſt. 65, art. 4. diſp. 15. [h] Diſquiſ. mag. lib. 6, c. 3. [i] Inſtruct. Sacerd. lib. 4. c. 14.

mentum contra occultam & interpretativam Magiam, divinationem aut ſuperſtitionem concludat, aut etiam eadem ſoliditate contra illas Eccleſiæ Romanæ ſuperſtitiones concludere intelligendum ſit. Nulla etiam exceptio adferri de invocatione Dei ſuper Creaturas, de licita communicatione cum diabolo, &c. quin Malleolus & ſimiles à [a] Mart. Delrio impugnati, eandem pari probabilitate ſibi applicare poſſint, quomodo & Trithemius gnaviter hoc egit. Vide ipſius vehementiſſimam proteſtationem Steganographiæ præmiſſam.

5. Quicquid ſit, ſaltem majoribus ſuſpicionibus & præſumptionibus hierarchia Papiſtica, cum ſuis regularibus hic premitur, quam Miniſtri Reformatæ Eccleſiæ; quos nunquã Magia infames fuiſſe, fando hactenus auditum. Dum tamẽ ipſi veſtri de ſuis hoc teſtentur: quod Romani Pontifices Magiam exercuiſſe, aut quaqua ratione horrendo iſti peccato communicaſſe feruntur; imo illius interventu in Petri Cathedra ſucceſſiſſe: Exempli gratia, Sylveſter II. & omnes fere qui decimo ſæculo ad Papatum pervenerunt: Gregorius VII. Benedictus IX. Iohannes XIII. Sergius IV. Benedictus VIII. &c. Felix in Concil. Baſil. factus Papa, ſortilegos & veneficos ab adoleſcentia ſciſcitatus dicitur ab Antipapa Eugenio apud Pleſſ. Myſter. Iniquit. pag. 1219. Certe ex authoribus Latinis Græci illi, (qui Concilio Florentino interfuerant) Papam Cæleſtinum Magum producebant, ut eo impugnarent prætenſam infallibilitatem Pontificis Romani. Addam recentius exemplum: Paulus III. Divinationem aſtrologicam judiciariam, palam adamavit, exercuit, & ab ea in omnibus negotiis ſuis pæne totus pependit, ejuſque Myſtam Lucam Gauricum quaſi in ſinu ſuo fovit, & Epiſcopatu Civitatenſi donavit, Thuan. hiſtor. l. 4. quàm tamen occultum cum Diabolo pactum involvere, atque adeo à Scriptura, Conciliis, Patribus, Scholaſticis, Canoniſtis & modernis Theologis, ipſa denique bulla Sixti V. inter nefarias artes damnatam eſſe omnes norunt, & prolixe probat [c] Delrio.

Lectu digna eſt narratio illa Pauli Iovii Epiſcopi Novocomenſis, ut exclamemus; Romæ quid non?

Omnia cum liceant, non licet eſſe pium:

Peſtilentia (inquit) *in urbe ita exarſit, ut multa funera in compitis viſerentur, appareretque vaſtari urbem haud multo dierum ſpatio, niſi Græculus quidam nomine Demetrius Spartanus, ſedandæ peſtilentiæ, favente ei turba hominum, negotium ſuſcepiſſet, nemine ſuperſtitionem vetare auſo: Nam ferum taurum, cui dimidium cornu diſſecarat, magico carmine dextram in aurem prolato, repente ita manſuefactum reddiderat, ut injecto tenui filo ad integrum cornu, quo vellet perducens, peſtilentiæ, placando numini ad amphitheatrum immolaſſet. Nec credulæ multitudinis ſpem ex toto fefellit, cum ab ea inanis ſacrificii proſpera litatione miteſcere morbus cæpiſſet.*

De Epiſcopis, Sacerdotibus, Monachis, Theologis, Magiæ aut divinationis ſive apertæ, ſive interpretativæ cultoribus, aut fautoribus, nimis prolixa eſſet relatio; quamvis haud ardua inquiſitio & facillima probatio, ex Maxima Baronii: *Vnumquodque amat & producit ſibi ſimile*; Si ergo tam multi Papæ, capita ſcilicet Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, fuerunt monſtra magica, quid de Cardinalibus, Epiſcopis, & reliquis membris, quæ illi creabant, aut fovebant, ſentiendum? Suffecerit in genere teſtimonium hiſtorici in faſciculo temporum: *Tempus effæminatum incipit circa annũ Domini 1000. in quo fides chriſtiana valde cæpit deficere & declinare, &c. auguriis & maleficiis intendebant, & erat ſacerdos ſicut populus.* Memorati ſunt ex

ſacro

[a] Diſquiſ. magic. lib. 6, cap. 2 ſect 3. quæſt. 1.
[b] Nilus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis de Primatu Papæ.
[c] Lib. 2. cap. 3.

ſacro ordine à [a] Mart. Delrio in diſquiſ. ſequentes: *Iohannes Teutonicus Canonicus Halberſtadienſis; Monachus ille* qui in gratiam ducis Aureliani incantabat regem Carolum, de quo Meyerus in Annalibus Flandriæ. *Palumbus Preſbyter Necromanticus* potens Romæ, cujus meminit D. Antoninus in Hiſtor. *Dominicani illi Bernæ exuſti* 1509. de quorum artibus diabolicis hiſtorici plures à [b] Delrio ſedulò annotati. *Ægidius Canonicus Luſitanus.* Vt *Nonnas Satanæ ſuccubas, Clericos Satanæ incubos, ariolos* & ſimiles Bileamos nunc prætercam.

Hiſtoria Sagæ iſtius Cordubenſis Magdalenæ de la Cruz & alterius Mariæ de Viſitatione Abbatiſſæ recentior eſt, quam ut aliquem latere poſſit; extat hujus hiſtoria Hiſpanice à Cypriano de Valera edita, & poſtea in idioma Belgicum traducta. Prior ab ipſis inquiſitoribus fidei, Magiæ damnata fuit. Recens etiam eſt captivatio, & liberatio per Pontificem Paulum V. 1607. Abbatis Brandolini, qui accuſabatur artibus magicis horrenda multa facinora ſua ad actum perduxiſſe. De quo M. Paulus Venetus in Conſideration. Cenſurarum Pauli V. &c.

Taxat homines iſtius ordinis [c] Navarrus: *Quare ſuperſtitionis eſt credere, quod poſſunt excommunicari locuſta, bruchus, aut aliud genus vermium & animalium irrationalium, quanquam religioſè uti poſſumus contra ea, aqua benedicta, precibus, & adjurationibus ſanctis fundatis in divina bonitate & miſericordia, & ſuis ſanctiſsimis verbis & inſtitutione Eccleſiæ Catholicæ. Quibus ſolis utinam uterentur, qui audacter promittunt ſe ejecturos ea ab illa, aut illa regione, ſi illud aut illud ſibi detur, quandoquidem nihil quod ſuperat vires naturales, & effectum Sacramentorum, & inſtitutiones Eccleſiæ, & revelationem particularem, poteſt promitti tam certo atque ipſi promittunt, nec pretium peti ſine ſpecie cujuſdam ſimoniæ.*

Anno 1608. In Gallia prope Lutetiam Preſbyter quidam coetui Magorum erat à ſacris, *& ſacra ſacerrima ibi faciebat*, ut loquitur [d] Hiſtoricus, *lemures larvaſque Orci exciebat*, cum illis multa infanda locutus.

Addi poteſt nupera hiſtoria Preſbyteri Maſſilienſis Gaufredi, peculiari volumine deſcripta à Monacho Michaelis, & Lutetiæ Pariſiorum excuſa; in qua non ſolum horrenda narrantur de miſeri illius faſcinis, & Magiæ abuſu ad fædam libidinem, & mulierum ac puellarum ſeductionem; ſed etjam de vi & ratione variorum exorciſmorum, & Dæmonum cum exorciſtis colluſione, in gratiam Romanę ſuperſtitionis, poſtquam, miſer ille tandem à Senatu Aquenſi, præſide Ampliſſ. viro Guil. Du Vair vivicomburio addictus à temporalibus flammis, ad æternas tranſiit.

Ante tempora reformationis, quæ nugæ & ſuperſtitiones Magicæ, quæ vanæ obſervantiæ non exercitæ à quibuſvis etiam Clericis, cæcis cæcorum ducibus, quas ibi adhuc maxime vigere videas, ubi reformatio illa non admiſſa? Circulo ſe munire adverſus diabolum videtur vulgare tunc fuiſſe. Vide quid de Sacerdote & milite quodam referat [e] Cæſarius, hiſtoricus tuus & confer judicium [f] Martini Delrio; de ſtatua aut capite æneo loquente, Gerberti poſtea Sylveſtri Papæ, Alberti Magni Epiſcopi Rog. Baconis Minoritæ cum cæremoniis & obſervationibus [g] huc facientis, non leves ſunt præſumptiones & diſceptationes apud Pontificios; nonnullis ea aperte Magiæ condemnantibus; aliis ad humanum artificium id omne referentibus. In Francia & Italia ſolent venales reperiri dæmones vaſculis, ſpeculis, phialis, annulis alligati & incluſi, ut refert Creſpetus; & poſſe hoc

[a] Delr. lib. 2, q. 30. [b] Lib. 4. c. 1, q. 3. ſect. 4. Et lib. 6, c. 2, q. 3 ſect. 3. [c] In Manual. Confeſſar. cap. 27, n. 13 IIII. [d] Rodolph. Botereus commentar. lib. 15, p. 503. [e] Lib. 12, c. 17, & 20. [f] Diſq. magic. lib. 6, cap. 2, ſect. 2, quæſt. 1. [g] Ibidem cap. 4.

fieri à Magis putat Catholicus Poeta Ronſardus. Alberti Magni Magica & delira philoſophemata de virtutibus lapidum, qui hactenus ſub ipſius nomine, nemine contradicente, lectus fuit, excuſari non poſſunt. [a] Exemp. gr. Lapidibus inſtillatam virtutem à ſyderibus, futura prænoſcendi, &c. & plures ejuſmodi vanitates in libro de mirabilibus agnoſcit Delrio, ſed librum illum non eſſe Alberti affirmat, lib.1.

Petrus de Alliaco Cardinalis & Epiſcopus Cameracenſis vir alioquin ſua ætate eximius, minus Arithmantiæ indulſit, ſcripto vigintiloquio de concordantia Aſtronomiæ cum Theologia & hiſtoria; item apologiis & aliis ſcriptis huc pertinentibus, quæ uno volumine edita. De quo hæc exſtat cenſura Ieſuitæ Pererii: *Eat nunc igitur Petrus de Alliaco & iſtam Aſtrologiam amplexetur, exoſculetur, præfracteque defendat, &c. qui nec veritus eſt ſcriptis prodere diluvium Noeticum & ortum Chriſti Domini, aliaque ſumma prodigia & miracula, etiam ſyderalis ſcientiæ peritia ex aſtrorum obſervatione prænoſci ac prædici potuiſſe. Sed quo manifeſtius appareat, quam ſit impia & execranda iſtorum doctrina*, &c. *Et Petrus Aliacenſis iſtiuſmodi figmentis (Abumazaris ſcilicet atque aliorum Arabum & Iudæorum) ſtultiſſime credens, ac vaniſſime gaudens, &c.*

Petrus Hiſpanus *poſtea Pontifex Iohannes* XXI. eidem Aſtrologiæ ſuperſtitioſæ confiſus & longam vitam in Pontificatu ſibi pollicitus, ſubito Viterbii infelici morte periit menſe Pontificatus octavo, referente ex Stella & Valerio [b] Delrio.

Sancti aliquot ſacra legendarum pagina deſcripti στοιχειομαντείαν, hoc eſt, illam quæ eſt per ſortes Apoſtolorum (ut vocant) uſurparunt. Matronæ olim in Patria Cæſarii ſuperſtitioſa ſorte ſibi deligebant ſpecialem Apoſtolum, inſcriptis nominibus Apoſtolorum 12 Candelis à ſacerdote benedictis.

Vt jam nihil dicam de factis & ludicris præſtigiis larvarum, ſpectrorum, & diabolicæ inteſtationis fallacibus repræſentationibus, ad exemplum Imperatoris iſtius Romani (ne quid deſit ſymbolizationi utriuſque beſtiæ) per ſacri ordinis homines factis, aut defenſis, quibus veterem comædiam fervere videas. Exempla vide apud Eraſmum in Colloquiis, quem propterea Lucianum Batavum pro modeſtia ſua ſalutat Ieſuita [d] Delrio, apud [e] Petrum Mathæum & [f] Thuanum de Martha Broſſeria Pariſienſi; Et Sleidanum de ſpectro Aurelianenſi.

Majus eſt quod in Papatu non erubuerint quidam publice eam docere & libris editis cuivis commendare. Legiſtas, Philoſophos, medicos, ut Agrippam, Petrum de Albano, ſeu Apono, Picatricem Hiſpanum, Anſelmum Parmenſem, &c. prætereo ut & illos qui ſibi familiares ſeu paredros habuerunt Spiritus, quod nudo capite de patre ſuo alicubi referre memini doctiſſ. [g] Cardanum. Theologos tantum hic tango, inter quos imprimis nominandus Iohannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, vir alioquin eruditus, qui (quod dolendum) in ſua Steganographia, & in lib. de ſeptem intelligentiis Coloniæ apud Ioh. Birckmannum 1567. excuſo, unà cum Agrippæ, & P. de Albano elementis, & cæremoniis Magicis nefariam hanc artem, ſub nomine Magiæ naturalis ſummopere commendat, & quidem pie ac theologice, ut videtur, ejuſque præcepta tradit. Atque hæc in medio Papatu, coram ſole cum ita geſta ſint, mirum eſt ſilentio & coninventia ad deteſtandi hujus libelli de Intelligentiis divulgationem tot animas

jam

[a] Agnoſcit hunc Alberti errorem, Iulius Cæſar Vaninus in Amphitheatro Exercit. 6. [b] Lib. 4, c. 3, q. 2. [c] Lib. 4, c. 2, q. 7. [d] In diſquiſ. Magic. p. 274. [e] P. Matth. Tom. 1, lib. 2, ſect. 3. [f] Thuan. hiſtor. lib. 133. [g] In libro, ni fallor, de varietate rerum.

jam elapſo ferme ſeſquiſæculo periculo expoſitas; altum ſtertentibus hic Inquiſitoribus, Cenſoribus & Curialibus Romanis cum ſuo Papa, quos alioqui ſub quovis lapide ſcorpium quærere videas, in judicibus librorum prohibitorum & expurgatoriis, &c. Succedunt & alii non ignobiles Theologi Pontificii qui à ſociennis ſuis Magiæ inſimulantur. Marinus Merſennus Minorita Pariſienſis Philoſophus & [a] Theologus ſui ordinis ſingularis, Georgii Veneti Minoritæ Theologi etiam ſuo tempore ſatis celebris problemata ſacra, *Magorum redolere myſteria*; & *quæ de Intelligentiis diſſerit*, *Magica eſſe*, *& Magis favere contendit*. Idem Merſennus Archangelum Burg Magum & Atheum appellat. Τὸν δ' ἀπομειβόμενον [b] Iacobus Gaffarellus non minori Spiritu contendit ipſum Merſennum *Diabolicam Magiam palam ſcriptis ſuis docere*, & librum Thomæ Campanellæ de ſenſu rerum & Magia magnam partem exſcriptum in commentar. ſuos in Geneſin transtuliſſe. *Pontificios amuletis & periaptis* fidere more Gentilium & Iudęorum; (hoc eſt occulto pacto & ſuperſtitioni diabolicę implicari) cõtendit Nicol. Remigius ipſe Papiſta lib. 3. Dæmonolatr. cap. 3. Ego inter Cadmæos hos fratres hic Iudex non ſedeo; ſed ſufficit oſtendiſſe, à me provocato tantum nefas nõ commiſſum innoxio illo problemate de faſcino Papatus, cum domeſtici tam confidenter tanquam oculati teſtes longe alia pronuncient.

Summa Angelica, tit. *Superſtitio*, cum Petro Aureolo in 4. diſtinct. 24. quæſt. 2. determinat. *Si quis eſſet actu diſpoſitus ad faciendum maleficium*, *poteſt aliquis uti eo ad ſolvendum* ſcilicet *maleficium per maleficium*, hoc eſt, per incantationem vel obſervantiam; quod hac ratione probant, *quia malo alterius licet uti in bonum noſtrum*. Sylveſter in ſumma tit. *Maleficium*, graviter utrumque perſtringit. *Iſta opinio*, inquit, *eſt nefanda*, *& occaſio infinitorum peccatorum*, *& maximè conferens ad dilatandum regnum diaboli*, &c. Addit, *nec mihi dubium quin Auguſtinus taliter determinantem appellaret apoſtatam à fide*. Hæc ille de famoſis illis Theologiæ & conſcientiarum Magiſtris. [c] Ledeſma *cum multis viris doctis ſe tenere dicit hanc ſententiam ut certam*, *Quod liceat petere remedium ab illo malifico quem quis moraliter tamen certo vel probabiliter putet*, *non niſi novo maleficio maleficium ſublaturum*.

Sprengerus [d] narrat de quadam diſpenſatione ſuper hoc obtenta per quendam Epiſcopum maleficiatum. Quem propterea reprehendit [e] Malderus, quod putet Papam poſſe diſpenſare, ut liceat novo maleficio uti ad ſolvendum vetus.

Agmen hic claudant illi qui horrenda iſta peccata extenuant, & neſcio quibus coloribus deformitatem turpiſſimam, aut gravitatem maximam ab iis removent, quantum in ſe eſt, aut principia ac fundamenta aliqua Magiæ jaciunt. Iuſta multorum fuit Greg. de Valentia Ieſuita ex Enahitis Papiſticis non minimus [f] *qui curioſas veritatis interrogationes & communicationes cum diabolo*, negat *eſſe ſuperſtitionem*. Et Sylveſter Prieras, qui in Summa Sylveſtrina ſuſtinet: *Non eſſe peccatum mortale*, *ſi ſacerdos levitate & curioſitate ductus*, *imperet Dæmoni*, *ut dicat curioſa*, *& nihil ad expulſionem facientia*. Quid ſi Lutherus aut Zvvinglius ſimile quid auſi fuiſſent, quantos clamores de illorum Magiſtro tolleret Ianſenius?

Navarrus inquit, [g] Dæmones alloqui in ſurreptitiis ob vanitatem & curioſitatem eſt tantum peccatum veniale. Idem contendit:

[a] Comment. in Geneſ. nuper editis. Et in Problematis Veneti. Refert & Gaffarellus p. 75. 76. 74. [b] De auditis divinæ Cabalæ myſteriis p. 68. 72. [c] Refert Malderus tract. 10. de Magia cap. 8. dub. 13. [d] In Malleo malefic. part. 2. quæſt. 2. fol. 389. [e] Malder. in 22. tract. 10. c. 8. dub. 12. [f] Refert Malderus in 2. 2. tract. 10. cap. 7. dub. 4. [g] Mannual. cap. 2. num. 27. 36.

tendit: [a] *Homines illos perditiſſimos, qui ſalutatores vocantur, poſſe licite ſuo munere fungi: quoniam gratia illa, gratis data, iis conceditur à ſolo Deo, in utilitatem aliorum.* Nos omnes condemnandos putant Victoria, Veracrucius & Delrio.

[b] Cajetanus figuris putat vim agendi aliquam ineſſe, *quando eæ ſub tali vel tali ſydere imaginibus aſtronomicis hominum artifici imprimuntur.* In quam ſententiam etiam [c] Thomam pro ſe adducit; neque abnuit plane ejus Commentator ad illum locum Ferrarienſis. Pluribus eam docet & aſſerit is de quo ſupra Gaffarillus in ſuis quas vocat, *inauditis curioſitatibus*, quarum ipſam Sorbonam puduit.

Ludovicus Dulcis, Salomonis & Hermetis ſigilla ſplendide typis à ſe evulgata idiomate Italico, Cardinali cuidam dedicavit. Hæc publice ita proſtant in Papatu teſtante & conquerente [d] Delrio.

Amniomantiæ accuſat Iovium Epiſcopum his verbis: [e] *Ne quid ſuperſtitionis omitterem, minus hujuſmodi vanitatibus pro Epiſcopo deditus, &c.* [f] *Nec ſatis à ſuperſtitioſis & gentilium, ne dicam opinionibus, ſaltem locutionibus, alienus.* Eundem Iovum, Italoſque complures aſtrologiæ judiciariæ, atque adeo perfidiæ reum poſt Comitem Mirandulanum peragit idem [g] Delrio.

[h] Paulus Ritius dum cælorum animationem & Cabaliſticam ſuam Arithmantiam per decem enumerationes tradit, Magiæ principia non parum promovet, in commentariis ſuis ad librum R. Ioſeph Caſtilienſis, qui *porta Lucis* dicitur, & tamen libros illos de cæleſti agricultura magnifico elogio approbarunt Academiæ Theologicæ Bononienſis, Patavina, Ferrarienſis, Papienſis. Quos etiam denuo editos papali orbi nimis quam commendavit glorioſus Apoſtata [i] Piſtorius. Adeo ut Ritio alioquin ſatis inf enſus Ieſuita Delrio, attenuatam hanc objiciat cenſuram: [k] *Incipit viam ſterner e ſuperſtitioni.*

Iacobus Gaffarellus ex profeſſo apologiam ſuperſtitionum Cabaliſticarum [l] edidit, cum approbatione Doctorum, ut quidem titulus præ ſe fert. Inter alia defendit, numeris & verbis peregrinis vim aliquam ineſſe, p. 39. 40. 41. 50. 51.

Ipſe [m] Thomas cum Cajetano fluctuans: Verba divina ad collum ſuſpendere, *non illicita omnino ſunt: quamquam laudabilius eſſet ab illis abſtinere.* Hæc ſcilicet Concluſio ex mente Thomæ; & quidem directè contra Chryſoſtomum ibidem citatum. Cajetanns addit de annulo contra contractionem nervorum ex Carlino oblato in paraſceue crucifixo: & ſimilibus ſuperſtitioſis obſervantiis: *Ego neſcio hos excuſare à vanitate, &c. Videntur ergo ſimplici corde ſimilia credentes & facientes ex devotione, excuſandi, &c. licet neſciant aliam reddere rationem, quare has conditiones, quæ vanæ ſunt, obſervant, niſi quia ſic acceperunt à majoribus. Difficile eſt enim confutare, quod ſeniorum traditione & authoritate firmatum vulgares acceperunt, &c. videntur enim hæc ſic ſimplici corde ex devotione facta, valde imperfectè ſuperſtitionem ſapere, ſicut mendacium jocoſum imperfectum eſt in genere peccati in proximum,* Similia habet in [n] Summula.

Tertia eſt *ſuperſtitio* obſervationum ex præſagiis futurorum bonorum vel malorum conceptis propter incidentia: [o] ut ſi ſternutare contingit ſurgentem; redire ad lectum & offendere; ante oſtium exeuntem

[a] Vide de Enſalmatorib. & ſalutatorib. Delrio diſquiſ. magic. l. 1. cap. 3. quæſt. 4. [b] In 2. 2. quæſt. 96. art. 2. [c] Contra gentes quæſt. 105. [d] Lib. 1. c. 4. [e] Delrio lib. 4. c. 2. quæſt. 7 ſect. 1. [f] Et c. 3. quæſt. 5. [g] Ibidem c. 13. quæſt. 1. 6. [h] In compend. de anima cæli, & cæleſti Agricult. lib. 4. [i] In arte Cabaliſtica. [k] Lib. 1, c. 4. quæſt. 3. [l] Excuſa eſt Pariſiis apud Hieronym. Blageart. 1625. in 4. [m] 2, 2. quæſt. 96. art. 4. [n] In voce *ſuperſtitio*. [o] Vide Cenſuram hujus ſententiæ Cajetani apud Delrio lib. 3. p. 2. q. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tem redire domum: Et ſic de infinitis hujuſmodi vanitatibus &c. *Licet appareat, multa horum ad gentilitatis ſuperſtitiones olim ſpectaſſe, quia tamen nunc non ut inſtituta religionis hæc ſumuntur &c.* inter alias vanitates hominum computanda hæc ſunt, & tolerari poſſunt, quum nulla adeſt comes ſiniſtra intentio. Ibidem.

Quarta *ſuperſtitio* eſt obſervationũ in verbis aut rebus ſacris portandis, dicendis, utendis, adjunctis aliquibus conditionibus non malis, quorum ratio neſcitur: ut patientes ſpaſmum nervorum &c. Quantum enim apparet in hujuſmodi *ſuperſtitio* intervenit, quoniam vanæ conditiones apparent. *Si tamen ex mera devotione fiunt, & non niſi à Deo intendant & exſpectent effectum,* putantes Deum inſpiraſſe alicui ſancto viro hujuſmodi conditiones, *non audeo damnare, ſed tolerabile mihi videtur.* Quæ ſomnia, quæ ſuperſtitio, quæ hæreſis, quæ Magia, quæ divinatio, quæ vanitas ſimili prætextu tolerabilis non erit? ſcilicet hoc Apoſtolus inculcat cum ait Rom. 14. 5. 23. *Vnuſquiſque in propria mente certus eſto, & quicquid ex fide non eſt, peccatum eſt.*

Adde *terribiles* omnes *Conjurationes* in [a] theſauro exorciſmorum, & *benedictionem horribilẽ contra* Spiritus malignos, cum *Recipe Galbani & Sulphuris &c. Drachmas tres, omnia ſimul conjurata ac benedicta projice in ignem, & vexatum, velit, nolit, diu fac ſuper ignem ſuffumigari*, apud [b] Hieronymum Mengum; Nec innominatus abeat ipſe ſuperſtitionum reformator [c] Mart. Delrio: *Haud dubie poteſt maleficus induci, ut per modum aliquem licitum tollat maleficium. Imo licet etiam illum minis, & levibus verberibus cogere, quandocunque probabiliter credo, illum ſine maleficio, modo aliquo licito id facere poſſe.*

Ibidem, *Sane ſuffitibus expelli dæmones de corporibus cenſuere Iudæi & gentiles. &c.* De hyperici *ſuffitu id teſtantur Lullus, & Matthiolus, & factitant noſtri Exorciſtæ*, teſte Mengo, flagel. Dæmon. ex. 3. 4. *& qui modos compoſitioneſque deſcribit Zacharias vicecomes*, complementi artis exorciſticæ part. 1.

Et, ad *deprehendendum uter æger ſit energumenus, ſolent facere ſequentia: Scedulam aliquam ſacra Dei verba continentem, reliquias ſanctorum, vel agnum cereum, vel aliud aliquid ſacratum latenter ægro applicant, &c. Cognoſcuntur etiam aliquando quibuſdam ſuffitibus ex ſulphure aut aliis rebus fortis odoris, de quibus poſteà.*

Speciem illam ſortitionis Ieſuitarum, [d] qua ſingulis menſibus ſortiuntur peculiarem ſanctum, quia omiſit Delrio, velimus ab illo aut ſociis explicari, ut ſciamus ad quod μαντείας genus referri debeat, & quibus rationibus, aut qua extraordinaria revelatione nitatur.

Item, quo argumento à ſuperſtitione liberari poſſit obſervatio definiti & certi numeri dierum in peregrinationibus, ut [e] ſcilicet tribus diebus Sabbathi viſitarent hunc aut illum locum, biberent ex calice conſecrato aquam. Et quid myſterii aut efficaciæ habeat numerus novenarius, qui apud plures uſu obtinere nunc incipit? Notandum etiam pœnam leviorem in Papatu infligi Clericis, quàm Laicis: Decretum Concil. Lateranenſ. ſub Leone X. ſeſſ. 9. *Clerici, qui inventi fuerint culpabiles in ſortilegiis, per invocationem dæmonum, incantationibus, ac divinationibus, ſuperſtitionibus, arbitrio ſuperiorum infamia notentur. Si vero non deſtiterint, deponantur, atque in monaſterium ad tempus arbitrio ſuperiorum præfiniendum detrudantur, beneficiiſque & officiis eccleſiaſticis priventur.*

Et [f] quæſtio non immerito movetur, cur in bulla de cœna Domini, memoratis levioribus criminibus, nunc omiſſa ibi ſit *Magia*, quæ tamen antea poſita fuit. Vide dubitantem

[a] Colon. edito 1608. [b] In flagello dæmonum. [c] Lib. 6. cap. 2. ſect. 1. q. 2. [d] Refert Lorinus Comment. in Act. 1. [e] Refert & defendit hanc obſervationem Auguſtinus VVichmans in Sabbathiſm. Mariano. [f] Bernardus Diaz. in practica criminal. canonica cap. 100.

dubitantem de eo Zvvarezium in Thomam tom. 5. Diſput. 21. ſect. 1.

Item & illa[a] quæſtio, Cur Magia cum ignorantia tantùm eſt peccatum veniale? Et cur Magus non eſt excommunicatus, cum excommunicatus ſit ille, qui Magos conſulit?

Quot quantæque ſuperſtitiones Magicæ etiamnum in Papatu graſſentur, quot fovendis aut incruſtandis iis ſcripta paſſim edita ſint, & etiamnum edantur, vel unicus Delrio docebit: qui quamvis Augiæ illud ſtabulum in multis partibus expurgare nitatur, tamen à Papatu labem hanc minime aufert, dum privatus ille ſuo judicio reformationem hanc molitur: tantum autem abeſt, ut abſque Pontificis deciſione privatæ ejuſmodi monelæ & correctiones quicquam valeant in regno Papali, ut etjam actum Romæ ab Anteſignanis ſacræ iſtius militiæ, ut liber[b] ipſius per Inquiſitores prohiberetur. Omnia illa quæ paſſim & impune in Eccleſia Romana antiqua & perpetua quaſi conſuetudine (quæ optima juris interpres, teſte[c] Bellarmino) recepta & uſitata ſunt; imo etiam omnia quæ à privatis quibuſcunque ſcripta, dicta & facta ſunt tacito eccleſiæ conſenſu, quicquid contra novitius unus atque alter Delrio aut Malderus, heri aut nudiuſtertius, neſcio ex quo lacu emerſi, fruſtra muſſitent; tantiſper non tantum vitio & abuſui graſſanti (quod quidem velint) ſed & ipſi Eccleſiæ repræſentativæ Romanæ imputabimus, donec ex propria ipſorum hypotheſi, Pontificis aut Concilii irrefragabili deciſione iſta fuerint approbata & illa anathemizata; quomodo ipſe Delrio, poſtquam omnes ſuos cenſoria virgula notavit, condemnavit; tandem ex magna arte, & ſolito Romanenſium magiſterio, hoc circulo ſe munit & *hiſtrioniam* ſuam concludit; *Quæcunque ſcripſi* R. *Eccleſiæ judicio, & piorum Theologorum cenſuræ ſubjicio; Si quid ignaro elapſum, quod Eccleſiæ minus probetur, improbo, damno, & pro non ſcripto haberi volo.* Hoc amuletum infiniti illi in Papatu authores, qui magica, ſuperſtitioſa aut periculoſa, ſcriptis, exorciſmis & operationibus ſuis admiſcuerunt ante ipſum, & etiamnum admiſcere non deſinunt, æque ſpecioſe ac confidenter adverſus omnem phantaſiam & nocumentum prætendunt, pari, imo & meliori ſucceſſu, quam ipſe. Vtri nunc credam, ut ſenſum Eccleſiæ Romanæ hauriam, cum utrique ſint & habeantur boni Romano-Catholici?

Provoco & obteſtor Ianſenium, ut hæc de puncto ad punctum defendat, ſi auſit, ſi poſſit; ſin minus, pio zelo nobiſcum rejiciat, aut omnia, aut aliqua approbatis reliquis; Saltem mihi hiſtorice illa referenti, & reformationem urgenti, culpam non imputet, ſed illis, qui ea faciunt. Quod ſi peccatis ſuis & ſuorum pertinaciam addere malit, ſciat maledictiones illas Iſai. 5. verſ. 20. & Rom. 1. verſ. 18. 32. ſibi incumbere.

Atque hæc quidem de Magia & faſcino, cujus nomine tam iniquam in me actionem ſuſceperat Ianſenius. Dimitterem nunc illum, niſi aliquod reſponſum flagitarent loca illa Scripturæ & Patrum tam profana audacia detorta, & in ſcenam hanc magicam protruſa. Vbi primum moneo, inconſultò Scripturæ teſtimonia ad iſtorum probationem adferri, quæ prudentiores & doctiores Pontificii (qui deſperatæ cauſæ conſultum velint) ad traditiones non ſcriptas ablegant: *Hujus generis ſunt*, inquit[d] Viguerius, *exorciſmi qui fiunt ante baptiſmum &c. ſignum crucis, conſecrationes Eccleſiarum, olei ſancti ac chriſmatis &c.*[e] *Super Sacramenta, Eccleſia non poteſt dare poteſtatem ad libitum,*

[a] Tolet. lib. 4. cap. 14. n. 12. [b] Delrio in Epiſt. Apolog. ad Congregat. general. inquiſit. [c] Lib. 1, de Cleris c. 2. [d] Inſtitut. cap. 15, pag. 140. [e] Sylveſter ad ſtatuta Eccleſiæ refert.

libitum, *nec auferre*, *ſicut ſuper Sacramentalia*, *quæ ſunt ex ejus inſtitutione.* Et [a] Zvvares infra citatus. Et ſic paſſim Summiſtæ, quando à Magicis ſuperſtitionibus iſta excipiunt & diſtinguunt, Eccleſiæ ſuæ praxim receptam & antiquam conſuetudinem, devotionem uſitatam, probationis loco prætexunt. Primo adfert 1. Cor. 10. verſ. 16.

RESPONSVM

Ad locum, 1. *Cor.* 10. *verſ.* 16.

RESp. 1. Εὐλογεῖν benedicere in S. Litteris ſignificat bene precari, imo & bona Dei nomine promittere & annunciare alicui, gratias agere, laudare, ſanctificare, ſeu conſecrare, aliquando etiam maledicere; & gratiam & beneficia conferre, cum Deo tribuitur. Sic εὐλογία notat laudem, gratiarum actionem, votum ſeu precationem, rem benigne ac ſponte datam, ipſam dationem benignam & ſpontaneam, gr. δαψίλειαν.

Nuſquam verò cum hominibus aut eorum verbis atque actionibus tribuitur, ſive communibus ſive ſacris, ſignificat tranſubſtantiare, aut creationem, aut metamorphoſin per myſtica & theurgica verba ac ceremonias inſtituere aut peragere. Ex ſignificationibus autem quæ huic loco aptari poſſunt, duæ tantum ſunt: ſcilicet gratias agere ſeu celebrare, & ſanctificare, de quibus aliquid dicendum, ut lector ſpecimen habeat oſcitantiæ ſeu imperitiæ Ianſenii, in lectione, explicatione Scripturarum in originalibus, & malæ fidei in earum detorſione. τὸ εὐλογεῖν idem ſignificare quod εὐχαριστεῖν, hoc eſt, gratias agere, patet ex collatione locorum Matt. 14. 19. cum 15. 36. & Lucæ 9. 16. cum Ioh. 6. 11. & Marci 8. 6. cum Marci 8. 7. ubi quod in uno exprimitur per εὐλογεῖν in altero exponitur per εὐχαριστεῖν, quomodo etiam Syrus apud Marc. verſ. 6. καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε transfert ובּרך וקצא & *benedixit & fregit*; & v. 7. καὶ εὐλογήσας ואף על הון ברך *& etiam ſuper eis benedixit*, & ſic Luc. 9. 16. & Ioh. 6. 11. Vtrobique & εὐλογεῖν & εὐχαριστεῖν uno vocabulo ברך *benedixit* exponens, cui ſynonymum facit שבח quod proprie *laudavit*, *glorificavit*: Matth. 15. 36. Vbi in græco eſt εὐχαριστεῖν & ſic Arabs Marci 8. verſ. 6. καὶ εὐχαριστήσας ובארך & benedixit, ita etiam tanquam ſynonyma juncta videas τιμὴν, δόξαν, εὐλογίαν, Apocalyp. 5. 12. 13. ut jam profanos authores omittam, ex. grat. Pindarum apud quem perpetuo iſta ſignificatione uſurpatur.

In Vet. Teſt. Helleniſtarum εὐλογεῖν ſæpe pro εὐχαριστεῖν intelligi debet; imprimis cum de homine dicitur, quod vidit vulgatus interpres, cum εὐλογεῖν τὸν κύριον transfert *confiteri Domino*. Ieſai. 12. verſ. 1. & 38. 19. ubi in Hebræo eſt הודה *confiteri*, *celebrare*, *gratias agere*, & cum Sapient. 16. v. 28. εὐχαριστίαν vertit *benedictionem*. Et ipſi Helleniſtæ pro eodem uſurpant Pſalm. 115. εὐλογεῖν, & αἰνεῖν, quod eſt laudare, celebrare, ut Pſalm. 26. verſ. 7. αἴνεσις in Hebræo תודה, id eſt, *confeſſio*, *gratiarum actio* ut Pagninus in Lexico & Vulgata Levit. 22. v. 29. Ieſai. 51. verſ. 3. & ſic paſſim cum per ſuum εὐλογεῖν exponunt non tantum ברך *benedicit*, ſed & omnia verba illa celebrandi, prædicandi &c. ut הלל. הודה. כבד. נגן. רגן & rurſum τὸ ברך *benedixit* exponunt non tantum per εὐλογεῖν, ſed & per αἰνεῖν, & ברכה per ἐγκώμιον. Sic etiam Arabs ubi Helleniſtæ habent εὐλογεῖν non dubitat promiſcue transferre per benedicere & laudare in eodem Pſalmo 103. verſ. 1. & ult. נפשי תבארך *anima mea benedicit*, & verſ. 19. 20. 21. שבחוא אלררב hoc eſt, Laudate Dominum. Ita ex Pontificiis τὸ εὐλογεῖν in S. Litteris ſimpliciter exponunt; Inſtar omnium ſit Ieſuita Lorinus [b] *Benedictus*

a In Summa in voc. Benedictio. b In Pſalm. 68. 20.

ctus Deus à creatura, cum hæc illum laudat, & bene optat: Creatura Creaturæ benedicit pariter his modis & beneficio afficiendo: Deus creaturæ, ultimo iſto præſertim.

Et Maſius: *Benedicendi verbum cùm tribuitur hominibus adverſus homines, ſignificat bene precari, & ſancta omnia optare à Deo. Cum vero adverſus Deum; quia nihil ei à nobis aliud dari poteſt; idem eſt quod* εὐχαριστεῖν *gratias agere. At cum Deus benedicit nobis, tum ſignificat bona largiri.*

[a] Heſychius & Suidas, qui helleniſtica & ex ſacris multa explicant, nullas alias notiones niſi ὑμνεῖν, ἐπαινεῖν, ἐγκωμιάζειν agnoſcunt. Mirum certe eſſet ſi illi græcè doctiſſimi eccleſiaſticas, uſitatas & tam neceſſarias ſignificationes in ſacramentis & ſacramentalibus ignoraſſent. Hæc prolixius adferre volui, ne quis audita benedictionis voce, imaginetur metamorphoſin aliquam per magicos ſuſurros, aut verba theurgica, aut ſaltem *effectum & novam productionem in re benedicta unà cum ſuperioritate benedicentis*, cùm ſcilicet benedicere conſtruitur cum Accuſativo, ut nova & admirabili quadam critica nuper decrevit Ieſuita [b] Cottonus. Nihil tale quid agnoſcit Scriptura, quæ græca conſtructione ubique verbo εὐλογεῖν adjungit Accuſativum, ſive Deo, ſive hominibus erga Deum aut homines tribuatur. Hebræi etiam in εὐλογίᾳ hominis erga Deum (ubi nulla ſuperioritas, nulla productio locum habet) Accuſativum uſurpant. Quam conſtructionem Hieronymus in Pſalterio & vulgatus interpres promiſcue modo per Dativum conſtructione latina; modo per Accuſativum ad imitationem Helleniſmi exprimit. Sic & Pagninus in Lexico per utrumque caſum. [c] Loca cuivis obvia ſunt. Vnus hic quem præ manibus habemus, ſuffecerit: ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, *cui benedicimus* transfert vulgatus interpres, & conſtructionem græcam latina mutat; atque ita criſin ac diſtinctionem illam Ieſuiticam elidit.

Cum ergo nihil præſidii ſit alicubi in tota Scriptura pro benedictione tranſubſtantiante, videamus an ex hoc loco à Ianſenio allegato ea exſculpi poſſit, atque ita à Magicis ſuſurris & theurgiis excuſari Eccleſia Romana. Dico ergo hic εὐλογίαν idem eſſe, quod euchariſtiam (quod fatetur Ieſuita [d] Iuſtinianus) & per conſequens nihil aliud inferre, quam gratiarum actionem, nominis divini celebrationem, & invocationem; & εὐλογεῖν ποτήριον, *benedicere poculo*, quam benedicendo & Deum invocando ſanctificare; non verò verba aliqua conficientia ſeu tranſubſtantiantia: Ita breviter [e] Oecumenius ὃ εὐλογοῦμεν, ὃ εὐλογοῦντες κατασκευάζομεν, *quod cum laude & gratiarum actione adornamus.* Veritas & concinnitas hujus expoſitionis probata jam ex vi vocis, probatur porro, tum ex antiquorum & recentiorum teſtimoniis. Præter locum 1. Timoth. 4. de quo infra, expendatur ille Matth. 26. qui etiam de euchariſtia agit. Vbi verſ. 26. de pane, καὶ εὐλογήσας: & verſ. 27. de poculo καὶ εὐχαριστήσας. & ſic Marci cap. 14. verſ. 22. 23. Vbi de pane Lucas cap. 22. verſ. 19. habet εὐχαριστήσας pro Matthæi, & Marci εὐλογήσας. Et Syrus Marci 14. εὐλογήσας verſ. 22. per ברך, & εὐχαριστήσας verſ. 23. per אודי וברך *gratias egit & benedixit.* Et Arabs utrumque uno verbo שכר id eſt, gratias egit verſ. 26. & 27. & εὐλογίας 1. Corinth. 10. verſ. 10. per אלשכר id eſt,

[a] Heſychium miræ ac profundæ eruditionis grammaticum vocat Cl. Heinſius exercit. ſacr. ad Nonn. pag. 15. & paſſim ſummopere eum commendat. [b] In libro cui titulus *Geneve plagiaire.* [c] Vid. Geneſ. 24. 35. Numer. 6 verſ. 25. Pſalm. 28. verſ. 9. [d] In Comment. ad locum cit. [e] Bellarm. de Script. Eccleſiaſt. An. 1077: *Oecumenius ſcripſit catenas ex antiquis Patribus.*

eſt, *gratiarum actionis*, expoſuit. Euangelium Matthæi Hebraicum à Munſtero editum utrobique adhibet ſuum ויברך quod latine verſ. 26. *& benedixit*, verſ. 27. & gratias egit. Ita in materia de cæna ſacris authoribus ſynonyma ſunt ἐυλογεῖν & ἐυχαριστεῖν. Vnde etiam Cæna veteribus dicta ἐυλογία & ἐυχαριστία etiam Syro uſitata, Actor. 2. verſ. 42. & 20. verſ. 7. ut & in græcis Liturgiis, θυσία αἰνέσεως id eſt, *ſacrificium laudationis*. Sit ergo poculum ἐυλογίας ut transfert Syrus כסא הו דתוד׳ יתא *poculum gratiarum actionis*, ubi alluſio ad poculum illud ἐυχαριστίας quod in Vet. Teſt. ſymbolum erat ſalutis acceptæ in omni [a] convivio & libamine euchariſtico, de quo Pſalm. 116. verſ. 13. *Calicem ſalutum accipiam & nomen Iehovæ invocabo*, quod [b] poculum ſceleſta imitatione & depravatione in ſacra gentilium illatum voluit diabolus; ubi paſſim crater *Iovis* ſervatoris, & boni Genii, revera poculum dæmoniorum, ut appellat Apoſtolus 1. Corinth. 10. verſ. 20. 21. Poteſt etiam alluſio eſſe ad poculum illud laudis & benedictionis, quo Iudæi convivium agni Paſchalis claudebant, de quo vide, ſi placet, quæ Beza noſter ex Burgenſi, Tremellio, & Scaligero annotavit ad Matth. 26. verſ. 20. & 30. Et *l'Empereur* ad Middot. capite ſecundo, ſectione ſexta pag. 81.

2. Iam vero ποτήριον ἐυλογεῖν ſynecdochice ſignificat hic iſta duo. 1. Gratiarum actionem, & invocationem. 2. Conſecrationem, ſeu ſanctificationem ad uſus divinos & ſacros, quæ cum iſta gratiarum actione, imo & per eam fit, quomodo de ſanctificatione cibi ad humanos & communes uſus 1. Timoth. 4. verſ. 3. 4. qui locus à Ianſenio unà cum præſenti citatus, diligenter cum hoc conferendus eſt. Aut per Metonymiam ſynecdochicam antecedentis & conſequentis, ſeu cauſæ & effecti, ἐυλογεῖν ſignificat hic ἁγιάζειν, καθιεροῦν, totum ſcilicet actum ſanctificationis, qui per preces & verbum accedens ad elementum peragitur. Et ſic Oecumenius ἐυλογοῦντες κατασκευάζομεν.

Sunt qui proprie & ſimpliciter gratias agere, invocare nomen Dei, venerari & celebrare ſuper poculo, ut fidelibus ſit ſacramentum & communio ſanguinis Chriſti. Cornel. à Lapide; *Benedixit autem Chriſtus panem & calicem, hoc eſt Dei benedictionem & omnipotentiam ſuper panem & vinum invocavit.* Quemadmodum ipſe Ianſenius conſecrationes & benedictiones circa ſacramentalia & ſacramenta Romanæ Eccleſiæ à me ipſi objectas ſimplici iſta expoſitione & confeſſione amoliri velit: Invocationes ſcilicet eſſe Dei ſuper creaturas. Et ex Ambroſio de benedictione aquæ: *Sacerdos ſuper creaturam aquæ invocationem, poſtea & pacem defert, ut ſanctificetur fons, & adſit præſentia Trinitatis æternæ.* Et ita exponi debent illæ phraſes uſitatæ, benedicere menſæ, conſecrare menſam, quomodo etiam exponi poteſt Luc. 9. verſ. 16. ἐυλόγησε αὐτοὺς, *benedixit iis*, ſcilicet panibus. Et 1. Samuel 9. verſ. 13. יברך הזבח *benedicet hoſtiæ vel ſacricio*; hoc eſt, ſuper ſacrificia ſeu animalia jam mactata benedicet, ut Rabbini illic recte notarunt.

Sic Paraphraſtes Chaldæus Hebr. קרא *invocare* per ברך exponit Pſalm. 53. & 14. verſ. 5. שמא ד׳׳ לא ברכו id eſt, *nomen autem Dei non benedixerunt*. Et viciſſim Hebræus ברך *benedicere* per צלי *orare, invocare*, ut Exod. 12. verſ. 32. ubi in Hebræo eſt וברכו גם אתי ἐυλογήσατε ϗ κἀμέ. id

 eſt,

[a] Vide perſpicuè hoc explicatum à Vatablo in notis.

[b] Vide Dempſteri anti quit. Roman. lib. 5. cap. 30.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

eſt, *& benedicite etiam mihi*; Chaldæus ita παραφράζει: וצלו אף עלי id eſt, *Orate etiam pro me.* Quomodo etiam Sel. Iarchi & Abeneſra ibidem exponunt התפללו עלי ſeu בעדי, id eſt, *precamini pro me.*

Ita & hic poculum εὐλογίας, hoc eſt, *gratiarum actionis, benedictionis*, eſt & dicitur illud, ſuper quo invocatur & benedicitur Deus, ad peculiarem & ſacramentalem uſum, quomodo omnis creatura ſanctificatur verbo & oratione ad communem & naturalem uſum 1. Timoth. 4. Arabs hanc phraſin ᾧ εὐλογοῦμεν diſtinctionis cauſa explicavit per præpoſitionem עליהא id eſt, *ſuper eo*; ſicuti Luc. 9. verſ. 16. εὐλόγησεν αὐτοὺς עליהם id eſt, *ſuper iis.* Et ita in vetuſtiſſimo codice ſuo invenit Beza, ἐπ' αὐτοὺς.

Sunt ergo qui exponunt, ὃ εὐλογοῦμεν, hoc eſt, *quod cum gratiarum actione ſumimus*, quemadmodum Chryſoſtomus, Theophylactus, Eraſmus, Clarius, Gaguæjus, Gloſſa ordinaria. Aut ὃ εὐλογοῦμεν, hoc eſt, *quod nos fideles exaltamus credendo & gratias agendo*. Sic Thomas Aquinas.

Breviter, ſi expoſitiones Patrum & ipſorum Pontificiorum audiantur, videbimus nullum communem expoſitorum conſenſum fore pro tranſubſtantiatione & Magico-formis ceremoniis atque operationibus à me notatis. Chryſoſtomus: *Cæterum cum benedictionem dico, eucharistiam dico, &c. Nos quoque recenſitis ſupra calicem inenarrabilibus Dei beneficiis, & quæcunque conſecuti ſumus: ita demum accedimus & communicamus gratias agentes, &c.*

Theophylactus: *Calix benedictionis, id eſt, euchariſtiæ. Manibus enim eum tenentes benedicimus ei & gratias agimus ei, qui ſanguinem ſuum pro nobis effudit, ineffabiliaque bona in nos contulit.*

[a] Gloſſa interlin. *cui benedicimus, id eſt, quem nos fideles exaltamus credendo & gratias agendo.*

Oecumenii expoſitio ex Patribus græcis ſuprà allata eſt. Eraſmus (cujus [b] lucubrationes in Novum Teſtamentum probatæ à Leone Decimo) ὃ εὐλογοῦμεν *id eſt, quem cum gratiarum actione ſumimus. Sic enim interpretatur Theophylactus. Nonnulli recentiores interpretantur de benedictione conſecrantis.*

[c] Iſidorus Clarius: *Poculum gratiarum actionis, quod benedicimus, id eſt, quod ſumimus cum benedictione, laude & gratiarum actione.*

Ioh. [d] Gaguæjus: *Calix benedictionis cui benedicimus, id eſt, quem cum gratiarum actione ſumimus.*

Ex omnibus expoſitionibus, Chryſoſtomi & Oecumenii maxime nobis arrident, quas nonnulli jungunt; ut & conſecrantes ſeu miniſtrantes, & communicantes dicant εὐλογεῖν, hoc eſt, cum gratiarum actione & celebratione Dei hoc agere. Summa, εὐλογεῖν notat hic aut actionem percipientis ſacramentum, aut actionem miniſtrantis. Si illud, ut præter Patres Pontificii expoſitores volunt, tum nihil planè apologiæ pro Magicis ſuis hinc elicere poteſt Ianſenius: Si hoc, tum notat aut puram putam miniſtrantis gratiarum actionem, celebrationem, Dei invocationem; aut aliquid aliud. Si notat gratiarum actionem, quomodo Chriſti benedictionem Matth. 26. in Inſtitutione Cœnæ nihil aliud inferre vult Cornel. à Lapide, quippe quæ conſecrationem præcedebat, & quinque verborum prolationem, ut ait; tum rurſum

[a] Strabi Fuldenſis. [b] In annotat. ad 1. Corinth. 10. [c] In ſcholiis ad locum cit. [d] In ſcholiis ex antiquiſſ. Græcorum authorib. locupletatis, Pariſ. 1543.

cauſa excidit Ianſenius. Si quid aliud præterea notat, illud eſſet conſecratio, ſeu ſanctificatio diſtincta à benedictione. At illa in genere conceditur à nobis; ſed unde converſiva, ſeu tranſubſtantiativa illa probabitur; niſi argumentari velit paralogiſmo à genere ad ſpeciem affirmativo; hoc modo: Eſt conſecratio, eſt ſanctificatio; ergo eſt illa ſpecies ſeu iſte modus ſanctificationis. Perinde eſt ac ſi reponerem Ianſenio; Eſt benedictio ſeu ſanctificatio panis, aquæ, butyri, caſei, ovorum paſchalium, agni paſchalis, & [a] quorum non in Papatu? Ergo eſt ſacramentalis, converſiva, ſeu tranſubſtantiativa benedictio. Rurſum; apud Patres paſſim aqua baptiſmi dicitur ἐυλογεῖσθαι, ἁγιάζεσθαι; ergone tranſubſtantiatur? Dicet non ſequi.

Denique notandum agi tantummodo in loco citato de benedictione in Sacramento cœnæ Domini uſitata, quæcunque tandem illa ſit. Itaque hic locus nihil juvat infinita ſacramentalia. Quæ enim conſequentia à ſacramento euchariſtiæ ad ſacramentalia, à benedictione calicis ad introductionem & infuſionem ſpiritualium virium in oleum, cereos, grana &c. ad exorcizationem ſalis, tempeſtatum, inſectorum, hominum &c. ad amuleta ſacra & ſcripta de collo ſuſpenſa, ad [b] characteres, figuras, verba, ad communicationes cum diabolis, ad horrendam illam conſecrationem agni Dei, & effecta horrendo illo & pluſquam Magico carmine decantata à Papa Vrbano V.

Fonte velut natum, per myſtica ſanctificatum,
Fulgura deſurſum depellit, & omne malignum,
Peccatum frangit, ut Chriſti ſanguis, & angit. &c.

Quam vocem ſummi paſtoris ſui, cum à blaſphemia, Idololatria, Magia, defendere non poſſint, qui nihil non defendere audent; aut impudenter factum illud negare tentant, ut Ieſuita [c] Delrio, aut ſurda aure & obfirmata fronte prætereunt, ut Ianſenius, cui ego exſerte illud propoſueram in Philonio meo.

Alter locus eſt ex Matth. 26. *Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus: Et hoc facite in meam commemorationem.*

Reſp. 1. Nulla conſequentia, Hoc eſt corpus meum; Ergo quinque verbis conſecratio, ſeu benedictio converſiva, & tranſubſtantiativa panis in corpus Chriſti, manentibus tantum ſpeciebus ſeu accidentibus panis, peragitur. Illis verbis panis non dicitur tranſubſtantiandus, aut tranſubſtantiatus, ſed dicitur eſſe corpus Chriſti: jam vero contradictionem crudiſſimam implicat, ſi aliquid dicatur eſſe, in fieri & in facto eſſe.

Quæres, quomodo ergo per conſecrationem panis eſt corpus Chriſti? Reſpondeo, non eſſentialiter ſed figurativè; quomodo hanc diſtinctionem in explicatione phraſium typicarum adhibet [d] Carthuſianus, & à vocibus figuræ & ſigni non abhorruerunt in hac ipſa materia, [e] Theodoretus, [f] Auguſtinus, [g] Tertullianus toties à noſtris citati. Rectius & tutius modus ille præſentiæ Chriſti in cæna ſic explicatur; quam ab iis, qui ſemel ad infelices illos tranſubſtantiationis ſcopulos delati, cælum terræ miſcent, & Corybantum in morem omnia pervagantur, omnes articulos fidei concutiunt, omnem ſanam philoſophiam ſollicitant, ut aliqua

 probabi-

[a] Vide Rituale & Manuale Exorciſm. [b] Vide quæſo illam in Cæremoniali Rom. lib. 1. ſect. 7. cap. ult. [c] Diſquiſ. Magicar. lib. 6. pag. 1030. [d] In 1. Cor. 10. verſ. 4. [e] Theodoret. dialog. 1. [f] In Iohan. tract. 26. [g] Contra Marcion. lib. 4.

probabilitate ſe expediant, ſed fruſtra, neque enim ſibi, nec aliis aut ſuis, aut adverſariis hic ſatisfaciunt, etiamſi μετέωροι cum Collega tuo [a] Lib. Fromundo Tranſubſtantiationis ἀδύνατον *à phantaſtico illo filo quinque vocum finita pronuntiatione pauliſper in aere hæſitantium ſuſpendant. Poteſt*, inquit, *tranſubſtantiatio fieri tota ſimul in ultimo inſtanti prolationis verborum, ut docet D. Thomas; verum non à termino aliquo poſitivo ſoni, ſed ab extremis & fugitivis verborum reliquiis, quæ finita prolatione, minimo tempore ſuperſunt, & illico diſperguntur.* Hæc ſcilicet ſimplicitas in Chriſto, hæc virtus pietatis Ianſeniana, quam nos abnegantes, anathemate, & debitis ſuppliciis excipiendi ſumus. Sed controverſiam de euchariſtia non ingredimur. Videat lector doctiſſ. tractatum Molinæi de Euchariſtia, & Nobiliſſ. Pleſſæi tractatum de Miſſa, qui gallice & latine exſtat; cum duabus ejuſdem apologiis pro eodem tractatu, & nuperam Molinæi in *Nouveauté du Papiſme* contra Cardinalem Perronum. Item *Euchariſtiam veteris Eccleſiæ*, hoc anno editam ab Edmundo Aubertino Paſtore Reformatæ Eccleſiæ Pariſienſis, in qua accuratè expendit ſententias omnes Patrum qui ſex prioribus ſeculis floruerunt, contra objectiones & exceptiones Bellarmini, Perronii, & aliorum.

2. Ad illud: *hoc facite* quod ſubjicit Ianſenius ex Lucæ cap. 22. verſ. 19. Reſpondemus; Nullibi hoc ſignificare theurgicam conſecrationem aut tranſubſtantiationem ab extremis & fugitivis verborum reliquiis factam. Neque in Hebræa aut Græca lingua ſcripturæ, neque apud Patres, neque alibi. Mirabile eſſet interpretamentum, unde conſequentia Ianſenii deduci poſſit. Alias ſolent urgere hæc verba ad ſacrificium propitiatorium inde probandum, *Hoc facite*, id eſt, offerte ſacrificium. Nihil aliud ergo ſignificat, *facere*, quam Chriſti exemplo panem illum cum benedictione ſeu gratiarum actione conſecratum in ſacramentum corporis Chriſti edere. Itaque rurſum à genere ad ſpeciem affirmative argumentatur, Eſt hic actio, ſeu factio aliqua, ergo eſt actio converſiva, ſeu mutatio ſubſtantialis. Non ſequitur.

Præſtat ergo Ianſenium Scripturis omiſſis, imo & antiquis Patribus ac Conciliis ex Romanæ matris determinatione ſuam tranſubſtantiationem probare. *Nihil enim exſtare in Scripturis, quod ſine Eccleſiæ declaratione evidenter cogat tranſubſtantiationem admittere*, fatetur Scotus, de Aliaco, Biel, &c. quam ſententiam non eſſe omnino improbabilem concedit [b] Bellarminus. Addit [c] Biel: *Fortaſſe hæc ordinatio innotuit Eccleſiæ longo tempore poſt ſacramenti inſtitutionem.* Et [d] Scotus multo apertius: *Ante Concilium Lateranenſe*, (hoc eſt ante annum 1215.) *tranſubſtantiationem non fuiſſe dogma fidei.* In 4. diſtinctione 11. quæſtione 3.

3. Quicquid hic ſignificet *facite*, eſt quid peculiare pertinens ad ſacramentum Euchariſtiæ ejuſque uſum & efficaciam. Ergo nihil ſaltem facit ad dicta ſacramentalia, eorumque prætenſos modos & effectus, quos Magicis ego comparavi. Sacramentales illas Ceremonias à Chriſto immediate non eſſe inſtitutas, ſed ab Eccleſia, hoc eſt, partim ab Apoſtolis per traditionem, partim ob eorum ſucceſſoribus Epiſcopis & Pontificibus ex profeſſo diſputat [e] Ieſuita Zvvarez; quas propterea

a In Labyrintho de Compoſit. continui cap. 37. b Bellarm. de Euchariſt. lib. 3. cap. 23. c In Expoſit. Canon. lect. 41. d Scoto hæc attribuunt Bellarminus d. l. & hiſtoria colloq. Bellaquæi, apud Petrum Matthæum. e In P. 3. q. 65. art. 4. Diſput. 15. ſect. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

propterea Pontifex ex plenitudine poteſtatis poſſit mutare. Confer authores ſupra citatos. Quanto oculatior Zvvarezio noſter Ianſenius, qui in Scripturis illis citatis vidit, quod ille videri poſſe negat.

4. Ianſenius inſtituerat contra me probare invocationem Dei ſuper Creaturas, ut loquitur; & adfert hæc verba Matth. cap. 26. *Hoc eſt corpus meum*, &c. quæ conſecratoria vocant ſocii ipſius, & ab invocatoriis toto cælo diſtinguunt: vide Ieſuit. à [a] Lapide & [b] Biel. Miſeret me inſcitiæ hujus viri, qui propia ſua æquè ac noſtra doceri debet. Niſi perfida quadam ſimulatione dedecora illa Creationum, tranſubſtantiationum, adjurationum, atque adeo univerſæ theurgiæ Papalis velo iſto *Invocationis Dei ſuper Creaturas* tegere, & nos pariter in aperti atheiſmi (Pſalm. 14. 4.) ſuſpicionem vocare voluerit; quaſi oppugnaremus invocationem Dei ſuper creaturas.

5. In quem labyrinthum, & apertas contradictiones incidat Papiſtarum fides, ſi verbis illis tribuatur transſubſtantiatio, vide apud Chriſtophorum de Capite Fontium Minoritarum Generalem, in tractat. variis per totum.

Tertio adducit ex 1. Timoth. 4. verſ. 5. Sanctificatur creatura Dei per verbum Dei & orationem.

Reſp. 1. Planus eſt ſenſus & facilis expoſitio, ſi hæc tria attendantur. 1. Quibus mediis & quomodo hæc ſanctificatio adſcribatur. Ac primo quidem verbo Dei & orationi tribuitur, ſanctificatio tanquam principio quo, ſeu inſtrumento morali. Per verbum Dei, (unde fides Roman. 10. verſ. 17.) noſtro reſpectu creaturæ ſanctificantur, ut bonæ & utiles ſint nobis, quæ alioquin in ſe bonæ ſunt, nec ulla earum aut ex creatione mala, aut vi legis Ceremonialis amplius nobis immunda.

Quia autem ex verbo fidem hanc haurimus, & ex illa fide certa conſcientia iis utimur, & à Deo benedictionem ad ſalutarem eorum uſum petimus, ac pro ea ipſi gratias agimus; hinc eſt, quod verbo fidei, ſeu fide apprehenſo, & precibus inſtrumentaliter illa ſanctificatio, quæ relativa eſt, & reſpectu noſtri adſcribatur. Huc recidunt expoſitiones ipſæ Pontificiorum, licet in quibuſdam diverſæ.

Una eſt gloſſæ interlinearis, & Carthuſiani, qui dicit per verbum Dei, id eſt, Chriſtum, ſanctificari cibum, & *per orationem hominum inſtrumentaliter*, qui ſua prece obtinent à filio Dei ſanctificationem ciborum. Altera Guillandi: ſanctificatur per verbum Dei, quo credimus nihil amplius commune & immundum dici: & per orationem, qua talia oramus nobis dari. Tertia Imman. Sa, per verbum Dei ſcil. quo benedicitur, vel quo creata eſt; & orationem ſcilicet agentis gratias. Quarta Cajetani, Radix unde verbum Dei mundificat, ſignificatur interceſſio, hoc eſt mediatio Chriſti. Orationem ponit pro interceſſione.

2. Cum hic de oratione ſeu precatione agitur, quæ omnibus fidelibus convenit, ita exponentibus hunc locum omnibus antiquis & modernis quos ego quidem videre potui; quomodo hinc probabuntur multiplices conſecrationes & benedictiones rerum ac perſonarum, quas certis verbis ac ceremoniis à ſolis miniſtris fieri [c] ſtatuunt, plurimas ab Epiſcopis, nonnullas à ſacerdotibus, nullas à laicis ſub excommunicationis pæna.

3. Agitur hic de ſanctificatione Creatu-

[a] Commentar. in 1. Corinth. 10. [b] Et Can. Miſſæ lect. 38. [c] Vide Sylveſtr. in voce benedictio, & Aqua benedicta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ræ, ſeu cibi ad communem & neceſſarium uſum: ſed alius uſus, alia virtus & efficacia ſacramentalium, quam mediante benedictione iis collatam volunt Pontificii. *Aquæ ex benedictione acquiſita*, inquit Sylveſter, *eſt quædam ſpiritualis, intentionalis, ſupernaturalis virtus. Et, dico ut patet in d. c. aquam, quod habeat virtutem hominum ſanctificativam ſcil. in quantum excitat devotionem; & purificativam in quantum, ut dictum eſt, per eam venialia peccata remittuntur: & ablativam ſterilitatis rerum mundanarum, ſicut ſal ſub Heliſeo ſanavit aquæ ſterilitatem: & bonorum multiplicativam: & averſivam inſidiarum diaboli, & defenſivam à malis phantaſmatibus.* Alia ergo virtus panis & ciborum, &c. ex ſententia Papatus tanquam ſacramentalium ex benedictione miniſtri, ut & alia Panis Euchariſtici ex conſecratione, & alia virtus Panis ſeu menſæ ad communem uſum & ordinariam nutritionem, quæ quotidie benedicitur à fideli quovis. De illa poſteriori ſanctificatione hic exponunt omnes veteres & novi, quoſcunque ego videre potui; Sanctificatur (inquit Imm. Sa) id eſt, idonea fit eſui, & ſic alii: ab illa autem communi ad ſpecialem in ſacramentis aut ſacramentalibus non valet conſequentia. Conſecrationum & benedictionum Papalium, nedum exorciſmorum, quæ fiunt per miniſtros circa ſacramenta aut ſacramentalia ad peculiares & ſpirituales effectus, ne ſemel quidem meminere prædictus Imm. Sa, Titelmannus, Carthuſianus, Cajetanus, Iſid. Clarius, Guillandus, Gagnæus, Anſelmus, ſive Hervæus, Eraſmus, Lyranus. Pererius in Roman. 14. diſput. 1. Ego autem de ſacerdotum ſuſurris & conſecrationibus dixi tantum, non de benedictionibus menſæ, aut invocationibus ſuper creaturas Dei, quas fideles quicunque peragere poſſunt & debent. Itaque hic locus nihil ad rem, de qua agimus.

4. Quicquid eſſet de conſecrationibus & benedictionibus, nihil tamen hoc *ad diabolorum adjurationes*, compulſiones, tum quia illi non poſſunt dici ſanctificari per verbum & orationem: tum etiam, quia, utut legitime illa fierent, non eſſet operatio aliqua eccleſiaſtica, ſeu ſacerdotalis, ſed miraculoſa. Sed in poteſtate illa Apoſtolis conceſſa *infirmos ſanandi, dæmonia ejiciendi, modò Eccleſiaſtici regulariter non ſuccedunt: quia fides jam ſufficienter fundata non indiget miraculis confirmari ſecundum B. Gregorium 27. moral. num. 14.* ſunt verba [a] Gabrielis Biel. Similiter de Exorcizationibus maleficiatorum, vermium, tempeſtatum, &c. judicandum. Quartò adducit teſtimonia Patrum, Ambroſii, Baſilii, Cypriani, ad quæ reſpondere fere ſupervacaneum, cum probationes Scripturarum deficiunt: Quandoquidem vero Pontificiis illi tanti ſunt, ut quidem præ ſe ferre videntur, dicimus

1. Notum eſt, quid Eraſmus antiquitatis ſcrutator judicioſiſſimus de tractatu illo [b] Baſilii monuerit; non videri ſaltem à cap. 15. uſque ad finem illud opus Baſilii; additis argumentis iis, quæ hactenus niſi rejectione aut præteritione ſolvere non potuit [c] Bellarminus cum ſuis, quibus accedunt aliæ rationes non longè petitæ ex citato illo cap. 27. & 29. Sed has vide infra, ubi pro traditionibus idem teſtis producetur. Quod autem in Latina tranſlatione Ianſenii eſt aqua, cum in græco ſit τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, id eſt, aqua baptiſmatis, ut etiam habet Latina tranſlatio Cornarii, neſcio an incuriæ typographi, an vero myſterio alicui ſit imputandum.

[a] Expoſit. Can. lect. 3. [b] In Epiſt. dedicat. ad Ioh. Dantiſcum Epiſ. Culmen. [c] De verbo Dei lib. 4 c. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

putandum. Non ægrè feret Ianſenius, ſi nos græcum textum hujus Patris, ab ipſo tam libenter allatum (ut ipſe de ſe teſtatur p. 10.) inſpexerimus curioſius, ut de verſionis fide conſtare poſſet. Sed credo aquæ luſtralis benedictionem in genere, & olei triplicis, tanquam ſacramentalium, [a] *ad effectus ſupernaturales efficiendos & ſignificandos adhibendi* imperitis hinc obtrudere voluit Ianſenius, cum tamen dictus Baſilius, *aquæ & olei baptiſmatis* in ſpecie tantum meminerit. Deinde non bene convenit Ianſenio cum Baſilio. Hic talem εὐλογίαν, id eſt, ſanctificationem ſeu conſecrationem contendit ex Scripturis non haberi; ſed tantum ex arcana & tacita traditione, quod verba illa Baſilii immediate ſequentia ſtudio omiſſa indicant: *Ex quibus ſcriptis? nonne tacita & arcana traditione?* Ille paulo ante, poſt Bellarminum ſuum, ſed ſui oblitum ex Scripturis eam nobis probatum ibat, imprimis ex 1. Timoth. 4.

2. Patres illi nihil aliud quam conſecrationem, ſanctificationem, aquæ, olei, euchariſtiæ ad ſacramenti efficaciam & hominis baptizandi ad ſacramenti perceptionem, idque per invocationem Dei & preces memorant. At ego ſuperſtitioſos conſecrationum, exorcizationum modos & formulas, dæmonumque ligationes, coactiones, interrogationes, & cum iis communicationes, atque adeo totam illam ſacramentalium (ut vocant) farraginem, à Pontifice, Epiſcopo, Sacerdote peragi ſolitam notavi. Nihil igitur dicta Patrum ad horum defenſionem. Quod non obſcure fatetur Ieſuita [b] Azorius, cum ait. *De benedictione Pontificia, ſeu Epiſcopali in jure Canonico nullus exſtat canon, nec ulla in Patribus traditio.*

3. Ambroſius exſerte libro illo à te citato, & ſequenti, ad unicum illum fontem regenerationis, ad unicam illam aquam baptiſmi, ad unicum illud ſacramentum dicta ſua reſtringit, quod ab omnibus lavacris aliis diſtinguit. Aquam tuam exorcizatam, ſali commixtam cum ceremoniarum choragio, extra baptiſmum & ſacramentum non norant; nedum ridiculas & cum magicis ſymbolizantes ceremonias.

4. Loca Cypriani peſſima fide huc trahit, hinc librum aut epiſtolam citare noluit, aut ſententiam integram deſcribere. Habetur ea lib. 1. Epiſt. 12. Quibus inter alia Cyprianus probare conatur ſententiam ſuam non novam, ſed ab anteceſſoribus ſuis (ut loquitur) ſtatutam, de baptiſmo hæreticorum. Vbi lector obſervet ante mille trecentos annos Cyprianum contra ſententiam epiſcopi tunc Romani cum ſuis Africanis acriter defendiſſe illa, quæ nunc condemnat Eccleſia Romana: verba autem Cypriani ſunt: *Oportet vero mundari & ſanctificari aquam prius à ſacerdote, ut poſſit baptiſmo ſuo peccata hominis, qui baptizatur, abluere.* Vbi notandum primò, ſubdolè & peſſima fide, ut in latina citatione Baſilii, ſic in hac Cypriani detruncari illud de baptiſmo; in quo dictorum iſtorum explicatio eſt: quod ſcilicet loquantur de aqua baptiſmi ſeu ſacramenti, cujus ſanctificatio ſeu conſecratio *per preces*, (ut explicat Ambroſius) nihil contra nos, aut pro Pontificiorum Ceremoniis, geſticulationibus, figuris, characteribus, verbis & formulis exorciſmorum, dedicationum, benedictionum, reconciliationum, &c. quibus ſcatent Ceremoniale, Pontificale Rituale & libri Exorciſtici.

Deinde

[a] Hoc aquæ aliiſque rebus conſecratis tribuit Bellarminus lib. 3. de cultu ſanctorum cap. 7. cap. 11.

[b] Inſtitut. moral. lib. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Deinde notandum, ut nihil ad modum & formam conſecrationum, ſic nec ad efficaciam earum quicquam facere hunc locum Cypriani. Diſerte enim loquitur de efficacia Sacramenti ſeu ſacramentalis aquæ in baptiſmo; [a] *At aqua benedicta, aut aliæ conſecrationes*, quibus ego litem moveo, *non ſunt ſacramenta, quia non perducunt ad ſacramenti effectum, qui eſt gratiæ conſecutio: ſed ſunt diſpoſitiones quædam ad ſacramenta, vel removendo prohibens: ſicut aqua benedicta ordinatur contra inſidias dæmonum, & contra peccata venialia; vel etiam idoneitatem quandam faciendo ad ſacramenti perfectionem & perceptionem; ſicut conſecrantur altare & vaſa propter reverentiam Euchariſtiæ.*

Sequentia verba Cypriani, *Porro autem Euchariſtia, & unde baptizati unguntur, oleum in altari ſanctificatur.* Nihil de ſacramentalibus ullis, aut conſecrationum & exorcizationum formis, aut eorum efficacia, de qua tam magnifice prædicant & diſputant [b] Papiſtæ; ſed tantum de duobus ſacramentis Baptiſmo & Cæna. Oleum illud quo ungebantur illo tempore baptizati, non eſt ſacramentale Papiſticum diſponens ad perceptionem ſacramenti, quia jam baptizati, ungebantur; nihil etiam facit ad oleum illud triplex Papatus, de quo Pontificale & Durantes in Rationali.

PROLEGOMENORVM SECTIO V.

De Citationibus Græcis & Hebraicis.

PORRO Ianſenius citationes ſuas Græcas & Hebraicas abſque oſtentationis labe adhibitas perſuaſum velit. Deinde lege talionis meas citationes exagitat: [c] *De citationibus Græcis, inquit, facile mihi conſtat defenſionis ratio: Græcos enim Patres ſua lingua loquentes libenter affero, ne calumniis eorum præbeam locum, qui nodum in ſcirpo ſolent quærere dum ſententiarum veritate perſtricti tranſlationis veritati calumniam ſtruunt.*

Reſpondeo primo; Vbi ego de citationibus Patrum Græcorum, aut ullis citationibus Græcis Alexipharmaci tui, quæſtionem tibi movi? Dices, quod dixerim; *tribus linguis ſe oſtentavit.* Nunc video te ex indignatione, metu & cauſæ deſperatione, accedente τȣ̃ σχεδιασμȣ̃ & feſtinationis anhelitu vertiginem paſſum; adeo ut nec mea, nec tua, nec aliena, nec veſtra intelligere, aut meminiſſe potueris. Loco à te citato in margine agebam de tribus linguis, quibus provocatio tua in patenti folio, ut vocant, excuſa oſtentabatur, de Belgica ſcilicet, Gallica & Latina; non de lingua Latina, Græca, Hebraica. diſtinguebam enim expreſſe textum tribus linguis oſtentatum, hoc eſt, formulam ſeu chartam provocationis, ab Alexipharmaco, quod commentarium quaſi & uberiorem explicationem iſtius provocationis appello. Vt ipſiſſima tua verba

[a] Thomas p. 3. quæſt. 65. Art. 1. [b] Sylveſter ſupra cit. Zvvares in Thom. par. 3. quæſt. 65. artic, Diſput. 15. [c] Pag. 9. & 10.

verba ex utroq; citata manifeſte evincunt.

2. Placet interim lubentia tua quam prodis in citandis Patribus Græcis. Optarim & tibi & omnibus tui ordinis viris in Papatu ita eam inſidere, ut ex intimo animi ſenſu ſecus nunquam doceant aut faciant; Vtque non tantum Patres Græcos, ſed imprimis Patres Patrum Prophetas & Apoſtolos ſua lingua loquentes libenter audiant.

3. Quod cauſam tuæ lubentiæ adfers *calumniam tranſlationis fidelitati ſtructam à noſtris*, facis tuo more, hoc eſt, calumniaris ſtrenue; Noſtri calumniam tranſlationis fidelitati nunquam ſtruxerunt, nunquam ſtruunt, ſi forte ex malis tranſlationibus bonas, aut ex bonis meliores faciunt, non magis quam veſtri, Gentianus, Hervetus, Iac. Billius, Andr. Schottus, Petavius, Fronto Duræus, &c. Ipſi inter vos controverſiarum ſcriptores, cum tranſlatione poſthabita ad Græcum textum provocant, quotieſcunque ſuæ cauſæ id conducere arbitrantur; an tranſlationis fidelitati calumniam tibi ſtruunt? Noſtrorum quam neceſſaria & laudanda hic fuerit opera, nunc non eſt dicendi locus. Solus Perronus ὁ πάνυ & in eo Ianſenius aurem nobis hic vellicant, non ita eſſe fidendum tranſlationibus, ut Græcum textum negligentius habere debeamus. Ecce enim in locis illis Patrum in quibus vertitur Papalis Monarchia, παραλιώτας tranſlatum ab illo, *tranſmarinos*, de qua & ſimilibus tranſlationibus jam monuit ex noſtris P. Molineus.

Nunc de textu Hebraico. *Eum citavi*, inquit, *propter majorem expreſſionis efficaciam. In Hebraico textu, quam in tranſlatione vulgata, &c. Percommodè ſcopo meo duplex officium veritatis indicatur, gladii ad impugnandum adverſarios, ſcuti ad defendendum ſuos. Et, Ecce habes rationem non improbabilem facti mei, qua Hebraicis & Græcis non importune ſine oſtentationis labe uti potui.*

Reſp. I. Habemus ſane, quod aut Philoſophus, *ſcopum Sophiſtarum eſſe abductionem.* Tu de alliis reſpondes, ego de cœpis dixeram. Nunquam ego reprehendi citationes textus Hebraici, quà tales; ſed mirabar à te hoc fieri, & quidem non coactum, à nobis non provocatum, in morali aliqua amplificatione tribus[a] verbis neque Latine expoſitis, neque punctatis (id eſt, nihil certi ſignificantibus tuo quidem ſenſu) & quidem apud Buſcoducenſes, quorum animos ignito illo Alexipharmaci eloquio perfundebas, qui in nullo loco controverſo, aut ad probationem controverſorum allato per totum Alexipharmacum & Spongiam originalem Scripturæ textum unquam exhibuiſti; quique Arcadico & barbaro illo decreto Concilii Tridentini & Sixti V. aſtringeris: *ut vulgata Latina tranſlatio in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus & expoſitionibus, pro authentica habeatur.* Quid tu ad hæc? tacitus præteris, & ſubdole diſſimulas, qua fide in meis refellendis perpetuo verſaris. Interim de majori expreſſionis efficacia in textu Hebræo, de duobus ſcutorum generibus, de ſpatha & ſpina, &c. libuit φιλολογεῖν, accita etiam Syriaca & Arabica tranſlatione. Sed nimis importune fumum ex fulgore. Quin dic aliquid de illo decreto Tridentino & [b] Sixti V. ut te abſolvas ab illa cenſura, qua notatur *recentiorum interpretum audacia, qui, non* contenti ſcilicet vulgata verſione, *Eccleſiæ filii cum ſint, minus tamen Eccleſiæ doctoribus, quam Iudæorum Rabbinis morem ſibi gerendum putarunt.* Compara etiam tuam majorem expreſſionis efficaciam Hebraici tex-

[a] Cap. 8. p. 64.

[b] Sixtus V. in Præfat.

ci textus cum elogio Papali Latinæ tranſlationis. [a] *Ac tanta per ſe eſt vulgatæ editionis authoritas, tamque excellens præſtantia, ut majorem deſiderare penitus inanem videatur.* Colorem aliquem quære tot blaſphemis & ſcurrilibus veſtrorum in textum originalem dicteriis, cùm obſcurum, incertum, à Iudæis interpolatum, depravatum clamant, ita ut indignitate rei permoti apologiam pro Hebraica editione ſcripſerint ex veſtris Iohannes Iſaac Profeſſor Hebrææ linguæ Colonienſis contra Lindanum; & nuper Profeſſor [b] quidam Pariſienſis de quo infra. Cum textum *Hebræum & Græcum latronibus*, verſionem Latinam *Chriſto in medio latronum conſtituto* comparant. Cum eum mordicus contra originalem textum tuentur, & ubique præferunt, & hunc ad illam contortis & abſurdis expoſitionibus ſuis detorquent: aut ſi hoc non poſſint, corruptionis infamia notant, etiam ubi verſio vulgata, barbara, indocta, minus accurata; addo & diverſa plane ab originali: quod ex Commentariis Pontificiorum in libros Scripturæ quotidie prodeuntibus, imprimis in Pſalmos, nimis notum eſt, à quibus non abludunt Ianſenii Libertinæ & Atheæ 35. quæſtiones infra cap. 8. propoſitæ. De quo etiam noſtri controverſiarum ſcriptores & commentatores conſulendi: inter alios Andreas Rivetus in Pſalmorum Decada, Sixtinus Amama in cenſura vulgatæ verſionis, & in Antibarbaro biblico.

2. Accipimus tamen quod das de majori expreſſionis efficacia in textu Hebræo, quàm in tranſlatione Latina; ſed ſic ut ad quævis loca extendatur, in quibus longe majori jure efficacia illa expreſſionis urgeri poſſet. Placeat nobis vulgarum illud, *Dulcior manat fontis, quam rivuli aqua.* Et Sixto V. laudata illa Hieronymi atque Auguſtini regula: *Vt quemadmodum in N. T. ſi quando apud Latinos quæſtio exoritur, & eſt inter exemplaria varietas, ad fontem Græci ſermonis, quo Nov. Teſt. eſt ſcriptum, recurri ſolet: ita ſi quando inter Græcos Latinoſque diverſitas eſt in Vet. Teſt. tunc ad Hebræam recurramus veritatem, ut quicquid de fonte proficiſcitur, hoc quæramus in rivulis.*

Sed unum diſplicet, quod in controverſiis, aut ipſo cauſæ cardine, nihil minus quàm originalem textum expetunt, nedum ut ſponte eum oſtentent Pontificii: quem tamen in generalibus aut amplificationibus moralibus (qualis hæc Ianſenii) aut ubi ad cauſam ipſorum non ſatis facit Latina tranſlatio, importuna & inepta curioſitate ex clauſtris & arreſto tantiſper evocant ad pompam illam peragendam. Quam affectatè autem Ianſenius & quàm lubrico ſolo Rabbiniſmi ſui ſpecimen hic exſtruxerit ex hac digreſſiuncula ipſe mecum cognoſcat. Primò nulla hic neceſſitas cogit per אמת intelligere veritatem fidei theologicæ, aut dogmatum, qua ſcilicet à ſua parte ſtante fretus diſputationis certamen ſubire audeat: cum multo concinnior futura ſit expoſitio, ſi intelligatur de veritate Dei, id eſt, *veracitate in promiſsis, fidelitate, fide, conſtantia, firmitate, certitudine*, quomodo hoc vocabulum de Deo uſurpatum & cum חסד, id eſt, *bonitas, miſericordia* conjunctum ſemper exponitur; & cum ſolum occurrit Gr. 70. per πίστιν non raro exprimunt, ut Proverb. 3. verſ. 3. Ierem. 28. verſ. 9. &c. quamvis etiam frequenter in locis illis, ubi ἀλήθειαν hebraizantes transferunt, ut Geneſ. 24. verſ. 27. Ioſuæ 2. verſ. 14. ita accipi debeat, ut recte obſervavit doctiſſimus veſter [c] Maſius. Et

ſic

[a] Ibidem. [b] Cardinalis & Archiepiſcop. Ximenius in Præfat. ad Biblia Complut. [c] Commentar. in Ioſ. 2.

ſic interpres Arabs alicubi per ſuum *amanaton*, aut *Imanon*, fidelitas, Pſalm. 108. verſ. 4. & 26. verſ. 3. ſæpiuſcule per *adlon* æquitas, juſtitia, Pſalm. 25. verſ. 11. & 43. verſ. 3. & 51. verſ. 7. & 89. verſ. 15. & 30. verſ. 10.

Syrus per *haimonoutho* fidelitas, fides, Pſalm. 43. verſ. 3. & 26. verſ. 3. & 108. verſ. 4. & 30. verſ. 10. Iam verò loco à te citato hoc ſenſu accipi commodiſſime conſtat ex antecedentib. verſ. 2. & conſequentibus verſ. 9. 14. 15. & toto Pſalmi contextu & locis concordantibus Pſalmor. 40. 12. & 43. 3. & 57. 4. Viderant hoc ex veſtris Vatablus, qui in notis explicat: *Servabit te juxta promiſsionem ſuam fidelem & veracem.* Sicut etjam Pſalm. 30. verſ. 10. expoſuerat, *Exhibitionem promiſsionis.*[a] Titelmannus: *Scutum & protectio veritas ejus*, hoc eſt, *fides, ſive fidelitas ejus tibi erit pro ſcuto.* Cardin. Turre Cremata & Ianſen. Epiſc. Gandaven. *fidelitas ejus.* I. Campenſis in paraphraſi, *cura Dei qua nos protegit.* Imm. Sa. *Veritas*, id eſt *fides, ſeu cura fidelis.* Haymo eleganter: *Veritas ejus, id eſt ipſe, ut per hoc verax appareat: niſi enim protegeret ſuos, falleret in promiſsis.* Reinerus Snoyus: *Veritas ejus, quia implevit promiſſum de redemptione humana.* Et ſic fere Chryſoſtomus, qui per veritatem protegentem ipſum Deum protegentem, ſeu protectionem Dei intelligi vult, & ad Chriſtum veritatem refert. Ita & Caſſiodorus; eſt enim ille veritas, in quo *gratia & veritas* toties promiſſa confertur Iohan. 1. verſ. 17. Arabs à te citatus; *juſtitia ejus*; ſunt enim apud Arabes, Syros, Hebræos *juſtitia* & *veritas* Synonyma, & inter ſe permutantur, ut jam pridem [b] doctiſſimi viri annotarunt. Vnde etiam Helleniſtica ſynonymia Apoſtolus Ro. 3. verſ. 5. 6. 7. ἀλήθειαν & ψεῦσμα permutat cum δικαιοσύνῃ & ἀδικίᾳ.

Deinde tam longe quæſita illa armorum diſtributio ad offenſionem & defenſionem in vocibus צנה *tſinna*, & סוכרה *ſochera* non tantum certitudinis aut ſoliditatis habet, ut propter illam expreſſionis efficaciam ſcopo tuo ſcilicet percommodam, latroni, hoc eſt, textu Hebræo apud veſtros tam contempto, tam infami, honorem hunc quaſi extraordinario habere debueris, præſertim coram populo Sylvæducenſi. Præterquam enim quod plerique veſtrorum Hebraizantes ſubtiliori illi interpretationi de clypeo & gladio non inſiſtunt, ut Pagninus, Vatablus, Felix Pratenſis. I. Campenſis, quibus præluxit Hieronymus; familiaris & in propinquo eſt ratio illa exponendi, qua emphaſis cauſa dicuntur voces geminari, de qua vulgatum illud Rabbinorum:

כפל הענין במלות שונות:

Hoc eſt, *duplicatur ſignificatio per voces variatas. Et in vocibus variatis ſignificatio una.* Idque hunc in finem ut [c] Kimchi addit

לחזק הדבר כמנהג הלשון:

Hoc eſt, *ad emphaſin dictionis ex conſuetudine linguæ.* De qua R. S. [d] Iarchi: exſerte ad diſtinctionem excludendam:

תיבות כפולות במקרא ואין-חילוק:

Hoc eſt *duplicatæ dictiones ſunt in textu & non eſt differentia ſeu diſtinctio.* Quod exemplis quibuſdam ibi demonſtrat. quam exponendi rationem in textu ſacro, imprimis in Iobo & Pſalmis infinitis locis oſtendere poſſemus. Quinimo in illis phraſibus, ubi in ſtatu conſtructo duo ſynonyma conjunguntur, tantum *auxeſin* intenſionem graduum, non vero διαμερισμὸν aut diſtinctionem in ſpecies ſignificant,

 ut Pſalm.

[a] In notis textualibus additis commentar. in Pſalmos. [b] Heinſius in Ariſtarch. Nonni cap. 10. pag. 213. 215. Ludov. de Dieu animadverſ. in Ioh. 1. 17. & 3. 21. & Luc. 12. 57. & 13. 27. & 16. 9. [c] R. D. Kimchi in Pſalm. 117. & 16. verſ. 5. & in Pſ. 108. [d] Iarchi commentar. in Pſalm. 9. verſ. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ut Pſalm. 40. lutum-cæni, Pſalm. 16. pars, portionis, ad quarum imitationem in N. Teſtamento [a] ζόφος τοῦ σκότους legitur.

Itaque non eſt neceſſe à plana, ſimplici, & familiari expoſitione, quæ quaſi ſponte ex nativa phraſi fluit, ad argutas & quæſitas ejuſmodi confugere, & neſcio quas differentias & diſtinctiones excogitare, vide etiam Pſalm. 35.3. ubi עבה & מגן conjuncta diſtributionem armorum offenſionis & defenſionis non admittunt.

Vt concludam, non debebat, non poterat Ianſenius niſi oculos miniſtrorum iſto ſplendore & pompa dolore afficiendo, ſcilicet, & ſuorum præſtringendo, rabbiniſmum oſtendere maluiſſet, immemor eſſe eorum, quæ ſupra ex ſuis ipſi exhibui, & imprimis aculeati iſtius dicti Sixti V. *Neque enim ignoramus multos eſſe, qui pleraſque Latinæ hujus editionis voces ac locutiones proprie, aut eleganter, aut perſpicue, aut breviter, aut copioſe magis, aut tanquam verba ad verba demenſis, à Latino interprete verti potuiſſe exiſtiment. verum de his minuta nimis ac anguſta concertatio videtur: Neque enim tanti ſunt, ut non iis, & antiquioris Eccleſiæ religio, & ſanctiſſ. Patrum jure anteponatur authoritas.*

Sequitur de citationibus meis. Ac de Græcis quidem objicit. *Latinam meam orationem Græcis vocabulis interruptam, turbatam & obſcuratam, innumeras Græcas voces tertio quoque verſu inculcatas.* Quærit etiam *quare Deum ἄγνωστον appellare malui quam ignotum? quid ignoti myſterii in eo lateat?*

Reſp. 1. Iniqua & importuna hæc retorſio. Ego Ianſenium Hebraizantem Tarpejæ rupi illiſeram, & aſinino illi Tridentinorum decreto, quod Theologiam tangebat; ille ad Grammaticorum ſubſellia dicam de mixtura linguarum nobis ſcribit; quod quidem nihil ad controverſias Theologicas.

Hanc tamen vitiligationem unius atque alterius lineæ abſolvere non potuit, quin more ſolito hyperbolizaret, ut molliſſime loquar. An tertio quoque verſu tot dictiones Græcas inculcarim, judicet quicunque Philonium meum legit. Cauſam libenter dicerem coram quovis Palæmone, ſiquidem tanti hoc eſſet; ſtipatus advocato meo Ianſenio, qui dum in Spongia Græca Latinis miſcet, quamvis remoto omnis eloquentiæ choragio (ut proteſtatur) meas partes ſatis tuetur. Ne quid dicam de Scriptoribus profanis, Eccleſiaſticis, antiquis, recentioribus, quos omnes hoc egiſſe in illo ſcriptionis genere notiſſimum eſt; ſolis exceptis Barbaris, quorum ſymbolum eſt: *Græcum eſt, non legitur*, nedum ut ſcribatur. Videat lector harum rerum gnarus aut curioſus, egregiam diſſertationem Alberici Gentilis I.C.[b] *de Mixtura Linguarum*; cui ego ſubſcribo, etſi eam in notis meis ubique aſſecutus non ſim, cauſam nullam dico, quin ad ejus præſcriptum mea exigantur.

2. De citationibus Græcis ex Patribus jam pro ſe, atque adeo pro me dixit Ianſenius. De citationibus ex N. T. non eſt quod ſollicitus ſit. Neque enim ego fide divina, neque decreto Tridentino, neque ſanctionibus Pontificum, neque peculiari ſenſu meo, aut communi Eccleſiarum noſtrarum, aut conſuetudine Theologorum aſtrictum me memini authenticæ alicui verſioni, nedum vulgatæ illi. Accedit, quod textum Græcum tot jam annis ab ineunte ætate ex more Academiarum, & Trivialium noſtrarum in lectionibus, diſputationibus, collationibus, audimus, legimus & meditamur, privatis præterea ſtudiis & exercitiis inſidemus,

[a] 2 Petr. 2. [b] I. Druſius notis ſuis ad I. libr. Machab. eam ſubjecit: alibi & ſeorſim an excuſa ſit, neſcio.

ſidemus, ut mirum non ſit, ſi eveniat nobis, quod Ianſenio Patrum officinas tot annis inſidenti eveniſſe, ipſe de ſe [a] profitetur.

3. Vnicum illud vocabulum ἀγνώστῳ, quod inter innumera quaſi ſibi ſelegerit, miror ſane. Ego tanquam Titulum & Inſcriptionem hactenus verba B. Lucæ accepi, quomodo in Vet. Teſtam. *Dominus* נִסִּי *Niſſi, &c.* hoc eſt Vexillum meum. Et τὸν ἄγνωστον magis proprie quam appellative ita dictum fuiſſe putavi, cujus ita Lucianus bis meminerit in Philopatride: τοῦ ἐν ἀθήναις ἀγνώστου. Duplex hæc ratio ſit reſervati vocabuli Græci. Forte Coſterus in annotationibus Belgicis ad Nov. Teſtam. propter ſimiles rationes, titulum Latinè ſcripſit, *Ignoto Deo.*

Sed hæc leviora ſunt. Improba magis exprobratio de ſolœciſmo Hebraico, *per cujus præcipitia, ad linguarum peritiam anhelaſſe* me [b] dicis, *ut ita vanitas & imperitia mea de palma contenderent.* Dicendum enim putavi *menagged*, cum ſit *menaggad*, id eſt, plectitur. Reſp. primo. Vt de incertitudine punctationis Chaldaicæ in genere cum noſtris quibuſdam [c] Philologis nihil dicam, Cogitet Ianſenius punctationem iſtam receptam ne ipſá quidem biblia Veneta, laudatiſſima alioquin, tam accurate ubique diſtinxiſſe, vel in hoc ipſo participio, in quo me impegiſſe putat. Sic enim Targum Ieſai. 2. verſ. 2. מְתַקִּין *Metakkin* præparatus, paſſivè; pro מְתַקַּן *Metakkan.* Nolim quidem dicere, accuratius & magis ex analogia linguæ [d] noſtros nunc non punctare, quàm Veneta, imo & biblia regia in nonnullis punctarunt. Aut ſucceſſivè Targumiſmum ad pleniorem & elegantiorem formam non perductum, cum initio quiſque more ſuo eum legeret, & punctaret non habita analogiæ ratione, ut de punctatoribus Venetis & ſe ipſo pronuntiare non dubitat [e] Mercerus. Sed quis niſi infrunitus imperitiam linguarum tantis viris hinc objiceret non abſque ſcurrili inſultatione? Maledicus Genebrardus ſimili modeſtia tentarat quid in punctationem N. Teſt. Syriaci Imm. Tremellii, ſed illi *ſpeculario ſuo* os obturavit *Franciſc. Iunius.* Certe noſtri [f] Erpenius, Ludovicus de Dieu, &c. quamvis Maſii, Boderiani &c. Syriaca in multis deficere; imo contra analogiam non ſemel eos punctare animadverterunt, judicio quidem ſuo, & judicio Amira Syri Maronitæ, nihilominus ſummis illis viris imperitiam linguarum non exprobrant. Similiter Erpenius doctiſſ. illis Pſalterii Arabici interpretibus errorem contra analogiam grammaticæ commonſtrat, in notis ad Alcorani Ioſephum, ſed abſque conſequentia Ianſeniana.

2. Cur hic in unius literæ mutatione *e* ſcilicet in *a*, mendum typographicum ſuſpicari noluerit Ianſenius, cum in aliis & recte animadverterit atque emendarit, in plurimis præterierit, divinare equidem non poſſum, niſi ampliorem oſtentationis ſegetem in vocula Hebraica ſive Syriaca ex rudimentis conjuganda, apud hujus linguæ ignaros ſibi pollicitus eſt. Potuiſſet enim imperitiam meam in lingua Græca & maxime in lingua Latina multo majori jure concludere ex centenis & longe fœdioribus mendis, quibus ſcriptum meum deformatum videt. Sed ibi, ſi quid ad ſenſum orationis pu-

a In Epiſt. dedicat. b Pag. 11. 12. c Lud. de Dieu in præfat. grammat. ling. Oriental. d Vide Lud. de Dieu loco cit. e In Præfat. ad Tab. Gr. Chald. Syr. Edit. an. 1560. f In grammat. utriuſque, imprimis *de Dieu* Notis in Apocalypſ.

tabat pertinere, maluit omnium ſcribentium & lectorum (qui hominem non exuerunt) exemplo corrigere, quàm laudis ſuæ, aut vituperii alieni materiam quærere. Sic n. p. ad meum *interruptæ*, notavit, *forte ininterruptæ*, & pag. 194. ad meum *illius*, notat, *forte ullius*. & p. 131. cap. 29. Vbi vitioſam ſcripturam τȣ̃ *Achatius*, non quidem typographi aut meam, ſed juris canonici & gloſſatoris, (unde ego deſcripſeram nihil immutans) recte emendat ex Græco. Pro quibus gratiam habeo: pari benignitate uſurus erga ipſius ſcripta, ſi forte ſimili ineptia & improbitate puer aliquis à ferula etiamnum calens violatæ rudimentorum aut orthographiæ authoritatis actionem Ianſenio Latino alioquin & diſerto ſatis intentaret, quod Thimotei ſcripſerit pro Timothei, quaſi in Græco eſſet θ cum ſit T. item *Pytagorico* pro *Pythagorico*, quaſi in Græco eſſet τ cum ſit θ. Quod *rapſodia* ſcripſerit pro *rhapſodia* cum ῥ initiale ſpiritu denſo notatum per *rh*. exprimi ſoleat. Quod *ſcola* & *Scolaſticus* ſcripſerit pro *ſcholaſticus* cum in Græco ſit χ non κ. Et ſimilia forte plura.

Sed minime decet Theologos aut ſaltem viros ſtudioſos qui operis typographicis unquam uſi ſunt, inter legendum minutiis iſtis inſiſtere: ne quidem ſi ipſius authoris, quippe gravioribus intenti feſtinatione & incuria vitii quid adhæreſceret: quod in vocibus [a] *ſcolaſticus* & [b] *rapſodia*, perpetua & peculiari quadam critica ita ſcriptis, Ianſenio accidiſſe veriſimile eſt. Si quis hinc imperitiam in lingua Latina, aut Græca aut Hebraica inferre velit, næ ille omnes philologos tum in utraque literatura, tum in orientalibus in ordinem *fratrum ignorantium* cogeret. Si commentaria ſuorum [c] Lorini, [d] Sanctii, [e] Riberæ, [f] Delrio, &c. illis oculis legeret Ianſenius, quot argumenta imperitiæ ſcilicet ad apertionem librorum ſe offerrent? Imo quis in Riberæ & Delrio Hebraicis Hebraica agnoſceret? Quid etiam fieret de Latinorum Regis Sixti V. Latinitate, qui vulgatæ bibliorum tranſlationis errores typographicos cum omnes ſuſtuliſſet, etjam propria manu emendaſſet, atque ita authenticam & irrefragabilem illam S. Scripturam dediſſet, & toti Eccleſiæ bulla ſua impoſuiſſet; correctionem tamen Clementis VIII. locis infinitis effugere non potuit.

3. Vt nunc veniam ad meum מִנֶּגֶד *minneged*; ſcripſeram ita Hebraice, ſed abſque punctis: cum typothetes characteribus illis deſtitueretur, ſententiæ illæ litteris Latinis exprimendæ erant, ſimili cum Imman. Sa, aliiſque fortunâ, & hoc vocabulum *minneged* (non *menaggad*, ut vult Ianſenius) ſcribendum: ſic enim illud punctatum & explicatum legi à Ioh. Druſio orientalium linguarum peritiſſimo in Adagiis [g] Hebraicis: ubi Ianſenius illud ipſum cum ſuo *ſtatere in lagena &c.* (quod mihi infra reponit) requirere poterit. *Menaggad*, quid eſſet jam olim cum primis linguæ Syro-Chaldaicæ elementis ex [h] Buxtorfio didiceram. Quod autem vel incuria typothetæ, vel transfuſionis ex Hebræa in ſcripturam vulgarem legatur nunc *menagged*, id iniquè in me derivatur, quippe qui ab illo tempore, quo Dordraci in manibus amiciſſimi viri reliqui, ſcriptum meum non vidi, neque quaternionem vel lineam

a *Schola* & *Scholaſticus* in Epiſt. dedicat. ter; & p. 385. bis; & p. 386. 387. 483. 105. b *Rhapſodia* p. 15. 20. 387. 410. c Vide Lorini in Eccleſ. & Sap. d Sanctii in acta. e Riberæ comment. in Proph. minores. f M. Delrio diſquiſ. mag. g Decur. 5. adag. 2. h Buxtorf. in Gramm. Chald. ad conjugat. Paël p. 77.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

neam ullam excuſam, neque operis typographicis unquam adfui, neſcius adhuc quis ſit, aut ubi commoretur typothetes. Tantum feci quod potui; ſimulac exemplaria ad me miſſa, correxi infinitas mendas in 4. exemplaribus quæ inter amicos diſtribui Heuſdæ, & Sylvæducis, ut ubicunque poſſent, ad ea curarent ſua & aliorum emendari. Inter correctiones illas etiam erat τὸ מנגד *minneged*; quod mihi eſt participium in conjugatione Itpeal, per Syncopen, abjecta litera ת, thalmudicis ſcriptoribus in omnibus litteris indifferenter hic uſitatam, ut & Targumicis in litteris homogeneis, non vero Syriſmo N. Teſtamenti; ad quem cum exigeret hoc adagium Ianſenius fruſtra fuit, is enim talem ſyncopen non admittit, neque in aliis temporibus Itpeal, aut Etpael, neque in participio, prout exempla verborum a נ incipientium, etiam ipſius hujus thematis docent מִתְנַגְּדִין attracti, ſive *inſtincti* ut vertit Ieſuita Etſelius 2. Pet. 1. verſ. 21. מִתְנַגֵּד id eſt, trahitur, Iacobi 1. verſ. 15. & מִתְבַּקֵּשׁ id eſt, pulſatur 1. Corinth. 14. verſ. 7. Eſt autem in hoc adagio Thalmudico-Rabbinica dialectus, de cujus differentia à Syriaca Nov. Teſt. jam cuivis etiam non Rabbino facile conſtare poteſt, ex iis quæ quotidie à doctiſſimis Chriſtianorũ [a] Rabbinis ad illuſtrationem Thalmudicorum in lucem proferuntur.

3. Si Ariſtarchum aut plagoſum Orbilium agere libeat Ianſenio, author illi eſſem, ut poſt profligatos Antibarbaros Biblicos (novit quos deſignem) ſuis heroibus infeliciter Hebraizantibus aut ἑλληνίζειν indice aliquo expurgatorio medicinam faciat, priuſquam in novum ſemibarbarorum catalogum referantur ab illis qui [b] Sixtini Amamæ telam pertexere poſthac forte cogitabunt. Quæret quinam illi ſint? Primo quidem [c] Bellarminus, qui quamvis grammaticæ Hebraicæ ſcriptor, tam male Hebraizabat, ut e. gr. *David* דוד Hebraice ſcriberet per ב ut ſcilicet ex nomine *Davidis Chytræi* numerum Antichriſti colligeret, quod grammaticum flagitium flagris caſtigandum eſſet in puero, qui vel ſemel Pſalterium inſpexiſſet. Deinde *Perronus* ipſe cujus barbaries in Græcis plus quam tricies caſtigata à Molinæo in *Nouveauté du Papiſme*. vide imprimis lib. 6. cap. 34.

Tertius ſit Ieſuita Serrarius, qui quamvis ſuperioribus Εβραϊκώτερος tamen in Orientalibus ſuo periculo [d] didicit ſapere ab Ill. Scaligero & Ioh. Druſio, divinis illis grammaticis; ut quidem per ludibrium eos appellaverat.

Quartus ſit [e] Gretſerus ſatis Græculus judicio ſociorum, quem abſque didactro ἑλληνίζειν docuit Simo Stenius Profeſſor Heidelbergenſis.

Quintus ſit Ieſuita Sirmondus δεινὰ πεπονθὼς à [f] Claudio Salmaſio, & ablegatus ad pueros collegii Claromontani, propter hallucinationes in utraque lingua.

Sextus ſit Baronius, quem in Græcis paſſim & gnaviter exercet [g] Iſaacus Caſaubonus.

Agmen claudant Papa Anacletus, & [h] Innocentius III. qui mirifica quadam & tranſcendentali critica, Græca cum Hebræis tam artificioſe miſcuerant, ut ille Cepha (quod eſt nomen Petri) per Κεφαλὴ

[a] Poſt Munſterum, Fagium, Mercerum. I. Buxtorfius in Grammat. Chald. Syr. I. Cochius in Sanhedrim, C. l'Empereur in Middot. &c. [b] Author eſt Antibarbari biblici. [c] Bellarm. de Pontifice Rom. lib. 3. cap. 10. [d] In Elencho trihæreſ. Scalig. & Druſii. [e] In Gretſero triumphato p. 5. [f] Salmaſ. in Enchir. de Eccleſ. Suburbic. imprimis p. 396. & 95. [g] Caſaubon. in exercit. ad Baronii annales paſſim. [h] Innocent. III. de Sacro Altar. Myſter. lib. 1. cap. 8. Idem ſerm. 1. in feſto Sylveſtri Papæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

φαλὼ, id eſt, caput Eccleſiæ exponeret; iſte nova quadam cabaliſtici tranſitus ſpecie ex Phœnicia ſcilicet in Græciam, ut ex uno alterum concluderet quaſi alter Cadmus: *Petrus*, inquit, *ſecutus eſt Chriſtum, non ſolum genere Martyrii, ſed & in ordine Magiſterii. Quod Chriſtus oſtendit cum ait, tu vocaberis Cephas: licet enim Cephas ſecundum unam linguam interpretatur Petrus, ſecundum alteram verò exponitur caput.* Applaudente Baronio, qui *divina diſpenſatione factum videri putat, ut una eademque voce, duabus linguis Petri Principatus exprimeretur*, ad ann. Chriſti 31. num. 27. Gaudete barbari, lugete Grammatici & Critici, quotquot eſtis in Papatu, quibus iſta crux poſita. [a] Lyranus tanquam communis gloſſator, hanc quaſi miraculoſam & θεόπεμπτον criticam Pontificum ſuorum de ſuo expolivit: *Tu vocaberis Cephas, id eſt, Capitaneus. Et idem ſonat hoc nomen Petrus, quia fundamentum habet quodammodo proprietatem capitis*, unde Math. 16. quando dictum eſt ei, &c.

Sed hæc hactenus de errore typographico, hinc videat Lector quam jejune & miſere cauſam ſuam agant Pontificii, qui cum Scripturarum & rationum momenta non ſuſtinent, ad ineptias iſtas declinant, aut tragelaphos ſibi pingunt: Ita [b] Bellarminus Heſhuſio, [c] Cottonus Genevæ, ut vocat, Plagiariæ, alii aliis errores typographicos; & adverſarii [d] Pleſſæo neſcio quas minutias & ſcriptionis παροράματα imputant: nimirum ſimiles prædeceſſoribus ſuis, qui culicem excolabant, camelum deglutiebant. Math. 23. Interim non vident in rubrica Iuris Canonici diſt. 34. c. 4. excuſum fuiſſe Pariſiis 1521. Et Baſileenſis Amer Bachii anno 1511. utraque enim editio ſic habet. *Qui non habet uxorem, debet habere concubinam.* Quem errorem typographi ſcilicet aut librarii nunc emendatum volunt per τὸ *poteſt habere concubinam.* Confer lib. 3. ſect. 1. cap. ult. & vide quam feliciter barbariſmum mihi objiciat.

PROLEGOMENORVM SECTIO VI.

De ſoliditate & methodo ſcripti Ianſeniani & noſtri.

DE ſoliditate ſcripti ſui ſerio gloriatur Ianſenius, de noſtri infirmitate triumphat: Ac de ſuo quidem. Scripſit [e] illud *in brachio forti*, ſi fieri poſſet; refutavit nos *paulo plenius, ſolidius, & aliquanto accuratius propoſitam materiam pertractavit.* Adeo *ut ſperet, miniſtros agnituros tam ſyncere, tamque cumulate ſibi à Ianſenio fuiſſe reſponſum, ut nihil quod quidem ullius ſit momenti, ſine confutatione dimiſerit, omneſque argumentorum minutias ex iis fundamentis, quibus reſponſio ipſius aſtruitur, abunde, planeque ſubverterit.* Similia habet in Epiſtola dedicatoria: ut è ſua confutatione, omnia quæ ſcripſere (miniſtri ſcilicet) *collabantur: Vt Samſon Philiſtæorum ædificium dejecturus, ſolas columnas corripuit, &c. Qua in re ſperat fore, ut paulo accuratior, quam ipſi, exiſtimetur, &c.*

Reſp. 1. Si inanes illas jactationes de eruditione, de ſoliditate ſua, & quidem extemporanea, quas hic, & paſſim in Spongia eructat Ianſenius, exceptione aliqua

[a] Lyran. in Ioh. 1. [b] Bellarmin. de Sacramentis in genere libro 1. cap. 6. [c] Cotton. ad locum Luc. 22. verſ. 19. cum reſp. Turretini. [d] Vide Pleſſæi *Verification des Lieux*, &c. [e] In Epilog pag. 507. 508.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

aliqua apud lectorem retundere liberet, nihil aliud quam in characteribus Theophraſti cap. de *Microphilotimia* & *oſtentatione*, & in Plauti *milite glorioſo* Actus 1. Scenam 1. lectori commonſtrarem, parodiam aut emblema inde deſumendum ipſi relinquens. Sapienti dictum ſatis.

2. De ipſius eruditione & ſoliditate in cauſæ ſuæ defenſione, quid ſocii judicaturi ſint neſcio. Ipſe viderit ne aliquando proſtet in indice aliquo expurgatorio, quod plurimis ſui ordinis non tam turpiter impudentiâ aut indocto zelo, ac ipſe fecit, cauſam ſuam prodentibus, ante paucos annos eveniſſe; ſi neſcit, diſcat ex indicibus: aut ne ex angulo aliquis prorepat, qui aperte civilis belli claſſicum in ipſum canat, quomodo olim in prædeceſſorem ſuum [a] *Michaelem Baiium* inſurrexit *Horantius*, quod aliqua conceſſiſſet Nobiliſsimo Marnixio Sanct. Aldegondæ Domino in Diſputatione de Cæna, quibus communem cauſam lædi putabat. Ego ſic judico: *Si quidem in magnis voluiſſe ſat eſt*. Ianſenium ſtuduiſſe novo diſputandi ſeu potius dicendi compendio nervos noſtræ cauſæ incidere, aut tanquam gladio Delphico nodum rumpere, non ſolvere, aut potius novi exorciſmi atque amuleti terriculamento omnem belli tumultum procul à ſe ſuiſque avertere, atque adeo præſtigiatoria quadam dexteritate per medios hoſtes evadere. Hic ſcopus viri.

Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

In eam rem, præter phraſin latinam & ſtylum ſatis ſucculentum (ut fere defectus & macritudo carnium juſculis ſuppleri ſolet) novi aliquid acuminis obtuſæ & detritæ cauſæ, ratiunculis & diſtinctionibus quaſi novis aut interpolatis, ſeu potius aliunde infeliciter deſcriptis, undique quæſitum ivit; ſed tam volaticis & deſultoriis conceptibus, ut nec quam cauſam tuendam, nec quam oppugnandam, nec quid ſui, aut quid noſtri, quid veteres, quid recentiores, quid ipſe modo dixerit, aut mox dicturus ſit, quid olim aut nuper actum ſit, quid etiamnum agatur in orbe Pontificio, aut Reformato, intellexiſſe aut meminiſſe videatur. Quod refutatio noſtra tam luculenter, puto, docebit, ut lector, cujuſcunque religionis, modo aliqua eruditione & judicio præditus, nihil amplius deſideraturus ſit. Cauſas hujus rei puto eſſe primò feſtinationem, & extemporaneitatis (ita loqui liceat) affectationem, ne ſex menſes ſcriptioni impenderet ſcilicet, ne etiam interea quid detrimenti caperet tam laxa & luxata cauſa cleri Sylvæ-ducenſis. Deinde etiam indignationis, deſperationis, metus & ſimilium paſſionum concitationem ac reciprocationes, quæ homines non leviter à mente dimovere ſolent, adeo ut præſentem ſæpe moleſtiam majori diſpendio commutent, & per momentaneum effugium ejus, quod urget ad πανολεθρίαν ſuam ipſi feſtinent, non aliter ac piſcis à craticula in ignem inſilit, aut natandi imperiti è navi in mare ſe conjiciunt, ut præſens pulveris nitrati incendium & periculum effugiant. Denique & ἀπειρίαν in controverſiis noſtri temporis tractandis, quam tumultuaria lectione Bellarmini, Perroni, aut ſimilium, ſub ipſum conflictum, ut canis è Nilo bibens, ita ſupplere non potuit, quin abſque delectu devorata, & quod plus eſt indigeſta, ſemicocta, cruda, χολῇ ἀκρᾷ

[a] Vide ipſam Baii apologiam.

ſtimulante, & facultate quacunque expultrice adjuvante, quamplurima, ad faſtidium & fætorem effunderet, evomeret.

Cæterum Scripturarum in libro tam ſpiſſo tanta raritas, ut in quibuſvis potius quam in illis præſidium aliquod ſuæ cauſæ inveniri poſſe, non obſcure ſignificaverit. vix putem ultra ſex aut ſeptem teſtimonia ad ipſas probationes controverſiarum adferri: reliqua, quæ non ita multa in amplificationibus generalium, aut moralium non controverſorum, ab hoc cenſu ſubmovemus. Et paucula illa quæ ad probationes facerent, non dico tam inepte aut perversè (de quo poſtea,) ſed tam frigide ab illo quaſi in medium projiciuntur, tam raro & jejune explicantur, urgentur, applicantur, atque à contrariis interpretationibus & exceptionibus vindicantur (quod accurati diſputatoris erat) ut ſpinas aut venena tractare, aut velites aliquos procul oſtendere potius quam pugnam miſcere videatur. Patrum oſtentatio major, ſed oſtentatio tantùm: Multa eorum dicta amplificationibus tantum inſerviunt, & abſque diſputatione ulla ab omnibus cujuſcunque partis recipiuntur. Quæ ad probationem adduci videntur, pleraque puncta ipſa capitalium controverſiarum ne ſemel quidem attingunt. Ita ut Ianſenius 50. propoſitos articulos, aut eam ſaltem partem, quam reliquam facit, Patrum judicio ſiſtere auſus non fuerit, quamvis à me tantopere provocatus. Reliqua ſi quæ ſint, quæ obtorto collo ad quæſitas ſuas diſſertationes trahit, & quibus ratiunculas ſuas ſuperſtruit, talia ſunt, ut iis examuſſim convenire putemus judicium illud Berclaii I. C. de libro [a] Boſii, de poteſtate Papæ temporali: *Nihil ſolidæ rationis, ad ſententiæ ſuæ confirmationem, non alicujus fallaciæ & captionis admixtione corruptum; nihil vetuſtæ ac probatæ authoritatis, non adulterinæ interpretationis fuco depravatum inveni.*

Hiſtoriam aut res geſtas ſuperioris aut præſentis ſæculi, tam in Eccleſia quam Politia adeo negligenter habuit, ut vix unquam de iis verum dixerit, quaſi ex novo orbe, ex Trophonii antro, aut ex ſpelunca cum ſeptem dormientibus nuperrimè proreptaſſet, omnium, quæ apud ſuperos geſta ſunt, ignarus; quæ ἀνιστορησία totam ipſius diſceptationem, de Reformatione, de Vocatione, de Seceſſione ab Eccleſia Romana, hoc eſt, totius ædificii columnas, male exſtructam in ſe corruere facit. Sublato enim ſtatu inficiali, actum eſt plane de ſtatu qualitatis, & finitudinis.

Quanto etiam apparatu linguarum, antiquitatum Eccleſiaſticarum & Iudaicarum, Philoſophiæ, Politicæ & Iuriſprudentiæ in nos *miniſtellos*, *magiſtellos*, *rerum divinarum, humanarum imperitos &c.* (hæc noſtra elogia) tantus gigas inſurgat, nos non dicemus, ne Ianſenii illud quarto modo proprium cacoëthes nobis commune faciamus: contenti lectoris cujuſcunque literati arbitratui totum hoc relinquere.

Atque hæc quidem de Ianſenii ſolida reſponſione. De Philonio meo ego aliud non dicam, quam, quod dixi, eſſe notas tantum nullo alio conſilio à me ſcriptas, quam ut illis quaſi ſecuri quadam luxuriantem Ianſenii declamationem ſeu invectivam præſecarem, atque imprimis illum ex latebris in apertum

[a] In libro de poteſtate tempor. Papæ p. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tum controverſiarum campum, ex ficulneis illis verborum tegumentis ad nudam cauſæ diſceptationem pertraherem. Plura à me cordatus nemo poſtulabit, nec poſtulare debuit Ianſenius: cum intentioni & pollicitis meis, atque adeo ipſi rei, & declamationi adverſarii à me pro modulo ſatisfactum ſit, non ſine auctario aliquo de Vocatione & Succeſſione Eccleſiæ, & Principio fidei, quo noſtram ſententiam perſpicue & ſuccincte, ut opinor, expoſui. Adeo ut iniquitatem & ſimul vertiginem ſuam nimis prodiderit Ianſenius iſtis exprobrationibus: [a] *Cum ſeſe prodat non ſatis roboris ad illud à fronte invadendum & uno ſpiritu oppugnandum habuiſſe; adeoque fractos quoſdam & interruptos in illud impetus faciat, deſultoria levitate quadam hinc inde vellicans, quæ opportuniſſima reperit, & alia ſuis viribus majora præteriens.* Et, [b] *Tanta eſt ſcripti illius confuſio, ut ſcopæ diſſolutæ verius, quam methodica diſputatio videatur.* Et, [c] *Satius judicavit verbulum opportunum hinc inde carpere, quam rationum contextum legitima diſputationis lege, totaque argumentorum mole proſternere, &c.*

Reſp. Quibus breviter reſpondeo: Cum non entis nulla ſit affectio, non potuiſſe me ipſis controverſiis & diſputationibus Ianſenianis accurate reſpondere tunc temporis, neque accuratam methodum adhibere, qualis in controverſiis adhiberi ſolet. Ipſe enim ingenue, ſed ſibi contradicens fatetur: Alexipharmacum ſuum, [d] *non tam ad evolvendas controverſorum capitum quæſtiones propinatum fuiſſe, quam ad cives Sylvæ-ducenſes cohortandos, & adverſus miniſtrorum artes atque blanditias muniendos, ſerioque admonendos, &c.* Argumentorum ſoliditatem omnes non percipere, orationis motum omnes ſentire. Plures in magno populo rationum ipſam vim & momenta plane non capere. Nimirum evenit nobis illud: Exſpectabamus diſputatorem & ecce oratorem.

Vbi ergo non diſputabat Ianſenius, imo ne ſtatum quidem controverſiæ tangebat, nedum ut perſpicue explicaret, non poteram ego decorè diſputationem methodicam opponere, niſi forte de novo *Myſterii Iniquitatis apologias*, aut *panſtratias Catholicas*, aut *Novitates Papiſmi*, aut *Catholicos orthodoxos*, aut ſimiles pruriente calamo deſcribere placuiſſet. Sed abſque innovationibus iſtis otio minime torpeſcet Ianſenius cum ſuis, quandoquidem reſponſum priora illa miſerrime etiamnum exſpectant, & forte in æternum exſpectabunt. Declamatorem ex adverſo nolui agere, neque id inſtituto noſtro, aut formulæ provocationis ulla ex parte conveniebat. Nulla itaque hic methodi acroamaticæ ſeu Logicæ; nulla etiam Oratoriæ ἀκρίβεια à me petenda; niſi eodem jure millenas notas, cenſuras, animadverſiones, exercitationes ad aliena ſcripta, ad alterutram Methodum exigere velimus.

Atque hæc de accuratione Methodi. Alterum in quo ſoliditas deſiderari poſſet, eſt ipſa notarum materia, hoc eſt, explicationes, & inquiſitiones ſtatus controverſiæ, probationes, elenchi, reſponſiones, ſeu ſolutiones paſſim inſparſæ; quæ quam verè, quam rectè ſe habeant ex ſequenti noſtra diſceptatione conſtabit.

Quæ illa ſint *viribus meis majora à me præterita*,

a Epiſt. dedicat. b Cap. 2. p. 15. c Pag. 17. d In Epiſt. dedicat. 5. 3. 6.

præterita, quæ rationes diſsimulatæ, divinare non poſſum, quandoquidem Ianſenius ſolita arte & fide, ne unum quidem, quod probandum mihi ſumpſeram, aut ipſe refutandum, nominare nec auſus, nec potuit. Ego contrà præteritas ipſi non rationes, neque teſtimonia tantum, ſed & integras theſes & hypotheſes oſtendam.

Finis Libri Primi.

LIBER

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

LIBER SECVNDVS,

De
Vocatione Miniſtrorum in Eccleſiis Reformatis.

SECTIO PRIMA.

Capvt I.

PRæcipuum, imo totum diſputationis & cauſæ Ianſenianæ præſidium in exceptionibus quibuſdam contra vocationem Miniſtrorum in Eccleſiis Reformatis verſatur: quo præſidio ſi ipſum exuerimus, actum erit non minus de omni reſcriptione, quam antehac de omni collatione. Hoc enim eſt illud excogitatum commentum, quo aliqua honoris ſpecie declinare ſe poſſe putavit examen quinquaginta articulorum, in quibus *veritatem*, *antiquitatem*, *ſucceſſionem*, & *Catholiciſmum* Papatus commonſtrari petimus, ut appareat, nos deſerendo Papatum, à vera, antiqua, Apoſtolica & Catholica fide, atque Eccleſia (extra quam non eſt ſalus) non receſſiſſe, atque adeo æternas animarum pœnas, & extrema corporis ſupplicia meruiſſe. Præmonemus autem lectorem, & ſole clarius probabimus cum Deo, Ianſenium hic non minus cauſæ ſuæ diffidere, & vadimonium deſerere, quam in 50 illis articulis. Quamvis enim hic ſacro & perpetuo ſilentio non plane litet, quod ibi fecit; tamen omnes illi verborum & Rhetoricationum tinnitus ad profundũ ſilentium, imo ad vulgus ſilentum, una atque altera linea aut litura, mox redigi poſſunt; modò tollat quis chimęras aliquot falſarum hypotheſium, quas ne verbo quidem probat, nec nos concedimus; ſed ipſe (ut fere ſolet imaginoſum, quaſi octavus dormientium) ſibi fingit à Romanis Corybantibus immiſſas. Sunt autem iſtæ:

I. Nullos noſtrarum Eccleſiarum Reformatores habuiſſe Eccleſiaſticam vocationem atque authoritatem ſub Papatu, niſi forte licentiam prædicandi, aut Monachatum aut Canonicatum.

II. Nos defendere illorum vocationem fuiſſe extraordinariam ſpecificè contradiſtinctam ordinariæ.

III. Nos defendere ex. gr. Lutheri aut ſimilis alicujus in Reformatione anteceſſoris univerſalem aliquam pręfecturam aut magiſterium in omnes totius orbis, aut ſaltem Occidentales eccleſias, non tantum ad reformandas eas prædicatione, ſeu voce & ſcriptis, quantum in ſe erat; ſed etiam ad conſtituendas ordinandas, regendas architectonica quadam ratione, atque adeo ad omnes ordinarios paſtores loco movendos & de gradu deturbandos, alioſque iis ſubſtituendos.

Omnibus iſtis negatis, quid reſtat Ianſenio, niſi ſilentium & confuſio faciei? Nihil nunc dicam de aliis hypotheſibus, quas falſitate & ignorantia pari contra Scripturas rationem, Patres, ſuos, noſtros, ſeipſum effutit. Nihil etiam de tot inconditis, confuſis, & male cohærentibus rationibus, quas in ipſo diſputationis, ſeu declamationis æſtu ἐσχεδίασε. Iudicet lector, ubi à nobis caſtigatas eas videbit. Partiemur autem

hunc librum in tres Sectiones. Prima continebit ipſam principalem quæſtionem: An ulla ſit vocatio Miniſtrorum in Eccleſiis reformatis. Secunda perſtringet aliquot hypotheſes & conſectaria hujus primariæ quæſtionis, ut & parerga ac nugatoria quædam. Tertia excutiet reſponſum Ianſenii, ad quæſtiones de legitima vocatione Miniſtrorum in Papatu à me ipſi propoſitas. In prima Sectione diſtincte examinabimus, Primo ea, quæ objicit Ianſenius adverſus vocationem primorum Reformatorum: Deinde ea quæ adverſus vocationes ſucceſſorum, hoc eſt omnium Miniſtrorum, qui poſt primos illos à Papatu recedentes munere ſuo funguntur in Eccleſiis noſtris. Tertio ea quæ peculiariter Miniſtris Sylvæ-Ducenſibus opponit. Prima parte hujus Diſputationis ubi defuncti fuerimus, in reliquis duabus nihil aut parum difficultatis ſupererit. Vt eam expediamus, velimus notari diſtinctiones illas. Reformatio in doctrina vel moribus alia eſt privata ſeu charitativa, alia publica ſeu authoritativa. Privata fit conſiliis, monitis, exemplo. Eaque rurſum eſt vel abſque ſeparatione à corpore Eccleſiæ corruptæ, vel cum ſeparatione, non tantum ſui ipſius, ſed etiam abductione aliorum. Reformatio publica eſt, vel particularis, vel univerſalis. Vniverſalis dici poteſt, vel ratione ſubjecti, vel ratione cauſæ. Illa eſt quando univerſa, aut maxima pars Eccleſiæ corrupta eſt, & reformatione indiget; Hæc eſt cum ab Vniverſa Eccleſia junctis conſiliis & operis ſive in Concilio Oecumenico, ſive extra Concilium, Reformatio ſuſcipitur & peragitur; aut ſaltem de poſt facto, Reformationis formula, à particulari Eccleſia, ſeu monitore propoſita, ab aliis Eccleſiis, ſive ſimul, ſive ſucceſſive approbatur: Ita enim, quæ ortu Particularis primum, progreſſu aſſurgit & deſinit in Vniverſalem. Debet etiam in publica reformatione diſtingui illud quod eſt poteſtatis Eccleſiaſticæ, & illud quod eſt poteſtatis Politicæ ſeu coactivæ, in promotione ſcilicet mediorum, remotione impedimentorum & defenſione, ac præſcriptione eorum, quæ bene concluſa ſunt. Rurſus Reformatio univerſalis dici poteſt vel ea, quæ peragitur à perſona aliqua Eccleſiaſtica ipſo facto, mutando ſcilicet in melius & reſtituendo ea quæ corrupta ſunt, in omnibus ſcilicet aut quibuſvis Eccleſiis, vel per ſe vel per alios à ſe delegatos, hoc eſt, cum quis prædicat verbum, miniſtrat ſacramenta, exercet diſciplinam pure & ex voluntate Dei, quomodo Apoſtoli reformarunt, vel quæ promovetur in Eccleſia univerſali à perſona aliqua Eccleſiaſtica tum hortatione fraterna, tum exemplo, ſeu facto proprio in ſua propria & particulari Eccleſia tantum, minime vero in alia ipſius curæ non commiſſa, niſi legitimè ad illud evocetur. Particularis Reformatio eſt Eccleſiæ alicujus particularis, ſive nationalis, aut provincialis, ſive unius loci, ex. gr. Corinthiacæ, Epheſinæ, &c. Hæc autem Reformatio vel proprie in illa natione, provincia aut civitate intelligitur de actuali mutatione publici cultus; vel metonymice de Inſtitutione, adhortatione, & invitatione tum privata tum publica ad talem mutationem capeſſendam; poſteriori modo ſumpta poteſt peragi ab uno aliquo concionatore, imo etiam aliquo modo à quovis Chriſtiano; ad priorem plurium eorumque non unius ordinis operam & conſenſum concurrere neceſſe eſt; unius vero aut paucorum minime ſufficit, niſi in illos plurium illorum (quorum intereſt) authoritatem & partes devolvi contigerit. Particularis Reformatio proprie dicta vel fit abſque ſeparatione, manente eodem numero corpore Eccleſiaſtico, aut maxima potiorive ejus parte; vel cum ſeparatione, atque adeo nova peculiaris corpo-

ris Eccleſiaſtici ex illo priori corpore collectione, inſtauratione & formatione. Prioris exemplum eſt in Eccleſia Beroenſi Actor. 17.11. Qui in ſynagoga ſua *ſuſceperunt verbum cum omni aviditate quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberent.* Poſterioris exemplum eſt in Eccleſia hieroſolymitana Actor.2.& 4.& 5.& Epheſina Actor.19. verſ.8. 9. *Introgreſſus autem ſynagogam cum fiducia loquebatur per tres menſes, diſputans & ſuadens de regno Dei. Cum autem quidam indurarentur & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, diſcedens ab eis ſegregavit diſcipulos quotidie diſputans in ſchola tyranni cujuſdam.* Similis Reformationis exempla occurrunt in Eccleſiaſtica Hiſtoria, ubi Ariani cathedras, publica templa, ac cœtus poſſidebant, & paſſim in Africa tempore ſciſmatis Donatiſtarum.

Diſtingui etiam poteſt Reformatio in ordinariam & extraordinariam; illa eſt quæ ab ipſis miniſtris ordinariis inchoatur & promovetur, quibus ex vocationis ſuæ officio & conſcientia opus hoc incumbit. Talis reformatio erat illa 2. Paral. 15. tempore Regis Aſſæ; & tempore Nehemiæ, libri ejus cap. 9. & 10. Vbi ordinarium miniſterium decreto & opera ſua hoc opere defungebatur. Hæc eſt, quæ inchoatur & promovetur ab aliquo, aut aliquibus immediate, aut mediate à Deo excitatis ſive ex ordine miniſtrorum, ſive ex plebe fidelium, ſive ex principibus, aut proceribus, qui ceſſante, imo etiam reclamante & renitente ordinario miniſterio opus hoc capeſſant. Suntque illi vel extraordinaria poteſtate inſtructi, vel ordinaria. Extraordinaria poteſtate inſtructus erat Ex. Gr. Elias. Ordinaria poteſtate ſi inſtructi ſunt, limitata eſt cuique ſua functio; ut ſcilicet Eccleſiaſticus in Eccleſia ſibi commiſſa agat & peragat ipſe omnia fideliter pro ratione muneris ſui; Collegis ſuis & aliis Eccleſiis hortationibus & exemplo ſuo præeat, & ejuſdem reformationis author ſit, quantum poteſt: Vt plebejus caritativa admonitione & exemplo ſuo inſtet εὐκαίρως ἀκαίρως id eſt, *tempeſtivè, intempeſtivè,* apud ſuos, imprimis apud miniſtros & Magiſtratus: Vt denique Princeps & Proceres, non tantum hortationibus, ſed etiam coactiva poteſtate inſtent & curent, ut verbum Dei purè prædicetur, & miniſtri officio probè fungantur, &c.

Poteſt etiam reformatio diſtingui in eam quæ inchoatur & ſuſcipitur quidem, ſed malitia hominum, aut violentia ſiſtitur & ſuffocatur, adeo ut publica non fiat, aut ſaltem publice non perrumpat: Et in eam quæ perrumpit & pertendit. Prioris generis reformatio fuit ante Lutheri tempora frequens & multiplex in Eccleſiis Occidentis. Poſterioris generis fuit anno 1517. cœpta in Germania & Helvetia, & mox in pleriſque Occidentis Eccleſiis Papatui ſubjectis: In Gallia, in Dania, in Suecia, in Livonia, in Belgio, in Anglia, Scotia, &c.

Reformatores etiam diſtingui debent in primos, & primis ſuccedentes. Primos vocamus illos, qui primi faciem doctrinæ Papalis & publicè in ſuis Eccleſiis immutare cæperunt, ſive apertè & publicè, ſive privatim, & clauculum. Primis ſuccedentes ſunt, qui in mutationis jam introductæ aut ſtabilitæ poſſeſſionem ſucceſſere. De illis, non verò de iſtis diſceptatio hic nobis inſtituitur.

Adhæc in miniſterio Reformatorum, diſtinguendum eſt officium à Deo inſtitutum, ſeu Vocatio perſonæ ad illud officium, & exercitium ſeu Actus iſtius officii. Qui actus eſt vel ordinarius & perpetuus, ut prædicatio, Sacramentorum adminiſtratio, diſciplina Eccleſiaſtica; vel occaſionatus, & non perpetuus, ut diſputatio & collatio de Religione, reformatio

doctrinæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

doctrinæ corruptæ, inſtauratio collapſæ diſciplinæ.

In ſtatu controverſiæ conſtituendo mirifice fluctuat & prævaricatur Ianſenius, prout argumentis noſtrorum & propriæ conſcientiæ œſtro, huc illuc miſere impellitur. Modò de opere Reformationis, modò de Reformatorum officio, & miniſterio, modò de vocatione & ordinatione miniſtrorum quæſtionem movet. Vocationem & ordinationem aliquam Eccleſiaſticam modò illis tribuit; modò omnem eripit, idque vel omnibus vel ſpecialiter Luthero & Zvvinglio. Nos in ipſo diſputationis curſu vertigines & prævaricationes ejus notabimus, hic autem controverſiæ ſtatum ita conſtituimus.

I. De doctrinæ veritate in hoc controverſiæ puncto proprie non agit Ianſenius, ut ipſe proteſtatur diſertis verbis pag.163.

II. Per conſequens non agitur hic de ipſa reformatione, ſeu mutatione doctrinæ & cultus, aut doctrina alterutrius partis; utrum recte mutata ſit, aut non mutata ſit.

III. Neque hic agitur de officio ſeu functione Miniſtrorum, ſive Paſtorum, ſive preſbyterorum, ſive prædicatorum, in quo conſiſtat. *Non hic à vobis quæritur, quis qualiſve ſit prædicator, ſed an ſit prædicator.* Ianſ. p.64.cap.17.

IV. Sed agitur de quæſtione. An primi Reformatores ullam omnino habuerint vocationem Eccleſiaſticam, & quidem ordinariam; Nos affirmamus. Hic neceſſe eſt elenchum faciat Ianſenius, & antitheſim ſuam tueatur, quam ipſius verbis ita propoſitam videre eſt p. 101. *Nos autem arguimus & vos & ſectatores veſtros omnes de peccato graviſſimo & immani ſacrilegio invaſi ſacerdotii, atque officii prædicandæ nobis veritatis; quod vobis etiam veritatem dicentibus ante omnia abluendum eſt.*

Et pag. 102. *Eccleſias colligere & erigere, Paſtorem agere, ſacerdotium & præfecturam in Eccleſia, ſine divina authoritate arripere, nemini ſine ſacrilegio manifeſto licent. & hæc ſunt, quæ in vobis reprehendimus.*

Et pag. 94. *Qui vero ſibi ipſi miniſterii ſui author & parens eſt, vel ab eo ſibi traditum tenet, qui illud ſibi primitus privata audacia venditavit, non ſolum uſurpatæ poteſtatis reus eſt, ſed quicquid tandem ex illa facit ſacrilegium eſt.*

Et p.127. *Deinde etiam & maxime, ad ſolam prædicandam veritatem titulus vocationis legitimæ neceſſarius eſt, &c.* Deinde. *Quid igitur abſurdius, & ignorantia plenius excogitari poteſt, quam quod Lutherus & Zvvinglius illam prædicandi, Eccleſias convocandi, erigendi, formandi &c. poteſtatem acceperint?*

Et pag. 150. *Vos ſolo illo converſionis & vocationis titulo officium prædicandi arripuiſtis, cæteroſque Eccleſiaſticæ poteſtatis actus exercuiſtis.*

Huc ſumma redit, nullam Eccleſiaſticam illos habuiſſe vocationem, ſed ſibi uſurpaſſe, ſive illud Doctoris, ſive Preſbyteri, ſive Prædicatoris, ſive Paſtoris munus appelletur.

Ab hac linea, ſi alicubi aberret Ianſenius, quod non ſemel facit, revocandus eſt & tenendus.

CAPUT

CAPVT II.

Primos Reformatores habuiſſe vocationem.

HIs ita præmiſſis videamus argumenta Ianſenii. Primum ſi in formam redigatur, tale eſt:

Qui nullam habent vocationem aut miſſionem, illi ſunt ſacrilegi, ſciſmatici, & per conſequens non ſunt audiendi.[a]

Sed primi Reformatores non habent &c. Ergo.

Vel ſic: Vbi nulla eſt legitima vocatio, ibi non eſt legitimum miniſterium aut opus miniſterii. Sed in Eccleſiâ Reformatorum &c. Ergo.

Reſp. Major nunc tranſeat, de qua infra aliquid dicendum.

Sed Negatur minor.

Minorem ſic probat: Qui neque extraordinariam neque ordinariam habent vocationem, illi nullam habent:

Sed primi Reformatores neque extraordinariam, neque ordinariam habent vocationem. Ergo.

Reſp. Minor negatur, quippe falſiſſima. habuerunt ordinariam.

Minorem nulla alia ratione probare poteſt, quàm iſta:

Qui non habuerunt ordinariam vocationem ab & in Eccleſia Romana, illi nullā habuerunt. Sed primi Reformatores. &c.

Aut, Qui non ſunt vocati ex more & præſcripto Eccleſiæ Romanæ, ut tunc erat, illi nullo modo ſunt vocati. Sed primi Reformatores, &c. Ergo.

Reſp. Negatur & Major & Minor. Sed ut compendio hic utamur, inſiſtemus negationi Minoris, de Majori poſtea. Probet Minorem, nullam probationem invenio in toto libello quàm battologicam.

Montibus, inquit, erant, & erant in montibus illis.

Quia ſeipſos intruſerunt, ſeipſos ordinarūt, cucurrerūt non miſſi. Proba. Quia non ſunt miſſi, quia non ſunt vocati. Proba iterum; quia nemine mittente cucurrerunt. Et proba hoc. Quia ſi miſſi & vocati fuiſſent, debebat illud fieri ab eccleſia Romana: Sed non eſt factum ab ea. Ergo. Proba minorem. ad idem. *Itque reditque viam toties. Hic terminus eſto.* Hic Ianſenii noſtri coccyſmus, hic mera præſuppoſitio ejus, quod hic ſumit ſibi falſiſſimam hypotheſin contra omnem factorum, & hiſtoriarum, imo ſuorum conſcientiæ lucē. Et hic ſubſiſtere poſſem, deficiente enim probatione abſolvitur reus, ut Ianſenius nos docuit: Nā quæ ex Scriptura & Patribus affert, nihil ad controverſiam noſtram faciunt; hoc enim intendit probare, Requiri vocationem ad miniſterium, & neminem propria authoritate & ordinatione debere in illud involare. Hoc ipſum eſt, quod nos dicimus; Sed manet controverſia, An primi noſtri reformati hoc fecerint. Nos negamus ſtrenue, neque à primis Antagoniſtis, ab eccleſia Romana ſeu Papis, qui doctrinam eorum damnarunt, unquam illis id objectum.

Imo contrà hiſtoriæ & ſcripta pontificia tunc edita, nihil aliud niſi epiſcopos, ſacerdotes, clericos, monachos, apoſtatas, tranſfugas, perfidos paſſim crepant; & à dictis & factis eorum illegitimis, ut putant, ad legitimam & ſacram vocationem atque ordinationem eorum provocant, hoc eſt, non uſurpationem, (ut nunc Ianſenius) ſed abuſum vocationis, ordinationis, poteſtatis & miniſterii eccleſiaſtici iis objiciunt.

Sic enim [b] Coſterus: *Nulli hæretici ad ſua dogmata nova populo proponenda legitime miſſi ſunt: quanquam enim plerique eorum Epiſcopi, Preſbyteri & Doctores ex ordine munus & officium docendi acceperant, nulli tamen facultas data*

[a] Cap. 24. [b] In Enchirid. præfat. de moribus hæreticorum.

data eſt, nova decreta fabricandi &c. Ianſenius infra p. 493. *Quos enim in ſuis Cathedris prædeceſſores Lutherus, Calvinus, Zvvinglius, Oecolampadius, niſi Catholicos habuerũt.* [a] Coſterus; *Sicut Epiſcopi jam, à me recitati* (Neſtorius, Severus, Photinus, Mopſveſtenus, Euſebius Nicomedienſis &c.) *munus ſuum perverterunt &c. ita, quos tu nominas Eccleſiæ Reformatæ anteſignanos defecerunt ab officio, ab ordine, à fide; impii apoſtatæ & ſtatus eccleſiaſtici atque monaſtici deſertores.* Iam quære Ianſeni, an munus eccleſiaſticum, officium, ordinem, ſtatum & vocationem ullam unquã habuerint. *Becanum Ieſuitam* infra citamus cap. VII. ſub finẽ. Rurſum Ianſenius: *Qui legitimum miniſterium, quantumvis illegitime, revera tamen ab eo, cui Deus poteſtatem dandi tradidit, conſecutus eſt, verus miniſter & præfectus & paſtor plebis eſt.* p. 94. Hæc ſit Major. Sed noſtri Reformatores à Romanâ Eccleſiâ miniſterium ſaltem ſacerdotale & prædicandi conſecuti ſunt, fatente Ianſenio p. 118. Imo & paſtorale atque epiſcopale, fatentibus Coſtero, atque aliis, & judice Surio in Commentariis rerũ in orbe geſtarũ. Dum admiſerunt ab initio baptiſmum à noſtris miniſtratum, vel inviti aliquam eorum vocationem fatentur, ſiquidem Hieronymi ratiocinatio contra Luciferianos procedat: *Quamobrem,* inquit, *oro te ut aut ſacrificandi ei licentiam tribuas, cujus baptiſma probas: aut reprobes ejus baptiſma, quem non exiſtimas eſſe ſacerdotem.* Et ut lector videat, quam imprudenter mendacium poſuerit ſpem ſuam Ianſenius, nos ex ſuperabundanti quaſi in tabellâ exhibebimus vocationem, & vocationis ſpecialem gradũ aut qualitatem, ut tunc erat eccleſia Romana.

Primò præmonemus, omnes, quos hic recenſemus, fuiſſe Clericos; adhæc recepiſſe ordines in Eccleſiâ Romanâ; pleroſq; etiam fuiſſe in ordine hierarchico tam ſuperiori, quam inferiori; unde nunc regulares & monachos excludunt, quãvis illi gratis id minime concedant, ut videre eſt in [b] concertatione illâ Hybernicâ; cui, ſed pro hierarchiâ cõtra Monachos ſe interpoſuit univerſitas Pariſienſis jã à tempore Guiljelmi de S. Amore à Regularib. alienatior. Sũt ergo iſti:

Hermannus archiepiſcopus & Princeps elector Colonienſis, Epiſcopus Leodienſis &c. reformavit utraque poteſtate & Eccleſiaſticâ & politicâ inſtructus accedente authoritate receſſus Ratiſbonenſis, quo ſanciebatur: [c] *Vt Chriſtianam reformationem inſtituerent, quæ ad bonam, decoram ac ſalutarem eccleſiarum adminiſtrationem promovendam conferat, eamque ſtrenue ac ſedulo in executionem & effectum perducerent.* Accedente etiam voto & approbatione totius provinciæ, & omnium ordinum in Concilio Provinciali celebrato 1542. die Veneris poſt Reminiſcere. Quæ reformatio etiam huc uſque ab illo perducta erat, ut [d] Surius fateri cogatur, *Diœceſin Colonienſem jam multis locis ita novis dogmatis fuiſſe infectam, ut difficilis omnino curatio videretur.*

Fuit ille Princeps, inquit [e] Surius, *natura vir bonus, & in miſeros ac egenos benignus, ſed parum doctus. Itaque non mirum eſt potuiſſe eum Buceranis fallaciis facile circumſcribi.*

Gebhardus Thruchſes, Archiepiſcopus & Elector Colonienſis eandem reformationem denuo aggreſſus An. 1583. ſed violenter impeditus & epiſcopatu dejectus fuit.

Auguſtus Dux Saxoniæ, epiſcopus *Merſpergenſis* eccleſias ſuas reformat ann. 1544.

[f] *Albertus Brandeburgicus* Magiſter Ordinis Teutonicorum in Boruſſia reformationem amplectitur Anno 1525.

Sigiſmundus Brandeburgicus Ioachimi II. Electoris filius Archiepiſcopus *Magdeburgenſis* & Germaniæ Primas; qui cum Capitularium Collegio, reformationem inſtituit.

[a] Apolog. pro primâ parte Enchirid. contra Gomarum pa. 113. 114. cum p. 252. [b] Vide Cenſuram Facultat. Pariſienſis propoſitionum quarundam Hybernic. 1630. 2 Decembr. [c] Vide præter Sleidan. Thuan. l. 1. p. 67. & l. 4. p. 278, 279. Et defenſionem Reformationis nomine Archiepiſcopi editam. [d] In Comment. rerum in orbe geſtar. a. 1547. [e] In Comment. ad an. 1543. p. 383. [f] Surius ad ann. 1525. p. 148. Thuan. lib. 1.

ſtituit. De quo vide Thuan. libro 38.

Ioachimus Fridericus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, qui ſuccedens Sigiſmundo inchoatam reformationem perfecit. Thuanus lib. 38. etiam anno 1570. Ex capituli conſenſu uxorem duxit, Thuan. lib. 47.

Georgius Princeps Anhaltinus præpoſitus Magdeburgenſis & poſtea Miſnenſis, per quē reformationē inſtituit Auguſtus adminiſtrator Merſpergenſis, ſupra nominatus.

Chriſtophorus Epiſcopus Megalopolitanus qui Raceburgenſis Eccleſiæ reformationem procuravit, Thuan. lib. 38.

Henricus Iulius, Henrici Brunſvici Ducis nepos, Epiſcopus Halberſtadēſis. Thua. l. 38.

Everhardus Hollius, Epiſcopus *Verdenſis*.[a]

N. N. - - - Epiſcopus Brandeburgenſis, qui Berlini primus cænam ſub utraque ſpecie adminiſtravit An. 1539. Chytr. apud Calviſium in Chronico.

[b] *Fredericus* Præpoſitus Bonnēſis & epiſcopus Monaſterienſis, Hermanni Archiepiſcop. Colonienſis frater.

- - Comes Stolbergius Eccleſiæ Coloniēſis Decanus. Thuan. lib. 4. ejuſq; Collegæ Iac. Ryngravius, Fredericus Wendenſis, Chriſtophorus Oldenburgius, Rich. Bavarus, Philippus Oberſtenius, à Pontifice Romam citati. Sleidan. lib. 16.

Ioachimus Morlinus in Boruſſia Epiſcopus Sambienſis. Thuanus libro 50.

[c] *Paulus Speratus*, qui primum Herbipoli, Saltzburgi, Viennæ Auſtriæ, Auguſtę, Iglaviæ in Moravia publice abuſus taxavit, tandem Pomeranenſi eccleſiæ in Boruſſia epiſcopus præfectus eſt.

Guiljelmus Ketler electus Epiſcop. Monaſterienſis, de cujus reformationis ſenſu & inſtituto conſtat ex [d] epiſtolis ad Caſſandrum.

Archidiaconos, Præpoſitos, Vicarios, Cōſiliarios, Decanos, quos eccleſiaſticis *gubernantibus* annumerant[e] Pontificii, inter preſbyteros & Doctores infra recenſebimus.

Iohannes Stupitius, vicarius Auguſtinianorum, qui Lutheri doctrinam approbavit.

Iohannes Lorbeerus Ritterſhuſenſis cænobii prope Brunſvvicum præſul. Thuan. l. 43.

Monachi Auguſtiniani Witebergæ, qui à Luthero edocti Ann. 1521. privatas miſſas intermittebant.

Prior Collegii Auguſtiniani, qui cum ſuis reformationem [f] Spiræ intulit.

Iohannes Friſius Abbas Nuſtatenſis, ſub ditione Epiſcopi Wirciburgenſis, de quo Sleidan. lib. 25. ad ann. 1554.

Iohannes Pfauſerus, concionator aulicus Maximiliani II.

Iohannes Voitus, concionator Vinarienſis, deinde Iohannis electoris Saxoniæ.

Quibus acceſſerunt pleriq; *ordinarii Parochi*, *ſeu Curati* cum reliquis *Preſbyteris* per univerſam fere Germaniam; quod ex paucitate eorū, qui poſtulata reformatione ſtationem ſuā deſeruerunt, aut reclamarunt, facile eſt colligere. Fuerant autem inter eos eruditione, laboribus, ſcriptis celebriores *Martinus Lutherus*, *Simon Heinſius Paſtor VVittebergenſis*, *Bernardus Feldkirckius præpoſitus Kembergenſis*, *Iuſtus Ionas præpoſitus VVittebergenſis*, *Caroloſtadius Canonicus & Archidiaconus VVittebergenſis*, *Fredericus Myconius*, *Paſtor Vinarienſis*, *Iuſtus Menius*, *Iohannes Æpinus*, *Bucerus*, *Hedio eccleſiaſtes Moguntinus Vrbanus Regius Paſtor Auguſtanus*, *Mathias Zellius & Symphorianus paſtores Argentinenſes*, *Georgius Spalatinus concionator aulæ Saxonicæ, primuſq; in ea reformator*, *An.* 1522. *Ioh. Fabritius Capito paſtor Baſileenſis, deinde conſiliarius epiſcopi Moguntini, deinde præpoſitus ad S. Thomam*, *& eccleſiaſtes Argentinenſis*. *Ioh. Brentius & Iſenmannus eccleſiaſtæ Halenſes*, *Iohannes Bugenhagius Pomeranus*, *Ambroſius Blaurerus Conſtantienſis*, *Nicolaus Rus*, *Paſtor Roſtochienſis*, qui Roſtochii & Wiſmariæ reformationem inchoarat, etiam ante Lutheri prædicationem, *Iohannes Rebmannus*

[a] Thuan. l. 38. [b] Surius ad ann. 1547. pag. 424. Thuan. lib 4. [c] Chytræus in Saxonia. [d] Vide eas inter epiſtolas illuſtr. Belgarum, centur. 1. epiſt. 20. 22. &c. [e] Poſſevin. biblioth. ſelect. l. 3. c. 20. [f] de quo Melanthon in epiſtol. ad Harderbergium, ep. 26.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Waldſhutenſis paſtor, Mattheus Aulber paſtor Reutlingenſis, Iohannes Schvvebelius, Iohannes Heſſus & Ambroſius Moybanus paſtores Vratiſlavienſes, Henricus Stolo, Wolfgangus Muſculus, Georgius Schraerer in Bavariâ martyrio coronatus 1528. [a] Tres ex Concionatoribus Lubecenſibus, qui cum 1528. & 1529. puram religionem cæperant docere, à Canonicis urbe ejecti ſunt, & 1530. petentibus civibus reſtituti.

Dantiſci [b] *Alexander Theologiæ Doctor* & Concionator Ann. 1622. puriorem doctrinam in templo ſuo ſpargere cum cœpiſſet, impetitus eſt à ſui ordinis ſodalibus, ſed defenſus à Magiſtratu & civibus, ac translatus in ſummum templum Marianũ, ubi adjutus *à Iacobo VVinckelplochio*, qui ex æde Gertrudis itidem in Marianam translatus, & aliorum templorum concionatoribus Iacobo Mollero & Ambroſ. Huffelt, opus reformationis, quod per Sigiſmundũ Poloniꝺ Regem retardare ſtuduerant Pontificii, ann. 1556. denuo redintegratum eſt à *Pancratio monacho Dominicano*, qui itidem ſodalium ſuorum inſectationibus ereptus & in ædem Marianam translatus, in miniſterio ſuo defenſus eſt, contra tyrannidem Epiſcoporum Vratiſlavienſis, Culenenſis & Plockovienſis. ita vicit ibi annitente eccleſia & Magiſtratu Reformatio.

Adhæc [c] Monachi plerique, præſertim doctiores per Germaniam, ad euangelii lucem oculis apertis, Phariſaicum illud vitæ genus deſerebant. Et ex *Canonicis* non pauci reformationi nomen dederant, inter eos *Argentinenſes*, de quibus Chronolog. Calviſii ad annum 1584.

In Anglia anno 1534. primum fundamentum reformationis jactum ab *Archiepiſcopis, Epiſcopis, atque adeo rege & parlamento*, poſtulato & habito ſuper id decreto [d] *Univerſitatis Oxonienſis*, quo ſtatuebatur, Epiſcopo Romano in Scripturis non tribui majorem juriſdictionem, quam cuivis epiſcopo Anglicano, atque ita exacta & profligata fuit ex Angliâ omnis Poteſtas Pontificis: Reformatio nõ potuit non ſequi. [e] Delecti epiſcopi qui librum inſtitutionis eccleſiaſticæ conſcriberent, fuere illi: Stokiſleus Londinenſis, Gardinerus Wintonienſis, Samſonus Cheſtrienſis, Repſius Nordvvicenſis, Goodrikus Elienſis, Latimerus Wigornienſis, Shaxtonus Sariſburienſis, Barlæus S. Davidis. Poſt etiam ſecundus & tertius reformationis liber conſcriptus ſub Henrico VIII.

Huic fundamento ſuperſtruxit plenioꝛẽ doctrinæ Reformationem ſub Eduardo, [f] *Thomas Cramerus Archiepiſcopus & Primas Angliæ* uſus operâ Buceri, Martyris, & Fagii quos è Germania evocarat 1549. Cui ſe junxerunt Epiſcopi pleriq; inter alios *Latimerus, Ridlejus, Hopperus, Richardus Coxus &c.* cujus exſtat [g] epiſtola ad Caſſandrum. Paſtores, Doctores pleriq; ſecuti ſũt, imprimis poſt diſputationẽ Oxoniæ habitã cum Martyre, cui legati Regii diſputationis præſides *viſi ſunt edito ſcripto palmam tribuere*, ut loquitur Surius ad annum 1549.

Cum jam Maria regnante omnia turbata eſſent, ſub regno Eliſzabethꝺ poſt collationem denuo reſtituta *eſt reformatio Eccleſiæ, à Regina, regni Ordinibus, conſenſu pæne univerſali* (quod mirabile inquit [h] Petrus Matthæus) *omnium Epiſcoporum*, habito etiam concilio nationali Londini, in quo doctrina & diſciplina eccleſiæ conſtituta eſt, anno 1562. Thuan. lib. 29.

In Gallia & Navarræ Regno ac Dominio Bearniæ, præter paſtores ab Albigenſibus ſubmiſſos, qui jam ſæculis aliquot ab eccleſiæ Romanæ corruptelis ſe ſegregaverant, reformarunt iſti ordinarii:

Car-

[a] Chytr. in Saxonia. [b] Chronic. Boruſſ. Schutzii, citante B. Keckermanno Profeſſ. Dantiſc. in Colleg. Orator. [c] In Reſponſ. Proteſt. apud Sleid. lib. 13. [d] Videri poſſunt hæc in Regiſtris Actorum in Archiv. Academ. Oxonienſ. Citat ea Thomas Ianeſius in lib. Anglic: *Introduction unto divinitie* 1625. [e] Surius ad anno 1534. Thuan. lib. 1. Iovius lib. 35. [f] Thuan. hiſtor. lib 3. & 6. [g] Epiſt. Illuſtr. Belgarum Centur. 1. [h] Hiſtor. lib. 6. narr. 2. p. 490.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Cardinalis Caſtilionæus Epiſcopus Bellovacenſis.

Sanromanus Archiepiſcopus Aquenſis, de quibus Thuan.lib.28.35.

Ioh.Antonius Caraciolus Melphiæ Principis filius, Epiſcopus Tricaſſenſis, de cujus zelo & reformatione. Thuan.lib.28.

Guiljelmus Briconetus Guiljelmi Cardinalis filius, Epiſcopus Meldenſis. Thuan.l.31.

Iohannes Barbanſonus, Apameenſis.

Girardus Rufus cænobiarcha Cleriacenſis, poſt Epiſcopus Oleronenſis in Benearnenſi Provincia. Thuan.lib.6.

Iacobus Spifama Epiſcopus Niverinenſis. Thuan.lib.22.31,& 33.anno 1562.

Carolus Gillarius Carnutum Epiſcopus. Thuan.lib.51.

Doctores, Paſtores, presbyteri compluplures, inter quos,

Franciſcus Lambertus, Avenonienſis.

Auguſtinus Marloratus, *Iohannes Spina*, *Petrus Toſſanus* primò Canonicus Metenſis, deinde Eleemoſynarius Margaretæ Reginæ Navarrenæ.

Guiljelmus Farellus, *Petrus Boquinus*, Prior Bituricenſis & poſtea Concionator aſſentiente Archiepiſcopo.

Bonefidius Curio ſani Viti. Thuan.lib.55.

L.Buticularius, *Hadrianus Forræus* Preſbyteri Bellovacenſes. Thuan.lib.28.

In Lotharingiâ & vicinis partibus.

Iohannes Caſtellanus Theologiæ Doctor Ordinis *S. Auguſtini*, & *VVolfgangus Schuch*, Paſtor in Oppido S.Hippoliti martyrio uterque coronatus 1525. Et Metis duo Dominicani Sleidano memorati lib. 14. anno 1542. Ex quo tempore reformatæ religionis exercitium multis locis invaluit, donec interdicto ſuo dux Carolus illud abrogavit 1572. Thuan.lib.53.

In Scotia Iohannes Cnoxus ex Papatu prodiens reformationis ſemina primum ſparſit Edimburgi, *Georgius* item *Sophocardius*, de quo Thuan.lib.3.

In regnis *Daniæ*, & *Sueciæ* Doctores & Paſtores Ordinarii reformationem ſuſceperunt, & ſub patrocinio Regum & regni Ordinum ſtabiliverunt: Epiſcopis, qui ferè ſoli reclamabant, propter factiones politicas capite deminutis. Itaq; corpus eccleſiaſticum ibi non eſt mutatum, ſed tantum publica doctrinæ & diſciplinæ facies, & quidem per eos, qui cathedras & recturas, legitimâ vocatione, (qualis ſcil. poterat haberi in papatu) jam antè obtinuerant.

[a] *In Polonia* ante Lutheri tempora plurimæ erant eccleſiæ confeſſionis Bohemicæ Paſtoribus & Doctoribus ordinariis inſtructæ. Poſt Lutheri prædicationem, & iſtæ auctæ ac confirmatæ ſunt, & aliæ longe plures exortæ, titulo Confeſſionis Helveticæ, & Auguſtanæ, miniſtris etiam nonnullis ex Papatu operam ſuam conferentibus. Introducta erat reformatio Bohemica anno 1445.

In Lithuania, *Ruſsia*, & *Samogethia*, &c. ante Lutherum, partim Græcæ Communionis & Confeſſionis, partim Bohemicæ erant Eccleſiæ, ita ut vix Romanus Papatus ibi agnoſceretur. Poſt reformationem alibi cæptâ, cæperunt & in Lithuania miniſtri & ordinarii cum plebe ſuâ plures noſtrorum communioni & fraternitati ſe adjungere, in qua etiamnum perſiſtunt. Vide conſenſum in religione iſtarum eccleſiarum cum Polonicis in Harmoniâ confeſſ. de quo etiam Thuan.lib.47. & de Epiſcopis Vilnenſibus Græcæ religionis, lib.56.

Inter Polonos imprimis nominandus *Iohannes à Laſco*, Præpoſitus Gueſmenſis & Leuczicienſis, nominatus in Vngaria Epiſcopus Veſprimenſis.

In Livonia Andreas Cnophius Paſtor Rigenſis cum Tegetmejero & reliquis Collegis.

[a] Vide Conſenſum Eccleſ. Polonicar. in Harmon. Confeſſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

gis reformationis fundamenta jecit, quæ poſtea Rigæ in comitiis anno 1534. omnium Ordinum conſenſu recepta eſt, papatu per totam Livoniam abolito. Thuan. lib. 21.

In Bohemia & *Moravia* erant Paſtores illi, quos VValdenſes & Picardos vocabant. Iam à tempore *Johannis Huſſi* ſuas res ſibi habebant eccleſiæ illæ; adeo ut nominatim nemo hic reformator nominandus ſit: ſed illi omnes erant reformati, qui exortis alibi reformatoribus, fraternitatis manum ipſis porrexerunt; ut conſtat ex Confeſſione illorum à [a] Luthero, Melanthone, Muſculo, Bucero, Vergerio, facultate VVittebergenſi approbata, & Georgio Electori Brandeburgico, 1532. Deinde & Regi Ferdinando 1535. Poſtea Imperatori *Maximiliano* & Poloniæ Regi *Sigiſmundo* oblata; poſtremo anno 1609. recognita. Poſt exortum Lutherum non pauci ex reliquiis Papatus tam Clerici, quam Laici ad reformationem acceſſerunt.

In Hungaria, Andreas [b] *Dudithius* Epiſcopus Tininienſis, poſtea Quinqueeccleſienſis, qui Concilio Tridentino interfuit; inde reverſus Reformationem probavit & promovit.

In Auſtriâ, Styriâ, Carniolâ, Carinthiâ, Primus *Truberus* Parochus Laceanus, Paulus VVierus, Georgius Dragolicius, qui cum aliis Symmiſtis ſuis reformationem docuerunt, favente Bonano Epiſcopo Triſtano, & Chriſtoph. Bauber ac Franciſco Cazianero, Epiſcopis Lubacenſibus. Nominandi etiam Andreas Capicius Carniolanus Paſtor VVeiſſenkirchii in Auſtriâ, Vitus Nuberus Abbas Seiſenſteinenſis.

In Helvetia, Tiguri, Huldrichus Zvvinglius, & *Leo Iudæ*; de illo vide quæ infra cap. 7. dicimus.

Bernæ, Sebaſtianus Major, Bertholdus Hallerus, Franciſcus Kolbius, Paſtores Bernenſes.

Baſileæ, [c] *Oecolampadius,* anno. 1623. Telamonius Limperger Suffraganeus Epiſcopi Baſileenſis, titulo Epiſcopus Tripolitanus, *VVolfgangus VViſſenburgius*. Aliique Miniſtri, qui in ſuis templis mox eadem cum Oecolampadio docere cæperant.

Bielæ, Thomas VVittenbach, Theologus eximius, præceptor Zvvinglii & Levonis Iudæ.

Et [d] Paſtores atque ordinarii omnes, aut plerique ſaltem in ditione Tigurina, Bernenſi, Baſileenſi, Schafhuſiana, qui partim poſt diſputationem Tigurinam, ann. 1523. partim poſt Badenſem, anno 1527. publici cultus formam unanimiter mutarunt. His adde [e] *Iohannem Bullingerum* Paſtorem pagi cujuſdam apud Vranios, & fratrem ejus Henr. Bullingerum, Paſtorem Capellanum, & Abbatem celebris iſtius cænobii Capellani, VVolfgangum Ionerum cum univerſo monachorum Collegio, ex quibus multi Eccleſiæ miniſterio functi ſunt. [f] Adhæc Gervaſium, Scholaſticum Paſtorem Bremogartenſem, Sebaſtianum VVagnerum Paſtorem Schaphuſianum.

In partibus Sabaudiæ & *Pedemontii* erant ordinarii Paſtores cum ſeparatis ſuis eccleſiis inde à VValdenſium temporibus, de quibus vide Thuan. infra. lib. 5. ſect. 3. citatum.

In Hiſpania, [g] Iohannes Conſalvus concionator Ioh. Pontii Bailentii comitis, Ægidius Hiſpalenſis concionator & deſignatus Epiſcopus Droſſenſis, Varquius, Chriſtophorus Arellanius & Garſius Arias cum pleriſque cænobii B. Iſidori fratribus. Conſtantinus Pontius, qui Carolo V. morienti adfuerat.

In Italia, [h] Baldus Lupatinus Provincialis Fran-

[a] Vid. Confeſſionem in Harmon. confeſſ. & ſeorſim in 4. anno 1530. & in 8. 1612. Herbornæ editam; & Ibi præfat. [b] Exſtant duæ orationes Dudithii habitæ in Concilio Tridentino. [c] Vrſtiſius in Epit. Hiſtor Baſileenſis pag. 231. 93. [d] Vide Henr. Pantaleonis proſopograph. part. 3. in vita Zvvinglii. [e] Et Bullingeri præfat. Apologiæ Tigurinæ præmiſſam. [f] Melchior Adam in vita Bullingeri & Vlmeri [g] De Reformatorib. illis Thuan. lib. 23. [h] Melch. Adam. in vita Illyrici.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Franciſcanorum, qui Flacco Illyrico reformationem inſtillavit.

Petrus Martyr, Vermilius, qui Brixiæ, Bajoniæ, Firmi, Piſis, Venetiis, Mantuæ, Bergomi, Montferrati conciones habuit, & in Collegiis Auguſtinianorum ſuorum S. Litteras interpretatus eſt Patavii, Ravennę, Bononiæ, Vercellis; factus deinde Abbas Spoletanus, poſt Collegii Neapolitani S. Petri ad aram præfectus: denique *Generalis* totius Ordinis *Viſitator*; Poſtremò Prior S. Fridiani Lucæ, qui epiſcopalia jura in mediam urbis partem obtinet.

Ex Martyris Collegio 18. ſocii egreſſi ſunt uno anno ad reformationem; inter quos *Celſus Martinengus*, *Hieronymus Zanchius*: de Martyris reformatione & cætibus ab illo inſtitutis vide Thuan. lib. 3.

[a] *Michael Angelo Fiorio*, qui multis Italiæ locis lumen reformationis intulit.

Petrus Paulus Vergerius, Epiſcopus Modruſienſis & Iuſtino-politanus legatus Pontificum Clementis VII. & Pauli III. & ejus frater *Ioh. Baptiſta Vergerius* Polæ Epiſcopus. Thuan. lib. 5. Sleidan. lib. 21.

Iohannes Mollius Minorita diſcalceatus Romæ 1553. combuſtus.

In [b] Belgio noſtro & confiniis, Paſtores, Presbyteri, &c.

Angelus Merula Paſtor in Heenvliet, cujus Martyrii hiſtoriam vir non minus pietate quam doctrina celebri Paulus Merula ſeorſim edidit.

Iohannes Piſtor, Paſtor Wourdanus, exuſtus. *Hermannus Coquus* Paſtor Nerdanus, *Iohannes Rhodius* Trajectinus, *Joannes Sartorius* Paſtor Nortvvicenſis, *Bernardus Monachus*, *Gerardus VVormerus*, *Guiljelmus Trajectinus*, *Laurentius & Petrus Naunius*, *Antonius Frederici*, *Georgius Sylvanus*, *Galenus*, *Gerardus Gallinaceus*, *Hermannus Modetus*, *Petrus Gabriel*, *Chriſt. Fabritius*, *Hermannus Iohannis*, *Antonius Nicolai*, *Cornelius Cooltuyn* Monachi & Presbyteri.

[c] *Henricus Zutphanius* Prior Auguſtinianorum Antverpiæ, exuſtus Meldorpii apud Diethmarſos.

Henricus & Iohannes Auguſtiniani exuſti Bruxellis 1523.

Thomas Dominicanorum Prior Groningæ, ab Senatu aliquoties liberatus, tandem exilio ſalutem quærit.

Gerardus Geldenhaurius Noviomagus.

Anaſtaſius Veluanus Paſtor in Garderen.

Iohannes Laurentius Brielanus ſacerdos, qui exul Veſaliæ obiit 1568.

Gerardus Svvieten Paſtor Vianenſis.

Quatuor illi Paſtores Hollandi Hagæcomitis exuſti, anno 1570. Quorum Martyrium & egregia confeſſio exſtat in martyrologio.

Iohannes Andelius Paſtor in Genderen, qui inter primos civitati & territorio huic noſtro Heuſdano lucem Euangelii intulit.

Thomas Tilius Abbas Antverpiæ, poſtea reformatus Paſtor Ib. & Delphis. An idem ille ſit Abbas Brabantus, cujus meminit Surius ad annum, 1567. dubito.

Martinus Sinetius Paſtor Sledingenſis, Ægydius de Meyere Vinderhoutenſis, Adrianus à Maldergē Vrſelenſis, & N. Ooſtvvinckelenſis, in agro Gandavenſi Paſtores, quorũ tres priores martyrio affecti.

Præter illos ordinarios nulli fuerunt Paſtores, niſi vel aliunde ſubmiſſi aut acciti, vel ab ordinariis illis & plebe Chriſtiana ac Magiſtratu conſtituti.

Pauci aliquot, qui ante omnem vocationem eccleſiaſticam alicubi ſcriptis, diſputationibus, adhortationibus, lectionibus, imo & prædicationibus privatis homines ab errore & peccato revocare ſtuduerunt, non uſurparunt ſibi miniſterium eccleſiaſticum, ſed tantum illud egerunt, quod omnibus licere Ianſenius concedit.

pag.

[a] Exſtat ejus liber de vita & morte Iohannæ Grajæ, Italicè. [b] Vide narrationem reformationis Belgicæ in Syſt. Theolog. Henric. Antonidæ. Epiſt. dedic. [c] De quo Sleidan. & Surius ad ann. 1524.

pag. 103.&pag.105. Vlterius non progreſſi ſunt, niſi interveniente legitimâ & eccleſiaſticâ vocatione, qualis hodie obtinet in Eccleſiis noſtris, de qua infra cap.9.

Illi ergo in ſuis quique eccleſiis ex præſcripto verbi Dei, fidem prædicarunt, ſacramenta adminiſtrarunt, diſciplinæ eccleſiaſticæ invigilarunt; quamvis clericis plurimis tam miſerè corruptis reclamantibus, multis tamen aut aperte aut occulte faventibus, aut ſaltem ab ea non alienis, iiſque doctrinâ, aut probitate, aut etiam authoritate non infimis, quales ex.gr.

[a] *Cardinalis Lotharingus*, qui reformationi ex præſcripto confeſſionis Auguſtanæ aſſentiebatur. Thuan.lib.28.29.

Et *Monlucius* Archiepiſcopus Valentinus, de quo Thuan.lib.27.& 29.& 24; qui doctrinæ & morum corruptionem publice taxabat, qui conſilia & reſponſa Principi Condæo ſuppeditabat, &c. Thuanus, lib. 24.& 27.& 29.

Iacobus Faber Stapulenſis, *Picherellus*, *Renatus Benedictus*, ſcriptis ſuis notiſſimi.

Marilacus, Epiſcopus Viennenſis qui Pontificiis ſuſpectus, quod emendationis in Eccleſia ſarciendæ deſiderio flagraret, Thuan.lib.26.

In Italia, Iohannes Baptiſta Folengius, Iſidorus Clarius, Epiſcopus Fulginas, de quibus Thuan.lib.16.& 23.

Epiſcopus & Cardinalis [b] *Moronus*, qui Concilium Tridentinum inchoavit, & tanquam Pontificis legatus ac primus præſidens terminavit; tot ac tantus in illa præſidentia Pontificis nomine geſtis celebris, ut in concluſione Synodi nominatim neſcio quibus laudibus evehatur. Is tamen in conſcientia de veritate reformationis noſtræ convictus (quanquam alias mundo velificari non indoctus) huc uſq; ſe prodidit, ut ab Inquiſitoribus juſſu Pontificis in carcerem conjectus, ibique detentus fuerit; & interveniente obitu Pontificis, vix tandem evaſerit, Anno 1559.

Præter *Moronum* religionis cauſa ſuſpecti, & à Paulo IV. in carcerem conjecti Thomas Danfelicus Cavenſis Epiſcopus & Ægidius Fuſcarus Mutinenſis Epiſcopus Anno 1558. Et[c] Cardinalis Polus abdicata legatione Romam ex Anglia ab eodem revocatus.

In Hiſpania, Bartholomæus Caranza Archiepiſcopus Toletanus, qui eidem Concilio interfuerat, ita in conſcientia convictus fuit de veritate reformatæ Doctrinæ, ut in carcerem eo nomine conjectus & ampliſſima ejus vectigalia in fiſcum redacta ſint. Thuan.lib.26.

In Germania, Albertus Moguntinus & Cardinalis Proteſtantibus concedit religionis exercitium, anno 1539. Chron. Calviſii ex Chytræo. Nec innominandus *Iohannes Ferus* Minorita & Concionator Moguntinus, ſcriptis ſuis & indicibus expurgatoriis ſatis celebris, quibus annumerari poſſunt, Pater Paulus, Fulgentius, Marſilius cum ſequacibus qui ex contentione illa inter Papam & Rempubl. Venetam nuper innotuere.

Iulius Phlagus Epiſcopus Naumburgenſis, Michael Sidonius Epiſcopus Merſpergenſis; & Ioh. Illebius, qui tres authores erant *Interim* Germanici, Pontifici eo nomine non parum exoſi. Sidonius non receptus fuit in Epiſcopatum Merſpergenſem, niſi reformationem à prædeceſſore ipſius Auguſto jam introductam ſuo loco relinqueret, quod etiam promiſit & præſtitit. Chronolog. Calviſii,

Fridericus Nauſea Epiſcopus Viennenſis.

[e] *Archiepiſcopus Moguntinus* qui in Comi-

a Fautores Reformationis aut etiam Reformatores in ipſo Papatu. b Vide Orationem Hier. Rhagaſco in fine Concil. Trident. Lege quæſo Thuanum Hiſt.lib. 28.& 23. & hiſtoriam hujus Actionis Inquiſitorum in Moronum ſeorſim editam in 8. c De Cardinale Polo Thuan.lib.6.pag.195. d Vide Bellarmini conſiderationes, ad hæc verba Pauli: *Mundus tot jam annis hanc reformationem expetit, & ſemper ſpe ſua deluſus fuit*, in reſponſ. ad Theolog. Venet. pag.209. e Melch. Adamus in vita Vlmeri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Comitatus Rienecenſis parte poſt obitum Philippi Comitis ad ſe devoluta, permiſit & mandavit eandem Reformationem, quam tanto zelo Philippus ibidem promoverat.

Eraſmus ex Comitum Limpurgenſium familia Epiſcopus Argentinenſis, de quo Thuan.lib.43.

Iacobus Schoepperus Eccleſiaſtes Tremonianæi in VVeſtphalia, cujus conciones in Euangelia & epiſtolas paſſim puram S. Literarum doctrinam ita ſpirant, ut [a] Cenſores Belgici *eas tollendas judicent, quia correctionem non admittunt.*

Et paſſim illi Reformatores (quos ſecundarios appellare libuit) qui aut omnia, aut pleraque, aut aliqua reformationis capita approbantes, diſceſſum tamen ſuum ex Eccleſiâ Romanâ diſtulerunt, ut & illi qui Eraſmi; & alii qui Renati Benedicti; & alii qui Caſſandri, aut ſimilem Reformationis formulam & Methodum approbabant, quales multos fuiſſe tam ſuperioris quam inferioris ordinis [b] Eccleſiaſticos Imperatores, Principes, viros politicos & literatos certum eſt nominatim de Imper. Ferdinando, Maximiliano, & Archiepiſcopo Colonienſi, VVicelio, Andrea Moſio, &c. literæ eorum ad [c] Caſſandrum fidem faciunt, & reliqua ejus ſcripta. Vide etiam decretum Spiræ, 1544. in comitiis Imperii factum de emendando Eccleſiæ ſtatu, ejuſque formula præſcribenda, cujus formulæ mentio valde pupugerat animum Pauli III. ut teſtatur Thuan.lib.2.

Quales in Gallia *Catholicos Gallos* appellant, & alibi *Politicos* vide de Politicis illis Thuanum, lib.44. anno 1568. inter primos numerat Cardinalem Burbonium, Mommorantios, Hoſpitalium Cancellarium.

Et ſic omnes fere in Papatu alicujus eruditionis, prudentiæ, & probitatis Eccleſiaſtici ac Politici à Reformatione alieni non erant, quamvis poſtea reſilirent, non pauci etiam ſervilem nimis aut mercenariam, aut coactam operam Pontifici & ſæculo ſuo turpiter addicerent, cujus exemplum præbuerunt *Gropperus, Cardinalis Lotharingius, Cardinalis Polus,* de quo vide ſodes Thuan. lib.5.

Nonnulli etiam firmatæ conſuetudini nimia epidicia cedebant, aut etiam privatâ quadam ſive neceſſitudine, ſive contentione, ſive mundanâ conſideratione libertati & vehementiæ Reformatorum ſe opponebant; inter quos refero [d] *Contarenum Fregoſum Cardin. Lotharingium, Eſpencæum* de quo Thuan. lib. 50. Et *Gropperum,* cujus in reformatione Colonienſi crebra mentio, apud Sleidanum. *Eraſmum* item & *Laurentium*, Epiſcopum VVurceburgenſem, cujus utriuſque judicium de Luthero vide in Chronic. Melanth. & Peuceri lib.5.

Addimus adjutores Reformationis, qui in Monaſteriis, Academiis & ſcholis docendo, aut in republ. conſulendo, aut alioquin ſtudiis, ſcriptis, exemplo & authoritate ſua eam non parum promoverunt, aut viam ad illam munierunt. Quales fuerunt, veri literati Politici in rebuſpublicis & ſcholis celeberrimi, quorum nomina & elogia maximam partem hiſtoriis Thuani & aliorum inſerta.

In Germania & Helvetia, Vniverſa Academia Wittebergenſis, *Melanthon, Grynæus, Munſterus, Geſnerus, Pellicanus, Camerarius, Bibliander, Fagius, Forſterus, Sturmius, Gisb. Longolius, Lycoſthenes, Zvvingerus, Martinus Copus, Math. Iudex, Ioachimus Vadianus, Iohannes Mambemius, Otto Brunsfelſius, Iodocus VVillichius, Iacobus Sturmius, Iohannes Loincerus, Hermannus Buſchius, Conrad. Heresbachius.*

In Galliâ, Melchior Volmarus, Ioh. Mercerus

[a] In indice expurgator. Belgico. [b] Videantur Epiſt. illuſtr. Belgar. & ad Belgas centur. 1. & volumen Epiſtol. Eraſmi. [c] De Caſſandro vide Thuan. lib. 36. [d] De Contareno fidem faciunt, in operibus ejus Theolog. Dogmata de Iuſtificatione, & ea quæ refert Sleidan. lib. 14. ad ann. 1542.

rus, Robertus Stephanus, Innocentius Gentiletus, Iulius Cæſar Scaliger ejuſq; filii [a] *Sylvius* & *Ioſephus Scaliger, Franciſcus Hotomannus, Hugo Donellus, Petrus Ramus, Hadrianus Turnebus* (quamvis de eo dubium moveant nonnulli, ut refert Thuanus lib. 38.) *Clemens Marotus.*

Inter fautores numerari debet Carolus Molinæus I.C. de quo Thuan. l. 36. & 38.

In Anglia & *Scotia, Georgius Buchananus, Petrus Iunius, Iohannes Cherus, Rogerus Aſchanus.*

In Belgio, Philippus de Lens Caroli V. Secretarius, Gualtherus Delenus vir doctiſſimus, *Cornelius Honius,* doctiſſ. *I.C. Oliverius Bockius, Guiljelmus Gnaphæus, Gerardus Falckenburgius, Hubertus Giphanius, Philippus Marnixius. D. de S. Aldegonde, Hadrianus vander Mylen* regis Hiſpaniarum conſiliarius, *Carolus VVtenhovius, Georg. Rattallerus Conſiliarius, Henricus Agilæus, Nannius Foreſtus.*

In Hiſpania & *Italia, Marcus Antonius Flaminius, Guiljelmus Gratarolus medicus, Immanuel Tremellius, Cœlius Secundus Curio, Benedictus Cuſanus, Auguſtinus Fregoſus, Petrus Carneſecus, Aonius Palearius* (de utriuſque martyrio vide Thuan. lib. 39.) *Johannes Driander* Hiſpanus, Romæ ſupplicio affectus, 1546. quem ſuſpicor eundem eſſe cujus Epiſtola ad Caſſandrum extat in Epiſt. illuſt. Belgarum Cent. 1. epiſt. 12. *Ioannes Diaſius,* de cujus memorabili & Pontificiis probroſa cæde Sleid. lib. 17. & Thuan. lib. 2. *Olympia Morata,* à Renata duciſſa Ferrarienſi erudiendæ filiæ ipſius *Annæ Ateſtinæ,* poſtea Duciſſæ Guiſianæ adhibita, quam *Thuanus* teſtatur morum ſanctimoniâ, ingenio & eruditione cum quavis priſci ævi comparandam fuiſſe fœminam, lib. 16. & lib. 24.

Antonius *Brucciolus,* qui Biblia ex Originalibus in Italicum tranſtulit; cujus etiam nomen indici authorum prohibitorum inſertum.

Acceſſit etiam authoritas Regum, Principum, Magiſtratuum, Patronorum; quorum hortatione, conſilio, ductu, patrocinio & imperio ad Reformationis opus adhibiti partim ordinarii, partim in auxilium evocati & promoti viri idonei.

In Germania, Electores & Principes ſæculares & Magiſtratus civitatum Imperialium fere omnes paucis exceptis, inter quos primi erant *Fridericus III. Saxo* cum Patre *Iohanne, Iohannes Fridericus, Georgius Brandeburgicus, Fratres Luneburgici, Philippus Heſſus, Palatinus Bipontinus, VVolfgangus Anhaltinus, Philippus Pomeraniæ* Princeps, &c. Thuan. lib. 1.

Quibus *Maximiliani II.* Imperatoris ſuffragium acceſſit, qui quamvis externe non ſeceſſerit à Pontificiis, tamen Auguſtanæ confeſſioni ſemper favit, ut quidem aulicus ipſius [b] *Georgius Sambucus* de ipſo refert. habuit etiam aliquamdiu, cum rex Bohemiæ eſſet, in aula concionatorem Euangelicum *Ioh. Pfauſerum;* & Auſtriacis liberum religionis Euangelicæ exercitium conceſſit. 1568. Thuan. lib. 44.

In Helvetia, Tigurini, Bernates, &c. Thuan. lib. 1.

In Gallia; Margareta regina Navarrena, ſoror *Franciſci* Regis & *Iohanna Albrethana* itidem Regina Navarræ, *Anna Ateſtina,* Ducis Guiſiani uxor, *Henricus Navarræ* Rex, Princeps Condæus, aliique quam plurimi, qui partes eorum ſecuti ſunt. De *Margareta* vide Thuan. lib. 6. De *Iohanna,* eundem lib. 51. ad ann. 1572. De *Anna Ateſtina* lib. 24. adde ſupremæ Curiæ Senatorem *Annam Burgum,* de quo Thuan. lib. 22. & 23.

In Anglia, Henricus VIII. cum Parlamento, qui impedimenta removit. Deinde

Eduardus

[a] Vide de Sylvio Scaligero Thuan. lib. 33. ann. 1562. Iulio & Ioſepho lib. 21. [b] In Epiſt. illuſtr. Belg. Centur. I. Epiſt. 59. pag. 304.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Eduardus VI. qui reformavit & perfecit; & *Eliſabetha* cum Parlamento, quę denuo turbatam Reformationem reſtituit.

In Schotiâ, Prorex & Proceres regni, qui vacante regno poſt mortem Reginæ *Mariæ*, *Guiſiani* Ducis filiæ, cæptam Reformationem ſtabilierunt.

In Daniâ, *Chriſtianus Holſatiæ* Dux, poſtea coronatus in Regem, Reformationem jam paſſim receptam publice ſtabilit, ſummo cum Procerum conſenſu; Et Epiſcopis propter Rebellionem regalia ablata regno adjudicantur, 1536. 1537.

In Sueciâ Rex *Guſtavus Erici F.* ipſe circumit in toto regno, & inchoat Reformationem 1525. convocat ſtatus regni 1527. ubi Eccleſiæ Reformatio ſtatuitur, & cum poſt diſputationem de poteſtate Eccleſiaſtica Epiſcopi cauſa cecidiſſent, politica poteſtas iis adimitur.

In Polonia, Principes & Proceres non pauci, inter quos Palatinus Vilnenſis & Olicæ Dux *Nicol. Radevillus*, Thuan. lib. 38.

In Auſtria, *Styria*, *Corniola*, *Carinthia*, Ordines, hoc eſt, Proceres, nobiles, cives, inter quos nominandus imprimis, *Gener. Baro* [a] *Vngnadius à Sonnenek*, qui ſub *Ferdinando Styriæ*, & *Carinthiæ* præfuit, & cujus opera Reformatio plurimum propagata. Et Ordines Auſtriæ illi, quibus petentibus liberum religionis exercitium conceſſit *Maximilianus II.* quod jam à Patre ipſius *Ferdinando* anno 1537. poſtulaverant, & ſpeciatim civitas Vienna. Thuani lib. 1.

In Belgio, Proceres & Nobiles, qui primum ſupplicibus libellis, deinde & armis Reformationis cauſam tutati ſunt: Inter quos primarii, *Princeps Auriacus*, *Comes Hoochſtratanus*, *Comes Cuylenburgicus*, *Ludovicus Naſſavius*, *Henricus Brederodius*, qui tres poſtremi Confeſſioni Belgicæ, Regi exhibendæ etiam ſubſcripſerant.

In Italiâ & Hiſpaniâ, *Renata*, *Ludovici XII.* filia & Duciſſa *Ferrarienſis* in aula ſua ſcholam quaſi pietatis & reformationis aperuit. Reformatis ibi, ut & in Gallia, perfugium fuit. Thuan. lib. 26. & 45.

Caracciolus Marchio, *Iohannes Valdeſius Hiſpanus*, aliique nobiles Neapolitani, qui jam Eccleſiam Reformatam conſtituerant Neapoli cum Martyr ibi S. litteras doceret: [b] *Victoria Columna*, *Ferdin. Avali Marchionis Piſcarii* quondam uxor, *Iulia Gonzaga*; *Ioh. Pontius*, *Roderici Pontii Baylentii* Comitis filius; de cujus ut & 28. ex præcipua nobilitate, pluriumque utriuſque ſexus martyrio vide Thuanum, lib. 23.

Vlyſſes Martinengus Comes Barchenſis, de quo Zanchius in confeſſione ſua, epiſtola dedicat.

CAPVT III.

Miniſtros Reformatos, per excommunicationem Papæ, aut Concilii Tridentini non excidiſſe vocatione, aut miniſterio ſuo.

SECVNDA principalis objectio Ianſenii ſumpta eſt ab excommunicatione, ſeu remotione primorum Reformatorum.

Argumentum ſit tale.

Qui ſunt exauctorati & excommunicati ab Eccleſia Romana, illi uſurparunt poteſtatem Eccleſiaſticam, &c. Sed primi Reformatores, &c. Ergo.

Reſp. Falſa eſt Major. Senatus Venetus excommunicatus, Anno 1607. à Paulo V. Vice-Deo Pontificiæ omnipotentiæ aſſertore, non deſinebat ideo eſſe Senatus Venetus, neque ideo durante interdicto uſurpabat ſuam poteſtatem. Sic nec *Henricus*

a De quo Thuan lib. 38. b Thuan. lib. 3.

Borbonius tunc Navarræ rex excommunicatus à Sixto V. nec Eliſabetha Angliæ Regina excommunicata à Pio V. Nec Rex Hiſpaniæ, qui quotannis per recitationem bullæ de cæna Domini excommunicari intelligitur, ideo omnem Monarchiam in Regno Siciliæ uſurpare dicendus eſt; niſi quis cum [a] Baronio nihil non in gratiam Pontificis defendere velit.

Corrige ergo Majorem; Qui ſunt legitime excommunicati & exauctorati ab Eccleſia Catholica, illi exinde omnem poteſtatem Eccleſiaſticam uſurpant, ſi quam retinent. Sed primi Reformatores, &c. Ergo.

Reſp. I. ad Majorem, eam quidem veram eſſe, ſi intelligatur de poteſtatis uſu poſt illam excommunicationem; falſum ſi intelligatur de uſu poteſtatis antecedente, aut etiam de vocatione. Nam quia aliquis degradatur, ideo ſequitur illum vocatum fuiſſe. Iam vero Ianſenius perpetuo objicit, primos Miniſtros nullam habuiſſe vocationem omnino, itaque à ſe ipſis intruſos, atque ordinatos; & quæſtionem eſſe, non an legitime ſint vocati, ſed an ullam vocationem habuerint. Hic ergo ſibi contradicit; ſi enim remoti fuerunt, habuerunt aliquam vocationem in Eccleſiâ. Ergo tale argumentum nihil ad rem.

II. Minor multis modis falſa eſt, & falſis hypotheſibus nititur, quarum probationem tentare auſus non fuit. 1. Noſtri non ſunt excommunicati ab eccleſia Catholica, quamvis à Romana eſſent excommunicati; quia eccleſia Romana ſeu papalis, neque convertitur cum Catholica, neq; ſola eſt talis, imo ne ſanum quidem membrum Catholicæ. 2. Deinde non ſunt excommunicati ab eccleſia Romana, quamvis excommunicati à Papa Romano, niſi ſtatuatur Papam eſſe eccleſiam, eſſe Concilium univerſale, aut ſaltem eſſe ſupra illud; quæ omnia in Eccleſiis ſub Papatu nondum ſunt de fide aut certò definita. Papa non poteſt excommunicare ſine conſilio Epiſcoporum, vel Preſbyterorum & Clericorum omnium eccleſiæ Catholicæ, ut colligitur ex diſt. 15. c. Si. & diſt. 19. c. Anaſtaſius; ubi gloſſa limitationem addit: *quando de fide agitur*, quia tunc Concilium eſt majus Papa. Iam vero Eccleſia Romana, ſeu eccleſiæ Occidentis ante ſeparationem nunquam unanimi conſenſu, imo ne potioribus quidem ſuffragiis condemnarunt Reformationem, nedum ut excommunicaſſent Reformatores. Immo omnes fere eam expetebant, exſpectabant, parturiebant, multæ jam Reformationem conſtituerant. Poſtea aſtu & molitionibus Pontificum univerſalis Reformationis ſpes decollavit, & à Pontifice invito, & coacto (Thuan. lib. 26.) illegitime coactum fuit Concilium Tridentinum, non ex omnibus eccleſiis, ſed ex iis tantum quæ aut dolis, aut vi ſub Pontifice detinebantur, hoc eſt, ex altera parte ſeparationis, numero [b] Cardinalium & Epiſcoporum aucto ex Italis, etiam durante Concilio, quos tanquam ſubſidiarios laborantibus ſuis ſubmittebat Paulus III. Pontifex, *quippe tutum potentiæ ſuæ munimentum, quod à Germanis ac Hiſpanis Epiſcopis & Theologis ſibi metueret, ne cum de morum emendatione ageretur, authoritati Pontificiæ detrahi paterentur*, ut ingenue loquitur Thuanus lib. 8. *De privatis enim affectibus tantum ſollicitus erat Pontifex, ad cætera ſecurus:* idem lib. 26. *Factum eſt*, inquit Eſpencæus in epiſtol. ad Tit. cap. 1. *poſterioribus ſæculis, quod merito in Concil. Baſileenſi Lud. Arelatenſis querebatur, ut in Conciliis, id demum fiat & neceſſario fiat, quod nationi placeat Italicæ, ut quæ ſola Epiſcoporum, qui & ipſi ſoli vocem deciſivam habent, numero nationes alias æquet aut ſuperet, ſicut ſcripſit*

[a] Vide Tractatum Baronii de Monarchia Siciliæ in Tom. XI. annal. & ſeorſim editum Pariſiis, 8. 1608. [b] Vno die 13. Cardinales omnes Italos creabat. Sleid. lib. 23. ad ann. 1551.

ſcripſit lib. 1. de geſtis ejus Concilii Æneas Sylvius, nondum Pius. Hæc eſt illa Helena, quæ nuper Tridenti obtinuit.

Erat particulare, non univerſale, ex Italis Epiſcopis potiſſimum conflatum, qui numero ſuffragiorum omnes reliquos facile vincebant: contra quod tanquam illegitimum primo proteſtabantur Rex Galliæ, Thuan. lib. 8. anno 1551. Imperator *Carolus V.* Thuan. lib. 5. an. 1548. Rex Angliæ Henricus minime Lutheranus; Sleid. lib. XI. ad ann. 1537. Quod etiam tam ægre receptũ in Germaniâ & Galliâ. Thuan. lib. 36. In qua magna pars Eccleſiarum Occidentis, non minor, ſaltem non deterior Hiſpaniâ, Italiâ & reliquis Papæ poteſtati addictis, non comparuit, ut eccleſia Gallicana ſub *Henrico* II. Eccleſia Anglicana, Scotica, Hybernica, Danica, Norvvegica, Sueca, Livonica; maxima pars Eccleſiarum Germaniæ, Bohemiæ, Vngariæ, Poloniæ, Lithuaniæ; magna pars Helvetiæ, Rhætiæ, Styriæ, Carinthiæ, Auſtriæ, Tranſſylvaniæ. Aliqua etiam in Italia, Hiſpania, Belgio; ut conſtat ex iis, quæ de Epiſcopis Vergerio, Caranza, aliiſque Eccleſiaſtici ordinis viris, Martyre, Zanchio, Michael-Angelo, Fiorio, doctore Ægydio &c. & Eccleſiis clandeſtinis ibidem, ſupra retulimus.

Anathema ergo illud à parte & factione illa Papali in alias eccleſias, ſibi & ſuis eccleſiis collaterales, ſe nec numero, nec authoritate minores, jam conſtituta reformatione, ſeparatas tot annis, impedire, aut facere non potuit, ut primi Reformatores non eſſent legitime vocati, & Reformatio illa per uſurpationem male ſuſcepta aut peracta fuiſſet, & eccleſiæ illæ non eſſent eccleſiæ. Proponatur argumentum nudè.

Quæ Eccleſiæ occidentales ſunt anathemizatæ, & quarum Paſtores ſunt exauthorati à Concilio Tridentino, illæ nullam habent vocationem, neque ab initio primi eorum Reformatores ullam habuerunt, & conſequenter ſe intruſerunt, abſque vocatione: et illæ eccleſiæ non ſunt eccleſia, neque in illis quiſquam ſalvari poteſt. Sed eccleſiæ illæ Occidentales ſupra poſitę ſunt anathemizatæ ab epiſcopis aliarum occidentalium, ibi congregatis &c. Ergo.

Reſp. Majoris conſequentia manifeſtè falſa & ridicula; cur Itali illi partim in Italia Epiſcopi titulares, partim de novo electi, junctis primum aliquot Hiſpanis, deinde & Gallis, & paucioribus quibuſdam ex aliis nationibus, (quos omnes numero ſuffragiorum perpetuo vincere poterant Itali τȣ̃ λατέινȣ beneficiarii & jurati clientes) authoritatem illam in alias omnes Occidentales Eccleſias, earumque miniſtros, ſibi uſurpabunt? An quia Itali Epiſcopi Sacr. literarum cognitione & pietate reliquis pręſtant? E. Gr. *Iohannes Caſa,* de quo [a] Thuanus & Hardingus contra Iuellum, & *Paulus Jovius,* de quo Ieſuita Delrio, lib. 1. ſect. 4. citatus.

An quia cum Papâ ſuo à reformatione tam in capite, quam in membris magis abhorrebant? An verò præ aliarum nationum, ultramontanarum ſcilicet & barbararum epiſcopis illi Conciliorum ſubſellia occupare debẽt, quia in domo regnatrice nati? An vero quia Papam habebant factionis ſocium & ducem? Sed definiatur prius à Papatu, & conſtituatur articulus fidei cum Anathemate, Papan eſſe ſupra concilium. Libera enim adhuc eſt opinio de auferibilitate Papæ ab eccleſia, aut ſaltem ſubjectione ejus ad Concilium, de Concilii authoritate demto Papa; quomodo Concilium Conſtantienſe pro concilio Oecumenico habetur & citatur paſſim ab ipſis Pontificiis. Cum ergo de fide nondum ſit, Papam eſſe de eſſentia Oecumenici infallibilis Concilii, quærenda eſt eſſentialis ſanctitas & infallibilitas, & authoritas, &c. gene-

[a] Thuan. lib. 16. p. 642, 643.

generalitas iſtius Concilii in Prælatis, aut ſaltem maximâ parte, ſeu [a] potioribus ſuffragiis Italorum ſcilicet, quæ ſemper ad placitum Regis Latinorum, quaſi Oceano quodam inundaſſe, & reliquos ad meliora & ſaniora aſpirantes ſuffocaſſe, dubium non eſt. Et nō obſcure indicat hiſtoria Concilii Tridentini, quæ opera *Marci Antonii de Dominis* Archiepiſcopi Spalatenſis noſtris tradita & evulgata eſt. Deinde judicarit illâ pars Occidentalium Epiſcoporum de doctrina, quicquid voluerit; quid illis juris eſt in eccleſias alias in plerisque Occidentis nationibus, nunquam illis Epiſcopis ſubjectas, & tot jam annis ab illis in communione & correſpondentia omni ſeparatas, Regum, Principum & Magiſtratuum ſuorum aut expreſſa voluntate, aut permiſſione, & indulgentia? Qua poteſtate Itali Epiſcopos Anglicanos; aut Hybernos, aut Germanos exautorabunt, & in eorum vineas irrumpent? Aliud eſt ſi Clero & populo ſibi ſubjecto, jugum Tridentinum imponant: jam non de uſurpatione, ſed de abuſu quæſtio erit: Sed quæ pars noſtris cum illis, qui videntes illos ſuis ſordibus adhæreſcere, jam diu, illis ſibi relictis, res noſtras habuimus? Atque hæc de uſurpatione iſtorum Prælatorum. Porro quam illegitimum, quam nullum fuerit id Concilium, & cur in Gallia, in Belgio ab ipſis Pontificiis vix receptum, ex I. C. *Innocentii, Gentileti, Caroli Molinæi*, & imprimis [b] *libro Principium Proteſtantium* Germaniæ, & hiſtoria Concilii Tridentini, Chemnitii examine, & defenſione Concilii per Andradum Luſitanum edita cognoſcat Lector. Videbit ibi myſteria pandi. Quod ad qualitates plerorumque Prælatorum, ſcientiam, & pietatem; certè non noſtris tantum, ſed & ſuis ridiculi & abominandi illi fuerunt.

Cardinalis de Monte, qui ibi præſidebat, poſtea Papa [c] *Iulius* III. *ſoluti ad omnem licentiam animi homo erat*, ut Thuan. lib. 6. & tales erant Romano-Itali plerique ex eadem radice ſtolones, qualium genium, ſtudia, mores, hiſtoriæ *Guicciardini, Jovii, Thuani* paſſim loquuntur. Quid *Iſidorus Clarius, Eraſmus, Caſſander, Eſpencæus*, & cum illis optimi quique in Epiſcopis & Cardinalibus ſui ſæculi, imprimis Romanis & ex Curiali fæce conflatis (quales plerique Tridentini) deſiderarunt, non eſt quod hic repetam. Vnum ſuffecerit audire, qui moderatis antè ſuſpectus non fuit; is eſt Iacobus Stella: [d] *Quid in Concilio*, inquit, *aget, qui Theologus non fuerit? aut quod munus ibi exercebit? utique ligni elinguis, aut lapidis muti* &c. *Quod ſi reſponderis, quod hic Epiſcopi ſecum ducunt doctos Theologos, qui illos illuminent, dirigant, & doceant, quid dicturi, quidve reſponſuri ſint, ut noſtris temporibus contigit in Concilio Tridentino; in hac quidem re non poſſum me à riſu temperare, ut velint Epiſcopi* &c. Bardi & lapides erant plerique Prælati, & ſi qui oculatiores, pauci inter eos Theologi, pauciſſimi Scripturarii; nulli fere, qui originales ejus linguas didicerant, (ut non diffitetur [e] Bellarminus) plerique Politici, Iuriſtæ & Canoniſtæ, de quorum ineptitudine ad ſpiritualia & epiſcopalia antehac in Papatu à Scholaſticis & Caſuiſtis ſæpius diſputatum, inter alios animoſe à *Iohanne Majore* in 4. diſt. 24. Quæſt. 3. Reſp. ad 6. ubi inter alia: *Dum prodierunt in medium Legiſtæ & Canoniſtæ & acquiſiverunt epiſcopatus poſthabitis Theologis experientia docet, quonam pacto regatur eccleſia.*

Et

a Interfuerunt Synodo Prælati *Itali* 187. *Hiſpani* 31. *Galli* 26. *Germani* 2. *Luſitani* 3. *Græci* 6. *Poloni* 2. *Vngari* 2. *Angli* 1. *Hiberni* 3. *Flandri* 2. *Croati* 1. *Moravi* 1. *Illyrici* 3. Summa omnium Nationum 83. Quos ſoli Itali ſuperant 104. b Seorſim editus eſt hic libellus, etiam cum catalogo teſtium veritatis excuſus. c Vide de Iulio III. infra lib. 3. Sect. ult. cap. 4. d Comment in Luc. 5. 39. p. 184. edit. Antverp. in fol. e De verbo Dei libr. 2. cap. 10.

Et iſtis partim mutis lignis ac lapidibus, partim litigioſis cauſidicis, qui maximam iſtius ſcenæ partem fecerunt, conſcientiam ſuam ſubjicerent omnes Chriſtiani & docti in Europâ viri! ab iſtis inſenſatis ac profanis animarum ſalutem ſuſpenderent Paſtores & Eccleſiæ omnes?

3. Addimus non fuiſſe excommunicatos primos Reformatores, niſi cauſa jam communi facta. Lutherus An. 1517. Reformationis vocem ſuſtulit, ita continuo cum coadjutoribus ſuis perrexit, & alii paſſim ſequebantur; excommunicatus à Leone X. ann. 1520. & rurſum 1521. Anglicana Eccleſia primum Reformationis fundamentum jecit anno 1534. cum Pontificis poteſtatem abrogaret. Sed non memini illam excommunicatam à Pontifice.

Non ſequitur ergo; Lutherus à Leone X. Ann. 1520. fuit excommunicatus, ergo nullam habuit vocationem ad miniſterium, ſeipſum ordinavit, ſeipſum intruſit, & ſacrilege curam animarum ſibi uſurpavit Ann. 1517. Minime *primo*, quia Lutherus debite non erat convictus: *Deinde* à Leonis X. Eccleſiaſticæ poteſtatis & juriſdictionis uſurpante ſimul & abutente tyrannide, contra Germanicæ & Saxonicæ Eccleſiæ, (cui proprie ſuberat Lutherus) mentem, & libertatem & privilegia, provocavit Lutherus ad legitimum generale Concilium; & ſic alii ad Generale, aut Nationale Concilium. Archiepiſcopus Colonienſis ad liberum Germaniæ Concilium. Rex Navarræ & Princeps Condæus, Reformatores Politici, ſimiliter à Pontificis Sixti V. cenſura ad Concilium provocabant, [a] *formulâ etiam Romæ affixâ.* Interea nec ſtationem deſerebant, nec à cordatis & veris Gallis licet Pontificiis pro uſurpatoribus habiti. Sic Concilium Turonenſe ann. 1510. pro Rege Iulii II. Excommunicationi ſe opponebat. *Fr. Guicciardin.* libro 9. cap. 10.

Tertio Lutheri, Zvvinglii & aliorum miniſterium approbabant, & ſartum tectum volebant ii, quorum intererat: hoc eſt Eccleſiæ illæ quibus inſerviebant. E. gr. Wittebergenſis, Tigurina accedente vicinorum ſuffragio, & Principum ac Magiſtratuum authoritate ac patrocinio. Leonis X. Faſtidium Romanum non magis illud poterat tollere, & Eccleſias illas ſuis miniſtris privare, quàm Archiepiſcopus aliquis in Gallia, aut Patriarcha Conſtantinopolitanus. Leo ſatur inter delicias & comœdias Romanas fidis illis animarum curatoribus maledicebat; ſed illi, [b] qui Epiſtola erant, hoc eſt, ipſorum Eccleſiæ è contra benedicebant.

Quarto. Etiamſi Lutherus ſit excommunicatus à Papa, tamen omnes Reformatores, ut Archiepiſcopi & Epiſcopi Angliæ neque ſunt excommunicati, neque exauthorati, aut depoſiti, qui tamen jacto capitali iſto Reformationis fundamento, & eccleſia Anglicana in libertatem aſſerta, plenam doctrinæ Reformationem opportuno tempore moliti ſunt: Sic non fuerunt eccleſiaſtico judicio exauthorati Epiſcopus Magdeburgēſis, Germaniæ Primas, Auguſtus Epiſcopus Merſburgenſis & alii ibidem, qui Eccleſias ſuas Reformarunt. Quid dicam exauthorati? Imo proceſſus nullus canonicè adverſus illos inſtitutus eſt aut à Papa, aut ab Epiſcopis Germaniæ. Idem de Cardinale & Epiſcopo Caſtilionæo. in Gallia dicendum, in quem licet Reformatorem, ad excommunicationem aut degradationem non eſt proceſſum à Papa, aut Clero Galliæ. De Regibus Daniæ, Sueciæ, & Clero nihil etiam tale quid comparet. Illi ergo Reformatores, aut eccleſiæ Reformatæ, contra-

tra.

a Sic refert Hiſtoria Gallic. S. G. — b 2 Cor. 3. verſ. 2. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tra quas nominatim non eſt actum ſecundum Canones, aut in ipſo opere aut poſt peractum opus Reformationis, non præjudicantur excommunicatione Lutheri. Imprimis, *ſi Lutherus nihil ad ipſos* quod de Reformatis pronunciavit Ianſenius.

Quintò; non fuit ante à Leone excommunicatus Lutherus, quam jam Reformationis cauſa in Eccleſiis Saxonicis &aliis longe lateque eſſet probata. Quo factum eſt, ut jam non eſſet privata cauſa unius Lutheri, ſed publica tot Eccleſiarum. Non erat ergo in Lutheri arbitrio aut poteſtate, miniſterium ſuum ad fulmen Leonis X deſerere, aut deponere, aut jam pro nullo habere. Sed tenebatur ſtare judicio eccleſiæ, in qua membrum & miniſter erat. Quæ cauſam hanc reformationis & converſionis ſuæ ultra montes Romæ, ab epiſcopo Romano, non paſſa fuit terminari, nedum ut ad illum detulerit; exemplo Eccleſiarum & Patrum Africanorum, nominatim Cypriani, Aurelii Auguſtini, de quibus vide Pleſſeum & Rivetum in hiſtoria Papatus; & laborantem atque æſtuantem Baronium ad annum 419. Exemplo etiam Eccleſiarum & Patriarcharum Orientalium, qui jam olim cum Baſilio non tulerunt ὀφρὺν δυτικὴν, hoc eſt Occidentale ſupercilium, & in Concilio Chalcedonenſi egregie illum retuderunt; & nominatim anathematis Vigilii, Innocentii I. Gelaſii, Hormiſdæ, nihil conceſſere: & Anno 1438. in concilio Florentino poteſtati Pontificis animoſe ſe oppoſuerunt; exinde ad anathemata progreſſi, etiam hodie quotannis in magna Dominica.i. octiduo poſt Paſcha publice anathema proclamant in apoſtaticam Eccleſiam Romanam. Et ſi ſapere & ſanus eſſe velit Epiſcopus Romanus, nihil aliud de illo credunt, quam [a] *Romanum Epiſcopum Romanum agnoſcimus Epiſcopum*; Præterea nihil. Præſens Patriarcha Conſtantinop. Cyrillus in ſua fidei confeſſione nihil Pontifici tribuit, imo ejus ne ſemel quidem meminit, & tyrannidi ipſius cum Epiſcopis ſuis ſtrenue ſe opponit. [b] Exemplo etiam Eccleſiarum in Æthiopia, quæ res ſuas ſibi habent, & religionem ac publicum cultum ſuum conſtituunt ac peragunt lóge extra formulam Romanam abſque ullo reſpectu ad Papam, ne quidem ſua ſomnia ſibi fingentes, ſerio hoc monuit nuper Ieſuita [c] *Nicolaus Godingius*. Exemplo Gallicarum, quæ prætenſam poteſtatem Papæ in cauſis ſuis toties ſuſque deque habuerunt, ut in Concilio Rhemenſi Anno 963, nominatim in ſanctione pragmatica, quam omnes curiæ, & Theologorum Collegia jurejurando interpoſito ſe ſervaturos promittunt. [d] *Regem Francorum à Romano Pontifice excommunicari non potuiſſe, Gallo-Franciæ Epiſcopi conſtantiſſimè ſemper tenuerunt*, inquit [e] Servinus. Et etiamnum Sorboniſtæ ſuſque deque eam habent in capitalibus illis controverſiis de poteſtate Papæ ſupra Concilium, de poteſtate temporali Papæ, deque privilegiis Eccleſiæ Gallicanæ. Decreverit ille in Concilio Lateranenſi contra Piſani Concilii & Gallorum ſententiam, & etiamnum bullas, motus proprios, deciſiones Rotæ, decreta, decretales, anathemata ejaculetur ad inſaniam uſque & per Heraldos ſuos [f] Perronum & ſimiles peroret, pronunciet, denunciet in ſchola, in curia, in Panegyri, quicquid lubet, Galli tamen non deſinunt eſſe Galli, redituri, ut ſperamus, poſtliminiò ad priſtinæ libertatis ſtatum, *quo reges & ſubditi etiam in ſpiritualibus Pontificiorum interdictorum & excommunicationum fulmini ſubjecti non erunt*, ut ibid. pag. 319. Servinus.

Sed videatur Gallici legati oratio in Concilio Tridentino habita 1551. apud Thuan.

[a] Hæc confeſſio Meletii Patriarchæ An. 1597. In Epiſtola ad Ianum Douzam, Nordvici Toparcham. [b] Vide Myſter. Ieſuitarum in appendice. [c] Liber de Abiſſynis editus eſt Lugduni 1615. [d] Thuan. l. 8. [e] In vindic. ſecundum libertatem &c. p. 319. [f] Vide Orationem Perroni habitam an: 1610. & refutatam à Iacobo Magnæ Britanniæ Rege.

Thuan.lib.8. Exemplo Eccleſiæ Anglicanæ, quæ cum in doctrinâ & cultu publico etiamnum conveniret cum Romanâ & Papâ, ipſius tamen prætenſam poteſtatem in alias Eccleſias ejuravit An.1536. Imo exemplo antiquioris Anglicanæ, quæ Paparum emiſſariis, ſive Pſeudo-legatis, toties ſe oppoſuit nihili faciẽs bruta ipſius fulmina. Imprimis Roberti Epiſcopi Lincolnienſis, Sevali Epiſcopi Eboracenſis; &c. Nunquam deſunt exempla ſequioribus illis ſæculis, cum Oceanus Tyrannidis Romanæ etiam uſque ad denarii S.Petri exactionẽ, omnia occupaſſet. Exemplo Eccleſiarum & Epiſcoporum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, qui toties ſuperioribus ſæculis prætenſæ authoritati ejus & anathematis ſe oppoſuerunt, nominatim in Concilio Wormacienſi An. 1080. & Brixinenſi An. 1081. Et cùm imperante Frederico Germaniæ Epiſcopi & Abbates contra bullas Papæ proteſtarentur: *Nullum jus eſſe Romano Flamini abſque conſenſu Pontificum Germaniæ in Germania*, ut refert Aventinus; hoc applica bullæ Leonis X in Lutherum.

Exemplo etiam eccleſiarum & Cleri univerſi in Dominio Venetorum (Ieſuitis & Capuchinis exceptis, qui fulmini excommunicationis Pauli V. An.1608. ad horam non ceſſit, neque à fidelitate in Magiſtratum ſuum, neque ab ordinariâ functione & cura paſtorali deceſſit, aut obedientiam ullam Papæ excommunicanti præſtitit, ſed potius monito & mandato Reip. Venetæ. Ita olim Reſp. illa An.1509. ab excommunicatione Iulii II. ad proximum Concilium, aut ad judicem Chriſtum provocabat. Fr.Guicciard.lib.8.c.6. Exemplo potentiſſimi Hiſpaniarũ Regis, qui cum Clero ſuo, & ipſo inquiſitionis officio, nec minis Excommunicationis, nec anniverſaria iſta excommunicatione per [a] bullam de cæna Domini, vel minimum moveri ſe oſtendit, ſed contra, Baronii ſcripta ex ſenſu Papæ & plenâ cum approbatione edita in malam rem abire juſſit, ad hæc bibliopolam Neapoli exemplaria diſtribuentem per præſidem Concilii Regis ad remos damnavit, de quibus vide in [b] Perroni legationibus & Baronii ſcripto de Monarchia Siciliæ, & quæ infra Sect.3. hujus libri dicemus.

Exemplo tot laudatorum Imperatorum, Regum, Principum, qui ante tempora Lutheri, anathematis Pontificum omnibus legitimis mediis ſe oppoſuerunt, imo ipſis Pontificibus in ordinem coactis, ut Frederici Barbaroſſę, Othonis, Henrici IV. Ludovici Bavari, Regũ Galliæ, Philippi Pulchri, Ludovici XII. cujus heroicum ſymbolum monetæ inſcriptum: *Perdam Babylonis nomen*, quiq; *moribundi ſenis manes diras contraria obnuntiatione generoſe revicit*. Thuan.l.1.

Exemplo deniq; totius Chriſtianiſmi & Cleri Papalis, qui licet tempore ſciſmatum eſſet ſub alterutrius Papæ interdicto, miniſterio ſuo tamen nunquam renunciavit.

4. Excommunicatio illa eſſet tyrannica per uſurpationem poteſtatis indebitæ. Etiamſi enim primi Reformatores, aut omnes aut aliqui ſtatim à Papâ, aut factione Monarchica Papali Romæ fuiſſent excommunicati; non tamen ideo fuiſſent illi exauthorati, aut vocatione omni in Eccleſiis ſuis excidiſſent. Eſt enim excommunicatio duplex, vel inferioris & ſubditi, vel collateralis & fratris. Qui priori modo excommunicat aliquem, ille & eccleſia & gradu ſeu vocatione ſua in eccleſia eum ſubmovet. Talis erat illa excommunicatio inceſtuoſi 1.Cor.5. Qui poſteriori modo aliquem excommunicat, ille fraternæ ac collaterali unioni & communioni cum ipſo renunciat.

Et ſic olim Preſbyteri Collaterales ſe invicem excommunicabant, imo quivis

[a] Excommunicationem bullæ iſtius eſſe non tantum *ab homine*, ſed & *ab ipſo jure* latam, atque adeo cenſuram perpetuam probat Zvvarez tom.5.ad 3. *Thom. diſp.* 21. *ſect.* 1. [b] Ambaſſades & Negot. lib.3.

minor majorem; *Quod non ſolum Præſuli Apoſtolico facere licet, ſed cuicunque Pontifici; ut quoſlibet & quemlibet locum, ſecundum regulam ipſius hæreſeos antè damnatæ à catholica cōmunione diſcernat, inquit Papa* [a] *Gelaſius.*

Leonis X. excommunicatio vibrata in Lutherum, præterquam quod fuerit illegitima & injuſta, non potuit aut divino jure, aut humano eccleſiaſtico primitivæ eccleſiæ, ulterius progredi, quam ad anathemizationem ſecundi generis, quomodo [b] S. Hilarius anathema dixit Papæ Liberio. Et [c] Africani excommunicabant Papam Vigilium, Menas Conſtantinopolitanus, & Vigilius ſe mutuo. Et Lutherus viciſſim iſto genere anathematis bullas & decreta Pontificum cum verbo Dei pugnantia percuſſit, non tamen eo ipſo poteſtatem in Epiſcopatum ejus, uſque ad depoſitionem uſurpare ſibi voluit, aut potuit.

Inſtantia. Atqui Eccleſia Wittebergenſis, Saxonica, Germanica, & omnes totius orbis, fuerant ſubjectæ Romanæ, tanquam inferior ſuperiori, & Pontifici tanquam capiti, magiſtro, Primati &c. Ergo debebant ſubjectæ manere, nec ſe illi poteſtati ſubtrahere.

Reſp. I. De facto ſi quæratur fatemur Eccleſias illas poſterioribus ſæculis ſubjectionem illam ſuſcepiſſe, aut ſaltem paſſas fuiſſe volentes nolente animo. 2. Sed conſequentia illa falſiſſima eſt in jure divino & civili; etiam corrupto veſtro Pontificio, & ſenſu ipſius curiæ Romanæ, à facto ad jus, à Poſſeſſione ad titulum, ut in caſu Monarchiæ Siculæ Papa per Baronium ſuum ſatis explicavit. Neque enim divino jure competebat hoc Pontifici; neque etiam conſtitutione humana & Eccleſiaſtica antiquioris eccleſiæ, neque uſu & conſuetudine perpetua ipſius Germanicæ Eccleſiæ, aut Cleri Germanici. Itaq; nec ille unquam debuiſſet hoc petere, nedum ſibi arripere, nec iſtæ hoc illi ſponte tribuere, aut coacte concedere. Quod jure divino Primatus Pontifici Romano non competat, nunc non eſt probandi locus, nec multum etiam de eo laborandum, quia doctiores quidam Pōtificii ex juris divini tabulis nihil pro eo proferri poſſe fatentur, cum ad traditionem non ſcriptam confugiunt, hoc eſt, ad hiſtoriam humanam, quæ tamen nuſquam comparet. Quod jure humano Eccleſiaſtico non competat, ſed tantum Patriarchatus eccleſiarum aliquot, hoc eſt, ut ſit Epiſcopus ordine primus inter reliquos, ex Concilio Chalcedonenſi Canone penultimo, ubi τὰ ἴσα πρεσβεῖα, id eſt, æqualia privilegia etiam tributa Conſtantinopolitano: quem Canonem cum omittant Latinæ editiones; habet præter Balſamonem & Zonaram – – – Codex Canonum Græce editus à I. Tilio Epiſcopo Meldenſi. Et ex Concilii Niceni decantato illo VI. Canone, cujus optimam interpretationem affert Ruffinus lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſtic. cap. 6. *Ut apud Alexandriam, vel in urbe Roma vetuſta conſuetudo ſervetur, quæ vel ille Ægypti; vel hic ſuburbicarum eccleſiarum ſolicitudinem gerat,* quem vide explicatum & defenſum à Clariſſ. Salmaſio in tractatu, cui titulus *Euchariſticon Iac. Sirmondo S. L. P. pro Adventoria.* Non etiam perpetuo uſu & conſuetudine Eccleſiæ Germanicæ, quæ ut olim prætenſum iſtum primatum ignoravit, ita jam imponendum aut impoſitum repulit & excuſſit, quantum in ſe fuit, quoties libertatem aliquam nacta eſt, ut ſub *Henrico IV. Ludovico Bavaro, Frederico Barbaroſſa.*

Sed quicquid ſit de poſſeſſione, & uſurpatione, de prætenſis humanis conſtitutionibus; Conſequentia eſt falſiſſima; ſubjecta fuit; ergo nō debuit aut potuit mutare hanc ſubjectionē. Videbunt hujus conſequentiæ infirmitatem ſi ita concludant Græci: *Ru-*

thení

[a] In commonitorio apud Baronium ad ann. 493. num. 13. [b] Hilarius in fragmentis nuper editis. [c] Victor Vticenſ. in Chronic. ad ann. 10. Et Niceph. lib. 17. cap. 26.

theni & Vilnenſes in Lithuania, antehac ſemper fuerunt ſubjecti eccleſiis & Patriarchis Græcorum; ergo ſine Græcorum conſenſu, quibus ſubſunt, non debebant mutare doctrinæ, rituum & eccleſiæ formam, & Romanæ ſe conformare.

5. Detur à judice competente, ſervatis omnibus legitimi proceſſus formalitatibus, hanc excommunicationē peractam; tamen ea non ligat, ſi eſt injuſta. Quod ex verbo Dei, Patribus, antiquis Canonibus ſatis probatum ab illis Pontificiis ſcriptoribus, qui pro Imperatore *Henrico* IV. *Ludovico Bavaro*, Republ. Veneta, contra nullitates Papalis excommunicationis ſcripſerunt. Vnicum tantum repetam ex Scriptura, de Iudæorū Filiis *Micha, Amos, Ieremia* in V.T. & Diſcipulis Chriſti in N.T. qui licet ἀποσυνάγωγοι facti & ab ordinario Concilio condemnati, non deſierant tamen miniſterio ſuo fungi, Ioh. 9. v. 22. cū Act. 5. v. 28. 29. Et ex antiquis Canonibus [a] decretum Cæleſtini, quo definit Clericū à Neſtorianis ejectum, non eſſe remotum, *Quia*, inquit, *nō poterat quemquam ejus removere ſententia, qui jam ſe præbuerat ipſe removendū*. Et illud Gregorii I. *Non debet is pœnam ſuſtinere Canonicā, in cujus damnatione nō eſt canonica prolata ſententia*. Fuiſſe autem olim Papalium anathematum cauſas injuſtas, apparuit in Liberio cum Arrianis condemnante *Athanaſium*.

In Bonifacii II. Epiſtola ad Eulal. qua Africanę Eccleſiæ, (in quibus *Auguſtinus*) dicuntur à communione Romanæ fuiſſe excluſæ, & çentum annis pòſt demum cum ea reconciliatæ. Atque hæc in cauſa doctrinæ. Et talem injuſtitiā potuiſſe noviſſimis & corruptiſſimis temporibus cadere in eaſdem excommunicationes, nemo dubitavit, qui impatientiam & metū Reformationis in Papis & curiâ Romanâ didicerit ex hiſtoria Thuani, ex ſcriptis Caſſandri, Eſpencęi, ex actis Concilii Tridentini &c. Noſtri nullas fuiſſe maledictionum aut excommunicationis; ſed Reformationis, ſed converſionis cauſas ſatis ſuperque probarunt. Itaque omiſſis præjudiciis hiſce ad ipſam doctrinæ cauſam pertractandam, volentes nolentes trahuntur Pontificii; ita evenit ipſis quod tantopere metuunt.

Ac primo ipſi articuli propter quos Lutherus à Leone X excommunicatus, ſi à Pontificiis inſpiciantur modò, dubitare ipſos facient de Iuſtitia excommunicationis. Inter alios occurrunt iſti. [b] *Certum eſt in manu Eccleſiæ aut Papæ prorſus non eſſe, ſtatuere articulos fidei*. Et, *Optima pœnitentia nova vita*. Ex illis duobus noſce omnes. Si iſtæ ſunt hæreſes, Ergo oppoſitum eorum eſt de fide, & ad ſalutem creditu neceſſarium: [c] *Papa poteſt ſtatuere articulos fidei*. Et, *nova vita non eſt optima pœnitentia*, confer hunc poſteriorem articulum cum Apocalypſ. 2. v. 4. 5.

Quæro ex Pontificiis, quibus vel minima fidei & pietatis gutta, an etiam in his articulis putent eſſe certam & indubitatam Apoſtolicam fidem, confeſſione primitivæ Eccleſiæ, & ſanguine Martyrum obſignatā & perpetua ſucceſſione ad nos tranſmiſſam, à qua quandoquidem nos reſilimus, vivicomburiis & æternæ damnationi juſte cum Luthero devovemur.

Non dubito quin plurimi cum Caſſandro pro nobis contra excommunicationem Papæ excepturi ſint: [d] *Recte mihi Eccleſia Leodienſis adverſus Epiſtolam Paſchalis II. qua Robertum Flandriæ Comitem ad perſequendam & vaſtandam Eccleſiam Leodienſem propoſita peccatorum remiſſione invitat, reſpondiſſe videtur; Neminem lædi poſſe ab alio, niſi prius lædatur à ſeipſo*. Et Auguſtinus ad Clerum Hipponenſem. *Quid obeſt*, inquit, *homini quod ex illa tabula vult eum*

[a] Cauſa 24. q. 1. cap. ait Cæleſtinus, & cap. aperte. [b] In bulla Exurge, quæ ſubjecta eſt Concilio Lateranenſi [c] De priori articulo Vide Thom. 2. 2. q 1. art. 10. Vaſquez tom. 3. diſp. 216. n. 60. Salmeron tom. 13. p. 1. art. 3. diſp. 6. Bellarm. contra Barclayum cap. 3. [d] Epiſtola ad Hopperum in Epiſtol. Belgar. Centur. 1. Epiſt. 47.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

delere humana ignorantia, ſi de libro viventium non deleat iniqua Conſcientia ſua. Idem in *Pſa.* 23. *Inter juſtum,* inquit, *Iudicem & Conſcientiam tuam noli timere, niſi cauſam tuam.* Et cum Cardinale Leodinenſi : [a] *Quod Deo magis quam hominibus eſt obediendum. Si enim illa Papa mandet, vel ad ea cogere velit, quæ animas in præcipitium ducunt & animæ perditionem includunt, ſibi fore non obediendum jure divino & humano notiſſimum eſt, ſecundum Doctores S. Augiſtinum, Ambroſium, Bedam, & alios: imo non obediendo, & propterea ejus ſeveritates ſuſtinendo & cenſuras, meretur homo.* Et Gabriele in expoſit. can. miſſæ lect. 26. Lit. O. *Ex illo ſequitur, quod non ſemper eſt excommunicatus à Deo, qui excommunicatur ab homine & Prælato, nec ſemper habetur ratum in cælis, quod fit à præſidente in terris: Sed duntaxat dum ligat & ſolvit clave non errante. Non enim commiſſum eſt Prælatis ligare & ſolvere juxta ſuorum motus capitum & ſuarum beneplacita voluntatum, ſed prudenter & legitime, ſecundum juris divini & humani diſpoſitionem.* Similia habent Pſeudo-Clemens apoſtol. Conſtitut. libr. 2. ca. 21. Hieronymus in Matt. 16. Cyrillus Alexandrinus tom. 1. lib. 14. in Levit. p. 278. Quod ergo Regibus, Principibus, populis, Eccleſiis, Academiis, Epiſcopis, Doctoribus, Paſtoribus, jure divino & humano licuit, ſemperque licebit in caſu illo excommunicationis, quid ni Luthero & primis Reformatoribus ac Reformatis Eccleſiis, contra excommunicationem illegitimam ſimul & injuſtã, hoc eſt, omni jure bis nullã licuit?

6. Nemo ſuſcepto ordine privari poteſt, niſi per degradationẽ: per hanc enim ordo aufertur, qui per ordinationem confertur. At omnes primi Reformatores non fuerunt degradati.

Eſt enim degradatio duplex ex ſententia Pontificiorum, una verbalis, altera realis, ut habetur in cap. Degradatio; *quarum iſta aufert privilegium clericale, utrumque, canis & fori, illa non aufert &c. Verbalis non fit niſi ab Epiſcopo cum aliorum interventu. Et ad degradationem Epiſcopi debent cõvenire, Metropolitanus cũ duodecim Epiſcopis; Ad degradationem Preſbyteri, Ordinarius cum ſex aliis Epiſcopis &c. Sic Tolet. lib. 1. c. 50.* Iam probandum eſt de omnibus Reformatoribus preſbyteris & epiſcopis, eſſe illos ita degradatos. Quod faciet Ianſenius ad Kalendas græcas. In Anglia ipſi Metropolitani & Epiſcopi, In Germania & Gallia aliqui Archiepiſcopi & Epiſcopi Reformationem promoverunt: Ibi ergo Preſbyteri Reformatores ab Ordinariis deponi non potuerunt. Quinimo à [b] Concilio Tridentino, Auguſtanæ Confeſſionis miniſtri in Germaniâ, *Sacerdotes & perſonæ Eccleſiaſticæ* ſalutantur An. 1562. 4 Martii in ſalvo conductu; quod tamen fieri non potuiſſet, ſiquidem poſt anathema Leonis X. nihil plane clericatus ipſis ſuperfuiſſet, ſed tantum merus laicatus. Novimus enim quam caute & præciſe formalitates illas cribrare ſolent Pontifices, dicendo; Qui ſe dicit Imperatorem, ſic Gregor. VII. de Henrico IV.

7. Parum movit Lutherum & Reformatores atq; eccleſias Reformatas fulmẽ illud Leonis X. quia jã multis experimentis didicerant, cauſas, modum, finẽ, & effectus Interdictorum aut excommunicationũ fingi & refingi à pravâ Pontificũ libidine, prout iſtæ aut illæ rerum ſæcularium conſtellationes, fumos terreſtres in cerebrum Domini Papæ ſubvexerant. Norant etiam Cõſcientiam ſuã Chriſto & verbo ejus immobili innixam non gravari juribus illis anathematum, quæ in ſingula momenta ſæpe mutantur, extenduntur, contrahuntur, revocantur, ut ex factis conſtat.

Interdicti effectus, inquit Toletus lib. 1. cap. 53. *multi ſunt*, & quidem plures erant in jure antiquo, niſi poſtea Bonifacius

VIII. in

[a] Refert ex Theodor. Nyen. Pleſs. in Myſter. anno 1417. pag. 1141. [b] Seſſion. 18.

VIII. In Cap. Alma Mater, de ſentent. Excommunic. mutaſſet. Idem cap. 13. ait; regulas de effectibus excommunicationis minui aut augeri pro Pontificum beneplacito. Norant denique jam dudum illas cenſuras ſpirituales, ab omni ſpiritu, ſanctitate & religione vacuas, atque adeo in Daniſtarum & lucripetarum commercia, in ſæcularem hiſtrioniam, in externam & coactivam tyrannidem ac pyraticam eſſe transformatas; quod ex factorum luce, ſacra taxa pœnitentiaria, & ex 21. effectis ſeu malis excommunicationis, quæ enumerant, facile ipſis conſtat. Sic enim [a] Themeſvar. *Decimo octavo, quod excommunicatus debet ſolvere pro ſingulo die unum groſſum, antequam abſolvatur, ſecundum ſtatuta aliquorum Epiſcoporum, quod licet videatur Simoniacum, de Simon. c. ad noſtram. Tamen Hoſtienſ. & Iohan. Andr. tenent contrarium, quod verum eſt, ſi ſit in pœnam, ut citius convertatur.* Et Gabriel in Canon. Miſſ. lect. 26. O: *Noſtris autem temporibus gladius ille dilatatus eſt uſque ad profanas laicorum cauſas, ac ſæculari foro agendas; in tantum ut nonnunquam pro debito quinque ſolidorum, quis excommunicatione feriatur: quo abuſu gladius ille ita obtunditur, ut in cauſis urgentioribus, ubi uſus ejus expoſcitur acumen ſcindendi perdidiſſe videatur.*

Ipſum [b] Concilium Tridentin. abuſuum iſtorum Reformationem præ ſe ferens, ſtatuit *Excommunicationes illas, quæ monitionibus præmiſſis, ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus præterquam ab Epiſcopo decernendas, &c.*

Concludimus I. Excommunicationis ſententiam in pleroſq; Reformatores non fuiſſe latam prius, quam cauſa Reformationis Eccleſiis probata, imo actualis Reformatio Nationalium Eccleſiarum jam publice recepta & peracta eſſet, ut Germanicæ, Anglicanæ, Danicæ, Suecicæ, &c. Ex quo tempore non erat cauſa ipſorum particularis, ſed eccleſiarum quæ judicio publico & Nationali aut Provinciali cauſam eã ſibi propriam fecerant: atque adeo communionem cum Eccleſia, Italica, Hiſpanica, &c. deſeruerant; adeo ut quicquid in Eccleſias illas, aliaſque omnes iis aſſociatas, poſtea tentarint aut egerint Epiſcopi aliarum Eccleſiarum ſive in Concilio, ſive extra Concilium, illud ipſo jure nullum ſit. Nihil enim juris erat Epiſcopis Italis, aut Hiſpanis in Angliam, Daniam, &c. ſicut nec Anglis aut Danis in Italiam aut Hiſpaniam. Excommunicationem Leonis X. & Concilii Tridentini multis nominibus fuiſſe nullam: & Primò, ex defectu juriſdictionis. Secundò, ex defectu juſtitiæ Legalis. Tertio, ex defectu juſtitiæ commutativæ. Has enim cauſas vel omnes vel ſingulas facere ſententiam non tantum injuſtam, ſed & nullam, docent Theologi & Canoniſtæ, & ex iis Zvvareſius Tom. V. ad 3. Thom. diſp. 4. Sect. 7. Quod ad Leonis X. cenſuram, dicimus ei *primò* defuiſſe juriſdictionem; quia non erat Iudex Competens, neque jure divino, neque antiquo Eccleſiaſtico, neque ſenſu & uſu antiquioris eccleſiæ Germanicæ, aut eccleſiæ Germanicæ tunc exiſtentis, neque etiam aliarum Eccleſiarum, ut Galliæ, &c. *Secundo* dicimus ei defuiſſe juſtitiam legalem; quia non fuit ſervatus ordo juris, ſaltem ſubſtantialis & neceſſarius, qui eſt, *ut legitima citatio partis præcedat, ut cauſa cenſuræ legitime & juridice probata ſit; ac denique hujuſmodi omnis eſt illa conditio, quæ vel jure naturæ, vel ex ſpeciali jure poſitivo ita præſcripta eſt.* Zvvarez loc. cit. *Tertiò* dicimus ei defuiſſe legitimam cauſam, quia cauſa revera erat nulla, neque etiam in judicio legitime probata. Excommunicavit enim Lutherum propter veritatem Euangelicam, & antiquam ac Catholi-

a Pelb. Themeſvar. in Roſario lib. 4. Tit. Excommunicatio cap. 7. b Seſſ. 25. de Reformat. cap. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tholicam primitivæ Eccleſiæ fidem.

De Concilii Tridentini ſententia itidem dicimus; Primò non fuiſſe judicem competentem, neque debuiſſe alienum ſervum judicare; tum quia non erat Oecumenicum, imo ne quidem Vniverſale occidentis; tum quia illegitime erat coactum, quod proteſtationes Imperatoris, Regum Galliæ & Angliæ, Principum & civitatum Germaniæ ſatis indicant; tum quia, qualecunque illud eſſet, ejus juriſdictioni pars Occidentis jam Reformata & ſeparata non magis erat ſubjecta, quam altera pars, Italia ſcil. Hiſpania, &c. Synodo Nationali Anglicanæ 1562. aut nuperæ quaſi generali Dordracenæ 1619. Secundò dicimus defuiſſe ibi juſtitiam legalem, quia debitus ordo non fuit ſervatus.

Videantur *Carolus Molinæus*, *Innocentius Gentiletus*, & liber Proteſtantium Germaniæ contra Concil. Trident. item Thuan. hiſtor. lib. 5. & hiſtoriam Concilii Tridentini. *Tertiò* dicimus defuiſſe legitimam cauſam; quia hæreſis, quæ prætenditur, neque revera fuit, neque unquam probata eſt. *Iam vero ſi cauſa in re, & in probatione deficiat, Sententiæ & Cenſuræ ſunt nullæ*, inquit Svvarez, d. l. Atque de ſententia ſic injuſta videtur potiſſimè loqui S. Nico. in Epiſt. ad Encliſtum, cujus fragmentum refertur in 1. Tom. Biblioth. Sanct. ubi ſic ait: *Scias, Pater, quod divinæ Scripturæ, cum divinis Canonibus definiunt, quod injuſtæ quæ imponuntur punitiones apud Deum non ligant, etiamſi* Pontifex *eas impoſuerit: quanto magis ſi inferior, ut dicit* S. Dionyſius. *Qui igitur inconſiderata ſententia & intemperante animo aliquem à fidelibus ſeparavit, non ſolum eum non attingit, ſed in ejus etiam caput recurrit, ſicut ſanctæ quoque Synodi pronunciant.* Et inferius refert B. Petrum dicentem ad Clementem. *Tu quidem ea ligabis oportet & ſolves quæ ſolvenda ſunt.* Et S. Nicolaum dicentem: *Si Antiſtes præter Dei ſcopum punierit, Deus eum non ſequitur, & ecce invenitur pœna, quæ ab eo infligitur, injuſta & invalida.* Hæc hactenus *Zuvarez.*

Itaque nihil aliud reſtat, quam ut Ianſenius excommunicatione Papæ Romani nos urgens, Authoritatem Papæ ſui, & hæreſim Reformatorum noſtrorum (tanquam juſtam excommunicationis cauſam) prius debite probet. Quod illud ipſum eſt, quod nos unicè expetimus, & Janſenius refugit. Interim anathemati Papæ, Lutheri anathema Wittebergenſe opponimus; quo ſi ille ſe tactum non putat; nos viciſſim Lutherum Romano fulmine, multo minus tactum putamus.[a]

Confer infra ſect. 2. cap. 15.

CAPVT IV.

Miniſtros Reformatores habuiſſe vocationem ſeu miſſionem ad Reformandam Eccleſiam ſuam.

TErtia objectio Ianſenii eſt, Primos Reformatores non habuiſſe vocationem, aut miſſionem ad illud, quod fecerunt. Syllogiſmus fiat talis.

Qui non ſunt vocati & miſſi ab eccleſia Romana ad reformandas eccleſias ſuas, ad prædicandum contra Papam; illi nullam ab ea habuerunt vocationem. Sed primi Reformatores, &c. Ergo.

Reſp. I. Major falſiſſima eſt; non valet conſequentia ab abuſu poteſtatis, ad uſurpationem. Poteſt quis accepiſſe legitimam poteſtatem, qua poſtea abutatur. Nota eſt diſtinctio apud I.C.C. & Politicos Tyranni in *uſurpantem ſeu titulo, & in abutentem ſeu exercitio.* Alia ergo eſt quæſtio, an quis ullam habeat vocationem, Et alia, An quis abutatur vocatione & miniſterio ſuo. Tu expreſſe

a Sleidan. lib. 2. ſub finem.

expreſſe dicis & probatum vis, noſtros nullam omnino habuiſſe vocationem p. 127. *Nullus eis vocationis titulus fuerit, ut jam probatum eſt, niſi uſurpationis audaciâ.*

Quicquid ergo ſit de uſu aut abuſu miniſterii, nihil infertur pro uſurpatione: Si quis vocatus Paſtor, aut Epiſcopus aut Archiepiſcopus ad ſanam doctrinam tradendam, eccleſiam paſcendam; doctrinam tamen poſteà perverteret, eccleſiam diſcerperet; is quidem legitime vocatus abutitur ſua vocatione. Itaque jam de abuſu illi quæſtio movenda, non de uſurpatione: quomodo quæſtio mota Liberio ab Hilario, Honorio à Concilio Conſtantinopol. Iohanni XXII. à Sorbona; non quod non ipſi eſſent Epiſcopi aut Papæ Romani; ſed quod authoritate ſua abuterentur, ad hæreſim ſtabiliendam. Si quis vero non vocatus ſeipſum in miniſterium intruderet, ſeipſum ordinaret, quamvis ſanam doctrinam traderet, ille nihilominus uſurpationis & ſacrilegii poſtulari poſſet; quod accidit omnibus Papis cum Cardinalibus & Epiſcopis ſuis ſciſmaticis. Et ſic tu ipſe operoſe diſtinguis cap. 37. p. 162. *Alia ſunt doctrinæ, alia miſſionis teſtimonia: Diverſis enim cardinibus pendent doctrinæ veritas, & miſſionis authoritas. Ex quo fit ut uſurpator miniſterii vera docere poſſit, & legitimus miniſter falſa, &c. tametſi Reformatoribus tuis in omnibus haud ſecus ac D. Paulo doctrinæ puritas conſtitiſſet, nihil hoc penitus ad vindicandam eis cœleſtis miniſterii authoritatem juvat.*

Nulla ergo hic conſequentia, niſi quis confundere velit vocationem cum reformatione, miſſionem ad opus cum opere ipſo, vocationem & ordinationem ad functionem, cum ipſa functione ſeu officio, & rurſum ordinarium & perpetuum miniſterii opus cum extraordinario aliquo, quando per hæreſes, ſcandala, ſciſmata, ſtatus eccleſiæ turbatus eſt.

II. Nititur etiam major illa falſa hypotheſi: In caſu corruptionis aut deformationis alicujus in doctrina aut moribus requiri novam ac peculiarem ſive vocationem, ſive miſſionem, novamque poteſtatis collationem. Quod Scripturæ repugnat, quæ Miniſtris omnibus hoc imponit, *ut ſint Speculatores.* Ezechiel 3. *Vt clament, neque taceant,* Ieſa. 58. 1. *Vt latrent, ut inſtent, ut ſanam doctrinam doceant non tantum, ſed & contradicentes radarguant; ut vigilent pro animabus, ut attendant gregi, ut caveant canes, ut vitam ponant pro ovibus.* Hæc omnia poteſtate, & vocatione eorum continentur, quæ ſemel collata ſufficit illis ad poteſtatis exercitium, quacunque occaſione. Tit. 1. v. 5. *Hujus rei gratia reliqui te in Creta, ut ea quæ deſunt, corrigas;* Vbi gloſſa interlinearis: *mala in peccantibus, addendo bonis ea quæ deſunt.* Sed de falſa iſta hypotheſi amplius agendum erit Sect. 2. Cap. 18. & 19.

III. Minor falſa eſt. In miniſterio illo ſeu cura animarum conſideranda ſunt diſtinctè; tum illud quod eſt per ſe, ex natura ſua, ex primigenia inſtitutione, ex jure divino, ex recta intentione eccleſiæ, quod immutabiliter adeſſe debet; tum illud παραφυὲς quod ex hominum corruptione acceſſit, & quod ſi adſit aut adfuerit abuſu hominum, tamen abeſſe & ſeparari debet & poteſt.

Doctrinam fidei prædicare, ſacramenta adminiſtrare, & clavibus diſciplinæ eccleſiã ordinare, *eſt miniſterii eccleſiaſtici ex divina inſtitutione.* Acceſſit ſuperioribus ſæculis ex humana corruptione, *Agnoſcere prætenſam poteſtatem Romani Pontificis, ſacramentalia multa obire, traditiones non ſcriptas pro articulis fidei obtrudere, &c.* Fuerit ergo in Eccleſia Pontificia vocatio (non ex natura ſua, ſed ex ordinatorum abuſu & ſtipulatione, atque adeo vocatorum promiſſione) ad utrumque. Quid tum? Cum aliqui convicti & edocti melius, poſteriori reſecto,

in prius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

in prius illud incubuerunt tantum, hoc eſt, ſeque & miniſterii ſui exercitium Reformarunt, atque in melius mutarunt, an inde ſequetur ad talem repurgationem, emendationem ac Reformationem nullam ipſos habuiſſe vocationem? Minime. Si ſola Ordinatoris corruptio & intentio faceret Miniſterii eſſentiam, ſequeretur quidem nullam ibi fuiſſe vocationem ad emendationem ſeu Reformationem, ubicunque talis contigiſſet Ordinator & ordinandus, taliſque interceſſiſſet ſtipulatio. Sed jã

1. Neq; omnes Ordinatores (id eſt Epiſcopi ut tu vis) deformationes in perpetuum authorizarunt, atque earum promotionem ac propagationem ab ordinandis ſuis ſtipulati ſunt. [a]Fuerunt enim Epiſcopi meliora ſentientes; non tantum ante tempora Lutheri, ſed etiam poſt exortum Lutherum & inchoatam ſeparationem. Quin imo ſunt, qui cum expreſſa intentione Reformationis Paſtores ordinarunt, ut ex.gr. Archiepiſcopi & Epiſcopi Anglicani, Archiepiſcopi Colonienſes, Epiſcopi Magdeburgenſis, Merſpurgenſis, Cardinalis Caſtilionæus, Briſſonetus, & alii Epiſcopi in Gallia ſupra memorati.

2. Dato quod Ordinatores Epiſcopi tale quid intendiſſent & ſtipulati fuiſſent (quod non probavit Ianſenius) non tamen ſequitur, ordinandum ad id teneri, nedum miniſterium ſacrum tale quid ex natura ſua & ordinatione divina inferre. Non enim dependet tota miniſterii atque adeo vocationis ratio, ab uno Epiſcopo ordinatore; ſed imprimis à Chriſto, & ſub illo ab Eccleſia ſeu communitate fidelium, quæ κλῆρος i. ſors Domini appellatur, & per repræſentationem à Preſbyterio, etiã ſuo modo Magiſtratu: ne quid addam de Patronis, & jure Patronatus tum laicali, tum clericali in Papatu tunc uſitato. Non poterat ergo intendere aut ſtipulari quid Epiſcopus ordinator, niſi ſalvo jure tertii. Probandum ergo eſſet non tantum Epiſcopos Ordinatores; ſed & reliquos, quorum intererat vocationes legitime fieri, functiones in Eccleſia rite exerceri, tale quid intendiſſe ac ſtipulatos fuiſſe.

3. Quicquid nomine & more Eccleſiæ Papalis tunc ſtipulati fuiſſent ordinatores, nõ potuiſſet id præjudicare ſacræ functioni ſeu miniſterio, quod ex natura ſua & immutabili ordinatione divina, incorruptam doctrinam, incorruptam diſciplinam, incorruptos mores requirit & ſtipulatur; quodque menſuram, modum & formam non accipit ab ordinatore aliquo particulari, ſed contra menſuram & modum ordinatori illi præſcribit. Ita ut ordinator inferior & particularis, cedere debeat ſuperiori & univerſali; & cum ſibi invicem adverſantur, huic potius obtemperandum ſit, quam illi. Quod cum Pontificii æquum & juſtum exiſtiment in caſu diſſenſionis circa ordinationem inter Epiſcopum & Archiepiſcopum, aut inter Epiſcopum & Papam; quidni in caſu diſſenſionis inter Epiſcopum & Chriſtum, ἀρχιποιμένα, id eſt, ſupermum Paſtorem.

Si Epiſcopi aut Archiepiſcopi ſciſmatici hac intentione, aut etiam expreſſa ſtipulatione ordinaſſent olim Presbyteros & Paſtores ſuos, ut ſciſmatico Papæ; & non legitimo ſeu Canonicè intranti obedirent; an illos vi iſtius ordinationis nunquam reſipiſcere, ſed ſemper diſceſſioni & ſciſmati inhærere vellet Ianſenius? An illis objiceret, tu ad hoc non es ordinatus, neque poteſtatem accepiſti, ut deſerto hoc Papa alteri adhæreas? Si Epiſcopi illi qui à Papæ monſtris illis Baronianis, & Presbyteri qui ab iſtis monſtri-formibus Epiſcopis ordinati fuerant cum aliqua prava intentione, aut tacita ſtipulatione Simoniæ, aut ſimilium abominationum; à principio miniſterii

[a] Vide Catalog. Teſtium veritatis, aut Myſterium Pietatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſterii ſui, aut poſtea meliori mente imbuti poſt habuiſſent corruptelas illas, h.e. repurgaſſent cor ſuum, manus ſuas, miniſterium ſuum, mores ſuos, eccleſias ſuas; An inde Papæ-monſtra potuiſſent inferre, Nullam eos habere vocationem, nullam ordinationem; quia ab Eccleſia, h.e. à ſe non erant vocati aut ordinati, ad hoc quod faciebant, hoc eſt, ad reformationem illam; ad diſceſſionem illam à ſe Papis aut Epiſcopis iſtarum partium i. ſciſmaticis? Perinde eſt, ac ſi in regno aliquo ordinarius aliquis & ſupremus officiarius, aut miniſter regni ſeu coronæ, ut vocant, inferiores miniſtros in civitatibus & vicis ordinaret cum intentione, aut etiam ſtipulatione, non tantum ut munere illo fideliter fungantur, ſed etiam ut Liguæ e.gr. Gallicæ adhærerent, legitimum regem oppugnarent, &c. An dices illos teneri hoc promittere, & ſi per errorem promiſiſſent, nunquam poſſe ad ſanam mentem reverti, & ſe ac functionem ſuam ab adhærente illa corruptione liberare?

4. Quicquid intenderit ordinator, non ſequitur ordinandos in id conſenſiſſe, aut ſi conſenſerint per errorem aut ignorantiam, non ſequitur conſenſum illum legitimæ miniſterii ſubſequentis executioni objici poſſes, non magis, quam Pauli Apoſtolatui, quod olim in mortem Stephani conſenſerat, Actor. 7. ignorans enim fecerat, 1. Tim. 1. Et eſt regula juris: [a] Errantes & ignorantes conſentire non videri.

5. Etiamſi tale quid ordinati illi communi errore promiſiſſent, non tamen obligantur; ſi poſtea comperiſſent, Deo, vocationi & miniſterio ſuo, prout illud eſt ex divina & primæva inſtitutione ac ordinatione, præterea Catholicæ Eccleſiæ repugnare, promiſſa ulla ordinario & ordinatori ſuo facta; An propterea de facto nulla eſſet ipſorum vocatio & ordinatio, quia illi à promiſſis ſuis reſilirent, quia miniſterium ſuum non dirigerent ad peculiarem intentionem ordinatoris ſui? Minime. Et hic, ſi alicubi, obtineat illud decretum juris Canonici, ab omnibus Theologis & Caſuiſtis Pontificiis receptum; *In malis promiſſis reſcinde fidem.* Et illud, [b] *Si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapſus ſtipulanti Titio promiſiſti, quod non debueras promittere: palam eſt jure civili te obligatum eſſe, &c. Sed iniquum eſt te condemnari.*

IV. Hoc argumento contra vocationem noſtrorum cum pugnat Ianſenius mutat totum controverſiæ ſtatum, ut quidem ipſe eum conſtituerat; & imprudenter, volens nolens ad ipſos articulos controverſos, ſeu diſceptationem de doctrinæ veritate catholiciſmo, antiquitate prolabitur, quam tamen ut purgatorium ſuum horret. Si itaque filum hujus argumenti ſequi velimus, à prima principali illa quæſtione abſoluti erimus. Iam enim de ipſa doctrina ſerio agendum, neq; in fluidis & languidis illis interrogationibus hærendum, *Tu quis es, unde veniſti?* Transformata jam eſt quæſtio prætenſa, *An ullã habuerint vocationem*, in illam, *An ad doctrinam & Eccleſiam Reformandam ſint vocati, ſeu an non fecerint contra vocationem ſuam*, cum doctrinam Apoſtolicam, Catholicam, antiquam (quæ unica ſalutis via) mutarunt in exitiales hæreſes, & profanas novitates, ut vult Ianſenius. Sed quia de Reformatione ipſa, ejuſque neceſſitate poſtea aliquid dicendum erit, & Ianſenius perpetuo articulorum examen refugit; ſuffecerit hic per anticipationem dubiis quibuſdam de reformationis modo occurrere.

[a] L. Si per errorem, de juriſd. omn. judic. [b] Inſt. lib. 4. ti. 13.

CAPVT V.

Solutio Exceptionum adverſus Reformationem.

PROBATO jam quod ordinariis miniſtris corrupto ſęculo electis & corruptelis inquinatis, alia & nova vocatione opus non eſt, ad corruptelas deſerendas, & reſecandas; & talem mutationem non tollere, ſed ſtabilire potius eorum miniſterium; reſtat ex ſuperabundanti inſtantiis, quas adferre poſſent, aliquid reſpondeamus.

Prima eſt, *Nemini licere novitatem aliquam, contra univerſalem Eccleſiæ Catholicæ traditionem præſumere.*

Reſp. I. At noſtri tales novitates non præſumſerunt. Oſtendat vel unam novitatem Ianſenius. Sed huc trahi non poteſt, ita cauſæ ſuæ fidit.

II. Novitates, quas vocant, contra tunc graſſantem conſuetudinem in Eccleſia Romana veram & genuinam Catholicæ Eccleſiæ antiquitatem referebant.

Altera; *Non eſſe cujuſque privati hoc judicare, neque tantum hic ſibi ſumere.*

Reſp. I. Vt de judicio jam non repetamus; Negamus privato alicujus judicio cœptam Reformationem. Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Paſtorum, ſeu Parochorum, Presbyterorum, Concionatorum, Doctorum, Theologorum, Regum, Principum, Magiſtratuũ, Legiſtarum judicia ex verbo Dei populis præiviſſe dicimus. II. Certo hominum generi, aut numero, aut ordini, aut titulis Deus Reformationem & converſionem non alligavit.

Tertia. *Atqui exſpectandus fuiſſet univerſalis conſenſus totius Eccleſiæ ſive in Concilio, ſive extra Concilium.*

Reſp. I. Satis diu orbis exſpectaverat; & media ad illum Conſenſum, legitima ſcil. Concilia haberi non poterant, impedientibus ea Papis ob res ſuas privatas, quibus in Lateranenſi Concilio jam ſatis cautum putabant decreto illo de Papæ poteſtate ſupra Concilium. II. Nemo ſaluti ſuę, aut ſuorum ut conſulat quam optimè & tutiſſimè, ad momentum alicui cedere debet, ſive is numero, ſive authoritate aliqua polleat, exemplo Apoſtoli, Gal. 2. v. 5. Simul ac quis à Deo monetur, aut conſcientia ſtimulatur, parendum eſt vocanti Deo, tam in rebus fidei quàm morum, neque aliquo reſpectu differenda converſio, Heb. 3. v. 12. 13. Non eſt veritas detinenda in injuſtitia. Sermo erroneus ſerpit, & depaſcit inſtar gãgrænę. III. Hilarius, Athanaſius, & reliqui Patres Orthodoxi conſenſum univerſalem & deciſionem Orientis, aut Occidentis, aut utriuſque, aut ſpeciatim Papæ Romani non exſpectarunt contra hæreſes Arrianorum, Pelagianorum, &c. ſed quiſque pro ſe & in ſua eccleſia corruptioni illico ſe oppoſuit. IV. Etiã iniquioribus temporibus Eccleſia Gallicana aut Anglicana, aut Germanica, &c. univerſalem illũ conſenſum nó exſpectarunt, ſed Conſiliis factis, Conciliis & ſententiis ſuis Particularibus aut Nationalibus primò ſuorum, deinde & totius eccleſiæ (quantum in ſe fuit) perniciem averterunt. [a] Imo Carolus IX. de Concilio Nationali ad Reformationem Eccleſiæ ſerio cogitabat, idque inſtinctu Epiſcoporũ, inter quos Valentinus, Viennenſis, quorum orationes vide apud Thuan. lib. 25. quod inter alia Pontifici neceſſitatem generalis Concilii indicendi impoſuit. V. Quid ſi temporũ difficultatibus, Prælatorum aſtu, & Principum diſſidiis haberi non poſſent univerſalia Cõcilia (ut ſæpe contigit, imprimis durante 70. annorum ſciſmate, ante Concilium Cõſtantienſe, & poſt inchoatum Concilium Tridentinum, ut notat Surius ad an. 1545.) an propterea cuivis Eccleſiæ particulari in prava

[a] Thuan. lib. 28. & lib. 29. an. 1563.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

prava doctrina & moribus tantiſper erit perſiſtendum, ne quid tentet contra ordinem conſtitutum? An nemini interea licebit aut privatam converſionem aut eccleſiaſticam emendationem capeſſere, ne quid ſcilicet poſitivis formalitatibus, aut eccleſiaſticæ conſuetudini decedat. VI. Eccleſia Romana, quotieſcunque occaſio tulit, omnium Eccleſiarum totius orbis, imo ne Occidentis quidem conſenſum non exſpectavit, ſæpe non ſollicitavit aut expetiit, imo & excluſit aliquando, aut prævertit, cujus exemplum illuſtre in Concilio Romano, ſub Bonifacio, qui primus Epiſcoporum Epiſcopum ſe appellavit. Et in Concilio Florentino, ſub Eugenio. In Concilio Lateranenſi poſtremo ſub Iulio II. & Leone X. Et in Concilio Tridentino, ſub Paulo III. ubi Eccleſiæ Gallicanæ inter Occidentales non minime conſenſus exſpectatus non fuit, ne quid dicam de Anglica, Scotica, Danica, Suecica, Bohemica, maxima parte Germanicæ, Polonicæ, &c. VII. Conciliorum fatemur ſaluberrimam eſſe authoritatem; modo legitima ſint. Sed de iis, quæ ſecus ſe habent uſurpare poſſumus illud Nazianzeni: *Nullius Concilii exitum nos vidiſſe bonum,* imprimis ſi ad reformationem coacta ſint, quæ ab iis vix eſt ut communibus ſuffragiis concludatur, qui ipſi maximam corruptionis partem, imo principium faciunt, quod de Prælatis Romanæ Eccleſiæ totus mundus tunc credebat. Et quam fruſtraneo ſucceſſu Concilia Conſtantienſe, Baſileenſe, Florentinũ, Piſanum, Lateranenſe habita ſint, conſtat ex repugnantibus de ipſorum decretis & authoritate in Papatu judiciis; adeo ut ab illis nulla certa atque univerſalis Reformationis regula ultra ſperari poſſet; Et tutiſſima ac certiſſima in illo caſu eſſet Reformatio, quæ inciperet à ſeipſo, & deinde alios circumſpiceret, juxta illud, [a] *Tu converſus confirma fratres tuos.* Et [b] *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & Spiritu principali confirma me. Docebo tranſgreſſores vias tuas, & peccatores ad te convertentur.* VIII. Laudatur paucorum zelus & feſtinatio in cauſa Dei, toto quaſi corpore Reip. tardãte, Iudic. 5. 15. 24. Punitur Zelotypia Ephraim primariæ tribus, quæ à Gileaditis bellum ſuſceptum, non exſpectato ſuo conſenſu & auxilio querebatur. Iudic. 12. IX. Fruſtra expectatur ſententia Concilii univerſalis in Papatu, ubi [c] *excommunicati ſunt qui ad illud provocant.*

Quarta. *Pauci aliqui, aut pauciores ſaltem non debebant totius orbis, h.e. plurium ſuffragia poſthabere, aut prævertere.*

Reſp. I. In adiaphoris verum, in iis quæ fidem & mores concernunt, falſiſſimum eſt. Exod. 23. verſ. 2. ubi vulgata: *nec in judicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut à vero devies. Ne ſequaris multos ad malefaciendum, neque reſpondeas in judicio declinando poſt multos, ut perverſum quid committas.* Sic Loth, cum paucis ſuis à Deo monitus ocyus ex Sodomâ exivit; Ioſua ſolus cum domo ſua ſerviet Domino, ſiquidem totus Iſrael eligeret ſervire Diis Patrum ſuorum aut Amorrhæorum, Ioſ. 24. verſ. 15. *Contendite intrare per anguſtam portã, quia multi, dico vobis, ſtudebunt intrare, & nõ poterũt,* Luc. 13. 24.

II. Quod ſi plures imparati eſſent ad hoc opus, aut etiam omni conatu ſe opponerent, an pauciores plurium ſtupori & negligentiæ ſe ſuamque ſalutem addicerent, & cum pereuntibus perire mallent?

III. Applica regulam hanc ad ambitionem, avaritiam, luxum, invidiam, profanitatem, omnis generis flagitia, & vide quid concludendum. Quod ſi illo in caſu eam improbamus, quo colore in caſu hæreſeos, idololatriæ, (quæ crimina prædictis longe graviora) eam Reformationi opponimus?

[a] Luc. 22. [b] Pſalm. 51. 12. 13. [c] Vide excommunicat. 2. in bulla de cœna Domini; & ejus explic. apud Zvvarez. l. c. & Tolet. l. 1. c. 20.

Tantus honor & reſpectus nulli hominum ordini, aut multitudini habendus, ut per aut propter illos in æternum perire velimus. Nam quod Pontificii Doctores, de errorum eorum merito, in quibus ſequimur Prælatos, deque Pontifice trahente myriades animarum ſecum ad infernũ, cui tamẽ nemo debeat dicere, quare facis ſic? ſub umbra ſuaviter philoſophantur, credant, qui velint; nos non emimus tanti exitium noſtrum. Imprimis cum Deus mandet, Hoſ. 2. verſ. 1. *Litigate cum matre veſtra, contendite ipſam non eſſe uxorem meam, & me non eſſe virum ipſius, ut amoveat ſcortationes ſuas, &c.* Et laudentur Levitæ qui pro cauſa Dei ſui zelabant, Deuter. 33. 9. *Qui dixit Patri ſuo & Matri ſuæ, neſcio vos: & fratribus ſuis, ignoro vos: & neſcierant filios ſuos.* Et Chriſtus Matt. 10. 37. *Qui amat Patrem aut Matrem ſuam plus quam me, non eſt me dignus.* Et ipſi Pontificii prætextu cauſæ Dei, contra jus & ordinem naturalem ac divinum, filiis permittant proprios parentes deſerere, & iis invitis ac reclamantibus monaſticum vitæ genus eligere ac inſtituere, quod tamen ad ſalutem non eſſe neceſſarium ipſi fatentur. Quidni liceat Patrem aut Matrem ſpiritualem deſerere in caſu idololatriæ aut hæreſeos, à quo æterna ſalus neceſſario dependet, juxta illud Matth. 7. 17. *Cavete vobis à Pſeudoprophetis, &* 1. Ioh. 5. 21. *Fugite ab idolis.* Et Apoc. 18. verſ. 4. *exite ex ea* (Babel) *popule mi,* &c.

Non fuiſſe paucos aut pauciores, quorum ſuſpiriis, votis, conſiliis & conſenſu Reformatio peracta eſt, conſtat ex ipſo operis ſucceſſu, cum ad tubam primorum Reformatorum univerſus Papatus concitaretur; ad hoc erectum Euangelii vexillum quaſi momento tot Reges, Principes, populi undique concurrerent, adeo ut vix dolis, aſtu, falſis promiſſis, vi & armis, terrore ac minis alicubi impetum hunc ſiſterent; cogitare debebant quam multis, qui in illis partibus adhuc hærent, pœne perſuaſum fuerit ut fierent Reformati, niſi mundana obſiſterent, & quam pauci illis reſtent genuini Papiſtæ. Quid de amplitudine Eccleſiarum noſtrarum teſtentur ipſi adverſarii, infra dicetur. In Comment. ad ann. 1560. Surius Carthuſianus de Gallia, Polonia, Germania, ita conqueritur. *In Gallia pleriq; Calviniſmũ ſuſpirabant.* Et: Multa in Galliis, Germania, Polonia portenta viſa. *Iam enim paſſim homines à Catholica Religione ad plauſibilia multiplicis novi Euangelii dogmata deficiebant.* Et, *Non modo populi Germaniæ, ſed & reliquæ nationes inſtar torrentis ab Eccleſia Catholica deficere videntur,* ait Legatus Ducis Bavariæ. De Germania [a] Baronius: *Qua in re etiam Ægypti noſcuntur renovata prodigia, dum atra denſaque obvolutis illis ubique caligine, duntaxat in nova Geſſen, Bavaria ipſa tua, veri Iſraelitæ jucundiſſima luce perfruuntur.* Et tamen in illa Germanica Geſſen, ſuos à Lutheraniſmo avertere diutius non poterat dux Bavariæ, ut per legatum ſuum [b] conqueſtus eſt, in Concilio Tridentino.

De Italia [c] Marcus Antonius de Dominis Archiepiſcopus Spalatenſis: *In ipſa Italia (ſimplicibus atque idiotis circumſcriptis) pauciſſimi ſunt, qui Papiſtarum & Papæ vitia non abhorreant, & ab illis liberari non optitent.*

Nec fruſtra Biblia, alioſque authores Hiſpanicè & Italicè Genevæ, Londini, Amſtelredami atq; alibi editos, & inde diſperſos, Eccleſias præterea iſtorum idiomatum aliquando inſtitutas putamus. Plura non addimus, ne Inquiſitio exaudiat.

Quinta. *Atqui contra leges & conſuetudinem receptam multa circa Reformationem commiſſa, in templorum, monaſteriorum mutatione, honorum & beneficiorum Eccleſiaſticorum ablatione,*

[a] Tom. 5. Annal. præfat. ad Bavariæ ducem. [b] Oratio. habit. per Legatum Bavaricum 27. Iunii 1572. [c] In libr. de Papatu Romano, abſq; e nomine ejus edito 1617. Londin. in 4. p. 191.

tione, perſonarum Eccleſiaſticarum deturbatione.

Reſp. 1. Aliud eſt Reformatio ipſa, & actus directè eo tendentes, aliud actus illi, qui occaſione Reformationis per accidens potuerunt alicubi conſequi. Vt ex.gr. bella, factiones, conſpirationes, qui non ex Reformatione deducendi, ſed ex malitia eorum, qui quovis modo veritatem in injuſtitia detentum ibant. Ita prædicationem Euangelii per Apoſtolos turbæ, diſſidia &c. quod ſecuta fuerint, non Euangelio pacis, ſed hominum malitiæ adſcribendum.

2. Aliud eſt remotio impedimentorum ſeu abolitio deformationis, & aliud conſtitutio, ſeu introductio Reformationis. Illud ſolius Politicæ poteſtatis eſt, hoc partim Politicæ, partim Eccleſiaſticæ. Quod E. Gr. Sylva-Ducis armis capta & ibi rerum facies mutata, Ordinarii loco moti, nihil ad nos, ſeu Eccleſiam noſtram, atque eccleſiaſticos, qua tales, quamvis illa mutatio eſſet conditio neceſſaria, ſeu cauſa ſine qua non admiſſæ ibi religionis noſtræ, quæ abſque hoc erat excluſiſſima.

3. Totum ergo illud Regibus, Principibus, Magiſtratibus, Populis imputetur, qui facti ſui rationes coram toto mundo jã ſatis expoſuerunt: Non vero Eccleſiaſticæ noſtræ Reformationi, aut Eccleſiaſticis Reformatoribus, quos ſibi poteſtatem talẽ uſurpaſſe, nedum alicubi ea abuſos eſſe, nemo hactenus probavit. Quamdiu enim & ubicunque favore & patrocinio Politicæ poteſtatis deſtituebantur, privatim Deo ſuo juxta Euangelium ſervire ſatis habebant, donec Deus meliora.

4. Siquidem alicubi rigidius & inſolentius quædam in ſe admiſſa conquerantur Eccleſiaſtici. ex.gr. Fiſherus Epiſcopus Roffenſis in Anglia, qui vita; Epiſcopi in Dania & Suecia, qui poteſtate Politica: Epiſcopi & Eccleſiaſtici in Belgio, qui poteſtate Eccleſiaſtica & bonis ſuis exuti ſunt: cogitent ſe & ſua & prædeceſſorum ſuorum impietate, injuſtitia, rebellione, conſpiratione, proditione, & Papali Tyrannide, a *Principum quorundam ſeveritatem provocaſſe*, ut nobis alibi, ſed immerito regerit Janſenius. pag. 505.

5. Wittebergæ, Tiguri, in Anglia, in Dania & alibi Eccleſiaſticis volentibus omnis mutatio facta. Volenti vero non fit injuria. Itaque objectio illa pleraſque Reformationes non tangit.

Sexta. *Confuſio mera & omnis Eccleſiaſtici ordinis perturbatio, ſi laici, Reges, Principes, populus, abſque prælatorum & ordinarii miniſterii ſuffragiis & directione, aliquid mutent in Eccleſia.*

Reſp. 1. Pone caſum de moribus, an converſio & emendatio omnis illegitima? An ergo manendum in peccatis? an non exſurgendum, niſi volentibus & jubentibus Prælatis?

2. Speculatores dum cæci ſunt, dum ſtertunt, dum populum in errores ſeducunt, Malach. 2.7.8. Ierem. 6. verſ. 13.14.15. vult Deus ut quiſque conſcientiæ & ſaluti ſuæ provideat. Cum horrido & ferreo illo Baronii ſæculo, *nemo Prælatorum eſſet, qui Dominum excitaret ſtertentibus omnibus*; Quid an non pii ad vocem Domini in conſcientia ſua inſonantem debebant evigilare? Cum peſſum iret Eccleſia (ut habet conſilium delectorum Cardinalium) an cum pereuntibus pereundum potius omnibus, quam ut à malo ſe averterent, & exempla darent potius, quam exſpectarent?

3. Si quis ordo non obſervatur, id imputandum iis, qui omnia corrumpentes & turbantes, neceſſitatem illam introducunt: non vero iis, qui ut animas ſuas liberent in illa neceſſitate, non poſſunt, aut debent ſervare *aut ferre ullam legem, poſitivã ſcil.* ut regulam illam juris explicat Antoninus in ſumma par. 1. titul. 20. Et ſi Divus ille in

a Videantur hiſtoriæ de rebus Suecicis & Danicis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

in extrema neceſſitate corporali legem divinam, *non furaberis*, violandam, imo non eſſe tunc legem, quia omnia ſint communia, abſque ſacrilegio ſtatuere poteſt; quid nobis de legibus humanis poſitivis tale quid in extremo animarum periculo excipientibus, ſacrilegii & rebellionis, factionis Core, Dathan &c. crimen impingitur?

4. Sæpe indocti ſurgunt & cælum rapiunt, & docti cum ſuis diſputationibus in carne & ſanguine volutantur; ut habet Auguſtinus in Confeſſionibus. Quod in rebus fidei obtinuiſſe antehac, docet illud Proverbium: *Fides Laicorum optima*.

5. Falſum eſt abſque eccleſiaſticorum, Prælatorum, Paſtorum, Doctorum conſiliis, ſuffragiis, opera, Reformationem à Laicis (ut vocant) alicubi introductam: ut ſupra abunde & per partes demonſtravimus.

6. A ſolis ordinariis Paſtoribus omnem poteſtatem eccleſiaſticam, omnem Eccleſiæ & ſalutis curam, omnem converſionis & Reformationis promotionem ac directionem, omnem præparationem ac inchoationem aut per ſe aut per alios neceſſariò pendere quocunque in caſu; & abſque eorum conſilio ac directione in deformatione manendum, ac pereundum potius, nondum probavit Ianſenius, ubi hoc præſtiterit, erit nobis Apollo.

Septima. *Abſque Pontificis & curiæ Romanæ judicio atque opera Reformatio inſtitui non debebat; nedum Pontifice invito & repugnante.*

Reſp. 1. De Pontificis Monarchia Eccleſiaſtica ſuo loco videbitur.

II. Pontificis Eccleſiam propriam Romanam non reformarunt mutando unum in aliud, & transformando publicum cultum ac regimen iſtius Eccleſiæ, qui ex divina vocatione eccleſias ſibi commiſſas priſtinæ integritati reſtituerunt; ex gr. Archiepiſcopus Colonienſis ſuas, Epiſcopi Anglicani ſuas tantum, Zvvinglius cum Collegis Tigurinam ſuam tantum, Oecolampadius cum Collegis Baſileenſem &c.

III. Cuilibet Epiſcopo ex ſententia plerorumque Epiſcoporum, & Theologorum in Galliâ & alibi, jure divino competit juriſdictio; Immo Eccleſia eſt Eccleſia, unitas ejus eſt unitas, ac ſibi conſtat, dempto Papâ. Ergo in omni Eccleſiæ propagatione, collectione, reformatione non includitur neceſſario judicium & authoritas Papæ.

IV. Multa ab ipſis Pontificiis concilia celebrata, decreta facta, dogmata explicata, caſus deciſi, reformationes ſuſceptæ, hæreſes condemnatæ, abſque Papâ, invito Papâ, imo & contra ipſum Papam. Vide hiſtorias & acta Concilii *VVormatienſis, Conſtantienſis, Baſileenſis, Piſani*, & judicium Sorbonnæ de hæreſi Papæ *Iohannis* XXII. [a] Iudicia plerarumque Vniverſitatum de conjugio *Henrici* VIII. regis Angliæ: Iudicia Sorbonnæ, de doctrina Hildebrandicâ & Ieſuiticâ, quod ad independentias Regum ac Papæ poteſtatem temporalem, contra Ieſuitas ſpeciatim ſcripta *Marianæ, Zvvarezii, Bellarmini, Becani*.

V. Pone Papam & curiam Romanam centrum, radicem, truncum, caput, aquilam deformationis eſſe, an ergo ab illo reformatio exſpectanda? Reformationem petebat Rex Galliæ Henricus II. in capite & in membris. Et Imperator Sigiſmundus à Majoritis Reformationem inchoandam cenſebat. Saltem in moribus Cardinales cum Papâ ſuo eſſe magnam deformationis partem, & conſequenter eſſe maximum & præcipuum Reformationis ſubjectum paſſivum, nemo ex Pontificiis negaverit, ne ipſi quidem Pontifices Marcellus II. Adrianus VI. An ergo ab eodem fonte Reformatio aliquâ cũ ratione exſpectari debet, unde omnis corruptio? De deformatione doctrinæ per Papas *Honorium, Liberium, Innocentium, Johannem* XXII. ipſis Pontificiis fatentibus

[a] Thuan. Hiſtor. lib. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tentibus introductâ, ſimile eſto judicium.

VI. In Caſu tyrannidis & proculcationis legum atque omnis ordinis, ordo conſuetus haberi aut exſpectari non poteſt. Sed Pontificem in Eccleſiis Occidentalibus tyrannidem exercuiſſe; omnia turbaſſe in doctrinâ, diſciplina & moribus, jam ante Reformationem conqueſti ſunt quamplurimi, & noſtri unanimiter. Vt ipſe tot criminum reus inter alios Iudex ſedeat in propriâ causâ, imo ut ſolus ſententiam ferat & judicium peremptorium omnibus præformet, omni non tantum Eccleſiaſtico ſed & naturali ac humano juri repugnat. Quod ſi abſque Rege & Monarchâ Politico tyrannidem exercente, Reipubl. & Patriæ jam pereũti Proceres ſuccurrere poſſunt, quidni in Eccleſia idem obtineat, ubi Monarchia Papæ prætenditur? Zvvarez aſſerit cum Bellarmino & Navarro: *a Populum nunquam ita ſuam poteſtatem in Principem transferre, quin eam in habitu retineat, ut ea certus in caſibus uti poſſit; qui caſus intelligendi ſunt, vel juxta conditionem prioris contractus, vel juxta exigentiam naturalis juſtitiæ: Nam pacta & conventa juſta ſervanda ſunt:* &c. *Si Rex juſtam ſuam poteſtatem in tyrannidem verteret, illa in manifeſtam civitatis perniciem abutendo, poſſet populus naturali poteſtate adſe defendendum uti.*

Ex ſyſtemate doctrinæ Hildebrandicæ & Ieſuiticæ Reges abutentes non ſunt Reges, ſubditi à juramento fidelitatis abſolvuntur, propoſitis præmiis & aureolis in ipſorum capita & perniciem armantur, conjurationes omnes ſigillo confeſſionis foventur, nullo neceſſitatis caſu revelandæ. *b* Quid ſi Papa abutens, apoſtaticus, hæreticus, ſciſmaticus, flagitiis monſtroſus, diabolus incarnatus, peſſumdaret eccleſiam, an nulla ratione abſque ipſius judicio eccleſiæ & animarum perditio ſiſti poſſet? an abſque illo nulla vocatio, reformatio, miniſterium legitimum, Eccleſia, unitas catholiciſmus, animarum ſalus eſſet? Saltem locum hic inveniat illud Cajetani: *Eccleſia eſt in Papa, quando ipſe ſe habet ut Papa, ut caput Eccleſiæ; quando autem ipſe nollet ſe habere ut caput ejus, neque eccleſia in ipſo, neque ipſe in eccleſia eſſet.* Et paulo ante. *Sed adunatio perſonæ Papæ cum toto, id eſt, Eccleſia, eſt talis ſcilicet, quod ſine ipſa Eccleſia ſalvatur in ſua unitate. Ergo perſona Papæ poteſt diſſolvere ſe ab eccleſiæ unitate, hoc eſt, eſſe ſciſmaticus. Minor patet ex eo, quod ſede vacante, Eccleſia eſt una ſine ulla perſona Papæ.* Eccleſiaſticam diſciplinam abſque nominis Pontificii authoritate poſſe conſervari, memorabili & recenti exemplo ſuo docuit utraque factio Hiſpanica & Gallica, abſque qua alioquin nullus eſſet Papa. Vide exempla illa infra lib. 3. ſect. ult. cap. 6.

VII. Recentia exempla in contrarium ſuppeditat ipſe Papatus, præter Eccleſiæ Gallicanæ & Sorbonnæ, Eccleſiaſticorum in Dominio Veneto, &c. in conatu Epiſcoporum Hiſpaniæ, qui Papam cum curia Romana reformare, atque in ordinem cogere etiam aliter judicantes, etiam invitos non veriti fuiſſent, ſiquidem ſucceſſus reſpondiſſet in Concilio Tridentino. *c Carolus V. Ferdinandus, Maximilianus Imperatores* Reformationis doctrinæ & diſciplinæ formulas non ſemel conſcribi & executioni mandari curarunt, tum ſuo tum Principum Imperii nomine, abſque Papa, immo ringente illo, etiam poſt Concilium Tridentinum 1564. Idem fecerunt Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis Ann. 1536. edito Enchiridio Colonienſi in quo quidem à Pontificiis non eſt reprehenſus, imo laudatus ſummo-

a In defenſi. fidei contra Regem Angliæ lib. 3. c. 3. 3. *b* Becanus in aphoriſm. Calviniſtarum pag. 105. *c* Vide Thuanum lib. 2. & 5. & 36. Et Caſſandri Conſultationem.

ſummopere à Cardinale Sadoleto, ut conſtat ex Epiſt. ad Hermanum lib. 14. Exſtat etiam Reformationis formula Valentini Epiſcopi Hildeſemenſis in Synodo Epiſcopali concluſa An. 1539. & cum Enchiridio Colonienſi edita.

Octava. Non eſt ſatis ſi quis dixerit ſe veritatem prædicaſſe & vocatione ſua non abuſum. Vter enim erit iſtius controverſiæ Iudex, unuſquiſque qui prædicat, an illa Eccleſia, quæ, ut ais, ei prædicandi authoritatem contulit? &c. quid delirius excogitari poteſt, quam unumquemque in ſua cauſa judicem conſtituere &c. p. 127.

Reſp. I. Eccleſia quæ illos audivit, judicavit juxta illud Math. 18. *Dic Eccleſiæ*, etiam ore Prophetarum, Doctorum & Clericorum judicavit, juxta illud 1 Cor. 14. v. 29. *Prophetæ duo aut tres loquantur, reliqui judicent*, &c. *Et Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjecti ſint.* Sic ex. gr. Eccleſia Tigurina Zvvinglium ad prædicandi officium vocaverat, Baſileenſis Oecolampadium, Bernenſis Hallerum, Roſtochienſis Nicolaum Ruſch, Wittebergenſis Lutherum, & ſic quæque ſuos: Ipſę ergo illæ judicarunt de prædicatione ſuorum. Vt jus vocandi, ita & judicandi proximè & immediatè erat penes eccleſias illas, quibus nomen & ratio *Eccleſiæ* ſecundum Scripturas competit. Acceſſit ad abundantem cautelam, judicium non tantum vicinarum, ejuſdem nationis ſcilic. ſed & aliarum totius orbis eccleſiarũ, quæ Reformationem amplexæ.

2. Si Eccleſiæ nomine tu tantum intelligis Eccleſias omnes totius orbis coadunatas in concilio & judicio quodã univerſali, longe falleris: tum quod judicium tale vix unquã ſperari aut haberi poſſit: tum quod Nationalia, Provincialia, Epiſcopalia Concilia & judicia, imo & Academia, Collegiata, Capitularia in caſu doctrinæ ſemper tenent in papatu, dum Oecumenicum concilium nõ habetur. Quomodo in primitiva Eccleſia, antequã ulla haberentur Oecumenica, obtinuerunt Particularia, ut Romanum I. Ancyranum, & ſucceſſive Africana, quorum Canones uno volumine editi. Et ſub Carolo Magno Aurelianẽſe, Arelatenſe, Aquenſe, & tempore factionis Arrianæ Gallicanum illud ab Hilario coactum; [a] *quin & errorem ab univerſali ſeminatum, à nationali plerumque exſtirpatum & correctum*, ut nomine Regis Galliæ Cancellarius dicebat in conventu Poſſiaceno. 1561. Tum vel maximè, quod quælibet Eccleſia particularis familiæ, vici, oppidi, urbis & communitatis cujuſque dicatur, & revera ſit eccleſia, ut Cenchreenſis, Epheſina, Corinthiaca, Sardicẽſis &c. Apoc. 2. & 3. Act. 20. v. 28. Rom. 16. 5. Coloſſ. 4. 15. 1 Cor. 16. 19. ejuſque ſit judicium ac poteſtas Eccleſiaſtica 1 Cor. 6. v. 5. 6. 7. & 1 Tim. 3. v. 15. *Columna & firmamentum veritatis.* quippe cui primò inſit, & unde poteſtas illa exurgens, pluribus Eccleſiis in regno aliquo, aut regnis, aut etiam toto orbe unitis aptâ quâdam ſummetriâ adaptetur. Quâ ratione in Scripturâ Eccleſiæ aliquo vinculo propius conſociatæ vocantur *Eccleſiæ*, ut ratio, forma, & poteſtas eſſentialis eccleſiæ in ſingulis remanere, & non in totum aliquod ab illis diverſum transfuſa eſſe intelligatur per illam conſociationem; quomodo in Politicis poteſtas vicorum in civitates, civitatum & provinciarum in ſupremum ordinem ariſtocraticum, Regulorum in unum Regem confertur, in quo caſu non amplius poſſunt dici regna, aut reges, ut antea, ſed regnum & rex unus. Conſiderari enim poteſt & debet Eccleſia, ut totũ integrale, homogeneum, habens ſuas partes ſimilares; ſicut mare, quod dividitur in Atlanticum, Britannicum, &c. & rurſum ut genus habens ſuas ſpecies, ſeu potius ut ſpecies infima, habens ſua individua. Et ita legimus, *Eccleſias gentium*, Rom. 16. 4. *Eccleſias Iudeæ*, Gal. 1. 22. *Macedoniæ*, 2. Cor. 8. 1. *Galatiæ*, Gal. 1. 2. 1. Corint. 16. 1.

a Thuan. lib. 28.

16.1. Aſiæ, 1 Cor. 16. 19. Dei, ſanctorum, 1 Cor. 11. 16. & 14. 33.

3. Vbi Epiſcopi & Archiepiſcopi reformarunt, ipſi potuerunt eſſe judices, ex veſtrâ Theologiâ, quæ Prælatos, Eccleſiæ Proceres poteſtate ſpirituali, imo & coactiva regiminis ac jurisdictionis præditos ſtatuit. Non tangit itaque hæc exceptio reformationem Anglicanam, Colonienſem, Magdeburgenſem, Merſpergenſem &c. Sicubi inferiores Clerici & Paſtores abuſibus ſe oppoſuerunt, & Epiſcoporum ſuorum judicio, ut ex. gr. in Helvetia & Suecia, ibi prævaluit judicium Eccleſiæ, hoc eſt, populi, Cleri, & Magiſtratus, quod jure divino ab Eccleſia in unum Epiſcopum tranſlatum, nunquam probabit Ianſenius. Præterquam quod judicium inferioris Cleri in Archiepiſcopos & Epiſcopos ſuos probare ſolent Pontificii, quoties cauſæ ipſorum prodeſt, ut patet in Reformatione Anglicana & Colonienſi. Confer quæ de Reformatione diſſerimus ſect. 2. c. 13. & 19.

CAPUT VI.

Miniſtri Reformatores, quamvis vocationem habuerint in & ab Eccleſia Papali, non tamen inde ſequitur Papatum eſſe veram Eccleſiam, corruptionis expertem.

QUarta objecto eſt ad hominem, ut vocant, qua [a] Ianſenius ad abſurdum nos redigit, ut quidem putat. argumentum ſit tale.

Si primi Reformatores eccleſiaſticam & legitimam vocationem habuerunt ab Eccleſia Romana; Ergo Eccleſia Romana eſt vera & Catholica Eccleſia, & penes eam ſolam, ut & Papam, eſt authoritas & poteſtas Eccleſiaſtica.

Sed poſterius abſurdum ex hypotheſi noſtrâ; Ergo.

[a] Cap. 25. p. 119. & cap. 1. p. 141.

Reſp. I. Major falſa eſt. Apud hæreticos erat vocatio, ut probat Hieronymus dialogo contra Luciferianos, & tamen apud eos vera Eccleſia non erat, nedum ut ſola eſſet. Tantundem eſt ac ſi nos argumentemur, Pontificii apud nos fatentur eſſe verum Baptiſmum, ergo apud nos fatentur eſſe veram Eccleſiam. Novatianorũ vocatio & ordinatio ſervabatur apud Catholicos, & abſque nova ordinatione recipiebantur, ſi qui ab illis ad hos tranſirent, unde tamen non ſequitur Novatianos conſtituiſſe Catholicam Eccleſiam. Tempore ſciſmatum in Eccleſia Romana, plurimi habuerant ordinationem tantũ ab Eccleſiis, Epiſcopis & Papis ſciſmaticis, unde tamen concludi nollent, ſciſmaticam factionem conſtituiſſe legitimam & ſolam Eccleſiam Romanam. Apud Græcos, Armenios, Æthiopas, Abyſſinos hodie adhuc aliquid eſt Chriſtianiſmi, miniſterii, vocationis, ſeu ordinationis, fatentibus Pontificiis, quos tamen ideo facere veram & ſolam Catholicam Eccleſiam non concedent. In corpore moribundo & ulceribus aut vulneribus multis lacerato eſt etiamnum vita, eſt vitæ principium anima corpori illi unita: Ergo ulcus & vulnus illud non eſt vulnus, imo ſolum illud ulcus eſt anima & vita & principium vitæ, penes quod omnis vitæ ἐνέργεια? quam abſurda conſequentia? Sub Tyranno uſurpante, aut abutente aliqua eſt vera populi politia, aliqua officiariorum regni, aliqua juſtitiæ & judicum ratio; Ergo tyrannis & factio tyrannica ſola eſt legitima politia, & tyrannis eſt juſtitia?

II. Major ita corrigatur: Si in & ab illa Eccleſia habuerunt vocationem, ergo aliqua ibi erat adhuc vera Eccleſia, & aliquod miniſterium, quamvis contaminatum. Bona conſequentia, & eam priſci Reformatores conceſſerunt; & nihil in eo abſurdi ex ſententia noſtra. In Iſraele & Iuda cum omnia Idololatriâ eſſent contaminata, erat

adhuc aliqua ratio eccleſiæ, miniſterii, ſacramentorum, ita ut Deus, quamvis ratione abominationum appellaret eos *filios Æthiopum, Populum Gomorræ* &c. tamen ratione fœderis & fœderatorum, qui adhuc inter illos erant, appellaret *populum ſuum*, liberos eorum, *filios ſuos* Ezech. 16. v. 21. Sicut enim uxor adultera eſt uxor, quamdiu maritus eam non repudiat; Sic & Eccleſia aliqua eſt adhuc eccleſia Chriſtiana, licet erroribus & idololatriâ contaminata, quãdiu Deus miſericordia ſua libellum repudii non mittit (quod fecit Mahumetiſtis) ſublatis fæderis tabulis & ſigillis, hoc eſt, verbo ſuo & ſacramentis, atque adeo omnibus fidei principiis ac fundamentalibus articulis. Reliqua quæ ad argumentum hoc ſpectant, ſect. 2. cap. 8. pluribus explicamus.

Videamus nunc plures concluſiones, ſeu poriſmata, quæ Ianſenius ex hac ſua argumentatione elicit:

Primum eſt. [a] *Ergo omnes veſtræ criminationes adverſus veritatem*, (hoc eſt, additiones & traditiones Papiſticas) *excogitatæ, ſunt blaſphemiæ.*

Reſp. I. Si veræ & juſtæ ſunt accuſationes, quibus apoſtaſiæ ab antiqua ac catholica fide veſtram doctrinam convincimus, non ſunt blaſphemiæ. Eſſe vero tales, cuivis quacunque occaſione libenter oſtendere parati ſumus. Sint modo, qui hoc à nobis petant; ſint qui hanc in arenam deſcendere velint. Sed ab omni audientia, ab omni collatione excludimur.

II. Quam ſtolida hæc conſequentia? Erat adhuc tempore Lutheri aliqua ratio Eccleſiæ, & miniſterii eccleſiaſtici penes illas eccleſias Occidentis, quæ Papæ ſubjiciebantur; Ergo nulla publici cultus corruptio & deformatio ibi erat, & conſequenter, nulla opus Reformatione.

Alterum eſt: *Ergo Eccleſia Romana retinens claves à ſponſo traditas, & noſtris eas tradens, atque adeo vera Chriſti ſponſa, abſque blaſphemia à noſtris non poterat culpari.*

Reſp. I. Erat Eccleſia & poteſtas eccleſiaſtica, ſed corrupta, ſed moribunda. Itaque quatenus adhuc Eccleſia, habebat claves, & quatenus morbida ac moribunda, omni jure correptionem, atque adeo curationem ſuſtinere debebat.

II. Conſequentia eſt falſiſſima. In Eccleſia Iuda tempore *Achaz, Manaſſe*, &c. erat Eccleſia & Miniſterium eccleſiaſticum; & nihilominus omni jure Idololatriæ culpari poterat.

Tertium eſt: *Strumæ, gangrænæ, & ſimiles Eccleſiæ Romanæ labes, quas nobis fingendo pingitis, authoritatem & fidem eccleſiæ integram reliquerunt, neque fuerunt aliud niſi diſciplinæ, morumque corruptelæ, quæ* &c.

Reſp. I. Si nos fingendo pingimus, quomodo tamen revera ſtrumas illas fuiſſe fateris, cũ dicis eas fuiſſe *diſciplinæ corruptelas?*

II. Strumæ illæ fuerunt in doctrina & publico cultu, quod ipſa rei evidentia, & tot querelæ reformationem poſtulantium ſatis ſuperque docent, de quibus ſuo loco. Interim ſolus Pleſſæus tam multa hic collegit, ut lectori ſatisfacere poſſit.

III. Apud recentiores Theologos & Summiſtas occurrunt diſtinctiones illæ, [b] *ſecundũ jura antiqua, ſecundum communem doctrinam, ante conſtitutionem Papæ* (recentioris ſcilicet) *aut Concilii Tridentini. Facta eſt innovatio. Iam non eſt in uſu.* Quæ ſtrumas arguunt nova conſtitutione reſectas, ſtrumas, inquam, juris, non facti, doctrinæ, non morum.

Quartum Poriſma eſt: *Eccleſia illa ſi adhuc habuit claves & authoritate fuit munita, Ergo anathemate ipſius tenentur, qui ab ea anathemizatæ ſunt; vide amplificationes p.* 142.

Reſp. I. Perinde eſt, ac ſi quis cõcludat, Pilatus & Caiphas habebant poteſtatẽ judicandi, ergo non abuſi ſunt illa poteſtate, & Chriſtus non potuit tueri innocentiam ſuã & cauſæ bonitatem contra ipſius judicium.

II. Non ſequitur; eſt aliqua Eccleſia, eſt aliquod

a Pag. 141. b Tolet. inſtruct. Sac rd. lib. 6. c. 3. & 4.

quod miniſterium, quamvis erroribus & vitiis pęnè mortuum; Ergo ipſa errare non poteſt, neque in quæſtionibus fidei, ſeu juris, neque in quæſtionibus facti, ſeu diſciplinæ. Ergo judicio ipſius, atq; anathemate abſolute tenentur & innodati manent, in quoſcunque illa fulminare voluerit. Vide quæ de hoc argumento ſupra diximus ca. 3.

III. Cum Papa propter debitum pecuniarium, aut factionem politicam, aut rebellionem ſuam, aut aliud quodcunq; vitium ſeu ataxiam ſuam, injuſte aliquem excommunicat; an anathemate ipſius in foro externo & interno, hoc eſt, conſcientiæ jure tenentur omnes excommunicati?

Quintum eſt: *Ergo à tali Eccleſia abſq; ſciſmate & ſalutis jactura nemini diſcedere fas eſt.*

Reſp. I. Inconſequens. Relegetur ad vicum ſtramineum. Ab Idololatria, ab hæreſi, à ſciſmate recedere fas eſt, & quidem primo momento: etiam à cætu idololatrico, ſciſmatico, imprimis ſi correctionis & emendationis ſpes omnis ſublata ſit, idque ne contra Conſcientiam peccatis illis communicemus. II. De Seceſſione libr. 3. ſect. ult. Et de Eccleſia Romana libr. 1. ſect. 2. cap. 9. 10. 11. ex profeſſo agemus.

CAPVT VII.

Lutheri Monachatum & Zvvinglii Canonicatum non obſtare, quin illis poteſtas reformandi per legitimam vocationem fuerit collata.

QVINTA exceptio eſt ſpecialis contra Lutherum & Zvvinglium, qui inter primos Reformatores numerantur. Argumentum ſit tale:

a *Qui tantum fuerunt Monachi aut Canonici, illi ab & in Eccleſia Romana nullam habuerunt vocationem eccleſiaſticam ad colligendam & regendam eccleſiam, &c.*

Sed Lutherus tantum fuit Monachus, Zvvinglius Canonicus Conſtantienſis. Ergo.

Majoris Conſequentia probatur; Quia Monachi *omni Paſtorali eccleſiæ erigendæ, regendæ præfectura penitus deſtituti ſunt. tam enim exigua, exilis, & à nutu Paſtorum ſuſpenſa & evanida eſt illa non tam poteſtas, quam commiſſio, quæ ſubinde ad prædicandum religioſis datur, ut etiam poſtquam data fuerit, ne quidem ſuggeſtum in Parochiis adire queant, niſi Parochi ſinant: imo vel ſolo Prioris, Rectoris, aut Provincialis nutu auferatur.*

Reſp. I. Si totum argumentum concedatur, nihil infertur contra Reformationem Eccleſiarum & Reformatores illos omnes, qui ex ſuperiori aut inferiori ordine hierarchico reformationi manum adhibuerunt. In illis enim nihilominus ſtat nobis reformatio & ſufficit; quicquid eſſet de ἀταξίᾳ aliqua ab illis duobus commiſſa. Vide Catalogum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Paſtorum &c. ſupra poſitum. 2. Ex Ianſenii hypotheſi, ſed falſa, & contradictoria, nihil facit contra nos; noſtra enim reformatio, doctrina, Eccleſia, non in Lutherum, aut Zvvinglium, *ſed in Calvinum ſtat authorem*, ut Ianſen. p. 110. Præterea, *Lutherus, ejuſque fides & Eccleſia nihil ad nos*, cap. 25. p. 116. cur ergo monachatus ejus noſtræ cauſæ obeſſet?

II. Ex ſuperabundanti tamen reſpondemus ad majorem: Monachi & Canonici, qua tales, ſi non habent vocationem ad curam & regimen Eccleſiæ, habent tamen ad reformationem, quæ tum hortatione & conſilio, tum proprio exemplo peragitur, quod Laicis etiam concedit Ianſenius pag. 103. & 105. Et hoc hactenus ſufficit. Ordinaria cura & rectura Eccleſiæ ab illa ipſa Eccleſia, Presbyterio & Magiſtratu (qui jam ex. gr. alicujus monachi induſtria meliora edocti ſunt) poteſt in illum, aut alium aliquem libere conferri, ex praxi Apoſtolicæ & primitivæ Eccleſiæ, de qua

a Pag. 118. 129. 128.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

infra dicemus. Iam vero Lutherus univerſalem præfecturam, regimen aut miniſterium in Eccleſia univerſali, aut in univerſali Romana, aut nationali Germanica aut Saxonica ſibi nec ſumpſit, nec attribui paſſus eſt, neque unquam eccleſiæ noſtræ hoc illi detulerunt, non magis quam Catholici olim Athanaſio, aut Auguſtino tale quid attribuerunt, quos tamen divinitus in Eccleſia excitatos agnoſcebant, illum quidem adverſus Arrianos, hunc adverſus Pelagianos. Adhæc Lutherus ordinarium miniſterium non removit, aut ad ſe omnem illam poteſtatem attraxit, neque ordinarios loco movit, & ſua authoritate alios ſubſtituit, neque publica religionis ſeu idololatriæ Pontificiæ exercitia abrogavit: quæ ſomnia ſibi fingit Ianſenius, & falſitate ac imperitia pari præſupponit, infra à nobis plenius refutanda. Dicam amplius, imo ne unicæ eccleſiæ Wittebergenſis curam & regimen ſibi pro parte ſua adſumpſit Lutherus proprio motu, aut propria authoritate, niſi Principis, Academiæ, populi, Collegarum ex Clero conſenſu & authoritate accedente. Quid ergo primò & ſolus fecit? Themata ad diſputandum propoſuit contra turpiſſimam indulgentiarum nundinationem, de qua videantur Hiſtorici vobis omni exceptione majores, quippe Pontificiæ Religionis Thuanus; & Surius ad ann. 1517. quod illi licebat tanquam Chriſtiano & quidem Clerico ac Theologiæ Doctori & Lectori in Academia, accedente etiam peculiari ſui ordinis privilegio; præterea in Concionibus contra illas corruptelas plebem inſtruxit, quod illi ex officio Concionatoris incumbebat, erat enim illi poteſtas concionandi facta, fatente Ianſenio, pag. 119. Obteſtationibus præterea tum per literas, tum viva voce apud Eccleſiaſticos, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Paſtores, Principes ſuos, ſpeciatim apud Vicarium Ordinis ſui, ordinarium ſuum epiſcopum & Papam Leonem X. Reformationē abuſuum poſtulavit, urſit; tandem ad legitimum Concilium provocavit, ipſe autem nihil immutavit. De mutatione in Eccleſia ibi facta, dum ipſe lateret in eremo, ſeu Pathmo ſua poſtea redux judicavit, quid probaret, aut improbaret. Quid hic eſt, quod tali in caſu Theologo, Clerico-Monacho, Preſbytero, Concionatori, Doctori non liceret?

[a] Similiter Zvvinglius neque univerſalem Eccleſiam, neque Occidentales, neque Helveticas, neque ipſam Tigurinam conſtituit, rexit, aut publicum cultum atque ordinarium miniſterium abrogavit. Minime gentium. Sed Concionator & Presbyter cum eſſet, Magiſtratum, Clerū, populum Tiguri, publice & privatim ſana doctrina imbuit. Sed nihil interea per illum, aut alium aliquem in publico cultu & Politia Eccleſiæ mutatum eſt. Poſt Magiſtratus collationem ac diſputationem de ea inſtituit; omnem Clerum, etiam ipſos Epiſcopos ad illam evocavit, atque invitavit; ex qua cum de corruptelis Eccleſiæ, & Reformationis neceſſitate abunde conſtaret, decreto Magiſtratus, conſenſu populi, & Paſtorum ac Clericorum votis atque opera, abrogato cultu idololatrico, Reformatio in Eccleſia & Schola Tigurina conſtituta eſt. Vbi tum legitime miſſus Zvvinglius ab initio ordinario miniſterio functus eſt. Et nota mirabilem Eccleſiæ ac Magiſtratus Tigurini in Reformatione conſenſum. Quod objicit Zvvinglium fuiſſe Canonicum Conſtantienſem, atque adeo illo loco (Tiguri ſcil.) illegitime erexiſſe, formaſſe & gubernaſſe illum Eccleſiam, quippe qui nullam eccleſiæ paſtoralem curam aut præfecturam habuit, p. 129. & 118. qua factorum luce,

[a] Vide præfationem Bullingeri præmiſſam Apologiæ Tigurin. contra Teſtamentum Brentii. Et vitam Zvvinglii apud Melch. Adamum. Imprimis Zvvinglii opus Articulorum, Artic. 18.

luce, qua hiſtoriæ fide probat? Falſum eſt Zvvinglium Canonicum exiſtentem Conſtantiæ, Tiguri aut alibi gubernaſſe eccleſiam; Nec Thuanus, nec Laur. Surius, neque Bellarminus in Chronologia, neque alius aliquis veſter hiſtoricus, quod ſciam, hanc fabulam texuit. Fuit Zvvinglius ann. 1516. Paſtor Eccleſiæ Claronenſis, deinde & templi Eremitani, ubi triennio eccleſiæ illi præfuit, inde vocatus ad paſtoralem curam Eccleſiæ Tigurinæ, factus etiam fuit Canonicus ibidem. Cum jam puriorem doctrinam ibi aliquamdiu ſparſiſſet, & Samſoni Franciſcano Mediolanenſi, indulgentias venditanti, fortiter reſtitiſſet; Epiſcopus Conſtantienſis ad Senatum per litteras, deinde & ad Collegium Canonicorum querelas defert de nova doctrina Zvvinglii. Zvvinglius Senatui ſatisfacit, Epiſcopo reſpondet, & omnes Helvetios hortatur, ne cauſam Euangelii impediant. Fama de eo ſparſa Hadrianus VI. per Epiſcopum Verulanum amicè ei [a] ſcribit 23. Ianuarii 1523. Gliſcente contentione Senatus Tigurinus Miniſtris omnibus ſuæ ditionis mandat ut 29. Ianuarii 1523. Tiguri conveniant; Epiſcopum quoque Conſtantienſem rogat, ut aut ipſe veniat, aut aliquem è ſuis mittat. Cũ veniſſent frequentes, adeſſet etiam Iohannes Faber Epiſcopi Vicarius, actum eſt de diſſidio Religionis, ubi Adverſarii Zvvinglii cauſam ſuam tam turpiter deſeruerunt; ut Magiſtratus ſtatuis abolitis eodem anno, & Miſſa abrogata anno ſequenti, Reformatæ Religionis formam, quam Paſtores plerique jam amplexi erant, per totam ditionem ſuam publice introduceret. Quod exemplum Bernenſes 1527. imitati ſunt. De Reformatione Tigurina, & Miſſæ abrogatione videri poteſt Surius ad ann. 1525; ubi habet, *unum quendam Catholicum aliquandiu reſtitiſſe, &c.*

III. Majoris conſequentia nititur axiomate quod jus divinum nõ agnoſcit; quicquid ſit de poſitivo jure Eccleſiæ Romanæ. Monachis & Canonicis, presbyteris ſcil. & concionatoribus, qualis erat Lutherus, committitur cura animarum, & paſtura per verbi prædicationem, Sacramentorum adminiſtrationem, & regimen Conſcientiæ internum, atque adeo claves regni Cælorum, ſeu poteſtatem ligandi & ſolvendi, ut Canoniſtæ & Summiſtæ omnes ſtatuunt; ſed in hoc conſiſtit cura paſtoralis jure divino. Nam quod conſuetudine Eccleſiæ Romanæ regimen externum ab interno ſeparatur ac divellitur, & in hoc poſteriori aut ſolo, aut proprie ſtatuitur cura paſtoralis & regimen animarum. Quod Eccleſiaſticos diſtribuunt in gubernantes, miniſtrantes, ſupererogantes, juvantes, id nec de fide eſt, nec juris divini, nec perpetui uſus Eccleſiaſtici; neque adeo cum ipſis ſtatutis Eccleſiæ Romanæ per omnia convenit; Itaque temere illud fit, ſaltem abſque ſufficiente cauſa, & gratis à Ianſenio allegatur, abſque ulla probatione ex Scriptura & perpetuo Patrum conſenſu.

Pedem hic figat Ianſenius & doceat nos, *Clementi Alexandrino, Hieronymo, Ruffino, Bedæ, Gennadio, Tertulliano,* aliiſque Presbyteris aut Ephremo Syro Edeſſæ Diacono, aut Caſſiano, Vincentio Lyrinenſi, Bernardo, Ruperto, Tuitenſi aliiſque monachis non licuiſſe corruptelas doctrinæ aut morum ſe opponere, aut Reformationem aliquã neceſſariam pro ſua parte moliri, quia non erant Epiſcopi ſcil. & penes ipſos non erat regimen externum, aut juriſdictio Eccleſiaſtica. Cogitet Monachos, qui nunc deprimuntur maximis & ſummis Eccleſiaſticæ authoritatis & gubernationis actibus unà cum Prælatis defungi per Generales & Abbates ſuos, quibus jus ſuffragii in Conciliis Oecumenicis tribuit hacte-

[a] Vide Exemplum Epiſtolæ ſeu brevis Pontificii apud Melch. Adamum.

nus eccleſia Romana, ut conſtat ex [a] Bellarmini deciſione & factorum luce in tribus παπιςικωτάτοις Conciliis, Florentino, Lateranenſi, Tridentino.

Eſſe etiam inter Monachos, *Abbates, Præpoſitos & Priores Eccleſiarum Collegiatarum, regularium & ſæcularium* (ut loquuntur) qui ſubditos ſuos excommunicare poſſunt jure communi c. *tranſmiſſam*, c. *ſuffraganeis de Elect.* &c. inquit [b] Navarrus: de quorum poteſtate ſpirituali & temporali ſpecialiter in Paſtoribus ſeu Curatis ad eccleſias promovendis, vide Summiſtas & Canoniſtas, qui ſecundum antiqua jura deciderunt: quibus nunc frænum injectum à novo jure & Reformatione Concilii Tridentini, Seſſ. 23. cap. 10. Laxatum tamen nonnihil à congregatione ſacra, de quo Tol. lib. 1. c. 49. cũ lib. 6. c. 5. in appendice p. 1000. Et quærat ex Ducatus Brabantiæ & vicinis Imperii Abbatibus, atque adeo Abbatiſſis Ianſenius, an nihil ipſis juriſdictionis aut poteſtatis competat, quam veſperas canere in Choro? [c] An hæc ſit poteſtas illorum quaſi Epiſcopalis, quam communiter Doctores iis attribuunt?

De poteſtate Abbatiſſarum vide quæ infra Sect. 2. c. 7. annotamus. Clavi ſunt Monachi in tabernaculo, ex quo totus Papatus ſuſpenſus fuit.

Imo tota Eccleſia, & ſummus apex ſedis Romanæ, Monacho Abbati alicui ſubjicitur certo in caſu. [d] *Si Monachus factus Papa, abſque licentia Abbatis, debet redire, & ipſe compellet ſe redire*, &c.

Vni Abbati in inſula S. Columbani omnes Epiſcopos ſubjectos fuiſſe & ab eo ordinatum ac miſſum Epiſcopũ narrat [e] Beda.

Veri Religioſi: inquit, [f] Ieſuita à Lapide, *ſunt ſelecta & aptiſſima Dei inſtrumenta, ad animas convertendas, dirigendas & perficiendas & ſalvandas, uti tum hujus ſæculi, tum aliorum præcedentium multiplex experientia docuit, & docet.*

Eccleſiæ Collegiatæ curatæ Regularis præfici poteſt, ut communiter tenetur jure communi, licet contrariũ teneant Domini de Rota. Et, [g] *Secundum jura antiqua non poterat præeſſe Eccleſiæ Parochiali niſi ex neceſſitate*, diſt. 55. priſcis; hodie verò etiam propter utilitatem, quia magis probati ſunt Monachi eſſe utiles, quam ſæculares, &c. In Eccleſiis autem, quæ ad Monachos pertinent, pleno jure præfici poteſt ſola authoritate Abbatis & conventus, &c. vel etiam ſolius Abbatis, &c. Quomodo autem poſſit cogi Abbas non exemptus hoc caſu per Epiſcopum, non video, cum authoritate juris poſſit ei reſiſtere, & prævalere.

Monachi Dominicani non poſſunt à Prælatis impediri in officiis divinis celebrãdis; in Lectione Theologiæ; breviter tot privilegiis armati ſunt adverſus Epiſcopos, ut vix videam, in quo ipſis ſubſint. Vide privilegia illa recenſita apud Antonin. part. 1. Tit. 19. cap. 2.

Mendicantes, inquit Bruliſer, *& maxime Fratres Minores* ac prædicatores, ſunt etiam [h] *proprii Sacerdotes*, quia habent juriſdictionem delegatam à ſummo Pontifice.

Summum dignitatis gradum tenent illæ [i] religiones, quæ ordinantur ad docendum ſive prædicandum, ait Prieras.

De dignitate, authoritate & neceſſitate Monachorum in Eccleſia, deque privilegiis mendicantium, & Auguſtinianorum [k] Summiſtæ ipſorum & libri cujuſque Ordinis peculiares conſulendi, quibus illi ſe ſatis à contemptu iſto vindicatos putant.

Nondum ab Eccleſia ſunt anathemizati, quamvis

[a] De Conciliis lib. 1. cap. 15. [b] In Manuali c. 27. n. 5. [c] Sylveſter in voce *benedictio*. [d] Gloſſa in Cauſ. 18. qu. 2. c. *quam ſit* [e] Hiſtor. lib. 3. c. 4. [f] In Epiſtol. dedicat. ad Commentar. in Epiſt. Pauli. [g] Sylv. tit. de Religione cap. 7. [h] Citat Altenſtajus in Lexic. Theolog. voce *proprius Sacerdos*. [i] In ſumm. Sylveſtr. *tit. Religio*. [k] Vide Thomam pro Monachis contra Guilielm. de S. Amore, qui ipſis occurrebat, *vos qui eſtis, unde veniſtis*, ut noſtris Ianſenius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

quamvis [a] Sorbonniſtica cenſura notati, qui Monachos Hierarchiæ inſerunt, ejuſq; partem ſelectiorem faciunt. Vide iſtas, ſimileſque propoſitiones in Hybernia prædicatas & defenſas.

Et cum Epiſcopis, aut paſtoribus, ordinariis Eccleſiarum rectoribus importune & injuſte ſe oppoſuerunt Monachi aliqui, cur tunc non dictum eſt, nihil Monachis eſſe poteſtatis in Eccleſiarum gubernatione? Eraſmo Monachi ut ranæ Seriphiæ obſtrepere non deſtiterunt, quamvis Reformationi ejus faverent plerique Epiſcopi, neque abnuerent Pontifices. Sic in prima illa Reformatione Anglicana à Clero & regno Angliæ facta, circa uſurpationem Papæ, quinam pacem Eccleſiæ & regni ejus magis turbarunt, quam Monachi? quibus tamen cum nihil in gubernatione Eccleſiæ & Politiæ competat, laudi maximæ hoc ducitur. Vide narrationem [b] Surii de glorioſa pugna & [c] martyrio Monachorum, contra Epiſcoporum & Regni judicium pro cauſa Papæ. Quinam in regno Galliæ Conſiliis Regum, Principum, Senatus etiam Prælatorum quorundam de Reformatione, de Religionis diſſidio componendo, de Tolerantia, &c. magis ſe oppoſuerunt quam Monachi, quaſi eccleſiæ, regnique cura & regimen ſolis illis incubuiſſet? Tiguri, Baſileæ, ordinariis miniſtris & rectoribus ſe & Eccleſias ſuæ fidei commiſſas reformantibus monachi quidam primi, & vel ſoli in hoc opus involarunt. Iam enim ſæculis aliquot tantam in rebus Eccleſiæ, reformationem doctrinæ, aut morum, aut politiæ concernentibus, ſibi acquiſitam authoritatem uſurparunt, & conſuetudine atq; uſu Romano tunc recepto quaſi ſuam fecerunt, ut nemo contra hiſcere auderet. Quid dico rebus Eccleſiæ? jam conſuetudine quadam vim legis obtinente obtinuerat, ut nihil abſque architectura monachorum toto orbe ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, Populis gereretur. Hinc tanta ipſorum in Eccleſiaſticis & Politicis cura & authoritas, ut Alexander VI. nec Deum nec homines metuens, ſi quiſquam, dicere ſoleret, ſe malle maximum Chriſtianiſmi Monarcham offendere, quam vel minimum aliquem ex illis fraterculis; ut memini Eraſmum alicubi referre. Poſſeſſione ergo illa, quandoquidem jure Papali illi gaudebant & quidem contra veritatem & pietatem, utebantur; cur ilico cum pro veritate quid faciunt, ab omni audientia ſubmoventur? Dic hoc Patri Hyacintho (cujus laus eſt in Cancellaria Hiſpanica) Dic Patribus *Ieſuitis*, qui inſtar *Entis Metaphyſici* omnes actus, gradus, & conceptus Eccleſiaſticos à ſummo ad imum intime permeant & penetrant; quorum ignita, inſtar animæ mundi *Platonicæ*,

——totamque infuſa per artus
Mens agitat molem & magno ſe corpore miſcet.

Dic Dominicanis in Hiſpania; Oſtendent forte ipſa factorum luce quid in Eccleſia valeant Monachi.

Contra Canonicos non eſt quod excipiat: illi enim ſunt Sacerdotes, qui in templis præſertim Cathedralibus ſacris operam dant; quique in regimine Eccleſiæ quaſi *regni Conſiliarii* ſunt; quorum Collegium, ſeu Capitulum, h. e. major & ſanior pars ſede vacante Epiſcopis in omni fere poteſtate regiminis & juriſdictionis ſuccedit, ut minutim definit *Sylveſter tit. Capitulũ.* Quin & alicubi, ut Aureliis in Gallia, excepturi novum Epiſcopum, ab Epiſcopi cenſione & juriſdictione ſe immunes profitentur. Et Epiſcopus juramentum illis præſtat, ſe in eorum jura & ſanctiones nihil moliturum. Rod. Botereus comment. lib. 15. ad annum 1608.

[a] In cenſura facult. Pariſienſ. an. 1631. edita. [b] In Commentar. ad ann. 1535. à pag. 263. uſque 268. [c] De iiſdem Molanus in notis ad martyrolog. Vſuardi. 4. non. Maji.

1608. Illi in ordine ad ordinarios Paſtores & Rectores Eccleſiarum, titulo *Primarii Cleri* Archiepiſcopo Colonienſi & Ordinibus diœceſeos ſe opponebant, nihil ſine ſuffragio ſuo tale quid potuiſſe dictitãtes. [a] Ita Capitulares illi Canonicatum ſuũ neſcio in quam authoritatem evehunt, & quidem contra veritatem, contra decretum Archi-Epiſcopi ſui, & conſenſum Ordinum Diœceſeos, contra meliora ſua Conſilia, quæ Archiepiſcopo antea ſuggeſſerant. Ibi Gropperus magnam partem facit hiſtoriæ, ſeu Orationis Encomiaſticæ Surianæ. Sed ſi quid Zvvinglius, ſi quid Caſſander pro veritate & Reformatione ex Scripturis & antiquitate audent, reſponſum illis paratum erit; *Fuerunt tantum Canonici*, ille Conſtantienſis, hic Colonienſis: Itaque uſurpatio, ſacrilegium merum, facinus toto Oceano non abluendum.

IV. Ad Minorem. Monachus non tantum fuit Lutherus, ſed & Concionator Witebergenſis & Sacerdos ſeu *Presbyter*, & Theologiæ *Doctor*, & ordinarius Theologiæ *Lector* Wittebergæ, quæ poſtrema ad doctrinæ & Eccleſiæ curam plus habent momenti, quam regula monachalis. Infra p. 487. ubi amplificationi putat inſervire, & cauſæ non officere, ſatis alioquin liberaliter titulum illum admetitur Ianſenius. Sic & Zvvinglius fuit Presbyter, Concionator & Parochus ſeu Curatus primùm Claronę, deinde & Tiguri. Si [b] Bellarminum ſuum diligentius inſpexiſſet Ianſenius; potuiſſet ab illo diſcere, *Lutherum, & Zvvinglium* (de Calvino quod addit aperte falſum eſt) *fuiſſe Presbyteros*. Ecce vocationem ordinariam. Idem enim jure divino Presbyter & Epiſcopus. Et uſu humano & Eccleſiaſtico tempore Hieronymi omnia faciebat Presbyter, quæ Epiſcopus excepta ordinatione, ut ex Hieronymo ipſe Ianſenius refert; de quo infra dicendum. Et ſic jure Canonico Papali: [c] *Epiſcopi igitur & Presbyteri non penitus eſt abſimilis circa ſacra miniſteriorum diſpenſatio: illorum enim quæ gerere poteſt Epiſcopus, quædam Presbyter ſuo jure, quædam illius permiſſione, exequitur, quædam nullo pacto poteſt attingere.* Quæ dicit, ſolis Epiſcopis reſervata ſunt, *Eccleſias erigere, conſecrare, reconciliare, ſacrum Chriſma conficere, Clericos ordinare, excommunicare, pœnitentes publice reconciliare.* Quorum priora quatuor nunquam attigerunt Zvvinglius, Lutherus, neque ſoli, neque cum aliis: itaque coram foro Papali nullius ſacrilegii aut uſurpationis tenentur. Tria poſteriora nunquam ipſi ſoli aut per ſe tentarunt; ſed tantum in & cum Preſbyterio, approbante Eccleſia, & quidem ex ſpeciali Presbyterii mandato & commiſſione, juxta praxim & præſcriptum Apoſtolicæ Eccleſiæ, 1. Cor, 5. 4. cum 2. Cor. 2. 6. & 1. Timoth. 4. 14. & Philipp. 1. verſ. 1.

Cum communi Presbyterorum Conſilio eccleſiæ regebantur; ut recte Hieronymus. Poteſtatem Presbyteri alias ſatis liberaliter extollunt adverſarii.

[d] Onuphrius Panuinus: *Itaque ſummam rerum, animarum ſcil. curandarum negotium Presbyteris commiſit (Petrus Apoſtolus) ut Sacramenta Eccleſiaſtica plebi adminiſtrantes, orationi & miniſterio verbi cum epiſcopo vacarent.*

Iiſdem tribuunt poteſtatem clavium, & regimen internum, imo & nonnulli ſummum apicem regiminis & juriſdictionis externæ, cum dicunt: *Iure divino indulgentias poſſe dari à ſacerdotibus*, ſeu Parochis. In qua ſententia eſt *Summa Angelica, & Roſella*, & Canoniſtæ ab illis citati, & omnes illi doctores, qui ſtatuunt Indulgentiarum abſolutiones eſſe actum characteris ſacerdotalis. Qui omnes à recentioribus nunc refutan-

[a] Vide Surium ad ann. 1543. & 1544. p. 401. [b] Lib. 1. de Clericis cap. 3. [c] Lancelotus in Inſtitut. juris Canonici lib. 1. Tit. 21. [d] Libr. de Epiſcopat. titulis & Diaconiis Cardinalium.

futantur, ſpeciatim à Zvvarezio Tom. 4. in 3. Thom. diſp. 55. ſect. 4.

De ſacerdotum dignitate & excellentia ſupra angelos & virginem Mariam, vide [a] Stellam Clericorum & Gabr. Biel ad nauſeam & blaſphemiam uſque ineptientem. Sed de Presbyteris infra ſect. 2. cap. 12. adhuc agendum.

Concludo hoc Caput verbis *Ieſuitæ* Becani, ſi fortè iis doceri poſſet Ianſenius. Sic enim ille in Manuali Controv. lib. 1. c. 12. num. 39. *Ego ſic ſtatuo: Primo Lutherum ordinarie & legitime vocatum fuiſſe ad miniſterium eccleſiaſticum, quod in Eccleſia Catholica, ſeu Pontificia exercuit ante defectionem. Secundo non tamen ordinarie & legitimè vocatum fuiſſe ad miniſterium quod exercuit in Eccleſia Lutherana poſt defectionem. Priorem partem probo, quia ad ordinariam vocationem, ut ſupra dixi, requiruntur & ſufficiunt hæc quinque: primò electio; deinde purificatio; tertiò ordinatio ſeu conſecratio; quartò miſſio; quintò poteſtas & officium. At hæc omnia fuerunt in Luthero ante defectionem: nam cum eſſet Monachus Ordinis D. Auguſtini, poſt factam profeſſionem votorum, electus ſeu deſignatus fuit à ſuo Prælato ad ſuſcipiendum Sacerdotium: & ad hoc digne ſuſcipiendum præparavit ſe, ut credibile eſt, per puritatem animi, quantum fieri potuit. Deinde legitime ab Epiſcopo Sacerdos ordinatus eſt. Poſtea juxta morem Monaſterii miſſus eſt ad prædicandum Euangelium, & Sacramenta ritu Catholico adminiſtranda. Et eandem habuit in hoc genere poteſtatem, quam reliqui Monachi ac religioſi habere ſolent. Nihil ergo defuit illi ad ordinariam vocationem. Poſteriorem probo, quia poſt defectionem cœpit oppugnare Eccleſiam Catholicam ſeu Pontificiam, in qua ante vixerat: cœpit aliter docere, quam antea docuerat: cœpit abrogare feſta, &c.*

CAPVT VIII.

Reformationem & Religionem noſtram non ſtare in Calvinum Authorem.

SEXTA exceptio etiam ſpecialis eſt erga Lutherum & Zvvinglium qua multa inepte & imperite effutit, ſibi ſuiſque contradicens. [b] *Noſtram Reformationem & religionem ſtare in Calvinum authorem.* Argumentum ſit tale:

In quem authorem non ſtat Reformatio aut doctrina veſtra, ab illo non eſt derivanda vocatio Eccleſiarũ veſtrarũ.

In Lutherum aut Zvvinglium non ſtat doctrina veſtra, ſed in Calvinum.

Ergo, &c.

Probatur Minor. Cum quo nihil vobis commune in illum authorem non ſtat doctrina veſtra. Sed cum Luthero, &c.

Probatur. Quia hæreſes in Luthero condemnatis & Lutherani viciſſim in vobis, &c. Ergo.

Reſp. I. Concedi poteſt totum argumentum. Quia doctrina noſtra, aut ſucceſſio, aut Eccleſia proprie in nullum ejuſmodi ſtat authorem, ſive ille Zvvinglius ſit, ſive Lutherus, ſive mille Calvini. Sed in Prophetas & Apoſtolos ſtat authores & Magiſtros tanquam indices & manuductores infallibiles, & in Chriſtum tanquam unicum ſupremũ Magiſtrum Paſtorem, & Epiſcopum animarum noſtrarum. Quod ſi replices Calvinum nobis præformaſſe illud doctrinæ corpus; reſpondemus: Si per præformationem intelligas, præſcriptionem Magiſtralem aut infallibilem, abſolute negamus. Sin vero indicium aut manuductionem aliquam; ex parte concedimus, ex parte negamus. Neq; enim ſolus, neque ordine primus Reformationis noſtræ Doctor erat Calvinus, ne quidem in Eccleſia Genevenſi, ut in Philonio diximus, ſed poſt alios & cum aliis quã plurimis.

[a] In Canonem Miſſæ lect. 4. Adde jus Canonicum diſt. 96. c Duo. & Cauſ. 11. qu. 1. c. ſacerdotib. & 110.
[b] Cap. 25. p. 116. & 115.

rimis, qui pari paſſu cum illo ibant & illum ſecuti ſunt in ſuis quique eccleſiis & ſcholis lucem hanc doctrinę pari authoritate prę-ferentes. Iam vero in tales authores non magis ſtat doctrina noſtra, quam in mulierē illam doctrina & fides Samaritanorū, Ioh. 4. aut Apollus in Aquilam & Priſcillam, Act. 18. verſ. 26. aut Cretenſium in Presbyteros oppidatim ibi conſtitutos, Tit. 1. 5. aut Auguſtini in Ambroſium, aut totius Catholicæ Eccleſię in Auguſtinum aut Athanaſium, aut Cyrillum, aut ſimilem Orthodoxum doctorem, qui huic aut illi doctrinæ capiti facem intulerunt; aut Aquinatis in præceptorem Albertum, aut Bonaventuræ in Alexandrum Aleſium itidem Præceptorem, aut Ianſenii in ſuum Perronum, ſeu mavis Bellarminum, qui impudentiæ, ſophiſtices, maledicentiæ corpus in modum ſpongiæ illi præformavit.

II. Reſpondemus ad Majorem; Eam non eſſe univerſaliter veram: etiamſi enim in aliquem tanquam primum authorē nō ſtaret doctrina noſtra, tamen ab illo aut per illum poſſet derivari vocatio noſtra. Sic in Eccleſia Alexandrina à Marco & per Marcum derivare ſolent vocationem & ſucceſſionem, & tamen in illum tanquā primum authorē non ſtabat doctrina iſtius eccleſiæ; ſi enim primum tempore & ordine intelligis, fuerunt aut ſaltē potuerunt eſſe alii, qui prius Euangelii doctrinam illis præformarunt; Sin vero primum honore & authoritate intelligis, priores Marco diſcipulo Apoſtolorum erant ipſi Apoſtoli.

III. Reſp. Ad Minoris probationē; *Nihil nobis eſſe cū Luthero*. 1. Eam ſtultiſſime contradicere ipſi Ianſenio, p. 59. & 60. ubi Lutherum vocat *Patriarcham & Prophetam noſtrū.* h.e. ut ego accipio, primum & primarium patrem ſeu authorem & anteceſſorem doctrinæ & Eccleſiæ noſtræ. Et p. 486. *Vel noſtrā vel veſtram, prout Lutheranos etiam veſtros anguſtiis preſſi deputatis, quamvis liberati, eos tāquā hæreticos deteſtemini, veram & Catholicā Eccleſiā eſſe, utriq; in hac diſputatione ſupponimus.*

Contradicere etiam Eccleſiæ Romanæ, quæ omnes noſtros per Germaniam non tantum, ſed & Angliam, Belgium, Galliam cōmuni nomine Lutheranorū ſolet appellare. Legat modo hiſtoricos ſuos, *Thuanum, Iovium*; & Eriſticos Scriptores iſtius temporis, *Cæſaroduni in Gallia ridiculum ſimul & odioſum Huguonotarum nomen innotuit, quo qui antea Lutherani dicebantur, paſſim poſtea in Gallia vocari cæpere*, inquit Thuan. lib. 24. Et decreta Caroli V. & Philippi II. in Belgio, & Regū Galliæ Henrici II. Caroli IX. Et Henrici VIII. & Reginæ Mariæ in Anglia, contra Lutheranos, h.e. religionis noſtræ homines edita. Et ſic in Lutheranos ſæviit Inquiſitio Hiſpanica in Hiſpania, Luſitania, &c. Et Cōſilium ſanguinarium in Belgio cum Hiſpanis, ductu Albani miſeros noſtros Belgas, *Lutheranos, Dei inimicos, Regis proditores* proclamabat, & debitis ſuppliciis Ianſenianis afficiebat.

Quando nomen illud ab adverſariis nobis impoſitum, ex proprio ipſorum libitu mutatum ſit paſſim, aut cognomine aliquo auctum, infra dicetur. 2. Dicimus eſſe falſiſſimum nihil nobis eſſe cum Luthero; ut conſanguinitatem doctrinę jam ſigillatim non probemus, audiantur modo teſtes aliquot Pontificii.[a] *Ferrerius* apoſtata, quaſi Heraldum noſtrum agens, Lutherum vocat *le fils aiſnè*—Calvinum *le Cadet.* [b] Alter ſit Richeomus: *Luther fut le grand Patriarche, Calvin & les autres le petits fils,* in producenda reformatione ſcil. idem Lutherum vocat, *le Coryſée de la Reformation par tout hautain, & Docteur de l' Huguonotiſme.* Tertius [c]Eſpencæus: *Les Allemans Proteſtans, jadis vos freres de pretendue Reformation.* 3. Probatio illa, quia nos hæreſes in Luthero damnamus, & Lutherani viciſſim in nobis, ideo nihil nobis

cum

a In lib. *Catholiques & Eſtat.* edito contra Anonymi cujuſdam Theologi Brabanti admonitionem ad Regem Chriſtianiſſ.
b In lib. *Le Pantleon Huguenot deſcouvert. c, 86. 43.* c *Continua. i:n de la tierce conference, lib. 2. p. 92.*

cum illo eſſe; partim aperte falſa eſt, partim inconſequens. Nos quidem errorem illum Lutheri circa modum præſentiæ Chriſti in cœna non recipimus, immo rejicimus; non tamen varias hæreſes in Luthero damnamus. Cypriani & Africanorum placitum, de rebaptizandis hæreticis, Auguſtini & Innocentii Papæ ac plerorumque Patrum opinionem de Euchariſtia infantibus impertienda; ejuſdem de damnatione infernali infantum abſque baptiſmo decedentium; Irenæi, Lactantii, & quorum non opiniones Chiliaſticas rejicit eccleſia Romana æquè ac noſtra; neutra tamen in Patribus illis varias hæreſes damnat. Et quot alios errores tam in Patribus, quam Scholaſticis ſuis, & modernis Doctoribus non notant Pontificii & perſtringunt? quos tamen in hæreticorum Catalogum ab illis referri hactenus non vidimus.

Quod Lutherani quidam poſteriores, fraternæ caritatis obliti, & nimiũ, neſcio quibus ſuſpicionibus indulgentes, nos acerbius perſtrinxerint, & à cõmunione ſua excluſos voluerint, id neq; doctrinæ conſanguinitati, neq; cauſæ noſtrę, neque iis quę utrinque ante illam animorum abalienationem ab omnibus, aut ſerpente hoc malo à nõ paucis modeſtioribus & prudentioribus, melius in rẽ Eccleſiæ acta, tranſacta, dicta aut ſcripta ſunt, præjudicare poteſt aut debet. Omnes noſtri Auguſtanam Confeſſionem approbarunt, præterquam quod in articulo de cœna modus præſentię aliter ab illis, aliter à nobis ſit acceptus.[a] Et ſic in Colloquio Marpurgenſi à Luthero, Melanthone, &c. ab una; & Zvvinglio, Oecolampadio, &c. ab altera parte conſenſus in omnibus articulis firmatus eſt, excepto articulo de Euchariſtia an. 1529. *Et Lutherani cum Sacramentariis ibi pacti ſunt, ut deinceps à ſcriptis odioſis utrinq; abſtineretur*, inquit, *Surius* ad an. 1531. Quanquam poſtea à ſucceſſoribus controverſia illa ab illa parte denuo agitata uſq; ad ſeparationem; noſtri tamen parati fuerunt ut fratres eos amplecti, immo etiam vel invitos eos amare. Et non defuerunt inter ipſos viri pii & modeſti, qui meliora conſilia & ſecuti ſint & aliis perſuaſerint. quod ex ſcriptis *Pezelii* & *Bremenſium*, Hiſtoria Sacramẽtaria Hoſpiniani, Admonitione Neuſtadiana de libro Concordiæ, Paræi Eirenico & Heidelbergenſium inſtructione de fide Euangelicorum in Germania, &c. diſcat Ianſenius.

Et diſſidium illud fraternè componi poſſe docet Eccleſiarum in Polonia conſenſus, de quo in Paræi Eirenico, & Concordato Sendomirenſi, quod inſertũ Harmoniæ confeſſionum. Meliora etiam nos ſperare, & Pontificios plorare jubent Panegyris illa Principum Proteſtantium ſeu Auguſtanæ Confeſſionis, habita 1631. Lipſiæ, cui interfuere Elector Brandenburgicus, & Landtgravius Haſſiæ aliique principes, qui noſtram religionem profitentur; ut & colloquium illud ibid. inter Theologos utriuſque partis habitũ, & nunc publicè editum. Prꝑterea arctiſſima illa conjunctio inter Regẽ Sueciæ, & Bohemiæ cum Principibus & urbibus Imperialibus Germaniæ. Interea dum Deus noſtri miſertus huic infelici fratrũ exacerbationi medelã parat; tecum habita Ianſeni, & cognoſce quid jam ſæculis aliquot in ſe mutuo dixerint, ſcripſerint, egerint Põtifices, Cardinales, Epiſcopi, Capitula, Doctores, Ordines Religioſorũ, Vniverſitates, Eccleſiæ Nationales, Cõcilia Vniverſalia, Provincialia, uſq; ad condemnationes, excõmunicationes, ſciſmata, ſeditiones, latrocinia, bella, perſecutiones, omnis generis ſupplicia, quibus etiã in mortuos Pontifices, atq; alios ſævitũ.[b] Quomodo etiamnũ adverſis frontibus in ſe incurrant, & quibus elogiis ſe invicem cohoneſtent, dum ſeneſcente & ſe amplius nõ ſuſtentante hac putrida maſſa, in

[a] Sleid. lib. 6. [b] Vide Platinam & Stellam in vita Formoſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſa, in mille partes ſcinditur Papatus, in antiquum Chaos, & nihilum ſuum denuo redigendus. Si ex ſcriptis Polemicis quotidie prodeuntibus, ex indicibus expurgatoriis, &c. excerpere velim, volumina aliquot Janſenio pro unica iſta pagella reponerē.[a] Magnus ille hiatus inter Ieſuitas, eorumq; ſequaces Lovanienſes, & Dominicanos, omneſque genuinos Thomæ ſectatores, inter quos Duaceni, etiamnum firmatus eſt; quo fit ut illis Pelagianiſmus, iſtis Syncretiſmus cum hæreticis Luthero ſcil. Calvino, &c. pro Romana concordia & rara quadam fraternitate impingatur. Sed videat Lector Andr. Craſtovii bellum Ieſuiticum, Illyricum de ſectis & diſſidiis Papiſtarum, Mortoni apologias Catholicas, ipſos Indices expurgatorios, Bellarmini controverſias.

IV.[b] De Zvvinglio nihil ad probationem adfert. Tantum Zvvinglium quidem ſucceſſiſſe Luthero, & Calvinum Zvvinglio; ſed tamen nec Zvvinglium nobis doctrinę corpus præformaſſe, quod noſtra Synagoga ſectatur, cap. 24. p. 115.

Reſp. Omnia ficta ægrorum ſomnia. Qua ſucceſſione, quæſo, an ut Papa Papæ in univerſali magiſterio Eccleſiæ ſuccedere putatur? Talem nos non magis agnoſcimus in illis, quam in Pontificibus Romanis. An ut diſcipulus ſuccedit præceptori? ſic Zvvinglius Luthero non ſucceſſit neque ordine, neq; tempore, quippe qui Claronæ in Helvetia puram doctrinam ann. 516. ſpargere cœpit, antequam Lutheri nomen aut fama apud Helvetios innotuiſſet. Et ſibi applicare poterat illud Pauli, Gal. 2. *Nihil mihi contulerunt*; & ut *ſuper alienum fundamentum non ædificarem* Roman. 15. 20. Anno 1519. Tiguri Papæ indulgentiis ſe oppoſuit, teſte Surio ad ann. 1519.

An vero putat illos in eodem miniſterio, in Cathedra ſucceſſiſſe? Falſū. Neq; Zvvinglius in Lutheri, neq; Lutherus in Zvvinglii cathedram ſucceſſit, nō magis quam Lovanienſes in Sorboniſtarum, aut Sorboniſtæ in Lovanienſium. Et ſi ſerio putat Calvinum à quo nos denominat Zvvinglio ſucceſſiſſe, & Zvvinglium Luthero, cur nos toto cœlo, aut toto orbe diviſos vult à Luthero? Si dicat ſucceſſionem eſſe degenerem (quomodo nos dicimus Papatum ſucceſſiſſe Catholicis, ut morbum ſanitati, tenebras luci) jam non video quomodo Lutherus Patriarcha noſter dici poſſit? Cur etiā hiatum formet inter Zvvinglium & Calvinum, & illum à corpore doctrinæ noſtræ magis excludat, quam iſtum, ſi quæram, quem colorem dicet. Sed hæc hominis temeritas de Zvvinglii & Calvini ſcriptis ſibi non lectis, de eccleſiis noſtris, de fide, de doctrina, deque rebus reformationis, ſumma inſcitia & confidentia pronunciat,* ἡ ἀμαθία θρασύς. Diſcat ex hiſtoriis, ex authoribus noſtris, ex authoribus ſuis, ex rei ipſius evidentia egregium fuiſſe ab initio uſque in hunc diem inter eccleſias Gallicas & Genevenſem, & inter Helveticas conſenſum, aliquoties ſolemniter confirmatum. Corpus doctrinę quid, qualeque ſit noſtrū, quærat in Harmonia Confeſſionum; aut conferat ſaltem confeſſiones Helveticā, Gallicam, Belgicam, ut videat quid inter Zvvinglianos & Calviniſtas (ſic nos vocant) interſit. Calvinū nobis præformaſſe doctrinę corpus falſiſſimum eſt. Fuit illud formatū in Gallia, Anglia, Helvetia, Germania, Belgio, Polonia, Bohemia, imo & Genevæ, antequam Calvinus ibi aut alibi innoteſceret, Prædeceſſores Calvini in Eccleſia Genevenſi, *Viretū* & *Farellum*, & hunc primum ibi Reformatorem refert Stapletonus in Prompt. Catholic. ſuper Euang. Quadrageſ. p. 66. & 274. Vt omnes primi Reformatores, ita & plurimi proximi ipſorum ſucceſſores affirmare poſſent cum Frederico

[a] De concertatione Ieſuitarum & Dominicanorum vide Ambaſſ. & Negotiat. Perroni lib. 8. Et Hiſtor. P. Math. lib. 7. Narrat. 4. [b] Vide inter alia Apologiam Delrio præfixam Diſquiſ. Magic. Chriſtophorum de Capite Fontium tract. de neceſſar. correctione, &c. Didac. Alvarez de auxil. div. grat. diſp. 21. p. 963. *Id eſt, *Inſcitia audax* eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

derico III. Palatino, cum tale quid formulæ doctrinæ ſuæ & eccleſiarum Palatinatus objiceretur: *Sibi Calvini libros nunquam lectos.* In Comitiis Auguſtanis 14. Martii 1566.

5. Quod ſubjicit, *de doctrinæ corpore forſan mutando pro libertate Calviniani Spiritus.*[a]

Reſp. I. Niſi præcaviſſet ſuo *Forſan*, dicerẽ eſſe putidum mendacium. Nunquam mutatum fuit doctrinę noſtræ corpus, à prima reformatione eandem fidem profitemur, eandẽ tuemur uſq; in hunc diem. Fides illa toties mutata non eſſet Euangeliorum ſed temporum, ut loquitur Hilarius. Oſtendat nobis unũ fidei articulũ aut dogma, in quo eccleſiæ reformatę omnes, aut ſaltẽ alicujus nationis, ut ex. gr. Gallica, aut Belgica aut Helvetica, aut Anglicana &c. mutationem inſtituerunt, ut dici poſſint nunc aliter credere quam crediderunt, aut excõmunicationibus, condemnationibus, indicibus expurgatoriis & librorum prohibitorum reformatos in reformatos inſurgere. Sin minus fateatur ignorantiam, temeritatem & calumniam ſuam. II. Mutationẽ veſtræ doctrinæ, quæ inſtar materiæ primæ novas formas quotidie appetit & induit, facilius probares: Apud vos enim reſonant iſti termini, *ſecundum antiqua jura*, ſecundum *communem doctrinam. Sed hoc nunc non tenetur, communiter nunc ita tenetur, in his Magiſter* (Lombardus) *non tenetur, nunc poſt definitionẽ Eccleſiæ, ſic credendum &c.* & ſtatutum hoc ſeu *Caput loquitur ſecundum antiqua tempora.*[b]

CAPVT IX.

Defenditur vocatio Miniſtrorum, qui à primis Reformatoribus conſtituti, cum iis reformarunt, aut iis ſucceſſerunt ubi etiam de Papalibus Epiſcopis agitur.

OBIECTIONIBVS his ſublatis cadit tota machina Ianſenii ad ſubverſionem reformationis Eccleſię, miniſterii & Religionis noſtræ adhibita. Habuerunt enim vocationem ordinariam Reformatores noſtri: itaq; nõ uſurparunt, ſed ſibi collatam exercuerunt in eccleſiis quique ſuis. In illis ergo ſufficienter ſtat nobis reformatio & inſtauratio Eccleſiarum noſtrarum. Sed ut omnem plane vel ſpeciẽ ſcrupuli tollamus adverſariis, aliquid addemus de vocatione eorum, qui in illis particularibus Eccleſiis ſub Papatu vocationem eccleſiaſticam nullã habebant. Illi fuerunt vel miniſtri aliunde acciti & ſubmiſſi in ſubſidium, vel de novo conſtituti & ordinati. Aliunde ſubmiſſi jam vocationem habebant in Eccleſiis orthodoxis, quæ ſæculis aliquot ſuperioribus ſe ſeparaverant à Papatu; Quales miniſtri *VValdenſium, Albigenſium, & Huſſitarũ,* qui cooperarii Reformationis fuerunt in Gallia, in Bohemia, Moravia, Polonia & vicinis Germaniæ partibus. Fuerunt etiam nonnulli ab eccleſiis Reformatis jam conſtitutis ad alias miſſi. Sic in Belgio noſtro paſtoribus illis Eccleſiæ Papalis, queis Deus oculos aperuerat, quiq; aliqua reformatę eccleſiæ fundamẽta jecerant, adjunxerunt ſe nonnulli ex Gallia & Germania, quibus ratio vocationis ſuæ conſtabat in illis eccleſiis, unde ad nos prodibant, etiã in clandeſtinis noſtris Eccleſiis, à quibus evocati erant. Erant itaque omnes illi Miniſtri legitime vocati. Qui de novo in aliqua Eccleſia conſtituti & ordinati habuerunt vocationem ſuam ab eccleſiis conſtitutis, à presbyterio & Magiſtratu, ubicunque ſc. publica erat Reformatio & religionis exercitium. Nam ubi clandeſtina Reformatio, & religionis profeſſio, (qualis initio in Belgio noſtro & alibi) à Magiſtratu approbatio non exſpectatur; exemplo Apoſtolorum & primitivæ Eccleſiæ. In tali caſu Eccleſiæ & Presbyterii vocatio & conſenſus ſufficit. Quod Pontificiorum κακοζηλία & praxis in Anglia, Hollandia, Sylvæ-Ducis, & ubicunque exercitium liberum ipſis ademptum, imitari ſatagit. Quas vo-

a Pag. 115. b Gloſſa in diſtinct. 95. c. pervenit.

cationes in Eccleſiis reformatis jam conſtitutis eſſe legitimas mox defendemus. Ita ut nullius nationis reformatores monſtrari poſſint, qui abſque vocatione in miniſterium ſe intruſerint, qui ſe ipſos ordinarint, qui propria authoritate munus hoc uſurpaverint; nedum ut omnes primi Reformatores ſacrilegii rei ſint. Tantiſper ergo habeatur mendaciſſimus Ianſenius, qui in tanto negotio, à quo tota noſtra cauſa, ipſius judicio dependet, tam manifeſte, abſque ulla vel minima probationis, aut probabilitatis ſpecie mentiri auſus fuit. Quod ſi negotio iſti Reformationis miſcuerint ſe aliqui, ut cum Ianſenio loquar, laici, ſive ex primoribus, ſive ex ſcholaſticis, ſive ex mechanicis, mercatoribus &c. illi nihil aliud egerunt, quam quod Ianſenius omnibus licere aſſerit p. 103. & 105. miniſterio vero minime functi ſunt, niſi ſi qui ex illis legitime poſtmodum vocati.

Atque hæc quidem defenſio vocationis noſtrorum in hypotheſi ipſa factorum luce tenebras illas, quas offundere conatur, diſcutiens. Et corruunt jam ſponte ſua quæcunque vocationi omnium reformatorum primis illis ſuccedentium objiciunt. Vt tamen Ianſenii deſperatio lectori magis innoteſcat, non pigebit excutere unicam illam objectionem, in qua poſtremum refugium poſuiſſe videtur. Extat illa cap. 40. p. 170. 171. 172. 173. *Quamvis*, inquit, *tanquã vera & confeſſa concederem, quæ de illorum vocatione diſputaſti, nihil omnino ea tuam ipſius & comminiſtrorum vocationem promovent.* Ratio, *quia vocatio Eccleſiaſtica tantum ab Epiſcopis poteſt propagari, & non à ſimplicibus Presbyteris, præſertim monachis, multoque minus à laicis eccleſiaſticam ordinationem nullam habentibus.* Duobus argumentis hanc theſin ſuam confirmat.

Quorum prius deſumptum eſt ex praxi & indubitata ſententia Eccleſiæ Romanæ, ad quam pro aſſerenda vocatione confugimus, & ex qua poteſtatem Eccleſiaſticam primi Reformatores ſe traxiſſe putant. Alterum argumentum deſumptum eſt à conſtantiſſima doctrina quæ ſemper fuit; cujus teſtes citat Hieronymum, Clerum Alexandrinum, Synodum Alexandrinam & Epiphanium.

Reſp. I. Hac unica objectione totam cauſam vocationis atque adeo Eccleſiæ noſtræ ſi tolli velit Ianſenius, jus divinum & Scripturam, ſaltem unicum ipſius dictum, allegaſſet. O bliteum diſputatorem! II. Negamus propagationẽ illam vocationis per Epiſcopos peculiariter ita dictos, defuiſſe reformationi in pleriſq; locis, aut etiamnũ deeſſe in Germania & Anglia. Et nos qui ordine illo Epiſcoporum caremus, neque etiam indigemus ab Anglicanis, aut Germanicis ordinationẽ in forma petere ſemper potuimus, neque illi negarent, quippe qui doctrinam & miniſterium noſtrum libenter approbant. Ita evaneſceret magna & primaria illa contra reformationem exceptio. III. Multa confundit hic Ianſenius; imprimis *ordinationem* cum *vocatione*, quæ tamen diſtingui vult. Inſtitutum eſt dicere de vocatione, Ianſenius huc illuc vagatus, tandem concludit de ordinatione. Cap. 22. ſtatuit vocationem ordinariam à Deo conferri mediantibus *illis perſonis, quibus ipſe vocandi poteſtatem dedit.*

Atque hoc recte, quamvis juris divini tabulas ibi nullas proferat, ſed quænam ſint illæ perſonæ, ibi non applicat. Hic autem c. 40. è latebris prorepit & Epiſcopos deſignat. Sed vocationem exſerte non tenet, mutans eam in *ordinationem*; neque etiam *jus divinum* tanquam *poteſtatis vocandi* fundamentum prætendit; ſed tantum *Eccleſiæ Romanæ ſententiam*, & praxin, & *perpetuam doctrinam*, ab Athanaſii ſcil. & Hieronymi temporibus. Dicat ergo, ſi quid dicere velit, *Omnem illam poteſtatem vocandi miniſtros*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

eum omnibus gradibus & partibus ſuis, quam Deus Eccleſiæ contulit, jure divino in ſolis eſſe Epiſcopis & non extra illos. Et conſequenter nullam eſſe vocationem, nullam Eccleſiam, nullam ſalutem, ubi deeſt Epiſcopus papalis. Nos negamus; ſi ipſe affirmet, audiemus probationem ex jure divino; ſin minus, jam tradidit cauſam. Quid Laicis, presbyteris in vocatione competat, dicemus infra ſect. 2. c. 12. IV. Argumentum, quod ſumit ex perpetua ſententia & praxi Eccleſiæ Romanę, neq; verũ, neque Theologicum, neq; ad hominẽ. Primo verum nõ eſt. *Quia olim Eccleſiæ apoſtolicæ & primitivæ communi presbyterorum conſilio regebantur*, teſte Hieronymo: ergo in primitiva Eccleſia Romana omne regimen in uno Epiſcopo non reſidebat; Et requirebatur ad vocationem, *impoſitio manuum presbyterii.* 1 Tim. 4. 14. ubi per *presbyterium* intelligi *ordinem ſacerdotalem* ſentit Maldonatus in notis M. S. teſte Ieſuita *à Lapide* in Comment. ibidem, & nulla ratione evincunt, ſed ſua authoritate affirmant [a] adverſarii *per presbyteros* intelligi iſthic *majores presbyteros* tantum, hoc eſt Epiſcopos. Secundò argumentum illud non eſt Theologicum, quia non ducitur ex principio Theologiæ infallibili, ſacra ſcil. Scriptura. Nam à ſententia & praxi eccleſię Romanæ ipſi adverſarii credendi & imitandi neceſſitatem ſibi imponi non ferunt, ut patet in doctrina, *de Euchariſtia infantibus danda*; quam ſententia & praxi Eccleſiæ Romanæ ſæculis aliquot præſcriptam, etiam judicio ipſius Papæ Innocentii, nuper in Concilio Tridentino ſeſſ. 21. cap. 4. aperte rejecerunt. Tertio, non eſt argumentum illud ad hominem. Quia apud nos exigua aut nulla eſt authoritas Eccleſiæ Romanæ, imprimis recentioris: Extra eam nati & educati ſumus, ut & proximi majores noſtri; nulla itaque neceſſitudine, aut caritativa reverentia illi ſubjecti ſumus. Tantundẽ facit ac ſi Arrianus, Neſtorianus, Anabaptiſta, & quicunq; extraneus reformatis praxin ſuæ Eccleſiæ pro argumento opponeret. V. Alterũ argumentum, quod ex perpetua doctrina (totius Chriſtianiſmi) deſumere velle videtur, multis modis laborat: Nã primo, illi, quos citat, non ſtatuunt, jure divino, omnẽ poteſtatẽ vocãdi & ordinandi, ſoli epiſcopo competere, aut nulla neceſſitate citra Epiſcopi talis (qualẽ Ianſenius intelligit) interventum nec Eccleſiam, nec Clericos poſſe adduci, ut miniſtros cõſtituant. Secundo, pauculos illos, quos adducit, conſtantiſſimã facere totius Chriſtianiſmi doctrinã, *& illud Catholicum*, ſine quo nec fides, nec Eccleſia, nec ſalus ulla ſit; non credimus, neque ipſi doctores Papatus, ne quidem ipſe Ianſenius, quod ex ſemeſa, & trepida aſſertione ipſius facile colligitur, de qua ſupra; & ipſis illis verbis quæ in fronte hujus argumenti comparent p. 172. *Nam quamvis Hieronymus presbyteris, veſtro judicio multum faviſſe videatur.* &c. Non videtur, neque noſtro judicio tantum ſed revera favit, & quidem veſtrorum judicio: Sic enim Alphonſus à Caſtro: [b] *Nec etiam mirari quiſquã debet, quod B. Hieronymus, vir alioquin doctiſſimus ſic deceptus fuerit, quoniam quandoq; bonus dormitat Homerus.* Et ſuos, qui Hieronymi verbis aliã mentẽ affingunt, ita perſtringit: *Sed revera fallitur Th. VValdenſis, quoniam in toto illo diſcurſu poſt verba proxime citata, nihil aliud facit Hieronymus, quam ut oſtendat ex divina inſtitutione non eſſe differentiam inter Epiſcopum & presbyterum; ſed tale diſcrimen fuiſſe poſtea inventum ad ſciſmata tollenda.* Et Medina, *qui affirmat Hieronymum idem cum Aerianis ſenſiſſe, neque ſolum Hieronymum, ſed etiam Ambroſium, Auguſtinum, Seduliũ, Primaſium, Chryſoſtomum, Theodoretũ, Oecumeniũ, Theophylactũ in ea hæreſi fuiſſe,* [c] quæ quidẽ ſententia in illis Patribus tolerabatur, contrà in hæreticis tanquã hæretica ſẽper eſt dãnata.

Cum

[a] Bellarm, de Cleric. lib. 1. c. 3. & Corn. à Lapide in comment. [b] Adverſus hæreſ. lib. 6. tit. Epiſcopus. [c] Refert Bellarm. de Cleric. lib. 1. c. 15.

Cum ergo aliquis, qui ſemper habitus fuit Catholicus eccleſiæ Doctor, ſententiam contrariam hic tenuerit, ſequitur non eſſe illum articulũ fidei Catholicę, aut conſtitutionem Catholicam & quidẽ de jure divino, ſed tantum legẽ poſitivam & humanã, quæ in caſu neceſſitatis poſthaberi poteſt, ut infra Sect. 2. cap. 21. pluribus dicemus.

Tertio; Authores illi, quos citat, nihil aliud dicunt quã ordinem illũ fuiſſe tum in Eccleſia, & quidẽ Catholicè (ut putabant) atq; Eccleſiaſticè receptum. Contra ordinem illum tumultuantes, & pacem Eccleſię ex ambitione & contentione turbantes, ἀταξίας notãt. Breviter referunt ſolũmodo quid ſit juris recepti poſitivi Eccleſiaſtici, non definiunt quid ſit juris divini, aut eſſe debeat, abſque ulla exceptione in quocunque caſu. Illos reprehendunt qui commune jus illud in Eccleſia ſtabilitum non agnoſcebant, aut ordinem illum conſtitutum propria authoritate, & mala intentione, & plerumque in gratiam malæ cauſæ, violare, aut invertere ſtudebant. Diſtinguunt [a] Caſuiſtæ inter aſſertionem *temerariam*, *erroneam*, & *hæreticam*. Poſtremam definiunt, *quod ſit aperte contra fidem.* Oſtendat nunc Ianſenius ex Scriptura, Patrum conſenſu, teſtimoniis citatis, immo & Romanæ Eccleſiæ decreto infallibili ante tempora Lutheri, articulum illum fidei: *Solus Epiſcopus poteſt vocare & ordinare presbyteros; & quicunque in caſu neceſſitatis ab Eccleſia & presbyterio fuit ordinatus, non eſt presbyter, & invalidum eſt omne ejus miniſterium.*

[b] Præter *Hieronymum* & Patres à Medina notatos, negativã hic tenent, Eraſmus, Richardus, Armacanus Hibernicus Ann. 1360. quorum neminem ideo hæreſeos ab Eccleſia condemnatum memini. Certe Eraſmus non deſiit appellari *Dilectus Filius* à Papis Romanis, nec unquam à communione Eccleſiæ Romanæ excluſus, quamvis Monachi hæreſeos crimen illi intentarent. Addantur iſtis Anſelmus in Commentar. ad Tit. 1. Contarenus in Epiſt. ad Philipp. *Eo tempore*, inquit, *qui Presbyteri erant, etiam erant Epiſcopi, uterq; Ordo conferebatur Presbyteris.* Carthuſianus: *Porro, ut Haymo aſſerit, per Epiſcopos intelliguntur presbyteri:* &c. *Unde dici ſolet, quod in primitiva Eccleſia Epiſcopi non diſtinguebantur à Presbyteris. Epiſcopus namque dicitur, quaſi ſupra intentus, ab ἐπὶ quod eſt ſupra, & σκόπος intentio, ſed hoc Epiſcopis convenit, atque Presbyteris: Unde hoc loco per Epiſcopos, Presbyteri, & ſummus eorum, hoc eſt, Pontifex Philippenſium intelligitur.*

Azorius p. 2. l. 3. c. 16. *Apoſtolorum temporibus paſſim presbyteri, qui in civitatibus conſtituebantur, ſimul etiam erant Epiſcopi.*

Et ſic Ius Canonicũ diſt. 21. c. *unde & apud*, Et diſt. 95. c. *olim* & diſt. 93. c. *legimus*: ne prolixi ſimus, ſummam & mentem eorum ex [c] Lanceloto exhibemus: *Presbyterum autẽ & epiſcopum ſunt qui eundem olim extitiſſe aſſirment, & aliud ætatis, aliud dignitatis fuiſſe nomen. Sed cum multi in ſingulis eccleſiis presbyteri conſtituti eſſent, in remedium ſciſmatis factum eſſe, ut per illos unus eligeretur, qui cæteris eſſet præponendus: Electum autem epiſcopi retinuiſſe nomen, eligentes presbyterorum: quorum erga epiſcopos uſque adeo crevit honor, ut illis tanquam filii cæperint obedire*, &c.

[d] Guil. Durantes identitatem & nominis & officii multis rationibus comprobari dicit, adducto ad id loco Hieronymi.

[e] Lombardus: *hos ſolos* (diaconos & presbyteros) *eccleſia primitiva legitur habuiſſe, & de his ſolis præceptum apoſtoli habemus.*

Notum eſt, apud antiquiſſimos patres communiter omnes *presbyteros ſeu ſacerdotes, præſidentes, præſides, præpoſitos* προεστῶτας & προεστῶτας τοῦ λόγου, appellari, quę vocabula ſunt *Epiſcopo* ἰσοδυναμοῦντα: Tertull. apologet.

[a] Imma. Sa in Aphoriſm. tit. Hæreſis. [b] Refert Bellarm. Alphonſ. à Caſtro, & Prateolus. [c] Inſtitut. jur. canon. lib. 1. tit. 21. p. 32. [d] Rational. lib. 2. c. de Epiſcopis. [e] Lib. 4. diſt. 24. cap. de preſbyt.

get. c.39.& adverſus Pſychicos ca.ult.& de pudicitia c. 14. Iuſtinus apolog. 2. Euſeb. hiſt. Eccl.lib.8.c.6.& 7.cap.13. Cyprianus epiſt. ad Felicē de Martiale & Baſilide hæreſiarchis. Et in epiſt.ad Rogatianum. Et Origenes lib. I II.cõtra Celſum,de omnibus Eccleſiæ miniſtris cõmuniter affirmat, eos eligi πρὸς ἀρχὴν καὶ προστασίαν τῆς λεγομένης ἐκκλησίας, id eſt, *ad regimen & præfecturam Eccleſiæ*. Epiſcopos etiã vocant eos, qui oppidatim ordinati erant presbyteri, Cyprian. epiſt. ad Antonianum de Cornelio & Novatiano. Sæpius duos tantum gradus Eccleſiaſticos conſtituunt *Præpoſitorum* & *Diaconorũ*. Cyprian.epiſt.ad Pomponium, Iuſtinus Martyr apolog. 2. ubi de Euchariſtia agit, Cypr.epiſt.33. ad Rogatianum.

Quartò teſtimonium Hieronymi, *quo expreſſis verbis ordinationem excipere dicitur*, in Epiſtola ad Evagrium: *Quid facit excepta ordinatione Epiſcopus quod Presbyter non facit:* peſſima fide à Ianſenio huc trahitur; de facto loquitur, non de jure, neq; ordinationẽ dicit jure divino ſolius eſſe Epiſcopi, ſed uſu tunc recepto à ſolo Epiſcopo ſolere cõferri. Vnde inferri poteſt cõtra Pontificios, tunc temporis, ne quidem jure poſitivo & uſu Eccleſiaſtico in Eccleſia Romana fuiſſe Epiſcopos Papales (ut nunc deſcribitur eorum poteſtas,) qui ſolo eccleſiæ quaſi Principes, Satrapæ, *& Conſules*, externo regimine defungerentur, quibus Paſtores reliqui ſubjecti erant tanquam *ſervi & conſiliarii*. Etiã de facto omne regimẽ tum etiamnum penes presbyteros erat, excepta directione ordinationis, quoad exercitium. Deinde quid de jure & temporibus apoſtolicis ſentiat *Hieronymus*, ipſe per totam epiſtolã ſatis indicat, cum dicit: Apoſtolum perſpicue docere eoſdem eſſe presbyteros, quos Epiſcopos, & ex ejus verbis manifeſtiſſime cõprobari eundem eſſe Epiſcopum atq; presbyterum. Cum etiam oſtendit Alexandriæ non niſi tempore Heraclæ & Dionyſii hoc eſt, altero ſæculo poſt collectam ibi eccleſiã, diſcrimẽ hoc fuiſſe introductum. Cum ante à Presbyteris conſtituerentur. *Presbyteri*, inquit, *unum ex ſe electum, in celſiori gradu collocatum, Epiſcopum nominabant.*

Alterum Hieronymi teſtimoniũ adverſus Luciferianos repugnat Iãſenio, nõ enim presbyteris, ſeu paſtoribus, ſed diaconis ſubtrahit ordinationem; Et à [a] Bellarmino adhibetur hoc teſtimonium ad probandum, non Laicis, ſeu vulgo fidelium, ſed paſtoribus competere ordinationẽ. Nihil præterea cõficitur inde pro poteſtate, juriſdictione, & regimine externo Epiſcoporum, à quo omnes reliqui Paſtores jure divino excludantur. Ecce locum Hieronymi; prout integrum Bellarminus etiã exhibet: *Hilarius, cum Diaconus de Eccleſia receſſerit, ſoluſque, ut putat, turba ſit mundi neque euchariſtiam conficere poteſt, epiſcopos & presbyteros non habens, neque baptiſma ſine euchariſtia tradere: Et cum jam homo mortuus ſit, cum homine pariter interiit & ſecta, quia poſt ſe nullum Clericũ Diaconus potuit ordinare. Eccleſia autem non eſt quæ non habet Sacerdotes.* Deinde ex illo dialogo contra Luciferianos Hieronymi mentem clariſſime patere, & dicta ejus in Commẽtar. ad Tit. 1. inde illuſtrari contendit *à Caſtro* [b]: *Quod ſi hoc loco quæris, inquit Hieronymus, quare in Eccleſia baptizatus, niſi per manus Epiſcopi non accipiat Spiritum. S.* &c. *Diſce hanc obſervationẽ &c. & multis in locis idem factitatum reperimus magis ad honorẽ Sacerdotii, quam ad legis neceſſitatem. Alioqui ſi ad Epiſcopi deprecationem Spir. S. tantum defluit, lugendi ſunt, qui in vinculis &c. per Presbyteros & Diaconos baptizati &c. Ex quibus verbis*, ſubdit à Caſtro, clare patet illum ſentire, nõ eſſe ex neceſſitate legis quod Epiſcopus ſolus per manus impoſitionem Spir. S. conferat; ſed hoc eſſe ex Eccleſiæ inſtitutione ad honorem ſacerdotii.

Quintò. Teſtimonium illud Cleri & Synodi Alexandrinæ, quod exſtat apud *Athanaſium*

[a] Lib. 1. de Cleric. cap. 3. [b] Circa medium Dialogi.

naſium Apol. 2. nihil agit de jure divino, aut caſu neceſſitatis, ſed tantum de praxi Eccleſiaſtica tunc temporis ex ordine poſitivo in Eccleſiis illis recepto. Quales conſtitutiones veram fidem, eccleſiam & vocationem nec ponunt, ſi adſint; nec tollunt, ſi abſint. Plurimæ ejuſmodi conſtitutiones in Codice canonum occurrunt, de Patriarchis, Metropolitanis, Epiſcopis, Chorepiſcopis, Presbyteris, Presbyteris ruralibus, eorumq; vocatione, poteſtate, miniſterio, Politia, irregularitatibus; item de cenſuris Eccleſiaſticis erga lapſos, relapſos &c. item reconciliatione, probatione, & receptione pænitentium; Adhæc de mulieribus ſubintroductis, de diaconiſſis, de non jejunando, aut adorando, de geniculis, diebus dominicis, & à Paſcha uſque Pentecoſten, de numero diaconorum, de Paſchæ celebratione, de conjugio & ſtipendiis miniſtrorum, de bonis Eccleſiæ & pauperum, eorumque diſpenſatione, de tempore ordinationũ & baptiſmi; de pluralitate beneficiorum, de non reſidentia, de Conciliorum Provincialium celebratione, de nõ appellando trans mare; ſecundum quas eccleſiæ tunc temporis ſe gubernari paſſæ ſunt; quibus tamẽ aliæ Eccleſiæ extra Imperium Romanum, aut ſuccedentes in perpetuum obſtringi ſe non putarunt, imprimis ſi rei neceſſitas, & locorum, temporum ac perſonarum circũſtantiæ aliter ſuadere videbantur. Videantur apud Canoniſtas & Caſuiſtas diſpenſationes, exceptiones, indulgentiæ, & caſus neceſſitatis, qui in ſingulis fere capitibus inculcantur; ut de abrogationibus plurimarũ conſtitutionum per contrarias conſtitutiones, aut communem praxin nunc nihil dicam. Vide quæ infra ſect. 2. cap. 21. de caſu neceſſitatis & legibus poſitivis ſeu Eccleſiaſticis dicemus.

Sexto; *Epiphanii* teſtimonium tanti non eſt, ut ejus fide Hieronymum, Auguſtinum, & Patres ſupra nominatos una cum Aërio, inter hæreticos numerari velimus; idem enim illi de æqualitate presbyteri & Epiſcopi ex jure divino ſenſerunt, quod Aërius; niſi forte hic aliud quid voluerit, de quo quidem nihil certi ex Epiphanio ſtatuere auſim. Præſertim cum Theodoretus, Socrates, Sozomenus hæreſeos iſtius non meminerint, & in Euſtathii Sebaſtienſis Epiſcopi hiſtoria altum apud Eccleſiaſticos ſcriptores Aërii ſit ſilentium, & nulla Synodi cognitione cauſa ejus fuerit damnata. Adeo ut privatum hoc dici poſſit *Epiphanii* judicium & non totius Eccleſiæ, ex contentionis ardore magis, quam ex Scripturarum veritate profectum: denique diere poſſumus de Epiphanio aliisq; hæreſεωn nomẽclatoribus, quod Bellarm. de S. Philaſtrio Brixienſi, *Illud*, inquit, *eſt obſervandum multa à Philaſtrio inter hæreſes numerari, quæ vere hæreſes non ſunt: proinde cum prudentia legendus eſt*, de Scriptoribus Eccleſiaſtic. n. 380.

Contrà ex ſuperabundanti probamus, non eſſe de jure divino prætenſum Epiſcopatum.

Primò ex Scriptura, Philip. 1. v. 1. *Omnibus ſanctis, qui ſunt Philippis cum Epiſcopis & Diaconis*. Et Act. 20. v. 20. 28. *Presbyteros* Eccleſiæ Epheſinæ Apoſtolus vocat *Epiſcopos*. Ad quæ loca inter alia ab Hieronymo [a] allegata nihil reſpondent Pontificii, quam nomen *Epiſcopi* tunc temporis idem notaſſe, quod *Presbyteri*. Recte ſane. Ergo in Scriptura nihil occurrit, unde Epiſcopatus Papalis à Presbyteratu longe diverſus exſculpi poſſit. Aut enim illo, aut alio nomine res illa exprimitur. Quodnam illud eſt? *Doctor, Paſtor, miniſter, anteceſſor, propheta?* Eligant hic aliquid. Deinde indicent nobis loca, ubi res ſeu miniſterium illud peculiare (ut nunc eſt in Papatu) ſub nomine communi deſignetur, & quænã ac ubi ſint illæ inſtructiones ſpeciales, quæ ad ſolos Epiſcopos, & nõ ad reliquos paſtores pertinere debeant. Ad Titum 1. v. 5. & 7. Eoſdem illos à Tito oppidatim

[a] In Epiſtol. ad Euagrium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

pidatim conſtituendos, vocat presbyteros & Epiſcopos; ubi Arabs ἐπίσκοπον & πρεσβύτερον per ſuum אלקסים *ſenior presbyter* exprimit, & Syrus per קשישא & ἐπισκοπὴν 1 Tim.3.per קשישותא, cujus loco 1 Petr.2.verſ. 25. סעורא loquens de Servatore noſtro, id eſt, viſitator, curator, epiſcopus, à Chaldæo סער viſitavit, curavit, quo hebr. פקד Exod.20.5. 1 Sam.14. 17.à Targamiſtis, & Gr. ἐπισκέπτομαι Luc. 7.16.& Math.25.36.à Syro exponitur. Act. 20. 28. retinet Græcum אפיסקופא ubi Arabs habet אסאקפה ab Hebr. שקף proſpexit, contemplatus eſt.

Cum ergo & nomina & res, hoc eſt, munia & poteſtates presbyteri & Epiſcopi in Scriptura ſint communia, unde & qualem diſtinctionē, ex uſu poſteriori, in Eccleſias & Scripturas apoſtolicas inferent adverſarii. Vnde cum ordinē unum fateri coguntur, gradum illum eminentiæ, quem ſuperaddi hic ſomniant, nobis probabunt, an ex nomine, juxta Grammaticam Metaphyſicalem Scholaſticorum, quorum hoc fuit argumentum: *Supereminentiam, quam ſuperaddit Epiſcopatus, ipſum nomen nobis inſinuat: dicitur enim Epiſcopus ab ἐπὶ, quod eſt ſupra.* Bonaventura in 5.diſt.24.qu.3.47.

Secundò, probatur ſpecialiter ordinationē presbytero competere, ex 1 Tim.4.14. Paulo ac Barnabæ manus impoſita eſt à Prophetis & Doctoribus Antiochenis. Act. 13.v.1.2.3. Vbi tum erat Epiſcopus Papalis poteſtate ordinandi inſtructus? Nam quod diſtinguunt Presbyteros in majores & minores, probandum erat ex Scriptura, non mendicandum. Nam hoc eſt ζητούμενον, an in Eccleſia apoſtolica tunc eſſent tales Epiſcopi, poteſtate ordinis & juriſdictionis majores presbyteris, idq; jure divino. Deſperatæ cauſæ judicium faciunt contradictiones & torturæ Pontificiorum, quibus & textum, & ſeipſos, & ſocios ſuos miſerrime torquēt. Vide ſpecimen earum apud Ieſuitam [a] Zanchez comentar. in Actor. 13. qui etiam ingenue fatetur & probat ex 1 Timoth. 4. Tit. 1. Actor. 20. Philippenſ. 1. primis Eccleſiæ temporibus ſynonymas fuiſſe voces *Presbyteri & Epiſcopi*; itaque incertum eſſe, quinam Actor. 14. 22. dicantur conſtituti Presbyteri an Epiſcopi.

[a] Commentar. ad Actor. 14. 22.

Tertiò probatur ex Teſtimonio Hieronymi in Epiſtola ad Euagrium, ubi ex profeſſo hanc ſententiam ſuam tuetur, quæ minus prolixū eſſet hic deſcribere. Velim à Lectore, cui vacat, epiſtolam illam legi. Alterum ejus teſtimonium ex dialogo adverſus Luciferian. modo citavimus. Tertium teſtimonium eſt in epiſtol. ad Oceanum: *In utraque epiſtola ſive Epiſcopi, ſive Presbyteri (quanquam apud veteres iidem epiſcopi & presbyteri fuerint, quia illud nomen dignitatis eſt, hoc ætatis) jubentur monogami in Clerum elegi*, eſt in Comment. ad Tit. 1. De quo Ieſuita à Lapide: *Nota ſecundò, caute hic eſſe legendum Hieronymum; ait enim; Olim idem erat Presbyter, qui Epiſcopus, & propter ſciſmata conſuetudine potius, quam inſtitutione Dominica factum eſt, ut Presbyteris præeſſent Epiſcopi. Similia habent Sedulius, & Anſelmus.* Detorſiones multiplices verborum Hieronymi & excogitata commenta, dum *pie verba ipſius interpretari* conantur (ut loquitur Bellarminus) ſi quis ridere velit, adeat Alphonſ. à Caſtro, Bellarminum, Corn. à Lapide. Nec aliis, nec ſibi ſatisfaciunt, nedum nobis. Audi Bellarminum: *Obſervandum eſt, S. Hieronymum in illa ſua ſententia non adeo conſtantem videri, ut valde probabile ſit, eum non omnino certum fuiſſe.*

Ex reliquis Patribus ſupra à Medina indicatis, citabimus hic Auguſtinum, qui Epiſtol. 19. *Quamquam enim ſecundum hominem vocabula, quæ jam Eccleſiæ uſus obtinuit, Epiſcopatus Presbyterio major ſit, tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt. Chryſoſtomus, Primaſius, Theophylactus, Oecumenius*

m. nius in 1. Tim. 3. dicunt inter Epiſcopum & Presbyterum ferme nihil intereſſe.

Quod ſi unus modo ex probatis Eccleſiæ Patribus inveniatur, in hac fuiſſe ſententia, aut ſaltem fluctuaſſe, ſequitur non eſſe hoc dogma, nedum praxin ejus tam abſolute neceſſariā, ut ab ea omnis Eccleſiæ, fidei, vocationis, & reformationis ratio ſuſpendi debeat, quaſi ſcil. violatio, aut omiſſio talis conſtitutionis, totius miniſterii Eccleſiæ, & ſalutis nullitatē introduceret. Aut nos non ſumus hæretici hac in parte, aut Patres & Doctores illi nobiſcum fuerunt hæretici; quandoquidem idem ſenſerunt, quod nos, aut ſaltem dubitarunt. Iam vero *dubius in fide hæreticus eſt, licet contrariæ fidei non aſſentiat.* Cap. 1. de Hæreticis, & c. 1. de ſumma Trinitate.[a]

Quarto probatur ex jure canonico, diſtinct. 95. c. Presbyteros. *Iſtud Gregorii pro ſcandalo ſedando ſemel conceſſum legitur. Iſtud autem Leonis Papæ & Gelaſii uſu approbante prævaluit, niſi forte ubi aliquorum conſuetudo hoc admiſit, ut in abſentia Epiſcopi, extrema neceſſitate cogente & ex conceſſione Gregorii, Presbyteri baptizantes in fronte liniant. Vbi gloſſa: Quod Epiſcopus ea, quæ juriſdictionis ſunt, demandare poteſt presbytero.*

Et ex Ritualibus Romanæ Eccleſiæ ſeu canonica traditione, [b] Durantes Presbyteris in ordinatione partes ſuas aſſignat, ut Epiſcopo manum ſupra caput ordinādi tenente, manus ſuas juxta manus Epiſcopi teneant. Teſtes aliquot ex medio Papatu ſuprà produximus. Quibus addi poſſunt tāquam ſemi-teſtes omnes illi qui epiſcopalē juriſdictionē & Eccleſiæ Ariſtocratiā tuentur, ut Sorboniſtæ, & numeroſa illa factio in Concil. Tridentino, de qua hiſtor. Concilii lib. 7. quorum argumenta fortius ſtringunt pro parochis, quā pro Epiſcopis: quod adverſæ factionis primipilus Paulus Iovius illis ſuggerebat. *Quidquid*, ajebat, *in hoc genere operaretur id Parochis uſui futurū, ad ipſos Epiſcoporum imperio eximendos. Nam ſi articulus obtineat, confeſtim dicturos, Epiſcopum non poſſe ipſos Eccleſia dimovere, nec poteſtatem ipſorum reſervationibus reſtringere, & tanquam Paſtores immediate à Deo datos plus juris in gregem, quam ipſis Epiſcopis concedant vindicaturos: neque eſſe quod iis reſpondcatur.* Recte dixiſti, Iovi. Alteram manum ſemi-teſtium faciunt illi, qui ſtatuunt *Ordinem epiſcopalem non differre à Charactere ſacerdotali, niſi ſicut forma intenſa, à ſe ipſa remiſſa.* At magis & minus non variant ſpeciem. In hac ſententia ſunt Petrus de Palude referente Soncinate in 4. diſt. 25.

Aureolus (ut refert ibidem Soncinas) arguebat *gradum Epiſcopalem & ſacerdotum nō eſſe diſtinctas poteſtates, &c. probatur, quia ſacerdos authoritate Papæ poteſt ſacerdotem inſtituere. Ergo non differunt poteſtas Epiſcopalis, & Sacerdotii, niſi ſicut poteſtas impedita & non impedita, quæ tamen eſt eadem. Antecedens probatur, quia omnis virtus activa non impedita, poteſt transfundere ſeipſam.*

Tertiam Semi-teſtium Claſſem faciunt Doctores illi, qui dicunt, quod Papa poteſt committere cuilibet, ut conferat ſacramētum, *quod accepit, non alterum.* ut refert Thomas in 4. diſt. 7. art. 5. Et Papa *Gregorius*, qui fatente Thoma p. 3. qu. 72. ar. 11. & diſt. 95. ca. *pervenit*, Confirmationis adminiſtrationem Presbyteris conceſſit, tum ad evitandum ſcandalum, tum etiam propter neceſſitatem, cum non adeſſent Epiſcopi. Quod ſi jure divino eminens illa poteſtas ſoli Epiſcopo competit, utique in ea nunquā diſpenſaſſet *Gregorius*. Ergo ipſis Pontificiis fatentibus magnum illud & formale diſcrimen inter Epiſcopalia & Presbyteralia à jure Eccleſiaſtico tantum eſt, quod conſuetudine, neceſſitate, hominum arbitrio, mutationem ſubiit, & ſubire potuit.

Quintò. Ex eo quod Presbyteris cōpetat ſuf-

a Ita Zvvarez, Toletus aliique expoſitores Bullæ de cœna domini ad excomm. 1. b Durantes in Rationali lib. 2. cap. de Sacerdot.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſuffragium in Concilio, quod eſt notabilis actus regiminis & juriſdictionis: Et Cardinales tanquam Presbyteri Eccleſiæ Romanæ eligunt Pontificem,ut vult Ianſenius. Confer infra,Sect.3.Ergo etiampoteſtas eſſentialiter eadem cum Epiſcopali, & conſequenter poteſtas ordinandi.

Quod regimen etiam externum competat Presbyteris & Parochis jam ſupra indicatum eſt;quia poteſtas clavium, (ad quam pertinent cenſuræ & excommunicatio) jure divino illis collata eſt.Matth.18. & 16.& Ioh.20.v.22.23.Conſentit jus Canonicum, & liquido probat ex eo Iohann. Fileſacus Theologus Pariſienſis in Commentar. de Epiſcopis.

Quod ſpecialiter jus ſuffragii ipſis competat probatur ex deciſione & praxi Concilii Baſileenſis, quod quamvis ſciſmaticum appellet Bellarminus cũ ſociis; [a] Sorboniſtę tamen ut legitimum habent, quippe cui Pragmaticam ſanctionem, & libertatẽ Eccleſiæ Gallicanæ acceptam ferunt. Et nunquam vel unica ratione ab adverſariis oſtẽſum eſt,tale ſuffragium jure divino illis negatum, aut etiã antiquo jure Eccleſiaſtico; cum in Conciliis præſentes eſſent,ut in Romano & aliis:de quo vide hiſtoriam Euſebii lib.6.c.43.& 7.24.& 7.28.

Sextò. Quia etiam Capitulo Canonicorum,Abbatibus & ſimilib.Prælatis regularibus qui non ſunt Epiſcopi, vocatio & ordinatio competit, immo & juriſdictio, ſeu poteſtas excommunicandi,ut jam ſupra dictum eſt.[b] Quin etiam duo Abbates infulati cum Epiſcopo,poſſunt ordinare Epiſcopũ, ut aliquando fieri ſolet propter Epiſcoporum raritatem; ex diſpenſatione ſcil.contra Canonem apoſtolicum.Ergo ſolus Epiſcopus non eſt perſona illa intermedia, ſine qua Deus neminem vocat,& ſine quo non eſt regimen externum in Eccleſia. Accedit quod illi *ſunt Prælati* Eccleſiæ,qui ad diſtinctionem ſæcularium,dicuntur *Prælati Religionum,& Regulares*;& dividuntur in *Locales,Provinciales,Generales*.Illis ergo qua Prelatis aliquid immunitatis & poteſtatis eſt in Eccleſia,&nõ ſolis Epiſcop.jure ſcil.divino.

Septimò.Quia nec forma,nec fundamẽtũ Papalis Epiſcopatus hactenus definitum eſt, ſed de iis adverſarii interminabilibus adhuc diſceptant litibus. Forma ſeu eſſentia Epiſcopatus,prout ſpecificè diſtinguitur à Preſbytero,aut Parocho, in eo conſiſtit, quod poteſtatem Clavium habeat, quantum ad regimen externum&juriſdictionem; Parochus vero non habeat, ſed tantum regimen Conſcientiæ internum,quamvis etiam aliquid juriſdictionis.Separari autem &divelli in Paſtore Eccleſiæ regimen ſpirituale internũ ab externo, hactenus ex Scriptura & jure divino inauditum & indefinitum eſt; nec contrarium ſentientes hæreſèos condemnati ſunt; ut ex.gr. Concilium Baſileenſe, jus ſuffragii tribuens Presbyteris in Conciliis Oecumenicis,& Eccleſia Gallicana,quæ illud defendit.Vide diſtinctiones & exſtinctiones circa formam Epiſcopatus,apud Tolet.lib.1.cap.71. & in appendice ad librum 6.c.1.& 2.

Fundamentum Epiſcopatus,qua talis,debebat eſſe ſpecie diſtinctum à fundamento Presbyterii;alioquin non erunt [c] relationes ſpecie diſtinctæ. At nondum ſpecie illud diſtinctum fundamentum inveniri,aut definiri potuit.Nam quot ſint Ordines,& Sacramentum Ordinis, Collatio ordinis, Impreſſio Characteris, an & quomodo idem aut diverſum quid in hoc negotio faciant, Theologi & Canoniſtæ Doctores certant, & adhuc ſub judice lis eſt.

De quo certamine vide Bellarmin. de Clero lib.1. imprimis ad Toleti lib.6. appendic. Fornarii cap.1.& 2. Manipulum

[a] In actione P.de la Marteliere pro Univerſitate Pariſ.contra Ieſuitas An.1611. [b] Bellarm. de Eccleſ.lib.4.c. 8. [c] Commune ſcholarum pronunciatum eſt: *Relatio non conſurgit in ſubjecto niſi poſito fundamento & termino*; & fundamenta in quantum ſunt cauſæ diverſarum relationum, ſpeciem dicuntur conſerre, quaſi terminos formales inferentes, à quibus ſpecificatio deſumitur, ut Thom.p.3.qu.35.art.5.explicat Ruvius in Logic.c.7.de prædicam.quaſt.6.

Curator.tr.5.c.2. Et Scholaſticos in 4.diſtinct.24.& 25.

Eſt & alius modus, an & qua neceſſitate ordo unus alium præſupponit, quem explicare ſe putat Thomas in 4.diſt.24.art.4.

De forma & conceptu Epiſcopatus Apoſtolici, 1.Tim.3.v.1.ab EpiſcopatuPapiſtico longe diverſi,aliquid ibi monetIſidorus Clarius: *Quum vero*, inquit, *Epiſcopatum cogitas: ne referas animum ad hæc tempora, quibus Epiſcopi nihil minus norunt, quam eas partes, quæ illis à Paulo aſſignantur, neq; quidquã aliud nunc intelligitur appellatione Epiſcopi, quam fructus, & vectigalia, & immanes honores.*

Octavo. Quia,ſi jure divino ſuperioritas illa competeret Epiſcopo, tum nemo Clericorum aut Minorum Presbyterorum regimini& jurisdictioni illius poſſet ſubtrahi; Sed in Papatu hoc ſtatuitur poſſe fieri. Nã Ieſuitas *Gregorius XIII.* per bullam 1576. & aliam 1584.*omni juriſdictioni ordinariorum exemit; Et ipſi tanquam ſuperintendentes Eccleſiæ ſunt conſtituti*,ut loquitur VniverſitasPariſienſis. Eſt ergo hoc jus poſitivũ Eccleſiaſticum, non divinum faciens articulum fidei; niſi quis dicere velit;Papam poſſe mutare jus divinum,& articulos fidei, aut ſaltem *diſpenſare in præceptis Apoſtolorum, & Conciliorum, & in Bibliâ ſcriptis*, ut quidem cum illa limitatione hoc defendit Petr. de Palude in 3.diſt.40.qu.2.

Nono. Quia ſi talis poteſtas Epiſcopalis, eſſet de eſſentia hierarchiæ,Eccleſiæ,& Politiæ Eccleſiaſticæ;tum nulla eſſet Eccleſia, nullus Clerus , nulla Politia, ubi deeſſent Epiſcopi,& dicendum eſſet aperte: *Eccleſia non eſt,quæ non habet Epiſcopum.* Sed in Anglia clanculũ Eccleſiã Anglicanam ſe habere putarunt Pontificii ſub regno Elizabethæ & Regis Iacobi,quãvis Epiſcopis deſtitutã,*idq; per monopoliũ Ieſuitarum*, ut loquitur[a] Vniverſ.Pariſ.Nã regimẽ iſtius Eccleſiæ tunc fuit penes aliquem Archipresbyterũ.

Decimo. Si abſolutè jure divino juriſdictionis & ordinandi poteſtas ſoli Epiſcopo competit,neque ullus neceſſitatis caſus facit exceptionem;tum myriades animarum perire poſſent ſola abſentia aut defectu Epiſcopi; quia neque excommunicati reconciliari poſſent, neque pœnitentes abſolvi in caſibus reſervatis,neque templa,altaria dedicari,neque virgines ſacræ conſecrari,neque chriſma confici,neq; baptizati confirmari,neque presbyteri ordinari,neque Eccleſiæ paſci (h.e. Epiſcopaliter gubernari, interprete Bellarmino.)Sed conſequens illud abſurdiſſimum putamus , quomodo Hieronymus in caſu Confirmationis recte ſtatuit, & ideo exceptionem infert in Dialog. adverſus Lucifer. *Si ad Epiſcopi tantum imprecationem Spiritus S. defluit, lugendi ſunt qui in vinculis, aut in caſtello, aut in remotioribus locis per presbyteros & diaconos baptizati, ante dormierunt, quam ab Epiſcopis inviſerentur.* Si neceſſitas in hoc actu Epiſcopali non fert legem ex ſenſu Hieronymi, cur idem non obtineret in aliis actibus,ut ordinatione,excommunicatione, abſolutione, in caſibus reſervatis, quandoquidem omnes illi Epiſcopalis poteſtatis eſſe dicuntur; Quin ergo in caſu neceſſitatis à conſtituto ordine recedere permittat Theologia Pontificia, ut infrà docebimus; Sequitur poſſe eſſe ordinationem ubi non eſt Epiſcopus. Iam vero talem neceſſitatem in Inſula aliqua Indiæ Orientalis Eccleſiis Pontificiis facile poſſe accidere certum eſt, ſiquidem bello, aut inundatione,aut terræ motu aut peſte, Epiſcopum, aut Epiſcopos cum omnibus fere presbyteris ſubito interire contingat; nec à ſede Romana alios aliquot menſium ſpatio ſurrogari.vide infra,Sect.2.c.21.

Vndecimo.Si tam abſolute poteſtas epiſcopalis ex jure divino ſtatuitur;cur à rigidis Papiſtis Bellarmino ſcil. cum ſociis Ieſuitis docetur; *Epiſcopos jure divino nullam habere juriſdi-*

[a] In actione contra Ieſuitas,1611.

juriſdictionem? Quod tam male habet [a] Sorboniſtas hierarchiæ Eccleſiaſticæ defenſores, ut & nomine inter ipſos & Ieſuitas maneat πόλεμος ἄσπονδος. j. *bellum irreconciliabile*. Quid actum ſit in Concilio Tridentino vide apud Petrum Suavem in Hiſtor. Concil. Trid. lib. 7. Nos inde conſequentiam illam facimus: Si fidei non ſit & juris divini poteſtas juriſdictionis, ergo nec poteſtas regiminis, ſeu poteſtas confirmandi, ordinandi; Sed verum prius, probante Bellarmino, & approbante ſede Romana, quidquid reclamatum ſit ab altera parte in Concilio Tridentino. Ergo & poſterius. Conſequentia majoris firma eſt, quia ex tabulis juris divini oſtendi non poteſt, unum Epiſcopis magis aut minus à Deo collatum, quam alterum.

Duodecimo. Si jure divino Epiſcopo competit juriſdictio, ſeu regimen externum, & per hoc à Presbytero diſtinguitur; quomodo ergo titulares Epiſcopi ſunt Epiſcopi, quibus *juriſdictio*, (h.e. ipſa forma & differentia ſpecifica Epiſcopatus) non competit, ſecundum Pontificios.

Concludimus, 1. Epiſcopatum Papalem, ut nunc uſurpatur, jure divino & Eccleſiaſtico nullum eſſe. 2. Epiſcopatum in antiqua Eccleſia receptum juris eccleſiaſtici, humani & poſitivi eſſe. 3. Quidquid iſtius Epiſcopatus adhuc ſupereſſe poterat in Epiſcopis Papalibus tempore Lutheri, illud ad ſummum neceſſitatem majorem non attuliſſe presbyterorum ordinationibus; quam præcepti Eccleſiaſtici, nõ verò neceſſitatem præcepti divini, nedum ut neceſſitatem medii (ſeu ſacramenti, ut loquuntur [b] Pontificii) adferre potuerit. Quò modo in multis caſibus & dubiis circa ordinationes diſtinguere ſolent: ut ex. gr. An ordo minor ita ſit neceſſarius, ut major non teneat niſi collato minori, &c. vide Tolet. l. cit. Confer quæ infra ſect. 2. c. 21. 4. Vocantes & ordinatores miniſtrorum fuiſſe legitimos in prima reformatione; Vocandos etiam & ordinandos tunc non fuiſſe prohibitos ſeu irregulares, ſive in foro interiori, ſive in foro exteriori, modo doctrina & cauſa eorum fuerit bona. Atque adeo non obſtante excommunicatione Papali, vocationes apud illos fuiſſe legitimos, non minus quam electiones Imperatoris aut Regis excommunicati à Papa ſunt & habentur legitimæ, etiamſi Papales miniſtri cum ſuo Domino definiant; *Electionem talem nullam eſſe.* cap. *Venerabilem, de Electione*, & Toletus lib. 1. c. 13. Saltem non minus eſſe legitimas, quam Pontificum, quorum Electores & ordinatores Cardinales talia in Electione & conclavi palam committunt, propter quæ jure canonico ſunt excommunicati, cum omnibus ſuis eligendis & Electis. 5. Vocationes hodiernas miniſtrorum nulla ſpecie Romani fulminis afflari poſſe; quia neque ordinatores, neque ordinandi, neque Eccleſiæ ullo jure, nequidem Pontificio, juriſdictioni Papali ſubjacent, quippe qui nunquam in ejus externa communione fuerint, nõ magis quam Græcæ, Armenicæ, Ruſſicæ, Abyſſinæ, aut ſimiles Eccleſiæ. Iã certum eſt in extraneos excommunicationem non ferri, 1. Corinth. 5. verſ. 12. *Quid enim mihi de iis qui foris ſunt, judicare, &c. foris* 1. *extra Eccleſiam*, ut explicat Immanuel Sa. Nos autem Pontificiis nunc ſumus extranei, quia apud nos nulla amplius eccleſia, ut definit Ianſenius. *Sed Prælati Eccleſiarum*, inquit [c] Thomas, *accipiunt ſpiritualem poteſtatem ſuper eos tantum, qui ſe fidei ſubdiderunt, ſecundum illud*, 2. *Cor.* 10. *In promptu habentes ulciſci, &c. Indirecte tamen Prælati habent poteſtatem ſuper eos, qui foris ſunt, in quantum prohibent fideles, ne illis communicent.*

CAPVT

[a] Videatur actio Univerſ. Pariſienſ. 1611. [b] Tolet. lib. 1. c. 50. [c] In Comment. ad 1. Cor. 5.

CAPVT X.

Diluuntur objecta contra vocationem Miniſtrorum Sylvæ-Ducenſium.

DVo dixeram. Primò nos eſſe ordinarios miniſtros legitimè vocatos ex præſcripto verbi, & praxi primitivæ Eccleſiæ.

Secundò, miſſionem noſtram ad Eccleſiam Sylvę-ducenſem habere teſtimonia ſatis illuſtria, &c.

Audiamus nunc exceptiones Ianſenii contra vocationem noſtram.

Prima exceptio.[a] *Probatum hoc oportuiſſet, non aſſertum.*

Reſp. I. Actori[b] Ianſenio incumbit probatio uſurpationis & ſacrilegii, quod nobis intentat. Nemo hactenus dubitavit, quin ego ordinarius Heuſdanæ Eccleſiæ ſim paſtor; talis audivi, talis ſalutor ab omnibus veſtris, etiam Clericis, qui me norunt, & coram, aut per litteras unquam compellarunt. Solus eſt Ianſenius, qui ineptè quærit, quinam ſint, unde venerint, qui collationem Sylvæ-Ducis expetunt. Quaſi ego viciſſim Ianſenio imponam, ut probet ſe vocatum ad ſacerdotium & Cathedram Lovanienſem.

Secunda exceptio. *Falſum eſt, vos eſſe ex præſcripto verbi vocatos. Præſcriptū enim verbi hoc imprimis habet, ut nemo ſibi ſumat honorem miniſterii, niſi vocetur à Deo, hoc eſt, niſi vocetur ab eo, qui ſolus poteſtatem vocandi habet. Deus enim non niſi duobus modis vocat, vel per ſe ipſū, &c. Sic vocavit Apoſtolos, quos tanquam principium, radicem, & fontem propagationis miniſtrorum eſſe voluit, &c. vel per alios interjectos, illos nimirum, quibus in ordine ſucceſſivo miniſtrorum poteſtatem etiam alios vocandi dedit.*

Reſp. I. Aut nihil dicis contra nos, aut alia tibi dicenda ſunt, quæ pudore & metu adhuc premis. Nos talem vocationem noſtrā præferimus, quæ facta ſit per illos, quibus poteſtatem Deus contulit. Facta enim eſt per Eccleſiam & presbyterium nomine Eccleſiæ, conſenſu Magiſtratus & presbyterorum ac paſtorum in vicinis Eccleſiis. Eccleſiæ & Presbyterio talem poteſtatem tributam notum eſt ex 1. Timoth. 4. 24. *per impoſitionem manuum Presbyterii*, & Actor. 13. 1. *Erant autem in Eccleſia quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores, &c. Miniſtrantibus autem illis Domino & jejunantibus dixit Spiritus S. ſegregate mihi Saulum & Barnabam ad opus, ad quod adſumpſi eos. Tunc jejunantes & orantes, imponenteſque eis manus dimiſerunt eos. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu S. &c.* Cui prolato ante hac teſtimonio, tu ſacrum ſilentiū oppoſuiſti, petens denuo à me probationē.

II. Quinam illi ſint, penes quos ſit vocandi poteſtas, toto hoc capite non exprimis, ut ſaltem tantiſper lectorem ſuſpenſum teneas, & aliquid dicere videaris. Interim animoſe nos provocas, *Elige utrum vis.* Ordinariam ſcil. aut extraordinariam vocationem. Quaſi hæc electio, jam dudum facta nō ſit, & tu neſcias. Si ego viciſſim inſultem Ianſenio, Elige utrum vis, ordinarie an extraordinarie in Cathedram Lovanienſem & meſſem Sylvæ-Ducenſem extruſus ſis; quid de queſtione illa judicaret Ianſenius? Sed video nuſquam magis verum eſſe, quam in Papatu illud Petronii: *Totus mundus agit Hiſtrioniam.*

III. Si ex præſcripto Scripturæ, quod nobis opponis, colligis non eſſe cœtum Eccleſiæ, neque Presbyteros aut paſtores, ſed Papam & ſolos epiſcopos ipſius ſpiritu ἐνεργουμένους i. *afflatos & actos*, in quibus ſalvetur illud, *Niſi vocetur à Deo*; jam vide mihi quo ſenſu, allegorico, an literali, an vero Romano tam multa hinc derives. Habet quidem Ariſtoteles inter poteſtates Syllogiſmorum aliquam, qua ex una concluſione plures deducantur. Sed tua hæc fabrica videtur mihi proxime accedere ad familiarem tibi imbecillitatem, quâ à genere ad ſpeciem quis argu-

[a] Cap. 22. & 23 [b] p. 106.

argumentatur affirmative,ut,Si animal eſt, ergo aſinus; ſi monachus eſt, ergo Vallis Vmbroſæ,aut frater Ignorantiæ,aut Wilhelmita.Si mediante aliquo ordinariè vocat Deus,ergo per Papalem Epiſcopum,& per Papam radicaliter. Quem honore afficere vellet Rex niſi me? cogitabat [a] Haman. Tã feliciter Scripturis pugnat Ianſenius.

IV.Apoſtolos,*principium,radicem & fontem propagationis miniſtrorum,* hic conſtituit; infraPontificem & ſedemRomanam,in radicemVniverſalis Eccleſiæ effert. Niſi radicem radicum,principium principiorum, fontem fontium nova diſtinctione fingat, ut emineat Romana,velut inter ignes Luna minores, non video,quomodo à contradictione ſe extricare poſſit.

V. Prolepſis illa; *nec vero tibi blandiaris,quod iiſdem ceremoniis,qui te vocarunt, uſi ſunt,quas legeris in verbo Dei,* inepta & otioſa nimis. Noſſe debebas nos de ceremoniis parum laborare,nedum in iis vim &veritatem vocationis ponere,præſertim cum nobis Ordo non ſit ſacramentum. Nos *Ceremoniali,Pontificali,Belethi & Durantis Rationalibus,Pupillâ Oculi,*&ſimilibus deliciis non paſcimur. Ne quæſo tuo pede nos metire.

Tertia exceptio.*Nam quod etiam ex praxi primitivæ Eccleſiæ te vocatum eſſe confirmas,rem omnibus modis falſam ſine probatione dicis. Non enim quemquam,&c.niſi qui vel ab ipſo Deo,vel iis,quibus ordinariam, &c.*

Reſp.I.Egregia confutatio. *Montibus,inquit,erant,& erant in montibus illis.* Coccyſmus merus. 2.Exſpectabam ut antiquitatis officinam,quam tot annos inſediſti, aperires,& ex ea alias merces nobis depromeres. Sed fruſtra.Itaq; nõ eſt, quod quid reponã. [b] Contra miſſionem noſtram ad Eccleſiam Sylvæ-Ducenſem,iſta excipit:

Exceptio prima. *Vbi non eſt vera miſſio, ibi non poſſunt eſſe illuſtria miſſionis teſtimonia.*

Sed hic non eſt vera miſſio, neque extraordinaria neque ordinaria. Minor probatur de ordinaria, quia non eſt per eos, quibus Deus vocandi poteſtatem dedit; quia ſucceſſio ininterrupta eorum uſque ad Apoſtolos non habetur. Ordo noſter ad originem recenſus in Calvinum ſtat authorem. Hic pons ſolutus,hic catena rumpitur.Series Romanorum Pontificum ſequitur, Oceanus Eccleſiæ Romanæ omnia occupavit,&c.

Reſp.I.Hic Ianſenius vocationem & miſſionem,quam nos diſtinguere docuit, confundit. Inſtituta erat quæſtio,non de vocatione &ordinatione noſtra ad miniſterium; ſed de particulari illa evocatione & miſſione Sylvam-Ducis,ubi operam noſtram ad tempus commodavimus.

II.De illius miſſionis teſtimoniis dixerã, ne quiſquam nos errantes Levitas, fratres mendicantes, circulatores, Mythragirtas, ἀλλοτελοεπισκόπους putaret. Ejus miſſionis teſtimonia erant literæ evocatoriæ Præpotent. Ordd.Generalium,Presbyterii noſtri cum approbatione Magiſtratus;quibus ego non minus legitime in meſſem illam extruſum me confido,ac Ianſenius cũ Guiljelmo ab Angelis de mandato ſuperiorum ſe ſubſtitui paſſus eſt Capitulo & Clero Sylvæ-Ducenſi, à nobis provocato ad probationem calumniarum ſuarum.Erat enim,cum primum occupata eſſet Sylva-Ducis, iſthic Illuſtriſſ. Princeps; Erant Delegati Illuſtr. Ordd.Generalium, qui tunc Magiſtratum ibi faciebant (Magiſtratu nondum conſtituto,) etiam Eccleſiæ Reformatæ præcipuã partem,cum nulla alia adhuc ibi collecta & formata eſſet. Præter illos Ill. Principiſſa, Principis aula, Officiarii, milites, pluresq; alii reformati, qui partim ſedes ibi figere cœperant, partim negotiorum causâ ad tẽpus commorabantur. Illis ergo, quandoquidẽ abſque exercitio Religionis ſuæ eſſe non poterant,inſerviendum erat. Accedebant

[a] Eſther cap. 6, [b] Cap.23. [c] Caſſeboeven,Muylſtooters.

bant cives Sylvæ-Ducenſes, quorum aliqui ad libertatis hoc vexillum accurrebant, & de pluribus ſpes erat, de omnibus votum noſtrum. Et illi erant colligendi.

Probatur Modus ille vocationis ſeu miſſionis ex ſacris literis Actor. 13. Ab Antiochena Eccleſia mittūtur ad vicinas Paulus & Barnabas. Etiam ex prima antiquitate, ubi Philadelphenſi Eccleſiæ tribuit [a] Ignatius poteſtatem eligendi ſeu conſtituendi Epiſcopum Antiochenæ Eccleſiæ. Denique ex antiquitate illa, quâ poteſtas Eccleſiæ & Presbyterii in Epiſcopalem fere contracta erat. Vbi Athanaſius ordinat Frumentium Indorum Epiſcopum, Theodoret. Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. c. 23. Theophilus Alexandrinus Chryſoſtomū Conſtantinopolitanum, Socrat. lib. 6. cap. 2. Moſes ab Epiſcopis exulantibus conſtituitur Saracenorum Epiſcopus, Sozom. lib. 6. c. 38. Paulinus Antiochiæ Epiſcopus, à Lucifero in Sardinia, Sozom. lib. 3. c. 4. Athanaſius per Ægyptum & alias nationes iter faciens Eccleſiis paſtores dabat orthodoxos, remotis Arrianis, Sozom. lib. 3. c. 20. Plura exempla vide apud Socrat. lib. 2. c. 33. & lib. 4. c. 16. & Sozom. lib. 6. c. 38. & 7. c. 9. & 3. c. 6.

III. Non diſtinguis miniſterium circa Eccleſiam quæ jam in corpus collecta eſt & manet, à miniſterio circa illos, qui colligendi caritativa admonitione, ſi velint. Alia eſt longe ratio vocationis & miſſionis ad eccleſiam jam conſtitutam & ordinatam. Nos ad Papalem Eccleſiam Sylvæ-Ducenſem non ſumus miſſi, ut ordinarium miniſterium & poſſeſſionem præcedentis Cleri ibi occupemus, & eam nobis vindicemus. Minime. Siquidem aliud eſt occupare templum ſeu ædem aliquam, & aliud occupare corpus Eccleſiaſticum, quod ibi convenire ſolet ad religionis ſuę exercitium. Templum unum atq; alterum occupavimus, ſed publica authoritate apertum, ſed vacuum, ſed deſertū à prioribus poſſeſſoribus; quo caſu, qua authoritate illud *deſertum* ibi exſtiterit, noſtrū non eſt dicere, aut præſtare, ſed eorum, qui cum Epiſcopo & Clero Sylvæ-Ducenſi tranſegerunt, hoc eſt, Illuſtriſſ. Principis, & Præpot. Ordinum Generalium. Corpus Eccleſiaſticum non occupavimus, niſi ſi quis ex illo corpore noſtræ Religioni & communioni ſpōte ſe adjunxerit. Inauditum enim apud nos, ut nos geramus pręfectos aut rectores Eccleſiæ, quæ in ſenſu religionis noſtra non eſt, nec miniſterio noſtro uti vult. In Papatu præfectura & coactiva poteſtas Epiſcopi invitis eccleſiis & hominibus imponitur. Apud nos alia rerum facies, & conſcientiarum libertas.

IV. Quæcunque affert contra miſſionem noſtram, de Calvino authore, de Oceano Eccleſiæ Romanæ & Pontificum ſucceſſione. De rupta ſucceſſione, mera ſomnia ſunt & petitiones principii. Probata illa nō aſſerta oportebat. Hoc enim actoris eſt. Nos infra ex ſuperabundanti illa diluimus.

Secunda exceptio. *Quod ſi forte à Romana Eccleſia miſſionis teſtimonium petis, ſanctè jurabit, &c. Si eam de Eccleſiis veſtris conſulas, per Deum hominesque teſtabitur, tam eſſe illas poſteras quam adulteras, quarum ſi cenſum requiras, &c.*

Reſp. I. Nec juratæ, nec injuratæ illi credimus. De Eccleſiis noſtris nō eſt quod inimicam ejus conſulamus; cujus proteſtationem nos per Dei gratiam contemnere didicimus, dicentes cum Iobo, cap. 16. 19. *Teſtis meus in Cælo eſt, &c.* cujus vox ſonat in terra, in Scriptis Prophetarum & Apoſtolorum.

Tertia exceptio. *Teſtimonia eorum qui à Papatu in Angliam, Hollandiā, Iaponiam, &c. mittuntur, tam luculenta, ut niſi voce denuo de cœlis lapſa loqueretur Deus, illuſtriora eſſe non poſſint. Quia ſunt miſſi ab Eccleſia Romana; & miſſi miraculis inter Ethnicos ad ſtuporem uſque claruerunt; & per conjunctionem cum ſede Romana miracula Chriſti & Apoſtolorum in teſtimonium ipſis cedunt.*

Reſp. I.

[a] Epiſtol. ad Philadelphen. es. E πρέπον ἐστὶν ὑμῖν ὡς ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον.

Reſp.I. De culmine authoritatis, quod Auguſtinus Eccleſiæ Romanæ attribuit, ſuo loco dicendum erit. Sed detur eſſe poteſtatem mittendi in Eccleſia ſeu ſede Romana, an ergo in illa ſola? An non etiam in Hieroſolymitana, unde prima origo ſucceſſionis; & reliquis Apoſtolicis; atque adeo omnibus quæ pro conſanguinitate doctrinæ inter apoſtolicas deputantur. Athanaſius Frumẽtum in Indiam miſit non exſpectato diplomate Romano.

II.[a] Stupenda miracula ſatis cautè ad Ethnicos Iaponenſes ſcil. & Chinenſes reſtringit. **van verre liechtmen ſchoonſt.** *De luengas vias, luengas mentiras*; inquit Canus (loc. Theol. l. 11. ca. 653.) de fabuloſis ſuorum hiſtoriis. Sed cur in Hollandia, Ruſſia, Anglia, miracula ad ſtuporem non edunt, cur illa non jactas? Nimirum & pueri iſthic naſum Rhinocerotis habent, & eſt illic libertas in ea inquirendi, & ſedent ad clavum, qui[b] exemplo Magiſtratus *Bernenſis* & Prætoris *Aurelianenſis* larvam hiſtrionibus detraherent.

III. De Indicis veſtrorum miraculis legimus cum ſtupore & non abſque lacrymis in veſtro Epiſcopo Chapuenſi *Barthol. de las Caſas*; ubi ita ex vivis mortuos faciebant, (quod nobis & Calvino objicis) idque jure divino, per donationem Pontificis, ut quidem monachi iſthic miſeris gentilibus perſuaſum volebant, ut alicubi ex myriadibus vix milleni aut centeni ſupereſſent. De qua Pontificis donatione egregiè & liberè judicabat[c] Cajetanus: *Infideles tripliciter ſe habent ad Chriſtianos Principes. Quidam enim ſunt ſubditi de facto & de jure Chriſtianis, &c. Quidam vero ſunt ſubditi de jure & non de facto Principibus Chriſtianis, ut infideles occupantes terras Chriſtianorum, &c. Quidam autem infideles nec de facto, nec de jure ſubſunt ſecundum temporalem jurisdictionem Principibus Chriſtianis: ut ſi inveniuntur Pagani, qui nunquam imperio Romano ſubditi fuerunt, terras inhabitantes, in quibus Chriſtiani nunquam fuit nomen. Horum namque Domini quamvis infideles, legitimi Domini ſunt, ſive regali, ſive politico regimine gubernentur: nec ſunt propter infidelitatem à Dominio ſuo privati, cum dominium ſit ex jure poſitivo, & infidelitas ex juro divino; quod non tollit jus poſitivum, ut ſuperius in quæſtione decima habitum eſt. Et de his nullam ſcio legem, quoad temporalia. Contra hos, nullus Rex, nullus Imperator, nec Eccleſia Romana poteſt movere bellum ad occupandas terras eorum, aut ſubjiciendum eos temporaliter; quia nulla ſubeſt cauſa belli, quum I. Chriſtus, &c. miſerit ad capiendam poſſeſſionem mundi, non milites armatæ militiæ; ſed ſanctos prædicatores, ut oves inter lupos.*

Et Thuanus lib. 1. *Tanto auro & cruore veræ Religionis cognitio miſeris Indis conſtitit; quam etſi nullo pretio, ne vita quidem ipſa æſtimari poſſe cenſeam; verendum tamen eſt, ne ea divinæ vocis promulgatio nõ ex præſcripto Dei, qui ſuos non ferro & rapinis, ſed charitate & piis admonitionibus graſſari voluit, apud Indos inſtituta: cum non propter Chriſtum inceperit, neque Chriſti gloriam pro fine, ut ſunt principia, olim ſit habitura.*

De miraculis Indicis infra per occaſionem aliquid adhuc dicendum. In Philonio teſtem oculatum crudelitatis illic exercitæ adduximus Epiſcop. Chapuenſem *Barthol. las Caſas*, qui ſub finem libri ſui affirmare audet in terris per Hiſpanos ſubactis ultra viginti milliones hominum periiſſe. Fides ſit penes autorem & laus miraculi penes eos, qui patrarunt.

[a] Confer quæ modo ad primam except. notavi. [b] Sleidan. lib. 9. [c] In 2. 2. q. 66. artic. 8 p. 237.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

LIBRI SECVNDI

SECTIO SECVNDA.

CAPVT I.

Reformati non credunt, abſque vocatione licere alicui miniſterium uſurpare.

DISSERTATIO illa ſatis prolixa de vocatione tota eſt umbratica ἀεροβατοῦσα, parergis & ineptis quibuſdam probationibus cum intertextis caninis Rhetoricationibus turgens, ſubnixa puris putis calumniis ac falſis hypotheſibus. Falſæ illæ hypotheſes duum ſunt generum, vel quas ipſe nobis per calumniam affingit, vel quas ipſe ex ſuo ſeu Romano ſenſu ſibi fingit, ſumit, præſupponit, ac diſputationi ſuæ ſubſternit, ſed falſò, ſed abſque omni probatione.

Primi generis hypotheſes primò diluemus.

Eſt ergo prima [a]falſa hypotheſis, quam perpetuo præſupponit: *Nullam habuiſſe vocationem primos reformatores; neque ulla ad miniſterium ſuum ipſis opus fuiſſe*, ex noſtra ſcilicet ſententia; Cap. 20. p. 103. *Et tu pro tua mirabili reformata ſapientia omnibus in Chriſti eccleſia licere contendis, quod nec in Republ. tua, nec in privata tua familia omnibus licere cupis.*

Reſp. I. Mendaciter & nequiter hæc nobis affingit, & quidem contra conſcientiam ſuam. Novit ipſe à nobis contrà aſſertum, [b] *habuiſſe illos vocationem eccleſiaſticam & quidem ordinariam*: præterea, *juſto ac ordinario titulo, ut tunc res erat, in poſſeſſionem miſſos.* Hinc eſt quod tam ſollicitè noſtra convellere exceptionibus ſuis conatur cap. 25. 26.

II. *Opus etiam illis fuiſſe vocatione divina, & eccleſiaſtica ad eccleſiæ* miniſterium.

III. Papalibus autem, aut aliis ex hominum conſtitutione additamentis ac formalitatibus (quibus multum tribuit Ianſenius) non opus fuiſſe illis; quamvis habuerint, non minus ac alii ſui ordinis.

IV. [c]Neque opus fuiſſe illis jam ſemel ordinatis, alia ordinariorum vocatione, aut peculiari ac nova miſſione, aut plumbata bullatave licentia ad Reformationem & emendationem tum miniſterii ſui, tum eccleſiæ ſuæ à corruptelis doctrinæ aut morum; Quia miniſterium & miſſio ipſorum ordinaria, quam acceperant in eccleſia, eos ad hoc obligabant. Quamvis non paucis eorum licentia & miſſio illa peculiaris ad illam emendationem adfuerit, ut Presbyteris & paſtoribus Anglicanis, qui à ſuis epiſcopis de novo ad hoc excitati, miſſi, & authorizati ſunt; & Saxonicis, Magdeburgenſibus, &c. Et reformatoribus in diœceſi Colonienſi, Bonnæ, Andernaci, &c.

V. [d]Denique minimè opus fuiſſe illis ordinariis miniſtris, aut etiam ulli Chriſtiano licentiam & authoritatem ab ordinariis corruptis, & eccleſiam corrumpentibus exſpectare, qua [e]adhortatione, ſcriptis, diſputatio-

[a] Cap. X. uſque 25. & Cap. 41. [b] Philon. num. 13 IV. [c] Num. 13. IV. [d] Num. 13. V. [e] Confer hujus ſectionis Cap. 11. & 18.

putationibus corruptelas illas indicarent, & ipſos, aut ſaltem eccleſiam peſſum euntem ad meliorem mentem à præſenti periculo revocarent. Aperi nunc oculos, excute Philonium meum, & conſcientiam tuam. relege cap. 25. Spongiæ tuæ, & vide, ſi quem colorem contradictionibus, mendaciis, calumniis, cavillationibus tuis inducere poſſis.

Atque hæc quidem ad juſtam apologiam ſufficerent. Sed ut ex abundanti miſeriam adverſarii omnes videant; excutiemus Rhetoricationes ejus. Prima eſt: [a] *Primos reformatores cucurriſſe ſine miſſione, fatetur* Voetius; *quia confitetur vaticinium Ierem. 23. quo juxta proprietatem Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ linguæ dixit, non mittebam prophetas* &c. propriè Ianſenium illis applicuiſſe.

Reſp. I. Vbi fides, ubi pudor? Egone hoc faterer, qui omnibus modis contendo eodem illo paragrapho, ut *eos purgem ab hoc ſacrilegio*, ut tu ipſe teſtaris p. 122. & ex profeſſo refutationem tuam ibidem opponis. II. Conferantur verba Philonii mei paragrapho II. & III. præced. Quærebam quid ſibi vellent iſti inconditi clamores Ianſenii, *Vos qui eſtis, unde veniſtis?* quibus, in quos, in quæ iſta propriè diceret, cum *ſciſmata, eccleſiarum ſeceſſiones, primos, à ſe ipſis ortos, & ordinatos* paſtores, *ſciſmaticos, apoſtatas, deſertores, ramos reciſos ab eccleſia Romana*, & quid non, intonaret. Non potui ex dictorum cohærentia & ex conſequentibus, ubi ulterius ſe explicat, ulla ratione colligere, aut ſuſpicari, in nos miniſtros Sylvæ-Ducenſes directè iſta dici, quippe qui nec primi Reformatores, neque unquam ab eccleſia Romana, tanquam rami arefacti, nos ſubduxerimus, neque eccleſias ſeparatas à Romana formare ac erigere cæperimus, ſed in eccleſia reformata jam diu conſtituta nati, educati à parentibus, imò & ab avis, & tandem ad miniſterium noſtrarum eccleſiarum ligitimè vocati pro modulo donationis Spiritus hactenus Domino inſervierimus.

Sumpſi ergo & præſuppoſui, objectionem illam Ianſenii inter omnes miniſtros propriè (ex ipſius ſenſu) primos reformatores tangere; illum igitur propriè illud vaticinium Ieremiæ primis illis applicare, ad quam reſpondere ſufficeret; quæſtione aut reſponſione ulteriori, de vocatione noſtra, poſthabita. Ita explico, refero, & objectionem propono adverſarii; ad quam ita propoſitam & conſtitutam reſpondeo, & quidem immediate, nulla literula intercedente; tamque aperte, ut ipſe Ianſenius, pro reſponſione & apologia ad ſuas exprobrationes eam ſuſcipiat, eique verbotenus deſcriptæ à ſe cap. 25 & 26. ſatis operoſe, & ex profeſſo refutationem ſuam opponat.

III. Ad ipſa verba quod attinet, cum dico Ianſenium non nobis, ſed prædeceſſoribus noſtris illud dictũ Ieremiæ ingerere, & applicare, an propterea confiteor, prædeceſſores noſtros ſine miſſione cucurriſſe? Quę conſequentia? Quia Ianſenius hoc agit, ideò actum, aut peractum eſt; quia applicat, ideò recte applicatum eſt, ſcil. juxta illud vulgatum: *Non tam neceſſario patiens patitur quam agens agit.* Et, *Receptivum recipit per modum receptivitatis, non per modum imprimentis.* Aliquis applicat, & objicit vocationi noſtrorum locum Ieremiæ, & *Cardanus falſiſſima argumentatione commovet nos*, inquit [b] Iulius Cæſar Scaliger: *igitur falſiſſime movebimur. Nihil minus. Non enim verum ſequitur neceſſario, ſed contingenter: omne patiens tantum pati, quantum agens agit.* At dicet, τὸ *propriè*, hoc indicat. Atqui regero; me neſciviſſe communi uſu Latinè aut Scholaſticè loquentium *propriè* neceſſario idem ſignificare quod *verè* vel *rectè*, ut tu quidem nunc ex neſcio quo Nizolio tuo mihi perſuaſum velis. Ego etiamnum vocabulum

a Cap. 24. b Exercit. 16. in Cardanum ſectio. 2.

bulum [a] illud explico, *peculiariter, ſingulariter, ſpecialiter, aut ſaltem principaliter, primò, & maxime*, miniſtris primis illud applicas, *non communiter, aut æqualiter* omnibus etiam primorum ſucceſſoribus & nobis, niſi fortè ſecundario, & quaſi per reflexionẽ. Hoc totum eſt quod fateor, & concedo; quam recte autem & vere etiam primis illis applices, aliud quid eſt: quod non conceſſione aut confeſſione mea, ſed exſerta & ſolida refutatione excipitur. Quod ſcientia tua per conſcientiam tuam condemnata velis nolis exſerte teſtari debuit, etiam voluit, non abſque inſultatione, quia diſcurſui tuo ibi prodeſſe, & cauſæ non obeſſe putaſti apud nos ſcil. & viros doctos in Europa, qui ſcil. ad quodvis Ianſenii carmen, hauſto oblivionis poculo, omnium memoriam deponunt: *Nam prolixa*, [b] inquis, *illa, operoſaque diſputatio, qua in extremo agoniæ ſingultu poſitus, miſſionem ſive vocationem Lutheri ad euangelium prædicandum, reformandamque Romanam eccleſiam &c. ab eadem illa Romana derivare conatus eſt, invictiſſime probat &c.*

[c] Secunda Rhetoricatio eſt per loca Scripturæ, quæ aliquoties inculcat. Ierem. 23. verſ. 21. Ezech. 13. 2. Rom. 10. 15. Hebr. 5. 4. Epheſ. 4. Math. 28. 1. Tim. 1. Tit. 1. Ioh. 10. verſ. 8. & 20. Actor. 14. Ad quæ facilis eſt reſponſio. Neque enim ad controverſias noſtras quidquam faciunt. Fiat argumentum:

Omnes legitimi paſtores & prædicatores habent vocationem & miſſionem à Deo, ſive immediatè ſive mediatè, ad miniſterium eccleſiæ.

Sed primi paſtores reformatæ eccleſiæ nullam habent vocationem & miſſionem &c. ſed ſeipſos ordinarunt, à ſe orti ſunt, &c.

Ergo non ſunt legitimi paſtores; & conſequenter ſunt ſacrilegi, ſciſmatici, fures, latrones, & ipſorum miniſterium atque eccleſia nulla eſt.

Reſp. I. Major veriſſima eſt apud nos. Illam tamen probat Ianſenius ex Scriptura & Patribus. Sed, quod ad nos, non facit elenchum, quippe eam concedimus, & mordicus tuemur, non tantum doctrinâ, ſed & perpetua eccleſiæ noſtræ praxi. Ne tamen labor illi pereat, militent iſtæ probationes contra Simoniacos, intruſos à meretricibus meretricum filios, apoſtaticos, apotacticoſque, ſine lege illegitimos Papas Baronio & Genebrardo deſcriptos, ex quorum ovo *Helena illa, ſucceſſio Romana, prognata*. Referatur hoc etiam ad magnam artem diſputatorum, ſeu declamatorum Pontificiorum, qui chartas implent probationibus eorum, quæ non concedimus, & ſacro ſilentio controverſa tranſeunt. De capitis eccleſiæ, de ipſius catholicæ eccleſiæ, de conciliorum Oecumenicorum, deque veræ ſalvificæ fidei privilegiis: rurſus de hæreſeos, apoſtaſiæ, ſciſmatis, ſacrilegii turpitudine & crimine multa diſputant: Sed quam jejuni, cum probandum eſt, Papas omnes in linea ſucceſſionis eſſe capita eccleſiæ? Curiam Romanam cum occidentalibus aliquot illi ſubjectis, & nunc à nobis ſeparatis eſſe ſolam illam Catholicam eccleſiam, reliquas extra illam eſſe eccleſias malignantium, Synagogam Satanæ; Concilium Tridentinum eſſe legitimum Oecumenicum concilium, ubi [d] factio Regis Latinorum Papæ, metuentis Reformationem curiæ ſuæ, & limitationem illimitatæ ſuæ poteſtatis tam eccleſiaſticæ quam temporalis, ſola obtinuit, ſolis Italis ſuis duplo omnes

[a] *Proprium* pro peculiari doctiores accipiunt. Alciat. de verb. ſignif. lib. 4. *proprium* accipitur dupliciter, Vno modo dicitur contra communitatem. Alio modo contra improprietatem. Bonaventura lib. 1. diſt. 12. Tertio modo accipitur per appropriationem. ita a.cipitur à Magiſtro diſt. 12. lib. 1. hæc Al..enting. in dict. Theolog. [b] P. 488. [c] P. 155, 152. 182. 178. 86. 88. [d] Thuanus lib. 26. p. 292.

omnes alios numero ſuperantibus, ut alios, ipſius beneficiarios nunc prætercam; Articulos omnes, in quibus nos proteſtamur contra Romanam eccleſiam, eſſe aut ſingulos, aut collectivè neceſſariam partem veræ ſalvificæ fidei, æquè ac alios fidei articulos, in quibus convenimus cum eccleſia Romana. Ex. gr. de Trinitate, de Chriſto θεανθρώπῳ, ejus ſatisfactione pro nobis, & redemptione noſtri per ipſum, de reſurrectione mortuorum, &c. Noſtras aſſertiones, ex. gr. de Scripturæ authoritate, perfectione, de unici ſacrificii & ſatisfactionis Chriſti ſufficientia abſque indulgentiis Papalibus, de operum noſtrorum imperfectione, & peccati inhabitantis reliquiis, & conflictu carnis & Spiritus, de vero & ſufficiente Dei cultu, abſque adoratione & veneratione imaginum Trinitatis, Chriſti, Sanctorum; de confeſſione vitæ & mortis æternæ, abſque purgatorii pœnis, & limbo infantum; de Regum & principum immediata à Deo & non à Pontifice dependentia &c. eſſe exitiales hæreſes, æternis & temporalibus flammis expiandas.

Non magis ergo neceſſe fuit à Ianſenio nobis probari vocationem divinam & legitimam, quam eccleſiam catholicam, quia ſcil. non curiam, aut factionem Romanam, aut Pontificem non agnoſcimus illam Eccleſiam, quicquid Pontificii cum Bellarmino ſuo hic ſtatuant. Neque enim ſequitur: negant reformati Pontificem, aut repræſentationem aliquam factionis Pontificiæ in Concilio Tridentino eſſe ſolam eccleſiam Catholicam; ergo probanda eſt illis eccleſia Catholica.

II. Minor falſiſſima eſt. Quam Ianſenius non probat, neque etiam probare poteſt, niſi ita argumentetur.

Qui non habent vocationem ab eccleſia Romanâ iſtius temporis, illi nullam habent vocationem:

Sed primi miniſtri nullam habent.

Major & Minor pari falſitate laborant. Sed quia Ianſenius gaudet factorum luce magis quam Scripturarum tenebris (ut loquitur) age ergo, miſſa nunc Majore, & Scripturarum multarum allegatione, inſiſtamus Minoris probationi. Nos illam negamus. Vbi vel umbra probationis in toto libello Ianſenii comparet? Hic ergo terminus eſto, donec poſthac ſcediaſmatis iſtis plura aſſuere viſum fuerit. Forte Dies diem docebit. Vide ſect. 1. cap. 2. & ſeqq.

III. Loca Scripturæ, quæ adducit, nihil faciunt ad probationem ſpecialium hypotheſion iſtarum Ianſenii, *de ordinatione per Epiſcopum, ſine quo nulla eſſe poſſit; & de ordinatione in ordine ad eccleſiam, & Pontificem Romanum*, in quibus principalis controverſia conſiſtit. Nihil etiam faciunt ad deciſionem iſtius, *Vtrum officium doctoris, & eccleſiaſticam præfecturam ſibi uſurpaverint noſtri, an vero legitime ab aliis commiſſum geſſerint. Nihil hic ſcripturis opus eſt, ſed factis duntaxat ac teſtimoniis legitimam collationem aſſerentibus. Quorum examen nos ſcil. vitamus, & è media factorum luce in Scripturarum tenebras nihil ad rem iſtam pertinentes fugimus, &c.* ſunt verba Ianſenii pag. 99. ex quibus colligere eſt, quam ſolide & appoſite propriæ conſcientiæ teſtimonio ex Scripturis hic diſputet.

IV. Eadem teſtimonia ad probationem theſeos, *Neceſſariam fuiſſe primis reformatoribus ordinariam & mediatam vocationem ad miniſteriũ*; ut omnia adducta ſunt per ἄγνοιαν τοῦ ἐλέγχου aut per manifeſtam calumniam; cũ nos talem neceſſitatem ipſi imprimis defendamus: ita etiam quædam illorum non uſquequaque huic negotio conveniunt.

Primò

Primò enim quædam, nihil de tali vocatione & miſſione, ſeu poteſtate mittendi loquuntur, ſi accuratius examinentur, ut Ioh. 10.8. *Omnes, quotquot venerunt, fures ſunt & latrones.* Cujus duplex poteſt eſſe expoſitio. Primò enim communiter de omnium paſtorum abuſu poteſtatis exponi poteſt; ex antecedentibus v. 7. & conſequentibus verſ. 9.10. ut recte Iſidor. Clarius, *quia non ſunt ingreſſi per oſtium, id eſt, quia non ſincere tractarunt ſcripturas, quarum finis eſt Chriſtus.* Et Maldonatus: *Summa eſt, neminem niſi per ipſum ſalvum eſſe poſſe: quod docet, cum ait ſe eſſe oſtium.* Et, *per me ſi quis introierit, hoc eſt, ſi quis in me crediderit, ſi quis ſuper me fundatus fuerit, eadem enim ſententia ſe Chriſtus oſtium, & Paulus eum fundamentum appellat.* Ita fures & Latrones erant Scribæ & Sacerdotes, qui ante ipſum fuerant, quia non docebant homines per Chriſtum ingredi, neque ipſi per eum ingrediebantur, licet ſederent in cathedra Moſis, Math. 23. & ut ſacerdotes ex tribu Levi & familia Aaronis hactenus legitimam & ordinariam vocationem & miſſionem haberent, id eſt, quod ad vocationem ſuam per oſtium intrarent, ſed non quod ad doctrinam, ſeu exercitium poteſtatis ſuæ. Ita ut priori reſpectu non eſſent fures ordinarii illi (hoc enim de omnibus ordinariis licet abutentibus affirmari non poterat) ſed poſteriori; & quamvis canonicè intraſſent, tamen ita verſati erant in miniſterio, ut perditi & perditores.

Altera expoſitio, & quidem maximè concinna eſt illa, qua ſpecialiter non de paſtoribus omnibus, ſed tantum de illis Pſeudo-Chriſtis exponitur, qui ante Chriſtum tanquam Meſſiæ venerant. Illi enim *κατ' ἐξοχὴν* erant fures & latrones. Hæc eſt expoſitio Chryſoſtomi, Cyrilli Alexandrini, Theophylacti, Euthymii, & authorum aliquot in catena Græca. Et ſic Lyranus: *Hoc non eſt intelligendum de prophetis à Deo miſſis, ſed de illis qui venerunt capite proprio, ſicut dicitur Actor. 5. de Theuda & Iuda Galilæo &c.* Hanc generalis ſententiæ reſtrictionem, omnibus aliis cum Maldonato præferendam putamus, quia in textu eſt ſignum univerſale *omnes. Quotquot venerunt,* & Græci [a] codices complures addunt πρὸ ἐμοῦ, quod Ianſenius præterit cum vulgato ſuo, quamvis in Græco agnoſcant Ianſenius Epiſcopus Gandav. aliique, & Maldonatus etiam in Latino omnino retinendum putet, tanquam meliorem & communiorem Lectionem, & Arabs illud expreſſerit: קבלי id eſt, *ante me*, & Antonio Bruciolo in tranſlatione ſua Italica, & Eraſmus, atque [b] Hieronymus ita legerint, quidquid contra moneat Fr. Lucas in Correctione Romana. Vtrovis modo exponatur, nihil tamen ſolide de canonica ordinaria vocatione elici poteſt.

Secundò, quædam Scripturæ dicta de extraordinaria plane aut immediata vocatione & miſſione loquuntur, ut Ier. 23. Ezech. 13. Math. 28. Ioh. 20. 1 Timot. 1.12. confer cum Galat. 1. v. 1. quæ non niſi analogice, ſeu quod ad genus (ut loquuntur) ad hanc vocationem ordinariam (de qua nobis quæſtionem movet) applicari poſſunt. Præterquam quod nulla iſtorum neque directè, neque indirectè aliquid determinent de eccleſia illa (qua mediante tantum legitima fit vocatio) ſitne ſcil. Papa, aut epiſcopus, aut tres epiſcopi, aut presbyter, aut presbyterium, aut qualiſcunque tandem pars Eccleſiæ, quæ per repræſentationem ſtaret pro tota; ſiquidem omnem multitudinem intelligi nolit. Idem judicium eſto de loco Heb. 4.

Tertio, quædã etiamſi ordinarium miniſterium

[a] Vide novum Teſt. typis regiis editum à R. Steph. Et Biblia Gr. in Fol. apud VVechelum ann. 1598. Nonnus: πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, id eſt, Omnes quotquot anteà venerunt. [b] Lib. 2. contra Pelagian.

ſterium ſeu functionem tangant, ut Act. 14. 23. Tit. 1. 5. tamen ordinatores & mittentes extraordinarios extraordinaria, hoc eſt, Apoſtolica directione & aſſiſtentia ſubnixos includunt; à quibus ad ordinarios Epiſcopos ſeu presbyterium non valet conſequentia, niſi analogicè. Deinde ordinarium illud *presbyteri* miniſterium non eſt illud quod quærit aut admittit Ianſenius in hoc negotio, ut quidem contendit p. 118. 119. Sed ſolum Paſtoris officium, quod Eccleſiæ collectionem, regimen & ordinariam curam ſecum trahit. Quandoquidem ergo exſertè inter *Presbyterum* & *Paſtorem* diſtinguit Ianſenius, cur hæc loca ſtringit in Lutherum, Zvvinglium (qui presbyteri fuerunt) quaſi ſeipſos intruſiſſent contra jus divinum? Quartò, nihil ergo relinqueretur Ianſenio quam locus. Rom. 10. & Eph. 4. Sed poſterior magis de miniſterii ſeu functionis ſpeciebus, formis, modis tam temporariis quam perpetuis, à Chriſto inſtitutis, quàm de applicatione iſtarum functionum ad has aut illas perſonas, aut de applicationis modo, hoc eſt, de vocatione miniſtrorum, per iſtas perſonas, actiones, ceremonias.

Propriè agitur de Chriſti inſtitutione prima miniſteriorum Eccleſiaſticorum, & non de inſtitutione ſecunda, ſeu applicatione miniſterii ad hanc aut illam perſonam. Nedum ut hic definiatur forma & modus vocationis ordinariæ, & perſonæ qualitas per quam ſolam legitima vocatio peragi poteſt; ut ex. gr. Papæ per Cardinales, Epiſcopi per Concilium, aut Canonicos, presbyteri ſeu Curati per Epiſcopum, aut Presbyterium. Hanc autem eſſe loci hujus concinnam interpretationem patet ex verbis præcedentibus, verſ. 7. & 8. quibus dicitur, Chriſtum dediſſe dona hominibus. *Declaravit* (inquit Cajetanus) *illam particulam, Dedit dona hominibus, explicando ſimul diverſa membra corporis Chriſti.* Et Cor. à Lapide: *Enumerat dona non omnia, ſed pauca ſub quibus cætera intelligit, quæ ut dixit verſ. 8. Chriſtus aſcendens in cælum hominibus dedit, &c. Scilicet hæc dona & gratiæ gratis datæ ſunt, Apoſtolatus, Prophetia, &c.* Similia habet Lyranus. Locus Rom. 10. ex Ianſenii hypotheſi nihil ad rem. Primò enim nihil aliud dicit quam de vocatione aut miſſione ad *prædicandum ſeu concionandum.* Iam verò quæſtio eſt non de poteſtate concionandi, *quæ exigua pars eſt poteſtatis Paſtoralis* ut ait Ianſenius, de quo infra cap. 16.

Elige ergo utrum libet; Aut ut poteſtas prædicandi includat, & ſibi adjunctam habeat omnem miniſterii ſeu Paſtoralis functionis poteſtatem, contra falſam tuam hypotheſin. Aut ut locus ille Rom. 10. οἰκεῖον ac palmarium argumentum non faciat pro poteſtate Paſtorali à poteſtate concionandi diſtincta. Deinde locus ille in genere tantum loquitur de miſſione divina, ſed non definit ſpeciem illam vocationis divinæ, quam *Eccleſiaſticam, mediatam,* & *ordinariam* dicimus. Nedum ut ratio & modus vocationis Canonicæ (qualis obtinet in Papatu) illis verbis circumſcribatur. Itaque diſſertatio Ianſenii ſemper plus habet in concluſione, quam in præmiſſis. Nam vocationem divinam non tantum per ipſum immediatè, ſed & per alios nomine ejus peragi, & quidem tali titulo, & tali forma, aliunde probandum eſt. Ecce nunc fidem, religionē, dexteritatem, & ἀκρίβειαν, qua in ſcripturarū explicatione atque applicatione verſari ſolent illi, quibus in pœnam contemptus earum ſpiritum vertiginis juſto Dei judicio immitti credendum eſt; ut quia nihil certi à gladio illo Delphico, naſo cereo, hæreticorum libro, regula Leſbia haberi poſſe credunt, revera nihil ſolidi aut certi circa earum expoſitionem ipſi habeant, veriſimilium aut contradictionum diſſoluto ſtramine tantum ſupernatantes, fiatque ipſis ſecundum fidem eorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Sunt præter iſta & alia Scripturæ loca de vocatione & miſſione, quæ abſque Ianſenii falſis hypotheſibus ad pręſentem controverſiam (ſiquidem controverſia eſt) commodè applicari poſſent. Sed ea non vidit Ianſenius aut ſciens præteriit, ut imprimis Actor. 13. verſ. 2. 3. à me citatum in Philonio. num. 13. 1. Quia forte rationibus ſuis plus obeſſe quam prodeſſe ſciebat.

SECTIONIS SECVNDÆ.

CAPVT II.

Reformati non credunt, Non eſſe poſtulanda à Miniſtris, & Doctoribus vocationis ſuæ documenta.

SECVNDA falſa hypotheſis eſt; *Non poſſe aut debere poſtulari vocationis probationem ab eo, qui aut miniſterio ordinario aut extraordinario Reformationis operi ſe ingerit, neque illum teneri ad talem probationem.* Cui omnes illæ parergæ diſceptationes à cap. 10. uſque 16, ſuperſtruuntur.

Reſp. More ſuo ſophiſticè à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter diſcurrit, atque ita per calumniam mihi affingit, quod ludicro certamine oppugnet. Totum illud quod ego dixi & etiamnum dico eſt:

1. *Hanc quæſtionem, Tu quis es, &c. importunè moveri, cum aut de cauſa defectionis & corruptionis Eccleſiæ in genere, aut in ſpecie de aliquo articulo controverſo agitur.* Quomodò importunè collationi Charthaginienſi hanc quæſtionem, *Quis eſt ordinator tuus?* Donatiſtę injiciebãt. Quamvis alias poterat & debebat rationẽ ordinationis reddere Auguſtinus.

Ita ſane, cum clerum Sylvæ-Ducenſem nos provocaſſemus ad probationem calumniarum, præterea ad defenſionem religionis noſtræ nos obtuliſſemus, importunè Ianſenius tanquam eorum advocatus à ſuperioribus conſtitutus, poſthabita tota illâ cauſa, quæſtionem de ordinatione injicit, & reciprocat; & eâ clientes ſuos illi conflictui & belli fortunæ, atque adeo decori ſuo ſubductos putat, non aliter ac Venus Æneam nube tectum extra prælii diſcrimen ſtatuebat.

2. *Iniquum eſſe, ſi quis in hac unica controverſia perſonali tanquam exceptione declinatoria ſubſiſtat.* Cum cauſæ bonitas, fiducia illa Pſal. 91. (ut Hebraicè applicat Ianſenius) convictio aut confuſio adverſariorum, converſio ſeductorum, confirmatio vacillantium, inſtructio ignorantium, honor miniſterii, & patefactio bonæ conſcientiæ, à veritatis filiis penitiorem præcipuarum controverſiarum tractationem requirat. *Decet veritatem totis viribus uti ſuis, non ut laborantem*, inquit [a] Tertullianus.

3. *Iniquum eſſe ſi quis præcipuè tam operoſe huic exceptioni declinatoriæ inhæreat, ut omnem de ipſis propoſitis aut agitatis, atque adeo maximi momenti controverſiis actionem præſcindat.*

4. *Abſurdum & ingloriæ inertiæ ac diffidentiæ eſſe, ſi quis hanc quæſtionem, ſive defendentis, ſive opponentis perſonam ſuſtineat, ſemper primo loco tanquam Palladis ægidem obtendere velit*; ac ſi principali cauſę ſuæ diffideret, niſi adverſario prius præjudicio aliquo perſonali gravato. Cum quæſtio de *doctrina prædicatoris*, & de *ejus miſſione* ſit diſtincta, teſtante & probante Ianſenio cap. 16. & 19. Neque illa cauſa apud veros rerum æſtimatores ullo

[a] Adverſus Marcion. lib. 3.

ullo modo quiſpiam ceciderit, licet millies in iſta triumphatus. Videmus ſanè cauſa ſua confiſos, aut exceptionem illam præteriiſſe, aut aliqua ejus mentione facta, libenter ad ipſas doctrinæ controverſias tranſiiſſe. Hieronymus vult neminem in crimine hæreſeos eſſe patientem; & Petrus ep.1.cap.3.verſ.15. *Semper verò parati ad apologiam omni petenti rationem ejus quæ in vobis eſt ſpei.* Et, ut loquitur[a] Tertullianus, *veritas ſemper geſtiens occurrere adverſario.*

Condemnant Ianſenium quotquot diſputationes cum adverſariis viva voce aut ſcripto inſtitutæ à patribus in antiqua Eccleſia. Legantur Scripta Irenæi, Auguſtini, Hieronymi, &c. contra hæreticos; & Eriſtica mutua Cypriani & Epiſcopi Romani. Quotquot etiam ſuorum diſputationes & collationes cum noſtris habitæ.

Sed ſi tantus amor Clero Sylvæ-Ducenſi, potuiſſent ex inſtructione Ianſenii hanc exceptionem primò nobis propoſuiſſe, eaque tanquam *ſpatha & clypeo*, defenſive ac offenſive tantiſper pugnaſſe, donec alterutri victi, aut ambo defeſſi fuiſſemus. Et quandoquidem egregiam illam occaſionem miniſtros tam compendioſe & evidenter confundendi elabi ſibi paſſi ſunt, nec de propoſitis 50 articulis controverſis, aut intentatis calumniis agere animus eſt, reſtat adhuc alia. Ego ex illis provocatoribus vicinus illis ſum; nullo negotio quovis die me Sylvam-Ducis, aut in proximum vicum *Engelen*, aut *Orten*, (ubi à belli injuriis tuti eſſe poſſumus) privatim ſaltem (quandoquidem publicæ collationi tot difficultates[b] prætenditis) coram auditoribus Pontificiis & noſtris numero paribus, hanc tuam exceptionem in miniſtros proponant, urgeant, quantum poſſunt, & quidem primam, etiam ſolam, ſiquidem ad alia progredi nolint.

5. *Indecorum eſſe*, ſi quis non dico in rebus fidei, ubi veritas communis fidelium theſaurus, ſed etiam in actione diffamatoria, ubi de malis moribus, de corruptionibus agitur, exceptionibus dilatoriis eminus & fugientis in morem velitetur potius, quam juſta apologia pugnet. Hac ratione ad irregularium aſylum confugere videbitur ſaltem, & ſpecie mali ſe induere, à qua tamen ut abſtineamus monet B. Paulus 1. Theſſ.5. & contrà, *abdicatis occultis dedecoris manifeſtatione veritatis commendemus nos ipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo* 2. Corinth.4. Iuſtinianus *conquieſcere vult exceptiones procuratorias, ne dum de his altercatur, ipſius negotii diſceptatio proteletur.* Inſtit. lib.4. tit.13.§ Eas.

6. *Fruſtra exceptionem talem adhiberi ab eo, qui erroribus, idololatria, & vitiis ſit infamis, qualis erat Clerus Papalis tempore Lutheri; & etiamnum eſt.* Quia hac exceptione, etiamſi in dubium vocetur perſona monitoris, ſeu Reformatoris Lutheri aut ſimilis, nihil tamen juvatur reus. Si enim alteri maculam aliquam aſpergat, hæret nihilominus in ſuo luto; & deberet plebs ab illo ſecedere, etiamſi ad hunc accedere nollet.

His ita præmiſſis, ſponte ſua concidunt quæcunque aliquot capitibus effudit Ianſenius. Sed percurramus tamen.

Primò: *Non eſt iniqua vox, qua ab iis, qui civilis Magiſtratus officium occupant, ante omnia exigitur, ut litteras Principis committentis proferant.*

Reſp.1. Omne ſimile eſſe etiam diſſimile; nec puto Ianſenium hanc ſimilitudinem inter argumenta ſua numerari velle. 2. Vt de nobis nihil dicam, Primi Reformatores literas commiſſionis ſuæ omnes proferre potuerunt, & protulerunt, neceſſitate ita exigente: quamvis multorum tam illuſtria & ubivis obvia Epiſcopatus, Doctoratus, Paſtoralis curæ eſſent teſtimonia; ut ne ſemel quidem controverſia ab adverſariis fuerit ipſis mota, nedum ut excludendos, & ſine audientia omni di-

a Adverſ. Marcion. lib.3. cap.1. b In reſponſo ad noſtram provocationem, & Alexiphamaco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ni dimittendos cenſuiſſent. Agnovit Clerus Galliæ Cardinalem & Epiſcopum Caſtilionæum, & eo titulo ipſe congregationibus eorum interfuit, ut videre eſt in [a] colloquio Poſſiaceno. Agnovit Clerus & Eccleſiæ commiſſionem Archiepiſcopi & Epiſcoporum Angliæ, Merſpergenſis, Magdeburgenſis, Numburgenſis, & ſecuti ſunt; Agnovit & Clerus primarius, atque univerſitas Colonienſis Archiepiſcopũ ſuum, quamvis operi Reformationis reclamarent. Perpetuo enim vocant eum *Dominum ſuũ Reverendiſſimum*, in *cujus poteſtate* dicunt *ſitam eſſe Eccleſiæ Reformationem*: addunt, *ſuum non eſſe* illum propterea *reum facere aut condemnare perjurii.*

II. [b] *Tertullianus præcipit hac voce adverſus omnes hæreticos authoritatem Eccleſiaſticam ſibi vendicantes utendum : Si hæretici ſunt, Chriſtiani eſſe non poſſunt*, &c.

Optimè ſanè, ponatur argumentum Tertulliani in forma:

Si hæretici ſunt; Chriſtiani eſſe non poſſunt, & conſequenter nullum jus capiunt Chriſtianarum literarum, ad quos dicendum, tu quis es, &c.

Sed hæretici ſunt, Marcion ſcilicet, Apelles, &c. ſubſtituit Ianſenius, Lutherum, Calvinum, Zvvalmium, Voetium, &c.

Ergo.

Reſp. I. Ad Majorẽ, conceditur, nihil illa ad nos: & conditionalis nihil ponit in eſſe. In Minorẽ ergo tota belli moles incumbit. Hic diſputandum fuiſſet de hæreſibus noſtris, de identitate, aut conformitate noſtra cum Marcione & Apelle, ſed obmuteſcit Ianſenius. Nihil probat, quid dico probat? imo probationem nullam tentare audet, quamvis provocatus.

II. Minore propoſitione non probata, non poteſt in nos ſtringi concluſio, ergo nullum jus capiunt, &c. ergo dicendum illis, *Tu quis es*, &c. Præmiſſæ προτακτικὰς dicuntur ἀπὸ τοῦ προτείνειν, quia prętenduntur concluſioni inſtar clypei. Vbi nunc ſpatha, ubi clypeus Ianſenii?

III. Tertullianus probavit libris quinque & proſa & carmine, Marcionem eſſe hæreticum, Ianſenius probationem talem refugit.

IV. Nunquam diſtinguit Ianſenius, à qua audientia nos excludi velit. Poſſumus enim audiri in publico miniſterio Eccleſiæ; & poſſumus audiri in diſputationibus, caritativis admonitionibus. Poſterius illud loqui & audire, erit ſaltem abſque miniſterii uſurpatione, atque adeo abſque ſacrilegio aut ſacrilegii communicatione, quia Deus unicuique mandavit de proximo ſuo; & talia nihil ad miniſterium, ut Ianſenius recte docuit pag. 187. 189. 105.

Ianſenius nobis ad collationem provocantibus, & ad apologiam nos offerentibus coram Sylvæ-Ducenſibus hoc dictum Tertulliani objecit. Tertullianum verò, aut ullum ex patribus, homines licet ſuo ſenſu errantes ad ſuæ cauſæ apologiam, ſi eam ex Scripturis obtuliſſent, non admittendos voluiſſe, ex dicto nunquam probabit Ianſenius; & quod ſi ita eſſet, repugnaret perpetuæ & ipſius & aliorum ſententiæ & praxi. Vide quæ in Philonio ex Auguſtino aliiſque annotavimus.

V. Tertullianus, neque hanc exceptionem, neque ſolam, neque abſolute, neque primo toti cauſæ catholicorum contra illos prætendit; ſed conſequenter, & habita atq; oblata evidenti hæreſeωn convictione.

[c] Tertio concludit inſultabundus: *mirabili imprudentia & impudentia me auſum dicere, hac quæſtione nodum in ſcirpo quæri, de aſini umbra*, &c.

Reſp. Calumnia mera. [d] Dixi, *qui quæſtioni*

[a] Thuanus hiſt. lib. 28. [b] Vide ipſorum antididagma; & libellum ſubjectum Vincentio Lirinenſi, quo Bucero reſpondet. fol. 109. & 110. [c] Pag. 88. [d] Philon. n. 13. I.

ſtioni huic inhærent, non vero quæſtione hac ſcilicet mota, vel propoſita, vel agitata nodum in ſcirpo quæri. Aliud enim eſt quærere, aliud quæſtioni inhærere. Deinde, dixi illud reſpectu collationis poſtulatæ à nobis ad purgationem calumniarum & defenſionem doctrinæ noſtræ.

[a] Sequuntur exceptiones Ianſenii contra reſponſionem noſtram, in Philon.

Prima eſt. *Abuſus irregularium non præjudicat regularibus.*

Reſp. Sic eſt. Sed Pontificiis præjudicat, quod ipſi cum ſint irregulares, etiam conſcientiis ſuorum atteſtantibus, & toties moniti de doctrinæ ac diſciplinæ corruptelis, bene monentes, & ad curationem adhortantes non modo rejecerint, verum etiam *multis in locis crudeliter interficiendos cenſuerint*, ut loquitur [b] Caſſander, atque ita omnem emendationis curam tranſmiſerint: hoc prætextu, quod monitores tanta authoritate inſtructi non ſint, quantam illi requirunt.

[c] Secunda exceptio eſt, adverſus exemplum Sodomitarum, *quod hanc controverſiam non tangat, quia Lothi admonitio non erat eccleſiaſticæ authoritatis, ſed caritatis.*

Reſp. I. Si tangit emendationem doctrinæ aut morum, tangit hanc controverſiam; & probat familiare eſſe hominibus corruptis, exceptione aliqua adverſus perſonam monitoris, admonitionem eludere. II. Imo ſi caritatis admonitio illa, profecta ab eo, qui neque principatu, neque ſacerdotio apud illos fungeretur, ſola exceptione *Tu peregrinus es* inique retunditur à Sodomitis, quanto iniquius rejicitur poſtulata & intenta reformatio ab illis, qui primas in Eccleſia & Politia obtinent; quorum catalogum ſupra Sect. 1. cap. 2. exhibuimus.

[d] Tertia exceptio eſt ad locum Matt. 21. verſ. 23. 24. *Falſum eſſe Chriſtum Iudæos reſponſo non fuiſſe dignatum, quia quæſtionem non ſolvendo diſſolvit, &c. Quid hoc ad cauſam veſtram, &c.*

Reſp. I. Falſum ergo mecum dixerit [e] Thomas veſter, & patres illi ex quibus catenam ſuam concinnavit: *Quoniam autem non erant digni talia audire myſteria, propterea non dat eis reſponſum, ſed è contra interrogat.* Et paulo ante: *Reſpondens Ieſus dixit eis: interrogabo, &c.* Chry. ſuper Matth. *non quidem ut reſpondentes audiant, ſed ut impediti non interrogent. Quia ipſe præceperat: Nolite ſanctum dare canibus.* Sic Theophylactus: *oſtendit autem hoc loco dominus quod maligne interrogantibus non oporteat reſpondere: nam nec ipſe Phariſæis reſpondit, quamvis nulla reſpondendi difficultas eſſet.* Et Lyranus: *Sed quæritur hic quare non reſpondet eis manifeſte, &c. Dicendum, quod licet poſſet reſpondere prædicto modo, noluit tamen duplici de cauſa, &c.* II. Sed quæro ex Ianſenio, an Chriſtus præſciverit, adverſarios non reſponſuros? Quod ſi præſciverit, ergo ſequitur, abſolute reſpondere ipſis noluiſſe ad interrogationem, & reſponſo illos dedignatum eſſe, quia reſponſum ſuum à conditione non implenda ſuſpendit. Huc ergo analogice applica vulgatum illud Iuriſconſ. & Logicor. *Conditio impoſſibilis enunciationem reddit impoſſibilem.* Sed legatur Scripturæ contextus. III. Optime ad cauſam noſtram facit. Noſtrorum miniſterium ordinarium, ſed extraordinaria & ſtupenda tot myriadum converſione, tanta Papatus ſtrage, tanta corruptionum reformatione jam ultra ſeculum contra tantas Antichriſti molitiones pertendens, tam evidenter virtutem à Chriſto egreſſam, demonſtravit, ut cæci plane, aut deſperate improbi ſint doctores illi, qui ad ulcera ſuorum horrentes ipſi, & aliorum curam non ferentes, quærant, *Quis tu es, qua arte, qua poteſtate iſtud facis?* Ad quam quæſtionem

a Cap. 11. b Tract. de offic. pii, &c. c Pag. 78. d Pag. 80. e In Catena in Matth. 21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

quamvis nos facillime & promptiſſime reſpondemus, & reſpondimus, ad ſolam tamen illam lectores aut auditores noſtros ut ad ſcopulum adhæreſcere, & agitatione ejus qualicunque ab omni veritatis indagatione repelli nolimus. Quin imo importuna & nimis operoſa hujus exceptionis prætenſione, cauſam alicujus in non levem ſuſpicionem adduci putamus. Exceptio enim dilatoria non tollit actionem, ſed tantum differt. Ego ſanè ſi Lovanii eſſem & nominatim à Ianſenio provocarer ad probationem eorum, quæ in miniſterium ipſius & eccleſiam Romanam ſparſiſſem, non putarem ex honore cauſæ meæ, perſonali iſta exceptione provocationi me poſſe ſubduci: Aut in media collatione, ſicubi aqua mihi hæreret, & ad diverticulum illud declinarem, non dubitarent adverſarii concludere, me in aſylum ignorantiæ & deſperationis compactum.

4. [a] De noſtra poteſtate tum in genere, quod ad functionem eccleſiaſticam, tum in ſpecie, quod ad actum ſpecialem reformationis & emendationis tam illuſtria habemus divinarum ſcripturarum teſtimonia, ut vos lucifugas in deſperationem, in rabiem, & in accuſationem ſcripturarum egerint. Quod quidem antiquiſſima & evidentiſſima hæreticorum nota eſt.

[b] Quarta exceptio eſt, contra illud quod num. 13. 1. de Iudæorum Actor. 4. 7. & de Paganorum exceptione, &c. adduxeram. Vbi primo apologiam Iudæorum & Paganorum inſtituis, quaſi Annæ, Caiphæ & ſimilibus Hierophantis Superiores tui advocatum te dediſſent. [c] *Iuſtum*, inquis, *& æquum petunt, cum à prædicatoribus cæleſtis authoritatis probationem petunt. Stultum eſt enim, & mille impoſturarum ſeminarium, hominibus ſe Dei præcones & legatos venditantibus, factiſque ſuis divinam authoritatem cælitus datam prætexentibus citra ligitimas probationes credere.*

Reſp. Quaſi authoritas Apoſtolorum Chriſti non ſatis probata fuiſſet authoritate, doctrina, & miraculis Chriſti. Sed concilia hæc tua Matth. 21. *Iam certiſsimè ſciebant Chriſtum divina authoritate tot miraculis comprobata populi doctorem agere, ita ut accuſandi non ſciendi cauſa improbam quæſtionem de poteſtate ejus proponerent*, p. 79. 80. Conferantur quæ Thomas, Ianſenius Epiſcopus Gandavenſis ad locum illum commentantur. Et Actor. 4. 7. *Iuſtum & æquum petunt*, Apoſtolis ſcilicet dicentes, *qua poteſtate, & quo nomine hoc feciſtis?* An obliti erant nunc ſacerdotes veritatem illam, cujus (te ipſo teſte) tam probè conſcii erant Matth. 21? Niſi forte dicat Ianſenius Apoſtolorum cauſam & poteſtatem non pendere à cauſa & poteſtate Chriſti. 2. Non tantum mihi, & rei veritati, & ſibi ipſi; ſed & expoſitioni ac menti veterum ac recentiorum contradicit. Audiatur [d] Chryſoſtomus de juſtitia & æquitate hujus quæſtionis: *Et iterum judicii formam negotio huic adhibent, ut injuſto judicio reos illos faciant, & quum ſtatuiſſent illos in medio, interrogabant, qua virtute, aut quo nomine feciſtis hoc, quamvis noſſent. Moleſtè enim ferentes, inquit, eo quod annunciabant in Ieſu reſurrectionem: ſanè propter hoc vinxerant eos. Cujus igitur gratia interrogabant? exſpectabant, & putabant, quod propter multitudinem negaturi eſſent, & propter illam nihil non facturi.* [e] Summa, prout ante conſilium inierant contra Chriſtum, in ipſius perniciem; ita & hic contra apoſtolos. *Hæc quæſtio non niſi ad terrendum & capiendum eos proponitur, quomodo de ſimili Matth.* 21. rectè pronuntiat Lyranus. Qui de præſenti etiam longè aliter ac Ianſenius: *Interrogabant eos, ex diverſis partibus ad ſtupefaciendum. In qua virtute &c. q. d. patet quod hæc feciſtis artibus Magicis.* Similiter Magiæ crimen voluiſſe extorquere, aut ſuſpicionem ſaltem injicere iiſdẽ illis interrogationibus Matth.

[a] Pag. 81. [b] Cap. 13. [c] Pag. 82. [d] Hom. X. in Acta. [e] Ita Sanctius in Actor. 4.

21. refert [a] Lyranus; & Thomas ex Hieronymo. Et Iohan. 9. verſ. 19. ut ibi obſervat Chryſoſtomus. Ecce æquitas & juſtitia iſtarum interrogationum, *qua poteſtate, &c.*

3. Non eſt nobis inſolens ſacerdotum, & Concilii Iudæorum contra mentem veterum & ſaniorum expoſitorum, contra ipſos apoſtolos, contra ipſum Chriſtum ſuſcepta defenſio, idque ut nobis ſaltem ægre faciant, ut hac etiam Antichriſtianiſmi nota cauterizatos ſe oſtendant. *Sententia*, inquit [b] Hardingus, *Concilii erat juſta & vera.* Petr. à Soto & Hoſius in prolegom. contra Brentium, negant Concilium erraſſe; quia ſcilicet tunc temporis non deerat ſacerdotio Levitico Spiritus Sanctus, Spiritus veritatis.

Sic [c] Melchior Canus: *Sacerdotum veterum acta quidem Chriſto adverſa fuerunt, at ſententia hominum alioqui peſſimorum, non ſolum veriſſima, ſed reipublicæ etiam utiliſſima fuit. Quin divinum oraculum fuiſſe Iohannes Euangeliſta teſtatur, &c. Quæ ex re fit, ut noſtrorum Pontificum vita quidem & opera contraria forte ſint Domino Ieſu; ſed etiam judicia & vera erunt, & Chriſtianis utilia &c.* Hæc ille pro concilio Cajaphæ & Sacerdotum.

4. Sed ſi juſtè curioſæ & malitioſæ illæ quæſtiones à ſacerdotibus illis factæ fuerint, quia ſcilicet ordinarii doctores & paſtores, ſecundum ordinem à Deo ita primitus inſtitutum, qua conſequentia Paganis illa apologia tua applicabitur, cum veritatibus doctrinæ Chriſtianæ, nonnullis etiam ex communi ſenſu, rationum evidentia, & ſuorum teſtimoniis egregiè probatis ſolas illas exceptiones, *Tu quis es, unde veniſti, quis te miſit? &c.* opponeret; atque hoc prætextu, in idolomania, impietate, turpiſſimis ſceleribus perſtarent olim, aut etiamnum hodie perſtant. An juſta & æqua eſt hæc ipſorum exceptio declinatoria? Si quidem tibi conſtas, eſt certe tuo judicio; & ſtulte ſane facerent Iaponenſes, Chinenſes, ſi veſtris legatos Dei ſe venditantibus, factiſq; ſuis, hoc eſt, prædicationi ſuæ, liturgiæ ſuæ authoritatem divinitus datam prætexentibus citra legitimas probationes crederent. Sed cedo, quænam eſt illa probatio legitima? Aut eſt probatio veritatis, & divinitatis doctrinæ & cultus, quem annunciant & propagant inter Gentiles? At illam nos afferimus. Ergo injuſte nos repellitis & ab audientia nos excluditis, qui legitimas probationes ferimus. Aut illa probatio eſt prolatio diplomatum vocationis miſſionis à Generali ſuo, & Pontifice Romano? At ſi vos putatis iis ſatisfactum iri Ethnicis, ab omni religione Chriſtiana alienis; ad quid Thomæ, aliorumque ſcripta contra Gentes?

[d] Aut denique illa legitima probatio eſt, Miraculorum patratio. Atque hanc naufragii tabulam hoc capite arripis (aliam vero alibi) adductis Moſis & Micheæ exemplis. Sed hæc reſponſio minime ſatisfacit. Non enim omnibus donum miraculorum confertur; ſed paucis tantum, ut ſupra ex Delrio [e] & Biel oſtendimus. Itaque vix ulli reſtabunt vobis idonei prædicatores, aut diſputatores. Deinde plerique, qui primis ſæculis diſputando, prædicando, ſcribendo Gentiliſmum & hæreſes maxime exſtirparunt, & Chriſti fidẽ propagarunt, quorum ſcripta etiamnum exſtant, illud donum nec habuere, nec ſibi attribuere, neque illud pro miſſione ſua adverſus exceptionem illam declinatoriam, *Tu quis es, &c.* prætenderunt; ſed alia longe methodo cauſam ſuam egerunt.

Denique ſi veſtri in Iaponia & India miracula non raro ediderunt (credat Iudæus Apella, & Canus locor. Theol. lib. 11. c. 6. pag. 653.)

[a] Citat Maldonatus ibid. [b] Contra apolog. Eccleſiæ Anglicanæ cap. 6. diviſ. 3. part. 6. [c] Locor. Theolog. lib. 5. cap. ult. [d] Pag. 82. 83. [e] Lib. 1. Sect. 4.

pag. 653.) tamen illud *non raro* ſeu *aliquando*, non ſufficit per tot diſperſas & diſſitas Gentes; Quomodo enim omnibus, ubique, & ſingulis momentis, quotieſcunque diſceptatio aut inquiſitio de religionis mutatione orta fuerit, & exceptiones illæ de vocatione opponuntur, ſatisfiet præſentibus ſignis? Ergo aliæ & ordinariæ panacææ, quæ vocatæ quavis occaſione facilius adſint, à veſtris illis adhibentur, ſi vera ſint quæ habent relationes [a] Iaponicæ, Mogoronicæ,&c.hoc eſt,ad ipſum doctrinæ & veritatis annunciatæ examen & probationem ducuntur Ethnici, ut ex veritate & dignitate fidei divinæ præcones & nuntios illos æſtimare diſcant.

Poſtremò vocatio, & miſſio veſtrorum in India, China,eſt ordinaria (ut tu p.111.) ab eccleſia ſcilicet Romana: Opus ſolum ſeu exercitium illud ſingulare iſtius functionis eſt extraordinariũ & inſolitum, tum à parte prædicatorum, tam extenſive, quam intenſive; tum à parte eorum, quibus prædicatur, quia eſt contra ordinarium miniſterium, ſive ſacerdotium, & contra antiquam, priorem, & per ſæcula aliquot, uſque hoc tempus decurrentem religionis partim Ethnicæ, partim Mahumeticæ, ſucceſſionem, receptionem, & poſſeſſionem. Imo & Chriſtianæ religionis apud eos qui in regnis Calicut, Cochim & in toto Malabar profitebantur ſe à Thoma Apoſtolo Chriſtianiſmũ edoctos fuiſſe; & à Patriarcha Babyloniæ ſuos habuerunt Epiſcopos in Angalmal, ſive, *La Serra*, Luſitanis. Goæ enim Archiepiſcopus, ſuſcepit eorum reformationem, & paſtores ordinarios vel exautoravit, vel reconciliavit, ſi fides habeatur eorum hiſtoriis, etiam pleriſque repugnantibus, Ethnicorumq; dynaſtarũ ad id uſus eſt, ſive abuſus, autoritate. Idem tentarunt apud Abyſſinos, & alicubi mutationem inſtituerunt, quamvis id non ſucceſſerit, nec tamen ibi miraculis inclaruerunt. Vide Hiſtoriam, ut vocant, Orientalem de progreſs. Eccleſ. Rom. opera Alexis de Meneſes, ordinis Eremit. S. Aug. Arch. Goæ, primatem Orientis ſe gerentis. Excuſa eſt Bruxellis, apud Rutgerum Velpium. 1609. Gallicè ex Caſtellano. Itaque miraculis, te judice, veſtris non eſt opus, niſi dicas ibi opus eſſe, quia Euangelio non credunt, & principiis Chriſtianorum dogmatum. *Noſtrorum vocatio*, & functio itidem fuit ordinaria, & communi praxi (cui corruptio adhærebat) conſtituta ac recepta in illis eccleſiis, ubi tunc miniſtrabant. Vſus & exercitium functionis in individuo, quod ita docuerint e. gr. *de juſtificatione per juſtitiam Chriſti imputatam, de religioſa adoratione unius Dei, & non imaginum aut creaturarum; & quod ſub duabus ſpeciebus cœnam adminiſtraverint, quod vernacula lingua ſacra peregerint, &c.* Itidem ordinarium erat reſpectu miniſterii & vocationis ad illud in ſe & ſua natura; Extraordinarium vero erat & inſolens, per accidens ſcilicet corruptionis tunc receptæ, & ordinariorum abuſus. Sicut in Politia, in familia omnis reſtitutio, redintegratio, & emendatio, mutatione ſua, extraordinaria & inſolens eſt, tum reſpectu corruptionis jam receptæ & poſſidentis, tum reſpectu ordinarii curſus inibi corruptorum & corrumpentium; quamvis illa fiat ordinaria poteſtate ab ordinariis Magiſtratibus, Officiariis, Oeconomis.

Ad ſecundum ergo, ſingulare & extraordinarium illud opus, quo quis mutat in melius & emendat miniſterium ſuum, non poteſt quæſtio inſtitui de Vſurpatione, ſed tantum de abuſu; & ita ad diſceptationem de ſana aut corrupta doctrina (ubi acuta crux fixa Pontificiis noſtris) deventum eſt, an ſcilicet verum & bonum ſit, quod docet & facit; rurſus an falſum & malum, quod ante ipſum ordinarii prædeceſſores & ipſe cum

a Vide quid de Diſputationibus & ſubtilitatibus Ieſuitarum jactent. Relat. Iapon. Mogor. &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cum illis tradidit. Hic ſi fugientes acies ſuas non ſiſtant, conclamatum eſt de illis. Nihil enim tunc præſidii relinquitur in primo illo quæſito, *Tu quis es, unde veniſti, qui me erroris, peccati arguis, & convincis?* Etiamſi enim noſtros uſurpationis viciſſim arguerent (quod nulla ſpecie poſſunt) ipſi tamen cauſa cadunt, & plebi ipſorum incumbit eos cum idolomania ſua & falſo cultu deſerere, & illis cætibus ſe adjungere qui à ſordibus illis repurgati, puriorem cultum exercent, quicunque aut ubicunque tandem illi eſſent. Vides ergo, hic miraculis nobis non eſſe reſpondendum (quæ abſque veritate doctrinæ nunquam ſufficiunt) ſed legitima demonſtratione fidei ex ſuis principiis. Hoc ubi fit, præſtò ſunt miracula non à nobis, ſed à Chriſto & apoſtolis facta, ut tu ipſe p. 111. alia in cauſa definis. *Per iſtam cum illa Eccleſia* (Romana ſeu Catholica) *conjunctionem quidquid miraculorum ab ipſo Chriſto & Apoſtolis perpetratum fuit ad conciliandam ſibi ſuæ miſsionis autoritatem, hoc totum ipſis in ſuæ miſsionis teſtimonium cedit.* Et miraculum ille ſit, qui ad veritatem fidei nova miracula denuo poſtulet.

Ad primum, nempe legitimum ingreſſum in miniſterium; quæſitum illud *unde veniſti* fieri poteſt, ut ſupra diximus, & reſpondere tenetur, ac facillime poteſt ille, qui per oſtium ingreſſus eſt. Quod ſi autem importune & inique exemplo Sacerdotum irregularium Matth. 21. Iohan. 9. Actor. 4. 7. 2. Paralip. 18. Semper quærat ut non inveniat, & doctrinæ examen ſubterfugiat: quamvis aliquando poſſit exemplo Chriſti contemnere aut reſecare; non male faciet, *ſi geſtiens ubique adverſario occurrat*, ut cum [a] Tertulliano loquar, juxta illud Salomonis Proverb. 26. *Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ejus, ne adæqueris ei etiam tu. Reſponde ſtulto, ſecundum ſtultitiam ſuam, ne forte ſit ſapiens in oculis ſuis.*

Nos reſpondimus jam in Philonio, & rurſum reſpondemus, & ſemper ad apologiam ſive ſcripto, ſive viva voce (quod malumus) parati ſumus apud omnes, quicunq; rationẽ miſſionis noſtræ, & noſtrorum ὁ̓καίρως ἀκαίρως exigent. Non erimus per Dei gratiam Lucifugæ; Non reſpondemus autem ad hoc quæſitum per miracula, ut tu poſtulas, quia vocationem noſtrorum, ſeu ingreſſum ipſorum in miniſterium ſuum, e. gr. Epiſcopatum, preſbyteratum, paſtoralem curam diximus in [b] Philonio, & etiamnum dicimus, & probamus fuiſſe ordinarium; quod miracula neceſſario non requirere ipſe docuiſti; atque hac ratione exſerte diſtinxiſti ab extraordinaria.

5. [c] Ad loca Tertulliani & Origenis, quib. hoc negotium conficit Ianſenius; quamvis eorum teſtimoniis ipſe teneri nollet, prout eos nobis depinxit p. 361. Reſpondemus. Primo illa non facere elenchum, ſaltem contra nos; qui dicta illa ut veriſſima exoſculamur, & de puncto ad punctum ſequi volumus, & ſequimur, vocationem noſtram divinam, tum ex doctrinæ veritate, tum ex ipſius vocationis requiſitis & facti evidentia legitime probantes. Sed inſtar gladii Goliath in cervicem capitis veſtri Pontificis ea imprudens impingis. Ipſe enim eſt, qui ex ſua affirmatione ſibi defendit authoritatem ſuam: e. gr. *Eccleſia Romana eſt infallibilis. Pontifex eſt infallibilis.* Quare? proba, ut mihi hoc ſit de fide divina, cui non poteſt ſubeſſe falſum. *Quia illa, quia iſte hoc affirmat.* At quæro, quis ſcit, an vere hoc affirmet? *Quia eſt infallibilis.* Summa huc redit: *Pontifex eſt infallibilis, quia ipſe, qui hoc dicit & definit tanquam de fide, eſt infallibilis.* Sed de hoc circulo poſtea erit dicendi locus. Secundò

[a] Adverſus Marcion. lib. 3. cap. 1. [b] Philon. num. 13. IV. [c] Pag. 82.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

dò reſpondeo, ſi Ianſenius verba Tertulliani in eadem periodo præcedentia addidiſſet, vidiſſet lector Ianſenii argumentationem eſſe Sophiſma pertinens ad vicum ſtramineum, ut cum [a] Lyrano loquar. Verba ſunt iſta: *Proinde enim præceſsiſſe debuerat mittentis* (Dei patris) *patrocinium, in teſtimonium miſsi* (Dei Filii.) Objicit Marcioni ſuſpectum eſſe, quod Chriſtus ipſius tam ſubito venerit, antequam pater de filio teſtaretur, mittens de miſſo. Quid ergo præcedens teſtificatio patris de filio ante miſſionem filii exhibita, (quam requirit Tertullianus) ad probationem miſſionis miniſtri ſequentem, quæ ad quæſitum & exceptionem adverſariorum de doctrina ejus dubitantium, quavis occaſione debetur (ut vult Ianſenius)?

Sed centoni quidvis aſſuendum erat: reliqua eadem p. 82. de pſeudoprophetis examuſſim conveniunt Pontifici, qui de ſeipſo judicialiter pronunciat, nemini tenetur rationem reddere, & cui nemo poteſt dicere, *Domine quare facis ſic?* etiam cum animas ſecum in tartarum præcipitat. Nos contrà illum morem non habemus, ſed abſque legitima probatione nihil proferimus, nihil etiam recipimus. Concludimus ergo, rectè à nobis in Philonio dictum, Pontificios ſimiles eſſe Iudæorum ſacerdotibus, paganis, & hæreticis, qui cum errores & idololatriam nec tueri poſſunt, nec emendari volunt, in accuſationem vertuntur monitorum, immo & ipſarum Scripturarum: [b] *Semper interrogantes, & doceri nolentes; ſemper diſcentes, & nunquam ad cognitionem veritatis pervenientes;* Fruſtra quærentes ἀταξίαν aliorum, & non videntes ſuam; profunde examinantes titulum & authoritatem Reformatoris, & vim Reformationis abnegantes, ut ſe non convertant, & ſanentur. [c] *Malitioſe ſcilicet quod factum eſt ſilentes, æſtimatam prævaricationem in medium ferunt.* Et, *Quia enim ſignis* (tam ſtupendæ errorum & Antichriſtianiſmi revelationi, & reformationi) *detrahere non habebant, ex his quæ inhibebantur in templo vendere, afferunt reprehenſionem. Ac ſi dicerent: nunquid magiſtralem ſuſcepiſti thronum? Sacerdos conſecratus es, quoniam tantum demonſtraſti poteſtatem &c. de ſacerdotali familia genitus non es, ſenatus tibi hoc non conceſsit, Cæſar non donavit. Si autem credidiſſent quia omnis poteſtas ex Deo eſt, nunquam interrogaſſent quis tibi dedit hanc poteſtatem? Omnis enim homo ſecundum ſe æſtimat alterum, &c. ſic qui non eſt ex Deo ſacerdos, nullius ſacerdotium putat ex Deo.* Vt graphice ex Chryſoſtomo Pontificiorum Patriarchas, prædeceſſores Iudæos hac in parte deſcribit Aquinas. Quod exceptionibus & apologiæ Ianſenii pro juſtitia & æquitate illarum interrogationum opponimus. Sed inſpiciat quæſo lector ipſum Scripturæ textum Matth. 21. Actor. 4. Iohan. 8. & cap. 9. per totum, 2. Paralip. 18. & Geneſ. 19.

Quinta [d] exceptio eſt ad exemplum Donatiſtarum à me allatum, num. 13. 1. Sed ſi alicubi, hic vertiginem patitur Ianſenius. Quicquid enim diſtinguit, explicat, applicat, amplius confirmat illud, quod ego dixeram. Pontificios ſcilicet, & inter eos Clerum Sylvæ-Ducenſem cum ſuo advocato, quàm ſimillimos eſſe Donatiſtis, qui in collatione Carthaginienſi ut quæſtionis, in qua manifeſtiſsime vincebantur ex Scripturis, ſcopulum fugerent, parergam quæſtionem intruſerant, quis ille eſſet, qui Auguſtinum ordinaſſet, idque non alio ſcopo, &c. Ad quæ nos ſimiliter cum Auguſtino & Catholicis reſpondemus: *Quid ad cauſam pertineat veritatis, uniuſcujuſque Epiſcopi ordinator, non ſatis agnoſcimus.* Et, *ſuperflua quæri video, & ad ipſa non denego reſponſionem, dum tamen eccleſiæ cauſa, cui reſponderi nihil poteſt, in tutiſsimo fundamento collocetur.*

a In replica contra Burgenſem ad Matth. 21. b 2. Timoth. 3. c Thomas in Ioh. 9. & Matt. 21. d Cap. 14. p. 84. 85. 86.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

locetur. Vide reliqua in Philonio meo, & apud Ianſenium, confer imprimis geſta ipſa collationis, ut à Pappyrio Maſſon ſeorſim edita ſunt; & breviculum ejuſdem collationis apud Auguſtinum.

Sed exceptiones ſeu turpiſſimas contradictiones Ianſenii ad argumenti formam revocemus.

Si quæſtiones ſint longe diſſimiles, non debent Pontificii comparari cum Donatiſtis quod ad illas quæſtiones.

Sed quæſtiones Donatiſtarum in collatione, & modernorum Pontificiorum ſunt longe diſſimiles. Ergo.

Reſp. I. Ad Majorem, non eſſe eam ſimpliciter veram. Etiamſi enim inter duas quæſtiones magna ſit diſſimilitudo, poteſt tamen eſſe aliqua ſimilitudo, quod ad aliqua accidentia. Imo poteſt eſſe identitas, quod ad genus remotum, aut proximum. Et Pontifices Romani, Cardinales, Epiſcopi ſæpè à ſuis comparati ſunt cum Scribis & Phariſæis, quamvis doctrina & vita fuerit multum diſſimilis. Imo cum diabolo, Lucifero, cum Beelzebub.

II. Minor negatur.

Probatio Minoris: [a] Quæſtio Donatiſtarum tantum erat, *qualis eſſet ordinator*; quæſtio Pontificiorum eſt, *An ullus ſit ordinator* Calvini, Voetii, &c. an vero privata authoritate arripuerint. Ergo quæſtiones ſunt longè diſſimiles.

Reſp. I. Eſt inconſequens. Dato enim, quæſtionem Ianſenii, *An ſit*, & quæſtionem Donatiſtarum, *quis ſeu qualis ſit*, non eſſe eandem, non ſunt tamen plane diſſimiles. In eo enim conveniunt & ſimillimæ ſunt, Primò quod utraque ſit quæſtio parerga, intruſa, Sophiſticæ abductioni inſerviens, ad imitationem lucifugarum, & fugientium propoſitæ cauſæ & veritatis examen, ab utriſque agitata: Adhæc, quod utraque quæſtio ſit particularis, & perſonalis, non communem doctrinam aut cauſam fidei & eccleſiæ continens, ſed ex. gr. Cæciliani, Auguſtini, Lutheri, Calvini, Voetii, &c. hoc tamen fine propoſita, ut ex perſonis & factis cauſæ præjudicium adferatur, & eccleſia pro non eccleſia habeatur. Tertiò, quod ſit quæſtio de facto, & de moribus; prout illa quæſtioni de jure ſeu de fide & doctrina contra diſtinguitur. Et tu quidem tuam quæſtionem planiſſime ita determinas, & diſtinguis cap. 16. & cap. 19. Lector quæſo conferat. Denique, quod ſit quæſtio, quæ, poſita jam provocatione aut collatione aliqua de vera & catholica eccleſia & fide, tantiſper rejici aut ſuperflua haberi poſſit, ne provocatio illa aut collatio impediatur; ſaltem quæ ante inſtitutæ cauſæ diſceptationem, ab omni audientia & collatione collatorem illum, quem tangit, excludere non debeat; imprimis ſi ille ad reſponſionem ſe offerat. Quod Auguſtinus fecit, & nos cum illo.

II. Falſum eſt prius membrum antecedentis; Donatiſtas nihil aliud quæſiviſſe quàm de bonitate, aut malitia ordinatoris; [b] *Ex quo fit, ut ſive bonus ſive malus fuerit ordinator, nihil prorſus ad acceptam poteſtatem referat.* Reſp. Quærebant Donatiſtæ Auguſtinum & ordinatorem ejus Cæcilianum facere crimino ſos, ut tu loqueris, atque hac ratione ex vitio ordinatoris ordinationem eccleſiaſticam Auguſtini, & ex ordinatione miniſterium ejus, prædicationem ejus, immò & eccleſiam orthodoxam ream peragere, & ſciſma ſuum contra Cæcilianum factum juſtificare. Ita de Donatiſtis habet mandatum Catholicorum; & [c] Auguſtinus de hæreſibus: *Hanc eccleſiam Cæciliani & ſociorum ejus neſcio quibus peccatis periiſſe pollutam, atque in parte Donati ejus reliquias permanſiſſe.* Vides

[a] Pag. 86. [b] Pag. 86. [c] Collat. 1. cap. 55. de hæreſibus cap. 69.

des ex ſenſu Donatiſtarum multum ad acceptam poteſtatem referre, bonitatem aut malitiam ordinatoris; ſi enim nulla apud Catholicos erat Eccleſia, quæ malos bonis permixtos habebat, ſi nullus baptiſmus (quippe quem Donatiſtæ iterabant teſte [a] Optato) nullum erat itaque miniſterium, nulla ordinatio, imprimis Auguſtini, qui à Cæciliano ordinatus.

3. Laborat etiam antecedentis membrum poſterius aut falſitate aut triviali ac ſtupida λεπτολογίᾳ. Neque enim directè & primò illa quæſtio Pontificiorum eſt, *an ullus nos vocaverit & ordinaverit, an verò à nobis ipſis ordinati ſimus* (niſi quis ἀῤῥωστίᾳ διανοίας laboret inter ipſos) ſed quæſtionem movent recentiores, an legitime vocati & ordinati ſimus, ex quo per conſequentiam in calore diſputationis poſtea forte inferunt rigidiores, Illegitimam ſeu non-Canonicam ordinationem eſſe ipſo jure nullam. Paulò ſanè lenius, quam Donatiſtæ, neque enim in noſtris Eccleſiis à nobis baptizatos rebaptizant, quod faciebat rigor Donatiſtarum.

Et ſic ipſe Ianſenius ſibi contradicens pag. 115. *Quod verò Calvinum à Genevenſi Eccleſia ordinatum dicis, nihil dicis. Iam enim oſtenſum eſt, non eſſe ſatis ut ritus ordinationis quoquo modo erga quempiam obſerventur*, &c. Hic manifeſte quærit Ianſenius, non, *An factum fuerit*, ſed *per qualem, & quomodo factum fuerit.*

Sic nemo ſanus, niſi forte Ianſenius, quæſtionẽ movebit de Venetis, Ludovico Bavaro, Henrico Borbonio Navarræ rege, &c. an ullus eos excommunicaverit, ſeu, an aliqua fuerit in ipſos excommunicatio. Non ita certè inſanirent author bruti Fulminis, Marſilius Patavinus Scriptores Veneti, quamvis acriter, & ſatis ſolidè probent nullitates iſtarum excommunicationum. Sed præſuppoſito ſtatu inficiali, ad ſtatum qualitatis ſe conferunt, & ita inſtituunt quæſtionem, An legitimè fuerint excommunicati, an vera & legitima fuerit excommunicatio Pontificis, & conſequenter, an non ipſo jure nulla. Sic noſtri directè non proponunt in vos ita controverſiam, An ulla ſint Sacramenta, an ulla adminiſtratio Sacramentorũ in Eccleſia Romana; quamvis videant diſputationibus veſtris pleraque veſtra Sacramenta in nihilum redigi, & tandem diſputationẽ fore de nudo titulo, ſiquidem ita pergitis: dum ſæpe nec materia nec forma Sacramenti certa fide definita & conſtituta vobis manet.

Similiter Baronius quamvis in monarchiam Siciliæ, quam tenet potentiſſ. Hiſpaniarum rex, ferociter nimis inſurgat, & ipſo jure nullam probare ſatagat; tamen non format ſtatum quæſtionis. An ullam habeat Monarchiam, ſed an legitime & jure habeat. Ita poteſtatem temporalem Pontificis cum ut illegitimam oppugnant Barclajus, Doctores Sorbonici, & quicunque iſtius ſectæ ſunt, Non quærunt, an ulla ſit poteſtas, ſed an ſit legitima, & de jure. De Pontificis miſſione in patrimonium Petri, non quæritur, an ſit, ſed an legitima ſit. Cum Pontifex transfert, & diſtribuit hujus mundi regna juxta illud:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.

Non eſt quæſtio, an ullus dederit Rodolpho imperatoriam poteſtatem, aut regibus Hiſpaniæ & Luſitaniæ novum orbem, & Regi Hiſpaniæ Regnum Navarræ, aut Sanctio cuidam Soldanatum Egypti, aut Pontifex ſibi ipſi Regnum Angliæ, & denarium S. Petri; aut Clemens VIII. Cardinali Farneſio idem regnum deſtinarit; Sed quæſtio eſt, an legitime iſta dederit. Sic de monſtroſis & illegitimis illis Pontificibus Baronius quæſtionem non movet, an aſcenderint in Cathedram Petri, ſed per quales aſcenderint, & an legitime aſcenderint, qui per meretrices intruſi ſunt. Alia enim

[a] Lib. 5. contra Parmenianum cap. 7. 8. 9. 10.

enim eſt quæſtio de facto, de ingreſſu ſcil. de aſcenſione Pontificis, & alia de modo. Sic in noſtra quæſtione, aliud eſt factum, vocatio & ordinatio ad miniſterium, & aliud eſt modus. Primum, quod ad vocationem noſtrorum præſupponitur, neque directe de eo quæri poteſt. De ſecundo, hoc eſt de modo quæritur. Eſt autem modus rei vel ſeparabilis, vel ſimpliciter inſeparabilis, & rei tam intrinſecus, & neceſſarius, ut ſublato illo, res ipſa tollatur. Modus ille ſi non adeſſe probatus fuerit, non poteſt tamen directè dici, aut conſequentia inferri, rem ipſam nullam eſſe, ut ex.gr. baptiſmus per Iudæum, laicum, fœminam adminiſtratus ex ſententia Pontificiorum; Conjugium ſolennizatum abſque teſtibus, Abſolutio data per ſimplicem monachum, aut per laicum, & ſimilia.

Modus inſeparabilis, ſicubi abeſſe probetur, jam per conſequentiam contra adverſarium concludi poteſt, ut quaſi poriſma ex concluſis elici, rem ipſam nullam eſſe. Quod ſuo ſenſu faciebant Donatiſtæ de Vocatione, Eccleſia, Baptiſmo Catholicorum.

Et Ianſenius paſſim Papali ſenſu de noſtra Eccleſia, vocatione, miniſterio. Directe tamen, neque primò dicendum eſt, idque ante omnem probationem in formando ſtatu controverſiæ. Nec caritatis, nec prudentiæ, neque artis legibus hoc conveniret. Poſthac ergo abſtineat à nugacibus diſtinctionibus, & fateatur idem ſaltem (ne quid amplius) Donatiſtas objeciſſe Catholicorum miniſterio, quod ille noſtro, ne communi ſenſu, aut conſcientia omni deſtitutum ſe oſtendat. Ego viciſſim ſpondeo, me circa ipſius ordinationem & presbyterium, quæſtionem *An ſit* non moturum, ſed tantum *quale ſit*, illudque dicturum *presbyterium* aliquod ſaltem, ut in Scholis, *Ens rationis vocant ens, ſed cum cauda*. Habet in hac moderatione anteceſſores Clerum & Vniverſitatem Colonienſem, qui non diſputabant, an vocatus eſſet Bucerus, ſed an legitime & ſecundum Canones ab Reverendiſſimo ſuo Bonnam eſſet vocatus. Ita etiam habet titulus libelli: *Iudicium, &c. de doctrina & vocatione Martini Buceri ad Bonnam.*

Canoniſtæ conjugium diſtinguunt in [a] *legitimum & non ratum*, in *legitimum & ratum*, in *ratum & non legitimum*. Cur talem diſtinctionem non applicant Conjugio Eccleſiaſtico, hoc eſt, vocationi miniſtrorũ: Vt etjam deficiens aut corrupta vocatio, nomen & rationem *vocationis* aliquo modo retineat?

Confer quæ infra dicemus cap. 6.

[a] Lancelotus lib. 2. tit. 12. c. ex his apparet.

SECTIONIS SECVNDÆ
CAPVT III.

Reformati non ſentiunt, quæſtionem de doctrina Prædicatoris non eſſe diſtinctam à quæſtione de ejuſdem vocatione.

TERTIA [a] falſa hypotheſis eſt, quæſtionem de doctrina prædicatoris & ejus miſſione non eſſe diſtinctam, ex noſtra ſcilicet ſententia.

Meram eſſe calumniam tuam, non ſententiam noſtram, ex ipſis verbis à te deſcriptis conſtabit: [b] *Quæſtio illa, an vera & ſalutaris ſit doctrina quæ annunciatur, propriè & propius conſcientiam fidelium & ſalutem tangit.* Vides me ſatis ſollicitè diſtinguere has quæſtiones, tum in ſe, tum reſpectu ponderis ſeu momenti, quod habent in negotio ſalutis. Ineptè ergo & fruſtra diſtinctionem illarum quæſtionum inculcas, & titulo capitis 16. præſcribis. Confer modò verba mea immediatè ſequentia: *Altera autem illa quæſtio, quis qualiſve ſit prædicator, &c. magis conſcientiam ipſius quam auditorum tangit. Ipſe enim rationem reddit Deo, ſi intruſerit ſe, &c.* Probationis loco quæ ſubdit Ianſenius, ut nobis calumniam ſtruat, & apertè falſa ſunt, & hominis timorem ac fugam probant.

Primum eſt: *Hoc nunc non agitur inter nos utrum doctrina veſtra, ſed utrum vocatio & miſſio veſtra ſit vera & ſalutaris. Nec diſputamus, quid proprie ſalutem fidelium tangat, ſed quid miniſtrorum, &c. Nam etiamſi tales audire nihil noceret populo, hoc tamen nihil prodeſſet vobis, &c. Sed, ut dixi, de doctrina nunc non eſt diſputandi locus.*

Reſp. I. Saltem hinc conſtat Clerum Sylvæ-Ducenſem cum advocato ſuo examen & diſceptationem ipſius cauſæ principalis, de dogmatibus ſcilicet corruptis Reformatione indigentibus ſtrenuè fugere, quicquid de confidentia ſua alias jactent. Ita ut poſthac de iſta queſtione & exceptione declinatoria, *Tu quis es*, tantum nobis cogitandum ſit.

II. *Falſum eſt inter nos non agi de doctrina noſtra, nec de eo, quod ſalutem fidelium tangat, ſed de eo quod miniſtrorum.* Noſtro programmate provocatorio, ejuſque declaratione de doctrina & ſalute fidelium, ſpecialiter Sylvæ-Ducenſium egimus: Ianſenius in antiprovocatorio ſuo libello & Alexipharmaco *novitates, hæreſes, anathemata, damnationem, debita ſupplicia* Reformatæ Eccleſiæ magno fragore intonat. Quàm ridiculum eſſet, ſi miniſtri defenſuri cauſam religionis ſuæ communi fide & ſalute poſthabita, de propria animarum ſuarum ſalute tantum agerent. Quaſi verò Ianſenius hoc inculcaverit Sylvæ-Ducenſibus in Alexipharmaco & Spongia, an miniſtri eſſent ſalvandi, nec ne. Ad lectionem libellorum provoco, ut de mendacibus iſtis effugiis conſtet.

III. *Non tam ſpectandum*, quid aut de quo Ianſenius nunc agat, qui hoc agat, ut nihil agatur; ſed quid agendum ſit ex ordine & lege provocationum, collationum, & rerum agendarum, ad veritatis illuſtrationem.

Alterum eſt: *Quod verò tam confidenter aſſeris, Populum tales miniſtros audientem poſſe ſalvari, non ſatis maturè ponderaſti verba tua.*

Reſp. Satis mea verba pōderavi, & etiamnum confidenter aſſero, nec tu antitheſin facere audebis, niſi tuæ Theologiæ in multis

[a] Cap. 16. & 19. [b] Vide Philon num. 13.

tis contradicas. Probationes iſtas accipe ex hypotheſibus veſtris. Primo ſi Populus Epiſcopum errantem in doctrina ſequatur, non tantum ſervari poteſt, ſed etiam meretur, ut definit prius illud [a] Thomas, & poſterius [b] Themeſvar, [c] Angelus de Clavaſio, Toletus, aliique Caſuiſtæ. Audi Tolet. libr. 4. c. 3. p. 557. *Quamvis quis teneat contra ipſos articulos, aut contra ſcripturam, ſi ignorabat eſſe contra Eccleſiam vel ſcripturam, non ſit hæreticus.* Rurſus: *Si ruſticus circa articulos credat ſuo Epiſcopo proponenti aliquod dogma hæreticum, meretur in credendo, licet ſit error, qui tenetur credere, donec ei conſtet eſſe contra Eccleſiam.* Multò magis ſervari poteſt, ſi errorem in facto, ſeu peccatum ejus perſonale aut ignoret, aut ſuſque deque habeat, aut etiam probet, idque ſimplici obedientiæ devotione, *ſeu animo obediendi Epiſcopo*, ut ipſi loquuntur.

Deinde populus, ſubjectus Paſtoribus, Epiſcopis, Conciliis, Papis ſciſmaticis, quorum miniſterio utebatur, aut damnatus eſt cum illis, aut non: Si damnatus eſt, jam tot nationes, tot Eccleſias, tot myriadas animarum gehennæ addicis, quæ ſtantibus 26. ſciſmatis Eccleſiæ Romanæ hinc emigrarunt: Quod abſque probatione nec nos nec tui ita recipient. Si non damnatus eſt, ut quidem veſtri ſtatuunt, & tu tibi contradicens p. 260. jam ſequitur, me ex veſtra ſententia rectè aſſeruiſſe, *Populum audientem miniſtros illegitimè ingreſſos poſſe ſervari.*

Tertiò, plerique plebei in Papatu jam ſæculis aliquot adhæſerunt Papis, Epiſcopis, Curatis illegitimè intrantibus, ſive per [d] Simoniam, ſive per aliam quamcunque corruptionem, & ſacrilegium; quos tamen ideo damnatos non dicet Ianſenius.

Quartò, veſtrâ [e] ſententiâ ſacramenta habent efficaciam ſuam ad ſalutem, etiamſi conferantur à presbytero ſciſmatico, hæretico, excommunicato. *In ſciſmaticis*, inquiunt, *remanere poteſtatem ordinis, ſeu ſacramentalem, per conſecrationem ipſis collatam, ablatā verò poteſtatem Iuriſdictionis, quæ ex ſimplici injunctione hominis confertur.* Vbi exſerte diſtinguunt inter populum recipientem & presbyterum miniſtrantem. Hunc dicunt abſque peccato non poſſe miniſtrare, illum poſſe petere. *Sicut petens mutuum*, inquit [f] Cajetanus, *ab uſurario propter ſuam neceſſitatem, non peccat, quia petit opus bonum à potente illud benè exhibere, ſi vult, ita petens in neceſſitatis articulo baptiſmum à ſciſmatico excuſatur.*

Quintò, laici poſſunt abſolvere in caſu neceſſitatis, & talis abſolutio in illo caſu peti poteſt; poſſunt baptizare etiam mulieres, Iudæi, Ethnici, ſecundum Theologiam Papatus; & baptiſmus ille ſervat; etjamſi nulla ſit presbyteralis aut paſtoralis vocatio. Ergo etiam verbum ſi audiatur à concionatore Canonicè non vocato ſervare poſſet eos qui fide illud miſcent. Valet à majori ad minus. Si enim in receptione tam neceſſarii Sacramenti ex manu ejus qui non eſt vocatus, ſervari quis poteſt; cur damnatus eſſet in auditione verbi ex ore non vocati, cum concionari ſit minima pars poteſtatis Paſtoralis, ut vult Ianſenius, de quo infra. cap. 16.

Sextò, populus judaicus potuit ſervari etiamſi audiret illegitime ingreſſos, ex. gr. Cajapham, Annam, & ſimiles ſacerdotes vel per ſe vel per ſcribas docentes.

Potuiſſe autem Judæos audire tales, & auditores eorum ſervari, modo veritatem docerent, ſi ſecundum veritatem ambularent, conſtat ex Matth. 23. verſ. 1. *Super cathedram Moſis ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſervare, ſervate & facite, &c.*

Con-

[a] Thom. 2. 2. quæſt. 2. art. 6. [b] Themeſvar. libr. 3. Roſarii cap *Fides*. [c] Angelus in Summa p. 154. edit. in 8. [d] Colonienſes fatentur Clericorum *hypocriſim, ſuperſtitionem, Simoniam, fornicationem, adulteria, ceremoniarum abuſum,* &c. in Indice de doctr. Bucer. fol. 119. [e] Thomas. 2. 2. q. 39. artic. 3. [f] Ad Thomam loc. cit.

Conſueviſſe autem ſacerdotes illegitimè uſurpare ſacerdotium, & pecunia illud mercari, deprehenderunt viri docti ex collatione locorum, Ioh. 11.49. Luc. 3. 2. Act. 4. 6.& lib.2.Mach.4.vide Commentat.Ex Pontificiis Thom.in Luc.3.2.& Ioh.11.49. Zanctium in Actor.4. Maldon. in Luc.3.2. Ex noſtris Bezam, & Lud.*de Dieu*, inLuc.3.2. *L'Empereur* in Middot, cap.5. ſect. 3. p. 179. quamvis paulò aliter accipiat iſta cum Scaligero Caſaubonus exerc. ad Baron. an.31. n.8.p.176.

Sept. fideles Corinthii poterant ſervari etiamſi audirent ſciſmaticos illos, qui dicerent, *Ego ſum Pauli, ego Apollos*, de quibus 1.Corinth.3.verſ.3.4.5.Cur non poſſet quis ſervari ſi audiat uſurpatorem?

Octavò : videntur hæc nimis iniquè comparata judicia. Laicus ſi Paſtorem aut Epiſcopum erronea docentem audit, & ſequitur, etiam meretur. Idem ſi quem non vocatum legitimè, vera docentem audiat, damnatur. Ergone major dependentia fidelium & fidei eſt ab unius hominis ordinata vocatione, quam à communi veritate, per quam tamen propriè ſanctificantur, Ioh.17. & ex qua regenerantur 1.Pet.1.?

Probationes Ianſenii, quas contra adfert, non concludunt. Prima eſt, [a] *Qui in republica adhærent alicui Magiſtratum occupanti, rebellionis rei ſunt, ſic in Eccleſia fiunt participes ſacrilegii, &c.*

Reſp. I. Similitudo, ſive conſequentia hæc à ſimili non eſt firma ne quidem in Papali Theologia, ut patet ex ſecunda & tertia ratione. Neque auſus fuit Ianſenius terminos integros in concluſionem inferre: *ergo nulli plebei, qui in ſimplicitate cordis fidem & bona opera ex prædicatione illegitimi ingreſſi prædicatoris didicerunt, poſſunt ſervari.* In quo dolum & ſophiſma ignorationis ſeu potius inverſionis elenchi commiſit.

II. Neque in Politia hoc ſemper obtinet, ut neceſſario pereant illi quicunque uſurpatori alicui adhærent, quando id provenit ex invincibili ignorantia, quod evenit 200. illis viris, qui euntes ſimplici corde, & cauſam penitus ignorantes Abſolomum ſequebantur 2.Sam.15.verſ.11.

III. [b] Diſtinguimus ergo cum Auguſtino ſeductorem à ſeductis. Et inter ſeductos utentes miniſterio illegitimi miniſtri, diſtinguimus eos, qui ſciſma, qui ἀταξίαν, qui ſimoniam & ejuſmodi peccata ſcientes volẽtes promovent pro virili, aut approbant ab iis qui vel ſimpliciter ignorãt abominationes, vel ſi cognoſcũt, ſimplici errore in quæſtionibus illis facti decepti ſunt, putantes illum legitimè intraſſe, vel etiam improbando gemunt ſub malis illis quæ tolli non poſſunt. An nunc omnes illos plebeios abſque diſtinctione ab æterna ſalute excluderet Ianſenius?

IV. Miror fidem alias ignorantiam definiri apud Pontificios. Et laicorum carbonariam fidem, hoc eſt, ſtupidam & craſſam ignorantiam in rebus fidei, & ſimplicem ac cæcam obedientiam ſeu devotionem erga Paſtores ſuos, etiam uſque ad errores commendari, propoſitis præmiis. Et nunc tam exquiſitam in πολυθρυλλήτοις, ac perplexis canonum & factorum quæſtionibus circa Canonicam electionem, & vocationem miniſtri ſui ab illis requiri, ut etiam æterna ſalus eorum ab illa ſuſpendatur. Si regerat Ianſenius, ſe tantum illos tangere, qui ſcientes volentes promovent confuſiones, ſciſmata, &c. Reſpondeo, jam ipſius diſceptationem eſſe umbratilem, quia in magna multitudine vix alii ſunt, quam talium ignorantes, & quia ego de nullis aliis, quam de plebeis quieſcentibus ſeu nihil agentibus, *idque ex cordis ſimplicitate* locutus ſum; nihil laudis aut meriti illis attribuens, ſed tantùm

[a] P.93. [b] Zvvarez tom.5.diſput.21.in explicatione Bullæ de cœna, diſtinguit inter ſeductores & errantes: illos vocat *hæreticos*, iſtos *credentes*, ſcilicet hæreticis. Et Colonienſes de doctr. & vocat. Buceri p.112. *Non omnes errantes* (proteſtantes ſcil.) *ſunt hæretici.*

tantùm *poſſe eos ſalvari*; comparatione inſtituta inter quæſtiones de ipſa ſalvifica fide quam quis habere poteſt ex auditu miniſtri intruſi ſeu non legitime vocati, & inter quæſtiones facti, de modo & conditione vocationis.

Secunda probatio eſt, ex Num. 16. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, ne involvamini in peccatis eorum. Et S. Chryſoſtom. hom.* 11. *in Epiſt. ad Epheſ.*

Reſp. I. Quæſtio inter nos eſt de plebeis in ſimplicitate cordis fidem & bona opera diſcentibus ex miniſtro intruſo, an ſcilicet ſalvari poſſint; Tu adfers exemplum procerum ſynagogæ, qui rebelles & uſurpatores Core, Dathan, Abiram non tantum ſequebantur, ſed & ipſi apertè in Deum, Moſen & Aharonem rebellionem movebant, & ipſi ſacerdotium involabant, quique adeo cum ipſis perierunt. Ab illo non ſimplicis ignorantiæ, aut erroris, aut infirmitatis, ſed præſumptionis peccato Moſes dehortatur populum. Vide nunc acumen hominis, & quam bene Scripturæ ac Patrum officinam inſederit.

II. Longe alia ratio eſt ſacrificiorum & oblationum, & perceptionis fidei ac bonorum operum ex auditu prædicatoris. Illa erant ſimpliciter, jure divino ſecundum Oeconomiam veteris teſtamenti certo hominum ordini, Aaronis ſcilicet filiis alligata; iſta minime, fatente & ipſo Ianſenio, qui cuique dicit mandatum de proximo ſuo, etiam uſque ad euangelizationem aliquo in caſu.

III. Rigor hic non bene cōvenit cum indulgentia illa, quam ſibi fingunt in graviſſimo idololatriæ peccato, cum quis ex *ſimplicitate* peccat, ut cum quis adorat hoſtiam non conſecratam, aut capſam hoſtia vacuam, aut Mariam plus honorat quam Chriſtum: *Multi*, inquit Divus ipſorum Antoninus, [a] *videntur magis B. Mariam in veneratione habere, quam Chriſtum filium ejus, magis ex ſimplicitate moti, quam ſcientia, ſed quia honor matris in filium redundat, patientiam habet hujus ſimplicitatis.* Vtra injuria major eſt, quæ honori Chriſti, an quæ dignitati hominis infertur?

IV. Poſſet quis cum diſtinctione, effectum alicujus illegitimi prædicatoris probare, prædicationem ſcilicet veritatis, ſeu prædicatam veritatem; qui tamen actum non laudaret; & conſequenter in contradictione Core non periret. Quomodo vulgò proditionem amant, proditorem non amant. Non aliter ac Paulus Philip. 1. verſ. 18. *Quid enim? Attamen omni modo ſive ſpecie ſive veritate Chriſtus annuntiatur.* Vbi ita commentatur Cornel. à Lapide. *Apoſtolus factum eorum & prædicationem utpote fraudulentam & hypocritam non laudat, nec de ea gaudet in ſe (ſic enim de peccato & hypocriſi gauderet) ſed de ejus effectu, ſcilicet quod per eam qualem qualem Chriſtus annuncietur & glorificetur: ſic fornicator dum pænitet, dolet de fornicatione ſua, ſed gaudet de effectu, puta prole inſigni inde prognata.*

V. In articulo mortis, cum non eſt copia alterius, licet cum parocho hæretico, ſciſmatico, nominatim excommunicato conſiteri, & aliud ſacramentum ab illo recipere. Tolet. lib. 1. cap. 92. Si ergo præciſe non eſt damnatus qui cum hæretico communicat, multo minus erit damnatus, qui illegitimum aut intruſum prædicatorem audit.

VI. Moderatius judicium de hominibus noſtræ Eccleſiæ, vide apud Caſſandrum in conſultat. & de offic. pii, &c. & imprimis in epiſtolis: & apud Renatum Benedictum, qui peculiarem tractatum ſuper hoc edidit, & omnes illos, quos in Papatu *Moderatores* & *Politicos*, appellant. Quin & acerbiſſimi Reformationis adverſarii [b] Colonien-

[a] Laudat etiam hoc Antonini dictum Aug. VVichmans in ſabbathiſm. Mariano. [b] In Indic. de doctr. & vocat. Buceri fol. 111. & 112.

ſes Ianſenii rigorem caſtigant : *Ad objectio-*
nem, quod non ſit unus ex nobis, reſpondet per ma-
lam conſequentiam : Ergo neque Proteſtantes ſunt
ex nobis , ſeu in Eccleſia. Sed quæ eſt conſequentia?
Bucerus non eſt noſter , ergo neque Proteſtantes.
Arbitramur inter Proteſtantes eſſe plurimos , qui-
bus Buceri & ſuorum doctrina atque inſtitutio ve-
hementer diſpliceat. Quoſdam etiam miſerè ſedu-
ctos, & tanquam ſimplici errantes animo cum nul-
la pertinacia aut animi perfidia , quos abſit pares
facere Bucero. Idem judicium nos facimus de Eccleſia aliqua meliori parte ſub Papatu ante tempora Reformationis; quam veram Dei Eccleſiam & quidem noſtram non negamus, quamvis à factione & Clero Papali pene oppreſſam.

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT IV.

Reformati non tenent, per prædicationem veritatis, Prædicatori aſſeri legitimam vocationem.

QVARTA falſa[a] hypotheſis eſt, *Prædicationem veritatis aſſerere prædicatori legitimam vocationē, & abluere crimen ſacrilegii* ex noſtra ſcilicet ſententia; *& rectum uſum miniſterii probare legitimam vocationem miniſterii Eccleſiaſtici.*

Falſum eſt me hoc ſtatuere. Vnde, ex quibus dictis meis vel per remotiſſimam conſequentiam hoc evincet? Quia dixi: *nobis quæſtionem illam reſecare facile eſſet verbis Chriſti, Ioh.8. Si veritatem vobis dico, cur non creditis mihi? quicunque ex Deo eſt verba Dei audit.* Fiat argumentum in forma:

Qui dicit quæſtionem illam reſecari poſſe verbis Chriſti, ille ſtatuit per prædicationem veritatis prædicatori cuivis aſſeri legitimam vocationem:

Sed ego dico quæſtionem illam *Tu quis es, unde veniſti, &c.* reſecari poſſe, &c.

Ergo.

Reſp. I. Majoris conſequentia falſiſſima eſt. Aliud eſt reſecare quæſtionem alienam, importune, & per ſophiſticam abductionem intruſam, cui perpetuo inhæret adverſarius, ne ad principalis quæſtionis & cauſæ actionem unquam veniatur, aut ut præſentis quæſtionis inchoata diſceptatio è manibus excutiatur, atque adeo omnis agendi ordo interturbetur: Et aliud eſt quæſtioni injectæ per juſtam ſolutionem ſatiſfacere. Illud in omni actione & diſceptatione fit ſæpius, ut vel omnino, vel ſaltem in locum & tempus opportunum rejiciatur quæſtio aliqua parerga, quam tamen illa rejectione nos ad vivum non diſſecuiſſe, atque adeo plena ſolutione refutaſſe putamus. Ita Ianſenius omnes quæſtiones meas non ſolvit, ſed reſecat, ac rejicit, etiam devitandas ſibi putat, hac ſola exceptione, quod ſint parergæ, ac ſtultæ, in epiſtola dedicatoria, p.35. Sic Auguſtinus & Catholici intruſam illam quæſtionem Donatiſtarum de ordinatore Auguſtini reſecant, non tamen propriè illi ſatisfactum putant.

II. Minor laborat atroci calumnia. Ego non reſecui illam quæſtionem, neque dico me reſecuiſſe, aut eam velle reſecare, ſed contrà, juſta reſponſione dilui num. 13. II. III. IV. Dixi tantum, *nobis facile eſſet eam reſecare.*

Hoc modo: Quicquid ſit de miniſtrorum Sylvæ-Ducenſium, & prędeceſſorum, imprimis

[a] Cap. 19. & 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

imprimis primorum Reformatorum vocatione, quam provocatus Sylvæ-Ducenſis Clerus in quæſtionem trahit, manet tamen communis & principalis cauſa veritatis & religionis noſtræ, quam nos tuendam ſuſceperamus in libello provocatorio; manet etiam actio corruptæ veræ religionis, Papatui à noſtris hactenus intentata; manet denique oblata defenſio miniſterii & cauſæ noſtræ contra graſſantes paſſim calumnias Cleri Sylvæ-Ducenſis. Sylvæ-Ducenſes, ſi ex Deo ſunt, tenentur nihilominus verba Dei audire, & moniti idololatricum cultum relinquere, verum amplecti. Quid refert, qui aut qualeſcunque monitores, aut alii ipſis eſſe videantur, modò vera dicant, & Papatus probetur eſſe idololatricus, apoſtaticus, & apotacticus. Nemo alienæ ἀταξίας aut cujuſcunque peccati prætextu ſua peccata palliare, aut in iis manere debet. Neque enim ſufficit accuſationem accuſationi, quæſtionem quæſtioni, peccata peccatis, uſurpationem ſuperſtitioni, ſacrilegium idololatriæ, factum malum fidei malæ & erroneæ opponere. Bucero objectanti ἀταξίαν, Simoniam, ſacrilegium, uſurpationem, reſpondent [a] Colonienſes eum hic agere ut ſua crimina alienis contegat; ſed fruſtra. Refutationes ſeu exceptiones Ianſenii, quas nobis opponere ſe putat nimis dilutæ ſunt.

Prima eſt.[b] *Arctius ſtringitis quæſtionem*, inquit, *quia verba Chriſti conditionata ſunt: Idcirco ergo non credimus vobis, quia veritatem non dicitis nobis, ſed palliata tantum Scripturæ verbis mendacia.*

Reſp. I. Immo & noſtra verba conditionata ſunt, quippe in ſtatu diſceptationis, immo in ipſa oblatione diſceptationis ſcripta. Nos ad hominem locuti ſumus, & per conceſſionem quandam, q.d. Dato, noſtrum introitum in vocationem noſtram, aut in vineam illam Sylvæ-Ducenſem laborare defectu aliquo, ex veſtra ſcilicet ſententia, tamen audite, ſi ex Deo eſtis, verba Dei, quæ talia eſſe nos cuivis ſalutis ſuæ cupido & Deum timenti probaturos, in libello provocatorio obtulimus, & hunc in finem Clerum provocavimus. Quæſtio ergo non ſtringitur arctius, ſed ad exemplum Chriſti reſecatur; & Adverſarii ad ipſius cauſæ diſceptationem & cognitionem volentes nolentes compelli ſe vident, niſi depuduerint. Videbant hoc olim Colonienſes, qui non poterant quin oblatam à Bucero collationem reciperēt, verbis ſaltem; ipſi, inquam, reciperent non alios ex Græcia aut Vngaria (ſub Turcæ imperio degentes) hiſtrionicè ſubornarent.

II. Hanc exceptionem tanquam declinatoriam proponere non potuit Ianſenius, niſi ipſam cauſam tangeret. Hoc ergo egiſſent Clerici Sylvæ-Ducenſes, cum ante oculos ipſorum verſantes nos cominus offerremus, hoc adhuc agant cum ſuis advocatis Lovanienſibus, ut non dico probent, ſed capeſſere tantum velint, ſive coram viva voce, ſive ſcripto probationem hujus ſuæ accuſationis: nos in rebus fidei ſive religione *non veritatem docere, ſed palliata tantum Scripturæ verbis mendacia.* Sed fruſtra hoc oſtium pultamus.

III. Siquidem hac quæſtione nos ita irretitos, & conſtrictos putant, cur provocati in collatione, aut privatim coram quacunque occaſione, compedes illas nobis nō injecerunt? Cur ſaltē ſpecie aliqua externa nō fecit Clerus Sylvæ-Ducenſis, quod olim [c] Colonienſis cum Paſtoris & Principis ſui juſſu Reformatores in vineā ſuam ingreſſos ſe provocantes in diœceſi ſua viderent.

Secunda eſt. *Quantumvis puram putamque doceremus veritatem, adhuc non eſſe reſectam quæſtionem. Doctori quippe veritatis non eſt ſatis veritatem dicere, ſed maxime & ante omnia neceſſe eſt veritatem facere, ne facta, &c.*

[a] In indic. fol. 119. & deinceps. [b] p. 100. [c] Fol. 129. 130. libelli ſæpius cit.

Reſp. I. Reſecare quæſtionem quid ſit, jam docuimus Ianſenium. Dicimus ergo non fore ſatisfactum conſcientiæ noſtrorum, ſi ad veritatem docendam in miniſterium ſe intruſiſſent abſq; legitima vocatione. Ipſi enim peccato illo uſurpationis tenerentur. Conſultum tamen fore conſcientiæ & ſaluti fidelium, qui veritate illa percepta & agnita, Papatus idololatriam, & falſum cultum desererent; & ſi non his aut illis miniſtris ſe ingerentibus, cœtibus tamen & Eccleſiis purioris doctrinæ ſe adjungerent, ſiquidem haberi poſſent in orbe illo ſuo, ſin minus, ſaltem privatim Deum ſuum in ſpiritu & veritate colerent, donec alicubi cœtus illi ſe oſtenderent, aut inter ipſos cogerentur.

II. Doctori veritatis ad conſcientiæ ſuæ tranquillitatem & animæ ſalutem non eſt ſatis, ut fatemur. Sed fidelibus eſt ſatis, ut recedant ab erroribus, à peccatis, & veram fidem ac pietatem ſectentur, modò illi Doctorum in Cathedra Moſis verba factis exprimentur, facta minimè imitentur, audire eos poſſunt ac debent. Math. 23. verſ. 3.

III. Non video, quorſum pertineat parerga hæc probatio, niſi velis dicere de eſſentia miniſterii & prædicationis veritatis eſſe, vitam prædicatoris prædicationi reſpondentem. Quod paradoxon, præterquam quod Donatiſtarum ſit, etiam totum Papatum everteret. Eccleſia enim veſtra abſque ulla interna pietate ſtatuitur vera Eccleſia; In Papis veſtris diſtinguũtur Papa, à Doctore Theologo ſeu Magiſtro noſtro, & uterque rurſum à Chriſtiano.

IV. Quid ſi ego reponerem, Cardinales, Epiſcopi Romani, Papæ, non ſunt audiendi, *etiamſi afferrent puram putamque veritatem, quia Doctori veritatis non eſt ſatis veritatem dicere, ſed maximè & ante omnia neceſſe eſt veritatem facere, ne facta verbis pondus detrahant, & reipſa oſtendat, ſe non credere, quod ab aliis credi cupit*, & reliqua, quę pro neceſſitate bonorum operum in miniſtris ex Actor. 1. verſ. 1. Ioh. 8. Pſal. 50. verſ. 16. 17. attexit Ianſenius: Quid reſpondebit? Quos Papas, Cardinales, ſaltem ferreo illo Baronii ſæculo nobis dabit, qui aliqua ratione uſurpare poſſint illud Chriſti: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Sed camarinam illam non movemus.

V. Quod addit: [a] *Nos autem arguimus & vos & ſectatores veſtros omnes de peccato graviſſimo & immani ſacrilegio invaſi ſacerdotii atque officii prædicandæ nobis veritatis*, Contradicit aſſertioni ſuæ qua mordicus contendit p. 21. c. 3. Romanam Eccleſiam eſſe ream, nos verò actores. Hic ergo Pontificii actores ſunt, quibus non probantibus abſolvitur reus. Ego viciſſim Ianſenium impudentiſſimi mendacii arguo; vel ſuis teſtantibus, Becano, Bellarmino, Coſtero, &c. ſupra cap. 2. ſect. 1. citatis. Immò ipſo Ianſenio non abnuente cap. 25. p. 118. 119. Oſtende quæſo illos Reformatores, qui abſque vocatione ſacerdotium & officium prædicandi invaſerint. Et ſi tales eſſent, oſtende ab illis dependere, ac derivari vocationem, miniſterium noſtrorum, imò & Eccleſiam ac ſalutem omnium ſectatorum, hoc eſt omnium, quicunque profitentur religionem noſtram; adeo ut nemo propterea in Eccleſiis noſtris ſalvari poſſit, quia aliqui miniſtri in ſacerdotium ac officium prædicandi ſe intruſiſſent.

Alterum falſæ[b] hypotheſeos membrum, quod in lemmate capitis 27. exprimit Ianſenius, quo colore ex verbis meis, quæ ibi exſcribit, elici poſſit non video. Conferat quæſo lector & hominis temeritatem, ac calumniandi libidinẽ deteſtetur. Sic habet Lẽma Ianſenii: *Rectus uſus miniſterii non probat eſſe legitimam vocationẽ miniſtri Eccleſiaſtici.* Verba mea, quæ exſcribit, & quibus diſputationem iſtam applicat, ſunt: *Si enim ex verbo Dei*

a Pag. 101. b Cap. 27. p. 125.

Dei hæreſeos, apoſtaſiæ, hoc eſt abuſus ſuæ vocationis convinci non potuerunt (Lutherus ſcilicet, Zvvinglius, &c.) fruſtra in quæſtionem trahitur vocationis poſſeſſio, aut titulus, quo poſſidebant. Iuſto enim & ordinario titulo, ut tunc res erant, in poſſeſſionem miſſi erant, ex qua propter prædicationem veritatis extrudi non poterant aut debebant.

SECTIONIS SECVNDÆ
CAPVT V.
Reformati non contendunt, Teſtimonia doctrinæ, & miſſionis non differre.

QVINTA falſa [a] hypotheſis eſt: *Teſtimonia doctrinæ & miſſionis non differre*, ex noſtra ſcilicet ſententia.

Reſp. Mera calumnia eſt. Legantur modo verba mea à Ianſenio ibidem citata; quibus conjungantur paucula immediate præcedentia: *Et ab hujuſmodi reformatoribus alia quàm ordinaria pietatis & caritatis miracula petere, cum ratione eſt inſanire. Non enim mittuntur aut agunt aliquid præter ordinem à Deo inſtitutum, quamvis præter & contra ordinem tunc receptum.* Vides me neque actiones illorum cum miſſione, neque teſtimonia utriuſque confundere, ſed diſtincte utrumque proponere. Primorum reformatorum nec miſſio nec opus erat præter ordinem à Deo inſtitutum, itaque non opus ipſis erat miraculis. De quo poſtea.

2. Diſtinctionem hanc, cui ne per ſomnium quidem contradiximus, & quam Ianſenius ineptè & παρέργως porrò explicat, inculcat, probat ſolita σκιαμαχίᾳ; nos libenter recipimus, ejuſque Ianſenium meminiſſe velimus, ubi uſu venerit.

Axiomata Romano-cànonica, quæ ſubjicit Ianſenius, ex profeſſo non examinamus, quia ad rem noſtram nihil faciunt. Ad ampliorem tamen intelligentiam has notulas ſubjicimus.

Primum eſt: *Legitima miſſio doctrinam præcedere non ſequi, vel ex ejus veritate æſtimari debet. Et, doctrina tanquam uſus vocationis docentis authoritate poſterior eſt, quam proinde jam collatam eſſe præſupponit.* Nota 1. Prius multis modis dici. Ordine naturæ intendentis finis præcedit media, objectum facultatem, ſed doctrina habet ſe ad modum finis & objecti, doctor & poteſtas docendi, ad modum medii. Ordine naturæ generantis doctrina jam tradita & præexiſtens, atque adeo aliunde accepta prior eſt tam doctore, quam diſcente, atque adeo habitudine doctoris ad diſcentem, ejuſque fundamento, quod eſt vocatio ſeu miſſio ad docendum. Rurſum exiſtendi conſequentiâ forma prior eſt formato, abſtractum concreto, conceptus objectivus conceptu formali; doctrina eſt forma & abſtractum, doctus & doctor formatum & concretum. Ordine cognitionis diſtinctæ doctrina in individuo conſiderata, ab hoc ſcilicet, aut illo doctore tradita, prior eſt ipſo doctore, atque ejus vocationis forma & modo, ſiquidem ex doctrina ſua non tantum præjudicari poteſt, ſed & cognoſci ac judicari debet & miniſterii, & miniſtri, & vocationis ipſius bonitas. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, Matth. 7. v. 16.

[a] Cap. 37. pag. 162.

20. Ordine prudentiæ tutius & prius manifeſta & publica doctrina probari, atque inde præjudicium ac præſumptio fieri poteſt de vocatione; quàm explorare vocationem, atque inde præjudicium & præſumptionem facere de doctrina. De priori & poſteriori quod hic prætenditur, infra rurſum aliquid dicemus lib. 2. ſect. 2. c. 21.

Secundum eſt. *Etiamſi Reformatores noſtri, nihil præter inſtitutum à Deo ordinē perpetraſſent, doctrinam antiquam tot miraculis ſigillatam protuliſſent, nihil hoc ad vindicandam eis miniſterii authoritatem juvaret.*

Not. 1. Fatemur, nec eſt quod hoc tam importune ingerat Ianſenius; neque enim tam inſani ſumus, ut putemus per virtutes noſtras, vitia etiam reddi talia, aut benefactis noſtris, crimina dilui, vel ſaltem minui. 2. Iuvaret ſaltem ad authoritatem renui. 2. Iuvaret ſaltem ad authoritatem reformationi vindicandam, Papatui derogandam, quod quidem ſufficit, ut homines meliora edocti animæ ſaluti conſulerent, Papatui valedicerent, *& emporii Romani princeps* (ut [a] non nemo Pontificem vocat) Mercatoribus & emptoribus ſuis, atque adeo culina nidore ſuo deſtitueretur. Quod eſt magnū illud flagitium à Luthero commiſſum, ut feſtive Eraſmum reſpondiſſe ferunt Electori Saxoniæ: *Tetigit*, inquiebat, *ventrem Monachorum & coronam Papæ.*

Tertium eſt: *Doctrina prædicatoris explicare miſſionis conditiones poteſt, non applicare, cognitionem ejus tradere, non poſſeſſionem. Quapropter nulla hoc loco doctrinæ veſtræ, quod alterius diſputationis eſt, ſed tantum vocationis teſtimonia flagitamus.*

Not. 1. Applicari nihil poteſt niſi explicatum ſit, an & quid illud ſit quod applicatur: Omnis enim ſcientia & cognitio ex antecedente fit cognitione, teſte Philoſopho. Illa autem antecedens cognitio ex doctrina habetur, ut hic bene Ianſenius. Doctrina autem ex verbo Dei.

2. Quod nulla hic doctrinæ noſtræ teſtimonia flagitat, in eo ſibi contradicit: Nec ſuo ſenſu nec noſtro hoc verum eſt. Quid enim? toto Alexipharmaco & Spongia nihil de doctrina? In hac ipſa diſputatione, nihil de doctrina noſtra? quam palliata Scripturæ verbis mendacia p. 100. appellat; de cujus judicio & judice inquirit p. 127. cujus liquidam probationem à nobis toties poſtulat.

An abſque doctrina loca Scripturæ & Patrum paſſim ingeminat in hac diſputatione, ut ex iis ſcilicet applicationem conditionum miſſionis, & poſſeſſionem tantùm Zvvinglii, Calvini, miniſtrorum Sylvæ-Ducenſium examinet, non vero ipſas conditiones, & cognitionem miſſionis eccleſiaſticæ explicet & tradat? An diſputationes illæ ex Scriptura, ex Patribus, ſunt ipſi factorum illa lux, quæ ſola hic requiratur, ſepoſitis omnibus Scripturis & Patribus, ut profunda & inintelligibili ſubtilitate oraculum illud profudit. cap. 18. pag. 95. & pag. 98. 99.

Denique tota provocatio noſtra, atque iſta agendi ac conferendi ratio, ſilentium, & fuga cleri Sylvæ-Ducenſis, veſtra advocatia, veritatis illuſtratio, cauſæ honor, hominum fluctuantium confirmatio, labentium ſuſtentatio, plurimorum intenta exſpectatio, animarum tranquillitas & ſalus, nihil aliud requirunt, quam iſtius hiſtoricæ quæſtionis ſeu facti particularis enodationem, *Quomodo, aut per quas qualeſve perſonas Voetius, aut Zvvinglius, aut Calvinus, & omnes alii miniſtri reformati primi, vel à primis orti applicationem & poſſeſſionem miniſterii ſui obtinuerint?* Scilicet. Si hoc vult Ianſenius, age poſthac primò ſemper, de hac quæſtione, imo vel ſola agatur. Ex cujus tractatione, niſi ſpiritum mendacii & deſperationem cauſæ æquus lector aut auditor manifeſte deprehenderit, facile patimur,

[a] Carol. Molinæus in commentar. ad reg. cancell. Apoſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

mur, ne ultra in ipſis doctrinæ controverſiis aures animumque nobis præbeat. Ego pro modulo doni à Deo mihi collati, in nullius quæſtionis examine, adverſarii cujuſvis impetum libentius ſuſtenturum me profiteor. Sed fruſtra hæc Scripturarum collationum ex ſcripturis, ex luce factorum, ſive de controverſiis principalibus, ſive de præjudiciis, omnium denique *Catholicis Lucifugis* inculcamus, qui ipſi probe *ſciunt ſe in cauſa Eccleſiæ* Catholicæ Reformatæ *nihil habere: idem moratoriis agunt*, ut quondam Donatiſtis objiciebant Catholici in Collat. Carthagin. 3. cap. 208.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT VI.

De diſtinctione Qualitatis miniſtri ab ejus Vocatione.

SEXTA falſa Hypotheſis: *Quæſtionem de qualitate non differre à quæſtione de vocatione miniſtri.*

Reſp. I. Qualitas miniſtri ſi ſtricte ſumatur pro modo & ratione uſus ſeu functionis miniſterii, differt à vocatione. Aliud itaque eſt quærere, an & quomodo utatur miniſterio, & aliud, an & quomodo vocatus fuerit ad miniſterium. Et ita ſemper diſtinxi atque etiamnum diſtinguo; velim modo, Ianſenius in curſu diſputationis probè meminiſſet hujus diſtinctionis. Falſum igitur eſt & mira calumnia, me ſtatuere nullam eſſe defferentiam inter qualitatem & vocationem miniſtri. Verba mea ex Philonii num. 13. art. 1. à Ianſenio deſcripta plane contrarium evincunt: *Altera illa quæſtio, quis qualiſve ſit Prædicator, quibus legitimis mediis illud obtinuerit, magis conſcientiam ipſius, quam auditorum tangit.* Præmittantur nunc verba mea proxime præcedentia; quæ Ianſenius revulſit: *Quæſtio illa an vera & ſalutaris ſit doctrina quæ annunciatur propriè & propius fidelium conſcientiam & ſalutem tangit. Altera illa quæſtio quis qualiſve &c.* Hinc judicet lector; an non diſtinxerim quæſtiones in duo genera, quorum unum proprie doctrinam, alterum doctorem concernat. Poſterius illud genus quæſtionis dixi eſſe, *quis qualiſve ſit Prædicator, quibus legitimis mediis illud* (officium, munus ſeu miniſterium) *obtinuerit.* Quid hoc aliud eſt quærere, quã an legitimè ſit ordinatus? Ex qua quæſtione mox reſultat altera, *quis qualiſve ſit*, an ſcilicet verus & legitimus ordinatus & regularis, an vero ſacrilegus, ἄτακτος, intruſus, fur & latro, tyrannus uſurpans, rebellis, ſciſmaticus, alienus, prophanus, dominicæ pacis, & conſequenter graviſſimus peccator, graviſſimi criminis læſæ Majeſtatis reus. Et quæ qualiſve ejus ordinatio, vocatio, & miſſio, an ſalutaris & ordinata, an vero temeraria, levis, inconſtans, prout per illarum qualitatum categoriam ipſe Ianſenius perpetuò diſcurrit in hac diatribe de Vocatione, cap. 15. 16. 17. pag. 88. 92. 94. 101. 112.

II. Quod ſi iſta non ſunt qualitates, & ad quæſtionem illam, *qualis ſit Miniſter*, non pertineant, utique non intelligo quid ſit quæſtio, *quale, quid & quale*, ad quas per differentiæ, proprii, & accidentis prædicabilia reſponderi me docuit Logicorum ſchola. Si Ianſenio hic placeat λεπτολογεῖν; & diſtin-

[a] Cap. 17. pag. 64. 65.

& diſtinguere inter qualitatem miniſtri jam vocati & actu miniſtrantis, & qualitatem miniſtri jam vocandi & ingredientis. Vt quæſtio diſtincta ſit, *qualiter* ſit vocatus, & *qualiter* vocationi reſpondeat & mandato munere fungatur; Eo ipſo tamen non poteſt negari, Vtramque non eſſe quæſtionem qualitatis, genere unam & ſpecie diſtinctam. Sicut e. gr. quæſtio de alicujus Papæ ſimonia, commiſſa tum in promotione ad primatus cathedram, tum in cathedræ poſſeſſione & uſu, genere nihilominus una eſt, licet ſpecie diſtincta; & utraque qualitatem illius Pontificis deſignat, ab utraq; autem *talis*, id eſt, Simoniacus dicitur: Et Pontificii nobiſcum diſputantes ita diſtinguerent. Altera quæſtio quis qualiſve ſit Papa, quibus legitimis mediis Papatum obtinuerit, magis conſcientiam ipſius quam Auditorum tangit. Altera autē illa an vera & ſalutaris ſit poteſtas Papæ per quam vera doctrina nobis annunciatur proprie, & proprius fidelium conſcientiam & ſalutem tangit. Ad eundem modum liceat nobis diſtinguere.

III. Ianſenius dum noſtra caſtigare ſatagit nec rem præſentē nec ſe ipſū ſatis explicat. Vt omnis confuſio, obſcuritas, & ſophiſtica evitetur, notandum erit: Quæſtiones omnes, quæ doctorem concernunt poſſe in tres claſſes diſtribui, ſpecie quidem diſtinctas, ſed genere convenientes; genere, inquam, qualitatis ſive ea latè ſumatur pro quacunque affectione aut attributo, quod ſubjecto inhæret aut de eo prædicatur, ſive ſtrictè pro qualitate quarti Prædicamenti, ad quam propriè virtutes & vitia referuntur, directè in abſtracto, indirectè in concreto. Prima ſpecies quæſtionum eſt quæ moventur circa ipſum miniſterium ſeu functionem objectivè, abſtracte ſeu in idea conſideratam, unde quæritur qualis ſit miniſter, an *ſacerdos Excelſorum*, aut *Paſtor idoli*, ut loquitur Scriptura: an etiam ſit *presbyter Cardinalis*, aut *Epiſcopus titularis*, aut *Epiſcopus Vniverſalis*, aut *ſacerdos Miſſificus &c.* Iſtis quæſtionibus à nobis quæritur, quales vos eſtis Miniſtri in Papatu, & reſpondebunt illi ſecundum eos, *tales* vel *tales*. Altera ſpecies quæſtionum de Doctoribus, eſt circa originem miniſterii ſeu *τὸ fieri* Miniſtrorum; unde qualitates ſeu affectiones exſurgant; de quibus quæritur, qualis ſit miniſter legitimus, an *intruſus*, *uſurpator*; an *proprietarius*; *vocatus & miſſus*, an *currens*; *Electus*, an *violentia aut dolis aut nummis obtruſus*; *poſſeſſor* an *Sacrilegus*? Has quæſtiones ex parte nobis movent Pontificii, & nos viciſſim illis multo plures. Ad quas utrique reſpondent, tales ſumus, id eſt, legitimi, canonice Electi &c. Tertia ſpecies quæſtionum de Doctoribus eſt circa actum ſeu exercitium miniſterii, unde attributa & affectiones variè exſurgunt, de quibus quæritur, qualiter quis munere ſuo fungatur, ſeu qualis ſit miniſter, quod ad executionem miniſterii; & reſpondetur talis vel talis, hoc eſt *fidelis*, *diligens*, *zelotes*, *pius*, *Orthodoxus*, *indoctus*, *inſtabilis*, *mercenarius*, *ventri deditus*, *vini potor*, *&c.* Has quæſtiones tertii generis tantum ad qualitatem Miniſtri pertinere vult Ianſenius, cum tamen attributa ſuperiora *ſacrilegium* ſcilicet, *uſurpatio*, *&c.* æque pertineant ad qualitatem ac *ignorantia*, *negligentia*, *impietas &c.* Ad rationes & exceptiones Ianſenii ſeu potius totum illum diſcurſum capitis 17. iſta annotamus.

Primo [a] ait. *Non quæritur quis qualiſve ſit prædicator, ſed an ſit prædicator?* Reſp. 1. ſiquidem quæſtio eſt, *cum nota interrogationis ſumpta dubitabilis propoſitio*, ut Logici definiunt, falſum eſt non quæri hoc. Quæſtio illa à te primo mota, qua jugulum miniſtrorum petebas ſcilicet his verbis concepta eſt: [b] *Quis tu es, Vnde veniſti?* An hoc non eſt quærere quis ſit prædicator? Et tota hac diſputatione

[a] Clichtovæus de termin. explanat. apud Gotl. ut. in Gymnaſ. ſpeculat. [b] In Alexipharmaco.

diſputatione Spongiæ tuæ hoc unicum agis, ut nos veſtias qualitatibus illis, unde miniſtri *uſurpantes*, *illegitimi*, *ſacrilegi* dicamur. Cap. 34. 35. inquiris & diſceptas qualis ſit vocatio noſtra, ordinaria, extraordinaria, an verò tertia quædam ab illis diſtincta. Hic tibi nimis ſtupide contradicis. II. Et quid ſi non quæſitum fuiſſet hoc à te iſta forma; tamen reverà tota quæſtio huc recidebat, quinam & quales illi eſſent miniſtri, quos Silvæducenſes audire, aut abſque omni audientia dimittere debebant: quippe jam vitiis & ſacrilegiis ſuis præjudicatos, ut actor aſſerit. III. Eadem ſubtilitate etiam quæſtiones illas toto cælo diſtinguere potuiſſes: non quæritur *unde* Lutherus, Zvvinglius &c. unde Voetius Sylvamducis in miniſterium ejus Eccleſiæ venerit, ſed *an venerit*? Non quæritur, unde & quo jure Illuſtr. Ordd. cum Principe Sylvam-Ducis venerint, & templa ibi occupaverint, Miniſtris aperuerint; ſed an venerint, an aperuerint. IV. Quaſi ego de Ianſenio dicam, non quæritur, quis qualiſve, cujuſve Theologiæ ſit doctor, ſed an ſit doctor? quæ qualiſve ipſius vocatio ad ſacerdotium, ſed an ſit vocatus? Non quæritur qualem poteſtatem tyrannus in Populum exerceat, ſed an exerceat? Non quæritur quibus legitimis mediis imperium obtinuerit, ſed an obtinuerit. Non quæritur per ſæculares & meretrices intruſus Papa aut Sciſmaticus, *qualis fuerit Papa*, *quibus mediis ſedem Petri obtinuerit*, ſed an obtinuerit, an conſecutus ſit. Eadem ratione quære de Luthero, Zvvinglio, an fuerint Prædicatores; de Voetio an ſit prædicator, an miniſterium Sylvæ-Ducis (ad tempus) obtinuerit? Aliud certè eſt nulla vocatio ſeu miſſio, & illegitima vocatio. Sicuti aliud eſt Anarchia & aliud Tyrannis, ſeu tyrannica uſurpatio. V. In hac eadem pagina dilucidum vertiginis ſuæ intervallum mox nactus, ſtolidæ huic ſuæ ſubtilitati contradicit. Qui verò [a] inquis, *miniſterii ſui* ſibi author eſt, vel ab eo *traditum tenet &c.* & rurſum, *Vitium enim Originis* nullo temporis lapſu &c. Ecce hic *miniſterium noſtrum*, Ecce ejus collationem & miſſionis poſſeſſionem (ut loqueris p. 162.) Ecce originem à qua vitium originis diſtinguis & culpas. Diſce ergo non quæri primo & directe an ſit aliqua Origo miniſterii, ſed quæ & qualis ſit iſta origo. Totum enim illud illegitimum, quod hodiernis miniſtris in Belgio obtrudere poſſis, eſt defectus Epiſcopi Ordinatoris; at illud totum, ut molliſſime & per *συγκατάβασιν* loquar, eſt jure humano inductum, ita ut per illud inhabiles eſſemus non ad ſuſceptionem Ordinis, ſed ad rectam & legitimam ſuſceptionem, *multa enim etiamſi male fiant, facta tamen tenent*, ut Toletus de irregularitate loquitur lib. 1. cap. 57. VI. Quæſtio qualitatis, ut latiſſimè ſe extendit circa res & perſonas ita etiam circa ortum ſeu originē perſonarum aut qualitatum & relationum in iis moveri poteſt. Sive nimirum communē loquentium, ſive Iuriſconſultorum, ſive Rhetorum, imo & Philoſophorum uſum ſpectare velimus, qualitas in genere notat attributum quodcunque, quo ad quæſtiones *quale*, *quale quid*, *quomodo* reſpondetur. Ita ex originis modo in Politia oriuntur qualitates illæ, ut aliquis dicatur *peregrinus*, *ſpurius*, *legitimus*, *nobilis*, *ignobilis*; & Paſtor Eccleſiæ dicatur *uſurpans*, *ſacrilegus*, *verus*, *legitimus &c.* Et eo ipſo quia quæritur *an ſit vocatus*, quæritur *an ſit legitimus*, *ſacrilegus*, *fur*, *uſurpator &c.* Quomodo in jure omnis actio perſonalis, præjudicialis de ſtatu hominis (cujus generis tua nunc eſt) præſupponit & conjungit utramque quæſtionem facti & juris.

Inſtantia. Atqui illę quęſtiones an ſit & quale

V ſit

[a] Pag. 94. [b] *Privationes* (ut coecitas) *ſunt in genere qualitatis*, *ſecundum quod dicunt quandam qualitatem*, *ſecundum quam dicimur quales*, Nicol. de Orbellis in Metaphyſ. lib. 4. cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſit toto cœlo differunt. Reſp. 1. una ex alia ſequitur neceſſario, & quomodo inter eas tam immenſa diſtantia? An ſit & unde ſit quærit de rei origine ſeu ortu: Atqui ex ortu rei etiam qualitates & affectiones profluunt. 2. Iuriſconſ. dicunt de quæſtione facti in judicio diſceptari ſemper, aut certe de ejus qualitate. Quomodo ergo toto cælo illa [a] differunt? 3. Quod ſi vocatio, qualem nos nobis attribuimus genere aut ſpecie à vocatione, quam tu requiris, differret; tamen rectè dicerem, *quæri*, *Quis qualiſque*, id eſt, cujus *generis ſeu ſpeciei ſit prædicator*; ſiquidem qualitas I. Conſultis etiam pro genere, ſpecie, & differentiâ ſpeciem ſeu rem determinante, & [b] quaecunque forma accidentali accipitur, à qua poſtrema ſignificatione Philoſophi non abhorrent. 1. Poſter. c. 18. ubi Venetus, Zabarella, Ruvius hoc etiam notant. 4. Apud Pontificios ipſos hæc quæſtio *an ſit* circa ordinationes explicitè nunquam quæritur, ſed *qualis ſit*: in quam reſolvitur, aut in qua præſuppoſita intelligatur quæſtio *An ſit*. E. gr. in juramento Papæ ab Epiſcopis præſtando, obedientiam ſpondent, ipſo & ſucceſſoribus ejus *canonicè intrantibus*; Non ſimpliciter hic dicitur intrantibus, hoc eſt, vocatis ſeu *ordinatis Papis*, ſed [c] *canonicè intrantibus*: Non quæritur ergo an ſint Pontifices, an intraverint (hoc enim de omnibus Pſeudo-Papis & Sciſmaticis conſtat) ſed an canonicè, id eſt, qualiter, ſeu *quomodo intraverint*. Pergit Ianſenius.

Nec quæritur quib. legitimis mediis illud munus obtinuerit, ſed an obtinuerit. Reſp. I. Poſſes eadē ſubtilitate quęrere cum Zenone, *an ſit motus*. II. cum quæritur, An canonice intraverit Papa, quæritur certè quibus legitimis mediis munus illud obtinuerit. Ex hoc apice Pontificali judicium de DIS. minorū gentium, omnibuſque aliis ordinationibus fieri debet juxta illud Philoſophi: *Perfectiſſimū in unoquoq; genere eſt menſura reliquorū*. III. Immo, primo quæri debet & determinari quibus mediis obtinuerit. Si concluſum fuerit illegitimis mediis obtinuiſſe, tum diſpiciendum, an eſſentia vocationis aliquo modo cum illo originis vitio (ut tu loqueris) conſiſtere poſſit; atque adeo unquam fuerit ulla ſive bona, ſive mala & deficiens vocatio. IV. Ipſe tu per totam hanc diſputationem nos accuſas, nos, noſtroſq; reformatores per manus ordinariorum (Epiſcoporum ſcilicet & Papæ) id eſt, per media à Deo ordinata non accepiſſe ſuam vocationem mediatam & ordinariam. Iam vero ſi ad quæſtionem bene reſpondiſti, fuit utique quæſtio, *quibus mediis munus obtinuerimus*. Si quidē omnis cauſa efficiens uſu tam communiter loquentium quam philoſophantium *Medium* dicitur; ita ut inter media ſit, omnium mediorum medium, vel unicum, *Perſona* per quam quis obtinet vocationē. V. [d] Vitilitigationē iſtam faceſſere jubet diſtinctio Iuriſconſultorum, inter *habere, tenere, poſſidere*. Quorum illud generale verbum eſt, *tenere* facti, *poſſidere* etiam juris. Vt ergo ſtultum eſt quærere, an quis nummos in arca, an agrum, an domum, an veſtem, qua tanquam ſua utitur, teneat, aut habeat, cum habere tam multis modis dicatur: Sic etjam de Luthero, Crammero, Zvvinglio, Miniſtris Sylvæducenſibus ineptè & inciviliter contenditur, An habuerint Miniſterium. Ipſe tuus aſtes Ieſuita Gouda ſane abſurditatem tuam hic caſtigat, dum in libello ſuo quæſtionem non movet, an DD. Ordines fœderati Belgii obtinuerint Hagam Comitis, Sylvamducis & ibi templa, bona Eccleſiaſtica; ſed an legitime tenent, an vero tanquam *fures*, aut tanquam *incentores orbis* (ut [e] alius eos appellat) *tanquam Geuzia fæx omnium retro damnatarum hæreſeωn ſordes* ac

[a] Vide juriſpr. Roman. Vultei. lib. 2. cap 3. [b] *Qualitas pro cujuſque rei natura accipitur* Mynſinger. ad inſtit. lib. 2. tit. 19. [c] Iuram. Epiſcop. in Pontif. Rom. p. 36. [d] Inſtit. lib. 1. tit. 30. paragr. item per acceptilationem & ibi Mynſinger. [e] Auguſtin. Lancelotus in Pharo Apoſtolica, epiſtol. dedic.

ac ſcelera involvens, Calvinianæ perduellionis vinculo contra Dei eccleſiam ac dominum ſuum Philippum IV. Hiſp. Regem conjurata, civitatem illam in infandam perfidiæ Calvinianæ ſervitutem violenter protraxerint &c. ſacrificium euchariſticum, ſacramenta, ſacram ſupellectilē proſcripſerint, violarint, excuſſerint &c. venerandum Clerum per ſummum nefas expulerint, altaria profanarint, cives oppreſſerint; novas leges, novum Euangeliſmum, novum pſeudominiſterium intruſerint? Iohannes Baptiſta non contendebat Herodem non habere ſeu tenere Fratris uxorem, quod nimis erat manifeſtum, ſed *non licet tibi habere uxorem Fratris tui.* Marc. 6. 18. Sic Apoſtolus Iohannes in dubium non trahit, an *Diotrephes amaret primatum gerere, & non reciperet Iohannem.* Epiſt. 3. 9.

VI. Deniq; ut nobilis illa controverſia tam ſubtiliter mota à Ianſenio ſemel terminetur, dicat eſſe & non adeſſe nobis vocationem per diſtinctionem Platonicam, qualis illa, *Vir non vir, percuſsit non percuſsit, avem non avem &c.* Ita porro diſceptatio inſtituatur.

Secundò, qui enim legitimum miniſteriū, quantumvis illegitimè, revera tamen ab eo cui Deus poteſtatem dandi tradidit conſecutus eſt, verus miniſter & præfectus & paſtor plebis eſt, nec fungendo munere ſuo ſacerdotii uſurpatione delinquit.

Reſp. I. Hic pulvillos conſuis axillis eorum omnium, qui Simonia, artibus Diabolicis, ſæcularium armis, meretricum libidine unquam ſedem Romanam, aut aliam aliquam Epiſcopalem, aut quamcunq; Eccleſiaſticam, occuparunt. Modo enim ordinati ſint ab eo, cui illud competit, *veri ſunt præfecti eccleſiæ, nec fungendo munere ſuo Sacerdotii uſurpatione delinquunt.* Ita nimirum ſonat Ianſenii oraculum.

II. Contradicis Concilio Chalcedonenſi, Lateranenſi, Baronio, Gerebrardo &c. de quo poſtea cap. 12.

III. Quod ſi deciſio hæc Ianſenii obtineat, tum Sciſmatici Papæ non poterunt diſtingui à legitimis. Si enim *canonice intrare* (in quo conſiſtit eſſentialis differentia) nihil aliud eſt, quam ordinari ſeu poteſtatem accipere ab eo à quo debet accipere, id eſt, ab Epiſcopo Hoſtienſi, ſecundum [a] jura antiqua, aut à primo Cardinali ſecundum nova jura. Sed vide infra cap. 8. uberius examen hujus aſſertionis.

[a] Ceremon. lib. 1. ſect. 2. pag. 28.

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT VII.

Non licere omnibus apud nos miniſterium accipere, nedum fœminis.

SEPTIMA falſa Hypotheſis. [b] *Omnibus licet miniſterium Eccleſiaſticū uſurpare, quibus licet monitione, correptione, conſolatione proximum inſtruere. Neque enim nobis differunt confeſsione, apologia fidem defendere, & miniſterii auctoritate Eccleſias occupare.*

Reſp. I. Calumniam Ianſenii toties inculcatam, ipſa mea verba quæ exſcripſit ſatis redarguunt. Dico enim neque noſtram provocationem, atque oblatam Sylvæducis apologiam veritatis in ſe & qua talem; neque primorum reformatorum actionem in Papatum (qua Eccleſiam antiquiſſimam, fundatiſſimam matrem ſuam, *abominationum, Errorum, Idololatriæ redarguebant,* (ut Ianſenius in Alexipharmaco loquitur) ſacrilegii, uſurpationis, læſæ divinæ Majeſtatis poſſe arceſſi; neque opportune aut jure aliquo à declamatore crimina illa objici nobis, ut hac ratione Apologia, collatio, & diſquiſitio omnis præſcindatur. Quamvis enim neque primi Reformatores fuiſſent

[b] Cap. 20. & 21. p. 102. 103. 104. 105. & cap. 33. p. 49.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſuiſſent Paſtores, neque nos nunc eſſemus (quod tamen ex ipſa factorum & Scripturæ luce aliter conſtat) tamen illo caſu errantes monere & in viam revocare ipſis licuiſſet, abſque ulla Eccleſiaſtica vocatione & miſſione, quia unicuique Deus mandavit de proximo ſuo, ut Ianſenius conceſſit.

II. Tam manifeſtè ego illa diſtinxi verbis illis meis citatis, quæ diſtinguenda docet Ianſenius; ut niſi cœcitate aut mente omnis judicii experte, aut aliqua phantaſiæ læſione ſit percuſſus, non potuerit non videre. Dico etiamſi Paſtores non eſſemus, incumberet tamen nobis, prout omnibus fidelibus, officium inſtitutionis pro modulo gratiæ à Deo acceptæ, Rom. 15. 14. 1. Theſ. 5. 14. Iacob. 5. 19. 20. An non videt me manifeſtè per particulas adverſativas (*etiamſi, tamen*) diſtinguere? An non diſertè connecto fidelibus quibuſcunque *non-paſtoralem functionem*, cum inſtitutione illa de qua Rom. 15. verſ. 14. & locis citatis; item laicum in certo caſu, cum *diſputatione, apologia, martyrio?* Qua conſcientia igitur mihi affingit, apologiam, & caritativam illam inſtitutionem cum Paſtorali funxione infallibilem habere connexionem, imò ſemper & neceſſario ex illa ſequi?

Videamus nunc parergam pro hac ſua calumnia diſſertationem, ſeu potius atrocem calumniarum accumulationem.

Diſtingue, inquit, officia caritatis & auctoritatis, & quod ſi illa duo officiorum genera in Eccleſia diſcernere nondum potes, &c.

Reſp. I. Diſtinguere poſſum, & diſtinxi manifeſtè, verbis illis à te citatis, Paſtoribus ſua officia attribuo & relinquo. Non-Paſtoribus, hoc eſt, ovibus & fidelibus quibuſcunque, ſua vindico quæ ipſe tu illis tribuis; cujus tuæ præclaræ confeſſionis, quæ invito aut non cogitanti excidit, velim ſemper meminiſſes tu tuique. *Etiam mulieribus licet errantes monere, corripere, conſolari, & ab errore revocare, & inſtitutio illa juxta Scripturas omnibus fidelibus licet, quæ in monitione, correptione, conſolatione, converſione peccatoris à via ſua, conſiſtit. Licuerit tibi & omnibus quos protuliſti, Athenagoræ, Minutio, Felici, Lactantio, Boetio, Auguſtino catechumeno, Pammachio, fidem diſputatione, apologia, confeßione, ſive ſcriptis ſeu viva voce defendere: non enim ſunt iſta auctoritatis ſeu eruditionis, & caritatis (ut alibi loqueris) officia, quæ privatis & laicis ſubinde licent, in officio publico collocatis ſubinde nō licent.* Et p. 78. *Reprehenſio Sodomitarum non erat Eccleſiaſticæ auctoritatis, ſed caritatis: mandavit enim Deus unicuique de proximo ſuo. Eccleſiaſtic. 17. Hinc Paulus omnibus, fratres, inquit, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite cū ſpiritu lenitatis,* Gal. 6. Et p. 149. *Nam quamvis, qui à quocunq; errore redit ad veritatem, aliis eandem veritatem poßit charitate ſtimulante, immò mandante proponere, ſicut hoc cuivis Chriſtiano ex Chriſti lege licet.*

II. Videat Ianſenius quomodo hæc diſtinctio & præclara confeſſio conveniat cum inſanis diſputationibus ſuorum de Fide implicita, ignorante, carbonaria; de interdictis diſputationibus & collationibus de religione, ſub pœna excommunicationis; de interdicta lectione Scripturæ in catecheſi Sylvæ-Ducenſi & regulis Concil. Tridentini indici librorum prohibitorum præmiſſis: item cum ſcurrilibus inſectationibus, quibus ſocii ipſius quotidie noſtros obruunt, dum *Fratres biblicos, & ſorores biblicas ſalutant;* dum nomine hujus caritativæ inſtructionis, mulieres noſtras ut *procaces;* & *quæ docere audeant* calumnioſæ traducunt, cum Ianſenio in Alexipharmaco: imò cœlum & terram conclamant, quod *Magiſtratus, quod Populus*, hoc eſt, vulgus imperitum *de perplexis fidei difficultatibus apud nos judicare & ſtatuere* prohibetur; cum eodem ibid. dum ſuis perſuadent, ut nobis & doctrinæ noſtræ hanc reſponſionem opponant: *a ſe in Eccle-*

a Ianſenius in Epiſtola dedicator. p. 39.

Eccleſia Chriſti eſſe pueros, & ſe in Eccleſia non eſſe conſtitutos, ut potentes ſint exhortari ſana doctrina & contradicentes arguere; ſe paullatim & cum ſilentio, animis & fide velle creſcere; cumque in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti tandem aliquando in cœlis occurrerint, tum denique non modo iis reſponſuros eſſe, ſed etiam in ampliſſima corona totius humani generis eorum judicaturos gregem univerſum. Conciliationem etiam hujus ſuæ confeſſionis inſtituat, cum illa calumnia & exprobratione,[a] *Quod miniſtri in Gallia dum fortuna foret, muneris ac miniſterii onera in militem (Pleſſæum) tranſtulerint.* Quia ſcilicet Pleſſæus ſcriptis fidem defenderat. Ita ut Papatus errores impugnare, apologias fidei & libros ſcribere hic ſit onus muneris & miniſterii miniſtrorum, non competens Pleſſæo militi, ſed artificio quodam à miniſtris in illum tranſlatum. Et tamen *unicuique Deus mandavit de proximo ſuo*; niſi fortè Nobiles, & milites excipiat.

Pergit, *Non arbitror, vos Epiſcopatum Eccleſiæ, juxta generalitatẽ regulæ tuæ de omnibus fidelibus velle committere, &c. Niſi forte Collyridianorum error tibi placeat, ut & mulieres ſacerdotes fiant, de quibus Epiphanius, &c. Mulieres in Eccleſiis taceant, &c.*

Reſp. I. Flagitioſum illud mendacium eſt, de generalitate regulæ, ut jam oſtendimus.

II. [b]De mulieribus ſuaviludium eſt Ianſenii; ſed quod Papatum tangit, Reformatos minimè. Novit nimirũ conſcientia Ianſenii, mulieribus nec verbũ prædicandi, nec ſacramenta adminiſtrandi, nec aliquem Eccleſiaſtici miniſterii regiminis actum permitti; tantum ipſis injungi, ut pro modulo gratiæ à Deo acceptæ charitatis illa officia exſequantur, quæ Ianſenius p. 103. iis tribuit, ut *ſunt errantes monere, corripere, conſolari, ab errore revocare.*

III. Pontificios magis Collyridianis & Marrionitis, Pepuzianis, affines eſſe quàm nos metuit ipſe [c]Ianſenius cum dictum Tertulliani in noſtros intorquens: *Ipſæ mulieres hæreticæ quam procaces, quæ audeant docere, contendere, &c. Nunquam facilius proficitur, quam in caſtris rebellium*; pro bona fide ſua, verba quædam non auſus exhibere evulſit. Sic enim habet Tertullianus: *Quæ audeant docere, contendere, exorciſmos agere, curationes repromittere, forſitan & tinguere. Ordinationes eorum temerariæ, leves, inconſtantes; nunc neophytos collocant, nunc ſæculo obſtrictos, nunc Apoſtatas noſtros, ut gloria eos obligent, quia veritate non poſſunt. Nuſquam facilius proficitur, &c.* Habes hic adminiſtrationem ſacramenti baptiſmi uſurpatam, quam vir hæreticus mulieribus nihil non audentibus, impingere cum audeat Tertullianus, Pontificii Catholicis non verentur imponere in caſu ſcilicet neceſſitatis.

Ab Epiphanii citatione mirum ſi non abhorruit, ſiquidem ipſe locũ inſpexit, aut lectores inſpecturos putavit. Audiat ergo quæ in Epiphanio [d]ſequuntur: *Nuſquam mulier ſacrificavit aut ſacerdotio functa eſt. Deveniam autem & ad Novum Teſtamentum. Si mulieribus præceptum eſſet ſacrificare Deo, aut regulare quidquam operari in Eccleſia, oportebat magis ipſam Mariam ſacrificium perficere in Novo Teſtamento, &c. At non complacuit. Sed neque baptiſma dare concreditum eſt, alioqui potuiſſet Chriſtus ab ipſa potius baptizari, quam à Iohanne.* Ita baptiſma & ſacrificium pariter officia facit ſacerdotalia, à fœminis nunquam peracta, nunquam peragenda. Et ne quis de Diaconiſſarum miniſterio objiceret, addit, *Nuſquam Eccleſiaſticus ordo presbyteridas aut ſacrificulas conſtituit. Nam neque Diaconis in Eccleſia concreditum eſt ut aliquod myſterium perficiant.* Inter myſteria autem numeratur baptiſmus. Adde quæ Epiphanius[e] de Marrio habet. *Dat etiam permiſſionem mulieribus, ut*

[a] Ibid p. 33. [b] Mendaciſſ. Laingæus Doctor Sorbon. refert primam Reformationem inchoatam aut propagatam per prædicationem duarum mulierum in Scotia & Germania, lib. de vita & morib. Hæretic. p. 16. 17. [c] In Alexipharmaco. [d] Hæreſi 79. [e] Hæreſi 42.

baptiſmum dent, Apud ipſas enim omnia ſunt ludibrio plena, & nihil aliud.

In Papatu multo plura tribuuntur mulieribus, quam ab antiquis hæreticis tributa ſunt: Primo *Papa poteſt committere puro laico & mulieri ut excommunicent, quia eſt de jure poſitivo.* Et dicitur [a] *capax juriſdictionis ſpiritualis ex commiſſione. Aliquomodo poteſt ſuſpendere ab officio, beneficio, & ordine, præcipere ne celebrent, immo Presbyteris præcipere ut excommunicent & abſolvant, & illi tenentur obedire.*

Tribuitur & mulieri abſolutio; Poteſt enim abſolvere *ex commiſſione Papæ*; & Papa *cum ea poteſt diſpenſare*. Sic div. Antoninus, Petr. de Palude, aliique cum quibus facit [b] Toletus. Item verbi prædicatio. Sic enim gloſſa juris Canonici [c] *Laici & Mulieres prædicant licentia Sacerdotis. Et docere eſt Sacerdotale officium. Hoc non intelligitur de prædicatione, nam hoc mulieribus ſupra conceſſum eſt.*

Adhæc regimen Eccleſiaſticum; Iure Canonico [d] *Abbatiſſis committitur aliquis clavium uſus; Abbatiſſæ non habent Prælationem ordinariam, ſed quaſi ex commiſſione. Habere poteſt jus collationis beneficiorum, ſeu conferendi & inſtituendi, cum iſta ſunt juriſdictionis ſpiritualis, non ordinis,* ut docet Panormitanus; *quod tamen dictum intellige ex commiſſione juxta mentem Thomæ ut addit Sylveſter. Poteſt Eccleſias & beneficia conferre & inſtituere clericos in Eccleſiis ad ſuum monaſterium pertinentibus, ſicut alii confirmati ut in C. noſcitur, &c. concordant Hoſtienſis & Panormitanus, &c. quod tamen limitat de inſtitutione dante poſſeſſionem & titulum.* Antoninus, [e] *Abbatiſſæ committitur aliquis uſus clavium, poteſt conferre Eccleſias, beneficia, &c.* Et [f] Cajetanus: *de ſacris autem aliis actibus, crediderim ego poſſe antiquam conſuetudinem tolerari: nam alicubi moniales in veſperis cum cappa ſerica altare thurificant, intra clauſam Eccleſiam, &c.*

Vbi ergo verbi prædicatio, ſacramentorum adminiſtratio, ſpiritualis juriſdictio, clericorum in Eccleſiis inſtitutio, aliquis uſus clavium fæminis committitur? In Papatu, an vero in noſtris Eccleſiis? Sorex ſe ſuo prodet judicio. Atque hæc de jure, nunc de facto. Non fuit infrequẽs in Papatu ut mulieres miniſteria Eccleſiaſtica uſurparent. Hoc nimirum Papæ aulis fuiſſe intimatum ipſe refert: *Quod Abbatiſſæ vid. in Burgenſ. & in Palentin. diœceſibus conſtitutæ moniales proprias benedicant, ipſarumque confeſſiones audiant, & legentes Euangelium præſumunt publicè prædicare.*

Præterea, referente [h] Wicelio, *Bonifacius cum deeſſent operarii meſſis, coactus fuit advocare religioſas mulieres; ita Tecla docuit juxta Mogum flumen in Kitſingen, & Lieba in Biſſchofsheim, &c. Venerabilis Chriſti virgo Madelberta ad regendam Eccleſiam in loco ſuo ceſſit, mira virtute floruit.* In vita Franciſci & Claræ fol. 24. [k] refertur, mulierem quandam miſſam à Pontifice ad reformanda monaſteria quædam. Baronius ad ann. 726. n. 12. laudat egregium facinus mulierum, quæ zelantes pro imaginibus, Imperatoris Leonis ſatellitem obtruncabant, *Epiſcopum in templo probris & lapidibus obruebant.*

[l] *Sed non iſta, quæ in vobis reprehendimus, ſcilicet peccatorem convertere ab errore viæ, &c. errantes monere, ab errore revocare, &c. Non agitur inter nos nec de diſputatione nec de Apologia, nec de confeſſione edenda, nihil iſta ſunt ad rem &c. actio quippe anteceſſorum veſtrorũ, quam hic arguimus, non in diſputationibus, apologiis, aut confeſſionibus ſtetit, &c. Quæ privatis & laicis etiam licent, &c.*

Reſp. Nimirũ hoc eſt quod ab initio dixi, virũ hunc neſcio qua ſideratione tactum, & rerum ſuarũ & noſtrarũ juxta ignorantem. [n] Quid, de quo, in quos, pro quo, pro quibus dixerint, ſcripſerint ſui, dixerit, ſcripſerit ipſe, meminiſſe non poteſt. Nam I. nos miniſtros tum Sylvæ-Ducenſes magna animi com-

a Anton. p. 3. part. tit. 25. c. 75. b Apud. Tolet. lib. 1. 5. c Cauſ. 16. q. 1. cap. *Nullus Monachus* & diſt. 23. c. *mulier.* d Sylveſter, voce *Abbatiſſa, &c.* e Antonin. loc. cit. f In Summ. tit. Mulier. pecc. p. 507. g In quarta antiqua Collat. decretal. Ant. Auguſtini lib. 5. tit. 14. c. 1. h VVicelius de ſanct. in vita Bonifacii. i Ex Antiquo libell anonymi per lectiones diſtinct. lect. 9 k Edita belgice Lovanii 1598 per Corn. Thielmans. l C. 2 c. 21. p. 102. 105. m Confer. hujus ſect. c. 19. ad except. 2. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

commotione reprehendit in Alexipharmaco: *Quæ cum ita ſint, quis non rideat præclarum illud monomachiæ genus, quo Catholici gregis Paſtores Sylvam-Ducis ad conflictum quatuor miniſtri quaſi injuriis affecti provocant, &c. Quo igitur pertinet quod miſeri proteſtantur, ſe hactenus nec tradidiſſe, nec in poſterum bonis civibus celeberrimæ urbis aliud velle tradere, &c.* Per totum Alexiphamacum hoc unice agit, ut expoſtulationes, obteſtationes, oblatas collationes & apologias noſtras, pro cauſa & religione noſtra explodat, modumq; doceat, quomodo oblata collatio legitimè ſit inſtituenda. Et huc tantum facit Lovanienſium antiprovocatoria de mandato ſuperiorum, quam lib 1. præmiſimus. Concilia jam iſta cum hoc ſuo *in vobis non reprehendimus, etiam privatis ſubinde illa licent, &c.*

II. Anteceſſores noſtros reprehendit, *quod matrem ſuam* (Romanam ſcilicet) *octoginta plus minus annos graviter accuſaverint, ut meretricem traduxerint, doctrinam ejus Antichriſtianam, abominabilem, reformandam eſſe inſanis vocibus perſonarint, &c.* Subjicit, *noſtras partes eſſe*, non nos *defendere*, ſed *errores detegere, arguere, convincere, &c. antiquiſsimam poſſeſsionem* Papiſtarum *claris titulis & liquida veritate confundere, & quod rei caput eſt, ante omnia miſsionem, reformandique legitimam poteſtatem, &c. teſtatam facere.* Vides nunc agi inter nos de diſputatione, apologia, confeſſione, errorum detectione & convictione. Quin ipſe adverſarius de eo agi & agendum præ ſe fert; nam poſitis poſtulatis conditionibus, ſpondet adfuturos, *qui de graviſsimis noſtris adverſus* Papatum *querimoniis, ſolida maturaque diſceptatione diſquirant, ut totus orbis terrarum judicet, utrum ad Reformandos errores an veritatem interpolandam, &c.*

III. Quod addit actionem anteceſſorum non ſtetiſſe in apologiis, diſputationibus, confeſſionibus, falſum eſt, ſiquidem per vocem (*actionis*) *perſecutionem* voluiſſet intelligere, ſeu *accuſationem, querelam* adverſus Papatum; quomodo acceptione forenſi & vulgari vocabulum illud à me ibi uſurpatum ipſa mea verba ſatis indicant: *Fruſtra ergo adverſus provocationem* (expoſtulatoriam) *hanc noſtram, & Anteceſſorum actionem in Papatum, reatum divinæ Majeſtatis intonat.* Actio ergo Reformatorum in Papatum, in iis ſtetit. Nam quod logicè *actionem* hic ſumit pro omni eo quod paſſioni opponitur, ineptè hoc facit & contra mentem meam, & actionem in actiones mutat, neque actiones illæ omnes aliæ, quas commemorat dici poſſunt *Actio in Papatum.* Dato tamen ita accipiendum hoc vocabulum de omni eo quodcunque egerint aut fecerint primi Reformatores, cõcedimus, quod dicit de illis.

IV. Actiones, in quas Anteceſſores noſtros erupiſſe dixit, ſed non abſque additione poſtea examinabimus.

V. Denique non videndum eſt quid Ianſenius dicat, aut de quo ille nunc agat, ſed quid ex rei natura & methodi lege agendum ſit: Ipſum nimirum hoc agere tantum, ut nihil agatur, & ulcus non prematur, non ita mirum eſt, & jam ſæpius oſtendimus.

[a] *Colligis in conſequente quod in antecedente non ſparſiſti, ſcilicet licuit anteceſſoribus noſtris diſputatione, apologia, &c. fidem tueri, ergo licuit ipſis miniſterio Eccleſiaſtico fungi.*

Reſp. I. Falſum eſt me illam conſequentiam feciſſe, aut per ullam vel remotiſſimam conſequentiam, tale quid ex dictis meis poſſe educi. Hic pedem fige Ianſeni; & à mendacio, quod tam calide & toties in me efflaſti, te purga.

II. Exſerte contrarium dixi, noſtros ſcilicet Reformatores habuiſſe ordinariam vocationem ad miniſterium Eccleſiaſticum, & tanquam Miniſtros Eccleſiaſticos ordinariam animarum curam ſuſcepiſſe: Præterea diſputatione, apologia, confeſſione è Papatu, hoc eſt, via erroris homines revocaſſe, Papam cum ſuis arguiſſe, ulcera

a Pag. 105.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Eccleſiæ Romanæ detexiſſe, veritatem ex tenebris eruiſſe. Quod poſterius quia arguerat Ianſenius, & proculdubio ægerrime ferunt Pontificii, dixi ipſis & nobis Sylvæ-Ducis provocantibus Clerum ad collationem & offerentibus apologiam licuiſſe ut miniſtris: quandoquidem etiam Laicis illa licent & aliquo modo fœminis, quod factum in converſione Hiberorum Ruffin. lib. 10. & ſupra conceſſit Ianſenius. De nobis dixi nos eſſe Miniſtros, & etiamſi non eſſemus Miniſtri, licere tamen Sylvæ-Ducis, provocare adverſarios doctrinæ noſtræ ad collationem, ſaltem expoſtulare cum iis, qui nos & religionem noſtram calumniis obruebant.

III. In Anteceſſoribus noſtris, hoc eſt, primis miniſtris Reformatoribus, dic quid culpas? Quod prædicatione, ſacramentis, &c. gregem ſuum paverint? Atqui ad illud habebant vocationem ordinariam in & ab Eccleſia. An vero quod actionem in Papatus errores inſtituerint, populum ab erroribus, idololatria, Papatu revocaverint? hic, calceus, puto, vos urget; Atqui illud duplici jure illis licebat, quà fidelibus, quà miniſtris. An denique, quod populum Papatum deſerentem alicubi ad ſe & in corpus Eccleſiaſticum collegerint? Atqui hoc illis licebat tanquam Paſtoribus.

[a] *Ecce aſtant præ foribus Fratres tui, quos Cathedris in Hollandia deturbaſtis, & juxta tuam regulam reſtitui volunt. Omnibus enim Chriſti fidelibus, inquiunt, officium inſtitutionis competit: Ergo etiam cathedras & Eccleſiam populi moderari, &c. nam diſputare quis cui poteſtatem legitime contulerit, eſt nodum in ſcirpo quærere, &c.*

Reſpond. I. Fictio Rhetorica, Falſum eſt Remonſtrantes cathedras ſuas juxta hanc regulam repetere. Falſum eſt illos talem conſequentiam facere, aut approbare, aut ea cauſam ſuam fulcire. Nunquam illi profeſſi ſunt communi ſcilicet doctrina ſua, omnibus, quibus inſtitutio proximi incumbit, publicam in Eccleſiis cathedram competere.

II. De diſputatione illa *quis, cui, &c.* Quod mihi affingit, facit more ſuo. Eſt fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.

III. Arminiani quomodo noſtri ſint videndum in actis Synodi Nationalis Dordracenæ & in cenſura confeſſionis Remonſtr. à Theologicis Leidenſibus edita, & ſimilibus ſcriptis. Confer hujus ſect. cap. 10. & lib. 3. ſect. 2. cap. 9.

[b] *Eccleſias colligere & formare, cathedras occupare, &c. dicimus juxta ſcripturas indubitatas, nemini ſine ſacrilegio licere, &c. Quomodo nimirum prædicabunt niſi mittantur?*

Reſp. I. Et nos dicimus ac diximus. Ecce jam σκιαμαχίαν.

II. Noſtri cathedras non occuparunt, ſeipſos non ordinarunt, ſed ordinati ſunt. Si mendacium tuum aliqua factorum luce probare potes, Ianſeni, manus dabo.

III. Textus ille ad Rom. 10. habet de prædicatione, tu concludis de Eccleſiæ cura & rectura ſpirituali, quam exſerte à prædicatione & hic & p. 127. diſtinguis, quippe quæ ſit exigua particula, & non tam poteſtas Eccleſiaſtica, quam commiſſio. Aut tua diſtinctio non valet, aut hic locus nihil ad rem facit.

[c] *Et tu pro mirabili tua Reformata ſapientia omnibus in Chriſti Eccleſia licere contendis, quod nec in republica nec in privata familia omnibus licere cupis. Omnia enim continuò perturbanda, &c.*

Reſp. I. Flagitioſum mendacium. Nihil aliud contendo, quam primis Reformatoribus & nobis licuiſſe fidei veritatē tueri, ſcriptis diſputationibus, Apologiis; errantes monere, & revocare, atque adeo à Romanæ

[a] Pag. 104. & p. 151. [b] P. 106. [c] P. 103.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

manæ Idololatriæ communione abducere, etiamſi non fuiſſemus miniſtri, coram quibuſvis arbitris provoco ad Notarum mearum inſpectionem.

II. Vltra ſi quid fecerint quod miniſterii proprium eſt, recte fecerunt ex officio ſcilicet, & quatenus miniſterii proprium.

III. Si ſemel crapulam tuam excutere queas, Ianſeni, audi. dico iterum: Inſtructio converſiva ad fidem poteſt competere cuilibet prædicatori, vel etiam cuilibet fideli, Thomas p.3.quæſt.71. art. 4. jam verò ut converſio converſa duas habet partes, recedere à malo & facere bonum; ſic converſio convertens ſeu converſiva inſtructio (quam emendationem & reformationẽ rectè poſſis appellare) conſtat abductione ab Antichriſto ejuſque Synagoga & adductione ad Chriſtum veramque Eccleſiam; averſione à falſo cultu & communione ejus, & converſione ad religionem puram ejuſque communionem. Totum ergo illud converſivæ inſtructionis omnibus ſuo modo & pro modulo competit, ſed inter omnes peculiari ratione & κατ᾽ ἐξοχὴν quandam miniſtris. Actus reliquos ſpecificè ab inſtructione illa diſtinctos & miniſterio ſoli proprio hic non conſideramus.

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT VIII.

Quamvis in & ab Eccleſia corrupta ante Lutherum derivent miniſterium ſuum Reformatores, tamen non ſtatuere ipſos ſive directè, ſive per conſequentiam Eccleſiam immunem fuiſſe à Corruptione, aut ſolam fuiſſe Eccleſiam, aut Papatum eſſe veram Eccleſiam Catholicam, aut ſaltem partem ejus.

OCTAVA falſa hypoteſis eſt: [a] *Penes ſolam Romanam Eccleſiam Eccleſiaſtici miniſterii auctoritatem, quam Chriſtus Eccleſiæ ſuæ tradidit, totam & ſalvam fuiſſe*, ut Ianſenius ex nobis ſupponit p. 121.

Reſp. I. Omnia ficta. Nihil tale in dictis meis comparet, aut inde per conſequentiam deduci poteſt. [b] Immò contra ſollicite diſtinguo inter Papalitatem ſeu Papatum, & Eccleſiam ſub Papatu; inter Antichriſtum & populum ejus tyrannide preſſum; inter curiam Romanam & ſubditos volentes nolentes iſti curiæ unitos; inter Chriſtianiſmum ſeu unionem cum Chriſto, & inter Papiſmum ſeu unionem cum Papa; inter corpus religionis & fundamentalis Chriſtianiſmi, & inter ſyſtema errorum, quod religionis corpori acceſſerat, illudque fœdabat; inter Eccleſiam, miniſterium, & vocationem Eccleſiaſticam, & inter corruptionem, gangrænam, ſtrumam Papalem illi Eccleſiæ inſidentem, ſeu adhærentem; & ſic inter illud quod à corpore morbido ad noſtros manavit, & inter illud quod à morbo manavit.

a P.119. cum p.121.141.142. b Confer hujus ſect. cap. 10.

II. Aliud eſt dicere, ſalvum eſſe miniſterium, & aliud, eſſe adhuc aliquod miniſterium, quamvis ita corruptum in pleriſque, ut vix miniſterium, quod Chriſtus Eccleſiæ tradidit, ibi appareat. Non enim eſt *vivere, ſed valere vita.* Sicut aliud eſt dicere corpus hydropicum aut phtiſicum adhuc eſſe verum corpus Organicum, & functiones ejus eſſe reverà vitales; & aliud corpus illud eſſe ſanum, actiones eſſe integras & minimè læſas.

III. Etiamſi dixiſſem in Eccleſiis illis (quæ Romanæ ſubjiciebantur) fuiſſe ſalvam miniſterii auctoritatem, non tamen inde ſequitur, ibi fuiſſe totam & non alibi. Multo majori ratione erat in Eccleſiis Gallicis, Waldenſium, item Bohemicis, Moravicis, Polonicis; adhæc Græcis, Ruſſicis, Abbaſſinis, &c.

IV. Corruptio, Papalitas, Papatus, Antichriſtianiſmus, factio Papalis quidem erat in Eccleſia Occidentali, ſed non erat ipſe Chriſtianiſmus. aut Eccleſia ſive Occidentalis ſive univerſalis; neque erat pars Eccleſiæ eſſentialis aut integralis, neque aliquo modo de Eccleſia tanquam eſſentiale conſtituens aut conſequens illam. A Papalitate illa, qua tali, nihil derivamus miniſterii vocationis, doctrinæ, ſucceſſionis, ſalutis, neque ut à principio ſeu cauſa principali, neque ut à cauſa inſtrumentali, neque ut à cauſa ſine qua non; ſed ab Eccleſia Occidentali derivamus, quatenus adhuc participabat rationem Eccleſiæ, ut à cauſa inſtrumentali, in cujus communione Reformatores nati, educati & ordinati erant. Papalitatem & factionem Papalem proprie ablatam & ſubverſam voluimus, tanquam malam per ſe & omnis mali cauſam; nō verò Eccleſiam cui inſidebat factio: Ab illa Eccleſiam repurgare, liberare annixi ſunt, non vero ipſam Eccleſiam perdere aut tollere; ut in Reformatione morum fieri ſolet, & diſtinctè iſta ibi concipiunt adverſarii: Ab illa receſſimus ipſi, & abduximus alios primò, per ſe, proprio motu, alacriter, & plena lubentia; ab Eccleſia vero aliqua ſive matre ſive ſorore, quæ gangræna, aut ulcere illo depaſcente nec liberari nec levari voluit aut potuit, non receſſimns niſi ægre coacti, conſequenter, per accidens, deſperata omni emendatione, & propter metum contagii, ſive per dolum & circumventionem (μεθοδείαν τῆς πλάνης 2. Theſ. 2.) ſive per tyrannidem affricandi. Confer libr. 3. ſect. 3. de Seceſſione.

Videamus nunc inſtantias & exceptiones Ianſenii.

[a]Prima eſt, *aut nulla eſt penes Eccleſiam Romanam, aut tota & omnis ibi eſt. Si nulla, ergo veſtri nihil ab ea acceperant. Si tota & omnis, ergo illa ſola eſt Eccleſia, & per conſequens ab ea non fuit recedendum.*

Reſp. I. ad Majorem. Diſjunctio vitioſa eſt, datur tertium, *aut aliqua fuit, ſed* deficiens, & corrupta. Quid ſi ita argumententur Græci: Aut omnis poteſtas miniſterii penes ſolos Epiſcopos & Patriarchas noſtros fuit, aut nulla fuit. Si omnis fuit, ergo penes Eccleſiam Romanam nihil eſt. Si nulla fuit, cur ergo tali qualitate Græcos agnoverunt Latini, & cum iis tanquam Paſtoribus Eccleſiam Græcam repræſentantibus tranſegerunt in Concilio Florentino? Quid reſpondebit Ianſenius?

II. Si quis ulceroſus ita argumentetur; aut tota & perfecta ſanitas eſt in corpore meo, aut nulla neque ſanitas, neque vita; Quis non videt vitioſiſſimam diſtinctionem, & plus quam ſcabioſam conſequentiam?

Secunda, *Si idololatria, Apoſtaſia Eccleſiæ Romanæ vim veritatemque vocationis & miniſterii irritam non fecit, ergo penes illam non tantum, ſed etiam*

[a] Cap. 31.

etiam penes omnes hæreticos Arrianos, Neſtorianos,&c. integra permanſit.

Sed Poſterius abſurdum. Ergo.

Reſp. I. Calumnioſe τὸ *integrum* hic intruſit Ianſenius pag. 139. Sed hæc perpetua viri iſtius fides. Neque enim mendacium niſi mendaciis defendi poteſt. Diſtinguo inter *integritatem*, & *eſſentiam ſeu veritatem* rei: Priorem nunquam attribui Eccleſiæ Romanæ aut cuicunque per hæreſim corruptæ, ſed oppoſitum ejus. Quod diſtinctiones & ſimilitudines meæ, quas cap. 31. excutit Ianſenius, exſerte inferunt.

II. Diſtingue Papatum, corruptionem & factionem Papalem, ab Eccleſiis Occidentalibus, in quibus graſſabatur illa corruptio. In his fatemur aliquam adhuc fuiſſe rationem Eccleſiæ, miniſterii, vocationis, non obſtante corruptione & factione improborum; in illa vero nihil fuiſſe, niſi abominationem & deſolationem vaſtatricem.

Tertia. [a] *Si ſalva & integra non fuit Eccleſia Romana, atque adeo poteſtas vocationis in ea, ſed contrà, ut nos dicimus, corruptiſſima: ergo aut poteſtas Reformatotum non fuit inde derivata, aut ab anathemate, ab abominationibus: à corruptionibus fuit derivata: ſed poſterius abſurdum. Ergo.*

Reſp. I. Majoris conſequentia eſt falſiſſima. Tantundem ac ſi concludam: Actus peccaminoſus eſt ab intellectu & voluntate, ſed corrupta; Ergo omnis vitalitas actus illius eſt à vitio ſeu corruptione voluntatis. Greſſus claudicans efficitur ab equo claudo, ergo omnis ille greſſus ſeu motus animalis eſt à vitio pedis, aut nullus eſt ibi greſſus. Functiones vitales derivantur à corde morbido, ergo nulla eſt vitalitas iſtarum functionum, aut dicendum eſt eam derivari à morbo ſeu mala affectione cordis, aut falsò dicitur cor eſſe malo letali affectum. Iuriſdictio & poteſtas inferiorum Magiſtratuum, & Judicum dependet ac derivatur à tyrannico regimine, ſeu à poteſtate politica cui tyrannis & factio tyrannica adhæret, ergo derivatur à tyrannide, & conſequenter aut illa poteſtas nulla eſt, aut tyrannis in illa republica nulla eſt, & falſo talis dicitur eſſe.

Commiſſiones & functiones Eccleſiaſticæ dependebant aliquando in Eccleſia Judaica, ab idololatrico & apoſtatico Pontifice Vrija. 2. Reg. 16. 11. 16. Ergo ab Idololatria & Apoſtaſia. Miniſterium Epiſcoporum in regno Siciliæ proximè dependet & derivatur à Politia Eccleſiaſtica tali, qualis nunc eſt in Eccleſia Sicula: Ergo omnis vocatio & miniſterium illorum eſt tantum à vitio illo ſeu monſtro Monarchiæ Eccleſiaſticæ, quod tantopere deteſtatur Papa Romanus, de quo vide infra ſect.3.cap.3.

II. Diſtingue ergo vocationis & functionis vitium ab ipſa vocatione & functione. Diſtingue actus veros & eſſentiales Eccleſiaſticæ functionis, à ſuperadditis hominum commentis, qui nihil aliud ſunt quàm illorum actuum deformitas, corruptio, & abuſus. Sicut in corpore verrucoſo aut ſcabioſo, partes corporis à verrucis aut ſcabie diſtingui debent. Quicquid vocationis & functionis erat à Chriſto, per Eccleſiam quà talem derivatum fuit in noſtros (ſiquidem ſub Papatu adhuc aliqua erat Eccleſia, quæ tamen non erat Papatus, non magis quam corpus eſt ſcabies aut morbus.) Quicquid vitii adhæreſcebat vocationi & functioni, illud à Papatu aut factione Papali, aut curia Romana, aut corruptione tunc graſſante & prædominante in Eccleſia, affrictum fuit. Vitium ſepararunt & abjecerunt noſtri, poteſtatem & vocationem ipſam retinuerunt.

[a] Pag.140.

Non aliter ac Præpotentes Ordd. Vniti Belgii, nuper motibus propriis publice editis, Illuſtr. Ordd. Belgii Regi Hiſpaniæ ſubjectis operam ſuam obtulere ad dignitatem Reipubl. Belgicæ tutandam, libertatem & bonum ipſorum tanquam concivium procurandum, & dominium Hiſpanicum abjiciendum. Vbi diſtinguunt inter Rempubl. Belgicam & dominium Regis; inter peregrinos Hiſpanos & populares ſuos Belgas: inter Dominos alienos eorumque conſilia & arma, & inter legitimos Ordines; inter bonum publicum, & inter mala quæ bonum illud penetrant & conficiunt.

III. Per Eccleſiam Romanam diximus, nos intelligere ibi Eccleſias illas in Occidente quacunque ratione Papæ & curiæ Romanæ ſubjectas aut connexas, ut Hiſpanias, Germanias, Gallicas &c. Addimus totas Eccleſias illas fuiſſe ſubjectum poteſtatis & vocationis Eccleſiaſticæ, qua tales ſcilicet; hoc eſt quatenus profeſſione articulorum fidei & divini juris obſervatione ac promulgatione, Chriſto, adhuc unitæ aut unibiles erant, non verò quatenus profeſſione & obſervatione corruptionum Papalium, ad Papam relationem habebant. Quando autem Eccleſiam aliquam particularem totam dico ſubjectum poteſtatis, non ex æquo totum Eccleſiæ ſtatuo ſubjectum illius poteſtatis: Quod ad myſticam & internam unionem ac formam, ſunt quidam verè fideles & pii, quidam hypocritæ. Quod ad externam ſymmetriam & integritatem, ſunt quidam Paſtores quidam Diſcipuli, & inter hos alii ſimplices, pueri, infirmi & cognitione, & fidei ac vitæ robore; alii verò fortes, perfecti, & viri. Iis, qui ex toto cœtu ſive Clerici ſive Laici ſunt verè fideles, poteſtas illa competit propriè, & ab illis ſolis per ſe denominatur totus ille cœtus, populus Dei, ſponſa Chriſti. Reliquis autem non competit niſi analogicè & per externam quandam denominationem. Rurſum iis, qui ſunt viri & doctrina ac vita ſaniores, competit primariò, infirmioribus ſecundariò. Quod ſi in aliqua Eccleſia omnes, aut plerique Clerici maximè fuiſſent Antichriſtiani, potuiſſet tamen Eccleſiaſtica poteſtas ſubſiſtere, aut tantum aut ſaltem primariò in Laicis, ſi qui ipſis erant meliores, atque inde ſucceſſivè derivari uſque ad Reformatores noſtros. Ne Ianſenius putet per Eccleſiam nos nihil aliud intelligere quam Prælatum, aut Papæ creaturam. Dico de jure hoc poſſe fieri in caſu neceſſitatis, quamvis factum non fuerit: Erant enim Reformatores & Ordinatores eorum Clerici, ut ſupra ſect. 1. cap. 2. oſtendimus.

Quarta eſt, *Si vera Authoritas & poteſtas mittendi operarios in vineam ſponſi ſui adhuc fuit in Eccleſia Romana, ergo nullo prætextu ab ea fuit recedendum: ſed verum prius, ergo poſterius.*

Reſp. I. Limitando Majorem. Ergo non fuit recedendum ab Eccleſia qua talem habente & exercente poteſtatem; neque ab illa poteſtate in ſe. Et ſic conceditur totum. Non ſeparabant ſe noſtri ab Eccleſia, à poteſtate Eccleſiaſtica; ſed à factione, à tyrannide, à vitio & abuſu poteſtatis. Corpus morbo contagioſo infectum, eſt adhuc verum corpus humanum, ergo nullo prætextu ab ejus contactu eſt abſtinendum; Familiam aut vicum quendam occupant fures & graſſatores, habet tamen adhuc regimen & ordinem aliquem, ergo à familia aut vico illo, nemo metu periculi ſe ſubducat, ergo fures non ſunt fures, ergo nullo prætextu contra graſſatores eſt clamandum? Quam ſtulta conſequentia! Sed de diſceſſione à Papatu ex profeſſo agimus lib. 3. ſect. 3. ubi vide.

II. Minorem ita corrigimus. Poteſtatem

tem illam veram non collocamus in Papa, aut curia Papali, aut jurata factione ejus, ſed in Ecclesiis Papæ ſubjectis, & curiæ iſtius vocationibus & tyrannidi expoſitis ex. gr. Eccleſia Tigurina, Wittebergenſi, Anglicana, &c. ſicut potentiam ſanguificam non collocamus in ſcirro aut morbo quocunque epatis, ſed in ipſo epate quod morbo afficitur. Neque collocamus poteſtatem illam in Eccleſiis illis quatenus Papæ aut Sedi Romanæ unitæ, aut in ordine & reſpectu ſuo ad illam ſedem, tanquam centrum aut radicem, ſed quatenus Chriſto capiti junguntur & in ordine & reſpectu ad Chriſtum radicem ſuam. Non autem conſiſtit eſſentialis ratio & forma Eccleſiæ, in unione cum Papa aut curia Papali per obedientiam juris Pontificii Canonici, ſed in unione cum Chriſto per fidem Euangelii. Denique non collocamus veram illam poteſtatem Eccleſiaſticam in Antichriſtianiſmo, in erroribus, idololatria, & vitiis à ſede Romana aut aliunde in Eccleſias, ex. gr. Tigurinam, Anglicanam, &c. derivatis; ſed in articulis & veritatis fidei Chriſtianæ, quæ ipſis adhuc reliquæ erant. Sicuti poteſtatem Papalem aut Epiſcopalem, applicatam & collatam non dicent Pontificii, Simoniæ aut vitiis ordinandorum, aut à Simonia tanquam ſubjecto adæquato, vel etiam fundamento Relationis dependere.

III. His ita diſtinctè expoſitis, videbit Lector Ianſenium in tota hac diſputatione perpetuo committere fallaciam accidentis. Accidit nimirum Eccleſiæ, Chriſtianiſmo, miniſterio, vocationi vitium illud. Ideo tamen vitio non eſt tribuendum, quod illis tribuitur, neque vitium cum illis confundendum, neque à vitio ad rē ipſam aut vice verſa diſcurrendū.

IV. Teſtimonia quæ ex Auguſtino & aliis[a] accumulat nihil ad rem aut contra nos. Noſtri enim à Papatu & curia Romana ſe ſeparantes ab Eccleſia Catholica minime receſſerunt. Neque enim Papatus aut curia Romana eſt Eccleſia, ſicut ſtruma aut morbus non eſt corpus, nec vermis in pomo eſt ipſum pomum; jam vero ſedes Papæ aut curia Romana eſt inſtar vermis; Eccleſia Occidentalis, quibus præſidet illa ſedes, eſt inſtar pomi. *Il faut*, inquit Charronius lib. 3. cap. 14. n. 15. *prudement diſtinguer entre L'egliſe Romaine & la Cour Romaine. L'Egliſe Romaine eſt la vraye Egliſe Catholique, Apoſtolique, eſpandue par tout le monde, dicte Romaine pour les raiſons au long deduictes au chapitre* 10. *La cour Romaine eſt ceſte grande, pompeuſe, & plus que mondaine Majeſté & auctorité, ceſte grande trafficque & negotiation des matieres beneficiales, cas de conſciences, diſpenſes, indultes, permiſſions, graces, qui ſe fait à Rome, ou il y à ſi grand nombre d'Officiers, ſi grand abord de toutes parts pour obtenir proviſions. Ceſte cour demeure, ſe couvre, & ſe nourrit dedans ceſte Egliſe, ainſi que le ver dedans la pomme, comme auſſi eſt elle née de ſa graiſſe & de ſon abondance: Mais ce n'eſt pas tout un.* Nec illa pars Eccleſiæ quæ Papali gangræna erat affecta eſt tota Catholica Eccleſia: ſicut pars aliqua integralis non eſt totum. Vnitas etiam illa qualiſcunque Eccleſiarum illarum cum Papa non eſt vera & neceſſaria, nedum ſola unitas Eccleſiaſtica. Vt lib. 3. ſect. 3. latius explicabitur. Cauſa & neceſſitas ſeparationis quam noſtri prætendunt longe alia eſt, quam fuit eorum quos taxat Auguſtinus & Dionyſius, quam ſi probare poſſemus, nemo juſtiſſimam eſſe inficiabitur.

V. Præterire non poſſum, quod tam timide titulo *authoris de ſimpl. prælat.* & *quidam* huc introducit tractatum illum, quem inter opera indubitata Cypriani refert [a] Bellarminus, aliique militiæ Roma-

a Pag. 142. b In libr. de ſcriptor. Eccleſiaſt. p. 91. Eccius in Enchirid. cap. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

næ anteſignani, & ipſe nuſquam ſibi conſtans Ianſenius pagina 88. & 181. 183. & 265. 266. & 437. & 486. Cypriano eum adſcribit. Ita ludunt Protei illi in citationibus Patrum. De quo videri poteſt Roberti Coci cenſura Scriptorum quorundam &c. Cur Cypriano hic non auſus fuerit aſſerere hunc tractatum, diſquiri poſſet. An ex alio Authore quam ex Bellarmino hoc curſim nunc tranſcripſit? An vero malum phantaſma illi occurrit, & mentem turbavit ex dictis illis huic tractatui inſparſis, quibus primatum Papalem plane ſuccidi à noſtris ſæpius probatum eſt? an verò recordatio Punicæ fidei ſuorum in edendo hoc tractatu ex inſpectione ſui Poſſerini cogitationes ipſius confudit? de quo [a] Rivetus noſter jam monuit in Critic. ſacr. libr. 2. cap. 14.

Quicquid ſit, quæ hic & paſſim ex hoc libello citat, nihil contra nos, nihil pro Papatu. Legatur modo tractatus, & verba paulo poſt ſequentia, ſatis explicant quid Author velit, & nos cum illo: *Ita nec Chriſtianus videri poteſt, qui non permanet in Euangelii ejus & fidei veritate.* Hoc perpetuo Pontificiis inculcamus, ad hujus quæſtionis inveſtigationem omnes invitamus, & ipſos provocamus, ſed Scripturarum Lucifugas.

Quinta eſt. [b] *Auctoritas eccleſiaſtici miniſterii, mittendique operarios in vineam Chriſti, non niſi veræ Eccleſiæ eſt conceſſa, non vero hæreticis, ſciſmaticis, Idololatricis. Ergo Eccleſia Romana aut non habuit illam auctoritatem, ſi fuit idololatrica; aut non fuit idololatrica, ſi habuit illam authoritatem.*

Reſp. I. Per Eccleſiam Romanam intelligimus, quamcunque Eccleſiam ita denominatam à ſubjectione ad ſedem Romanam, aut quacunque unione Eccleſiaſtica ac cohærentia cum illa aut Papa, ſive explicite ſive implicite, ſive invitò ſive ſpontè, ut antea monuimus.

II. Hoc præmiſſo negamus conſequentiam illam, quod non eſt conceſſum hæreticis, Idololatricis, Antichriſto, &c. id nullo modo eſt aut remanet in Eccleſia Idololatrica, aut hæreſi infecta, aut Antichriſti tyrannidi ſubjecta, ſed Vocatio & Miniſterium Eccleſiaſticum &c.

Si corrigas & ita formes conſequentiam.

Quod à Chriſto non eſt conceſſum aut collatum hæreticis, &c. Id nullo modo eſt in hæreticis qua talibus, aut in ipſa hæreſi.

Concedimus illam & ſic nihil contra nos. Neq; enim Papalibus vitiis & abuſibus, aut Papæ qua Papæ, hoc eſt, primati & radici totius Eccleſiæ (ut prætenditur) aut Papali curiæ & factioni, qua tali, ullam vel paſtoralem functionem vel umbram Chimericæ illius poteſtatis Monarchicæ à Chriſto collatam, aut in ea unquam reſediſſe aut remanſiſſe dicimus; aut poteſtatem inde ad nos manaſſe.

III. Falſitas conſequentiæ illa patebit; ſi ſimilem Ianſenio opponam, ex ipſius verbis parodicè contextam.

Non Necromanticis, non meretricum nepotibus & alumnis, non Simoniacis, non profanis, non apoſtaticis aut apotacticis poteſtas Eccleſiaſtica conſignata eſt: ſed Apoſtolis aut Eccleſiæ cui dictum eſt. *Tibi dabo claves* &c. *Sicut miſit*, &c.

Ergo nulla poteſtas Eccleſiaſtica remanere potuit, ſed plane exſtincta eſt in ſede & Eccleſia Romana, cum Pontifices omnis Romanæ miſſionis & ordinationis Architecti (Ianſen. pag. 118.) tales eſſent ferreo illo ſæculo, de quo Genebrardus, Baronius tam deſperate conqueruntur.

Diſtinguet proculdubio Ianſenius, inter hominum demeritum & Dei tolerantiam;

[a] In Critic. ſacr. lib. 2. cap. 14. [b] Pag. 120.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tiam; inter mali aut morbi ſævitiem & Dei conſervationem; inter illud quod ſua natura ex illo malo ſequi aptum eſt & ſolet, & inter illud quod intercedente generoſa Dei miſericordia aliter evenit; inter Eccleſiam & ſedem Chriſti ac Petri, & inter Papas monſtra, ſedis illius dedecora; inter factionem malorum qua premitur tantum, non plane opprimitur paucitas & infirmitas bonorum, & inter eos qui partim publice rejiciunt, partim tacite deplorant, partim ignorant, ſaltem non approbant ac promovent abominationes illas; Immò diſtinguet inter eos conſcios & approbatores obominationum, ſeductos à ſeductoribus, ſimpliciter errantes à pertinacibus & obfirmatis contra omnem convictionem. Tales diſtinctiones & conſiderationes ad ſuum illum caſum adhibebit procul-dubio Ianſenius; exemplo Baronii, qui tale quid conatur ibidem ad annum 908. 7. & 912. 8. Quam recte nunc non diſput.

Quicquid hic egerit Ianſenius, nos ſaltem conſequentiæ illi opponimus illud Ieſaiæ, de ſtatu Idololatricæ & apoſtaticæ Eccleſiæ ſui temporis, cap. 1. verſ. 9. *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus*, cum verſ. 21. *Quomodo facta eſt meretrix urbs fidelis.* Confer Rom. 3. verſ. 3. *Si quidam increduli fuerunt, an infidelitas ipſorum fidem Deo irritam faciet?*

Si Miniſter aut miniſterium aliquod in hæreſin, in Idololatriam, in ſciſma prolabitur, non poteſt quis jure aut bona conſcientia fungi, & peccat ſi fungatur, juxta illud Pſalm. 50. *Quare tu enarras juſtitias meas, &c.* Proverb. *Sacrificium impiorum abominatio.* Sed non propterea omnis eſſentia & efficacia actuum miniſterii annihilatur, aut in malum & damnationem cedit iis, qui eo miniſterio utuntur. Vide Thomam cum Theologis & Canoniſtis infra citatis cap. 13.

[a] *Inſtat Ianſenius cum multo amplificationum chorargio: Quomodo Eccleſia Romana tot hæreſibus judicio veſtro fœta, & idololatria conſpurcata, quomodo ipſe Romanus Pontifex, hoc eſt, ipſiſſimus, ut blaſpematis, Antichriſtus legitimam authoritatem vocandi miniſtros Chriſti habuit.*

Reſp. Non quærendum, quomodo habuerit Papa, ſed an quoque habuerit noſtro judicio. Nos nunquam illi tale quid tribuimus. Neque etiam illi magis tribui poſſet, quam functiones animales, vitales, aut naturales in corpore, morbo alicui, aut ſymptomati, aut vermi, aut inutili excremento, aut Spiritui immundo corpus illud obſidenti ac vexanti tribuerentur. Nos diſtinguimus inter ſedem Romanam ac Papam Antichriſtum, & inter Eccleſiam *illam*, ſupra quam ſedes illa erecta & in qua Antichriſtus ſedet. Eccleſia illa quà talis habuit adhuc aliquam miniſterii Eccleſiaſtici & miſſionis rationem. Papa quà talis illam non habuit, immò nihil habet, & ipſe quà talis revera nihil eſt, iſtius, ſcilicet, quod ſe eſſe dicit, eodem ſenſu quo reliqua idola pro nihilo à nobis habentur: de quibus *ſcimus quod idolum in mundo nihil eſt.* 1. Corinth. 8.

[a] Pag. 134.

SECTIO-

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT IX.

Reformati nullos agnoſcunt Miniſtros reformatores univerſales.

NONA falſa Hypotheſis: [a] *Lutherum & Zvvinglium ſolos fuiſſe primos reformatores noſtros; atque adeo reformatores generales, qui miſsionem accepiſſent in univerſam Chriſti Eccleſiam: Etiam reformatores Eccleſiæ Genevenſis. In illis etiam ſtare reformationem noſtram, omnem Eccleſiarum & miniſterii auctoritatem.*

Reſp. I. Hæc omnia ex nobis dum ſupponit & odioſe inſectatur Ianſenius, furorem ſuum prodit. Nunquam, nuſquam tale quid dictum aut factum à noſtris. Ego in Philonio meo, quod refutandum ſibi ſumpſit Ianſenius, nihil dixi unde tale quid colligi poſſit; immò nihil non dixi, unde contrarium non elici debeat.

II. Dico iterum, nullius primi Reformatoris, miniſterium Eccleſiaſticum ulterius ſe extendiſſe quam ad Eccleſiam illam in qua in Papatu per ordinarios locus illi aſſignatus erat, aut ad illas quæ legitima & ſpeciali miſſione aut commiſſione, cura, opera, conſilio, auxilio ipſius uſæ ſunt. E. gr. Pomeranus Theologus Wittebergenſis conſilio ſuo (non imperio aut juriſdictione) juvit ac promovit reformationem in Dania, ſed non niſi à Rege & reformatoribus Eccleſiaſticis legitime ad id evocatus. Sic Bucerus cum collegis, in Diœceſi Colonienſi, ſed ab Archiepiſcopo vocati. Idem & Martyr Oxonii in Anglia, ſed ex commiſſione Regis & Archiepiſcopi Crammeri, & aliorum. Doceat Ianſenius quis reformator, in cujus Eccleſiam non ſuam involaverit.

III. Primi Reformatores fuerunt omnes illi, qui primi in ſuis Eccleſiis Papiſmo ſubjectis aliter docere, ſacramenta adminiſtrare, populum ſuum ſpiritualiter paſcere cæperunt ex præſcripto Euangelii. Inter quos etiam fuerunt Lutherus & Zvvinglius, ſed ut ſoli illi fuerint nunquam à noſtris creditum, neque à te probatum. Sunt hæc portenta ignorantiæ, temeritatis & calumniarum tuarum, ad quæ Polycarpi exclamatio (quam pagina 167. huc advocas) jure applicari poſſet.

IV. Genevenſis Eccleſia, nunquam Lutheri & Zvvinglii operam in reformatione agnovit. Gulielmus Farellus cum collegis ſuis primùm illic reformatam religionem publice tradidit, ut hoc rectius agnovit Stapletonus veſter ſect. 1. cap. 2. citatus. Deſine quæſo temeritatem & ignorantiam tuam in rebus tam nuper geſtis omnium ludibrio exponere, ne peritia & fides tua in antiquitate Eccleſiaſtica (in qua non parum tibi tribuis) penitus laboret apud prudentiores.

Ad amplificationes Ianſenii quas loco probationum adducit, ita reſpondemus.

Prima eſt [b] *quis enim eis* (Luthero ſcilicet & Zvvinglio) *miſsionem ordinariam in univerſam*

a Pag. 167. pag. 116. b Pag. 167.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

univerſam Eccleſiam dedit? Vos autem illam intolerabili præſumptione ad omnia loca, tempora, in omnes perſonas, fidem & mores, & ut verbo dicam, ſupra omnem Epiſcopalem & Pontificiam & Synodorum Eccleſiæ auctoritatem erexiſtis & uſurpaſtis, &c.

Reſp. I. Intolerabilis mentiendi præſumptio. Miſer Ianſenius in Monarchia Papali, in Babylone, in domo regnatrice natus, educatus, Papali pede nos metitur, & nullum miniſterium, niſi cum primatu, monarchia, & omnipotentia (ut ſtylo curiæ loquar) Pontificia conjunctum ſomniare poteſt. Neque nos, neque primi Reformatores ſive Eccleſiaſtici ſive Politici aut doctrina aut praxi, ſibi aut aliis hoc unquam vindicarunt. Quicunque hoc auderet, illi *anathema maranatha* dicerent omnes noſtri.

II. Contrarium ſemper & ubique, & doctrina & praxis omnium reformatorum oſtendit. Ex paucis iſta habe. Lutherus ad ordinarium ſuum, & ad Papam Leonem, (ſed errore & injuriis iſtius temporis) ad Concilium provocavit; Proteſtantes Principes in Germania, ad Concilium Generale, aut Nationale Germaniæ. In Gallia Rex Navarrenus & Princeps Condæus, itidem ad Concilium contra excommunicationem Sixti Quinti provocavit. Hermannus Archiepiſcopus & Elector Colonienſis pro ſua reformatione, contra factionem & rebellionem Capitulatium ſuorum & fulmen Papæ, ad Germaniæ concilium, ſed fruſtra. Et reclamant colloquia omnia, ſynodi, ac conventus omnes Eccleſiaſtici à noſtris tempore primæ reformationis uſpiam habiti. Vide modò ſubſcriptiones articulorum Smalcaldicorum, Confeſſionis Saxoniæ, & cætera.

Videbis quemque primum reformatorem aliis permixtum unum & æquale facere ibi nomen. Lutherus in Academia Wittebergenſi ut unus Profeſſorum, in Eccleſia ut unus Paſtorum, in Eccleſiis vicinis Saxonicis ut membrum illarum, nomine & ex commiſſione Eccleſiæ Wittebergenſis jus ſuffragii habuit & contulit; præterea nihil. Sic Zvvinglius, Farellus, Viretus, Calvinus, reliquique omnes. Hoc enim reformationis quaſi ſymbolum, hoc vexillum à noſtris denuò ſublatum: *Epiſcopatus unus eſt, cujus in ſolidum partem quiſque poſsidet* [a]. Ita Zvvinglio nullum jus ſuffragii aut miniſterii Eccleſiaſtici in Germania; Luthero in Gallia aut Helvetia; Crammero in Gallia aut Dania; Archiepiſcopo Colonienſi in Belgio aut Helvetia; breviter nulli niſi in ſua Eccleſia.

Secunda, *Lutherus fuit Patriarcha, novatoribus ſignum extulit; Calvinus corpus doctrinæ veſtrum vobis præformavit*, fuerunt aliqui veſtræ ſectæ Anteſignani.

Reſp. I. [b] Et Eraſmus ad novitates (h.e. ad puriorem Theologiam) ſignum extuliſſe dicitur à veſtris, imprimis editione Novi Teſtamenti, & Patrum. De poſtillatore Nicolao à Lyra fertur dicterium: *Si Lyra non lyraſſet Lutherus non ſaltaſſet.* Ergo conclude.

II. *Oportet* aliquem eſſe primum, à quo excitentur reliqui. Hoc omne eſt *caritatis* & Zeli, non *auctoritatis*. Prioritas illa eſt *diſpoſitionis* aut *temporis*, non *dignitatis*. Eminentia *eſt ſedulitatis* & *eruditionis*, non *juriſdictionis*. Aliquis Euangeliſta primis Gentilium tenebris lucem Euangelii Romæ intulit, Eccleſiam collegit; ante ipſum Paulum & Petrum (ſiquidem hic ibi fuerit.) Quid tum? Paulus plus reliquis laboravit, non tamen aliorum authoritatem rapuit. Defenſio gratiæ contra Pelagianos hactenus in Eccleſia Auguſtini nomen præſcripſit,

[a] Author de Vnitate Eccleſiæ, in operibus Cypriani. [b] Endſemius in libell. de deſperat. cauſa Calvini, & Surius in Commentar. ad ann. 1536. Hoſius in confut. prolegom. Brentii lib. 2. refert vulgo dictum fuiſſe: *aut Eraſmus Lutherizat, aut Lutherus Eraſmizat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

præſcripſit & effert, nihil tamen inde concludi poteſt. Thomas Aquinas apud vos corpus Theologiæ (quod in ſcholis prælegitur) præformavit: Scotus tanquam aquila in arduis poſuit nidum ſuum, ut quidem pulli ipſius illud ſolenniter ipſi applicant. Præter Doctores Angelicum & Subtilem, eſt vobis Doctor Seraphicus Bonaventura, Irrefragabilis Alex. Ales, D. Illuminatus Franc. Mayronis, D. fundatiſſimus Ægid. Romanus, D. Reſolutus Ioh. de Baccone, D. Solemnis Henr. De Gandavo, in ſumma *à Moſe ad Moſen, non fuit ſicut Moſes,* ut Iudæi de ſuo Maimonide. Concede nobis etiam anteceſſores & ſolidæ Theologiæ ſuo ſæculo inſtauratores, ſed abſque invidioſa & laxa illa conſequentia.

Inſtantia. Atqui videntur illi Eccleſias & Eccleſiaſtica ordinaſſe, doctrinam præſcripſiſſe, publicum cultum mutaſſe, &c.

Reſp. Nunquam factum intra Eccleſias ſuas, niſi caritativa admonitione aut fraterno conſilio, ut opera quadam prævia lapides exciderent, ut tu optime & diſtinctè loqueris pag. 187. quod cuilibet laico etiam licere utrinque in confeſſo eſt: Vltra nihil, niſi accedente legitima miſſione eorum, ad quos pertinebat, ut ſupra exemplis declaravimus. Sic tu ad commune communis cauſæ periculum accurrens & Sylvęducenſibus Alexipharmacum tuum ignito eloquio propinans, ignita ſcilicet caritate impulſus, non tamen eo ipſo ordinarium archiatrũ omnium laborantium ibi te cõſtituis, aut ordinarios ac juratos Medicos, Capitulũ ſcilicet cum Clero Sylvæducenſi, jure omni ſuo & praxi ſubmoves. φεῦ τὰ ἄλφιτα, ſiquidem hoc nefas obtineret.

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT X.

Reformatos non adſcribere primis Reformatoribus vocationem extraordinariam, qualem vult Ianſenius.

DECIMA falſa Hypotheſis eſt.[a] *Lutherum multis nominibus fuiſſe hæreticum etiam noſtro judicio, & ab Eccleſia fuiſſe depoſitum ac prohibitum.*

Reſp. utrumque falſum: Vbi hoc noſtrum judicium perſcriptum eſt? Sed jam ſupra de utroque à nobis ſatis dictum;[b] & infra aliquid adhuc dicendum.

Vndecima falſa Hypotheſis eſt.[c] *Vocationem primorum miniſtrorũ fuiſſe extraordinariam, ut quidem ego ſed timide aſſero, advertens ſcilicet commentitiam vocationem ordinariam ruere &c.*

Reſp. mera calumnia. Inſpiciantur modo verba mea ab ipſo Ianſenio deſcripta. p. 105.[d] Vocatio extraordinaria & ordinaria, ſunt ſpecifice diſtincta & diſparata, ut Ianſenius, in tota diſceptatione hac præſuppo-nit & fuſe *exponit,* cap. 22. & 35. Cum ergo verbis illis à te citatis, & præcedentibus, exerte, determinaverim vocationem fuiſſe *ordinariam;* quomodo de eadem dicere poſſim fuiſſe *extraordinariam*, ordinariæ ſcilicet oppoſitam? Oppoſita enim neq; de ſe invicem, neque de aliquo tertio, eodem modo prædicari poſſunt. *Et ſpecie diverſa contrario modo inter ſe affecta ſunt ratione eſſentiæ*, teſte[e] Philoſopho. Iterum ergo ad quæſtionem, quæ & qualis fuerit vocatio eccleſiaſtica primorum Reformatorum, dicimus fuiſſe *ordinariam.* Quidquid ergo hic diſputatur de extraordinaria, ineptum, parergon, & effugium merum.

Inſtant. Atqui verba tua ſunt. *Poſſet hujuſmodi commiſſio etiam extraordinaria dici certo reſpectu, quamvis nihil aliud ſit quam antiqua primitiva & genuina commiſſio ordinaria.*

Reſp. I. Recte ſane. Abſolute & ſpecifice eſt ordinaria, quæ certo reſpectu dici poſſet extra-

a Pag. 133. p. 129. b Sect. 1. c. 8. c Cap. 34. & p. 163. 168. d Confer. hujus ſect. c. 24. e 4. Metaphyſicor. c. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

extraordinaria; & quidem analogicè, quia in aliquo ſimilis eſt extraordinariæ, & quia ſimile quid præſtiterunt illis, quæ ab extraordinariis &c. Hic pro candore tuo committis fallaciam à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, certo reſpectu dici poſſet extraordinaria, ſed nos illam ita nominari nolumus; res enim nominari debet ab eo quod abſolutè & per ſe eſt, & univoce & proprie dicitur, non quod aliquo certo reſpectu eſt, unde externa aliqua denominatio tantũ exurgere ſolet. Quo autẽ reſpectu ordinaria ipſorum vocatio, extraordinaria dici poſſit, ibi ſatis explico, & ſuffecerit hic regula Logicorum: *Enunciationes improprie veræ, proprie & formaliter acceptæ ſunt falſæ.*

II. Hic confundis, ut paſſim in tota hac diſputatione, vocationem cum poteſtate eccleſiaſtica & exercitio iſtius poteſtatis; Ingreſſum & miſſionem paſtorum, cum opere eorum, hoc eſt, reformatione: Exercitium poteſtatis ſeu miniſterii ipſorum fuit extraordinarium eo ſenſu, quo explico, unde ipſum ordinarium miniſteriũ ſeu commiſſio etiã dici poſſet extraordinaria; quãvis in ſe ordinaria ea eſſet, & ordinario modo illis collata. Vt ordinarii ordinario ingrediebantur & miniſtrabant primum opera ordinaria & ſolita, ut extraordinarii deprehenſa corruptione & periculo eccleſiæ, litigabant cum matre ſua (Hoſ. 2. v. 1.) opponebant ſe ordinariis ubi opus, & extraordinario zelo ac labore ſe ſuoſque reformabant; idq; vi ordinariæ ſuæ commiſſionis, quæ ex ſuppoſitione ejuſmodi caſuũ, talem operam neceſſario requirit. E. g. Officium Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, Vicarii, Præpoſiti, Paſtoris ſive Curati, Presbyteri & quocunq; nomine appelletur, requirit & infert neceſſario veram fidei prædicationem, Sacramentorum adminiſtrationem &c. etiam & vel maxime in illo caſu, quando alii ſpeculatores & ductores cæci facti ſunt; aut etiam ipſi cum illis. Hic extraordinario & inſolito conatu & opere, regreſſu ſcilicet ab ordinario ſuo opere ad id unde excidit, & magna mutatione ipſi opus eſt, heroica abnegatione ſui ipſius & propriæ doctrinæ & prioris operæ, ſi Deum audit: *Renovari ſpiritu mentis veſtræ &c. quapropter depoſito mendacio loquimini veritatem quiſque cum proximo ſuo*, Epheſ. 4. 23. 25. *Si quis vult poſt me venire, abneget ſeipſum.* Matt. 16. 24.

Immo ſi modo naturalem & Philoſophicam conſcientiam audit: [a] *Præſtat veritatis retinendæ cauſa, ſua etiam tollere, philoſophos præſertim. Etſi enim utrique chari ſint, pium eſt pluris æſtimare veritatem.*

Ad φλυαρίας Ianſenii breviter reſpondemus.

Prima: [b] *Omnes ſibi extraordinaria Dei dona vendicant, & ſi ſæpe non habeant niſi impudentiam & maledicentiã extraordinariã, quæ in Luthero &c.*

Reſp. I. *Abuſus irregularium non præjudicat uſui regularium. Non propter adulterinos nummos etiam legitimi reprobandi ſunt, nec propter adulteratas aut ſimulatas Principum quorundam literas etiam vera diplomata & ſigilla ſperni debent*, ſunt verba tua pag. 77. 169.

II. De Lutheri donis non eſt quod me appelles; jam ante de iis conſtabat cum ad lecturam Philoſophiæ & Theologiæ in Academia Wittenbergenſi, unus ille ex multis ſui ordinis adhiberetur, cum Romam ad graviſſima negotia expedienda mitteretur, de quib. in vita ipſius Zvvinglii, Oecolampadii, Buceri, Bullingeri, Martyris, Crammeri & reliquorum Reformatorum diffuſam & profundam eruditionem, ſinceram pietatem, admirabilem diligentiam & conſtantiam, amabilem eloquentiam adverſarii omnes experti ſunt, nonnulli etiam confeſſi. Quibus omnia legere non vacat, conſulant modo Hiſtoriam Thuani, plura

[a] Ariſtoteles Ethic. Nicomach. lib. 1. c. 6. [b] Pag. 151. [c] Vide Melchioris Adami vitas Theologorum Germanorum & exterorum. Imprimis Surium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ibi invenient, quam cacochymus ipſorum ſtomachus concoquere poſſit. Quin ipſe [a]P. Iovius totus curialis, Luthero eximiam eloquentiam, & ſacrarum literarum ſcientiam tribuit.

[b]Secunda. *Omnes impetum habent ad extraordinaria tentanda & ad ordinem perturbandum. Hoc ſi ſufficiat, redde Arminianis tuis & omnibus hæreticis Cathedras ſuas, &c.*

Reſp. I. Omnia parerga. Vbi dixi ſufficere impetum ad invadendum miniſterium, dixi & dico illos ordinarios Epiſcopos, Paſtores, Doctores, Preſbyteros, extraordinario impetu, labore, ſtudio in munere ſibi impoſito verſatos; difficillimis illis temporibus arduum ac carni ac ſanguini impoſſibile illud opus aggreſſos, adverſa omnia & ſe ipſos ſuperaſſe.

II. Illud *Arminianis tuis*, qua ratione aliquoties inculces non video, niſi quia ex nobis egreſſi ſunt. Sit ergo Lutherus veſter, Zvvinglius veſter, immo & Menno veſter, David Georgius veſter, Puccius veſter, omnes denique hæretici veſtri, quia ex vobis ſeu Romana Eccleſia egreſſi, ut gloriaris pag. 492.

III. Potiori jure veſter ſit Pomponatius Profeſſor publicus in Academia Pontificis Bononienſi, veſter Cornelius Agrippa, veſter Iohannes Trithemius Abbas Spanhemenſis, veſter Iohannes de Indagine, veſter Paulus Iovius, veſter Petrus de Abano, veſter Gul. Durandus, (qui tantum ſcripſit ut Thomæ obloqueretur, teſte Delrio) veſter Aureolus, veſter Iohannes XXII, veſter Gul. Poſtellus, veſtri philoſophi illi in Italia, imprimis Averroiſtæ, de quibus Ieſuitæ Pererius & Toletus præfat. ad Phyſic. & Naclantus Epiſcopus Clugienſis in Tract. de animæ immortalitate, &c. Veſtri illi de quibus delecti Cardinales in Conſilio Reformationis: *In Italia multi Philoſophiæ Profeſſores impietatem docent, in templis fiunt diſputationes impiiſſimæ.* Et Pereſius à Valdicia: *Sunt ex Theologis nonnulli, quorum in eo tota videtur cura eſſe defixa, ut hominibus pro libito faciant vivendi licentiam, &c.* [c]

Veſtri denique infiniti ſcriptores, quorum nomina in indices libr. prohibit. & expurgatorios quotidie inferri videmus. Nulli iſtorum quidquid dixerint aut ſcripſere, ex vobis egreſſi aut egredi juſſi, ſed mortui ac ſepulti apud vos quieſcunt in pace. Sed Arminiani ex nobis ita egreſſi ſunt, ut quidquid dixerint aut egerint; nihil magis noſtri dicendi ſunt, quam alii quibuſcum nulla unquam nobis fuit communio. Notiſſimũ eſt, quid geſtum ſit in Synodo Dordracena, & proximè ſubſequentibus Synodis particularibus per ſingulas Provincias.

IV. Si Remonſtrantes æſtimentur ac tales denominentur ex cauſa de *libero arbitrio & gratia* (cujus agitatio primùm inter nos & illos diſcrevit) jam planiſſime tui ſunt, mi Ianſeni, & ut Batavi olim ſocii Romanorum, ſic illi ſocii Ieſuitarum & Lovanienſium jure omni poſthac dicantur. Probatur ex opinionum collatione, & bono omine Ieſuitæ Adami Contzers. *Iterum incipiant & perfecerint*, quo cauſæ Remonſtrantium applaudebat in tractatu in 8. quem ante 14 annos [d] vidi, ſed nunc ad manum non eſt. Si Arminianiſmi acceſſoria conſiderentur, novit Ianſenius eos ab Illuſtr. Ordd. dimiſſos, à veſtris Antvverpiæ receptos eſſe. Ita ut Theologicè & politicè veſtri potius ſint dicendi, quam noſtri. Quantum à nobis receſſerunt, tantum ad vos imprimis Ieſuitas & Lovanienſes (nam Dominicani & Duaceni Scripturæ, & Auguſtino propius adhærent) acceſſerunt. Quod ſi controverſiæ Photinianæ Arminianiſmo implicantur, ut non pauci inter ipſos eo nomine ſuſpecti ſunt, illos quidem meos non magis patior dici quam Arrium, Samoſatenum, Photinum, aut quemcunque Semi-Turcam,

a In vita Leonis X. b p. 151-152. 154. c De Rat. concion. in præfat. d Videantur etiam Anti-Synodica Malderi Epiſc. Antvverp. imprimis cap. 6.

cam. Privati illi conventus quos alicubi apud nos, conniventibus nonnullis Magiſtratibus, ad exercitium religionis ſuæ inſtituunt, æquè illos faciunt noſtros, ac Anabaptiſtas, Papiſtas, Iudæos, quos in Belgio Fœderato ſimiles conventus agere notiſſimum eſt. Et Iudæi in Papatu, imprimis Romæ publicas habent Synagogas, quin & pompæ in inauguratione Papali partem faciunt, eique obviam procedentes Legem offerunt, & Hebraicè hortantur ut illam veneretur. Ceremonial. lib.1.ſect.2.p.36. Ariani etiam Romæ habuerunt olim Eccleſiam dictam S. Agathæ in Suburra, teſte Baronio in prolegom. Martyrol. Romani c. 3. ergone veſtri ſunt Iudęi & Arriani?

Tertia. *Heroici iſti magnorum virorum impetus niſi ratione divinaque lege ſibi dominante temperentur, ingentium malorum cauſæ eſſe ſolent. Nazianzenus eos expertus erat, &c.*

Reſp. I. Parerga omnia. Dic aliquid quod noſtros tangat, ad legem divinam & teſtimonium, ad ſpeculum illud in quo ideam Reformationis contemplemur. Sed urens eſt ſpeculum, ideo tam miſere horret illud Ianſenius cum ſtipulis & paleis ſuis.

II. Malorum cumulum Nazianzeni verbis hic ingeris puerili illa ſophiſtica, quam *fallaciam accidentis* appellant.

III. Vtinam ſemel, & quidem in ipſis controverſiarum punctis, tam operoſe locum aliquem ſcripturę ex originalibus (addita interpretatione) deſcribere & propoſito tuo aptare auſus fuiſſes! Sed conſcientia iſtius Iohan. 3. verſ.19.20. te impeditum tenet.

Quarta. *Fando nunquam auditum ex Luthero & Zvvinglio eos ſibi quidquam vocationis ex Eccleſia Romana vendicaſſe. Sed ſicut doctrinam, ita & vocationem aliunde ſibi arrogarūt, Lutherus Voetium ſtylo invaderet, quod ſibi titulum Euangeliſtæ Dei cælitus* ſcilicet *miſſi præriperet & à Papatu emendicare compelleret. p.135.*

Reſp. I. Legendæ, figmenta omnia. Sed iſtis luſibus fallendum eſt tempus & paſcendus lector forte non infelici ſucceſſu, ſi quidem in lectores ſui ſimiles incideret, qui omnium rerum in Europa geſtarum ignari, credendi vivacitate huic octavo dormientium ſe addicerent. Luthero & Zvvinglio optimè nobiſcum convenit, ut ex ſequentibus mox conſtabit.

II. Papæ quà tali, ut diſtinguitur ab Epiſcopo urbis Romæ, nihil jure divino & antiquo humano Eccleſiaſticæ poteſtatis unquam competere potuit in Eccleſiam univerſam, neque in ipſam particularem Romanam, quia ipſe merum eſt idolum, & à tali tanquam ipſiſſimo Antichriſto nos nihil derivamus, ut perperam putat Ianſenius. Sedit quidē in templo i. e. Eccleſia Dei, ſed tamen ideo in Eccleſia illa non magis manendum fuit quam in domo aliqua, ut furi, qui in eam irrepſit, quique in ea dominatur, obſequium præſtetur: aut quam manendum erit Pontificiis in regno imaginarii Antichriſti ſui, ut ipſum adorent, quem in Eccleſiis Chriſtianis ſeſſurum eſſe vaticinatur Bellarminus de Pontif. Rom. lib. 3. c. 13.

III. A Papatu nihil derivamus niſi chimæras, niſi corruptelas; ſed ab Eccleſia illa, quæ corruptione, ἀταξίᾳ, factione & tyrannide Papali depaſcebatur, petimus quidquid adhuc veræ vocationis & functionis Eccleſiaſticæ noſtris ſupererat. Diſce ſemel, diſtinguere nos inter Eccleſiam & Papatum. Pudet repetere, quæ tam perſpicuis verbis in Philonio inculcavi. Eccleſia eſt collectio hominum in capite Chriſto, per vinculum ſpirituale religionis ad finem ſupernaturalem: Papatus vero eſt collectio & forma (ita loquar) corruptionis, Eccleſiæ alicui tanquam ſubjecto adhærens. Eccleſia eſt corpus; Papatus eſt quaſi morbus Lunaticus, corpus illud diſcerpens; Papa eſt forma aſſiſtens & ſpiritus ille immundus, corpus ἐνεργῶν & morbo ac maleficio iſti præſidēs. Vt Monarchia Gallica videri, diſtinctè conſiderari,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſiderari, & diſtingui poterat ac debebat non tantùm in illis Provinciis & civitatibus quæ Ligiſtis & Peregrinis ſe opponebant; ſed etiam in aliis omnibus, quæ armis illorum tenebantur, quamvis obſcure & difficulter. Quantacunque enim eſſet tunc confuſio, nunquam veris Gallis tam læva mens fuit, ut realiter idem putarent Majeſtatem Monarchię Gallicæ in multis regni partibus pæne oppreſſam, ubique attritam, cum dominio & factione Ligiſtarum.

IV. Lutherus Euangeliſtam cœlitus miſſum recte ſeipsũ dixit, & nos probamus. Aut è cœlo fuit Lutheri Euãgelizatio, aut ex hominibus ſeu potius diabolo. Prius verũ eſſe invicto Dei verbo oſtendit, & adverſarios ſuos αὐτοκατακρίτους jam dudũ non ipſe, ſed Prophetæ, ſed Apoſtoli condemnarunt.

Inſtant. 1. *Si cœlitus miſſus Euangeliſta, ergo non ordinariò vocatus; aut cælitus mitti eſt ordinariò vocari: ergo omnibus ordinario vocatis titulus Euangeliſtæ cœlitus miſſi competit.*

Reſp. I. Negatur conſequentia, ut Auguſtinus ordinario vocatus ad Epiſcopatum, divinitus excitatus & cœlitus miſſus atque à Deo extruſus fuit ad vindicandam Dei gratiam contra pravitates Pelagianas: ſic & Lutherus ordinarius prædicator & Theologus Wittebergenſis, divinitus & cœlitus extraordinaria & ſpeciali tunc temporis divina gratia ad ſeriam & penitiorem ſcripturæ lectionem atque intelligentiam, ad veritatis inventæ intrepidam confeſſionem excitatus fuit, pro quo immenſo Dei beneficio & ipſe & nos omnes in ipſo Deum noſtrum celebramus. Quid enim habuit quod non acceperit. 1 Corinth. 4. & *omnis donatio bona, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum*, *Iacob. 1. verſ. 17. Homo non poteſt recipere quicquam niſi fuerit ei datum è cœlo, Ioh. 3. 27.* Et baptiſmus atque adeo miniſterium Iohannis non erat ex hominibus, ſed ex cœlo, Math. 21.

II. Omnibus titulus ille generali ratione competit, quatenus Chriſtus ſedens ad dextram Dei dat Doctores & Paſtores, Epheſ. 4. & extrudit operarios in meſſem ſuam, donis illos inſtruit, miniſterio ipſorũ adeſt.

Sed interim peculiare & extraordinarium quid eſt in Luthero, quatenus ipſe cũ ordinariis ex corruptione illa in qua hærebat extractus fuit & quod ad operis difficultatem, atque adeo tempus illud gratioſæ viſitationis, quo *verbũ Dei pretioſum erat, nec viſio manifeſta*, ut habetur 1. Samuel. 2. verſ. 1.

III. Si homines privati ordinario vocati ad profeſſionem fidei, cum fidem illam in tenebris infidelium annuntiant, Euangeliſtæ cœlitus miſſi poſſint dici, ut Ædeſius, Frumentius, &c. quidni ergo Lutherus & ſimiles illo titulo cohoneſtentur, manente nihilominus ordinaria ipſorum vocatione? [a] *Ignatii ſocietas à Deo hoc ſæculo excitata dicitur, ut Luthero & Calvino ſe opponeret, ut Indos, Iapones & Chinenſes converteret, ut langueſcentes Chriſtianos & Clericos excitaret.* An Dominicani, Minoritæ, reliquique Reformationis & πολυπραγμοσύνης Ieſuiticæ æmuli, cum Ianſenio, hinc concludent eos carere vocatione ordinaria?

Inſtant 2. [b] *A Spiritu Satanico ſe miſſæ abrogationem didiciſſe diſertis verbis Lutherus confitetur* libro de abroganda miſſa angulari. Quod cap. 39. pag. 168. ita effert: *in Scriptis veſtris legimus colloquia cum diabolo de Reformanda miſſa.*

Reſp. I. Falſum eſt Lutherum hoc fateri. Quod tu Lutheri aut noſtrorum ſcripta legeris, credere non poſſum, neque conſtat ex rerum noſtrarum ignorantia, quam toto hoc libello prodis. Audiſti aliquando ex rabula aliquo veſtro, aut vano mendacique nuntio, qualis ille qui tibi de Riveto tam vicino & etiamnum vivente ſtupida mendacia vendiderat, quę tu avidè tua faciens, jam miſerrime vapulas coram doctis in Europa viris, qui epiſtolam illam Riveti (quam libr. 3. inſerimus) legent; Niſi forte titulum libri Ieſuitæ Serrarii de Lutheri Magiſtro in offi-

cina

[a] Cornel. à Lapide commentar. in Epiſtolas Pauli, in dedicator. epiſtol.
[b] Pag. 114.

cina alicubi conſpexeris. Quicunq; ſpiritus te deceperit, tu ſaltem mendacii manifeſte teneris, niſi proferas verba illa Lutheri, quibus *diſerte fatetur ſe abrogationem miſſæ à Satana didiciſſe*. Verecundius Ieſuita Thyræus: *Fatetur Lutherus ſe diſputatione victum à diabolo, privatam Miſſam aboleviſſe, de appar. ſpir. lib.* 1. *c.* 9.

II. Hæc vera hiſtoria eſt; Diabolum Lutherus graviſſima ſe [a] tentatione ad deſperationē aliquando oppugnaſſe narrat: uſum hoc argumento ſeu medio, *quia celebraverat miſſam.* In quo multis & per partes probato Lutheri peccato cōcludebat Lutherum cū ſuis periiſſe. Lutherum tunc temporis argumentum illud ſeu convictionem abominationis Miſſaticæ non recepiſſe, ſed omni conatu, Papiſticis armis ſuis, prout in cōſcientia errante adhuc credebat, repugnaſſe, quāvis tentationis aculeis valde attonitum & perturbatū. Cum vero poſtea ex verbo Euangelii Deus oculos ipſi illuminaſſet, judicaſſe ſe armis ſuis non recte retudiſſe tentationē ſatanæ negando antecedens, quia veriſſimum erat; ſed conſequentiam tantùm fuiſſe negandam, quæ falſiſſima erat, nimirum: Ergo tibi Luthero deſperandum eſt, tu es condemnatus.

III. Veritatem ergo nullam à diabolo didicit, aut didiciſſe ſe profitetur Lutherus; ſed ſemper mendacio ejus ſe oppoſuit in ipſa tentatione minorem negando, in qua tum putabat eſſe mendacium diaboli; & poſt converſionem à Papiſmo accuratius judicans de illa tentatione, vidit mendacium diaboli non fuiſſe in minori, ſed in conſequentia majoris. Itaque diabolum utrobique validè, ut poterat, à ſe amovit, repulit, & mendacii arguit; tam ante converſionem quam poſt converſionem, ubi ergo tentator & hoſtis hoſtem aperte aggreditur, qua ſpecie relatio Doctoris & diſcipuli hinc exſurget? ubi animam mendaciis & cæcitate vulnerat diabolus & quidem ipſius Lutheri ſenſu, quomodo cognitione ſalutari eam imbutam fuiſſe fatebitur Lutherus? Falſum eſt autem ſe hac diaboli tentatione ad miſſam abolendam fuiſſe permotū, Lutherum fateri: Et ſi quis verba omnia Lutheri & narrationis occaſionem expendat, ſatis percipiet totum hoc in perſona ſua à Luthero fuiſſe confictum, ut adverſariis oſtenderet *fidem ſuam infirmis niti columnis ſi in horam incidant tentationum*. Rem enim ita accidiſſe non puto, ſed quaſi accidiſſet adverſariis ſuis proponit, ut oſtendat vanas fore omnes eorum eluſiones, niſi culpam deprecentur apud Deum, diabolo, non ſine cauſſa Idololatriæ eos inſimulante.

IV. Quod Minor illa diaboli: *Lutherus peccatum commiſit celebrando miſſam, &, miſſa eſt abominatio*, &c. in ſe & materialiter vera fuerit, & veritas ejus à Luthero & nobis agnita ſit, nihil prǫjudicat veritati & Reformationi. Nam non eſt vera, quia diabolus dicit, neque creditur à nobis vera ex teſtimonio aut monitione diaboli, ſed ex immota demonſtratione Euangelii. Nec tamen falſitatis ideo convicta eſt, aut nos conſanguinitatis ſeu ſocietatis Cottonicæ cum diabolo ſuſpecti eſſe debemus, quia diabolus in tentatione aliquando alicui veritatem illam ſuggeſſit. Hoc totum eſt per accidens, & veritatem illam non magis lædit, quam fides diaboli, qua credit eſſe Deum, Iacob. 2. & confeſſio ejus quâ Chriſtum prædicabat *eſſe filium Dei, & ſanctum illū Dei*, Lucæ 4. verſ. 34. 41. Et quod prædicare poſſit Euangelium publice juxta Ieſuit. Bayllium in catechiſmo tract. 2. quæſt. 8. & quod textum Pſalm. 91. allegavit, Math. 4. & quod juxta Scholaſticos virtute ſuæ naturę habet intellectum naturalium, quod Gregorio Thaumaturgo *teſtimonium perhibuerit*, Nyſſen. in vita ejus p. 311. & quod *Chriſtiano olim mentiri non ſit auſus, ſed tam ſe dæmonem confiteretur de vero, quā alibi Deum de falſo*, Tertull. apol. c. 23.

& quod

[a] Vide totam illam tentationem prolixe à Luthero deſcriptam. Tom. VII. edit. VVitteberg. anno 1558. in lib. de Miſſa privata, &c.

& quod oraculis ſuis de Chriſto filio Dei, de propagatione Chriſtianæ religionis, de probitate Chriſtianorũ teſtimonium perhibuerit. Quæ dæmonum reſponſa & oracula videas allegata paſſim à [a] Scriptoribus contra gentes. Adde, quod in libro P. Michaëlis, de Presbytero Maſſilienſi Gaufredo, ob Magiam Aquis Sextiis combuſto, introducuntur Diaboli prolixas habentes conciones de pœnitentia, ad quam homines invitabant, pro magno ſupplicio ducentes quod ita cogerentur homines ad vitæ emendationem, & cultum Dei & ſanctorum revocare; ut qui ſanctis illis patribus Capucinis & aliis non crediderant, à diabolis diſcerent pietatem. Videatur liber editus Pariſiis, apud *Carolum Chaſtelain*, 1613. pag. 262. 263. 264. Et antea, pag. 321. narrat autor Dæmonem Verunum, *obtuliſſe Deo vulnera filii ſui, dicentem, ſi vis Ludovico potes parcere, placare te poteſt vel guttula ſanguinis filii tui. Item, Mater Dei reſtitue ſenſus miſero huic infirmo, & lumen huic cæco. Ludovice, immerge te plagis redemptoris tui, & veniam ab illo impetrabis.* Notavit autem Ianſenius, actam fuiſſe totam fabulam ſub autoritate Sebaſt. Michaëlis Dominicani à Franciſco Domptio, Doctore Theol. Lovanienſi Flandro, tum habitante in cœnobio ſancti Maximini.

Deinde diabolus non ſuggeſſit illam veritatem Luthero ut veritatem, neque ad veritatem, ſed ad mendacium, juxta illud: *veritatem dicit ut fallat, vitam pollicetur ut perimat*, & ſic ipſe Lutherus libr. cit. narrationi de Satanæ tentatione immediate hæc ſubjicit, *Diabolus ſic adoritur, ut apprehendat aliquam & ſolidam veritatem, quæ negari non poteſt atque eam adeo callide & verſute urget & acuit & adeo ſpecioſe fucat ſuum mẽdacium, ut fallat etiam cautiſſimos, &c. Vti cogitatio illa quæ Iudæ cor percuſſit vera erat: tradidi ſanguinem juſtum. Hoc Iudas negare non poterat, ſed hoc erat mendacium, Ergo eſt deſperandum de gratia Dei.*

V. Quod autem diabolus non tantum veritates naturales & Theologicas intelligat, ſed & hominibus eas formaliter aut occaſionaliter communicare poſſit ac ſoleat, in confeſſo eſt apud omnes recte ſentientes, præter Scripturas modo allatas, ſic Thomas quæſt. diſp. de dæmonibus qu. 16. art. 12. *Ex parte ſpecierum Angelus bonus vel malus poteſt immutare hominis intellectũ ad aliquid intelligendũ, non quidem influendo ſpecies in ipſum intellectum, ſed quædam ſigna exterius adhibendo, quibus intellectus exercitatur ad aliquid apprehendendum &c. Sed etiam ulterius angeli boni vel mali poſſunt interius quodammodo diſponere & ordinare ſpecies imaginarias; ſecundum quod competit ad aliquid intelligibile apprehendendum. Quod quidem Angeli boni ordinant ad hominis bonum, dæmones autem ad hominis malum: vel quantum ad effectum peccati prout* ſcilicet *homo ex his quæ apprehendit movetur ad ſuperbiam, &c. vel ad impediendum ipſam intelligentiam veritatis, ſecundum quod per aliqua apprehenſa inducitur homo in dubitationẽ quam ſolvere neſcit, & ſic trahitur in errorem, &c.*

Diabolum poſſe hominem artes & ſcientias docere per locutionem & manifeſtationẽ ſui conceptus non negat Thomas 2. 2. q. 16. addit Delrio, *etiam locutione & ſuggeſtione intellectu illuſtrato. Nõ enim video* inquit *cur hæc illuminatio quæ in malum finem tendit, dæmoni ſit adimenda.* Ambroſ. in Luc. 4. apud Thomam in catena: *Nec quenquam movere debet quod Ieſu Nazareni nomen in hoc libro diabolus dixiſſe primus inducitur. Nec enim ab eo Chriſtus nomen accepit, quod de cælo Angelus ad virginem detulit: Eſt hujus impudentiæ diabolus, ut inter homines aliquid primus uſurpet & ad homines quaſi novum deferat, quo terrorẽ ſuæ poteſtatis incutiat.* Chryſoſtom. ibidem *voluit etiam dæmon, perturbare ordinem rerum & Apoſtolorum rapere dignitatem & ſuggerere multis, ut ei obediant.* Bonaventura ibidem. *Et ideo dixit dæmon, ſcio te, quia ſis ſanctus Dei, nunc quòd filius Dei, quia per majora experimenta in cognitione profecerat, &c.*

Nolebat

[a] Vide de his Baronium ad ann. 224. 2. & 302. 9. & collectionem oraculorum Sybillin. Obſopœi.

Nolebat autem Dominus ſui nominis cognitionem per dæmones divulgari, tum quia indigni erant, tum etiam quia odioſi, tum etiam quia fraudulenti: & ideo talis confeſſio nec conveniebat Deo, nec congruebat dæmoni, nec proderat homini Beda. Improbus enim eſt magiſter diabolus, qui falſa veris ſæpe permiſcet, aut ſpecie veritatis teſtimonium fraudis obtexat.

VI. Nec tantum vera, ſed etiam bona diabolus aliquando ſuggerit & perſuadet, idque modo & fine illo, quo dictum eſt. de his cogitationibus & profundis Satanæ præmonet Apoſtolus 2. Corinth. 11. 14. *ipſe enim Satanas ſe transfigurat in angelum lucis.* Et recenſet ejuſmodi cogitationes [a] Ioh. Gerſon in tractatu ſuo de tentationibus Satanæ. *Aliquando ſuadet quod optimum eſt,&c. aliquando quod bonum eſt,* inquit Delrio libr. 4. c.1.q.3.ſect.5. Et Bernardus [b]: *Se transfigurat aliquando in angelum lucis,ut virtutis ſimulatione plus noceat.* Iacobus Vitriacus: *Callidus hoſtis transfigurans ſe in angelum lucis ſub ſpecie pietatis ei* (monacho) *familiariter in ſomnis apparebat nonnunquam, ejus quædam vitia reprehendens, ad quædam facienda bona fraudulenter adhortans, ut prius tanquam antidoti cujuſdam falſa ſpecie oblata, poſtea occultius venenum inſtillaret, &c.* Hinc tamen nemo ſanus concludet veritates & virtutes eſſe ex diabolo, quia eas aliquando ad deceptionem ſuggeſſit diabolus. Ieſuita Delrio: *quendam noſtri ordinis Laureti anno 1555. diabolus effigie Pauli ad ſacram ſcripturam & lectionem ac ſtudium epiſtolarum ſuarum hortatus eſt, ut hoc ſpecioſo colore eum ab humaniorum literarum cura abduceret, ſicque per inobedientiam è religione expelleret: quod & perfecit,* Vin' hinc concludam à diabolo Ieſuitas didiciſſe lectionem Scripturæ? Diabolus Abbati cuidam Iohanni perſuaſerat biduanum jejunium, ut refert [c] Caſſianus. Hinc tamen contra Monachorum jejunia nolles concludi.

VII. Depulſa calumnia, multa Ianſenio reponere poſſem non ab hoſtibus ficta, ſed ab ipſis domeſticis prodita, unde conſtaret plurimos in Papatu Clericos & religioſos diabolo uti Magiſtro. Paucula ex infinitis delibabo. *Primo*, Magia illa ſive directa, ſive indirecta, ſive publicè recepta, ſive paſſim & quidem impune exercita, oſtendit cujus diſcipuli ſint exorciſtæ ipſorum, imprimis cum quærant & diſcant ex diabolo, ea quæ ad ædificationem proximi faciunt, (ut ipſi loquuntur) cum petunt cauſam ingreſſus in energumenos, ut à ſimilibus peccatis alii caveant, & eo vitato vel expiato facilius ſanetur energumenus, Delr. lib. 6. cap. 3. Camarinam illam cepimus movere libr. 1. ſect. 4. eò remittimus lectorem.

Secundo, diſcipuli diaboli ſunt miriones & Thaumaturgi omnes, qui vana curioſitate & præſumptione Deum tentantes, revelationes ab illo petunt, de quibus Delrio lib.4.c.1.quæſt.3.ſect.1. quique ideo revelationibus atque apparitionibus diaboli tanquam divinis & angelicis decepti, eas etiam poſthabita ſcriptura regulam fidei & morum ſibi fecere. Tales innumeros fuiſſe in Papatu non dubium eſt, ex quibus ſociorum judicio non pauci detecti ſunt. *Satanas*, inquit à Lapide [d], *Veritatem, juſtitiam & pietatem præ ſe fert & promittit hominibus, quorum vel oculis viſibiliter apparet, vel phantaſiæ ſe ſuaque conſilia inſinuat, oſtendit; imprimit &c.* addit, *multi Eremitæ ab eo decepti ſunt; In vitis patrum multa, & luctuoſa hujuſce rei exempla exſtant, uti inter alia Hieronis Monachi, cui diabolus perſuaſit ut ſe in puteum præcipitem daret,&c.* & paulo poſt *Valentem Monachum decepit dæmon crebro ei apparens quaſi angelus,&c. tandem dæmon apparuit ei fingens ſe eſſe Chriſtum,&c. egreſſus eſt & pro Chriſto diabolum adoravit,&c.* Qui miſer Monachus apicem Theologiæ Ieſuiticæ fere mihi videtur atti-

[a] Vide egregium illum Gerſonis tract. [b] Serm. de utilit. verb. Domini. [c] Collation. 1. cap. 21. [d] In comment. ad 2. Corinth. 11. verſ. 15. [e] De eodem Gerſon apud Delrio lib. 4. c. 1. quæſt. 3. ſect. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

giſſe (eo tamen minor quod ex errore & illuſione diaboli externa apparitione ipſum Chriſtum referentis dicitur huc delatus) quæ ſtatuit; *ſpeciem crucifixi* aut *radium*, ſub qua deliteſcit *dæmon, ſecure adorandum.* [a] *Sicut homo per lapidem aut in lapide poteſt Deum hac ſincera fide colere, ſic etiam in radio luminis, quod apparet, poterit ex recta in Deum intentione & affectu, ipſum venerari; & quamvis ibi eſſet dæmon, &c.*

Aliud exemplum B. Iordanis Prædicatorum Magiſtri Generalis candidè, ut hic ſolet, nobis exhibet Ieſuita Delrio. Hiſtoriam quam totam ex [b] Leandro Alberto deſcribit, legat cui otium eſt. Summa huc redit, Magiſtrum illum ordinis Prædic. aliquamdiu diaboli conſilio & Magiſterio uſum, quem putaret eſſe angelum.

Ita B. Simon monachus Trevirenſis à diabolo ad celebrandam Miſſam ſe moveri, ad altare perduci, & ab eodem alba indui paſſus eſt.

Et primæ plantationis, Præmonſtratenſium monachi diaboli ductum & inſpirationem ſequebantur, inter quos [c] *venerabilis Abbas Simon Sancti Nicolai*, quem ſcriptor ille Nortberto coævus, *ſpiritus mendacis organum*, & Delrio, omnes *à diabolo factos Pſeudoprophetas*, dicit. Gulielmus Aquitanus Patriarcha Guilhelmitarum, dæmonem monitorem ſecutus de fervore devotionis remiſit & Lucenſibus ad bellum ducem ſe obtruſit. Gandenſis virgo à dæmone variis revelationibus perſuaſa (quẽ angelum putabat) ſe parem fore virgini Mariæ, illi ſe miſcuit, ex quo imprægnata poſt in partu horridorum & villoſorum vermium copiam effudit. Secundellus Diaconus diabolo Doctore (quem Chriſtum putabat) credidit ſe jam factum eſſe ſanctum, & infirmos manu impoſita ſanavit tanquam novus miraculorum patrator.

Exemplum habet Cæſarius lib. 5. cap. 47. nimiæ andaciæ & curioſitatis iſtiuſmodi: *Incluſa illa in VVeſtphalia nomine Gertrudis fœmina ſancta & religioſa & propter revelationes Dei, quibus illuſtratur, notiſsima, Hæc multo tempore quia nimis circumſpecta fuit, ſicut audivi, pro angelo lucis angelum tenebrarum ſuſcepit, Solebat enim diabolus fantaſtica circumfuſus claritate, per quandam cellulæ feneſtram intrare ad illam, futura prædicere & de interrogatis inſtruere. Ad quam ſi veniſſet quis volens cognoſcere ſtatum alicujus amici ſui defuncti, ſive de alia re occulta certitudinem, illa inducias uſque in craſtinum petivit, angelum ſuum conſuluit, à quo ſæpius decepta falſa pro veris reſpondit.*

Similia multa Metaphraſtes, Cæſarius, Cantipratenſis, Diſcipulus, Lipomanus, Surius, &c. ſuppeditant. Immo tam frequẽter & ordinarie contigit talis deceptio in tenebris Papatus, & imprimis ſanctis & ſanctabus, ac religioſis, ut peculiares cautelas, explorationes ſpirituum conſcribi neceſſe fuerit à Gerſone tractat. de *diſtinct. verarum viſionum à falſis, & de probatione ſpirituum*, & nuper à Thyræo de locis infeſtis part. 2. & Delrio lib. 4. cap. 1. quæſt. 3. & quos ibi laudat ſcriptores ejuſdem argumenti à *Vincentio, Ferreria, Turrerenata, Henr. de Firmaria, Ægidio, Carlerio, Hieronymo de Ferraria, Iohan. Franciſc. Pico, Ribadeneira Delegata, Ribera, Iohan. de Horoſco:* & tamen de multis ſanctorum & ſemideorum revelationibus adhuc dubitatur, fuerint ne illuſiones diaboli nec ne, de quibus Delrio ibidem ſect. 3. & 4. Summa poſt tot ſcripta, tot cautelas, examina, diſceptationes, *ardua tamen eſt hujus quaſtionis pertractatio propter quotidianas etiam ſpiritualium perſonarum illuſiones.* Id. quæſt. 3. in initio. *Tertio* diaboli *diſcipulos* illos dicerent, quibus *tantam divinarum intelligentiarum copiam in animum influebat diabolus, ut novi diſcere nihil poſſent, &c.* quod Ignatio accidiſſe narrat [d] *Ribadeneira*, idque hunc in finem, ne nominum & verborum inflexiones diſceret, atque

[a] Vaſquez in 3. part. 4. 25. diſp. 98. cap. 1. [b] Lib. 4. Cap. 1. quæſt. 3. ſect. 5. [c] Citat ibid. Delrio. [d] In vita Ignatii lib. 1. cap. 14. & Delrio diſq. Magic. lib. 2. quæſt. 24. pag. 211.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

atque ita à ſtudio grammatico illum averteret. Maffejus ait, [a] *eo maxime tempore diabolum Ignatio crebra intelligentiæ lumina obtuliſſe & recondita patefeciſſe Sacræ Scripturæ myſteria.* Quid ſi de Luthero Melanthon, aut de Calvino Beza tale quid referret? *Quarto*, ut olim ſic & nunc paſſim diabolo Magiſtro ſæpe utuntur, qui contra mandatum Dei Ieſ. 8. verſ. 19. 20. & Luc. 16. 30. 31. & Deuter. 18. verſ. 10. mortuos conſulunt, ſpirituum colloquia appetunt, & ex eorum monitionibus ac reſponſis pendent, quod Papatui cum Ethnicis ac Necromanticis proprium. Certum enim eſt omnes illas apparitiones eſſe diaboli, ſi non hominum illuſiones: & multo certius, ſi qui ſpiritus unquam apparuiſſent, illorum dictis ſtandum non eſſe; cum poſt *Delrio, Malderi, Tyræi*; & aliorum pro ſpirituum apparitionibus labores ac ſudores nihil aliud quam vitrum fractum aut calvam tincturam probabilitatis (ſi non deſperationem) ſibi ſupereſſe, ipſi fateantur. *Ne tamen*, inquit Malderus [b], *hic profiteri videamur, quod ſupra humanas vires eſt, & ad ſupernaturale Dei donum diſcretionis pertinet; ſubſidia quædam ſolum promittimus, quibus Dei accedente gratia & vera humilitate,* PROBABILITER *ad modum, ſi non certo, diſcerni queat, ſit ne, qui apparet, ſpiritus angelicus an humanus; item an beatus an vero purgationi aut etjam damnationi obnoxius. Hæc ergo* ait Delrio, [c] *ne notis ab illis traditis indubitanter aſſentiar, memorantur: ſed imprimis quia totam hanc ſpirituum diſcretionem, quod illi non diffitentur ex divina potiſſimum revelatione, arbitror dependere. Propterea tutius & præſtabilius judico cum B. Auguſtino, meam hic* IGNORANTIAM *fateri & diſcipulum me præſtare, quam præcipiti temeritate aliquid definire, vel agere præceptorem; res enim hæc altior eſt, quam ut à me poſſit attingi; & abſtruſior, quam ut eruere; & profundior, quam ut vadare queam.* Confer etiam Thyræum de apparit. Spiritum lib. 1. cap. 16. per totum. Et ne putes illam dubitationem circa novitios & talium inexpertos locum habere, lege quæ habet Ieſuita Delrio lib. 4. c. 1. quæſt. 3. ſ. 7. p. 425. Vbi de Sanctorum nominatim S. Hildegardis revelationibus ſic ſtatuit: *Hic locus oſtendit veriſsimum eſſe dictum Theologorum, ſæpe eos, qui aſſuevere multis revelationibus etiam veris putare ſe habere per revelationem, quæ habuere per diſcurſum, opinionemque. Indicant hæc multa*, &c. Sic falſi redarguens revelationem S. Hildegardis, oſtendit ſuam ſpirituum diſcretionem prævalere dono revelationum & diſcretionum S. Hildegardis. Nunc cogita lector, quàm multa diabolo doctori debeant Papiſtæ, cum utiliſſimos & maxime culinares illos fidei ſuæ articulos, *de Animarum ſtatu poſt hanc vitam, de purgatorio, de ſuffragiis pro mortuis, de cultu Sanctorum &c.* in revelationes & apparitiones ejuſmodi referant. Vide apud Bellarminum, alioſque controverſiarum ſcriptores paſſim argumenta ex fonte illo hauſta, & Delrio lib. 2. quæſt. 26. ſect. 1. pag. 225. Vbi mortuorum apparitione Purgatorii fidem valide ſtabiliri dicit. Et Ieſuitam Thyræum de apparit. Spirit lib. 1. cap. 13. n. 312. *qui de purgatorio, & altera vita, & ſanctorum cultu*, idem affirmat. *Quinto*, Illos diabolo monitore & doctore uti quis diceret, qui diaboli ut & animarum damnatarum teſtimonia & confeſſionem ſive ſponte oblatam, ſive vi quaſi extortam pro Papatus articulis, aut quibuſcunque controverſiis allegare ſolent. Quod non tantum legendariis & barbaris antiqui Papalis ævi ſcriptoribus uſitatum; ſed etiam recentioribus. Quære in illis titulis de honore & potentia Mariæ, Sanctorum, Imaginum, Crucis, aquæ luſtralis, Miſſæ, Roſarii, Reliquiarum, &c. vide Delrio lib. 6. cap. 2. ſect. 3. qu. 3. pag. 987. 990. 1002. 1008. 1017. Cæſarium lib. 5. cap. 27.

Tuto autem diabolum monitorem judicemq; hic cõſulere & ſequi ſe poſſe putant

[a] Lib. 1. c. 16. citante ibid. Delr. [b] Malder. de virtut. Theolog. ad 2. 2 Thomæ tract. 10. c. 8. dub. 4. [c] Diſq. Magic. lib. 2. quæſt. 26. ſect. 3.

in praxi Exorciſtica, quia cum ab Exorciſtis adiguntur, *non dubitandum quin identidem vera dicant & fides ipſis haberi poſſit*. Thyræus lib. 1.cap.15.p.367. *Diabolus ſæpe à Deo cogitur veritatem mandaci ore promere & hominem ad hæc eccleſiaſtica remedia* ablegare, quibus ipſe vapulet. Ita Delrio libro citato, & Rituale cum libris Exorciſticis. Contra illud Athanaſii apud Thomam in Luc. 4. *Vt nos etiam aſſuefaciat, ne curemus de talibus, etſi vera loqui videantur. Neſas enim ut, cum aſſit Scriptura divina, inſtruamur à diabolo. Sextò* apertiſſime diabolum Magiſtrum habent, qui ex illo rerum divinarum & humanarum, etiam futurarum ſcientiam quærunt, quam licitis & ordinariis mediis aſſequi non poterant. Pontifices alioſq; ſuperiorum ſæculorum Clericos oraculum hoc conſulere ſolitos libr. 1. ſ.4. indicavi. Nunc tantum addo Petrum Cottonum Ieſuitam qui ex diabolo inter decurias aliquot quæſtionũ quærebat; *Quo dicto ſcripturæ probari poſſet purgatorium? Quid circa honores mearum reliquiarum? Quid de vita Regis? Quid circa Genevæ conſervationem tam ſæpe? Quot loci ad fidem facientes fuerint depravati ab hæreticis? Circa Genev. plagiar. quid vult Deus me ſcire per te?* Exſtat[a] ſyllabus queſtionum iſtarũ ſeorſim excuſus; & ipſum autographũ Cottoni ab ampliſſimo Gilloto ſenatore Pariſienſi. Nullo pallio tegi poſſe hoc dedecus oſtendit ex noſtris Turretinus. aſſervabatur, quem viderũt ex noſtris plurimi. Videatur de eo Thuanus in hiſtoriæ ſuæ cõtinuatione, ubi prolixe narrat quid in eo ſit actum. Alter ſit *Hermolaus Barbarus*, Patriarcha Aquilegienſis, de quo Ioh. Bapt. Mõlorius[b], *Scio difficilem admodũ viſam ſemper fuiſſe viris doctis hanc quæſtionem, adeo ut cum Hermolaus Barbarus, vir omni doctrinæ genere excultiſſimus, nactus fuiſſet aliquando caſu quodam colloquium dæmonis, nihil aliud ab eo petierit quam quid eſſet Ariſtotelis entelechia. Tamen ex iis, quæ ex ipſo Ariſtotele tradidimus, adeo id relinqui manifeſtum exiſtimo, ut non ſit opus impoſtorem aliquem dæmonem conſulere.*

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT XI.

Reformatores nihil feciſſe in Eccleſia, ad quod authoritatem non acceperant.

DVODECIMA falſa hypotheſis eſt: *Reformationis & Reformatorũ actus tales fuiſſe ad quos nullam authoritatẽ aut poteſtatẽ acceperant, ſaltẽ nõ ab Eccleſia Romana, aut Eccleſia illa in qua antea miniſterio ſuo fungebãtur.*

Refut. Actus illos quos ex noſtra ſententia, quaſi rei ipſius notoreitate, ſparſim recẽſet, ac præſupponit; hic colligemus, diſtributos in quatuor claſſes. Primi generis ſunt, qui indubie omnibus etiam laicis cõpetunt judice Ianſenio; nedum preſbyteris, Eccleſiarũ parochialiũ rectoribus, Epiſcopis &c. quales erant primi Reformatores. *Etiam privatis & omni vocatione deſtitutis*, inquit Ianſenius. p, 187. *licet viam domini imperitis exponere, quod & mulier*[c] Priſcilla *fecit, ignorãtes docere, & impietatem, ſi adſit eruditio, publicè revincere, quod Apollos fecit; Ieſum annunciare, populum ad converſionẽ impellere & opera quadã prævia quaſi lapides excidere, unde conſtruatur domus Dei: ſiquidem iſta eruditionis aut charitatis, non magnæ authoritatis argumẽta ſunt*. Aurea verba: Vtinã hic te ſemper invenirẽ Ianſeni! De iſtis ergo actibus nulla poſthac ſit controverſia. Secundi generis ſunt ordinarii actus miniſterii Eccleſiaſtici ſeu Presbyterii, ut verbũ prædicare, ſacramẽta adminiſtrare, & ſecundum ea ac per ea, quà publicè, quà privatim populi ſalutẽ curare & promovere, Eccleſiã colligere & paſcere; quos actus Iãſenius habet p. 150. Cũ autẽ Lutherus, Zvvinglius (vel teſte Bellarmino) & reliqui primi reformatores fuerint Preſbyteri, cõtroverſia nulla movetur amplius iſti miniſterio, ſicuti etiã nemo poſſidẽtibus controverſiã tunc illis movit.

Tertii

a Vide Turretin. contra Genev. Plagiar. Cottoni. in præfat. & ejuſdem præfat. defenſione. b In libello de Entelechia cum comment. in analyt. priora, excuſo in 4. & cum orationib. Numeſii, Paſchalii in 8. Francof. 1591. c Actor. 18. verſ. 29.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Tertii generis ſunt, actus illi, quos Ianſenius deſcribit p. 187. *Eccleſiaſticam architecturam, qua converſi in eccleſiaſticum corpus rediguntur, exercere: & authoritatem gubernandi in populum uſurpare, eum ſua authoritate regere.* Si Ianſenius intelligit collectionem & recturam eccleſiæ, uſum clavis eccleſiaſtici, fatemur illos actus exercitos fuiſſe à primis [a] Reformatoribus; idq; vi priſtinæ vocationis qua aut Epiſcopi, aut Curati & Rectores eccleſiarum quiq; ſuarum conſtituti erant. Accedebat conſenſus, ſuffragium & opera populi fidelis, ſympresbyterorũ, & Magiſtratus. Quod presbyteros non-curatos, quib. tamen locus & miniſterium in Eccleſia aliqua aſſignatum erat, ab hac rectura excludunt, infra examinabimus. Sufficit in Curatis (quales pleriq; erant) ſtare ratione͂ hujus miniſterii. Præſertim cum presbyteri non-Curati, curam aut recturam nullius Eccleſiæ ſuſceperint, niſi intercedente eccleſiaſtica & legitima miſſione ac commiſſione, aut qualis ex præſcripto apoſtolico eſſe debebat, aut ſalte͂ qualis tum in eccleſiis Occidentis ordinariò habebatur. Quod ſi Ianſenius per τὸ *paſcere, formare & architectari eccleſias*, poteſtatem dominantem, aut coactivã, aut ſupremam & monarchicam, aut univerſalem, aut aliam aliquam, quàm *limitatam, particulare͂, miniſterialem, ſpirituale͂* intelligi vult, cum primis reformatorib. nefas & Papiſticum ducimus, omni cura expiandum & expurgandum.

Quarti generis actus ſunt non exerciti à Reformatoribus, Luthero, Zvvinglio &c. ſed per ſomnium Papale concepti, & non abſq; horrido ac rudi mendacio noſtris affricti. In quos cum tota hujus diſputationis moles incumbat, mirum eſt abſq; ulla probationis ſalte͂ ſpecie, tam crudè evomuiſſe Ianſenium.

Sunt autem iſti.

1. In univerſam Eccleſiam, præfecturam exercere & miſſionem atque authoritatem illimitatam in omnes eccleſias erigere & uſurpare ſupra omnem ſynodalem authoritatem &c. pag. 167.

2. Ordinarium miniſterium delere, ſubvertere, & à fundamentis evertere. p. 159. 186. 166.

3. Paſtores ordinarios de cathedris deturbare, extrudere, pellere, p. 189. 136. 128.

4. Cathedram doctrinæ erigere, ſeipſum ordinare, cathedris ſubrogare, & ſe in locum ordinarii miniſterii tanquam fundamenta miſſionis intrudere p. 186. 187.

5. Arripere ſibi, Euangelizare, Scripturas exponere, baptizare toto Eccleſiaſticæ authoritatis miniſterio renitente. p. 166.

6. Templa occupare, ſpoliare, Catholicam eccleſiam turbare, voce, manu, armis. in Alexipharmaco. quod vide, & notas meas. 14. 15. 44. 45.

Hæc omnia abſque probatione quaſi ex nobis ſupponit Ianſenius. Nos vero ſtrenuè negamus. Repugnant enim apertè non tantum fidei ac profeſſioni noſtræ, ſed & factis primorum Reformator. Iam vero deficie͂te, imo nulla adducta probatione, abſolvitur reus, ex ſententia Ianſenii p. 25. & 22.

Quo velo nunc teges os illud impudens, contra fulmina non dico verbi divini (quod tibi *tenebræ* p. 99.) ſed Iuris Canonici: [b] *Accuſator, ſi legitimis deſtitutus ſit probationibus eam pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus ſuſtinere debebat. Denuncians verò licet ad legem talionis non teneatur, ſi tamen in probatione deficiat, donec ſuam purgaverit innocentiam, ab officio & beneficio ſuſpendendus erit: ut cæteri ſimili pœna perterriti, ad aliorũ infamiam facile non proſiliant.*

Quoad *primum articulum*, Iam ante diximus ſtatum eccleſiæ non eſſe Monarchicũ, nullum apud nos eſſe primate͂ aut Monarcham, hoc propriũ eſſe Antichriſtianiſmo. Itaq; Antichriſtiano pede nos metitur Ianſenius, & fingit quod nuſquam eſt, aut fuit. Sed vide hæc pluribus explicata ſupra c. 9.

Ad ſecundum & tertium, id eſt, dicimus eſſe illud liquidũ mendacium. Oſtendat quis

[a] Confer infra cap. 18. [b] Lancelot. Inſtitut. lib. 4. tit. 1. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

reformatorum, quod ordinarium eccleſiæ Vniverſalis, aut Occidentalis, aut alicujus Particularis in Occidente miniſterium everterit funditus, quos ordinarios de cathedris deturbarit.

II. Quod Reges, Principes, Magiſtratus, Populi, politica & coactiva authoritate ſibi à Deo conceſſa ordinarios alicubi aut ſeditioſos, aut ventri & inertiæ deditos magis quam verbi prædicationi, aut factioni Papalis omnipotentiæ nimiũ ſtudentes, aut veritatẽ in injuſtitia detinentes in ordinem redegerint: id quidem ut facillime defendi poteſt, ita minime argumentum tibi facit contra vocationem Lutheri, Zvvinglii &c. Qui ut neminem expulerint, ita nec authoritatẽ illam ſibi coactivam tribuerunt, neq; vocatione ad illã indiguerunt. Impedimentũ enim reformationis tollere & quidem ipſo facto, ſolius Politicæ eſt poteſtatis.

III. Sententia Eccleſiaſtica ſeu ſuffragio ſuo nemo Reformatorum Eccleſiaſticorũ aliquem removit, niſi in diœceſi, aut diſtrictu, aut parochiali eccleſia ſua, idq; pro parte ſua, quatenus & quouſq; poteſtas clavium & cura animarũ ad illum etiam pertinebat. Quale jus ſuffragii omnibus Eccleſiarum Rectoribus in depoſitione miniſtri non minus competit quam in ordinatione, & miſſione, de qua Apoſtolus 1. Timoth. 4.14. *per impoſitionem manuum presbyterii*, & Actor. 13. v. 2. 3. & 1. Cor. 14. *Spiritus prophetarum prophetis ſubjectus eſto.*

IV. Quod hortationibus & conſiliis ſuis occaſionem dederint Principibus & Magiſtratibus ad illam ordinariorum expulſionem; nullam miniſterii aut vocationis, quæ ipſis non competeret, uſurpationẽ probat. Etiam cuivis privato ordinariorum errores detegere & revincere licet, atq; adeo conſilia ad eccleſiæ conſervationem & animarum ſalutem ſuggerere.

V. Nullum miniſteriũ eccleſiaſticum, nullus miniſterii gradus funditus ſublatus, neque conſilio aut judicio eccleſiaſtico, neq; executione Politica. Reformatio, repurgatio, & ſanatio miniſterii, non eſt ejus corruptio. Qui noxios humores ex morbido corpore expurgat, qui ſtrumam, verrucam, aut ulceroſa partis alicujus functionem impedientia aufert, is membra corporis aut ipſum corpus non tollit. A presbyterio reſecuerunt actum illum ſacrificii miſſatici; epiſcopatum à tyrannide, ἀταξίᾳ, & totum miniſterium à prætenſo primatu Papæ liberarunt, ut in Germania, & Anglia; alicubi quaſi Politicam poteſtatem Epiſcoporum removerunt, ut e. gr. in Suecia, Dania; alicubi etiam non admiſerunt, ut e. g. in Belgio noſtro, ubi noſtri adjuti numeroſis ſuffragiis Procerũ veſtrę religionis, etiã eccleſiaſticorum, illis 14. novis Epiſcopis omni conatu ſe oppoſuerunt; ubiq; ipſum miniſterium ordinariũ & perpetuum à Chriſto ſummo eccleſiæ Magiſtro inſtitutum Eph. 4. v. 9. ſedulo, & religiosè obierunt noſtri, & in aliis ſartum tectũ conſervarunt, quantum in ſe fuit. Alibi, ut in Gallia, Polonia, Hungaria, Bohemia, Auſtria &c. ubi reges & principes reformationem profeſſi non ſunt, miniſterium ſeu hierarchia Papalis & profeſſores ejus ſibi relicti ſunt, noſtris ſuas res ſeorſim habentib. & in peculiare corpus & miniſterium Eccleſiaſticum parochiale, aut Provinciale & Nationale coëuntibus.

Ad *quartum*, Merum & ſolidiſſimũ mendacium, ut jam ſæpe reſponſum eſt. Neque enim cathedram, hoc eſt, miniſterii formam aliam & novam ſibi erexerunt, ſed erectam à Chriſto ſtabiliverunt, ornarunt, à ſordibus repurgarunt. Neque ſeipſos paſtoribus aliis ſubrogarunt, ſed proprias ſuas quiſque cathedras tenuerunt, & quicunq; ex illis ad alias tranſlati, non propria electione aut ordinatione, ſed legitima poſtulatione, & electione eas occuparunt.

Ad *quintum* I. non eſt authoritatis Eccleſiaſticæ, ſi quis euangelizet, & Scripturas exponat,

exponat, etiam privatis hoc licet, ut tu concedis pag. 187. Hujus nomine prædicatores, presbyteri, paſtores (quales erant Reformatores) uſurpatores dici non poſſunt. Baptiſmi adminiſtratio, veſtra non noſtra ſentẽtia, etjam à Laicis, à fœminis, imò Iudæis & Ethnicis peragi poteſt in caſu neceſſitatis, ut diximus cap. 7. & infra cap. 16.

Ad *ſextum* dicimus eſſe ſplendidum mendacium. Quis ex primis reformatoribus eccleſiaſticis (illis enim litem intentas) templũ antea non ſuum, aut ſibi non apertum à poteſtate politica ſeu publica unquam occupavit? Quis templa ſua aut aliena authoritate ſpoliavit, aut ſpolienda docuit? Prodi cum tuo impudentiſſimo & phrenetico Ieſuita *Ioanne de Gauda* & proba omnes reformatos eſſe *ſacrilegos*, quippe qui monaſteria, templa, calices, campanas, bona eccleſiaſtica furentur, dum ſcilicet Sylvamducis aliaſq; civitates Brabantiæ armis ſubigunt, ut quidem ille in utroq; [a] libello adverſus miniſtros Sylvæ-Ducenſes edito pro ſubtilitate & prudentia Ieſuitica philoſophatur. Qui aliud reſponſum à me non feret, quam quod libelli alterius frontiſpicio tunc inſcripſi: *Omnes quorum pectora & mentes diabolus obſedit, venenatam rabiem ſuam furioſa voce teſtantur.* Cyprianus epiſt. 55. Quod Gaudæ applicatum volo, niſi mania invincibili aut phreneſi laboret, de quo quidẽ mihi nihil conſtat. Quod ſi Ianſenius aut alius quis, apertè hos furioſos libellos defendere aut excuſare auſus fuerit, non gravabimur in latinam linguam traductos toti mundo eos exhibere, ut ſpecimen præſtent eruditionis & pietatis Ieſuiticæ. Sed mirum eſt Mercurium Romanũ non ſuggeſſiſſe Ianſenio duo ſplendidiſſima ejuſdem commatis mendacia, quæ maxime ad hanc rem faciant; [b] de Principis ſcilicet equis in templo Sylvæ-Ducenſi ſtabulatis, de juvenibus ad fidem abjurandam compulſis.

Non fuit ergo authoritas aut vocatio aliqua reformatorum ad ſpolianda templa, neque fuit illis neceſſaria, neq; illi unquam eam prætẽderunt aut arripuerunt, aut ſibi aut privato cuiquam. Conſtantiſſima enim hæc omnium doctrina, ſoli Politiæ in publica templa & quæ inde dependent poteſtatem eſſe, *quia eccleſia eſt in Republica, non vero Reſpublica in Eccleſia*, ut recte Optatus Milevitanus. Cum *illa*, exemplo Regum Iuda, & piorum Imperatorũ, ex voto & monela Eccleſiæ can. 58. Eccleſ. Afric. templa Idolorum repurgat, evertit, aut occludit, ſi tibi ſacrilegiũ, ſpolium, furtum ipſis objicere lubeat, habebis forte aliquando reſponſum, ſed reale. Saltem miniſtri & primi reformatores vocationẽ & authoritatẽ ſuam ad illud factum, probare non tenentur. Nedum ut ego cum collegis tunc Sylvæducenſibus præſtare poſſim aut velim, quod nobis objicis [c]: *Vos enim qui eſtis, quando & unde veniſtis, ut vos Catholici Sylvæ-Ducenſes audiant & à vobis euangelii veritatem exquirant? Vbi ſunt miſſionis veſtræ teſtimonia &c. Quid igitur niſi læſæ divinæ Majeſtatis eſtis rei, qui divinum officiũ ſine legitima cæleſtis Imperatoris auctoritate ſumpſiſtis? An quod Catholicorum eccleſias armis occupaſtis, docendi quoque cathedram ad vos tranſiiſſe ſuſpicamini?* Manum templorum occupationi aut repurgationi nos non admovimus. Hoc enim neque vocationis noſtræ eſt, neq; vocationem nobis confert aut aufert, etiamſi impedimenta quædam removeat, & locum externum prædicationi aperiat: Non magis quam vocationẽ reformatè prædicandi conferebat repurgatio illa templorum, quam miles Germanus, Hiſpanus & Italus Romæ procurabant, *cum*, teſte Surio, *ſævitum eſt horrendum in modum in ſacros calices, in vaſa & arculas ſanctiſsimas, quas abjecta ſacroſancta euchariſtiæ inſanus miles rapiebat: in ſacras veſtes, quibus mira exercebat ludibria, in divorum reliquias: denique in virgines Deo dicatas, quibus ad ſuam lubidinem turpiſsime abutebantur.* Confer quæ longe ante Conſtantinopoli acta fuerant à ſacræ, ſcilicet, militiæ,

[a] Alter in 8. belgicè 1630. Antverpiæ eſt editus per Henricum Aertſens, expreſſo authoris nomine. Alter in fol. patenti, non expreſſo nomine; ſed quem ex eadem aut ſimili officina prodiiſſe, materiæ & ſtyli conſanguinitas arguit. [b] Merces, illas exponit Politico-Catholic. in Statera Staceræ Puteani. [c] In Alexiphar. Bii verſo 1. ad quod reſpondi in Philon. not. 14. 15.

militiæ, ductoribus & militibus dum eam occuparunt, non tantum à Græco illo Logothete deſcripta, quem edidit Douza: ſed etiã ab ipſis Latinorum Hiſtoricis, & Turcarum præ illis humanitatem prædicabis.

Scio iſtiuſmodi calumniis apud Imperitos non leve religioni & miniſterio noſtro præjudicium adferri. Vide Eckium in Enchirid. cap. 34. ubi noſtros *Incendiarios & ſacrilegos* appellat. Hiſtoria Surii Carthuſiani (rectius Voluſi Catulliani) ſcatet ejuſmodi declamationibus. Claudius de Sainctes, ut invidiam noſtris faceret, integrum tractatum gallicè edidit, hoc titulo: *Diſcours ſur le Saccagement des Egliſes Catholiques, par les heretiques anciens & nouveaux Calviniſtes en l'an* 1562. Sed quid illa religionẽ noſtram, aut miniſtros Sylvæ-ducenſes, aut primos reformatores magis tangunt, quã Ianſenium aut Claudium illa templorum & ſacrorum deprædatio & profanatio [a] Romæ facta ab exercitu Caroli V. & κατ᾽ ἐξοχὴν ab Hiſpanis, quos alioqui *in religionibus, ritibus, ſupra mortales omnes ſtudioſos* faciunt [b] Correctores Belgici. Illis tamẽ palmam crudelitatis in ſacrum ordinem exercitæ tribuit P. Iovius in vita Pomp. Columnæ. Sophiſtica nimis puerilis eſſet, ſi quis noſtrum religioni Pontificiæ, aut Eccleſiaſticis imputaret furorem illum & immanem barbariem (ut loquitur Sadoletus [c]) tunc in ſacra & profana omnia, in Cardinalium & Pontificis fortunas ac dignitatem graſſatam; niſi forte eo ſenſu quo [d] Sadoletus, *reliquorum ordinum* (excepto ſolo Pontifice ſcilicet) *morumq́; communionum labem & confuſionem, ejus calamitatis cauſam facit.* Reges, Principes, Magiſtratus noſtræ religioni addicti, aut juſte & ordine iſta egerunt, aut injuſtè. Si templa ditioni ſuæ ſubjecta etiam invitis utentibus aut poſſeſſoribus repurgarunt ab idolis, ſi ſuperflua inde oblata in pios & neceſſarios uſus converterunt, non ſpoliarunt; ſi abominationem vaſtationis è templis ejecerunt, non vaſtarunt. Abominationẽ dico, inter alia ſaltem, blaſphemas illas imagines Trinitatis ſive trifrontes ſive tricorpores, aut ridiculas & chimericas imagines Chriſtophori, Georgii, Longini, Catharinæ; & imagines complures ridiculas & abſurdas in quas cenſuram & veſtri exercent; Vide *Molani* librum [f] hac de re editum, & ſyncretiſmum veſtrorum in *Gallia* cum Beza aliiſq; reformatorib. apud Thuan. l. 29. p. 198. & hæc quidem à Magiſtratu vi vocationis ſuæ peracta, non à nobis; niſi fortè conſulentibus & probantibus, quod etiam cuilibet laico licet. Si templa, in quæ nihil ipſis juris, ut loquitur Ieſuita Gouda, cum civitatibus in ſuam redacta poteſtatem tanquam ſua injuſtè tenent, jam graviſſimæ illæ quæſtiones de jure pacis & belli ſecundum Theologos & I. Conſult. prius evacuandæ, quàm judicium de iſtis feratur. Quod quidem ut majoris eſt operæ, ita nihil ad vocationem Reformatorum. Si Ianſenio placet, examinet Sylveſtri ſive alterius Summiſtæ titulum de *Bello*, aut librum Grotii de Iure pacis & belli; & deinde poſitas aliquot theſes applicet ad hypotheſin Belli Belgici, explicatam in *apologia Principis Auriaci in libello Fr. Francki* contra Verharium, & *oratione nobilis Belgæ* de jure Belli Belgici; *Item Horologio Belgico cum apologia, & Defenſione Fœderator. &c.* Quæ à fæce plebis alicubi per tumultum & privatam inſolentiam perpetrata, ea & noſtri deteſtati ſunt, & Magiſtratus, cum potuit, vindicavit. Accedit quod turbones illi religioni nulli addicti eſſent; aut ſi alicui, magis Pontificiæ, quam noſtræ, cujus guſtum nunquam admiſerant.

Reliqua quæ militaris licentia, inconſulta non tantum religione, ſed & poteſtate Politica, paſſim admiſit, nobis fraudi eſſe non debent.

a Profanatio templorum in Papatu graſſatur, cum in iis feſtum fatuorum celebrant, item larvales ac theatrales jocos, choreas, tripudia marium ac mulierum, comeſſationes & convivia, ut teſtatur Sanct. Pragmat. cap. de Spectaculis in Eccleſ. non faciend. & Ieſuita Mariana lib. de Spectaculis. Vide & Molanum de apocryphis, & obſcœnis picturis. b In indice expurgat. r. Belgic. ad Munſteri Coſmograph. c Epiſtol. lib. 1. ad Hieron. Nigrum. d Ibid. e Talis templorum occupatio & vaſtatio etiam ab Eccleſiaſticis præſtita laudatur; ut in vita B. Martini lib. 1. pag. 197. edit. VVolph. Lazii. f Iohan. Molanus libr. de Imaginibus & picturis ſacris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

bent. Boni omnes cùm dolore nimis experiuntur veritatem iſtius: *Inter arma ſilere leges.*

Inſtant. Atqui dicere poſſes occaſione reformationis & diſſidii in religione confuſionem illam exortam, & milites partium noſtrarum fuiſſe.

Reſp. I. Sit ita; hoc totum per accidens. Itaq; ſophiſtica hæc mera ipſe dominus noſter profitetur; *ſe veniſſe non miſſurum pacem, ſed gladium.* Matt. 10. v. 34. Fieri enim non poteſt, ut ulla reformatio abſq; magna reſiſtentia, contentione, perturbatione, & moleſtia peragatur. Majorum reformationum exẽpla nimis prolixum eſſet referre. Minorum & valde particularium ordinis ſcilicet ſeu religionis in Papatu vide apud Thuanum lib. 50. p. 685. & Petr. Math. lib. 4. pag. 88. edit. Gallic. Et Cardinalem Oſſatum lib. 9. epiſt. 360.

II. Quinam perſecutionum, bellorum flabra fuerint Miniſtri reformatores, [a] an vero Papa & irreformabilis Clerus, ex lectione hiſtoriarum cognoſce; *& claſsicis belli ſacri* G. Schioppii; & Admonitionibus ad Regem Chriſtianiſſ. & Cornelio Callidio Chryſopolitano; & tractatibus de pœnis hæreticorum, & inſolenti iſta præfatione *Ieſuitæ à Lapide* [b] ad Trinitatem creatam & increatam. Vbi & facta Pelopidarum, & Cyclopicam doctrinam audies.

III. De plurimis diverſarum gentium militibus noſtris uſurpare poſſim illud, quod Lipſius [c] veſter de ſe: *In regione ipſorum* (Batavorum ſcilicet) *fui, non in ſenſu.* Stipendia à noſtris habent, partes ſequuntur, in provinciis noſtris hærent, ſed plurimi abſque religione, abſque ſenſu, abſque diſcretione inter bonum & malum. Immo & magnam partem non obſcure religioni Pontificiæ adhærentes, aut etiam aperte eam profitentes, quod de Gallis & Walonibus plerisque nimis manifeſtum.

IV. Quicunq; illi fuerint, nulli religioni, nulli ordini hoc imputandum, quod præter & contra ordinem ab illis commiſſum. Ab Hiſpanicis veſtris, templa longe plura diruta & ſuccenſa apud Belgas flagrante hoc bello. A Croatis veſtris nuper monaſteria, templa, paſtoralia ſpoliata in vicinia & paſſim in Germania, & ipſe meminiſſe potes, & ſuperſunt adhuc, qui tibi referre queant. De copiis [d] Italicis & Hiſpanicis cum reliquis Romam anno 1527. occupantibus, & mille ejuſmodi bellicæ calamitatis exemplis nihil addam, ne facem quod ajunt in meridie. Spero te poſthac aut poteſtati politicæ, aut paucorum è fece plebis inſolentiæ, aut militum furori & licentiæ dicam illam de templis ſcripturum; non miniſtris qui poteſtatem coactivam ſibi non arrogant cum Epiſcopis Papalibus, nec editis apologiis uſum armorum Epiſcopis vindicant cum [e] Ludov. Caſtaneo Epiſcopo Pictavienſi; nec inſtar rebellium Clericorum ad arma contra Reges & Magiſtratus legitimos conclamant, aut arma ipſi ſumunt, & armiluſtria peragunt, qualib. exemplis turgent Annales Galliæ ſub Henrico III. & IV. inter alia vide apud Thuanum, Pariſienſem illam luſtrationem, quam etiam Ieſuitæ eccleſiaſticis exprobrant in apologia ſua apud Rodolph. Botereum commentar. lib. 1. pag. 27. Confer quæ lib. 3. ſect. 3. cap. ult. de militia Clericorum notamus; & quæ de rebellionibus ac proditionibus eorundem lib. 2. ſect. 3. c. 1.

[a] *Præcones iſti qui rurſus tubam inſant ad motus & factiones.* Sunt verba Henric. IV. Regis Chriſtianiſ. an. 1599. in ſenatu. Botereus comm. lib. 6. p. 209. [b] Præfixa eſt comment. in proph. min. [c] In rejectiuncula ſubjecta virgini Aſpricollenſi. [d] Vide Sadoleti epiſtol. & Surium ad ann. 1527. Thuanum hiſtor. lib. 1. Franc. Guicciardin. lib. 18. cap. 8. & Iovium in vita Pomp. Columnæ. [e] Liber editus eſt Gallice 1615.

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT XII.

Poteſtas omnis, qualis vocatio & depoſitio Eccleſiaſtica non derivatur ab Epiſcopo tantum, aut à ſolis paſtoribus; & poteſt quis ordinatus ab Epiſcopis, nihilominus eſſe uſurpator, ubi obiter contra Oligarchiam & Monarchiam aſſeritur Eccleſiaſtica Ariſtocratico-Democratia.

ACCEDIMVS nunc ad falſas illas Hypotheſes, quas in diſputatione hac perpetuo ſibi ſumit, aliquando explicat, nunquã probat aut ex noſtris principiis, aut ex ſuis. Nobis ſufficeret eas rejicere; ex abundanti tamen falſitatem aut incertitudinem earum demonſtrabimus. Hoc primum ſtipulati, ut Ianſenius aliquando reſpondeat nobis, corã doctis in Europa viris.

I. An ipſe credat fide Catholica has Hypotheſes eſſe veras; Quod ſi credat, oſtendat nobis aliquod hujus ſuæ fidei principium.

II. An credat & probare poſſit Eccleſiam Romanam ita illas credere tanquam de fide, & nullos Eccleſiæ Romanæ doctores aliter credere aut crediſſe. Vt videamus, facere illas hypotheſes etiam partem *rei illius divina atteſtatione graviſsimæ, ſcripturarum authoritate certiſsimæ, Chriſti regno ſaluberrimæ*, & *nos inveniamur duces cœci camelum glutientes*, ſunt magnifica verba Ianſenii p. 95.

Prima Hypotheſis eſt: [a] *Omnem vocationem ordinariam atque adeo totam eſſentiam poteſtatis & miniſterii Eccleſiaſtici eſſe ab Epiſcopo*: Quia tota eſſentia & ratio vocationis continetur aut ſalvatur in ordinatione, quæ ſoli Epiſcopo competit. *Et omnem poteſtatem eccleſiaſticam derivari à ſolis paſtoribus.*

Refut. 1. De ordinatione pòſt dicemus, quid illa ſit, quam neceſſaria, & à quo fieri debeat.

2. Opponimus, Eccleſiæ & pluribus in Eccleſia poteſtatem eccleſiaſticam ordinariam tribui & non uni Epiſcopo, ut Matth. 18. v. 17. *Dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audiverit.* Et 2. Corinth. 2. verſ. 6. *ſufficit tali objurgatio hæc, quæ à pluribus &c.* cum 1. Corinth. 5. verſ. 4. *congregatis vobis & meo ſpiritu &c.* Confer Act. 14. verſ. 26. & 15. verſ. 3. 4. 22. 23. Et 2. Corinth. 8. verſ. 19. 24. Coloſſenſ. 4. v. 16. 17. & 1. Theſſal. 5. 26.

Eſt enim Eccleſia Chriſti ſponſa, quæ eſt ſubjectum propriũ & adæquatum illius poteſtatis, cui ſponſus Chriſtus jus illud delegatum contulit, ſummum ſibi reſervans. Quod ita proprium debet eſſe & manere Eccleſiæ, ut vel authoritate aliena eripi, vel voluntaria conceſſione amitti, vel alienæ fidei planè committi non poſſit; quamvis actus varii ad vocationem pertinentes poſſint & debeant à certis quibuſdam Eccleſiæ membris præſtari. *Et ſic ſpecialiter*, vocatio ſeu miſſio miniſtrorum, tum *Clero*, hoc eſt, presbyterorum collegio, tum *plebi* Chriſtianæ attribuitur. De Clero ſeu presbyterio locus illuſtris eſt 1. Timoth. 4. verſ. 14. *cum impoſitione manuum presbyterii.*

[b] Vniverſitas & Clerus Colonienſis objicit *Buceri* vocationi ad Bonnam; quod *ſine conſenſu Cleri & nondum examinatus ac probatus* eo ab Archiepiſcopo fuiſſet miſſus; cum tamen talis conſenſus requiratur, juxta *canones in ſcriptura fundatos*, ut loquuntur.

Cyprianus paſſim in epiſtolis, partes Cleri hic agnoſcit, Epiſt. 17. *in ordinandis Clericis ſolemus ante conſulere, & mores ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare.* Olim presbyteri cum Epiſcopo manus imponebant, & quamvis abolito illo more ſolus Epiſcopus poſtea imponeret,

[a] Pag. 94. 106. 107. cum 172. 173. & 136. & 115. [b] Iudic. Deputat. Vniverſit. & Cleri ſecundarii Colonienſis fol. 107. 6.

imponeret, faciebat tamen id presbyteris conſentientibus, quomodo impoſitionem manuum presbyterii 1. Timoth. 4. explicat *gloſſa ordinaria*. Toti Clero Romano olim electionem Epiſcopi ſeu Papæ ſui incubuiſſe fatetur Bellarmin. libr. 1. de Clericis cap. 16.

Ita in toto Eccleſiæ regimine quamvis emineret Epiſcopus, tamen ſolus Eccleſiam non regebat, ſed cum presbyterio ſuo; cujus authoritas teſtata ab antiquiſſimo Ignatio in Epiſtola ad Trallianos, ubi presbyterium deſcribit *cœtum ſacrum*, *conſiliarios & conſeſſores* (Gr. συνεδρευτὰς) *Epiſcopi*, & paulo ante, *tanquam ſynedrium Dei & conjunctum cœtum* (Gr. συνδεσμὸν) *Apoſtolorum Chriſti*. Cornelius Epiſcopus Romanus apud Cyprianum lib. 3. epiſt. 11. *omni actu ad me perlato placuit contrahi presbyterium*. Hieronymus epiſt. ad Ruſticum; *Eccleſia habet Senatum, cœtum presbyterorum*.

Et Ignatius epiſtol. cit. mandat, ut Epiſcopum, presbyteros, & diaconos revereantur, neque ſine illis quidquam agant; & *quia ſine his Eccleſia electa non eſt, nulla ſine his ſanctorum congregatio, nulla ſanctorum collectio*. Et ſpecialiter de presbyteris præcipit: *Sed & presbyteris ſubjecti eſtote tanquam Chriſti apoſtolis*.

Et in Concilio Hieroſolymitano conveniebant etiam presbyteri, Actor. 15. 6. ut cum apoſtolis *viderent de verbo hoc*, & v. 23. ubi Epiſtola ſynodica præfert titulum: *Apoſtoli & Seniores fratres*, & Actor. 16. v. 4. imponebant Eccleſiis *dogmata ab apoſtolis & ſenioribus conſtituta*. Quin ipſe Papa, regimen Eccleſiæ communicat cum Cardinalibus, tanquam presbyteris Eccleſiæ Romanæ, qui etiam ſic eligunt Papam, teſte Ianſenio p. 196. cap. 44. Petrus à Navarra: [a] *quia cum olim electio Epiſcopi eſſet penes clerum ejuſdem civitatis Metropolitanæ aut totius diœceſis, id in ſua integritate ſervatum eſt Romæ uſq; hodie. Nam Cardinales Curati parochiales fuiſſe perhibentur, &c.*

[b] De plebis ſuffragiis exſertè Act. 1. v. 23. & 6. v. 2. 3. 4. quæ loca pro jure plebis allegat Concil. Afric. apud Cyprian. epiſt. & Ieſuita Sanctius in Act. 14. Et Actor. 14. χειροτονήσαντες, ubi electio ſeu ſuffragii forma exprimitur voce χειροτονίας, ex politia ad ſacra tranſlatâ. Erat enim apud Athenienſes duplex Magiſtratum conſtituendi ratio, una per κλῆρον, id eſt, ſorté, unde κληρωταὶ ἀρχαὶ, *Magiſtratus ſorte electi*, altera per χειροτονίαν, per porrectionem manuum in ſublime, qua populus aliquem probabat, unde ἀρχαὶ χειροτονηταὶ, *Magiſtratus ſuffragiis electi*. Sic χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν, id eſt, *ſuffragiis electus ab eccleſiis*, interprete Aria Montano 2. Corinth. 8. v. 19. Et Divi χειροτονητοὶ à Mecænate dicuntur apud Dionem libr. 52. quia ſuffragiis Senatus facti, ut etiam indicat Chryſoſtom. in 2. Corinth. homil. 26. Cyprianus epiſtol. 17. ſupra cit. & epiſt. 4. *Quod & ipſum viderimus de divina authoritate deſcendere, ut ſacerdos plebe præſente ſub omnium oculis deligatur, &c. Oſtendit ordinationes ſacerdotales non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere &c. ut ſit ordinatio juſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & judicio fuerit examinata.* Idem lib. 5. epiſt. 5. *In ordinandis Clericis, fratres chariſſimi, ſolemus vos ante conſulere, & mores ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare.* [c] In Concil. Carthagin. an. 397. decretum eſt: ut, ſi contradictio eſſet oborta adverſus Epiſcopum eligendum, *in eadem plebe, cui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonæ contradicentium. Poſtremo etiam illa, quæ objiciūtur, pertractentur, & cum purgatus fuerit in conſpectu publico, ita demū ordinetur.*

In hiſtoria creationis Epiſcopi Cumani à Greg. Thaumaturgo procuratæ occurrunt: [d] προεστηκότες τῆς ψήφου, id eſt, *qui præerant ſuffragiis*; & πάσης ἐξειλεγμένοι τῆς πόλεως, id eſt, *à tota civitate delecti*; &, ψηφίζοντες, id eſt, qui ferunt ſuffragia; &, *conſenſus civium per ſuffragia*.

Et morem illum obtinuiſſe in primitiva Eccleſia conſtat ex Concil. Chalcedonenſi canon. 6. & Ancyrano canon. 18. &

[a] Libr. 2. de Reſtitut. ablator. c. 2. p. 105. [b] Vide ex Demoſthene, Vlpiano, Xenophonte, Cicerone &c. morem hunc explicatum à Sigonio de Republica Athenienſ. lib. 2. fol. 53. 54. [c] In Codic. can. Eccleſ. Africanæ can. 50. cum quo confer can. 99. [d] Gr. Nyſſenus in vita Thaumaturgi p. 287. 288.

Laodiceno canon. 5. & canon. 13. quo videtur poteſtas illa plebis contrahi aut limitari. Moris iſtius antiquitatem optime explicant [a] Balſamo & Zonaras in can. 1. apoſtol. & Zonaras in canon. 5. Concil. Laodiceni. Apud Theodoret. in hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 9. eſt epiſtola Concilii Niceni, in qua inter requiſita vocationis cenſetur electio populi, *Vnus*, inquit, *ex illis qui nuper in eccleſiam recepti ſunt, modo idoneus videatur & populus illum eligat, Epiſcopuſque Alexandriæ ei ſuffragetur, atque adeo populi electionem confirmet, ſuccedat in locum demortui.*

Ambroſius epiſtol. 32. quæ eſt ad Valentinianum: *Veniant plane, ſi qui ſunt ad eccleſiam, audiant cum populo, non ut quiſquam judex reſideat, ſed unuſquiſque de ſuo affectu habeat examen, eligat quem ſequatur. Agitur de iſtius Eccleſiæ ſacerdote, ſi audierit illum populus & putaverit melius diſputare, ſequatur fidem ejus, non invidebo. Omitto, quia jam ipſe populus judicavit &c.* Ibid. paulo poſt: *Veniſſem Imperator ad conſiſtorium Clementiæ tuæ; ut hæc coram ſuggererem, ſi me vel Epiſcopi, vel populus permiſiſſent, dicentes, de fide in Eccleſia coram populo deberi tractari.*

Ignatius epiſtol. ad Philadelph. πρέπον ἐςὶν ὑμῖν ὡς ἐκκλησίᾳ θεȣ̃ χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον, *decet vos ut eccleſiam Dei eligere Epiſcopum.*

[b] In Concil. Carthagin. an. 418. arbitrio & electioni plebis dirimenda relinquitur controverſia de conſociatione eccleſiarum.

[c] Concil. Carthag. an. 401. μετὰ τῆς πάντων εὐχῆς ἐπίσκοπος τȣ́τοις χειροτονηθῇ *cum omnium voto eis Epiſcopus ordinetur.*

Leo I. [d] *Vota civium, teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum in electionibus ſacerdotum exſpectantur, per pacem & quietem ſacerdotes, qui præfuturi ſunt, poſtulentur, teneatur ſubſcriptio Clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus & plebis.*

Cœleſtinus I. [e] *Cleri, plebis, & ordinis conſenſus & deſiderium requiratur in ordinatione ſacerdotum.*

Commentarius dictus Ambroſii in 1. Timoth. 5. *Synagoga & poſtea eccleſia ſeniores habuit, quorum ſine Concilio nihil agebatur in eccleſia. Quod qua neglige̅tia obſoleverit, neſcio; niſi forte doctoru̅ deſidia, aut magis ſuperbia, du̅ ſoli volunt aliquid videri.*

[f] Concil. Carthag. an. 407. Seniorum mentionem facit; qui in actis Purgationis Cæciliani & Felicis poſt Collat. Carthagin. dicuntur *ſeniores Chriſtiani populi, Seniores eccleſiaſtici,* & à presbyteris ac diaconis ibidem diſtinguuntur. Auguſtinus l. 3. contra Creſconium c. 56. *Peregrinus presbyter, & ſeniores eccleſiæ Muſticanæ regionis.* & epiſt. 136. *Dilectiſsimis fratribus clero, ſenioribus, & univerſæ plebi eccleſiæ Hipponenſis.* & ſerm. 19. de verb. Dom. *Cum ob errorem aliquem à ſenioribus arguuntur, & imputatur alicui de illis, cur ebrius fuerit? Cur res alienas pervaſerit? Cædem cur turbulentus admiſerit? Statim reſpondet, quid habeo facere, homo ſecularis aut miles. Nunquid monachum ſum profeſſus aut clericum?* Epiſtola ſynodalis concilii Cabarſuſſitani apud eundem Auguſtinum enarrat in Pſ. 36. *Neceſſe nos fuerat Primiani cauſam, quem plebs ſancta Carthaginenſis eccleſiæ, epiſcopum fuerat in ovili Dei ſortita, ſeniorum literis ejuſdem eccleſiæ poſtulantibus, audire atque diſcutere.* Idem epiſt. 110. Eradium ſucceſſorem ſuum Eccleſiæ offert, eamque rogat ut eum recipiat.

Optatus l. 1. *Ex auro & argento quam plurima ornamenta, quæ nec defodere terræ, nec ſecum portare poterat, quas fidelibus ſenioribus commendavit.* & paulo poſt, *Convocantur ſupra memorati ſeniores, qui faucib. avaritiæ commendata̅ ebiberant prædam. Cum reddere cogerentur, ſubduxerunt communionem plebem.* Gregor. 1. P. R. l. 2. epiſt. 19. *Si quid de quocunq; clerico ad aures tuas pervenerit, quod te juſtè poſsit offendere, facile non credas; ſed præſentibus eccleſiæ tuæ ſenioribus diligenter eſt perſcrutanda veritas, & tunc, ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentibus.* Epiſtola ſynodalis concilii Pictavienſis, apud Gregorium Turonenſem lib. 10. cap. 16. *De ſponſalibus quoque ait, coram pontifice, clero vel ſenioribus pro nepte ſua orphanula arras accepiſſe.*

Nec

[a] Citat. Iuſtellus in notis ad codicem canonum p. 198. & 228. [b] Cod. can. Eccleſ. Africanæ can. 118. [c] Ibid. can. 66. [d] Epiſtol. 87. vel 89. ad Epiſcop. Viennenſ. provinciæ. [e] Epiſtol. 2. ad Epiſcop. Galliæ. [f] Canon. 100. In codic. canon. Eccleſ. Africanæ.

Nec abnuunt recentiores Pontificii: *Petrus à Navarra*[a] Toletanus: *Nam cum olim eligeret populus & Clerus, conveniens erat ne extraneus quæreretur, &c. nunc autem rex eligit, atque ita ex proprio regno repræsẽtat.* Ieſuita Zanctius[b]: *ex omnibus eliguntur populi ſuffragiis, vel certè cum ejus approbatione, docet primum Matthiæ, deinde ſeptem diaconorum electio, quam conſuetudinem in Eccleſia ſervatam eſſe diu conſtat ex Clemente lib. 8. Conſtitut. cap. 2. ubi omnino ad Epiſcoporum ordinationem populi ſuffragia requiruntur.*

Azorius:[c] *mihi videtur jure communi Epiſcopos ſine populo præſente aut ad id vocato, dies feſtos inſtituere non poſſe, idque oſtendit capitulum de Feriis* quod incipit, *Conqueſtus*, ubi aperte dicitur *eos dies feſtos eſſè colendos, quos ſinguli Epiſcopi in ſuis Diœceſibus cum clero & populo dixerunt ſolemniter venerandos.* Quod idem habetur in cap. *pronunciandum* de conſecrat. diſt. 3.

[d] Cõſtitutio Nicolai Papæ, Cleri & populi ſuffragia requirit in electione Pontificis. Papæ Alexandri[e] conſtitutione conceſſa eſt laicis poteſtas auferendi officium Clericis fornicantibus; ſiquidem id negligerent Archiepiſcopi. Rectè ſanè, ſiquidem inſpectio miniſtri ſui Eccleſiæ cuilibet committitur ab Apoſtolo Coloſſ. 4. verſ. 17. *Et dicite Archippo, vide miniſterium, quod accepiſti in domino, ut illud impleas.* Neque poteſt Eccleſia omnes illos inſpectionis actus anteceſſoribus ſuis aut certis delegatis ita demandare, ut ipſa illos nõ curet, aut non reſumat, in caſu neceſſitatis, negligẽtiæ ſcilicet aut defectus anteceſſorũ[f]. Et ipſe Ianſenius p. 195. & 196. *Electio nõ ſolũ Cardinalibus, ſed & Imperatori, & plebi reſpectu Antiſtitũ tribui poteſt, & aliquãdo tributa fuit.*

De Presbyterorum ſuffragiis in Conciliis, aliiſque Eccleſiaſticæ poteſtatis actibus vide infra cap. 16. & ſect. 1. cap. 3. 4.

Quod autem variè nunc illa mutata ſunt, factũ agnoſcimus, ſed jus non videmus. Oligarchia primùm in Eccleſia omnia ad ſe rapuit, ex qua tandem emerſit prætenſa Monarchia. Deinde etiam Papa malè parta Regibus, Principibus, nobilibus, & divitibus divendit, quæ ipſius non erant, titulo Patronatus, aut alterius cujuſquam eligendi juris. De turpiſſima nundinatione Leonis X. cum rege Galliæ vide quid liberè cenſeat Iac. Aug. Thuanus hiſtor. lib. 1. infra ſect. 3. cap. 3. citatus. Hinc inter Papas & Imperatores tantæ contentiones, tam cruenta bella excitata pro inveſtituris ſcilicet. Siquidem ex malo nil niſi malum, nec ulla benedictio aut pax ſperanda ex auro illo Tholoſano, ex equo Sejano qui ſemper proprios Dominos perdidit. Inter fideles ſeu oves, ut à Paſtoribus diſtinguuntur, ſunt etiam Principes & Magiſtratus Chriſtiani, quibus præter cõmune privilegium, peculiaris adhuc poteſtas cõpetit circa ſacra, vocationẽ ſcilicet Paſtorum, Reformationẽ Eccleſiæ, &c. ſive removendo impedimẽta coactivè, ſive monſtrando & promovendo legitima media, & ad ea cõſtringẽdo authoritativè[g]. Quam poteſtatẽ quando quidem Ianſenius hic ſui oblitus, alibi nõ negat, ex Scriptura & Patribus nunc probare ſuperſedebimus.

De poteſtate Epiſcopi, ſupra reliquos presbyteros, vide hujus lib. ſect. 5. c. penult.

Secunda hypotheſis: *Nullus miniſter fungendo munere ſuo ſacerdotii uſurpatione delinquit, qui legitimum miniſterium quantumvis illegitimè ab eo conſecutus eſt, cui Deus poteſtatem dandi tradidit.*

Refut. Hinc ergo ſequitur, nullam eſſe uſurpationem miniſterii, modo quis ordinetur per Epiſcopum ordinandi ſcilicet poteſtate prçditum: & nullam aliam neceſſariam conditionem (neceſſitate ſcilicet præcepti) ad veram Eccleſiaſticam vocationem requiri, quam Epiſcopi ordinationem.

Debuiſſes ſaltẽ addere, *qui canonicè conſecutus eſt* ſeu ſecundum *Canones*, ſine qua cõditione ipſe Pontifex non recipitur pro tali.

a Tractatu de ablatorum reſtitutione libr. 2. cap. 2. pag. 104. b Comm in Actor. 14. verſ. 22. c Inſtit. moral. p. 2. lib. 1. c. 26. d Diſtinct. 23. c. *in nomine.* e Baron. ad ann. 1067. n. 7. f Sic de Politica poteſtate à populo in Principem collata, Bellarmin. & Zvvarez ſupra ſect. 1. cap. 5. cit. g Videantur exempla Ioſaphat, Hiskiæ, Ioſiæ, &c. & Auguſtin. epiſt ad Bonifac. comitem. & lib. 3. contra Creſcon. cap. 51. h Cap. 17. p. 94.

Iam verò canones nihil aliud requirere aut determinare, quam ut quis ordinetur ab eo qui poteſtatem habet, portentiloquium eſt dignum Ianſenio. Contra opponimus 1. antiquos canones, qui non *admittunt Presbyteros ordinatos abſq; examine.* Concil. Nicen. can. 9. & diſt. 81. c. *Si qui ſine. Aut ex lapſis ordinatos per ignorantiam aut diſſimulationem eorum qui ipſos ordinarunt.* Ibid. can. 10. Diſt. 81. c. *quicunq;*, *& irritam faciunt ordinationem ejus qui ad alium pertinet Epiſcopũ, non conſentiente* ſcilicet *proprio.* Ibid. can. 16. & Diſtinct. 71. c. *Si quis auſus.*

Et eos qui per Simoniam *ordinati ſunt nihil ex hac ordinatione vel promotione proficere, ſed alienos à dignitate vel ſollicitudine* (hoc eſt, miniſterio) *eſſe*, decernit Concil. Chalced. c. 2. Quem canonem repetunt, & pluribus ac præciſe urgent Eccleſiæ Orientales in ſanctionibus Patriarcharum Conſtantinopolit. Gennadii & Taraſii[a]. Vide ſimilia decreta & teſtimonia patrum apud Gratianum Cauſ. 1. quæſt. 1. Quibus adde illa, quæ dicunt *Simoniacè ordinatum ipſo jure eſſe excommunicatum.* Vide Malderum in 2.2. tract. 9. c. 3. dub. 18. Iam verò excommunicati, ſunt abſolutè incapaces miniſterii, & peccant ſi illo funguntur. Tolet. lib. 1. c. 57. & 63.

His accedens Iulius II. in bulla 1505. & rurſum in Concil. Lateranenſi ſeſſ. 5. definit *electionem Rom. Pontificis*, per Simoniacam hæreſim, &c. non ſolum *nullam eſſe*, & ſic *electo & aſſumpto nullam facultatem adminiſtrandi in ſpiritualibus & temporalibus tribuere*, ſed etiam contrà, *ſic electum vel aſſumptum de Simoniaca labe à quocunque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi & excipi poſſe, ſicut de vera* & indubitata hæreſi, ita *quod à nullo pro Romano Pontifice habeatur.* Sequitur, *& idem electus non apoſtolicus, ſed apoſtaticus & tanquam Simon Magus & hæreſiarcha, & ad prædicta omnia & ſingula perpetuo inhabilis habeatur & ſit.*

2. Contra Pontificum decreta; quæ non tantum per Epiſcopos, ſed per ipſos collationem miniſterii Eccleſiaſtici factam, ſed tacita veritate & fraude intercedente, irritam pronuntiat, *quia fraus & dolus nulli debet præſtare patrociniũ.* [b]Alexander III. G. Lincon. electo; qui c. 3.4.5.6.7. &c. ejuſdem tit. multa de Filiis ſacerdotum in Anglia tunc in patrum miniſterio ſuccedentibus & ſimiles caſus plurimi occurrant, in quibus quis ordinatus à legitimo Epiſcopo, tamen uſurpatione miniſterii delinquere poteſt. Vt *Hermaphroditus, fæmina,* aut *nõ baptizatus,* qui jure divino repelluntur, atq; adeo characterem non recipiunt, aut verè ordinati non ſunt. Tolet. lib. 1. c. 57. & 63. Si quis ſciens ſe non eſſe baptizatum, ordinandum ſe offert, & ordinatorem decipit, &c. aut alibi excommunicatus, aut hermaphroditus, aut fæmina inſtar Papiſſæ Iohannæ ſexum mentita virilem, aut legitimè copulatus uxori, quam mentitur eſſe concubinam, ordinetur.

3. Adde Scrinia aut horrea Canoniſtarum & Summiſtarum, de temporibus ordinationum, de Irregularitatibus ex jure poſitivo ortis, deque iis omnibus, quibus quis in foro conſcientiæ impeditur in ſuſceptione ordinis, & ejus executione; quamvis ſæpe in foro exteriori per fraudem & ſubreptionem ordinandi, aut per conniventiam ordinatoris nullum impedimentum ponatur.

Vide antiquas Collectiones decretal. collectione 1. lib. 1. tit. 6. & 9. 10. & collect. 2. lib. 1. tit. 7. 9. & coll. 3. lib. 1. tit. 9. Et Summiſtas c. de ſacramento ordinis, & in vocibus, *Irregularitas, Simonia, Ordo,* & Sententiarios in 4. diſt. 25. & diſt. 50. can. *ſi quis viduam*, cum extravag. de homicid. ubi omnes capitali crimini obnoxios, ſi per ſurreptionem promoti fuerint, deijciendos ſtatuunt.

[c]Et cum *miniſteria Eccleſiaſtica tribuuntur aut promittuntur, antequam vacent.*

Et cum quis non attigit juſtam ætatem, quam neceſſariam faciunt neceſſitate præcepti (Fornar. addit. ad lib. 6. Toleti) & quidem

[a] Iuris Orientalis lib. 2 edit. Bonefidii apud H. Stephanum 1573. [b] Collection. decretal. Ant. Auguſtini coll. 1. tit. 9. c. 2. [c] Lancelot. lib. 1. tit. 27. Inſtitut. juris canon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

dem uſque ad decem dies, de quibus per novum Kalendarium Gregorii XIII. anno ſuo ſubtractis vide ſcrupuloſam diſquiſitionem in hoc caſu apud Fornar. ibib. Hic ergo ſi quis fallat ordinatorem, fungendo miniſterio peccat.

4. Bucerus erat miſſus Bonnam à perſona poteſtate prædita, Archiepiſcopo ſcilicet Colonienſi; ergo nulla uſurpatione tum delinquebat ex conſequentia Ianſeniana. Sed longè aliter judicabat Vniverſitas Colonienſis cum Clero ſecundario: [a] *Nec eſt quod obtrudat nobis vocationem Reverend. Domini, quum ejus vocatio fuerit canonibus contraria, atque adeo non legitima.* Vt autem inſtitutio alicujus in beneficium Eccleſiaſticum ſit *canonica*, requiruntur iſta quatuor ſecundum [b] Antoninum: Primò, Vt perſona ſit quæ poſſit inſtituere. Secundò, ut inſtitutus ſit talis, qui poſſit inſtitui. Tertiò, ut illius beneficii inſtitutio ex jure proprio vel delegato ad inſtituentem pertineat. Quartò, ut ſervetur forma conſtitutionis illius de elect.c.ult.&c.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT XIII.

Eccleſia, quæ hæreſi & ſciſmate laborat, poteſt habere aliquam poteſtatem & vocationem Eccleſiaſticam.

TERTIA Hypotheſis eſt. [c] *Si Eccleſia vel una tantum hæreſi, aut ſciſmate, aut idololatria aliqua laborat, ilico omnem Eccleſiam, omnem poteſtatem Eccleſiaſticam, omne miniſterium, omnem vocationem & miſſionem exſtingui & aboleri, atque adeò neminem in ea poſſe ſalvari. Nullum vocationis Eccleſiaſticæ veſtigium ſupereſſe in tali Eccleſia.*

Confer Ianſenii c.30.p.136.137.&p.241.

Refut.I. ex ſacris literis, quæ Eccleſiam Idololatria pollutam adhuc Dei Eccleſiam & populum vocat, Hoſeæ 4. verſ. 6. & c.11. verſ. 7. Liberos eorum, Ezechiel.cap.16.21. filios ſuos, & ſe Deum ipſorum, Hoſeæ 13. 16.& 14.1. Quæ reliquias adhuc in ea ſervari aſſerit, Rom. 9. verſ. 27. Et ſanctum Iſraëlis *in medio ipſorum*, Hoſ. 11.verſ.9. Quia in iis quædam adhuc *reliquiæ ſecundum electionem gratiæ factæ ſunt*. Rom.11. verſ.5. Eccleſiam Iudaicam adhuc ſuam agnoſcit Deus, neque dedit illi libellum repudii, Ieſ. 50. verſ.1. quamvis alias apoſtaſiæ & rebellionis, idololatriæ eam accuſet, atque ideò principes Sodomæ & populum Gomorræ appellet, Ieſ. 1. verſ. 2.3.4.5.29. Paulus Galaticas Eccleſias, appellat Eccleſias, quamvis agitaretur in iis obſervatio legis ceremonialis, & juſtificatio per opera legis.

II. Ex antiquitate Eccleſiaſtica.

Concil. Nicen. can.8. quod infra explicamus.

Concil. Epheſin. can.3. quem vide infra.

Et Auguſtinus, Optatus, aliique Donatiſtas agnoſcunt fratres, quamvis intercederet ſciſma; neque tractant eos ut extraneos ab omni Chriſtianiſmo remotos. Concil. Carthagin. anno 418. can. 11. ordinatos à Donatiſtis in Epiſcopatu relinquebat, & poſſeſſione locorum ſedi ſuæ ſubjectorum; etiam ubi adverſæ partis Catholicæ erat Epiſcopus, modo Donatiſta prior fuiſſet ordinatus. Hoc fuiſſe judicium Melchiadis, & Eccleſiæ Africanæ refert Auguſtinus Epiſt.162.& 50. Vides non obſtante

[a] In judic. de doctrina & vocatione Buceri fol. 108.109.

[b] Part.1 tit.20. *beneficium*.

[c] P.139.P.137.P.121.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſtante ſciſmate, fuiſſe in Eccleſiis Donatiſticis aliquam rationem poteſtatis & vocationis. Sic Africanos pro Eccleſia Chriſti habuerunt reliqui orthodoxi, quamvis Anabaptiſmum eorum, qui ab hæreticis baptizati, acriter defenderent.

Quartadecimani, hoc eſt, Eccleſiæ Aſiaticæ, non fuerunt privatæ nomine Eccleſiæ, neque etiam Romana; quamvis ibi eſſet origo erroris, hic ſciſmatis ſeu ſeparationis.

Sub Simoniacis Papis & Prælatis (quales plurimi fuerunt) aliqua adhuc fuit Eccleſia, ex ſententia Pontificiorum; neque ilico per Simoniam Prælatorum abolita fuit poteſtas omnis, miniſterium, & vocatio Eccleſiaſtica; ergo & ſub hæreticis Papis & Prælatis aliqua adhuc exſtitit Eccleſia. Ratio conſequentiæ hæc eſt. Quia Simonia eſt hæreſis, & Simoniaci ſunt hæretici & ſucceſſores Simonis Magi, ex decreto concil. Lateran. & Iulii II.

III. Ex ipſa doctrina & praxi Pontificiorum.

Anaſtaſius II. Papa, decrevit ſacerdotes & Levitas ordinatos ab Acatio hæretico non tantum eſſe ordinatos, (quod nos ſolummodo in hac cauſa adverſariis objicimus) ſed *etiam abſque diſpenſatione de jure muneribus ſuis poſſe fungi*; ut quidem mentem ejus explicant Gratianus[a] cum gloſſatoribus ſuis.

[b] Alexander III. ſtatuit de iis, qui ſacros ordines ab Epiſcopo, qui loco & dignitati renuntiavit, ſuſceperunt, non ſcienter poſſe diſcretum Pontificem (hoc eſt, Epiſcopum) diſpenſare. Ergo ordo per talem collatus, eſt ordo; quia diſpenſatio non confert ordinem, ſed *tantum concedit executionem officii*, ut ex verbis proximè præcedentibus patet.

[c] Celeſtinus III. Refert ſacerdotem Latinum ab Epiſcopo Græco ordinatum & quidem conſuetudine deteſtabili & penitus improbanda, ita ut ordinatus non deberet permitti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, niſi antiqua conſuetudo & multitudo eſſet in cauſa. Quem tamen non pronuntiat, nullo modo eſſe ordinatum, ſed Archiepiſcopo Hydruntino mandat, ut *cognita veritate & obſervantia conſuetudinis* attendat, *utrū reordinandus ſit, an ſine periculo animæ ſuæ in ſic recepto ordine debeat celebrare, addito ſi quid noverit in ſupplemento ordinis adjungendum*.

Innocentius III. Presbyteros Latinos & Græcos à Græcis Epiſcopis (hoc eſt, ſciſmaticis & hæreticis ex ſententia Pontificiorū) ordinatos, & quidem contra Canonicas ſanctiones, abſque unctione manuum, & extra quatuor tempora ordinationis, tantum jubet *ſuſpendi ab executione ordinis, niſi forſitan eorum aliqui de licentia iſtius Epiſcopi* (ad quem ſcribit) *taliter à Græcis fuiſſent ordinati*, quo in caſu vult eundem *ſupplere, quod ab illis* (Græcis Epiſcopis) erat prætermiſſum. Ibidem cap. 3. Clericos Græcos ſubjectos Epiſcopo Latino, ſi de licentia aut mandato Epiſcopi ſui à Græco Pontifice ordinentur, & quidem ſecundum morem Græcorum, *impediri non debere ab exemtione ordinum taliter ſuſceptorum, quamdiu talis mos ab Eccleſia toleratur*.

Et ſic in genere Eccleſiis Græcis aliqua ratio Eccleſiæ, poteſtatis Eccleſiaſticæ, miniſterii, ſalutis adhuc tribui ſolet à Bernardo ad Papam Eugenium, cum dicit eos cum Eccleſia Romana *eſſe & non eſſe, junctos fide, pace disjunctos, quanquam & in fide claudicaverunt à ſemitis rectis*. & à Petro Cluniacenſi qui epiſt. 16. ad Bernard. lib. 5. loquens de fermentato Græcorum & reliquorum Orientalium, ſubjungit: *Cum hoc ita ſit, nec antiqui nec moderni propter tam celebres & famoſas uſuum diſſonantias à charitate mutua deſciverunt;*

[a] Diſtin. 19. c. Ita, & c. ſecundum. [b] In antiq. collect. decretal. edit. per Ant. Auguſtin. & Carol. Labb. Collect. 1. lib. 1. tit. 7. [c] Collect. 2. lib. 1. tit. 7.

ſciverunt; quia nihil quod fidem vel caritatem læderet in his omnibus invenerunt. Ita judicatum non tantum à ſanioribus quibuſdam in Papatu, ſed ab ipſo Pontifice cum ſuis, qui cum Græcis Eccleſiis earumque Patriarchis, Epiſcopis & Clericis illa qualitate ſæpius egerunt, ut in Concil. Lugdunenſi, Florentino & in receptione Ruthenorum, qui ordinatos à Græcis non reordinarunt. Anno 1560. Pontifex Legato Canobio mandabat ut Ducem Moſcorum quamvis Græcæ Eccleſiæ addictum, hortaretur ut ad univerſalem Eccleſiæ Latinæ conventum & oratores & Theologos ſuos mitteret. Thuan.lib.26.

Operæ pretium eſt audire de Græcis judicium Bernardi de Salingniaco apoſtolici protonotarii:[a] *Incolunt*, inquit, *Cyprum maxima ex parte Græci Chriſtiani, tametſi in multis ceremoniis differant à ritu Romanæ Eccleſiæ, nec ideò tamen damnandi ſunt, niſi credamus fatuè hominum ſalutẽ conſiſtere in ceremoniis, aut magis fatuè extra Romam neminem poſſe ſalvari.*

Et Brocardi Franciſcani:[b] *Quos*, inquit, *nos damnatos judicamus hæreticos, ut ſunt Neſtoriani, Iacobitæ, Maranitæ, Georgiani, ego plerumque inveni bonos & ſimplices eſſe homines, ſincerè erga Deum & homines viventes, &c:* Confer lib.3.ſect.2.cap.8. Reformatos, & illos Orientales in eadem ferè cauſa verſari (ratione ſcilicet diſſenſionis ab Eccleſia Romana) & conſequenter ſimile ferè judicium de utriſque faciendum, addit Caſſander citans hæc teſtimonia in epiſt. ad Hopperum.[c]

Probamus etiam argumento ſumto à *Papiſtis Anglicanis*, qui cum verè & propriè ſciſmatici ſint, ut definit Zvvarez infra citandus; Catholici ſunt tamen, & Eccleſiæ, & ſalutis ratio aliqua apud ipſos remanet. Idem judicare debent de Papiſtis ſuis Sylvæ-Ducis, &c.

Denique communis eſt doctrina Pontificiorum, ordinem collatum ab Epiſcopo excommunicato & hæretico validum eſſe, quamvis peccet conferens & ſuſcipiens. Sic Richardus de Media Villa in 4. diſt.25. art. 1. qu.2. *Hæretici Epiſcopi*, inquit, *verum ordinem conferunt, ſi cum debita intentione formam Eccleſiæ ſervant, diſt. 19. Secundam. Et ſicut hæretici verum ordinem conferre poſſunt de facto, non tamen de jure, ſic & recipere.*

Capreolus & ejus Epitomator Soncinas in 4. diſt.25. *Sciſmatici & hæretici ritè ordinati, ordinant non obſtante prohibitione Dei & Eccleſiæ*, diſt.25. qu.1. art.2. Bonaventura ibid. art. 1. qu.2. num.16. *eſſe apud hæreticos ſacramenta Eccleſiæ &c. quantum ad veritatem, licet non quantum ad utilitatem, quia vera ſacramenta diſpenſant, tamen fructum eorum non reportant.* Quod ad collationem ordinis per Epiſcopum hæreticum, applicat Themeſvar in Roſar. 4. tit. ordo, c.1. Et ipſe Bonaventura loco cit. *Omnia autem Sacramenta ſunt talia, præter Sacramentum pœnitentiæ; cujus res eſt interior contritio, ſine qua nulla vera eſt abſolutio.* Eadem habet Thomas ibid. in ſcripto ſecundo.

Brulifer diſt.25. qu.1. l.4. Gerſon de poteſtate Eccleſiæ parte 1. Azorius:[d] *In Epiſcopo hæretico manet poteſtas conferendi ordines, quia id facit nomine, inſtitutione & authoritate Chriſti: ideoque ab hæreticis Epiſcopis ordinatos & ad Eccleſiam redeuntes non iterum ordinantur. Aliqui etiam tenent hæreticos Epiſcopos poteſtatem juriſdictionis non amittere.*

Cum quibus Scholaſtici, Summiſtæ & Canoniſtæ reliqui conſentiunt, quos hic deſcribere ſupervacaneum.

Ex recentioribus addit Zvvarez;[e] *Sacramenta ab hæreticis miniſtris & præciſis ab Eccleſia valida eſſe, ſi alia neceſſaria adſint, propoſitio eſt de fide.* Atqui ordo etiam eſt Sacramentũ Ianſenio. Viderit ergo, quomodo diſputationes ipſius cum Romana fide conveniant.

[a] In Itinerar. terræ ſanctæ. [b] In deſcriptione terræ ſanctæ. [c] Extat illa epiſtol. in Epiſtolis Illuſtr. Belgarum. [d] Inſtit. Moral. lib.8.c.19. [e] In parte 3. diſp.13. ſect.4.

De degradatis ita Toletus[a]: *Degradatio eſt ſuſcepti ordinis perpetua depoſitio,&c. Eccleſia non potens auferre characterem ordinis, uſum ejus legitimum in perpetuum aufert, & hoc eſt Clericum degradare, & ut ſic dicam deordinare. Dixi autem legitimum, quia non poteſt omnem uſum auferre: nam ſacerdos degradatus poteſt conſecrare, & Epiſcopus degradatus ordinare, licet peccent graviſſimè id facientes.*

Verum ordinem confert de facto, licet non de jure, inquit, Themeſvar. 4. tit. ordo, cap. 1. 9. Quamvis in hac quæſtione varient Doctores, ut judicat Richardus diſt. 25. art. 1. qu. 3.

Ieſuita Fornarius[b]: *Ordo collatus ab Epiſcopo excommunicato, præciſo, interdicto, ſuſpenſo vel Simoniaco, validus eſt: quia talis poteſtatem ordinis non amittit, &c.*

IV. Sciſma ilico non tollere omnem rationem Eccleſiæ, probat ſententia Doctorum[c], qui ſtatuunt Sciſmaticos eſſe de Eccleſia, & aliorum qui dubitant, an ſint de Eccleſia nec ne. Quorum aſſertio & dubitatio cum hæreſeos nondum ſit condemnata, ſequitur contrarium non eſſe de fide Catholica, ne quidem Romana, & per conſequens tali axiomate non poſſe totam Eccleſiæ & Reformationis cauſam convelli, neque noſtro, neque Pontificiorum ſenſu; Sciſmata 26. in Eccleſia Romana quę aliquando in multos annos etiam quinquaginta protracta, non abſtulerunt nomen & rationem Eccleſiæ illi parti, quæ nunc judicatur illegitimo Pontifici adhæſiſſe. Ita enim Ianſenius ſibi contradicens de caſu illo judicat p. 260. Confer l. 3. ſ. 2. c. 1. Colonienſes[d] plurimis Proteſtantium nomen & communionem Eccleſiæ detrahere nolebant, tunc cum Eccleſias Proteſtantium ut hæreticas & ſciſmaticas condemnarent. Eccleſia Africana[e] non dubitavit Donatiſtas habere tanquam fratres, quin & ipſos Epiſcopos factionis duces nomine *fratrum* compellare.

V. Hypotheſis iſta διαῤῥήδην opponitur paradoxæ aſſertioni Ianſenii, qua ſtatuit hæreſin Papæ (qui virtualiter eſt Eccleſia) non tantum non abolere omnem ſucceſſionem & veritatem Eccleſiæ, ſed ne minimum quidem illi præjudicare; quia Papa hæreticus nihil aliud dicit quam *ſedis Romanæ vacationem,* non verò ſucceſſionis Eccleſiaſticæ interciſionem, aut Eccleſiæ fallibilitatem, p. 258. 259.

VI. Cothurni meri in Papatu; *modo* rigide ob accidens malum in Eccleſia, ob defectum ordinis poſitivi, divini, nō per contemptum ſed inevitabilem neceſſitatem, ob privationem formalitatis Eccleſiaſticæ & humanę inventionis, omnem gratiam & ſalutem adimunt. Vt in carentia Baptiſmi, aut Abſolutionis ſacerdotalis, ubi morti dicunt verè credentes in Chriſtum quibus Deus vitam promittit: *modo* circa & contra jura diſpenſant & excipiunt per caſum neceſſitatis, per bonam intentionem, & quid non, ſæpe vivificantes quos Deus mortificat. Ezech. 13. verſ. 18. 19. Alibi etiam adhibēt diſtinctiones inter neceſſarium ad gratiam & ſalutem neceſſitate medii, & inter neceſſarium neceſſitate præcepti divini aut Eccleſiaſtici.

Item inter hæreticum purè exteriorem, & non interiorem. Tolet. lib. 1. c. 19. 5. Et ſic Idololatriæ Papæ Marcellini, hæreſi Honorii, Liberii, Iohannis XII. mirabiles conſuunt pulvillos. Denique cum apud ipſos *fides carbonaria*, quæ eſt *ignorantia* obtineat & meritum aſſignetur erroribus laicorum, quibus ex obedientia erga paſtorem aut pręlatum ſuum ſe addicunt; quomodo ſimpliciter omnis ſalutis ſpes in Eccleſia hæreſeos aut ſciſmatis labe polluta illis præſcinditur?

a Inſtruct. ſacerd. lib. 1. c. 50. b In addit ad Tolet. lib. 6. c 5. c Alphonſ. à Caſtro &c. refert ſententiam & rationes eorum Bellarmin. lib. 3. de Eccleſia milit. c. 6. d Iudic. Vniverſit & Cleri ſecundar. de doctr Buceri p. 111. 112. e Vide Canon Eccleſ. Afric. & collat. Carthag n. 3. c. 247. f Zvvarez diſp. Metaph. t. 1. diſt. 9. ſect. 2. *Theologi dubium in fide dicunt eſſe hæreticum. Quia licet non habeat compoſitionem judicativam, quod aliqua propoſitio fidei falſa ſit, tamen dum apprehendit rem ut dubiam, judicat eſſe incertam, & hoc contra fidem, & hæreticum eſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ditur? Confer quæ ſupra cap.3. hujus ſect. notavimus.

Excutiamus nunc probationes & exceptiones Ianſenii.

Prima eſt.[a] *Penes Arrianos, Neſtorianos, Eutychianos, Anabaptiſtas, Libertinos, Trinitarios Eccleſiaſticæ vocationis authoritas integra permanere non poteſt, Ergo nec penes Eccleſiam tempore Lutheri, ſi quidẽ talis fuiſſet, qualẽ nos deſcribimus.*

Reſp. I. Simile quod adfert, eſt diſſimile. Illorum hæreſis propriè eſt in ſubſtractione, Pontificiorum maximè in additione. Illi fundamentum aut partem fundamenti directè & apertè tollunt, Pontificii fundamento fundamentum aliud addunt, atque adeò indirectè, per reflectionem & conſequentiam, quantum in ſe & in errore ſuo eſt, fundamenta diruunt. Quomodo Galatæ, addentes Chriſti juſtitiæ aliud quid, quo juſtificari volebant, dicuntur, *Evacuati eſſe à Chriſto, & gratia excidiſſe*, Gal. 5. verſ. 4. Alia ergo eſt ratio hæreticorum illorum & Pontificiorum, neque ab illis ad hos velimus conſequentiam duci.

II. Perverſe mutat terminos argumentationis. Inſtitutum erat agere de vocationis eſſentia & veritate, Ianſenius fide ſolita ſubſtituit *integritatem*. Quæ toto cælo differunt. Aliud enim eſt, ipſum eſſe rei, cui opponitur non-ens; aliud *integrum* cui opponitur mutilum. Nos non diſputamus in Eccleſia Romana fuiſſe integritatem vocationis, ſed aliquid adhuc vocationis.

III. Longè alia eſt ratio hæreſeos & hæretici qua talis, & Eccleſiæ ſeu cœtus & ſingulorum in illo cœtu, ubi hæreſis illa tectè depaſcit aut palam graſſatur. Aliud eſt venenum hæreſeos ejuſque effuſio, & aliud receptio ac penetratio ipſius veneni in ſubditis quibuſq; iſtius eccleſiæ. Et alia eſt quæſtio, quale quantumque illud ſit in ſe tum demerito, tum innata ſibi efficacia; & alia, quomodo & quouſq; actu operetur & depopuletur vitales partes, omnemq; gratiã Dei evacuet aut in cœtu, aut in particularibus aliquot ſubditis, quorum ſtatus poſſet eſſe, ut rebelles & Idololatrici Iſraëlis, Hoſeæ 11. verſ. 8. 9.

Hinc eſt quod Eccleſia Africana etiam Epiſcopos Donatiſtas, etiamſi extra Eccleſiam ordinati eſſent, *in ſuis honoribus ſuſcipiendos eſſe cenſuerit: non quo etiam foris ab unitate corporis Chriſti poſſent habere Spiritum Sanctum, ſed maximè propter eos quos foris poſiti poſſent decipere, & à ſuſceptione illius muneris impedire. Deinde ut etiam eorum infirmitas lenius excepta intus ſanabilis fieret.* Auguſtin. Epiſt. 50.

Pontificibus ergo nihil tribuimus, Idolomaniæ nihil: ſed partim melioribus inter malos latitantibus, partim gratiæ Dei, & reliquiis illis gratiæ Dei, quæ non obſtante demerito & letifera mali corruptione, aliquam, ſed vix ſenſibilem cum Deo, Chriſto capite, æterna ſalute fundant ac retinent communionẽ; etiam in illis qui licet moribundi per cõtagium communis erroris ſuo tempore confirmantur. Apoc. 3. v. 1. 2. Difficile enim eſt definire quouſque ſe extendat immenſa Dei miſericordia, cum quantillis gradibus cognitionis aut veritatis cõſiſtere adhuc poſſit veræ & ſalutaris fidei eſſentia, & quo tenui filo adhuc dependeat confœderatio & unio *Dei* cum miſero peccatore. Minimũ *quod nõ*, facilius hic definiri poteſt, quã minimũ *quod ſic*, ut de terminis quãtitatis naturalis loquuntur philoſophi.

Hæc à me ita dicta ad neceſſitatẽ medii, non ad neceſſitatem præcepti, ad adorandam divinam miſericordiam, non ad fovẽdam humanã ſecuritatẽ referre meminerit æquus lector. Et ſic Scholaſtici & Caſuiſtæ illam diſtinctionem inter neceſſitatẽ præcepti & medii, vulgo uſurpãt in quæſtionibus, de virtute & efficacia Sacramentorũ.

Secunda.[b] *Hujuſmodi perditorum conſpiratio potius, quam Eccleſia omni Eccleſiaſticæ miſſionis autoritate, regendæque Eccleſiæ poteſtate funditus excidit.*

[a] Cap. 31. p. 139. Cap. 32. p. 143. [b] P. 139.

Reſp. I. Non omnes qui *jure & merito* ſuo exciderunt poteſtate *quantum in ſe*, ilico ea poteſtate *actu* exciderunt *quod ad nos*, ſeu quod ad ſubditos illius poteſtatis, quamdiu ſcilicet illi tolerantur, ab iis quorum intereſt. Vt politica nunc mittam, An Cyprianū, Auguſtinum, Aurelium cum ſuis Africanis, aut Aſiaticos tẽpore Irenæi, in Romanum Pontificem conſpirantes omni Eccleſiaſtica poteſtate de facto excidiſſe dices?

II. Sit ita, factio & conſpiratio perditorum non erat Eccleſia, in ea non fundabatur poteſtas & vocatio Eccleſiaſtica; ergo non in illis qui illa factione premebantur. Non ſequitur. Aliud eſt factio perditorum, aliud cœtus in quo ſe effert factio, & quem quaſi repræſentat; quidquid illi adimitur aut tribuitur, huic adimi & tribui pariter non debet. Perditor erat Papa, factio erat Papale regimen, Papalis curia cum juratis ipſius paredris. Factioni illi ſubjecti erant tum Laici, tum Clerici aliquo fidei & pietatis ſenſu affecti, ſive illi communem errorem errarent, ſive veritatis aliqua cognitione imbuti eſſent, qui tempore accepto, magnam partem à ſervitute illa factionis publicè vindicati ſunt. [a]

Inſtant. Atqui Eccleſia & ratio Eccleſiæ quæri ac poni debet in illis, qui illam repræſentant, hoc eſt, in Papa, aut in Epiſcopis; non in laicis & parte aliqua cleri.

Reſp. I. Scio hoc Ianſenium perpetuo præſupponere, ſed ſophiſtica illa, qua petitur id quod eſt in quæſtione.

Nos negamus nomen Eccleſiæ Matth. 18. aut de Papa ſolo, aut de Epiſcopo debere exponi, ut quidem Pontificii faciunt. Nedum ut tota Eccleſiæ ratio & poteſtas ſit in vitiis & corruptelis hominum, aut in perditis prælatis quà talibus.

II. Nondum de fide definitum eſt apud Pontificios in quo ſit poteſtas Eccleſiæ repræſentativè, in Papa, an verò in Epiſcopis extra concilium, aut in concilio. Itaque non eſt quod perſuadeant nobis ea, quæ ipſi non credunt.

III. Aliud eſt repræſentatio activè, aliud paſſivè dicta. Illa eſt, qua quis ſtudio & conatu ſuo ſe protrudit, etiam prævalet ad repræſentandum; quomodo *tyrannus titulo*, ſimulac populum ac regimen aliquod occupavit, illud ſuo modo repræſentat, & repræſentationem illam intendit & præ ſe fert. Hæc eſt, qua conſenſu & commiſſione ſpeciali repræſentatio illa in aliquem confertur. Repræſentatio illa Papalis potius prioris quam poſterioris generis eſt. Et quidquid ſit de poſteriori, modò per errorem & contra jus facta intelligatur, revocari debet, & ipſo jure nulla eſt. Sic in Regno quod tyrannus occupavit, aliqua tamen ratio populi, Politiæ, & politici regiminis remanet, aliqua legum vis & authoritas, aliqua felicitatis civilis ſpes, quâ frui poſſunt illi qui tyrannidem illam tolerantes ad veram tamen beatitudinem contendunt. Sylva-Ducis (quæ pars Ducatus Brabantiæ & Belgii) in rebellium & hæreticorum poteſtatem devenit (judicio tuo) & juramentum fidelitatis illis præſtitit. Quid? an tibi Senatus populuſque Sylvæ-Ducenſis ilico non-populus, non-cives, non-ſenatus; ſed rebellium & perditorum conſpiratio, factio, & Satellitium tyrannidis, &c. Longè aliter canit epiſt. dedicatoria Spongiæ tuæ præfixa.

IV. Eccleſia eſt totum ſimilare, aggregatum ex multis particularibus Eccleſiis, atque illa ratione unum per accidens. Non aliter ac totum mare, omnia maria in ſe continet. Nulla repræſentatio & unio Eccleſiarum Occidentalium talis fingi debet, quæ perimat eſſentiam Eccleſiæ cujuſque in illa collectione, & unitatem ejus per ſe; atque adeò confundat partem unam iſtius collectionis, cum alia.

V. Cum

[a] Colonienſes libr. cit. p. 111, ineptam eſſe illam Buceri conſequentiam; *Bucerus non eſt ex nobis, ſeu in Eccleſia, ergo neque Proteſtantes ſunt noſtri.*

V. Cum Papa Liberius, Honorius, Iohannes XXII. tam pernicioſam factionem molirentur, contra cauſam Dei; nemo tamen Papiſtarum inde concludi vellet, univerſam Eccleſiam Romanam fuiſſe perditorum conſpirationem, quamvis Papæ cum curia ſua virtualiter & repræſentativè fuerint illa Eccleſia Catholica Romana ex ipſorum ſenſu.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT XIV.

Refelluntur exceptiones contra teſtimonia Concilii Niceni, Hieronymi, & Gratiani.

TERTIA Exceptio eſt adverſus Concilii Niceni & Hieronymi prolata teſtimonia: [a]*Falſum eſt*, inquit, *Concil. Nicenum & Hieronymum ſtatuere, aliquam vocationem ab illis acceptam, in Eccleſiis Arrianorum & Catharorum. Et quamvis eſſet veriſſimum, nihil penitus prodeſſet ad purgandos veſtros à ſacrilegio. Veſtri enim ante diſceſſum nihil in Eccleſia noſtra poteſtatis acceperant ad gubernandas Eccleſias, unde nihil etiam remanſit diſcedentibus, vel ad redeuntes redit.*

Reſp. I. Quod dicit noſtros ante diſceſſum nihil in Eccleſia Romana poteſtatis ad gubernandas Eccleſias accepiſſe, ad morbū & vertiginem ipſius referimus, non rationibus, ſed anticyris expugnandum. Primates ſcilicet Germaniæ & Angliæ, reliqui Archiepiſcopi, Epiſcopi, Præpoſiti, Eccleſiarum *Rectores* (ut [b] Canoniſtæ omnes parochos appellant) presbyteri, nihil poteſtatis acceperant. Quaſi diceres, Marcum Antonium de Dominis Archiepiſcopum Spalatenſem, primatem Dalmatię & Croatiæ nihil poteſtatis ante profectionem ex Papatu (cujus cauſas editis ſcriptis expoſuit) accepiſſe, & ad redeuntem nihil rediiſſe.

II. Non falſum, ſed veriſſimum eſt, quod dixi: 1. *Eſſentiam & bonitatem vocationis corrumpi aut tolli non poſſe per reſectionem vitii & ſtrumæ, quæ vocationi illi adhæſit.* 2. *Vitium vocationis ab humanâ ἀταξίᾳ, ex. gr. papiſmo adhærens, non poſſe abolere aut planè irritam facere vim & veritatem vocationis & inſtitutionis divinæ in Eccleſia.*

Hæc duo à me ibi dicta, Concil. Niceno & Hieron. ita etiam intellecta eſſe aſſerui. Quod ordinatos ab Arrianis & Catharis in Eccleſiis hæreſi & ſciſmate laborantibus, in clero manere voluerint. Vnde indubiè ſequitur,

Qui in Eccleſiaſtico ordine permanet & non removetur, ille in Eccleſiaſtico ordine fuit, & ordinem aliquem ab ordinatoribus ſuis accepit.

Sed Clericus ordinatus à Catharis, &c. in Eccleſiaſtico ordine permanet ex decreto Concilii. Ergo

Major eſt veriſſima. Nihil enim permanere aut continuare poteſt niſi quod fuit & cœpit eſſe. Aliquis ergo ordo, aliqua poteſtas miniſterii Eccleſiaſtici fuit penes illas Eccleſias, & penes illos ordinatores Arrianos, cum nihil dare poſſit, quod ipſum non habeat vel formaliter vel eminenter, & conſequenter non ilico hæreſi aut ſciſmate aliquo funditus omne veſtigium poteſtatis & vocationis aboletur in Eccleſia, ut vult Ianſenius.

Minor probatur, ex verbis concilii can. 8. ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ Κλήρῳ. id eſt, *ut accepta manuum*

[a] Cap. 32. p. 143. 144. [b] Lancelot. in Inſtit. juris Canonici.

impoſitione ſic in clero maneant. Manuum impoſitio hic intelligitur non χειροτονίας, id eſt, *ordinationis* ſeu καθιερώσεως, id eſt, *conſecrationis* ad miniſterium; ſed εὐλογίας, *benedictionis*, quæ adhiberi ſolet lapſis pœnitentibus & redeuntibus ab hæreſi ad veram Eccleſiā, tanquam Symbolum orationis ſuper illum hominem ; & pacis, Euſeb. lib. 7. cap. 2. & canon 57. Collect. Eccleſiæ Africanæ. Cyprian. libr. 3. epiſt. 14. & 73. ad Iubajanum. Hæc iterari poterat in caſu lapſus, illa verò minimè, ut conſtat ex Optato Milevitano, qui eo nomine Donatum reprehendit, lib. 1. Hæc etiam in fœminis locum habebat, illa minimè, Concil. Nicen. can. 19. cum Laodiceno can. 11.

Illos autem qui permanebant in Clero, fuiſſe ordinatos Epiſcopos aut presbyteros ab ordinatoribus Catharis, non Catholicis, conſtat ex verbis ſeq. ἔνθα μὲν οὖν πάντες, &c. id eſt, *Vbicunque autē ſive in vicis, ſive in civitatibus ipſi ſoli inventi fuerint* ordinati, *qui inveniuntur in Clero in eodem ordine* (σχήματι, id eſt, habitu habet altera lectio) *permaneant. Si autem Catholicæ eccleſiæ Epiſcopo aut presbytero exiſtente quidam accedunt, manifeſtum eſt quod Epiſcopus Eccleſiæ dignitatem Epiſcopi habeat.*

Habes ergo hic, 1. Fuiſſe illos ordinatos. 2. Ordinationem quorundam factam à Catharis, ſive in communione ſectæ Catharorum, non vero à *Catholicis*, ut habent tomi Concilior. ex Merlini editione contra fidem canonum codicis Græcè edit. à Tilio Epiſc. Meldenſi, & codic. canon. Eccleſię Roman. Latinè editorum à Wendelſtino Moguntiæ 1525, ubi illud gloſſema non comparet. 3. Illos fuiſſe relictos in illa ordinatione, ſeu in ea permanſiſſe, non vero fuiſſe ordinatos de novo, quod neceſſe fuiſſet, ſiquidem prior ordinatio nulla eſſet omnino, ut vult Ianſenius. Quomodo Paulianiſtæ, *qui præterito tempore in clero fuerant rebaptizati, ordinabantur ab Epiſcopo Catholico*, ex decreto ejuſdem Concil. can. 19. Ita ut perperam editio illa conciliorum Merlini pro *manuum impoſitione* (ut habet codex canonū ex editione Wendelſtini) ponat *ordinatione*: quod verbis proximè ſequentib. manifeſtè refellitur, *ſic in Clero maneant*. Eſt enim hic manuū impoſitio intelligenda, quæ tanquam *pœnitentibus & fidelibus laicis fiebat* juxta can. 27. & 57. Eccleſiæ Africanæ. Hanc mentē Concilii explicat Synodica ipſius epiſtola, quam refert Gelaſius Cyzicenus li. 2. actor. Concil. Niceni: τοὺς ὑπερ αὐτοῦ κατασαθέντας, μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας, ἔχειν μὲν αὐτοὺς τὴν τιμὴν καὶ λειτουργίαν. *Vt ab illo conſtituti, ſanctiore ordinatione confirmati, habeant & honorem & miniſterium.* Theodoret. hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 1. c. 9. habet Synodicam epiſtolam, cujus hæc verba : *Illi autem qui ab eo presbyteri deſignati ſunt, ſimulatque ſanctiore ordinatione confirmati fuerint, hac conditione in Eccleſiæ communionem admittantur: nimirum ut Eccleſiaſticæ dignitatis gradum habeant illi quidem, ſed tamen omnibus presbyteris in ſingulis provinciis & Eccleſiis verſantibus, qui ſunt ab honoratiſſimo viro & collega noſtro Alexandro ordinati, ſint omnino inferiores.* Quin ipſe Ianſenius ſibi contradicens, quo magis explicat, applicat, eo magis ſe intricatum invenit, & eo apertius hanc mentem Concilii exponit.

Inſtant. 1. [a] *Concilium non diſponit quid vocationis Cathari habuerint; ſed poteſtatem, qua carebant, eis indulgendo concedit.*

Reſp. I. Non diſponit, ſed præſupponit ibi fuiſſe ordinationem & poteſtatem, in qua manere eos vult; cum enim propter hæreſin & ſciſma omni poteſtate eccleſiaſtica & cleri honorabili conſortio excidiſſent, clementia tamē peculiari iis confirmat priſtinam conditionem, in eaq; eos perſtare vult.

II. Si omni poteſtate caruerant, & Chimæricum eſſet ac purum ens rationis quidquid ſibi collatum putabant, cur in eo Chimærico figmento manere eos voluit, cum nemo maneat in eo quod non eſt? Cur per

ordinationem

a Pag. 144.

ordinationem Catholicorum Epiſcoporum non contulit clericatum & poteſtatem, ſiquidem aliter illa conferri non poteſt? quemadmodum in cauſa Paulianiſtarum decernit can. 19.

III. Concedit non poteſtatem ſeu ordinem, ſed uſum & exercitium ordinis; neque confert, ſed confirmat primam vocationẽ ad ordinẽ ſeu clericatũ, quam illegitimè acceptã porro abuſu ſuo irritã fecerant.

Sicuti Dominus noſter Iohan. 21. Petro non confert primo apoſtolatum, ſed confirmat aut reſtituit, unde ſua culpa merebatur excidiſſe.

Diſtingue ergo τὸ *ordinare, iterum ordinare ſeu reordinare* (ut loquitur Concilium quoddam & Papa Celeſtinus III.[a]) à *confirmare*; illud eſt ipſum ordinem *conferre*, quo omnino quis caret, iſtud *in ſupplemento ordinis adjungere*, ut loquitur Papa ibid. Illi reſpondet propriè *ingredi aut intrare*, iſti *permanere*, ut loquitur Synodus Nicena.

Inſtantia 2. *Quod Catharos in Clero manere voluit, indulgentiæ fuit non juſtitiæ, ne vel eccleſiæ pax, vel ſalus eorum ſeveritate tardaretur.*

Reſp. I. Evenit tibi hic quod in pleriſque exceptionibus ad loca ex patribus aut conciliis objecta; quo magis explicas eo magis te implicas, & dicta noſtra apertius confirmas. Tanta vis veritatis. Manet ergo hoc, Concilium Nicenum Catharos hæreticos ab aut ſub hæretica factione ordinatos, in ordine illo voluiſſe manere, qui ipſis collatus erat. Si enim ex clero aut ordine Clericatus jure ejici potuiſſent, & tamen indulgentia quadã in eo manebant, ſequitur neceſſariò eos in clero fuiſſe, cum nemo ejici poſſit ex ordine aut ſtatu in quo nunquam fuit: *Privatio enim præſupponit habitũ*, ut notum ex philoſophia; nemo etiam manere poſſit in eo, in quo nunquam fuit, cum omnis rei duratio & permanentia, præſupponat eſſentiæ & exiſtentiæ principium.

II. Non quæritur quare aut in quem finem Concilium ordinationem & clericatum illum, ut ut contaminatũ, adhuc pro tali agnoverit, ſed an agnoverit. Sic noſtri & rei veritate & æquitate Chriſtiana adducti in corrupta Eccleſia adhuc aliquam miniſterii & vocationis rationem agnoſcunt.

III. Diſtinctio illa in rebus divinis adhibita non caret ſua obſcuritate. Sic enim membra ejus opponi non debent, ut indulgentia ſeu diſpenſatio ſit ſine juſtitia aut cõtra juſtitiam, contra veritatem, contra jus divinum. Æquitatẽ adjunctum juſtitię, non oppoſitum faciunt Ethici, eſt ἐπανόρθωμα νόμου ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου, id eſt, *correctio legis, qua aliquid ei deeſt, propterea quia generaliter loquitur*, inquit Philoſophus[b]. Vbi Paraphraſes Gr. Anonymus: *Etenim & jus, & jure melius eſt æquum. Neq; ut alterius generis quam ipſum jus ullo eſt melius, ſed ut pars alterius partis, quæ ejuſdem ſit generis.* Concludit in fine capitis: *Atq; hic habitus æquitas, quæ juſtitia quædam eſt, non vero alia ab ea, aut habitus diverſus.* Ergo legem, jus & juſtitiam præſupponit ac includit, non excludit. *Æquitas eſt habitus inclinans ad bene interpretandum leges, ſeu ad dandum exceptiones legum, ubi oportet, quando oportet.* Et, *proprie eſt quædam juſtitia penſatis omnibus particularibus circumſtantiis, cui tamen aliquid miſericordiæ eſt admixtum, &c. Et iſta exceptio legis ab Ariſtotele vocatur* ἐπιείκεια, *quandoq; juris interpretatio, ſicut Iuriſtis, quandoq; diſpenſatio, ſicut à Canoniſtis*, ſunt verba Tartareti[c]. *Diſpenſare idem eſt, quod interpretari jus cõmune, & ſic inferior crebro interpretatur jus commune, quorum pacto debet intelligi* ἐπιείκεια, *naturalis æquitas apud philoſophos penitus eadẽ & diſpenſatio apud Canoniſtas parum diſcrepant*, inquit Ioh. Major in 4. diſt. 24. qu. 4. Æquitas ergo non eſt niſi quæ ad jus reducitur; unde I.C.C. jus definiunt[d] *artem æqui & boni.* Immo eſt pars juſtitiæ, ut diſputat Ioh. Verſor quæſt. 10. in V. Ethicor.

IV. Indulgentia & *diſpenſatio* proprie verſantur

[a] Antiq. Collect. Decretal. collect. 2. tit. 7. c. 1. & tit. 35. c. 1. [b] Ethic. lib. 5. c. 10. [c] In quæſtion. moralib. cap. V. de Obligat. & de actibus. [d] Vlpiani hanc definitionem defendit Alciat. Parerg. lib. 1. cap. 30.

verſantur circa jus & legem. Definitur enim *Diſpenſatio* (ab Hoſtienſe) *juris alleviatio facta cum cauſæ rationabilis cognitione ab eo qui poteſt.* Vbi ſubdit Antonin.[a] *Quod ſi prælati abſq; rationabili cauſa vel ſaltem dubia pro ſola voluntate licentiam tribuant veniendi contra leges, ſecundum Bernard. in lib. de diſpenſ. & præc. non erunt diſpenſationes ſed diſſipationes, & peccabunt ipſi diſpenſantes cum diſpenſatis ſi eis utuntur.*

Indulgentia, *hic conceſſionem gratiæ aut diſpenſationem, aut remiſionē pœnæ, aut omnia ſimul ſignificat*; Quocunque modo ſumatur, non poteſt illa eſſe contra jus divinum, ſed pro jure divino. Manet ergo, divino jure omnes ordines & ordinationes ab eccleſia illa non abeſſe, ubi adeſt ſciſma aut hæreſis.

V. Quidquid ſit, indulgentiæ & tolerantiæ tam divinæ, quam humanæ nos in hoc caſu etiam adſcribimus, quod apotactici epiſcopi permanſerint tales, & ad agenda eccleſiaſtica adhibiti fuerint, etiam ad ordinationes, à quibus merito ſuo excludi aut ſuſpendi debuerant. Ita ut Calamitoſiſſimis illis deformatæ eccleſiæ temporibus applicari poſſit illud Ieſa. 1. *Niſi Iehova Zebaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Zodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorræ ſimiles.*

Inſtant. 3.[b] Hieronymus apertiſſime in eodem libello de Epiſcopis Ariminenſibus: *Non quod Epiſcopi poſsint eſſe, qui hæretici fuerant, ſed quod conſtaret eos, qui reciperentur hæreticos non fuiſſe. Et, cum Epiſcopus in mundo nullus ſit, niſi quos Synodus Nicena ordinavit.*

Reſp. I. Hieronymus non loquitur ibi de ortu miniſterii ſeu de ordinatione, an illa aliqua fuiſſet, nec ne; ſed *de actu, continuatione* & exercitio; an ſcilicet ibi jure poſſit eſſe aut ſubſiſtere, ubi intercedit hæreſis. Non agit de intruſione in miniſterium, ſed de ejus abuſu. Non quomodo quis venerit in miniſterium, ſed quid illi ſupervenerit. Neq; enim quærebatur an Epiſcopi illi unquam fuiſſent ordinati, an vero ſemper merè laici fuiſſent; multo minus an in Ariano Concil. Arimi. fuiſſent ordinati, (quod nunquam factum:) ſed an non abuſu Epiſcopatus ſui per malas actiones & concluſiones in illo Concilio, jure irritum feciſſent Epiſcopatum, & ſe ipſos indignos eo, quo ante hunc abuſum pari jure cum cæteris gaudebant.

II. *Iure & quantum ad demeritum*, coram Deo & hominib. tales non poſſent eſſe; ſed inde non ſequitur eos actu nihil tale eſſe, accedente & intercedente Dei & Eccleſiæ clementia, indulgentia, tolerantia, & conniventia, *qui non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis*. Pſal. 103.

Diſtingue ergo inter meritum ſeu jus, & actū; inter illud quod quis eſt in ſe, & quod eſt gratuita Dei æſtimatione; inter id quod ad peccatum ipſius natum eſt ſequi *per ſe*, & id quod non ſequitur per accidens generoſæ Dei miſericordiæ. Qualis diſtinctio ad locum Galat. 5. v. 3. neceſſariò referenda eſt, ut concilietur cum Galat. 1. 2. & 6. 1. Hic enim dicuntur Chriſtiani, ut cap. 5. v. 3. *non Chriſtiani & à Chriſtianiſmo excidiſſe*, ut exponit ibi Corn. à Lapide.

III. In Politicis illa diſtinctio, in caſu tyrannidis neceſſario adhibenda; niſi ſupera inferis miſcere velimus. Aliud ibi eſt, e. gr. quærere quid ſit tyrannis uſurpans, cjuſque meritū in ſe; & aliud quis ſit Princeps Tyrānicus, quid ei obediētiæ debeatur, dum adhuc à Deo in Principatu toleratur, & ab iis quorum intereſt, qui malum tolerant quod tollere non poſſunt. Neq; enim in noſtra fabrica tam calidè Ignitæ Ignatianæ illæ cum pulvere nitrato ſufflātur[c] Maximæ pſeudo-Politicę ad perditionē Regū & Rerumpub. geminæ peremptoriis Ianſenii Axiomatis ad condemnationē animarū & eccleſiarum.

IV. Et ſic in Canonicis, indulgentia, diſpenſatio, & approbatio expreſſa, vel tacita

conniventia

[a] Antoninus part. 1. tit. 17. de lege canonica ſect. 19. [b] Pag. 144. 145. [c] Vide Maxim. as illas paricidales in Catechiſmo Ieſuitico, & Myſteriis patrum Ieſuitarum, & Goldaſti Replica pro Imperio cap. 2. & 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

conniventia ſubſequens, ſuſtentat illud quod alioquin per ſe ſubſiſtere non poſſet. Pone tantum illum caſum quem habet Ianſenius, de Pontifice Romano per meretrices aut imperatores intruſo, de quo ſect. 3. cap. 1. & lib. 3. ſect. 2. cap. 1.

Ita & nos dicimus in clero Eccleſiaſtico ſæculis proximis ante Lutherum nullas veræ vocationis reliquias potuiſſe ſupereſſe aut ſubſiſtere ſub onere illo corruptionum, niſi ſuccurriſſet Dei admirabilis miſericordia, inſuper charitativa tolerantia & exſpectatio omnium quorum intererat, atque adeo contrarii conatus melioris cujuſque in Clero, Magiſtratu, & populo acceſſiſſent.

Inſtant. 4. *Arriani & Meletiani Epiſcopi nulla Eccleſiaſtica poteſtate gaudebant. Hinc eſt quod Concilium Nicenum, nolens Meletium ejuſdem indulgentiæ eſſe participem, ei Epiſcopatus, omnemq; ordinandi poteſtatem, relicto ſolo titulo, abrogavit.*

Reſp. V. Quæſtio iſta *an per tolerantiā Dei & Eccleſiæ* ſeu quorū intereſt, Clerus aliquis vitioſus, adhuc ſit Clerus & habeat aliquam poteſtatem Eccleſiaſticam; atque adeo pro tali haberi poſſit, tum propter bonum quod in ipſis adhuc eſt, tum propter bonos, qui inter ipſos ſunt, quāvis ſæpe minori numero & authoritate. Huic Quæſtioni annexa eſt altera, *An Eccleſia tali Clero onerata* & quaſi oppreſſa, adhuc aliqua ratione ſit & verè dici poſſit eccleſia; Et an vocatio ad miniſterium facta in illa eccleſia, etiamque per talem Clerum quod ad actus ſibi proprios & ab Eccleſia commiſſos, participare poſſit aliquo modo eſſentiam vocationis, an vero ſit purum putum non - Ens, non aliter ac vocationes inter Paganos, Mahumediſtas, Iudæos, &c. Tertia Quæſtio hinc profluit, *An ulla participatio* gratiæ Dei & ſalutis, in communione tam corrupti miniſterii & tam deformatæ Eccleſiæ ulli hominum poſſit eſſe, ſive ille explicite & directe conſcientiam deformationis habeat, ſive implicite, & interpretatione, ſeu plane ignorantiā puræ negationis. Ad illas Quæſtiones nos cum diſtinctione reſpondemus, quod ſic, & ſupra rationes attulimus. Hic Ianſenius ſuas antitheſes, ac deinde rationes & exceptiones opponat. Quamdiu huc non collimat, tota ipſius diſputatio erit, ut & hactenus fuit Colloquium Eraſmi ἀπροσδιόνυσον.

2. Alia eſt quæſtio, An legitimi Concilii aut Eccleſiæ ſententia & authoritate, abrogari poſſit & debeat miniſterium idololatris, hæreticis, apoſtaticis, apotacticis, diabolis incarnatis, Simoniacis, perjuris, contentioſis, ignorantibus, adulteris, concubinariis, otioſis, mundanis & carnalibus, percuſſoribus, aleatoribus, ebriis, porcis, aſinis Arcadicis, & ſimilibus. Si affirmativam teneat Ianſenius, habet nos conſentientes, tam in theſi, quam in hypotheſi. Debuerant enim Eccleſiæ occidentales, ſeu communi, ſive unaquaque particulari ſuo judicio, in Concilio aut extra Concilium ejuſmodi Clericos removere aut ingredientes arcere. Debuerant Principes & Magiſtratus authoritate ſua in ordinem eos redigere. Quod ſi factum, jam meliores fuiſſent miniſtri, aut non fuiſſent omnino, nō aliter ac Meletiani, Arriani, Cathari, Neſtoriani, &c. rediiſſetque illud τὰ ἤθη ἀρχαῖα κρατείτω. i. *antiqui mores obtineant.* Hæc omnia ex ordine & more antiquæ Eccleſiæ & diſciplinæ geſta fuiſſent. Atque huc propriè pertinent dicta & facta illa quæ ex antiquitate allegat quidem Ianſenius contra Papatum pro reformatione & pro reformatoribus, qui hoc egerunt ut ſeveritas illa antiqua diſciplinæ in uſum revocaretur, ubicumque id fieri poſſet, ut in Anglia, maxima parte Germaniæ, in Dania, Suetia, Scotia, parte Helvetiæ, &c: Sed ut video Ianſenio cum ſociis dicis cauſâ iſta citanti placet Hiſpanicum adagium, quod mihi objicit p.

 312.

312. *Iuſtitia, juſtitia, no por mi caſa.* Quod ſi Eccleſię Occidentales, aut collectim aut aliqua ſeorſim, tum propter valida impedimenta, tum propter lentitudinem & teporem multorum, ad quos hoc pertinebat, debitam diſciplinam & medicinam exercere non potuiſſet, utique vicarium ejus remedium amplectendum erat, hoc eſt, cedendum torrenti corruptionis, & ſecedendum ab irreformabili illo Clero, cujus communione tot myriades animarum aut pollutæ, aut ſuſpenſæ tenebantur: Quod à temporibus Waldenſium in Gallia, Bohemia, Moravia, Polonia, à plurimis tunc factum, & à nonnullis in Calabria, Pedemontio, Longobardia, Anglia, &c. atteſtantur hiſtoriæ, de quibus lib. 3. ſect. 2.

3. Stante ergo per iſta ignorantiæ tempora nimiâ, (proh dolor!) patientiâ conniventia, & ceſſatione Eccleſiarum & Principum, durante iſto Legũ ac diſciplinæ ſomnio, erant & manebant ad hoc plurimi in ordine eccleſiaſtico, qui eo indigniſſimi erant, & quos dudum ejectos oportuiſſet: ab illis ſi noſtri ſe ordinari paſſi ſunt, dicendum eſt factum fuiſſe ex neceſſitate (non tamen abſque peccato) quia exauctorati nondũ erant ab iis, ad quos hoc pertinebat. & quia in iſtis Eccleſiis alii & meliores non ſuppetebant. Quomodo Pontificii ſuadent audire miſſam, & ſuſcipere ſacramenta à Sacerdote hæretico, ſi quidem alterius copia non ſit, in caſu neceſſitatis.

[a] Inſtant. 5. *Concilium Epheſinum declarat nullam eccleſiaſticæ communionis facultatem habere Epiſcopos illos, qui Neſtorium cum ipſis condemnare noluerant. Et Concilium Sardinenſe Concilii Niceni appendix aut ſupplementum Theodorum ab Heraclæa, Narciſſum, &c. exauthoratos ab officio Epiſcopatus removet.*

Reſp. I. Vtrumque Concilium illis fecit, quod inordinatis & apoſtaticis clericis Eccleſiæ Romanæ faciendum erat ante tempora reformationis. Sed ſi Eccleſia & Concilia non obſtantibus abuſibus, malos illos Epiſcopos toleraſſent, ſaltem ad tempus ſive ex ignorantia facti, ſive aliis de cauſis, utique alia ratio fuiſſet vocationis eorum ante latam in ipſis anathematis & exauthorationis ſententiam, quam poſt eam. II. *De* Concilio Epheſino mox aliquid dicendum erit. Quod ad titulum, Sardicenſis Concilii mirari ſubit, qua antiquitatis notitia & quorum patrum exemplo dicatur *appendix & ſupplementum Concilii Niceni.* Hanc καινοφονίαν debet Cardinali Perrono. Codices canonum Eccleſiæ univerſæ, & Eccleſiæ Romanæ, Breviaria Ferrandi, Dionyſii Exigui, Gieſconii, primæ editiones Conciliorum, Caranza in epitome Concil. Prateolus in narrat. hiſtorica Concilii, Bellarminus in Chronologia archaiſmum hunc ignorant. Nicenum anno 325. celebratum, Sardicenſe ann. 347. ut ſupputat Baronius: Illud convocatum à Conſtantino Magno, hoc à Conſtantio & Conſtante: illud ad deciſionem controverſiæ de Deitate Chriſti, hoc ad deciſionem cauſæ depoſitionis Athanaſii: illud fuit Oecumenicum totius ſcilicet imperii Romani, hoc tantum Occidentis & ſic Occidentalibus Epiſcopis illud circumſcribit Hilarius ac cum Syrmienſi conjungit [b]; & Epiphanius δυτικὴν σύνοδ[ον] *occidentalem ſynodum* appellat [c]. Et nullæ antiquorum aut recentiorũ, nullæ editiones Conciliorum, aut canonum, aut breviaria cum quatuor Concilia Oecumenica recenſent, Sardicenſi locum ibi aſſignant, cum tamen tribus poſterioribus antiquius ſit: ubique vides poſt ſcripturas authoritatem Niceni ut Concilii Oecumenici. I. & Conſtantinopolitani, ut II; Epheſini ut III. Chalcedonenſis ut IV. prætẽdi. Gregorius M. in regiſtr. lib. 1. cap. 24. Gelaſius, I. apud Gratianũ diſt. 15. c. *ſancta Romana.* C. tit. de ſumma Trinitate. l. *nos reddentes* & Iuſtini[...]

[a] P 145. [b] Contra Conſtantium. [c] Hæreſ. 71. quæ eſt Photinian.

ni novell.131. in principio. Codex Canonum Eccleſiæ univerſæ à Tilio Epiſc. Meld. Gr. editus Concilii Sardicenſis nuſquam meminit; ne quidem ut particularis. Anno 419. in celebri controverſia inter Africanas Eccleſias & typhum Epiſcopi Romani, nomen iſtius Concilii patribus Africanis (inter quos Aurelius Auguſtinus) incognitum erat. In Concil. Chalcedonenſi quum produceretur in cauſa Baſſani & Stephani codex canonum, Sardicenſes ibi nuſquam comparent. Dionyſius Exiguus, in Chalcedonenſis Concilii *decretis Græcorum canonum finem eſſe declarat;* [a] mox addit: *Ne quid præterea notitiæ veſtræ credar velle ſubtrahere, ſtatuta quoq; Sardicenſis Concilii atque Africani quæ Latinè ſunt edita, ſuis à nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta.* Hinc colligimus quam exiguæ, ſaltem quà non Oecumenicæ fuerit authoritatis Synodus Sardicenſis, quæ convocatione quidem erat univerſalis, ſed celebratione particularis, ſciſſis Orientalibus ab Occidentalibus, h.e. majori parte à minori, & in peculiarem ſynodum Philippopoli coëuntibus. Quod autem Sardicenſe dici poſſet confirmaſſe doctrinam Concilii Niceni, nihil eſt; nam Conſtantinopol. Epheſini, Chalcedon. eandem confirmarunt, nemo tamen ea dixerit eſſe *Nicenum aut appendicem Niceni.* Mirabilis hæc eſſet rei unitas & continuitas, ubi nec materia, nec forma, nec efficiens, nec finis unus eſt.

[b] Inſtant. 6. *Si enim Epiſcopi nõ ſunt, &c. Hinc eſt quod Concilium Nicenum, ut locum habere poſſent ordinationes Meletii, facultatem exercendi acceptam poteſtatem iis, qui ab ipſo ordinati fuerant, ſua authoritate reſtituit.*

Reſp. I. Non de recto uſu aut abuſu miniſterii, aut de exercitio; ſed de titulo & uſurpatione hic agimus; non de effectu poteſtatis officii, ſeu muneris, ſed de vocatione & ordinatione ad illud. Diſtinguenda enim veritas ordinis, ab executione ordinis, quomodo Gloſſa juris Canonici in ſacramentis generaliter illa diſtinguit, ad diſt. 19. c. ſecundum. Immò maximè hoc in te retorquemus, *ſi locum habere poſſunt ordinationes Meletii,* ſi ab illo *accepta poteſtas,* ſi *facultas exercendi poteſtatem reſtituitur* à Synodo, ergo ex mente Synodi aliqua fuit poteſtas, aliqua collatio poteſtatis, aliqua ordinatio; Nam ſi purum fuiſſet Non-ens, utique nec auferri nec reſtitui poſſet.

II. Confirmatur ergo, quod ego dixi, aliquam adhuc in eccleſiis Occidentalibus Papatus corruptione obſeſſis, potuiſſe eſſe vocationis & ordinationis rationem, quamvis illa fieret per Epiſcopos maxima ex parte apotacticos, quia ex ſententia Concilii Niceni aliqua adhuc agnita & præſuppoſita fuit in Eccleſiis & Epiſcopis quos Ariana & Novatiana labes infecerat.

III. In Simoniaca ordinatione, ordinatores & ordinati ipſo jure ſunt excommunicati ſecundũ antiqua & nova Conſilia, Paparũ decreta, atq; adeo omnia jura antiqua & nova, ut ſupra cap. 8. oſtendimus. At plurimi Papæ, Epiſcopi, presbyteri & olim & nunc in Papatu Simoniacè ingreſſi ſunt, quo dæquè à miniſterio & Eccleſia alienos facit, ac hæreſis aut ſciſma; ſicuti etiã Simoniaci hæretici dicti fuerunt à Papis Gregorio VII. & ſucceſſoribus, imo & hæreſiarchæ à Iulio II. An ergo ſimpliciter omni miniſterio & vocatione illos ſpoliabit Ianſenius, an vero diſtinctionem adhibebit? Quamcumque proferat diſtinctionẽ, erit ipſi gladius Goliath. De presbyteris concubinariis & ſcortatoribus habent antiqua jura; *Nullus miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductã mulierem, unde etiam ipſa ſancta ſynodus hoc capitulandũ ſub excommunicatione ſtatuit* [c]. dicens &c. diſt. 32. c. *nullus* & cap. *præter.* Sed niſi nova jura propter *corporum fragilitatem,* & univerſalitatem iſtius labis hoc [d] antiquaſſent, jam nulla

[a] In Epiſtola ad Stephanum Papam, olim præpoſita Interpret. codic can. apud VVendelſtin. [b] P. 675. [c] Conſentit ex neotericis Navarrus cap. 22. n. 4. & c. 25. n. 80. [d] De ablatione hujus prohibit. Zvvarez diſp. 18. ſect. 1.

nulla eſſet hierarchiæ ſucceſſio, nullus legitimus miniſter in Papatu, cujus miniſterio quis uti poſſet; immo nulla eſſet Eccleſia, quia oves & plebes eſſent excommunicatæ, niſi forte quę Gropperi aut Bellarmini miſſam audiſſent, quorum ille hiſtorię Surii inſeritur ut corvus albus; iſte quam ex *ſacro fonte animam, quam à matre virginem carnem acceperat Deo reddidiſſe* dicitur, in epigraphe iconi ſubjecta.

[a]Quarta Exceptio. *Falſum eſt Anaſtaſium* II. *decreviſſe eos quos Acacius poſt ſententiam in ſe prolatam Sacerdotes & Levitas ordinaverat, rite fungi acceptis officiis debere & quamvis ita decreviſſet nihil tibi penitus prodeſſet, &c.*

Refut. I. Veriſſimum eſt quod ego retuli, Gratianum dicere, ab Anaſtaſio hoc decretum. Hoc ſi præſtem liberavi fidem meam. Gratianus quam verè aut hiſtoricè decretum retulerit, quam rectè de decreto iſto judicarit, ipſe viderit & Ianſenius cum ſociis, nō ego: perinde eſt uter in luto hæreat; Papa Anaſtaſius, an decretorum compilator. Neutrius enim authoritate tenemur in rebus fidei. Sed dum Gratianum, aut Anaſtaſium, aut utrumque vobis objicio, Babylonicam veſtram confuſionem & incertitudinem in rebus fidei tantùm indico, & ad hominem arguendo Papatui Papatum oppono. Sed reponam verba mea, prout ipſe Ianſenius p. 131. deſcripſit, ut de viri hujus fide & conſcientia omnes ſtatuere poſſint. *Et Papa Anaſtaſius,* II. *quos Achatius* (*dicendum Acacius, Græcis* Ακάκιος) *poſt ſententiam in ſe prolatam ſacerdotes vel levitas ordinaverat, rite fungi acceptis officiis debere decrevit. Sunt verba Gratiani diſtinct.* 19. *c. ita Dominus quibus ſubjicit Anaſtaſii decretum.* Conferat lector verba mea cum ipſo Gratiano, & videbit, *non fuiſſe condemnatam conſcientiam meam per ſcientiam*, ut quidem Ianſenius pro fide & caritate ſua mihi objicit, II. Prodeſſe mihi hanc citationem & obeſſe adverſariis meis, vel cœcus etiā videat; dum aut Ius Canonicum, ſecundum quod regitur Eccleſia Romana, aut decretum Papæ in manifeſto errore & contradictione deprehenditur; ut patet ex exceptionibus & inſtantiis Ianſenii, quibus dum explicare ſe putat, ſe cauſamque ſuam magis implicat, & id, quod ego intendi, manifeſtiſſime confirmat. Itaque tutius hanc moleſtiam ſilentio tranſmiſiſſet, quod in aliis locis Scripturæ aut Patrum, aut Pontificiorum ſuorum contra ipſum prolatis non imperitè fecit.

Except. I.[b] *Etiamſi tale decretum Anaſtaſius ſanxiſſet, nihil tibi prodeſt. Semper enim in Eccleſia Catholica certiſſimum fuit, eos qui ab hæreticis ordinati ſunt, non poſſe legitime ſuis officiis fungi, niſi ab Eccleſia ipſis authoritas conceꝺatur.* Hoc eſt quod Athanaſius, &c. & quod Hieronymus dicit, &c.

Reſp. I. Si nihil aliud haberē quā decretū Anaſtaſii, non prodeſſet mihi ad fidem meā firmandam aut fulciendam, immo nihil ad hoc mihi prodeſt, nec etiā prodeſſe velim. Dixerit enim an tacuerit Anaſtaſius, nihil ad nos. II. Sed ad hoc prodeſt nobis, & obeſt deſperatæ veſtræ cauſæ. Quod Pontifex ille aliter ſenſerit, immo decreverit, quam Ianſenius profeſſor Papatus; atque ita neceſſario aut Ianſenius à veritate deprehendatur deſciſcere (quippe qui à centro, à radice, à capite ab infallibili magiſtro & ſucceſſore in primatu D. Petri recedit) aut Papa contra certiſſimam & communem Catholicam & orthodoxam fidem jam inde ab Apoſtolorum temporibus, decreverit, ut quidem Gratianus aperte, & Ianſenius tectè de Anaſtaſio judicat.

Appello vos defenſores Papatus, vos judicate an nihil mihi proſit, ſi pro me, ſi pro noſtrorū vocatione habeam decretum Papę quo omnes veſtri tenētur, & quod avertere non

[a] C. p. 29. p. 131. 132. 133. [b] p. 132.

non poteſt Ianſenius, niſi dicat Papam decreviſſe aliter ac certiſſima & conſtans doctrina Eccleſiæ Catholicæ habet. An hoc etiam mihi nihil prodeſt, ſi Anaſtaſius Papa illo decreto noſtrum errorem erraverit contra perpetuam catholicæ, etiam Romanæ Eccleſiæ doctrinam? Ita tam facile animoſâ confidentiâ magna illa præcipitia tranſmittere ſolet Ianſenius, in quibus declinandis ſanguinem quaſi ſudant Hercules illi Bellarminus, Baronius, &c. confer quæ ad lib. 3. ſect. 2. ſcripſimus. III. Cum dicis, *non poſſe legitimè ſuis officiis fungi*, ſophiſtice mutas terminos. Neque enim controverſum eſt inter te & me, an ordinatus ab hæreticis, jure communi debeat ſuo officio fungi, abſque conſenſu & conceſſione Eccleſiæ, ſed hoc quæritur: an ſit ordinatus. Gratianus impingit Papæ (ut explicat Gloſſa) *Quod ordinati ab hæretico ſine omni diſpenſatione de jure poſſint ſua officia exercere. Dicit enim Hoſtienſis quod hæretici habent veritatem Sacramentorum, ſed non habent executionem eorum.*

II. [a]*Falſum*, inquam, *iſtud eſt quia nihil aliud Anaſtaſius decrevit, niſi quod decernit catholica fides, Rata fuiſſe quæ Acacius hæreſi contaminatus ſacramenta contulerat, eò quod eorum effectus nequaquam à miniſtrorum bonitate pendeat. Accipe verba Anaſtaſii, ut omnibus pateat fucus tuus. Secundum Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem ſacratiſſimum ſerenitatis tuæ pectus agnoſcat quod nullum de his, quos baptizavit Acacius, vel quos ſacerdotes ſeu Levitas ſecundum Canones ordinavit ulla ex nomine Acacii portio læſionis attingat, quo forſitan per iniquum tradita ſacramenti gratia minus firma videatur.*

Reſp. I. Niſi vertigo aut veritatis conſcientia exſtaticum aliquid te perpeti coëgiſſet, utique tam miſere cauſam tuam non prodidiſſes. Sed *tanta vis veritatis, ut ex invitis pectoribus erumpat.* Et tamen Gratianus vapulat, & ego falſi inſimulor. Habemus ergo hic, explicante Ianſenio, *Primò*, ab Acacio antiqua *hæreſi contaminato* (ut loquitur Ianſenius) *ordinatos ſacerdotes, per illum gratiam ſacramenti traditam.*

II. *Sacramenti gratiã*, atq; adeo ſacramenti Ordinis (quod ex mẽte Anaſtaſii tale eſt, ſaltem fide communi Eccleſiæ Romanæ) *firmam eſſe*, neque *ex nomine* hæretici ordinatoris ſeu miniſtri hujus ſacramenti *Acacii, ulla læſionis portione attingi.* Contra quam Ianſenius dicit omnem ordinis, miniſterii, ordinationis, poteſtatis Eccleſiaſticæ rationem ibi funditus periiſſe, imo purum putum nihil ibi eſſe, ubi eſt hæreſis vel unius labes.

III. Cum catholica fides, ut tu ais, decernit rata eſſe quæ hæreſi contaminatus ſacramenta contulit, aut ſacramentum Ordinis, ejuſque collationem à numero ſacramentorum excludit, aut ab illius prædicati participatione ſacramentum Ordinis excipit. Si prius, jam laborat fides veſtra quæ ſeptem ſacramenta numerat, & in iis *ordinem*. Si poſterius, cur non aperte limitas articulum iſtum catholicæ fidei, & dicis: in aliquibus ſacramentis hoc valere, ſed non in omnibus, ſaltem non in Sacramento ordinis. Sed metuiſti ne gloſſa nimis apertè corrumperet textum decreti Anaſtaſiani in quo exſertè *ordinatio Sacerdotum & Levitarum* ponitur.

IV. Nihil aliud decernit, hoc eſt, nihil aliud debuit decernere, aut nihil aliud intelligi à nobis debet, quicquid ſit de verbis Anaſtaſii. Ita procul dubio Ianſenius more Romano & ſcholis iſthic frequentato interpretatur Anaſtaſium, ſecundum currentem fidem Eccleſiæ Romanæ & opinionis diſputatæ, ad quam trahunt Scripturam, Concilia, Patres, & quidem *excogitato commento.* (ut candidè Theologi Duaceni & authores Indicis expurgatorii Belgici)

[a] Secunda pro priori exceptione Inſtantia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

abſque hac panacæâ Patres ipſis *non ſunt Patres, ſed Vitrici, quando loquuntur contra Eccleſiam.* Et ſic quiſque Doctor Pontificius reſervat ſibi jus interpretandi, torquendi, caſtigandi, immo errorum accuſandi Patres, Concilia, Pontificum decreta, à quibus ſi nos vel latum unguem receſſerimus, mox hæretici, novatores audimus. Tetigeram aliquid de iſta antiquitatis prætenſa larva in Philonio not. 21. & 25. & 36. & 53. Sed Ianſenius totum hoc præteriit.

Inſtant. 3.[a] *Non es auſus ullum verbum ex Anaſtaſii decreto tangere, tantummodo verba Gratiani citas, & nova ſtropha fide ſolita diſſimulas, eundem Gratianum, cum Anaſtaſii verba non perciperet, eodem loco tradidiſſe, quod illicite & non canonice, ſed contra decreta Prædeceſſorum & Succeſſorum hæc reſcripta dederit, & ideo eum ab Eccleſia Romana repudiari.*

Reſp. I. Auſus ſum illud probare quod dixi, & etiamnum audeo; quod non dixi præſtare non teneor. Siquidem ego Anaſtaſio tale decretum tribuiſſem, fidei meæ fuiſſet illud Anaſtaſii verbis probare, eaque eum in finem producere.

Sed quia tantum dixi, quid Gratianus Papæ Anaſtaſio impegerit ſatisfeci verborum ipſius (quibus hoc agit) exſcriptione. An verò Gratianus hic offam canonicam, an paleam ſuis objecerit, ad veſtram culinã id quidem pertinet, nihil ad nos, neque nos tum id agebamus. II. Quod autem ut mihi ægre facias, ſcil. aliqua ex Gratiano adhuc addis, gratias tibi ago, tum quod illa meam aſſertionem illuſtrent & confirment magis de Gratiano hoc tribuente Pontifici veſtro, tum vel maxime quod Gratianus atq; adeo oraculum juris Canonici reformationi noſtræ tam egregie reſpondeat: *Decreta ſcil. Pontificum illicite & non canonice contra fidem catholicam non tantum poſſe fieri, ſed & facta eſſe, atque adeo Papam aliquem ab eccleſia Romana repudiari.* Gaudemus in ſtercoribus illis hoc ramentum auri adhuc inveniri. III. Erit poſthac noſtris æquior Ianſenius, quod Pontificum decretis, decretalibus, bullis, & brevibus non obtemperent, ſiquidem Papæ aſſeclis tam facile poſthabere aut repudiare ea, jus faſq; eſt. IV. Potuiſſet etiam exſcribere reliqua Gratiani, quæ hoc, quod dicimus, magis illuſtrant. *Multi Clerici ſe à communione ipſius* ([b] Anaſtaſii) *abegerunt, eo quod communicaſſet ſine conſilio Epiſcoporum ſive Presbyterorum, & Cleri cunctæ Eccleſiæ catholicæ Fotino &c. & quia voluit occulte revocare Achatium, & non potuit: nutu divino percuſſus eſt*, quia inquit Gloſſa, *dum aſſellaret, emiſit inteſtina, ignominioſe lapſus*; eadem Gloſſa concludit, *illum incidiſſe in hæreſin jam damnatam, & excommunicatum fuiſſe à Felice, Gelaſio, & Hormiſda* &c. V. Si decretum Anaſtaſii Iuri canonico inſertum, quo lectorem remitto, voluiſſem deſcribere, ſex rationes Papæ exhibuiſſem, quibus ille decretum ſuum confirmat & concludit, quod ſacramenta Acacii ſervari debent: *nam Baptiſmata & ordines à malo collata per ipſius malitiam non impediunt, ut* explicat Gloſſa: Sexta ratio habet hæc verba. *Adeo autem non requiritur, quis vel qualis prædicet, ſed quid prædicet.*

Vbi gloſſa: *In ſacramentis non eſt attendendum quis vel qualis conferat, ſed quid conferatur*, quæ Ianſenio ſaltem non proſunt. VI. Eodem loco etiam tradit Gratianus, Decretales & ſanctiones Pontificum habere vim & authoritatem, quando præcedentium Patrum decretis & Euangelicis præceptis non contrariantur. Et adfert exempli loco decretum Anaſtaſii ab Eccleſia Romana repudiatum. Recte ſane.

[c] Inſtant. 4. *Gratianus Anaſtaſii mentem non percepit.* &c.

Reſp. I. In omnes formas ſe vertit, tam timide Anaſtaſium ab hac opinione liberat,

[a] Pag. 132. [b] Diſtinct. 19. cap. Anaſtaſius. [c] Pag 132.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

rat, ut mox citatis Gratiani verbis, quibus Papam condemnat, ſubjicere cogatur: *Et ideo eum* (Anaſtaſium Papam ſcil.) *ab Eccleſia Romana repudiari.* Sic Gratianus. Pergit Ianſenius; *Et hæc eſt cauſa cur dixerim, nihil prodeſſe tibi, etiamſi Anaſtaſius tale decretum ſanxiſſet. ſemper enim in Eccleſia catholica* (hoc eſt Romana) *certiſſimum eſt eos qui ab hæreticis ordinati ſunt, non poſſe legitime ſuis officiis fungi, niſi ab Eccleſia ipſis authoritas concedatur.* Quod eſt, ſi interpreteris; Eccleſiam Romanam hic repudiare Anaſtaſium, quicquid ille decreverit, & ob hanc cauſam nihil facere pro nobis illud decretum, contra ſententiam eccleſiæ Romanæ, quæ hic prævalet, quia ita nunc Gratiano & Ianſenio placet: alias prælaturis Eccleſiæ [a] *Conciliis, patribus, mille Auguſtinis, mille Hieronymis, quamvis Papalem de cathedra definitionem, ſive ille diligentiam adhibeat, ſive non.* II. Gratianus mentem decreti perceperit, an Ianſenius, quâ Catholico-Romanâ definitione ſtatutum eſt? Quis interpretationum Iudex hic erit? Quis Ianſenio poteſtatem contulit condemnandi aut emendandi jus canonicum, aut decreta Pontificum interpretandi contra jus Pontificium? Viderint hoc Canoniſtæ & Eccleſia Romana, quæ jure iſto regitur. Certe Gloſſa quæ explicat Gratianum nullam hic cenſuram paſſa, neque à Sixto V. neque à Gregor. XIII. Nedum ut Gratiano ipſi in ſcholis Decretorum nigrum illud Theta fuerit præfixum: [b] *Hic Magiſter non tenetur.* Et totum Gratiani decretum antehac (quidquid recentiores nunc pudorem aliquem præ ſe ferant) non tantum communi traditione & conſenſu pro regula juris & regiminis Eccleſiaſtici receptum, ſed etiam exſerte à Papa Eugenio III. confirmatum eſt, & Scholis atque Eccleſiis omnibus Romanæ obedientiæ impoſitum anno 1168. III. Quod ſi Gratianus in luto hæreat; videmus ergo qua rhapſodia & centone male conſuto hactenus exornata prodierit Papalis hierarchica Politia: Et Decretorum illum compilatorem non abſimilem eſſe frigori quod diſgregat homogenea & congregat heterogenea. Cujus doctrinæ ſæpe *prævalet ſententia Theologorum & cujus multos canones ſæpe falſos eſſe* nunc probant recentiores, & inter eos Baronius. IV. Mantiſſæ loco Gloſſam adſcribimus: [c] *Variis modis ponitur caſus hujus C. G. inducit quaſi ſit abrogatum: & Molendus ſentit cum eo, & omnes qui dicunt veritatem Sacramentorum non eſſe apud hæreticos. H. dicit quod nec C. eſt reprobatum: nec, pro his, quæ hic continentur, auctor damnatus fuit: quia nihil hic continetur quod non canonicè dicatur: ſed imo fuit iſte damnatus: quia communicavit Fotino hæretico, & quia voluit revocare Achatium hæreticum poſt mortem, & ideo Anaſtaſius iſte fuit damnatus &c. Alii dicunt quod hoc C. cum authore eſt reprobatum, quia voluit dicere quod ordinati ab hæretico ſine omni diſpenſatione de jure poſſunt ſua officia exercere.* V. Gratianus cum Canoniſtis ſuis hoc de Anaſtaſio non tantum tenuit: Sed & Martinus Polonus, Faſciculus temporum, Marianus Scotus, Sigebertus (qui duo, quantæ authoritatis hiſtorici apud Pontificios!) Platina, Baptiſta, Fulgoſus, aliique; & celebris Poëta Dantes Aligerius, qui cantico XI. de L. Inferno Anaſtaſium inter hæreticos in gehenna puniri canit; cujus commentatores Chriſtoph. Laudinus, & Alexander Vellutellus idem cum dictis authoribus de Anaſtaſio referunt. Illis ergo antiquis ſucceſſionis Romano-catholicæ notariis & juris Pontificii ſcriniis credemus, an Bellarmino aut Ianſenio factorum luci, & teſtium ſuorum torrenti, pervicaciam & conjecturam meram

[a] Sunt verba Epiſcop. Biſontini, & Gregorii de Valentia. [b] Vide cenſuras in Gloſſas juris Canonici juſſu Pontificum à Magiſtris Apoſtolic. Palatii editas an. 1572. & 1580. [c] In diſtin. 19. c. Secundum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

meram opponentibus? VI. Quod ſi ego Anaſtaſio, non Gratiani verbis, ſed meis tale quid impoſuiſſem, non tamen dica falſitatis, ſed venia dignus eſſem, non minus quam Dantes Aligerius, Innocentius Papa, Thomas, aliique, & ex recentioribus Ieſuita [a] Coſterus, qui dicit Anaſtaſium *ab Acatio ſeductum cum illo communicaſſe*, & *occulte illum voluiſſe reſtituere, licet non potuerit*, ac propterea *videri illum infamem*.

[b] Bellarminus præter morem benignè excuſat Dantem Aligerium: *Ac Dantes quidem aliqua venia dignus eſt, quippe qui Martinum Polonum, Gratianum & alios quoſdam erroris ſui habuit authores. Illi enim Dante antiquiores ſcriptum reliquerunt Anaſtaſium Pontificem &c.* De Thoma Canus lib. 5. c. 6. p. 354. *Innocentius decretum Gratiani eodem nomine retulit quo erat à Gratiano citatum, id quod & Thomæ aliiſque viris doctis aliquando accidit, ut Gratiani diligentia fiſi capita decreti ementitis authoribus & titulis referant.*

VII. Cur Ianſenius Romana confidentia non reſpondit, de jure Canonico ſuo, quod Cenſores Gregor. XIII. *Illud caput Anaſtaſius fuiſſe omnino confictum?* An verò metuit ne nimis proderet unitatem & concordiam Cadmæo-Romanam? Cur cum Alberto Pighio, ut *Anaſtaſium in libertatem aſſereret, Gratianum non vexavit contumelioſiſſime, juriſperitis turpiſſime maledixit?* ut de illo teſtatur Canus lib. 6. cap. 8? Cur cum Ieſuita [c] Delrio apertè non exprobravit Gratiano: *Facinus ſibi familiare quo cogere ſolet in unum diverſos Canones, & aſſuere limbos ſuos canonibus Conciliorum, quos producit?* Cur cum Gloſſatore non adſcripſit: *Fateor plane te mentitum Gratiane?* Præter Theologorum invectivas [d] vide de decreti authoritate pugnantes Canoniſtarum ſententias apud Albericum Gentilem diſput. de libr. ſuris Canonici cap. 2.

SECTIONIS SECVNDÆ
CAPVT XV.
Excommunicatio Papatus, & ſeceſſio à Papatu Miniſtris Reformatoribus vocationem & miniſterium non abſtulit.

Quarta hypotheſis: [e] *Seceſſio ab illa eccleſia & excommunicatio atque exauthoratio ejus eccleſiæ, in qua & à qua miniſterium acceperant primi Reformatores, omnem poteſtatem & vocationem illis abſtulit, & à fundamentis evaneſcere fecit, adeò ut certiſſima ſalutis tam ipſorum quam omnium ſectatorum (quia extra eccleſiam nulla eſt penitus) jactura ſequatur.*

Reſp. Iam ſupra ſect. 1. hujus lib. cap. 3. de excommunicatione Reformatorum egimus, de ſeceſſione ſeu ſciſmate infra li. 3. agendum. Negamus alterutrum aut utrumque, qua tale, potuiſſe aut debuiſſe aut in propria conſcientia, aut in foro Eccleſiæ illos ab omni miniſterio abſolvere. Et quia Ianſenius hæc placita non probat, ſufficeret nobis negatio noſtra, ſed ex ſuperabundanti

Sic impugnamus.

Excommunicatio ipſo jure nulla, non ligat.

Sed excommunicatio Reformatorum eſt talis. Ergo.

Major veriſſima eſt & utrique in confeſſo, ut videre eſt in tractatu Bellarm. contra ſeptem Theologos Venetos & Fr. Paulum.

Minor probatur. Quia non fuit facta propter juſtas cauſas pertinaciam ſcil. in peccato adverſus primam & ſecundam legis

[a] Enchirid. p. 143. [b] In reſponſ. ad lib. anonymi, *Abiſo Piacevole* cap. 14. [c] Diſquiſ. Magic. lib. 4 cap. 4. qu. 3. & lib. 5. ſect. 16. pag. 789. 790. [d] Vide Alphonſ. à Caſtro lib. 1. cap. 7. [e] Cap. 30. pag. 136. 137. & cap. 25. p. 120. 121.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

gis tabulam: Immo contra hæreſeos & Apoſtaſiæ factio excommunicavit inſontes, orthodoxos, idque propter rectam fidem & corruptionis emendationem. Hæc nullitas ſufficit ad evacuandam omnem anathematis efficaciam. Alias nullitates quæ debitum & legitimum modum, item auctorem & miniſtrum excommunicationis ſpectant, ſciens nunc prætereo, imprimis cum Sectione 1. cap. 3. eas etiam affigerimus quantum ſufficit. Cauſas autem non fuiſſe hæreſes aut peccata, ſed puram & ſalutarem doctrinam, converſionẽ à peccatis, jã millies deſceptatum eſt, & nos diſceptandum obtulimus. Sed cavit ſibi hactenus Janſenius, ne æſtu aliquo in hunc Oceanum abriperetur. Adeo ut in cap. 25. & 30. in hypotheſeos hujus explicatione cauſarum excommunicationis apertè meminiſſe auſus non fuerit, probè ſciens rimulam ſaltem principalis cauſæ diſquiſitioni hac ratione aperiri.

II. Jam conſuetudo illa obtinuerat in Eccleſia Romana ut Papæ excommunicationes ſolitis nullitatibus infames tantundem valerent ac quiſque valere eas vellet aut putaret; ita ut animis plurimorum altè inſideret illud [a] Stoici: σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι, id eſt. *Te enim alius non lædet, niſi ipſe velis. Tunc autem læſus eris, cum te lædi exiſtimaris.* Erant enim jam longo uſu deprehenſa Pontificum & Curiæ Romanæ decreta, judicia, cenſuræ, conſtitutiones, deciſiones ferreę, plumbeæ, impiæ, ſolidæ, ineptæ, per fraudẽ aut per vim extortæ, ludicræ, vagæ, volaticę, inſtar Protei aut Chamæleontis in omnes formas & colores mutabiles, Cadmeâ concordiâ ſe invicem conficientes; adhæc rebus Pontificum privatis, negotiis hujus ſæculi, & alienæ libidini tanquam normæ aut typo aptatæ, non veritati, non pietati, non juri divino aut eccleſiaſtico [b]. Qualia cũ ferreo illi ſæculo ſuo tribuat Baronius, nos majori ratione ſequentibus ſæculis uſque ad Lutherum tribuendum putamus. Ita ut cenſuris & ſententiis illis aptari debeat quod habet Cyrillus Alexandrinus in Levit. lib. 14. *Interdum fit ut aliquis non recto judicio eorum, qui præſunt Eccleſiæ, depellatur & foras mittatur. Sed ſi ipſe non ante exiit, hoc eſt, ſi non ita egit ut mereretur exire, nihil læditur in eo quod non recto judicio ab hominibus videtur excluſus, & ita fit ut interdum ille qui foras mittitur intus ſit, & ille foris ſit qui intus retineri videtur.* [c] Septem Theologi Veneti: *præcepto ſummi Pontificis, à quo probabiliter timetur oriturum ſcandalum, & perturbationem in ſtatu Eccleſiæ, non eſt ab Eccleſiaſticis parendum, quamvis illud ſanciat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.*

Et propoſit. 15. *Quando Pontifex ad præceptorum ſuorum injuſtorum obſervantiam cenſuras excommunicationis fulminat, illa continet errorem intolerabilem, & eſt injuſta, & nulla, nec recipi, nec illi obtemperari, nec ullatenus æſtimari debet ſalva reverentia debita ſedi apoſtolicæ.* Et [d] Bellarminus Antagoniſta Venetorum: *Non enim negamus, ſi ſummus Pontifex cenſuras fulminet, ut ſibi aliquid manifeſte iniquum imperanti obtemperetur, cenſuras haſce injuſtas & nullas eſſe.* Et poſtea pag. 93. ad propoſ. 17. *Paſtor qui plebi ſuæ ſacramenta miniſtrare tenetur, peccaret ſi hoc facere omitteret, ut interdictum aliquod manifeſte nullum obſervaret. Hadrianus* VI. [e] *Excommunicatus injuſte non tenetur ſe excommunicatum tenere.* Bartholom. Fumus [f] *Excommunicatio tenet non quando fit poſt legitimã appellationẽ, quando ſententia continet intolerabilem errorem.* Infinita exempla poſſem adferre eorum qui Anathemata Pontificum ſpernentes, non pauci etiam ſuis anathematis retundentes, non

[a] Epictetus in Enchir. c. 37. [b] Exempla vide in fine hujus capitis. [c] Propoſit. 3. [d] Reſponſ. ad tract. ſeptem Theolog. Venet. propoſit. 15. pag 78. [e] In 4. Sentent. fol. 22. B. [f] In ſumma pag. 109. verſa.

tamen ut Ethnici aut Publicani ab Eccleſia habiti ſunt, aut loco ſuo moti, ut imperatores Otho IV. Fredericus I. & II. Henricus IV. & V. Ludovicus Bavarus, Conradus, Reges Galliæ, Philippus Pulcher & Ludovicus XII. Angliæ Iohannes; Poloniȩ Boniſlaus: Concilia, ut Wormatienſe (cujus acta deſcripta habes apud Goldaſtum in Conſtitut. Imperalium part. 1.) Baſileenſe; Cardinales præterea, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Eccleſiæ, & Clerici Academiæ & Doctores in Germania, Gallia & Italia, de quorum judiciis pro Imperatoribus, Regibus, nationibus, Eccleſiis excommunicatis conſulendus Nobil. Pleſſeus in Myſterio, Baronius in Annalibus, imprimis ad ann. 1076. & Apologiæ pro Henrico IV. Imperatore editæ à Goldaſto an. 1611. Ejuſdem Goldaſti replica pro Imperio contra Ieſuitam Gretſerum. Nihilo magis familiare fuit olim in Papatu, quam ut anathemate aut judicio gravati à Papa appellarēt ad Concilium, à Concilio ad Papam, ab Antipapa ad Papam; & vice verſa, à præſenti Papa ad futurum ſeu ſucceſſorem proximum, ab omnibus ad tribunal Chriſti. Recens Exemplū eſt in Philippo II. Hiſpaniarum Rege, qui à Sixti V. ſententia (per quam Antonius Navarræ Rex à banno abſolutus, & inſcio Rege Hiſpaniæ hoſtis ejus in gratiam erat [a] receptus) provocavit ad Concilium in partibus Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Belgii &c. convocandum. Tale quid muſſitant rumores, quam certi neſcio, de præſente Hiſpan. Rege. Et per bullam de cœna Domini quotannis. [b] Item *à Iure* per canonem vel ſtatutum vel conſtitutionem Eccleſiaſticam, tam multi excommunicantur, qui ſi omnes ab officio ceſſarent, brevi cathedræ, Eccleſiæ, capitula, curiæ, throni Regū & Principum vacarent in Papatu. Vt enim Dii illi περπικέραυνοι homines tanquam pilas, ita homines viciſſim eos tanquam pilas habebant. Dum illi abſq; poteſtate, abſque jure, tam facile tonitrua ſua emitterent ex privata contentione, factione, avaritia, ſuperbia, animi levitate, aliorum quorumcunq; libidine, inertia, & ſtoliditate; factum eſt, ut homines in conſcientia ea metuerēt nō aliter ac Strepſiades nubes illas Socratis:

[c] Καὶ σέβομαι γ' ὦ πολυτίμητοι, ἢ βούλομαι
ἀνταποπαρδεῖν
Πρὸς τὰς βροντάς. οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνω
ἢ πεφόβημαι.

Et veneror quidē, o honorandi, & volo oppedere
Ad Tonitrua. ita illa timeo & reformido.

Memorabile levitatis & ſtoliditatis exemplum exhibet cauſa [d] Raymundi Lullii, cujus ultra 500. in religionem Chriſtianam errores Avenione peculiari bulla anathemizavit Gregorius XI. [e] Martinus V. Apoſtolica ſua ſententia bullam illam Gregorii, tanquam *ſubreptitiam, obreptitiam, & de falſitate evidenti nimis ſuſpectam caſſavit, irritavit & annullavit: Lullii omnia dicta, ſcripta, & opera in ſtatum priſtinum reduxit.* Tandem delegati ad hanc cauſam in Concil. Tridentino 1563. *decreverunt expungendam D. Raymundi* [f] *quorumcunq; operum improbationem ab indicibus præſertim Pauli Papæ IV. librorum prohibitorum. Vbi allegatur prædicta bulla Gregor. XI. fictitia ex ſola mentione, quæ de illa reperitur facta in privato cujuſdam opere. Illud autem ſtatutum jam poſt ſervatum videmus in catalogo S.D.N. Papæ Pii Quarti &c.* Non obſtante Gregorii bulla, qua pugnarunt adverſarii Lullii, Baleares frequētibus miraculis illuſtres reliquias ipſius pia devotione proſequuti; à Regib. Magnatib. Theologis *Sanctus, Spiritus S. Organum, Doctorque divinitus illuſtratus,* dictus eſt; lectores & interpretes ejus multis privilegiis etiā dotati; ſcripta ejus à pluri-

[a] Refert Goldaſt. in Repl. c. 13. p. 168. [b] Vide de excommunicat. à jure Tolet. libr. 1. c. 5. & 6. [c] Ariſtophan. in Nebulis act. 1. ſcen 4. [d] Ludovicus Nonius in Hiſpania cap. 93. [e] Nicolaus de Pace Theologus in antidoto, apud Evvaldum de Hogeland. in defenſione Alchymiæ. Colon. apud Bernard. Gualtherum 1604. in 8. [f] Hæreſeos tamen notatum, etiamnum judicant Eimericus in Director. & Mariana, de reb. Hiſp. lib. 14. & Delrio diſqu. lib. 1. c. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

plurimis etiam Theologis illuſtrata & omnibus commendata; quin & invicem Ariſtotelis in ſcholis propoſita. De Fratricellis à Johanne XXII. condemnatis, à Gregorio XI. & Eugenio approbatis, refert Hoſpinianus de Monachis lib. 6. c. 32. Vides judiciorum Papalium auctoritatem, de quibus aperte Colonienſes contra Bucerum fol. 115. *Non ignoramus, quibus conſiliis ſolent judices, immo non judices, ſed cauſarum patroni, aliquando ab apoſtolica ſede pro judicibus per fraudem impetrari.* Et gloſſa juris Canonici[a]: *Gregorius Papa hoc invitus permiſit ob nimium ſcandalum, nec dabat eis occaſionem mali, quia invitus concedebat. Alii dicunt quod hoc c. loquitur ſecundum antiqua tempora.*

De abſolutione Papali Delecti Cardinales & Theologi ſimiliter judicant:[b] *Quod excommunicatus poteſt abſolvi propter bonũ aliquod particulare, quãvis non poſtulet & maneat contumax ac protervus, & ipſe nolit abſolvi.*

Alterum exemplum ſtoliditatis & levitatis Papalis exhibet condemnatio Virgilii per Papam Zachariam, apud Aventinũ l. 3. annal. Boſor. Quod ſtatueret Antipodes. Quam infamiam Ianſenii Socius Libert. Froymundus [c] eluere quidem ſtudet, ſed nondum perſuaſit.

[d] *Tertium* exemplũ dabit proceſſus ille cõtra Belgas aliquot Romæ inſtitutus ante paucos annos, qui in carcerẽ conjecti tanquam Lutherani, quod diebus Sabbathi à Feſto *nativitatis* uſq; ad *purificationis*, carnes in honorẽ B. Mariæ & Chriſti incarnationis comediſſent, ex more & geniali devotione ſcil. patriæ ſuæ. Cũ controverſia illa adhuc penderet, invenitur bulla Hadriani VI. qua ille in gratiam Belgarum ſuorum conſuetudinem probat & venerandam facit, atque una confirmat bullam Bonifacii VIII. [e] quæ Germanis & Belgis indulgentias concedit, ſi poſt actas gratias in menſa ſemel biberẽt. Habent ergo mei Belgæ, quo gaudeant in utroque jure eſculento & poculento; nihilominus diſcant hinc Deum illum Romanũ (*cujus authoritas magis in hominum opinione conſiſtit, quã certis viribus*, teſte [f] Iovio) nemini revera nocere aut prodeſſe poſſe, & eſſe *regem ſolummodo ſtultorum*, ut non nemo illũ appellabat. De eſu iſto carnium videas ibi Deos minorum Gentium & inter ſe & cum Papa ſuo digladiantes. Giſb. Maſius Sylvęducenſis Epiſcopus ſeverè interdixit in ſtatut. Synodal. cap. 11. Contrà *Hovius* Archiepiſcopus Mechlinienſis exemplo ſuo & propria menſa, & ſucceſſor ejus *Iacobus Boonẽ* bulla peculiari 1629. [g] exſerte probavit. Quorum judiciũ quia forte fortuna coincidit cum Magiſterio Adr. VI. nõ illibenter Belgæ noſtri ſequentur, poſthabito miſero Maſio cũ ſymbolo ſuo: *Quo me vertã neſcio.*

Quartum exemplum decretorum & mãdatorum quodlibetalium Papæ præbeat, *ſpaſmus Virginis Mariæ*, cujus feſtum & octavæ celebrantur Romæ à dominica in paſſione uſque ad dominicam palmarum incluſive, & petuntur tunc indulgentię: Quãvis contrà Cajetanus ſpaſmum illum explodat in quæſt. Quodlibetal. Fol. 256.

Et [h] Carthagena cum Theologis ab ipſo citatis: Et in Hiſpania concionatores ſpaſmum prædicantes, coacti ſunt à ſacro inquiſitionis officio ad palinodiam, quod fortitudinem B. Virginis obſcurarent.

Etiam Romæ omnes picturas ſpaſmum Mariæ exhibentes mandante Magiſtro Sacri Palatii deletas teſtatur ibid. Carthagena. Nequis putet intra Doctorum ſubſellia, aut atomos pulveris Scholaſtici Proteum iſtum volutare. Quid ergo de ſtatutis & mandatis Papalibus ſentiant, & quantum de iis apud ſe diſpenſent quilibet Papiſtæ,

 hinc

[a] Diſt. 59. c. *pervenit.* [b] Apud Oſſatum lib. 6. epiſt. 221. [c] In Ant-Ariſtarcho cap. 4. [d] Refert Auguſtinus VVichmans in ſabbatiſmo Mari. cap. 15. [e] Vtramque bullam viſam ab Hemilario Canonic. Antverpienſi refert ibid. [f] Io. vius hiſtor. lib. 2. p. 99. [g] De conſuetudine illa, ejuſque myſtica ſignificatione, vid. etiam Molan. libr. de Picturis c. 20. p 47. [h] Carthag. lib. 12. homil. 7. apud Auguſt. VVichm. in Sabbat. Mari. cap. 4. Refert Medina part. 3. qu. 27. art. 4.

hinc diſce. *Quinto*, De vulgatæ verſionis authentia, de juſtificatione per opera & merita propria, & non per imputationem Iuſtitiæ Chriſti, de ſalutis certitudine, de Poteſtate Pontificis ſupra Concilium, de cœlibatu Clericorum, de ſacris vernaculè peragendis, de Papæ poteſtate temporali, de Clericorum exemptione & ſimilibus volumina confici poſſent, quibus fluctuatio Papatus, & confidentia multorum in Papatu, Papatui obloquentium, & ſolitus deſpectus anathematum Papalium ac Conciliorum apud domeſticos, pateſceret. Ne quis igitur Lutherum aut noſtros miretur perſtitiſſe in munere ſuo, pro publica Dei cauſa, cum neminem fere ſæcularem aut Eccleſiaſticum, qui nomine tenus Romanę ſunt obedientiæ, ſive in privata ſive in publica cauſa, plus tribuere ipſius anathematis & decretis viderent, quàm metus violentiæ aut mundanæ conſiderationes forte tunc ſuaſerint. *Sexto*, Cenſuræ Pontificis in Papatu valent non tam lege aut conſcientia, quam uſu, ut nummi aut vocabula linguarum; etiam cum ſolenniter promulgatæ ſunt de iis dubitare licet, an ſerio ita latæ, an in rigore obſervandæ, an non tempore atque uſu in ſeipſis inſtar limacis colliqueſcentes, invalidæ futuræ ſint, aut ſerenante Iovis pluvii vultu, paulatim deſævituræ. *Ambiguum tamen eſt*, inquit Caranza [a], *an cenſuræ latæ in hoc Concilio* (poſtremo Lateranenſi) *ſint uſu receptæ, ut annotatur à Cardinali Cajetano in ſua ſumma, verbo* Excommunicatio, *& à me etiam ambigitur, pleræque earum uſu non obſervantur, quo ſolo poterant abrogari.* Quis dicet à Luthero de perpetuo tenore cenſuræ ibidem in ipſum latæ dubitatum non fuiſſe, atque adeo ipſum in miniſterio perſtitiſſe? *Denique* tot evaneſcentiæ & revocationes propriorum anathematum facile perſuadent evanida & phantaſtica tantum eſſe hæc meteora, & iratum illum patrem inſtar puerorum levibus de cauſis iras ponere & tollere. Legatur Perronus modò de excommunicatione Venetorum ejuſdemque abolitione Negot. & ambaſſ. libr. 3. epiſtolis ad Regem ſuum. Idem de decretis Papæ aut Concilii ſtatuendum: *Decreta*, inquit Ieſuita Leſſius [b], *Concilii Generalis, quæ per decennium in aliqua Provincia non ſunt recepta, amittunt vim ſuam, & deſinunt obligare.*

Optimè ergo Lutherus in illa incertitudine Papalis judicii ad Euangelium recurrit, quod ſemper à cordatioribus in Papatu factum, neque hodie etiamnum omnino in deſuetudinem venit, ut videre eſt apud Chriſtophorum à Capite fontium lib. de Neceſſar. correct. pag. 123. Et omnes illos qui Bullis Papalibus ſenſum ſuum opponunt, aut adultera interpretatione ſeu excogitato commento affingunt. Videamus nunc Ianſenii coccyſmos.

Primò inquit [c] *Commenta hæc tua ſunt inanis mentis imaginatione fabricata: quia Monachi nullas habent cathedras, nullas commiſſiones ordinarias paſtorales, nullam poteſtatem ad colligendas* &c.

Reſp. I. Commenta ſunt, primos Reformatores omnes fuiſſe Monachos, & qui inter illos erant Monachi, nihil aliud fuiſſe quam [d] Monachos. Iam enim oſtenſum eſt fuiſſe illos partim Epiſcopos, partim paſtores ordinarios &c. Ita cadit tota illa exceptio. Et ſi qui erant Monachi, illos fuiſſe etiam concionatores & presbyteros, qua poteſtate uſi ſunt. II. Si quid aliud putas à Verbi prædicatione & ſacramentorum adminiſtratione, & inde dependentibus ſacerdotalibus functionibus jure divino aut canonico diſtinctum, paſtoribus ordinariis eodem jure competere, quod ſimplicibus

[a] In ſumma Conciliorum p. 374. [b] De Iuſtit. & jure libr 2. cap. 22. dub. 13. [c] Pag. 136. [d] De Monachorum quaſi Omnipotentia egimus ſupra ſect. 1. Adde patrem Hilarium apud Card. Oſſatum p. 912. 913. 914. 919. 168. 259. Et omnes illos, qui in maximis Chriſtianiſmi & mundi negotiis videntur Conſiliis præeſſe, ut olim Magi apud Perſas. Vide hiſtor. Petr. Mathei.

plicibus presbyteris & concionatoribus nulla ratione competere poſſit, quid muſſitas? exprime illud. *Colligere, formare & regere Eccleſias* quid ſit explica quæſo. Nos oſtendemus illud non fuiſſe uſurpatum ab illis niſi ex vi ordinationis ſuę ad presbyterium, idque jure divino; accedente & legitima commiſſione Eccleſiæ jam meliora edoctæ, quæ illos de novo non ordinabat, ſed ſupplebat ſi quid deeſſet, & poteſtatem ipſis collatam extendi voluit ad omnia illa ad quæ jure divino & canonico antiquitus tenebantur.

Secundò excipit: *Neque quicquam prorſus juvat iſta cavillatio, quod ſe corruptelas Eccleſiæ reformare venditent. Omnium enim hæreticorum iſta vox fuit, &c.*

Reſp. I. Verbis tuis: *Abuſus irregularium non præjudicat uſui regularium* p. 77. *Nec quia impoſtores etiam proferunt rationes & ſcripturas veriſimiles, veræ ſcripturæ & rationes ablegandæ ſunt*, p. 169.

II. Ad legem itaque & teſtimonium, ut conſtet verane ſit an ficta hæc reformatio.

Tertiò inſtat. [a] *Si quem paſtoralis vocationis titulum unquam ab Eccleſia noſtra accepit* (ſcil. Lutherus aut Zvvinglius, &c.) *funditus amiſit. Nec ſatis eſt, ſi ſe dixerit prædicaſſe veritatem. Nam imprimis ſi ſupereſt apud vos vel mica rationis aut æquitatis, uter erit Iudex iſtius controverſiæ, unuſquiſque qui prædicat, an illa Eccleſia, quæ ut ais auctoritatem prædicandi contulit, &c. Imo vero quid delirius excogitari poteſt quam unumquemque in ſua cauſa judicem conſtituere, &c.*

Reſp. I. De judice controverſiarum ſententiam noſtram in theſi expoſuit Philonium, & declaratio Belgica. 2. In hypotheſi ſic habe:

Nos neque ſupremum, neque judicium eccleſiaſticum Luthero aut alicui Reformatori in propria cauſa tribuere. Papomaniæ iſtud eſt, nō reformationis. Apud vos enim Papa eſt eccleſia, eſt judex, eſt actor, etiam in propria cauſa. Itaque quotieſcunque frater in illum peccat, *dicit eccleſiæ*, h. e. *ſibi ipſi*, ut ridiculè & improbè nimis Scripturam torquet Bellarminus citatus à nobis lib. 1. ſect. 4. Et Immanuel Sa, in voce Papa: *Papa poteſt eſſe judex in cauſa propria, & abſolvere ab obligatione, qua quis homini tenetur, & ſecum in votis diſpenſare, & legem à ſe aut prædeceſſore latam revocare, ejuſque etiam effectus priores, & cuique beneficium auferre, etiam ſine cauſa.* Quis ergo judicavit de prætenſis corruptelis & reformationis neceſſitate? Primò Deus per verbum ſuum, prophetas & apoſtolos; *Sedeat inter nos judex apoſtolus*, inquit Auguſtinus. *Iudex in terris eſt euangelium*, ut habet dictum Optati Milevitani à nobis ante hac citatum.

Deinde ex verbo Dei, & ſecundum illud, judicavit, approbante Principe Electore, & Magiſtratu ibidem, Eccleſia, Clerus, & Academia VVittebergenſis, ubi controverſia illa orta, quam primo & propius etiam illa tangebat, & cui Lutherus immediatè & primò ſubditus ut concionator, presbyter, & Theologiæ lector. Iudicarunt inſuper cum illis, eccleſiæ aliæ in Germania, propiori vinculo VVittebergenſibus colligatæ. Et ſic deinceps in vicinis regnis ac provinciis eccleſiæ quæque. Vt etiam nihil deeſſet ordini tunc recepto, judicavit vicarius Generalis ordinis Auguſtiniani, qui ex poteſtate ſibi commiſſa in fundatione Academiæ VVittebergenſis, Lutherum Theologiæ lectorem ibi conſtituerat; judicavit etiam Auguſtinianorùm collegium, in quo Lutherus vivebat. Sic in civitate & ditione Tigurina judicabant Eccleſiæ, Clerici, Magiſtratus, de doctrina Zvvinglii, imprimis in publica illa diſputatione; ſic Bernæ, Baſileæ, ubi [b] Farellus, Zvvinglius, Oecolampadius, &c. actores erant, reliqui omnes judices. In Anglia primum judicium quo appenſus Primatus Papæ, & levis inventus

[a] Pag. 127. [b] Vide vitas eorum apud Melch. Adamum.

prodiit à Clero Anglicano, h.e. Archiepiſcopis & Epiſcopis, ab Academia Oxonieſi, approbante Rege & Parlamento. Et ſic in pleniori iterata reformatione, ubi actores erāt *Martyr* in diſputatione Oxonienſi ſub Eduardo; & delecti quidā à parte Reformatorū in diſputatione Londinenſi ſub Elizabetha, 1562. In Dania, Suecia, pro reformatione contra Papę uſurpatione, & deformationem judicarunt eccleſiæ, Clerici, accedente regum ſuorum authoritate. Summa, actio fuit inter primos reformatores ab una parte, & irreformabilem Clerum, ſeu eos, qui factioni Papæ adhærebant ab altera parte. Cognitionem cauſæ ſuſceperunt eccleſiæ, quarum intererat, & tandem ex verbo Dei ſtatuerunt, quod in hunc diem Dei gratia adhuc perſtat. Confer hujus lib. ſect. 1. c. 5.

[a] Quartò inſtat. *Doctrina Lutheri & Zvvinglii falſitatis rea abunde eſt peracta; judicantibus non tantum antiquis patribus, qui cardines ejus multis ſæculis antequam orirentur, proſcripſerunt; ſed etiam teipſo judice. Non enim diffiteri potes, quin Lutherus in multis doctrinæ articulis, imprimis, de cœna domini graviter aberraverit, & vocatione abuſus fuerit, &c.*

Reſp. I. De actoribus illis quam probè officio ſuo functi ſint, cognoſce ex [b] Melchiore Cano Epiſcopo Canarienſi: *Hoc vero ſæculo fuiſſe etiam in Academiis multos, qui omnem fere theologiæ diſputationem ſophiſticis ineptiſque rationibus transegerint, utinam ipſi non fuiſſemus experti. Egit autem diabolus, quod ſine lachrymis non queo dicere, ut quo tempore adverſum ingruentes ex Germania hæreſes, oportebat ſcholæ theologos optimis eſſe armis inſtructos, eò nulla prorſus haberent, niſi arundines longas, arma videlicet levia puerorum. Ita irriſi ſunt à plerìſque, ac meritò irriſi, quoniam veræ theologiæ ſolidā effigiem nullam tenebant, umbris utebantur, eaſq; ipſas utinā ſequerentur. Feruntur enim è Scripturæ Sacræ principiis, cujus iſti vel umbras nō ſunt aſſecuti. Quocirca homines verbotenus in Theologia magiſtri, pugnavere illi quidem adverſum eccleſiæ inimicos, ſed valde tamen infeliciter. Malé enim ſe res habet, cum quod ingenio & eruditione effici debet, id tentatur à viris, qui & ingenio parum valent, nec ſunt admodum eruditi.*

Tu etiam quam tenuiter de illis Antagoniſtis Lutheri ſenſeris, mecum repete ex cap. 26. p. 124. *Eckius & ſimiles cauſam Catholicam defenderunt, ſicut pro gratia ſibi data defendendam eſſe judicarunt.*

II. Antiqui patres quomodò proſcripſerint cardines doctrinæ noſtræ velim videre. Cum diſceptationem quinquaginta articulorum (in declaratione Belgica & Philonio noſtro) ex Scriptura, Conciliis, Patribus offerimus, Ianſenius omnibus eloquentiæ nervis perſuaſum vult, hoc agi non poſſe aut debere. Ne prolixo & difficili opere Ianſenium abſterream, ex 50. illis, octo tantum articulos deſumpſi, in quibus *veritatis, antiquitatis, ſucceſſionis, catholiciſmi* probationem tentare poterit. Vide infra l. 3. ſect. 2. cap. 2.

III. Quod Lutherum etiam meo judicio multis nominibus hæreticum putat, fruſtra eſt. Errores nullos profert, præter illum de modo præſentiæ Chriſti in cœna. Fateor virum illum Dei ex tot raviosis ſcholarum contentionibus circa explicationem hujus articuli ſe extricare non potuiſſe, quin errore humano delaberetur ad opinionem à Cardinali Cameracenſi excogitatam, de Conſubſtantiatione: cujus erroris nomine, ego illi multiplices hæreſes non ſoleo impingere; nedum ut illo abuſu, eum cum ſectatoribus omni miniſterio & ſpe ſalutis radicitus excidiſſe credam. Ianſenii iſta [c] eſt Theologia, non mea. Quæ ſi procedat, videbimus brevi doctiſſimos, & ſanctiſſimos quoſque eidem condemnationi involvi, quorum diſſenſum ab Eccleſ. Rom. in graviſſimis erroribus notarunt Alphonſ. à

Caſtro

[a] P. g 126. [b] Locor. Theolog. lib. 9. c. 1. p. 498. [c] Vide ſupra cap. 13.

Caſtro lib. de hæreſibus, Sixtus Senenſis in biblioth. aliique. Inter alia notentur Concilii Milevitani canon. 22. de excommunicatione eorum qui putaverint appellandũ trans mare, & *ſubduriuſcula illa* in epiſt. patrum Africanorum, *de non mittendis legatis in Africam; in quibus per ignorantiam decepti ſunt*, ex ſenſu[a] Papiſtarum. Atque hic error eſt circa præcipuum caput, judicem ſupremum, fundamentum eccleſię, & eccleſiaſticæ unionis, circa legem fundamentalem Religionis & Eccleſiæ. Quali errore fundamentali hodie adhuc tenentur alterutra pars diſſidentium in Papatu, aut Gallofranci ſcil. Catholici ſtatus, Sorboniſtæ, cum Concil. Baſilienſi & ſanctione pragmatica; aut Curiales Romani, Papomaniaci cum doctrina Hildebrandica, & Concilio Lateranenſi poſtremo, ex quorum numero ſunt Ieſuitæ, Baroniani, Bzoviani, Boſiani, Lovanienſes, & ſimiles zelotæ.

Atque hæc circa principium. Circa articulos, & dogmata fidei plurimi partim notantur errores Patrum, partim agitantur etiamnum à recentioribus Papiſtis. Græci patres, & complures Latini prædeſtinationem ſtatuunt ex prævifis operibus. Pererius in Rom. 8. diſput. 22. Angelorum lapſum eſſe ex cohabitatione cum fœminis, opinio eſt Iuſtini Martyris apolog. 2. Tertulliani lib. de Continentia cap. 2. Clementis Alexandrin. Stromat. lib. 3. & 5. & 6. Cypriani lib. de habitu virginum cap. 11. Ambroſii, lib. 1. de Noë & Arca.

Angelos eſſe corporeos complures ſentiunt, Origines περὶ ἀρχῶν in prologo, & lib. 11. cap. 11. Tertull. de carne Chriſti cap. 6. & adv. Mar. lib. 3. cap. 9. Macarius homil. 4. Auguſt. lib. 8. de civitate Dei cap. 16. & lib. 2. de Trinit. cap. 7. & lib. 11. de Geneſ. ad lit. cap. 13. Gennadius, cap. 12. Gregor. Magn. Moral. lib. 2. cap. 3.

Animas juſtorum non viſuras Deum ante diem judicii, crediderunt Iuſtinus Martyr, Lactantius, Victorinus, Aretas, Prudẽtius, Iohannes XXII. annotante Sixto Senenſi lib. 6. annot. 345.[b] Non eſſe jurandum omninò, plerique patres conſentiunt. Item purgationem fore omnium juſtorum per ignem extremi judicii poſt reſurrectionẽ, Euchariſtiam dandam eſſe infantibus, & quidem recens natis. Qui mos per multa ſæcula obſervatus uſque ad Carolum Magnum, ut colligitur ex Capitulari ipſius lib. 1. c. 161. & Alcuino de divin. officiis, & expreſſè ſancitus eſt hic mos in ordine Romano, quem[c] Hittorpius vulgavit. Atque hæc Pontificii nobiſcum nunc repudiant. Alia ſunt, quæ nos in patribus probamus, à quibus tamen Papiſtæ longiſſime recedunt: Qualia ſunt, Lectio ſcripturæ commendata omnibus, Sacra vernaculè peracta, Communio habita ſub utraque ſpecie, &c. Primorum ſeculorum patres omnes ferè erant Chiliaſtæ, ut ante hac indicavimus, & norunt adverſarii.

4. De Zvvinglii hæreſibus (etiam noſtro ſcilicet judicio) in conſequente nihil; & tamen eum in antecedente juxta Lutherum collocarat. Sed hoc feſtinationi imputandũ, ſi minus eſt in concluſione quã fuit in theſi.

5. Quæcunque de iſtis doctrinæ abuſibus adfert, nihil ad præſentem hanc diſputationem. Nos agimus de illis capitibus, propter quæ Lutherus & primi reformatores à Pontificiis immeritò condemnati. Quale judicium injuſtum pro hæreſi contra veritatẽ fidei, non poſſe reformatoribus auferre miniſteriũ antea collatũ, ſuſtinemus. In iſtis, quia nobis convenit cum Luthero, idem judicium ſuſtinemus, neque poteſt ille niſi imperitè nobis opponi. De cõtroverſia Euchariſtica libenter patimur dici illud Baronii de Hilario, quod fuit Auguſtini de Cypriano,

[a] Baronius ann. 419. n. 78. Bellarminus de pontif. lib. 2. cap. 25. [b] De juramento vide imprimis Chryſoſtom. orat. 1. in Iudæos p. 13. & epiſtol. 117. Baſilii, περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὀρκοῦν quam ex M.S. exhibuit Hoeſchelius in notis. ad Chryſoſt. p. 515. [c] Teſtatur Elmenhorſtius in notis ad Gennadium, p. 145.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Cypriano, *Quoniam opinionis hujuſce vitium virtute confeſſionis abolevit, ſic ſuſtinet reprehenſionis ſtylum, quod non patiatur detrimenta meritorum.*

[a] VI. Diſſidia illa, immò & ſectæ, ſi eſſent, non tollunt reformationem, aut cauſæ bonitatem; non magis quam ſectæ & diſſidia in Chriſtianiſmo, tollunt Chriſtianiſmum, & fidei veritatem; ſed tantò evidentius eam patefaciunt: [b] *Oportet enim ſectas eſſe inter vos, ut ii, qui probati ſunt, manifeſtentur.* Et hoc reſpōdet ſectas objicientibus Chryſoſtomus in Actor. homil. 33, citatus in Philonio. Et reſponderent idem Iudæis, Mahumediſtis, ac Gentibus Pontificii, ſiquidem objiceret quis, nullam eſſe veram & certam Chriſtianorum religionem, quia alia eſt Romanorum, alia Græcorum, alia Armeniorum, alia Iacobitarum, alia Georgianorum, alia Æthiopum.

[c] Quinto Inſtat, *Eadem eccleſia quæ contulit, auferendi poteſtatem habet. Et quia eccleſia Romana anathemate ſuo abrogavit omne miniſterium primis reformatoribus, ſi quod habuerunt, ſequitur exinde illos fuiſſe meros uſurpatores. &c.*

Reſp. I. Limitanda eſt hæc regula, *ſiquidem eccleſia illa ſit eadem.* Prout Philoſophi limitant: *Cauſa efficiens eadem quà eadem, ſemper facit idem.* Eccleſia enim tempore ablationis multum poteſt differre à ſeipſa tempore collationis, adeo ut illi nunc minimè competeret, quod tunc maximè competebat. Eſt enim eccleſia inſtar lunæ, quæ multas viciſſitudines patitur, tum in membris ſuis ſive laicis, ſive rectoribus, tum etiam in qualitatibus ſuis, h.e. publica & currente cognitione, fide, pietate. Exemplo ſit eccleſia antiqua Conſtantinopolitana, Alexandrina, &c: & recens eccleſia Anglicana ſub Henrico VIII. quæ paulo ante Pontifici inter omnes Occidētales vel maximè ſubjecta, mox condemnat eos, qui Pontificis authoritatem agnoſcerent; ita ut Fisherus epiſcop. Roffenſis aliique nonnulli extremo ſupplicio affecti ſint. Si hic valere vis tuam regulam: [d] Regnum & Eccleſia Anglicana ſeipſam tanquam alterum Petri patrimonium Pontifici olim donavit & donare potuit, ergo & auferre potuit. Eadem enim eccleſia quæ poteſtatem conferendi, etiam auferendi habet. Per me licet. Applica etiam Canonicis, qui Epiſcopatum Naumburgenſem Iulio Phlugo collatum, poſt obitum ejus Auguſto Electori Saxoniæ tradiderunt; Vbi eadem poteſtas quæ olim Papiſtis Epiſcopatum illum contulerat, tunc abſtulit: Quod & alibi factū.

II. Limitanda eſt hæc regula, *Si juſta adſit auferendi cauſa.* Alioquin ſi ad excommunicationis vim, ut in conſcientia & foro exteriori licet, ſufficere putat Ianſenius, ut tantum fiat per illum cui illa poteſtas competit, (quomodo de Vocatione cap. 17. p. 95. ſimile quid decrevit) jam vide, quæ non ſequantur. Romana ſeu Pontificia ſedes teſte Ianſenio, p. 106. Regi Hiſpaniarum contulit illam Monarchiam Siciliæ (de qua paratragœdiatur Baronius) ergo eadem auferre poteſt; & quandoquidē aufert quantum in ſe eſt, judicio ſuo, etiam adhibita ſolenni & anniverſaria excommunicatione per bullam de cæna Domini, ut quidem cenſet cum Pontifice Clemente VIII. Baronius: ergo Regi Hiſpaniæ nihil illic relinquitur, ergo omni jure funditus excidit? Audio te fuiſſe aliquando in aula Hiſpanica: Inculcaſſes iſthic auream hanc regulam tuam, ſi forte illic tecum eveniret, quod tomo XI. annalium in regno Siciliæ & Neapolis eveniſſe conqueritur Baronius. Sic Archiepiſcopi, & epiſcopi Anglicani contulerunt Presbyteris ſuis poteſtatem miniſterii, iidem etiam non paucis abſtulerunt, quos pertinaciter irreformabiles poſt conſtitutam

[a] Anno 369 n. 24. [b] 1. Corinth 11. [c] Pag. 120. 121. [d] Vide & confer de mutatione eccleſiæ lib. 3. ſect. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſtitutam jam reformationem deprehendebant. Quod de Cramero, Latimero, Hoppero, & ſimilibus epiſcopis in Anglia, Germania, &c. nimis notum eſt. Conclude ergo ſi placet. Addo & aliud: Cardinales per electionem, & primus Cardinalis per ordinationem Barbarino, nunc Vrbano VIII. poteſtatem Pontificiam contulerunt, ergo & auferre poſſunt, ſive per ſuffragia, ſive per ſcrutinium, ſive per compromiſſum. Eadem enim poteſtas quæ contulit, auferre poteſt, per regulam juris Ianſeniani. Itaque ſi Cardinales factionis Gallicæ, & Principum Italię ſemel ab adverſa factione Hiſpanica numero vinci contingeret, actum eſſet de Vrbani Pontificatu, & ipſe radicitus omni poteſtate ſpoliatus eſſet, nõ aliter ac Ieſuitiſſæ per ipſius diploma nuperrimè ſuo clericatu atque unà Ieſuitę tam neceſſario & ſororio auxilio exuti ſunt.

Imperatores immunitatem Clericis, & Pontifici patrimonium Petri & dominium temporale in magna parte Italiæ olim contulerunt, ergo etiam illi utrumque auferre poſſunt. *Eadem enim poteſtas*, &c. Non perſuadebis Pontifici tuo, ſat ſcio; quamvis fabula[a] donationis Conſtantini ipſum nunc diſtituat, aut, ut rectius dicam, munere ſuo defuncta inter emeritos, & rude donatos conquieſcat:

Sicut fortis equus, ſpatio qui forte ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.

Donatio Othonis IV. revera quidem facta eſt, ut conſtat ex diplomate donationis ex parte citato à Bodino lib. 1. de Republ. cap. 9. & plenè nunc edito cum donatione Conſtantini, & notis. Sed per eandem poteſtatem nollet Papa ſibi auferri terras, ac dominia, quæ exinde poſſidet. Confer hujus l. ſect. 3. cap. ult. quæſt. 32. & lib. 3. ſect. 1. c. 4.

III. Limitanda eſt hæc regula: *Salvo jure tertii, & niſi quid aliud impediat.* Quæ clauſula in multas partes ſe diffunderet, ſiquidē Iuriſconſultos & Politicos hic audias. Sed nos eccleſiaſticis nunc inſiſtamus. Si una eccleſia, ut ex. gr. Italica, aliis quibuſdã ſociata auferat, & alia ut Germanica juncta Helveticæ, Polonicæ, Anglicanæ, Suecicæ, Danicæ, Scoticæ, Bohemicę, Vngaricæ, &c. cõfirmet poteſtatem, & cauſam hanc ſuam faciat, cur illi magis quàm iſti parendum? Sic eccleſia aliqua conſtituta jam reformatione, & firmata ſeparatione, non poterat auferre, neque ad nutum iſtius reformatores poterant deponere poteſtatem, quia jam non erant ſui, neque eccleſiæ iſtius adverſantis, ſed eccleſiæ miniſterium ipſorum approbantis. Cauſa jam non manebat amplius Lutheri, aut Zvvinglii, aut Oecolampadii, &c. ſed publica erat facta & ſuæ & tot eccleſiarum, quæ reformationem expetebant. Manebat jus ſuum iſtis eccleſiis, in cujus pręjudicium ipſis tanquam miniſtris, filiis, ſubditis, membris nihil erat tentandum.

Quomodo ex. gr. Epiſcopus, aut doctor aliquis in eccleſia Gallicana, in defenſione privilegiorum iſtius eccleſiæ, & ſanctionis pragmaticæ contra ſedem Romanam, ad primum brevis Pontificii aut bullæ alicujus ſcriptum, miniſterium non deponit; neque in conſcientia ligatum ſe putat, quia nõ eſt cauſa ſua privata, ſed communis matris ſuæ eccleſiæ ſcil. Gallicanæ. Ita & Clerus Venetus (Ieſuitis & Capuchinis exceptis) an. 1607. ad coruſcationem fulminis Pontificii haſtam non abjecit. Sic ſeparato Oriente ab Occidente tempore Concilii Sardicenſis, multa ab utraque parte ſtatuta ſunt, quę tamen ab altera minimè recepta. Orientales Iulium Romanum ab epiſcopatu deponebant; Occidentales viciſſim pro Iulio decerne-

E e cerne-

[a] Pro commento habetur illa donatio, à Laurentio Valla, Barchmon. authore Cancellar. apoſt. Baronio ad ann. 334. tom. 3. & ann. 1191. tom. 12. Ioh. Bodino lib. 1. de Repub. cap. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cernebant. Neutra tamen alteri ceſſit aut ſubjectam ſe tenuit. Quia ſciſſa jam erat unitas Oecumenica, quæ antea in eccleſia fuerat. Et non erat eadem eccleſia, quæ olim tempore Concilii Niceni. Impedimenta poſſunt eſſe & à parte deponendi, & à parte depoſitoris. De illis jam diximus. Iſta ſunt varia. Inter quæ unum eſt, quod [a] Papa Leo X. ipſe eſſet excommunicatus, ſaltem ſuſpenſus de jure, idq; per plures canones, ſtatuta, & conſtitutiones. Iam vero ſtat regula omnium Theologorum, & Canoniſtarũ conſenſu recepta: [b] *Excommunicatum & ſuſpenſum non poſſe excommunicare.* Et, *eum qui intrat quaſi furtive* (per Simoniam, & ſubreptionem) *contra principalis domini voluntatem, ipſo jure eſſe ſuſpenſum & quoad ſe & quoad alios.*

IV. Ad illud, quod aſſerit, Eccleſia eadem, quæ dederat, omnem poteſtatem abſtulit, multa eſſent dicenda. Excutiamus *idealem*, & Mathematicam (quomodo noſtram appellare ſolet Eccius [c]) eccleſiam illam, quam ab omni materia ſingulari & ſenſibili abſtractam in Vtopia forte inveniemus. Quænam fuit illa eccleſia quæ abſtulit? Romana, inquies, quæ dedit & contulit ipſis. Per Romanam intelligis, 1. aut omnes eccleſias totius orbis, ſeu Catholicã, 2. aut omnes eccleſias quæ olim in orbe ſeu Imperio Romano, aut 3. Occidentales omnes ſeu pleraſq; ab Orientalibus ſeparatas; aut 4. Nationalem aliquã in Occidente Monarchiæ Papali ſubjectã, ex. gr. Germanicam. 5. aut ſedem ac curiam Romanam tanquam circuli Occidentalis centrum & repræſentamen. 6. aut ipſũ dominum Papam. *Primò* eccleſiæ totius orbis Luthero aut Zvvinglio non contulerunt miniſterium, neque abſtulerunt. *Secundò* eccleſiæ omnes imperii quondam Romani non contulerunt, quia tales nullæ ſunt, ſtante hac ſeparatione inter Orientem & Occidentem. *Tertiò*, Eccleſię Occidentales, non contulerunt miniſterium, niſi implicitè, & interpretativè, quatenus in tali quali communione & ſocietate mutua perſtantes, quod ab una factum, ab omnibus factum intelligitur. Illæ autem minime abſtulerunt, neque implicitè neque explicitè, neque in Concilio, neque extra Concilium. Profer proceſſum canonicum ab eccleſiis illis aut nomine aut conſenſu earum in hac cauſa inſtitutum; profer ſententiam in ipſos latam, antequam reformatio jam in maxima parte earum inſtituta & peracta eſſet, atque adeo magnum illud chaſma inter ipſas, & inter tyrannidem Papæ, ejuſque irreformabilem factionem firmatum eſſet. Illæ autem eccleſiæ, quæ olim ſocietatem & mutuam illam unionem bono (ut putabant) publico, in cultu externo, ceremoniis, politia eccleſiaſtica iniverant, & hactenus coluerant, poterant eandem juſtis de cauſis deſerere, aut abrumpere. Quod fecerunt Germanica, Suecica, Danica, Anglica, Scotica, Bohemica, magna pars Vngaricæ, Polonicæ, Gallicæ, Helveticæ, Belgicæ, &c. ubi nunc eſt communis Occidentalium eccleſiarum conſenſus, ſive ante ſive poſt reformationem conſtitutam? Nam per reformationem unius partis, & obfirmatam in deformatione perſiſtentiam alterius partis planè mutata unionis ac correſpondentiæ ſeu patriarchatus Occidẽtalis forma? *Quartò*, Eccleſia Nationalis Germanica, aut particularis Saxonica, aut Anglicana, aut Tigurina, Bernenſis, &c. Quæ ſuis reformationis anteceſſoribus miniſterium propriè contulerant, & quidem in communione & ſubjectione ad ſedem Romanam (ut tempora tunc erant) nunquam abſtulerunt, aut communione illa adhuc ſtante, aut jam planè abrupta; ſed contra potius legitimo judicio poteſtatem abſtulerunt iis qui volutabro ſuo immerſi, ab omni emendatio-

ne alie-

[a] Vide vitam Leonis X. deſcriptam à P. Iovio. [b] Turrecremata quæſt. 3. in Dominic. 10. poſt Trinit. [c] In Enchiridio paſſim.

ne alienos ſe oſtendebant. Et ſic judicandū de omnibus Nationalibus aut Particularibus Occidentis, ubi non incidit mutatio corporis eccleſiaſtici, aut ſeceſſio ab eo; ut in Anglia, Suecia, Dania, &c. *Quintò* Pontifex ſeu ſedes Romana non eſt eccleſia illa quæ contulit ipſis miniſterium, neque propria Epiſcopali, neque communi illa patriarchali, aut prætenſa Papali poteſtate. In eccleſiis enim & epiſcopis ſingulis reſidet poteſtas & juriſdictio eccleſiaſtica.

Itaque nec jure divino, neque antiquo eccleſiaſtico, neque noſtra ſententia Sedes Romana contulit directè, aut formaliter, ſive per ſe, ſive per alium poteſtatem illam Luthero, Zvvinglio, &c. quamvis concurſu, & influxu confirmationis ſuæ in omnes Epiſcopalem poteſtatem (à qua ordinabantur presbyteri) ipſe prætendat, omne presbyterium ſibi ſubordinari, & à ſe dependere. Sic repræſentativa illa Occidentalium eccleſiarum eccleſia & eccleſiaſtica poteſtas & juriſdictio, quæ in Papa & Sede Romana tanquam radice & centro reſidere fingitur, omnibus reformatoribus miniſterium non abſtulit, quia omnes canonicè non excommunicavit, nec canonicum proceſſum contra eos inſtituit. Et ſi ex. gr. Luthero abſtuliſſe voluit, eo jure, quo putat ordinationes & ordinatos omnes à ſe dependere tanquam capite repræſentante, jam non erit illa eccleſia eadem, quæ contulit; ſed toto cœlo ab illa mutata. Cum Romana in & cum Wittebergenſi, aut Saxonica conferebat olim, erat interpretative radix repræſentans univerſaliter, & quaſi complectens ſuo modo eccleſias Occidentales, & in iis etiam VVittebergenſem, Saxonicam, Tigurinam, &c. idque ſive erroneo ſive coacto conſenſu, aut patientia illarum eccleſiarum. Cum auferre tentaret, repræſentationis & radicalitatis iſtius fundamentum jam nutabat, aut ſublatum erat, atque adeo relatio illa (quæ nihil eſt ſine ſuo fundamento) jam evanuerat. Nam juxta regulam tuam, *Eccleſia & poteſtas eadem quæ contulit, etiam auferre poteſt*, Eccleſia Germanica, Anglicana, Suecica, Danica, &c. pro ſua parte illam poteſtatem & ſui repræſentationem olim [a] contulerunt Sedi Romanæ, ergo etiam eandem auferre poſſunt. Et cum reformationis & ſeparationis actu centralem ſeu Mathematicam ejuſmodi repræſentationem atque unionem abſtulerunt, nihil eſt quod ultra tale quid prætendat Roma, ne quidē ex jure aut conſuetudine humana, atque erronea. Immo nihil eſt, quod amplius prætendat de nudo patriarchatu, & quidem antiquo in eccleſiis imperii Romani, quia & ipſæ eccleſiæ, quæ contulerant quibuſdam Eccleſiis & Epiſcopis *Privilegia*, quæ vocant; etiam *Eccleſiæ Romanæ* in Concilio Niceno, & Chalcedonenſi; & imperium, cujus reſpectu & authoritate, & ad cujus ideam collatum eſt, jam longe mutatum eſt. Accedit, quod juxta vulgarem regulam juris [b], per abuſum privilegia jam diu & penitus amiſerit Epiſcopus Romanus. Duo hic replicari poſſent.

Primum eſt, Non ſedes Romana ſeu Papa, ſed Catholica Eccleſia Occidentalis in Concilio Tridentino congregata, per anathemata ſua miniſterium omnibus abſtulit.

Reſp. I. Factio Italica pro culina & auri piſcina pugnans nullam facit repræſentationem Occidentis, imprimis ſi eccleſiæ ipſæ reclament. A quibus autem, quibuſque artibus ac prēſationibus omnia in illa congregatione Tridentina acta ſint, docet hiſtoria Concil. Trident. ab Archiepiſco-

[a] *Privilegium gratuitum à concedente revocari poteſt liberè & ſine cauſa; Privilegium quodcumque revocari poteſt ex cauſa moraliter neceſſaria & quæ ad commune bonum pertineat.* Et, *Inferior revocare poteſt ſuam diſpenſationem datam in lege ſuperioris.* Ita probat Zvvarez de Legib. lib. 8 c. 38. Applica nunc ad Privilegia ſive patriarchatus, ſive Primatus Romano Epiſcopo à Principibus & Eccleſiis unquam conceſſa aut agnita. [b] Vide Regulam illam fuſe explicatam, & probatam à Zvvarezio lib. 8. de legibus, c. 36.

po Spalatenſi ex Italia allata, & in Anglia edita.

Reſp. II. Priuſquam Concilium Trident. anathemata ſua ederet, Lutherus aliique primò primi reformatores jam ex hac vita exceſſerant, & eccleſiæ reformatæ ſtabilitæ erant; ita ut nihil ipſis communionis cum Romana ſede aut factione amplius intercederet; eſſentque oves & paſtores plerique nati & educati in illa reformatione, filii iſtarum Eccleſiarum tantum, atque adeo judicio earum ſubjecti. Italicæ verò, Hiſpanicæ, atque adeo totius partis ſeu ſciſmatis iſtius Papiſtici, nec filii nec fratres unquam fuiſſent, nec eſſe vellent; in quos à Concilio Tridentino cenſura non magis fulminari poterat; quam in Moſcovitas, Ruthenos, Lithuanos, Græcos, Iacobitas, Æthiopas, imo & Mahumetiſtas: Quorum tamen aliquos non minus, quam noſtros (tempore Concilii Tridentini viventes) à Catholica Romana fide defeciſſe in progenitoribus ſuis, credunt Pontificii. Si Papatui in illos, aut nos nunc viventes talem poteſtatem tribuere velit Ianſenius, explicet nobis locum 1. Corint. 5. v. 12. Deinde rationem det, cur cenſuris eccleſiaſticis, & debitis ſuppliciis Papatus nunc non perſequatur omnes alios ſupra dictos æquè ſeparatos, ac nos.

Alterum eſt: Lutherus ſaltem debuiſſet obedire, ordini cedere, atque adeo ab omni miniſterio potius abſtinere, quam ordini conſtituto, atque ordinariæ poteſtati ſe opponere.

Reſp. I. Etiamſi Lutherus in foro conſcientiæ & externo eccleſiȩ depoſuiſſet miniſterium; tamen omnium reformatorum miniſterium eo ipſo abolitum non fuiſſet. Neque enim in illo ſolo ſtat miniſterium, aut propagatio miniſterii, aut reformatio noſtra, ut jam ante dictum.

II. Debebat potius Lutherus ſedem Romanam, quam miniſterium & eccleſiam ſuam deſerere; præſertim volente id eccleſia illa, cujus ipſe erat totus, jure divino. *Omnia veſtra ſunt, ſive Paulus, ſive Apollos, ſive Cephas, &c.* 1. Cor. 3. 22. *Quis igitur eſt Paulus? Quis Apollos? niſi miniſtri per quos credidiſtis,* &c. ibid. v. 5. Et eccleſiæ Wittebergenſi competebat Luthero mandare executionem miniſterii; juxta illud Coloſſ. 4. 17. *dicite Archippo, vide miniſterium, quod recepiſti in Domino, ut illud impleas.* Cum in eremo ſeu Pathmo ſua ad tempus conſilio & imperio Electoris Saxoniæ latitans à miniſterii exercitio abſtineret,[a] ſollicitatus literis eccleſiæ VVittebergenſis, demum ad intermiſſam functionem rediit, quamvis capitis ſui periculo; cujus ſui reditus cauſas Electori expoſuit.

III. Ne quidem jure humano & Canonico tenebatur Papæ judicio ſe ſubjicere. Quia Papa olim aliarum eccleſiarum negotiis (ſi fidem illa concernerent) immediatè ſe immiſcere, aut abſque ſynodo tale judicium ferre non poterat in ipſis eccleſiis ſuburbicariis, nedum in Saxonica, aut reliquis patriarchiæ ſuæ ſubjectis. Hinc eſt, quod *ab Anaſtaſii II. communione multi Clerici* (Romani ſcil. intra muros, & ſuburbicarii) *ſe abegerint: eò quod communicaſſet ſine conſilio epiſcoporum vel presbyterorum & clericorum cunctæ eccleſiæ Catholicæ, diacono Theſſalonicenſi nomine Fotino, qui communicaverat Acacio, & quia voluit occultè revocare Acacium.* Vt quidem teſtatur [b] jus Canonicum.

Potuit ergo & debuit Lutherus, quod potuerunt illi, & quidem laudati in jure Canonico; qui tamen multo propius, & arctius conjuncti erant ſedi Romanæ, quam Lutherus concionator VVittebergenſis, aut Zvvinglius Tigurinus.

IV. Si qui miniſtri Reformatores in

Gallia,

a Vide vitam Lutheri apud Melchiorem Adamum. b Diſtinct. 19. cap. Anaſtaſius.

Galliâ, Belgio, &c. de facto, prævalenti Malignantium factioni in ſua particulari Eccleſia ceſſerunt, & exercitium poteſtatis ad tempus ibi intermiſſum, non tamen jure, illâ excidêre. Quia à facto ad jus, ab intermiſſione ad finalem abolitionem non valet conſequentia. Reſumere potuerunt & reſumpſerunt aut in illa eccleſiâ, aut in aliâ aliquâ, idque ex ſententia & commiſſione eccleſiarum reformantium, aut jam reformatarum. Et dato in aliquibus planè abolitam fuiſſe poteſtatem (quod tamen Ianſenius non probabit) nihil hoc cauſæ noſtræ /præjudicat; quandoquidem ſtat nihilominus poteſtas illa, in illis quibus hoc non evenit, hoc eſt, in miniſtris Anglicis, Danicis, Suecis, Germanicis, Bohemicis, Helveticis, &c. Vbi de novo corporis eccleſiaſtici collectio, & architectura neceſſaria non fuit, neque ſeceſſio reformatorum ab eccleſia ſua.

V. Denique, ſi in cauſa fidei, judices eccleſiaſtici erroneè excommunicationem in aliquem ſtringant, ne ad momentum quidem cuicunq; ordini aut ſententiæ cedendum. *Etiāſi enim angelus è cælo vobis euangelizet præter id quod euangelizatum eſt vobis, eſto anathema.* Galat. 1. 8. & verſ. 9. ſequente. *Nihil poſſumus contra veritatem, ſed pro veritate.* 2. Corinth. 13. 8. Et tali in caſu laico potius credendum, ſi quidem veritatem dicat cum Scripturis, quam univerſo Concilio dicenti contra Scripturas. Vt jam ſæpius dictum eſt.

Sextò excipit contra canonem 3. Concil. Epheſini; ex quo concludebam: [a] *titulo vocationis propter prædicationem veritatis, neminem poſſe extrudi, Lutherum, & Zuvinglium ab eccleſia, me ipſo fatente, fuiſſe depoſitos; illos autem ab hæreticis Neſtorianis; deinde clericos illos fuiſſe receptos in eum gradum quem ante obtinuerant, Lutherum autem & Zuvinglium nullum penitus habuiſſe eccleſiæ colligendæ & regendæ gradum. Tertio Lutherum ab illo Concilio fuiſſe depoſitum, anathematizatum, quia dixit Chriſtum hominem non eſſe omnipotentem, &, Neſtorium, & Eutychen non erraſſe niſi in modo loquendi, &c. Denique aliud quoddam fulmen Synodus illa adverſus Voetium & Lutherum vibravit can. 6. Similiter autem ſi qui velint ea quæ de ſingulis per Sanctam Synodum Epheſinam geſta ſunt, quocunque modo movere, Sancta Synodus decrevit, ſiquidem epiſcopi aut clerici fuerint, eos omninò à proprio cadere gradu, &c.*

Reſp. ad I. Falſum eſt ab eccleſia fuiſſe depoſitos, ſive Catholicâ, ſive Occidentali, ſive maxima ejus parte. Depoſitio, quæ prætenditur, primum à Papâ, à curiâ Romanâ tantum; deinde etiam à factione Papali, à factione Italicâ in Concilio Tridentino per uſurpationem & abuſum tentata eſt, eo ſucceſſu, ut σὺν θεῷ ipſos plorare jubeamus. II. Cur autem factio Italica in Concilio Lateranenſi aut Tridentino apud nos plus valeret, quam apud ipſos valet Gallica in Concilio Piſano, aut Gallico-Germanica in Concilio Baſileenſi? III. Et quæ comparatio inter partem aut factionem aliquam inter Occidentales, jam ſæculis aliquot ab Oriente ſeparatos, & inter eccleſiarum totius imperii Romani ex Africâ, Europâ, Aſiâ unanimem conſenſum in Concilio Epheſino? IV. Qualeſcunque fuerint, ſive inferiores, ſive collaterales, ſive ſuperiores qui adverſus noſtros egerunt, illis analogice applicamus decretum ejuſdem Concilii can. 1. *Si quis Metropolitanus Provinciæ à ſancta & Oecumenica Synodo deſciſſus, defectionis conſeſſui adhæſit, vel poſtea adhæſerit, vel cum Cæleſtio ſenſit, aut ſenſerit, is adverſus Provinciæ præſides & Epiſcopos nihil omninò agere poteſt, omni eccleſiaſtica communione ab hinc jam à Synodo excluſus, & ad nullum exercendum munus officiumque idoneus exiſtens. Sed*

[a] Cap. 28. p 128. 129. 130.

& ipſis Provinciæ Epiſcopis, & finitimis Metropolitanis orthodoxam fidem profitentibus, omnino ſubjicietur: & de Epiſcopatus gradu dejicietur.

Ad 2. Reſp. I. Habuiſſe Lutherum & Zvvinglium aliquem in eccleſiâ gradum, à quo deponi, & in quem reſtitui poterant, quia erant presbyteri, ut fateri coactus eſt; & hoc ſufficit. II. Zvvinglium præterea, tuo ſenſu, habuiſſe gradum eccleſiæ colligendę & regendæ, quia erat curatus, ſeu paſtor Tigurinus. III. Etiam Lutherum ut concionatorem & presbyterum habuiſſe gradum colligendæ, & regendæ eccleſiæ, ut infra dicemus. IV. Si fuerint hæretici, jam de hæreſi diſputandum eſt; & non de vocatione. De eo ubi conſtiterit, facile erit determinare, quomodo habuerint miniſterium. Nam, ut Auguſtinus [a] apud Lombardum: *aliud eſt non habere, aliud pernitioſe habere, aliud ſalubriter habere.* Habuiſſe illos ante hæreſin (ut vos reformationem appellatis) certum eſt. Et probata hæreſi ipſorum (quod nunquam factum) non tamen tollitur omnis miniſterii ratio. *Nam & Simoniaci ſunt hæretici*, ut ibidem Lombardus; & tales ſunt plerique in Papatu, qui tamen habentur miniſtri, veſtro ſcil. ſenſu. Immò character deleri, & ordo per depoſitionem auferri non poteſt, ut veſtri definiunt, Tolet. lib. 1. cap. 50. In antiqua eccleſia depoſiti aliqui dicuntur tenere ψιλὸν ὄνομα τῆς τιμῆς i. ſolum ſeu nudum nomen honoris, Epiſt. Synod. Concil. Niceni apud Theodoret. lib. 1. cap. 9. Confer ejuſdem Concil. can. 8. & Concil. Ancyran. can. 1. & 2. Et Auguſt. epiſt. 261.

Ad 3. Reſp. I. Luthero & nobis Neſtorianiſmum impingendo, tibi ipſi ſtrenuè contradicis, oblitus iſtius: *Oportet mendacem eſſe memorem.* Ecce autem verba tua pag. 39. *Quæ verò celebrabantur (quatuor ſcil. primis ſæculis) Concilia ad ſtabiliendum fidem, ſæpè nonniſi de uno articulo ab hæreticis illius temporis labefactato, de quo jam inter nos nulla eſt diſceptatio, decidebant. Ita Epheſinum propter ſolam Neſtorianam hæreſin convocatum fuit, &c. Quam ſit autem abſurdum, ut Concilia propter unum articulum, eumque hac ætate non controverſum congregata, de articulis omnibus jam controverſis ſuffragium ferant, quis non videt?*

II. Quod ex Lutheri conc. de Natali Domini, & lib. de Concil. adducis, more & genio tuo facis; hoc eſt, calumniaris, ſecutus ductorem Bellarmin. in præfat. ad Controverſ. 2. generalem. Lutherus taxat quoſdam, qui *Chriſtum hominem* dicebant *omnipotentem*, ſcil. *qua homo eſt*, vel *ſecundum humanitatem.* Non vero taxat eos, qui Chriſti perſonam ſimpliciter enunciantes (quæ etiam homo eſt) *omnipotentem* dicerent. Ipſe enim Lutherus hoc paſſim affirmat. Bellarmin. lib. 1. de Chriſto cap. 8. diſtinguit; quod loqui poſſumus *de Chriſto homine, vel abſolute, vel qua homo.* Priori modo non negat Lutherus, Chriſtum hominem dici omnipotentem, ſed poſteriori modo.

Neſtorium & Eutychen primum ex inſcitia & in modo loquendi erraſſe voluit Lutherus, & modo agendi adverſariorum irritatos, atque adeo ex contentione propria in deterius, hoc eſt, in hæreſin prolapſos. Quod quidem ex rei geſtæ narratione, & conſueta aliarum hæreſeων origine non ita difficulter perſuadere poſſit. An hoc judicium Lutheri faciet illum Neſtorianum & Eutychianum? Si tali fide & caritate jus Canonicum, & Scriptores Pontificios excutere liberet, quas hæreſes, Epicureiſmos, Ethniciſmos, Mahumetiſmos, Iudaiſmos, Libertiniſmos, Atheiſmos, inde non elicerem. Sed abſit. Cum noris ſenſum alicujus & conſtantem doctrinam eſſe ſanam, ſceleratum eſt in

verbis

a Lib. 4. diſt. 25.

verbis aut in enunciatione aliqua exponibili velle hæreſin quærere. Inter ſocios Ianſenii ſunt, [a] qui *Trinitatem creatam in Chriſto Ieſu dicunt*; ex qua Scriptura, ex quo Symbolo? Et, *quod Chriſtus per incarnationem omnes res quaſi deificavit.* Occurrunt apud Patres, locutiones duriuſculæ & inſolentes, quas excuſare & defendere poſſumus, uſurpare nolumus. Quales ſunt ex. gr. *Deus homini permixtus eſt* [b]. Et, *Filius arbiter patris & miniſter, miſcens in ſemetipſo hominem & Deum* [c]: *Homo in Deum tranſivit* [d]. Chriſtus dicitur ἀγχίθρονος ſolii paterni, αὐτόγονος αὐτοπάτωρ, [e] προπάτωρ, ἀπάτωρ ἑαυτοῦ: [f] Pater dicitur ὁμῆλιξ, αὐτόφυτος, αὐτογένεθλος, αὐτοφυὴς, αὐτογενὴς, ex ſeipſo procreatus, [g] αὐτολόχευτος, αὐτογέννητος, & ſimilia non pauca, quæ benigniori interpretatione emollita vide apud Heſychium & Suidam, & juſtâ cenſurâ in Nonno caſtigata apud Heynſium noſtrum in Ariſtarcho [h].

Ad 4. Reſp. I. Iam ex tuis ipſius verbis docuimus, qua peritia & conſcientia fulmina iſta Concilii Epheſini nobis applices. II. Nos omnibus illis in hæreſin Neſtorii ſtatutis libenter ſubſcribimus, quod patet ex confeſſionibus noſtrorum & Ianſenii teſtimonio p. 39. jam à nobis citato. Itaque verbum non addimus, ſed Ianſenium mendacii arguimus, à quo ſe purget, ſi poteſt.

Concludimus hanc diſceptationem verbis Bellarmini: [i] *Præterea ordinis poteſtatem habent omnes presbyteri ſub Pontifice, & tamen quia eam habent à Deo, non poteſt Pontifex eam ita tollere, ut ii, ſi velint, non poſſint ea uti. Nam presbyter etiamſi Pontifex illum excommunicet, ſuſpendat, interdicat, degradet, tamen ſi velit, verè conſecrabit.* Addimus nos: verè prædicabit verbum Dei, & ſacramenta miniſtrabit, & ita peccatorem ab errore viæ convertet, atque ad fidem æternamque ſalutem perducet; imprimis cum cenſuræ, decretæ, ſententiæ Papales tantum ſint de hoc mundo, & mundanis conſiderationibus veliſicentur, cœlum ac cœleſtia ne minimo quidem puncto attingant. Vide ſententiam Clementis VII. de divortio Henrici VIII. Angliæ regis apud Iovium [k] hiſtor. lib. 35. p. 729. Et πολιτείαν Clementis VIII. in admiſſione Henrici IV. Gall. & Navarræ Regis ad reconciliationem apud Rodolph. Botereum commentar. lib. 1. ad ann. 1594. p. 7. 8. & Cardinalem Oſſatum lib. 1. ep. 1. 3. 4. 5. 24. 26. & Perronum lib. 2. p. 149. 135. 155. 162. Et ſententiam Clementis VIII. ſuper conjugio, quod Gregorii XIII. contraria ſententia ratum fuerat apud Botereum lib. 6. ad ann. 1599. p. 218. 219. Super conjugio Ducis Barrii cum ſorore Regis apud Oſſatum lib. 6. ep. 229. 222. 238. & l. 9. ep. 343. 346. 348. 356. 347. Et luſus iſtos ac mercaturas circa ſacra ſive *rationabili de cauſa* (quę tinctura univerſalis eſt) ſive abſque *ulla cauſa*, probant Theologi Papales in theſi: cum tamen maxime improbat in hypotheſi, ubi ſe, ſuos, ſuaque tangi vident. [l] *Indulgentia* enim *valet etiam ſine cauſa data.* Et *Papa poteſt alicui auferre beneficium ſine cauſa.* Et, *abſolutio injuſta, & ex cauſa falſa valet*; & *tenet non præmiſſa ſatisfactione*, & *poteſt fieri per procuratorem, & invitus poteſt abſolvi.* Et, *excommunicatio fulminatur in futurum.* Deniq; quæ cenſuræ, quæ ſententiæ facile eludi aut aboleri non poſſunt, aut parata pecunia redimi à trapezitis Romanis, juxta taxam Pœnitentiariam? Sed de valore cenſurarum, judiciorum, abſolutionum, Indulgentiarum &c. plus ſatis.

SECTIO-

[a] Cornel. à Lapide quondam apud Ieſuitas lector Theologiæ Lovanii, nunc Romæ, in dedicat. commentar. in Proph. minores. Et in Epheſ. cap. 1. v. 10. [b] Auguſt. tom. 2. epiſt. 3. ad Voluſianum. [c] Tertull. adverſ. Marcionem. [d] Gennad. Maſſil. de Eccleſ. dog. c. 2. [e] Nonnus in Iohan. cap. 1 & 2. [f] Syneſ. Symno. 3. [g] Syneſ. Symno. 6. Epiphan. contra Aëtium, Iuſtinus Hertat. ad græc. Lactant. lib. 1. Nonnus paſſim. [h] Ariſtiarch. cap. 3. [i] De Pontific. lib. 4. cap. 24. [k] Vide Iovium lib. 31. p. 485. & Guicciardinum lib. 19. [l] Imman. Sa in voc. *Papa*, *Indulgentia*, *Excommunicatio.* Et Toletus lib. 1. cap. 8, & 14.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT XVI.

Differentia inter Presbyterum, Paſtorem & Concionatorem fruſtra obtenditur vocationi Reformatorum.

QVinta Hypotheſis. [a] *Ita differre Sacerdotem ſeu presbyterum à paſtore Eccleſiæ, ut illi vi vocationis & miniſterii ſui nihil poteſtatis competat ad colligendam, regendam, erigendam, formandam Eccleſiam. Et ſacerdotium, nihil ad munus paſtorale.*

Refut. I. Apollinis oraculum ſcilicet. Sed verbum Dei tale diſcrimen non agnoſcit, neque ex jure divino unquam tantum probabitur, ut presbytero legitimè vocato ædificationi & collectioni Eccleſię manũ admovere fas non ſit: inprimis in tali extremę neceſſitatis caſu, qualem nos hîc ponimus. Conſiderentur loca illa, ubi miniſterii Eccleſiaſtici ratio atq; inſtitutio memoratur, Eph. 4. v. 11. 12. Ioann. 20. v. 21. 22. 23.

Quod Bellarminus diſputans contra *Victoria, A Caſtro*, reliquoſque Theologos Hiſpanos & Gallos: *Si jure divino Epiſcopi habent ſuam jurisdictionem, oſtendere debent aliquod verbum Dei, in quo hæc eorum juriſdictio fundetur &c.* Idem nos Ianſenio noſtro dicere poſſumus. Nihil ergo pro hoc diſcrimine adferri poteſt, quàm jus humanum, & recens aliqua conſuetudo Papatus, quæ conſcientiam non ligat neceſſitate præcepti, nedum neceſſitate medii, cum agitur de animarum ſalute & perditione.

II. Munus paſtorale eſt, *paſcere verbo, paſcere exemplo, paſcere ſubſidio*, ut recte Gregorius Magnus. Et explicat Gerſon part. 2. ſermon. in concil. Rhemenſi. *Debet paſtor triplici paſtura paſcere gregem, ſcil. verbo inſtructionis, Sacramentorum miniſterio, & temporali ſubſidio.* Gabriel. lib. 4. diſt. 13. qu. 1. dub. 5.

At idẽ eſt munus presbyteri, ſecundum Scripturam & conſenſum Patrum ac Pontificiorum 1. Pet. 5. v. 1. 2. 3. ubi presbyteros hortatur ut *paſcant gregem.* & Tit. 1. v. 7. & 9. ubi vult eos ut Dei diſpenſatores, potentes eſſe in exhortatione & contradicentiũ redargutione. & Act. 20. v. 17, 28, 31. Vbi presbyteris Eccleſiæ Epheſinæ mandat Apoſtolus, ut attendant gregi, Eccleſiam paſcant, vigilent contra lupos. Ergo Sacerdotium aliquid ſaltem ad munus paſtorale.

III. In antiqua Eccleſia omnia faciebat presbyter quod Epiſcopus excepta ordinatione, ut ex Hieronymo retulit Ianſenius p. 172. Ergo presbyter paſtorali cura etiã regit Eccleſiã, hoc eſt, colligit, erigit, format, breviter Concilia, Patres, & perpetua antiquæ Eccleſiæ ſententia & praxis, commentum paradoxum Ianſenii ignorant. Apud illos enim æquipollent miniſter, paſtor, presbyter, ſacerdos, cui in colligenda, formanda, regenda Eccleſia partes ſuas concedunt. Quære ex Tertulliano, Hieronymo, Gennadio, Salviano, Beda & ſimilibus presbyteris, an nihil ipſis cum munere paſtorali, ſi doctrinam, diſciplinam, mores Eccleſiæ ſuæ laborare viderent.

IV. Presbyteri (ut ab Epiſcopis diſtinguuntur) ſuccedunt 70. diſcipulis, qui exibant ad prædicandum ex cõmuni ſententia Pontificiorum [b]; at illi 70. diſcipuli erigebant, formabant, colligebant Eccleſias Luc. 10. v. 2. cum v. 16. Ergo primis reformatoribus, ſiquidem tantum fuiſſent presbyteri, licuit ſaltem erigere & colligere pro ſua

a Pag. 118. 119. b Diſtinct. 21. C. Decretis.

ſua parte Eccleſiam illam particularem in qua erant presbyteri. Immo & in ſynodis comparebant olim presbyteri Actor. 15. & Cyprianus ad Quirinum p. 231. *Quid nuper plurimi coëpiſcopi cum presbyteris, qui aderant, cenſuerimus*. Et jus ſuffragii illis tribuit[a] Cõcil. Baſileenſe: Neque contrarium in Papatu tanquam de fide definitum, aut tanquã de jure divino communiter receptum.

V. Poteſtas Paſtoralis & cura animarum in ſolos Epiſcopos & Curatos ſeu rectores parochiarum ab aliis presbyteris ita tranſlata non eſt, aut jure divino, aut jure poſitivo irrefragabili, ut in caſu neceſſitatis presbyter jure poſtliminii, ſeu ſecundum jura antiqua non poſſet collectioni & inſtaurationi Eccleſiæ ſeu parochiæ, cujus eſt presbyter, ſe immiſcere. Probatur ex ipſo Papatu. *Primò*, Quia ibi nondum de fide definitum eſt illud diſcrimen inter presbyteri, paſtoris & Epiſcopi poteſtatem, & diſtributio ſeu divulſio illa clavium apud Canoniſtas & Summiſtas quam habet Toletus lib. 1. c. 3. neque contrarium tenentes hæreſeos condemnati. *Secundò*, hoc definitum eſt, presbytero ſeu ſacerdoti competere ſaltem verbi prædicationem, quinque Sacramentorum adminiſtrationem, populi inſtructionem, atque adeo regimen internũ conſcientiæ. Vt conſtat ex Inſtit. juris Canonici, l. 1. tit. 21. & Pontificali. cap. in Philonio cit. & Toleto loc. cit. Atqui hoc certe aliquid ad *munus paſtorale*; hæc enim fere omnia aut præcipua eſſe arbitror, quibus Curati ſeu paſtores exercent curam ſpiritualem. *Tertiò*, Richardus de Media Villa, exſertè probat claves ſcientiæ & poteſtatis collatas eſſe omnibus ſacerdotibus novi Teſtamenti, in 4. diſt. 19. art. 1. q. 2. & contendit Magiſtrum hîc non eſſe tenendum, cum ſtatuit clavem *ſcientiæ omnibus ſacerdotibus non collatam*. Ibid. art. 1. qu. 2. & art. 4. qu. 3. Adhæc, Omnes ſacerdotes etiam excommunicare, cujus ratio eſt conſuetudo, *quia conſuetudo dat juriſdictionem*; ſentire aliquos de jure competere hoc ſacerdotibus, quamvis Epiſcopi contrà multos præſcripſerint in diſtinct. 18. art. 4. qu. 1. Fluctuat hîc Thomas part. 3. in ſupplement. qu. 2. art. 1. Soli Epiſcopi, inquit, excommunicare poſſunt ſecundum communiorem opinionem. Sed presbyteri parochiales non niſi ex commiſſione eis facta, vel in certis caſibus, ſicut in furto, & rapina &c. Alii etiam dixerunt, quod etiam ſacerdotes parochiales poſſunt excommunicare; ſed prædicta opinio eſt rationabilior. Innocentius, Hoſtienſis, Thomas, Bonaventura, Sylveſter, ſimplici ſacerdoti, qui non ſit curatus aut parochus, tribuunt facultatem abſolvendi ab excommunicatione[b]. *Quartò*, Nemo eſt inter Pontificios, qui ſacerdotibus ſaltem ordinis poteſtatem ad ſacramenta conficienda & miniſtrandum, & poteſtatem juriſdictionis internæ ad populum regendum in foro conſcientiæ non tribuat. Vide Tolet. loc. cit. & Bellarmin. de pontif. libr. 4. cap. 24. & ſententiarios in 4. diſt. 19. *Denique per ordinem homo accipit poteſtatem regendi multitudinem & exercendi actus publicos*, eſt propoſitio Thomæ[c]; Adſumimus nos ex mente Pontificiorum, Atqui ſacerdotium eſt Ordo, Ergo. &c.

VI. Non tantum erectio, collectio, & formatio Eccleſiæ, ſed ipſa illa Eccleſiaſtica *gubernatio & præfectura*, quam peculiariter ita dictam removet à presbyteris Janſenius, in Scriptura iis tribuitur. 1 Timot. 5. 17. *Bene qui præſunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina*. Hîc nota *primo*, per presbyteros intelligi iſthic etiam ſacerdotes. ſic Gloſſa interlinearis & marginalis, & ex re-

[a] Vide Bellarm. de Concil. lib. 1. cap. 16. [b] Refert Toletus lib. 1. c. 16. [c] Part. 3. qu. 65. ubi probat numerum Sacrament.

centioribus Immanuel Sa. *presbyteri, id eſt, Epiſcopi vel Sacerdotes. Secundò*, nota illud προεστῶτες, manifeſte inferre *præfecturam*, & *regimen*, ex cōmuni acceptione hujus vocis apud ſacros & prophanos ſcriptores; & collatione loci qui eſt, 1 Theſſ. 5. v. 12. *Rogamus vos, fratres, ut cognoſcatis eos qui laborant inter vos, & qui præſunt vobis* (καὶ προϊσταμένους ὑμῶν) *in Domino, & qui adhortantur vos &c.* Sic ergo concludimus: Qui ſunt ἡγούμενοι & προϊστάμενοι, & vigilant pro animabus, deque iis Domino rationem reddituri ſunt, illis competit rectura & cura animarum, atq; adeo collectio & præfectura Eccleſiæ: Sed omnes presbyteri & verbi divini miniſtri ſunt ἡγούμενοι, id eſt, præpoſiti, præfecti, duces (ſic vertunt & exprimunt Vulgatus, Titelmannus, Arias Montanus) & προϊστάμενοι, id eſt, pręſidentes, Heb. 13. v. 7. 17. 24. 1 Theſſ. 5. 12. Ergo collectio, erectio & pręfectura Eccleſiæ ipſis competit. De presbyteris explicant loca illa, Gloſſa interlin. 1 Theſſ. 5. 12. A Lapide Hebr. 13. v. 7. & 24. Anſelmus Hebr. 13. v. 24. Primaſius Hebr. 13. v. 7. & 17. *De omnimodis Prælatis & Prædicatoribus & Doctoribus*; Idem 1 Theſſ. 5. *De ſacerdotibus & presbyteris*; Iſidor. Clar. 1 Theſſ. 5. 12. de omnibus *qui docent*.

VII. Antiquiſſimi Patres, ex ſententia & praxi Eccleſiæ ſui temporis, non tantum presbyteris curam & regimen animarum internum, (ut diſtinguunt Pontificii) ſed & externū, hoc eſt, *Iuriſdictionem* attribuunt. Tertullian. Apologet. cap. 39. *Ibidem etiam exhortationes, caſtigationes & cenſura divina. Nam & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conſpectu, ſummumque futuri judicii præjudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, ut à communione, ut à communicatione orationis & conventus, & omnis ſancti commercii relegetur, præſident probati quique ſeniores honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti* &c. Ecce presbyterorum *præſidentiā*, id eſt, regimen. Origenes contra Celſum III. *Ordinati ſunt aliquot, qui in mores ac vivendi rationem eorū, qui illuc adeunt, inquirant: ut iis qui turpibus & indignis facinoribus vitam commaculant, conventus ſui aditum interdicant* &c. Cyprianus epiſt. 19. 39. 41. & 27, 28, 29, 30. 34, 49. 58. & locis fere infinitis, quibus circa curam & regimen Eccleſiaſticum in conſortium cōſilii & ſuffragii presbyteros tunc admiſſos fuiſſe, docemur. Specialiter in presbyteris laudat, *quod lapſorum mentes ſalubribus conſiliis regere & reformare non deſinerent*, epiſt. 8. ad plebem de quinque presbyteris ſciſmaticis. Ignatius epiſtol. ad Trallian. presbyteros (ab Epiſcopo diſtinctos) vocat *ſynedrium Dei* & συνδεσμὸν *Apoſtolorum Chriſti, ſine quibus Eccleſia nulla ſit* &c. Mandat ibidem Eccleſiæ ut illis ſubjecti ſint, *tanquam Chriſti apoſtolis, illos revereantur, ſine illis nihil agant, nihil tentent*. Et repetit in epiſtolæ epilogo: *ſubjecti eſtote Epiſcopo, ſimiliter Presbyteris & Diaconis*. Atqui ex natura relatorum ubi ſubjectio eſt fidelium, ibi regimen eſt presbyterorum. Vide quæ de presbyterorum & presbyterii poteſtate annotavimus ſupra c. 8. & ſect. 1. cap. 6. Hieronym. in Tit. 3. v. 11. Sacerdotibus regimen externum & juriſdictionem attribuit his verbis: *propterea à ſemetipſo damnatus dicitur* (hæreticus) *quia fornicator, adulter, homicida & cætera vitia per ſacerdotes de Eccleſia pelluntur: hæretici autem in ſemetipſos ſententiam ferant*, &c. Idem tanquam Synonyma uſurpat, *Sacerdotes* & *præpoſitos* libr. 1. in Iovinianum. Primaſius in Epheſ. 4. v. 8. *paſtores ſunt ſacerdotes*. Ita explicat *paſtorem* in textu, per *Sacerdotem*. Anſelmus ibid. *paſtores* per *Epiſcopos* aut *Presbyteros* explicat, eoſque vocat *Regentes*. Nazianzenus [a] in apologetico, de ſacerdotis ſeu presbyteri miniſterio ubique uſurpat voces *regere, paſcere, moderari, præfici, præeſſe, curare*, &c. *hujus nos curationis miniſtri eſſe debemus & adjutores, quicunque aliis præſumus*, loquitur pag. 34. cum presbyter tantum eſſet creatus. Et præfectura Eccle-

ſiaſtica,

[a] Naz. Apologet. ex verſione Iul. Gabrielii Eugubini apud Plantin. 1573.

ſiaſtica, rectura; gubernatio imprimis illi argumentum facit, quo muneris iſtius difficultatem exaggeret à p. 23. uſque 38. ubi concludens ait: *Sic igitur ſe habent ea, quæ ad noſtras attinent affectiones, tantumque hic negotii habet paſtor bonus, qui ſcitè ſciturus ſit animas gregis, & præfuturus pro ratione paſtoralis ſcientiæ &c.* Canones Apoſtolorum, Ignatius & alii ipſis proximi Eccleſiaſticos, in *Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos* diſtribuunt. Canones Africani, ut 20.125. & ſic paſſim presbyterum pro paſtore accipiunt. Et ubicunque presbyteros & verbi miniſtros communiter vocant præpoſitos, præſides, præſidentes, προεστῶτας, Epiſcopos. Et omnibus ἀρχὴν, προστασίαν & curam in Eccleſiis tribuunt, vide & confer ſect. 1. c. 9. De Eccleſiis & ſcriptoribus intermediæ ætatis idem eſto judicium. In capitulis Caroli Magni & Caroli Calvi pro eodem uſurpantur *Presbyter, Parochus, Curatus.* Vide inter alia Car. Calvi an. 869. cap. 8. 9. πίστις. & *ad Tholaſam.* p. 39. 41.

VIII. Nulla rationabili de cauſa cõſuetudo in Papatu nunc obtinens (quæ in Papatu *jus facit*, teſte Richardo modo cit.) divellit clavem ſeu regimen internum ab externo, ita ut presbytero cui maius committitur minus committi non poſſit. Majus autem eſt regimen internum quam externum: quia[a] *in foro conſcientiæ ſeu pœnitentiæ res agitur inter hominem & Deum; in exterioris judicii foro cauſa agitur hominis ad hominem.* De qua cauſa, cum ſæpe ſit pecuniaria, & in quiſquiliis quibuſque ſecularibus quęſita (vide ſupra ſect. 1. c. 3.) dici poſſet illud Apoſtoli, 1 Cor. 6. v. 1, 2, 3, 4. *Audet aliquis veſtrum habens negocium adverſus alterum judicari apud iniquos, & non apud Sanctos? An neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo judicabunt? Et ſi in vobis judicabitur mundus: indigni eſtis, qui de [b] minimis judicetis? Neſcitis quoniam angelos judicabimus: quanto magis ſæcularia? ſæcularia igitur judicia ſi habueritis: contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad judicandum*, id eſt, *ſi neceſſe fuerit de ejuſmodi judicare quæ ad communẽ hominũ uſũ pertinẽt, contẽptibiles & abjectos de Eccleſia præficite hujuſmodi judiciis.* Gagnæus in ſchol.

IX. Papa Gelaſius in Iure Canonico ſacerdotes dicit omnium fidelium etiam Regum, Principum *Patres & Magiſtros.* Diſtinct. 96. c. *quis dubitet.* Ergo poteſtas in Eccleſiam ſimilis paternæ & Magiſtrali ipſis competit. *Minores presbyteri*, inquit Caniſius [c], *in Eccleſia miniſterio deſerviunt, dona & ſacrificia pro peccatis offerunt, atque in curanda dominica meſſe tanquam operarii ſecundum illos* (Epiſcopos) *exiſtunt.* Videatur prolixa explicatio ſacerdotalis poteſtatis & dignitatis in comment. A Lapide ad Malach. 2. v. 7. Ex quo ſolo dediſcat Ianſenius ſuum illud paradoxum: Sacerdotium nihil ad munus paſtorale. A Lapide ex Roman. 12. 1. Tim. 5. 3. Eccleſiaſticas functiones in prophetiam & diaconiam diſtribuit: Sub prophetia, hoc eſt, verbi prædicatione tanquam parte pręcipua comprehendi epiſcopos, parochos, presbyteros: *Deinde*, inquit, *amplius hæc duo genera, ſcil. Prophetiam & Diaconiam, in ſuas ſpecies partitur & dividit: nimirũ prophetæ alii ſunt doctores, quales erant Apoſtoli & Epiſcopi; alii ſunt exhortatores ſive paſtores, quales ſunt presbyteri & parochi.* Idem[d]: *Non meminit hic parochorum & ſacerdotum Apoſtolus, ſed eos ſub Epiſcopis intelligit: eſt enim idem eorum onus & munus docendi, paſcendi, regendi populum, ſed circa pauciores ſubditos.* Idem[e], *Sacerdotibus cum ordinantur, Epiſcopus, & poſt Epiſcopum ſacerdotes omnes manus imponunt*, ut jubet Concil. Carthag. IV. c. 30. Eſtius etiam, in c. 4. ep. ad Eph. *Generaliter etiam huc Parochi pertinent qui ſub Epiſcopis tanquam eorum opitulatores animarum curam gerunt, quod Theophyl. innuit, dum ſcribit, per paſtores intelligi poſſe presbyteros & epiſcopos.*

[a] Supplement. Thomæ ad p. 3. qu. 22. art. 1. [b] κριτήρια ἐλάχιστα τὰ περὶ τῶν χρημάτων ἐκάλεσεν. id eſt, *minima judicia appellavit ea quæ pecunias concernunt*, Theodoret. [c] In Catechiſmo de ſacram. Ord. c. 4. [d] in 1 Tim, 3. p. 724. [e] ibidem in c. 4. v. 14.

X. Si Abbatibus tam multa competunt, imo & fœminis Abbatiſſis (quibus tamen tacendum eſſet in Eccleſia, 1 Cor. 14.) quæ curam & præfecturam Eccleſiaſticam concernunt, quo jure presbyteri ab omni præfectura & actu paſtorali excluduntur? Abbatum autem & Abbatiſſarum quæ ſit poteſtas, vide hujus ſect. c. 6. & ſect. 1. cap. 7.

XI. Ex authoritate & dignitate ſacerdotis, ad hominem probari poſſet curam & præfecturam Eccleſiæ illis competere. Adverſarii enim ſupra *Reges & Imperatores*, ſupra *Angelos*, ſupra *Virginem Mariam*, ſupra *Chriſtum*, eos extollunt. De Virgine Maria & Angelis Stella Clericorum & Biel, lib. 2. ſect. 1. citati. De Chriſto, ſic recenter A Lapide[a]: *Adde ſacerdotem, quatenus gerit perſonam Chriſti ſacrificantis, quodammodo* [b] *majorẽ eſſe Chriſto ſacrificato : in omni enim ſacrificio ſacerdos major eſt ſua victima.*

XII. Falſa iſta hypotheſis cum aliis ejuſdem monetę nititur meris commentis humanis, de beneficiorum Eccleſiaſticorũ & Hierarchiæ diſtributione, ſubordinatione, mutua relatione & dependentia; dividitur enim *beneficium* in *Religioſum* & *Sæculare*. Religioſum in ſimplex, *Canonicatum* ſcil. *regularem*, & in duplex, *Abbatiam*, *Prioratum*, vel aliud *habens juriſdictionem*. Sæculare vero aliud ſummum, ut Papatus; aliud majus, ut Epiſcopatus; aliud mediocre, ut *dignitatus* vel perſonatus, vel aliud *habens curam animarum*. Aliud minus ſeu ſimplex, ut *canonia, capellania, advocatoria*, & hujuſmodi. [c]Aliud nõ habens adminiſtrationem, & hoc large dicitur *beneficium*, & eſt quando quis habet beneficium non in titulum, ut ſunt *Cappellani ad nutum amovibiles*. Sed quando habet in titulum aliquod beneficium, cui aſſignata eſt dos quantacunque ſit ſimplex, dicitur habere beneficium cũ adminiſtratione. Eccleſiaſticæ Hierarchię ſcala ſeu arbor extat apud Poſſevinũ biblioth. ſelect. lib. 3. c. 20. quam nunc deſcribere non vacat. In ſtirpes quatuor totum examen diſtribuit, ita ut perſonæ Eccleſiaſticæ ſint *gubernantes, miniſtrantes, juvantes, ſupererogantes.* De quarum genere aut ſpecie, diſtinctis privilegiis, juribus, poteſtatibus, functionibus, titulis, honoribus, emolumentis, beneficiis, penſionibus, earumque unionibus, regreſſibus &c. Adhæc ſeparatione, mixtione, ſublimatione, calcinatione, fixatione, filtratione, mutua diſcordi concordia, diſſonantiis, conſonantiis perfectis, imperfectis, ad pulverem uſque ſecantes & altercantes, vide Theologos, Canoniſtas & ex utriſque conflatos Summiſtas. Sed pleraque illa tanquam ad fidem, ad cultum Dei, ad eſſentialem politiam Eccleſiæ neceſſaria non recipimus; itaque tantundem facit Ianſenius iſtis principiis ſuperſtruens concluſiones ſuas, ac ſi Iudæi authoritate Thalmudis, aut Mahumetiſtæ authoritate Alcorani fidem noſtram oppugnarent.

Neque enim chaos juris Canonici, aut Bullarium, aut collectio Motuum propriorum, aut deciſiones Rotæ cum turmis Summiſtarum, *Rebuffo de praxi beneficiorum, Flam. Pariſio de reſignatione beneficiorum & confidentia beneficiali*, & ſimilibus Prophetis nobis ſunt authentici. Confer ſect. 1. Cap. penult. & ſect. 2. cap. 13.

Sexta Hypotheſis: [d] *Concionari pars exigua eſt poteſtatis paſtoralis.*

Refut. I. Paradoxum hoc ignorat Scriptura, ignorat Patrum & Conciliorum antiquitas, Catholiciſmus; ideo etiam ex ſua affirmatione Ianſenius illud defendit. Pythagoricè ſane.

II. Immo contra in Scriptura prædicandi & euangelizandi ſeu Euãgeliũ annuntiandi poteſtas, reliquá ordinaria paſtorũ poteſtatem

[a] Comment. in hebr. 7. verſ. 7. [b] O blaſphemiam! [c] Theneſvar Roſar. parte 4. *Beneficium.* [d] Pag. 119. 127. 123. 128.

tem ac curam ſecũ trahit aut includit, adeo ut cui illa per vocationẽ divinam aut Eccleſiaſticam impoſita ſit, etiam iſta impoſita eſſe intelligatur. Matth. 28. *Ite & docete omnes gentes: baptizantes eos in nomen Patris & Filii & Sancti Spiritus: docentes eos ſervare omnia quæcunque mandavi vobis.* Et Roman. 10. v. 14. cum Eſaiæ 52. verſ. 1. ſynechdochice totum miniſterium in eo conſtituitur, & totus effectus miniſterii *fides* ſcil. & *ſalus* illi peculiariter & quidem neceſſitate medii adſcribitur. *Quomodo audient abſque prædicante? quomodo prædicabunt niſi miſſi fuerint,* &c. *Igitur fides eſt ex auditu, auditus verò ex verbo Dei,* 1. Cor. 1. *placuit Deo per ſtultam prædicationem ſalvos facere credentes,* 1. Tim. 5. 17. *presbyteri qui bene præſunt duplici honore digni ſunt, maxime qui laborant in verbo & doctrina.*

III. Non eſſe etiam exiguam, ſed magnã, imo & præcipuam partem poteſtatis paſtoralis, inde conſtat; Primò, quod Paulus certis de cauſis alia aliqua parte poſthabita aut aliis demandata, hanc poſthabere nefas duxerit, hanc imprimis exercuerit, 1. Cor. 1. verſ. 17. *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare.* Et Act. 6. v. 2. *Non æquum eſt nos derelinquentes ſermonem Dei miniſtrare menſis.* Et ab hoc actu concionandi potiſſimum denominaverit Apoſtolatum ſuum, 1. Timoth. 2. 7. & 2. Timoth. 1. 11. *Ad quod ego conſtitutus ſum præco & Apoſtolus, &c. Doctor gentium in fide & veritate.* Et 1. Corinth. 9. verſ. 16. 17. *Si euangelizo, non eſt mihi gloriatio: neceſſitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi niſi euangelizem.* Et 2. Corinth. 11. 7. 8. Miniſterium & Apoſtolatum ſuum, cujus apologiam inſtituit ibi per totum, ἐξαιρέτως conſtituit in euangelizatione. Et ſic in clamando in prædicando miniſterium Prophetarũ ſe exſerit, Ezech. 3. 17. Et Eſaiæ 58. 1. Secundò, quod Timotheum atque alios maximè & nominatim ad hoc incitarit, 2. Timoth. 2. v. 14. *teſtificans coram Domino,* verſ. 15. *rectè ſecantem verbum Dei,* & Cap. 4. verſ. 1. 2. *Teſtor coram Deo,* &c. *prædica ſermonem, inſta opportunè, importunè, redargue, increpa, adhortare, &c.* Et 1. Tim. 4. verſ. 6. *Hæc ſi proponas fratribus, eris bonus miniſter* (Gr. διάκονος) Ieſu Chriſti, v. 11. *Hæc præcipe & doce,* & v. 13. *Donec venio, attende lectioni, adhortationi & doctrinæ. Ne negligito donum quod in te eſt, quod datum eſt tibi per prophetiam & impoſitionem manuum &c. hæc cura, in his verſare, &c. attende tibi ipſi & doctrinæ, &c.* Tit. 1. v. 9. Requirit imprimis in miniſtro, *ut ſit potens admonere in ſana doctrina,* & Cap. 2. v. 1. *Tu autem loquere quæ conveniunt ſanæ doctrinæ.* Tertiò, quod ab hac parte ſynechdochice totum opus, tota poteſtas miniſterii denominetur, quaſi illa virtualiter aut eminenter totam contineat; aut propriè & principaliter totum illud ſit, cujus reliqua ſint ſive appendix, ſive uſus & praxis, 1. Timoth. 3. v. 2. *oportet Epiſcopum eſſe διδακτικόν.* Vnde Eph. 4. v. 10. *paſtor* vocatur *Doctor.* Rom. 10. 14. *Quomodo autem credent quem non audierunt, quomodo autem audient ſine prædicante,* & verſ. 17. *Fides ex auditu.* Et Eſai. 52. v. 7. *quam ſpecioſi pedes euangelizantis pacem, euangelizantis bonum, annunciantis ſalutem.* Gal. 6. *Communicet autem qui inſtituitur in ſermone, cũ eo qui ſe inſtituit, omnia bona,* 1. Cor. 1. 23. *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum,* & cap. 2. v. 1. 4. 7. 13. & Cap. 3. verſ. 1. 2. 1. Timoth. 5. 17. *Qui laborant in verbo & doctrina.* Titum 1. v. 3. *videlicet ſermonem illum ſuum per præconium quod concreditum eſt mihi ex imperio ſervatoris noſtri Dei,* & v. 9. *ut poſſit exhortari doctrina ſana & contradicentes convincere.* Et Act. 1. verſ. 1. totum miniſterium Chriſti illis duobus circumſcribitur, *dicere* & *facere.* Et præcurſor Chriſti, dicitur *vox clamantis* in deſerto, Ioann. 1. verſ. 13. & Matth. 3. verſ. 3. Quartò, idem probatur ex Patribus, quibus Paſtores dicuntur προεστῶτες τοῦ λόγου. Iuſtinus Martyr in apolog. 2. ad Anton. Et prædica-

tores, præcones, κήρυκες. Et quibus officium paſtorum, eſt docere. Nazianzenus in Iambis: Η μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ. i. *Aut non docere, aut erudire moribus.* Chryſoſtom. & Græca ſchol. λειτουργεῖν. i. *miniſtrare, fungi munere ſuo, Domino operã dare*, exponunt per κηρύττειν *prædicare* Act. 13. v. 2. Quibus inſiſtens Iſidorus Clarius: *Græca vox*, inquit, *ſignificat publicum munus obire & adminiſtrare. Hic autem ſumitur pro Euangelium Dei annunciare.* Ergo *prædicatio* complectitur totum miniſterium, aut ſaltem partem tam principalem & neceſſariam, ut notione ejus reliqua omnia comprehendantur. Primaſius in Epheſ. 4. *Paſtores ſunt ſacerdotes, doctores omnes, quicunque ſunt idonei ad alios inſtruendos.* Omnes ergo paſtores etiam doctores ſunt. Nazianz. in apolog. p. 38. *Iam vero ipſius verbi diſtribuendi munus, (ut ultimo loco ponam id quod omnium rerum noſtrarum primum eſt)* Comparans ſcil. *prædicationem* cum *Rectura*; quam tamen p. 27. *artem artium, & ſcientiam ſcientiarum* dixerat. Ambroſius lib. de initiandis cap. 2. *Sacerdos eſt angelus, qui regnum Chriſti & vitam æternam annuntiat, non ſpecie tibi æſtimandus, ſed munere.* Hic *annuntiatio* ſola definitionem ſacerdotis ingreditur; ergo non eſt exigua pars poteſtatis Eccleſiaſticæ. Chryſoſtomus homil. 2. in 2. epiſt. ad Timoth. *An ignoras quid ſit ſacerdos? Angelus utique Domini eſt. Non ex ſeipſo loquitur. ſi deſpicis, non illum deſpicis, ſed Deum qui illum ordinavit.* Hic rurſum *loqui* h. e. *concionari* definitionem ſacerdotis ingreditur. Cum ergo illi Patres dignitatem & poteſtatem ſacerdotis expreſſuri, definitioni ſeu ὑπογραφῇ ſuæ ſolum illum actum concionandi inſerant, ſequitur ipſorum ſenſu Concionari non fuiſſe exiguam ſed præcipuam partem poteſtatis Eccleſiaſticæ. Vide etiam epiſt. 59. Auguſtini. *Quintò*, ex ipſis Pontificiis, Colonienſes in ſuo antididagmate ut ægre faciant Archiepiſcopo ſuo Hermanno à VVeda, qui dona concionandi non habebat, perpetuo illi objiciunt *Concionari* eſſe proprium munus Epiſcoporum. Ergo eſt propria & principalis pars curæ paſtoralis & ſupremæ poteſtatis. Confer Concil. Tridentin. ſeſſ. 5. c. 2. Anſelmus in Epheſ. 4. in illa verba: *Alios autem dedit paſtores & doctores*, ſicut Epiſcopos *vel presbyteros; paſtores enim & doctores unum Regentium ordinem intelligimus, quia gregem Dei ipſe veraciter paſcit, qui docet. Et ideo non dicitur diſtincte, alios autem Paſtores, alios verò Doctores, ſed dicitur conjunctè: alios autem paſtores & doctores, ut intelligerent, eſſe officium ſuum doctrinam. Vnde per Prophetam Deus promiſit, dabo vobis paſtores juxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina.* Iſidor. Clarius ibid. *Iunxit utrumque, ut qui paſtor eſt, ſit & magiſter, alioqui ne paſtor quidem eſt.* Thomas[a] *prædicare actum eſſe principaliſſimum & proprium Epiſcopi probat, & digniorem quam baptizare, adductis locis,* Act. 6. 1. Corinth. 1. Ioann. 4. Bernardus[b] Eugenio Papæ: *Etſi purpuratus, etſi deauratus incedens, non eſt tamen quod horreas operam curamque paſtoralem paſtoris hæres. Non eſt quod erubeſcas euangelium, &c. Euangelizare paſcere eſt. Opus fac Euangeliſtæ, & paſtoris opus impleſti.* Paulus Fuſchus Epiſc. Sarrenſis de viſit, & regim. Eccleſ. Romæ, ex Typogr. Vincentii Accolti, 1581. lib. 2. cap. 21. num. 5. *prædicare eſt præcipuum Epiſcoporum.* Seſſ. 24. Concil. de refor. cap. 4. Idem lib. 1. cap. 4. num. 23. *Paſtoralis officii ſumma conſiſtit in duobus mandatis, docere verbo & exemplo. Accipe Euangelium & vade, prædica populo tibi commiſſo.* Iacob. Pereſius à Valdivia:[c] *Tria ſunt in Eccleſia catholica præſtantiſſima munera & beneficia, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, divini verbi prædicatio, Confeſſionis ſacramentum, ab Spiritu ſancto in Chriſtiani populi utilitatem inſtituta, ſacerdoti-*

[a] Part. 3. qu. 67. art. 2. [b] De conſiderat. lib. 4. c. 3. [c] De ſacr. cat. concion. lib. 1. c. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cerdotibuſque commiſſa. Cap.3. vocat *utiliſſimum & ſublime munus*, idque probat exemplo Chriſti & apoſtolorum, & locis Ieſai.61. 1.Ioann.18.37. Act.6.2. 1.Cor.1.17. Carolus Borromæus Cardinalis & Archiepiſc. Mediolanenſis, cum Concil. ſuo Provinciali: [a] *Parochus animarumque curator paſtoralis ſolicitudinis memor, in cujus ſanè partem vocatus eſt, &c. eam præcipuam prædicationis verbi Dei curam ſibi quoque impoſitam præſtet atque exequatur, &c.*

Gerſon[b]: *prædicare pertinet principaliter ad Curatos & Prælatos.* Et *prædicationis officium de neceſſitate annexum eſt paſtorali dignitati. Dura pro quibuſdam, ſed veriſſima ſententia.*

A Lapide in Roman. 2. illa verba *miniſterium meum honorificabo*, explicat; *exornabo prædicationem Euangelii apud gentes, ut ſpartam quam nactus, quæque mihi commiſſa eſt, exornem.* Et in Cap.12.v.6. Vbi allato loco Act.6.verſ.2. concludit: *Vides apoſtolos Eccleſiaſticas functiones ſtabiles & perpetuas in duo diviſiſſe, ſcil. in doctrinam ſive prædicationem verbi, quæ hîc prophetia vocatur, & in diaconiam: ac priorem, quaſi præcipuam ſibi reſervaſſe, &c.*

Idem: [c] *hæc duo munia ſunt Epiſcopi, immo cujuſvis paſtoris, doctoris, concionatoris, ut primùm ſcil. ſe, deinde alios doceat.* Turrecremata [d] prædicationem facit, *partem primatus*; unde infert neminem prædicare poſſe abſque miſſione Pontificis, & habere illum autoritatem Pontificis, qui habet poteſtatem prædicandi. Iohannes Major facit partem prælaturæ: [e] *potiſſimum munus in prælatura eſt, ſcire prædicare & inſtruere populum, & eum nutrire in fide & moribus, diſcernere inter lepram & non lepram, inter mortale & veniale, miniſtrare ſacramenta, &c.*

Sylveſter cum Panormitano facit partem curæ: *Regulares poſſunt promoveri ad Eccleſias ſæculares curatas: principaliter propter officium prædicandi & ſic propter bonum curæ.*

Sextò, ex ipſo Ianſenio; qui vocationis ad miniſterium neceſſitatem probaturus, toties repetit locum, Rom. 10.v.15. *Quomodo prædicabunt niſi mittantur*, aut ergo vocatio ad prædicandum eſt vocatio ad miniſterium Eccleſiaſticum; aut ſi non eſt, fruſtra locus ille ad noſtram controverſiam de vocatione ad miniſterium adhibitus fuit.

Remittimus ergo Papatui hoc paradoxum, quo pulvillos conſuunt axillis Pontificum, Cardinalium, Epiſcoporum, tot otioſorum ac inertium Canonicorum & Sacerdotum, qui plerique tanquam κωφὰ πρόσωπα in ſcenam iſtam prodeunt, titulis, beneficiis, & celebratione Miſſæ contenti; aut ſi aliquando ex homiliariis concionentur, nihil aliud præſtant quam *prædicatores de memoria*, ut citatus Pereſius tales ſolebat nominare, lib.1.c.2.

Cognatum huic paradoxo eſt alterum illud quo ſtatuunt, *Concionari* non eſſe actum ordinis ſacri, neq; officium divinum. Immanuel Sa in aphoriſm. cum Zvvarezio, qui ex profeſſo pro hac ſententia diſputat, *concionem non eſſe divinum officium neque partem ejus*, diſput.12, de excommun. ſect.2.art. 2.p.205.

Nos rationem nullam videmus cur non ſit præcipuum inter officia divina publica, quibus ſpiritualiter ædificatur Eccleſia, quia conſcientiis admovet verbum Dei, quod abſoluta neceſſitate medii eſt neceſſarium ad fidem, ſpem, charitatem & ingenerandam & conſervandam & augendam, 1.Cor.1.verſ.21. Roman.10.17, 1.Petr.1. 22.23. Alia officia publica quæ diſpenſant ſacramenta & conſcientiis admovent, tam illuſtria & tam neceſſaria non ſunt; quia ipſa ſacramenta neceſſitate medii abſolutè non ſunt neceſſaria, neque etiam faciunt directè ad fidem, ſpem, charitatem ingenerandam,

a Inſtruct. prædic. ex concil. prov.3. decreto, cap.1. b Part.4. ſerm. contra bullam mendicantium & part. 2. ſermon. in Concil. Rhemenſi Domin.2. poſt paſcha. c In 1.Tim.4.5. d Quæſt. In Euang. dominic. 5. poſt Trinit. qu.2. e In 4.d.ſt.24. qu.5. f In ſumma, Voce *religio*.c.7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

randam, quandoquidem nemini miniſtrari debent, niſi in quo jam illa inveniuntur aut præſupponuntur, ſive formaliter ſive radicaliter. Officia divina quæ loco cit. recenſet Zvvarez pleraque ad ſuperſtitiones relegamus. Rectius de iis Polydorus Virgilius[a]: *Fuit jam inde ab initio ſacerdoti inprimis negocium à Chriſto datum, ut doceret, baptizaret, conſecraret Euchariſtiam, miniſtraret aliis, ligaret & ſolveret, &c. item judicaret de dogmatibus, oraret pro aliis, ac ſacrificium laudis, &c. pro ſalute populi offerret, &c. videant igitur qui ſacerdotes faciunt, quo ſe crimine obligent, ſi ſunt ſacerdotes ad ea obeunda munia minus idonei. Sunt autem infiniti, qui tantum celebrandis miſſis, quas dicunt, operam dant, & ejus rei cauſa ſacerdotes ſunt, perinde quaſi in ea omne conſiſtat officium.* Adde deſcriptionem Sacerdotalis officii quam habet Nazianz. in apologetico, & Chryſoſtom. libris ſex de ſacerdotio; & vide an nulla alia poteſtas per ordinationem ſacerdotalem detur, nullamque aliam ſacerdotes exercere debeant quàm *Miſſam celebrandi & confeſſiones audiendi*, ut quidem ex Pontificali probat Ianſen. p. 122.

a De inventor. rerum lib. 4. c. 7.

SECTIONIS SECVNDÆ
CAPVT XVII.

Vocationem & Miſſionem nihil, aut in tantum non differre, ac vult Ianſenius. Et vocationem atque ordinationem tribuere poteſtatem prædicandi & populi regendi.

SEPTIMA Hypotheſis: a *Vocationem & miſſionem multum differre; adeo ut vocatus & ordinatus abſque uſurpatione nihil agere poſſit in Eccleſia, niſi ad hoc ſit miſſus. Et miſſionem poteſtatem prædicandi vel populi regendi perſonis per ſacerdotium præparatis & in idoneo gradu conſtitutis tradere.*

Refut. I. Tantam differentiam in ſcripturis non invenio. B. Paulus ſe dicit κλητὸν ἀπόστολον ἀφωρισμένον εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ *vocatum Apoſtolum ſegregatum ad euangelium Dei*, Rom. 1. v. 1. Et luc. 6. v. 13. Et elegit ex illis duodecim, quos etiam *apoſtolos* (j. miſſos) nominavit. Hic idem eſt *eligere* & *mittere*, *electus* & *miſſus*. Et Act. 15. 25. *eligere viros & mittere ad vos.* Vſurpantur iſta tanquam ſynonyma, καλεῖν, πέμπειν, ἀποστέλλειν, τιθέναι, διδόναι, χειροτονεῖν, ἐκλέγειν, id eſt, *vocare, mittere, conſtituere, dare, eligere per ſuffragia, eligere*, Luc. 6. 13. Ioan. 6. 70. Rom. 1. v. 1. 5. cum Galat. 1. 15. Et Hebr. 5. cum Rom. 10. v. 14. Ioan. 20. Eph. 4. Actor. 14. 22. 1. Timoth. 1. 12. Tit. 1. 5. Quæ omnia tanquam ſynonyma ad unam eandemque rem (*vocationem Eccleſiaſticam*) ſignificandam uſurpat Ianſenius, p. 181. 182.

Sic ἁγιάζειν *ſanctificare, conſecrare*, ἀφορίζειν *ſeparare, ſegregare*, ἐπιτιθέναι τὰς χεῖρας *manus imponere* ſynonyma τῷ *vocare & mittere* Rom. 1. 1. 5. cum Gal. 1. 15. & Ioan. 10, 36. & Act. 13. 2. 3. 4. Quomodo & Hebræum הבדיל *ſeparare, diſcernere, ſegregare*, per ἀποστέλλειν vertunt 70. Ezech. 39. 14. ubi Targum *conſtituent, committent, præficient.* Et Rom. 10. verſ. 14. vocatio legitima notione miſſionis exprimitur; Quomodo prædicabunt niſi miſſi fuerint. Ierem. 23. verſ. 21.

a P. 123. 178. & cap. 44. p. 196.

v.21. *Non mittebam Prophetas & ipſi currebant.* Vbi omnes interpretes Pontificii, ſcriptores didactici, polemici, & inter eos Ianſenius *vocationem* intelligunt; Nam ad controverſiam de *vocatione* legitima loca citata perpetuo adhibent. Videat Ianſenius ſpongiæ ſuæ p. 178.& p.181.182. &c.Ergo ex ſenſu Scripturæ prout ab adverſariis illa exponitur, non multum differunt *vocatio & miſſio.*

II. Ex loco ad Hebr.5.v.4. Qui vocatus non eſt à Deo per legitimam vocationem Eccleſiaſticam, hoc eſt, per perſonas ordinandi poteſtate præditas, ille ſumit ſibi hunc honorem, & quicquid agit in Eccleſia eſt ſacrilegium; ſic aliquoties argumentatur Ianſenius. Ergo ex lege contrariorum, qui ordinatus eſt, ille ſibi non ſumit, non uſurpat, ſi miniſtret in Eccleſia; Eſt enim ipſe ad hoc à Deo adſumptus per vocationem ſeu ordinationē. Vnde vulgatus interpres non dubitat, Act.13.2. εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτοὺς, *ad quod advocavi eos,* transferre, *ad quod adſumpſi eos.*

III. Qui per vocationem ſeu ordinationem factus eſt Angelus & nuncius Dei ad Eccleſiam, ille poteſt ἀγγέλλειν annunciare, euangelizare & in verbo laborare, atque adeo opus Domini peragere in Eccleſia; ſed omnis ſacerdos legitimè vocatus factus eſt Angelus Domini, Malach. 2. v.7. Ergo, &c. Sicuti Magnus Angelus fœderis ungendo, h.e. conſtituendo & ordinando miſſus erat à Patre ad Euangelizandum, Eſaiæ 61. verſ.1. cum Lucę 4. Et ille vocationi & ordinationi paternæ non reſpondit aliter, quam euangelizando & magnum illud opus perficiendo, ſicut & B.Paulus à Domino conſtitutus & à Chriſto *vocatus Apoſtolus*, eo ipſo *miſſus* erat ad euangelizandum, 1.Cor.1.verſ.1. cum verſ. 17. & duplicem nactus erat relationem, unam ad mittentem, 2.Cor.5.20. Ioann.13.16. alteram ad eos quibus miſſus erat, 1.Cor.3.9. Act.15.25. *placuit nobis collectis in unum eligere viros & mittere ad vos*, & verſ.22. *Viſum eſt Apoſtolis & presbyteris cum omni Eccleſia eligere viros ex eis, & mittere in Antiochiam.* Non ergo poſſunt tantum, ſed & debent ſacerdotes legitimè vocati tanquam Angeli Dei, *quippe quos virtutis ſuæ miniſtros* præfecit, ut loquitur Tertullianus[a], *purificare, illuminare, perficere, & ſanctificare populum* ut loquitur Ieſuita à Lapide [b], qui nomen Angeli ſeptem titulis ſacerdoti competere probat. Ibid.

IV. Ipſe Ianſenius promiſcuè uſurpat paſſim, ut Cap.35.v.155. ubi *vocationem* ordinariam & extraordinariam (quam definit, diſtinguit, & explicat toto capite) in lemmate capiti præfixo appellat *miſsionem*; & hac eadem pagina 123. *Et iſta tandem eſt illa miſſio ſeu vocatio.* Caput aut folium velim mihi oſtendi, in quo non tanquam ſynonyma ea uſurpet; aut ſi ut ſynonyma nō habet, ſophiſticè, quæ diſtinguenda ipſe cenſet, confundit. Cum toties inculcat neminem niſi per *vocationem legitimam* miniſterio fungi, & primos reformatores caruiſſe *vocatione Eccleſiaſtica*, adducit loca illa Rom.10.15. & Ierem.23. verſ.21. ubi *miſſionis* fit mentio. Aut ergo *miſsio* dicit *vocationem*, aut fruſtra ad inſtitutam de *vocatione* controverſiam loca illa adhibentur. Cap.44.pag.195. *Nec enim in ſola electione, ſed in ordinatione & poteſtatis Eccleſiaſticæ collatione ſucceſſionis, miſſionis ſive vocationis ratio ſita eſt.*

A Cap.10. uſque 46. totam illam diſceptationem de vocatione per omnes paginas inſcribit de Miſſione miniſtrorum. Et quem cap.17.p.64. in lemmate ſeu hypotheſi Capitis dicit *quæſtionem de vocatione*, Cap.16. proximè præcedenti appellat *quæſtionem de Miſſione.*

V. Ex ipſa mittendi voce πέμπειν, ἀποστέλ-

[a] Contra Iudæos. C.9. [b] Comment. in Malach.2.v.7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

λειν, ἐκβάλλειν, unde *Miſſus* & *Miſſio*; quæ nihil aliud eſt quam *commiſſio* qua alicui munus aut cura aliqua in ſolidum demandatur, aut ſaltem ab eo qui curam habet, in partem ejus aſſumitur. Quod nihil aliud eſt quam *vocare* & *conſtituere*: ut enim Miſſio dicit actionem, ſeu paſſionem, ſeu reſpectum quendam mittentis ad miſſũ, & miſſi ad mittentem (Gulielm. ſuper 1. diſtinct. 14. apud Theneſvar. lib. 1.) ſic & *vocatio* ſeu *ordinatio*. Omnes enim illæ metaphoræ, mittere in vineam, mittere in agrum, in opus Domini, in miniſterium & curam gregis, &c. nihil aliud ſignificant, quàm *vocare* aliquem ad paſturam gregis, culturam vineæ, ſeu conſtituere aliquem *paſtorem curatorem animarum*. Hinc vocati & conſtituti paſtores animarum communiter dicuntur *Apoſtoli*, ἀπεσταλμένοι. i. miſſi (cujus ſynonimũ πρεσβευταὶ, i. legati, 2. Cor. 5.) voce illa partim ex politia, partim ex ſynagoga in Eccleſiam tranſlata. De politica acceptione Alciatus de verbor. ſignific. commentar. p. 242. De Iudaica Ieſuita Sanctius præfat. in comment. ad Acta apoſtol. p. 9. 10. Hebraicè מלאך, i. miſſus, legatus, Malach. 2. 7. de cujus origine & ſignificatione vide Lud. de Dieu in append. ad Matth. 27. v. 2. Et idem qui *Apoſtolus*, dicitur etiam *Epiſcopus*, Act. 1. v. 20. adeo ut in communi notione convertantur illa duo, *Epiſcopus* & *Miſſus*, *conſtitui Epiſcopum animarum*, & *mitti ad curam & ἐπισκοπὴν* animarum. Ita Ignatius epiſtol. ad Trall. presbyteros (ab Epiſcopo ſuo diſtinctos) comparat *apoſtolis Chriſti*; & Baſilius epiſt. 55. Ambroſium à Domino *tranſlatum dicit, à judicibus terræ ad προεδρίαν τῶν ἀποστόλων. i. ad præſidentiã apoſtolicam*. Cypriano in tractatu de aleatoribus (qui ſub nomine ejus exſtat) tribuitur *ducatus apoſtolicus*. Sidonius Apollinaris lib. 6. epiſtol. 4. & 7. & lib. 7. epiſt. 4. *apoſtolatum* tribuit Epiſcopis, quos *Papas, Pontifices, ſummos ſacerdotes, Pontifices maximos* appellat. Immo & *eminentem apoſtolatum* adſcribit Lupo, quem *Patrem Patrum* & *Epiſcopum Epiſcoporum ſalutat*. lib. 6. Epiſt. 1. De ſtrictiori ſignificatione, qua extraordinarii Eccleſiæ N. T. paſtores, aut legati ad Eccleſias de novo colligendas miſſi denotantur, nihil attinet hic dicere. Videatur Sanctius loco cit. ſufficit presbyteros ſive majores, ſive minores legitimè *ordinatos* & *vocatos* eſſe *miſſos* ad prædicandum ad paſcendum, & vice verſa, legitimè *miſſos* eſſe *ordinatos* ad prędicandum. Nam actuali dationi apoſtolatus ſeu vocationi ad miniſterium, hoc eſt, miſſioni activæ mittentis, reſpondet miſſio paſſiva miſſi, quæ eſt actualis acceptio apoſtolatus, ſeu miniſterii, *Relatorum uno poſito, ponitur alterum*. Simulac Paulum vocabat Deus ad prædicandum Euangelium, Gal. 1. verſ. 15. accipiebat Paulus. χάριν καὶ ἀποστολὴν. i. *gratiam & apoſtolatum*; & exinde abſque ulla alterius generis aut ulteriori miſſione exſpectanda jure erat & dicebatur [a] *vocatus apoſtolus, ſeparatus ad Euangelium Dei*, Rom. 1. verſ. 1. atq; è veſtigio per illam vocationem poteſtate inſtructus ad opus ſe contulit, Gal. 1. v. 16. 17. nulla deliberatione, nulla mora, nulla alia commiſſione intercedente.

Sic in V. T. ſimul ac Aaron cum filiis cõſtitutus erat & conſecratus ſacerdos, poterat abſque ſacrilegio fungi Miniſterio, nulla exſpectata miſſione aut commiſſione; nam ordinatio illa erat commiſſio, ſeu dabat commiſſionem. Et omnis *Sacerdos adſumptus ac conſtitutus in iis quæ ſunt ad Deum*, Hebr. 5 v. 1. & *à Deo vocatus*, ibid. verſ. 4. eo ipſo & eodem momento erat *miſſus* ac *legatus*, atque adeo *legatione, miſſione ac commiſſione* non poterat eſſe deſtitutus, neque eam ulterius ad ingreſſum in miniſterium, & ex-

ercitium

[a] Sic Muhammed in Alcorano & ſymbolo fidei Saracenicæ vocatur רסול, id eſt, *apoſtolus, legatus* κατ᾽ ἐξοχὴν ſcil. *ad erudiendos omnes homines, eiſque depoſitum divinum in veritate annuntiandum*, ut ipſe explicat in Teſtamento ſuo nuper vulgato Pariſiis anno 1630.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ercitium poteſtatis exſpectare; Vocatur enim omnis ſacerdos מלאך *miſſus, legatus Iehovæ exercituum*, Malach. 2. verſ. 7. Quod nomen à mittendo derivari, ex veſtigiis radicis Arabicæ & Æthiopicæ eleganter demonſtrat noſter Lud. de Dieu loc. cit. Et R. D. Cimchi, Abi-Eſra, & Sel. Iarchi in commentar. ad Malach. 2. per שליח & שלוח id eſt, *miſſum* ſeu legatum Dei exponunt: שלוחו של הבה כמלאכי השרת לשרת לפניו: id eſt, *Miſſus ejus, ſcil. ſancti benedicti illius, tanquam angelus miniſterii ad miniſtrandum coram eo*, inquit Iarchi. Quomodo *miſſum* ſeu *angelum* per vocabulum משמש, id eſt, *miniſtrum miniſtrantem* transfert ibi Chaldæus; qua voce miniſterium Eccleſiaſticum, λειτȣργίαν, διακονίαν N.T. deſignare ſolet Paraphraſtes Syrus; ut & Apoſtolos τῷ שליחא id eſt, miſſos, legatos: Vbique ergo & ſemper convertuntur *Miniſter* & *Miſſus*, *Miſſio* & *Miniſterium*, & nullus eſt *Miniſter* qui non ſit *Miſſus*, & vice verſa.

VI. Ex ratione oppoſitorum. *Deordinatio* ſeu *degradatio* aufert poteſtatem miniſterii, ſeu propriè *uſum poteſtatis*. Tol. in inſt. ſacerd. lib. 1. c. 5. Ergo vocatio ſeu ordinatio confert poteſtatem, & uſum poteſtatis. Eſt enim vocatio ſeu evocatio illorum ad opus miniſterii.

VII. Probatur etiam ex definitione ordinis apud Hugonem & Lombardum, *Eſt enim Ordo ſignaculum quoddam ſacrum, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato & officium*, Lombard. lib. 5. diſt. 24. K. Habes in hac definitione non tantum collationem poteſtatis, quod ſufficeret, ſed & executionem poteſtatis, cum additur τὸ *& officium* [a]. Aliæ definitiones doctorum antiquorum idem inferunt. *Ordo eſt ſacramentum ſpiritualis poteſtatis ad aliquod officium in Eccleſia ordinatũ.* Et Scoti ac Bruliferi: *Ordo eſt gradus eminens in Eccleſia, diſponens de congruo ad actum aliquem, ad conſecrationem ſeu diſpenſationem Euchariſtiæ pertinẽtem.* Si ergo ſecundum theologiam Papatus Ordo confert & *poteſtatem & potentiam*, ad actum, officium, miniſterium Eccleſiaſticum; quid ultra fingi poteſt, quod proximè conferret poteſtatem, quo ſcil. poſito legitima poteſtas ponitur, & ſublato aufertur? *Entia enim non ſunt multiplicanda abſque neceſſitate.* Itaque prætenſa illa *Miſſio* ſeu *Commiſſio* ſit idem quod Ordo ſeu ordinatio, ſaltem illam inſeparabiliter comitetur; aut nihil ſit omnino, ſiquidem ab ea disjungatur. Quacunque enim notione Ordo ſumatur, dicet formaliter idem quod *Miſſio*. Ordo ſecundum Richard.[b] poteſt *dupliciter accipi, vel pro ritu ſeu ſigno, quo traditur poteſtas ordinato, vel pro ipſa poteſtate tradita.* Iam verò utrovis modo ſumatur, intelligitur miniſter per illum in actu miniſtrandi conſtitutus: *Quia Deus*, ut diſputat Richardus, *principalis cauſa effectus ſacramenti, non tantum imprimit poteſtatem ordinato neceſſariam ad exequendum actum ordinis, ſed etiam diſpoſitionem convenientem & idoneam ad dignam illius actus executionem, &c.*

VIII. Ex natura & ratione miniſterii Eccleſiaſtici quod propriè & in ſe eſt *opus, labor*; 1. Theſſ. 5. v. 12. 13. 1. Timoth. 5. 17. 1. Cor. 3. verſ. 6. 7. 8. 9. 10. 2. Cor. 6. 1. Et miniſtri ſunt *Oeconomi ſeu diſpenſatores*, 1. Cor. 4. v. 1, *Operarii*, Matth. 9. v. 37. 38. *Vigiles, Speculatores*, Ezech. 3. 2. Ieſai. 57. 2. *Paſtores*, Eph. 4. 11. *Epiſcopi*, Tit. 1. 5. 7. Act. 20. 28. *Doctores* Epheſ. 4. 11. *Præpoſiti*, 1. Timoth. 5. v. 17. *Anteceſſores & duces*, Hebr. 13. 17. & Act. 15. 22. *Prophetæ*, Act. 13. 1. & 15. 32. Eph. 4. 11. *Angeli*, Apocal. 1. 19. Qui ergo vocantur & ordinantur ad miniſterium, eo ipſo actualiter ipſis poteſtas confertur, & ipſi licentiam, poteſtatem atque expreſſum manda-

[a] Sic exponit hanc definitionem Ioh. Altenſtaig in Lexic. [b] Lib. 4. diſt. 24. art. 3. qu. 2. [c] Ibidem art. 4. qu. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tum laborandi, miniſtrandi, atque aliquid in Eccleſia agendi accipiunt, & væ illis ſi non Euangelizent; adeo ut abſque ſacrilegio quieſcere & in vineam Domini extruſi, quaſi in foro quodam otioſi ſtare non poſſint, donec quis ipſos conducat. non aliter ac Pariſiis in vico aut angulo alicubi ſtare dicuntur Mercenarii ſacrificuli, exſpectantes donec quis ad Miſſam venatoriam aut diſceſſoriam, aut aliam dicendam ipſos denario conducat. Non ordinandi ſunt Eccleſiæ miniſtri, ut Reges creant nobiles aut Equites auratos aut Vaſallos. Eſt enim hæc honoraria vocatio, tantum hunc in finem inſtituta, ut ſuppetat copia eorum, qui data occaſione aliquando ad bellum aut ad tuendam regni dignitatem ac ſplendorem ab ipſis evocari & mitti poſſint. Sic quidem Papa creat Cardinales, h.e. nobiles honorarios & Principes Monarchiæ ſuæ, ſic alias creaturas humanas, Italos illos Epiſcopos otioſos, nullo Eccleſiæ aut ipſis uſui, niſi ad beneficium,[a] honorem, pompam & ſplendorem; ut copia ipſi ſuppetat eorum quos à latere committere, aut per quos tanquam Vaſallos pluſquam ſæcularis monarchię dignitatem tueri poſſit, aut magnificentiam decoris ſui oſtentare, cum Reges, Principes, Legati excipiendi, ad oſcula pedum admittendi, deducendi, conviviis, comœdiis & ſpectaculis excipiendi, de quibus Ceremoniale Romanum, & literæ Cardinalium Oſſati ac Perroni, & Iovius in vita Leonis X. & in hiſtoriis, ubi de Franciſci I. & Caroli V. in Italiam adventu narrationem inſtituit. Eadem aut ſimili ratione omnes Eccleſiæ paſtores & miniſtros ordinari fingit Ianſenius: ſed commentum hoc reſpuit natura miniſterii. Ad illud enim, ut anima rationalis dicitur infundendo creari, & creando infundi, mittendo quis ordinatur, & ordinãdo mittitur, neque datur aliquis ſtatus intermedius, quo poteſtas operandi alicui ſit aut maneat collata, & tamen operari non poſſit, niſi forte per legitimam ſuſpenſionem aut ſpeciale interdictum. Sic Chriſtus ordinando mittit & mittẽdo ordinat Ioann. 20.21.22. Repetant hic commentationes ſuas ad loc. citatum. Neque poſt ordinationem requiritur ultra Miſſio aliqua, quæ tanquam cauſa proxima poteſtatem apoſtolatus tribuat; ordinare enim Apoſtolos, eſt mittere ad miniſterium ſuum, & mittere eſt conſtituere atque ordinare. Cum extrudit in Meſſem operarios, vocat & conſtituit eos ad laborandum, Matt. 9.37.38. cum Ioan. 4.36.

VIII. Ab abſurdo conſequenti; Si quis ordinatus in Eccleſia, miniſtrando aut aliquid agendo (abſq; miſſione ſcil. ſeu commiſſione) fit uſurpator; Ergo per ordinationem nullam poteſtatem miniſtrandi ſeu operandi accepit; Ergo nihil accepit niſi aptitudinem poteſtatis, & tantundem valet miniſter ordinatus ac *Cardinalis papabilis* (eſt terminus metaphyſicalis Perroni [b]) in quo tantum eſt, *Eſſe Papæ aptitudinale* & *appetitivum*, non verò *actuale*. Ergo ordinatio tantum præparat ſeu proximè diſponit perſonam ad laborem, ad miniſterium, non verò *extrudit in meſſem, non mittit in vineam*, non committit *paſcendas oves*, non *concredit Euangelium*, non *præficit Eccleſiæ*, non *mittit ad prædicandum*, non *conſtituit eos ſuper gentes, &c.*

Sed omnia hæc ſunt abſurdiſſima contradictionem implicantia contra Scripturas, contra omnem antiquitatem, contra totum illud quod tam ſæpe & tam prolixè commentatus eſt Ianſenius de vocationis & ordinationis efficacia & infallibili effectu, imprimis duabus illis hypotheſibus, quas tetigi cap. 12, & 20. *Nullus miniſter fungendo munere ſuo ſacerdotii uſurpatione delinquit;*

qui

[a] Bernardus de conſider. lib. 3. c. 2. *An non limina apoſtolorum plus jam ambitio quam devotio terit? An non vocibus ejus veſtrum tota die reſonat palatium? an non quæſtibus ejus tota legum canonumque diſciplina inſudat? an non ſpoliis ejus omnis Italica inhiat inexplebili aviditate rapacitas?* [b] Negot. & ambaſſ. lib. 3. p. 303.

qui legitimũ miniſterium, quantumvis illegitimè ab eo conſecutus eſt, cui Deus poteſtatem dandi tradidit. Et, *Electio non tribuit miniſterium ſed ordinatio: Illa præcedit tanquam perſonæ præparatio, cui beneficium, h. e. jus ad reditus conferri poſſit, hæc verò tribuit poteſtatem.* Et pag. 122. *Per ſacerdotalem ordinationem datur poteſtas ad Miſſæ ſacrificium celebrandum, & remittendi retinendique peccata per confeſſionem. Formæ ſacramentorum effectus ſuos ſignificant, & vero ſecundum doctrinam noſtram etiam faciunt. Unde nec aliam poteſtatem ſe putat conſecrator tradere, nec conſecratus accipere.*

IX. Ab alia abſurdo; ſi uſurpatio eſt, laborare ordinatum & divinitus conſtitutum *operarium* & *colonũ* in vinea & agro Domini; Ergo divina ſeu Eccleſiaſtica ordinatio miniſterium & poteſtatem Eccleſiaſticam non magis confert, quam promotio ſcholaſtica, aut Exſpectativa ſive Principis ſive Curiæ Romanæ beneficium atq; officium: ſed conſequens abſurdum eſt, Ergo & antecedens. Probatur conſequentia, Quia ut promotio ad gradum Magiſterii aut Licentiæ tantum diſponit perſonam, dum cõditionem aliquam in ipſa invenit, & deſignat, ſine qua illa in ordine eligibilium non ſit, ex decreto ſcil. concilii Tridentini[a], de Cathedralibus, Non verò confert facultatem in Eccleſia Cathedrali miniſtrandi; ſic & ordinatio tantum deſignat & præparat perſonam, cui commiſſionẽ ad miniſterium Eccleſiæ tribuere, & cujus miniſterio, ſi ita viſum fuerit, uti poteſt. Et hoc revera nihil aliud eſt, quam declarare & deſignare aptitudinem ejus ad miniſterium & actualem officii collationem illi promittere; quomodo noſtri ſolent poſt examen ac probationẽ doctrinæ & vitæ, aliquem eligibilem ad miniſterium conſtituere, & in Theologiæ miniſteriique candidatorum ordine cenſere, qui tamen miniſter non eſt, quia nullam ad miniſterium habet vocationem: ſed tantũ diſpoſitionem & potentiam proximam ad illud. Cum Princeps aliquem conſtituit & ordinat Officiarium ex gratia advocatum Fiſci, ilico habet ille poteſtatem agendi ex vi ordinationis, & væ illi ſi ita non agat; Quod ſi ita agendo quis uſurpare dicatur, jam certum eſt illum non eſſe legitimè ad hoc ordinatum, ſed à ſe ipſo ortum. Et ſic præfectus alicui provinciæ imponitur, ut eam aut redigat in poteſtatem, aut redactã contra hoſtes tueatur. Quid? miſſionem & commiſſionem hic de novo exſpectabit? Quaſi præfectura ipſius eam non includat. Aut quaſi ſit titulus abſque re, abſque poteſtate.

X. Si in ordinem miniſtrorum Eccleſiæ cooptantur, qui tamen commiſſionem non habent in hac aut illa Eccleſia miniſtrandi, Ergo non eſt ſucceſſio perſonalis miniſtrorum *in caput*, qualem requirunt Ianſenius p.208.209. & Bellarminus, lib.4. de Eccleſia cap. 8. & nos refutavimus, lib.3. ſect.1. c.5.6. ſed eſt tantum *in Corpus*, immo revera nulla eſt ſucceſſio, quia non eſt doctrinæ de manu in manum traditio; ubi enim non docent, non tradunt, ibi de manu in manum non tradunt.

XI. Denique fruſtra hanc diſtinctionem huc intruſit Ianſenius, ut turpitudinem mẽdacii ſui velet, qua abſque ulla vocatione & ordinatione Eccleſiaſtica noſtros miniſterium uſurpaſſe fingit. Nam quocunque ſe vertat, premitur à factorum luce & propriis teſtibus. Habuerunt primi Reformatores Miſſionem ad illas quique Eccleſias, ubi ante & poſt miniſterio functi ſunt; Lutherus ad Wittebergenſem, Zvvinglius ad Tigurinam, Archiepiſcopus Colonienſis ad ſuam diœceſin, Anglicani ad ſuas, Martyr ad Lucenſem, Spifama ad Nivernenſem, &c. Quod etiam Becanus[b] de Luthero exſertè fatetur in loco ſupra citato. De pleriſque

[a] Seſſ. 22 decret. de Reform. c.2. [b] Lib. 2. ſect. 1.

riſque aliis certum eſt, eos ex conſuetudine tunc recepta alium in Eccleſia habuiſſe gradum, aliam commiſſionem, quam ſimplicem iſtam in ordinem ſacerdotum cooptationem. Vide quæ annotavimus libr. 2. ſect. 1. c. 2. Et velimus oſtendi aliquem primum reformatorem, qui poteſtatem miniſterii in Eccleſia aliqua exercuerit, ad quam non erat miſſus.

XII. In Eccleſia Apoſtolica, & primis ſeculis eam ſubſequente *Vocatio* & *Miſſio* conjunctæ erant, neque una ſine altera cuiquam conferebatur, adeo ut inter *vocationem* ſeu *ordinationem* & inter *miſſionem* ad certam aliquam Eccleſiam ſtatus non daretur intermedius: ſic enim, Act. 14. v. 23. & Tit. 1. à v. 5. uſque 12. Quin etiam addunt adverſarii [a]. *Omnibus de Clero inter initia conceſſum eſt, baptizare, & Scripturas in Eccleſia exponere &c. omnes docebant, omnes baptizabant quibuſcunque diebus & locis &c.* Vides ordinationem presbyterorum, non fuiſſe promotionem tantum aut præparationem, aut cooptationem in Collegium ſacerdotum; ſed etiam actualem miſſionem in alicujus Eccleſiæ miniſterium. Neque enim tunc temporis, ut honorarii milites, aut ut nobiles atque equites eligebantur presbyteri.

Concilium Chalcedon. can. 6. μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι &c. id eſt, *neminem abſolute ordinari nec presbyterum, nec diaconum, nec quemlibet omnino eorum qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter in Eccleſia civitatis, aut vici, aut martyrio vel monaſterio is qui ordinandus eſt prædicetur. Eos autem qui abſolute ordinantur, decrevit ſancta Synodus irritam haberi ejuſmodi ordinationem: & nuſquam poſſe operari ad injuriam ejus qui ordinavit.* confer. can. 18. concil. Ancyrani: *Si qui Epiſcopi conſtituti nec ſuſcepti ab illa paræcia in qua nominati fuerunt &c.* (gr. εἰς ἣν ὠνομάσθησαν.) Et hoc eſt quod poſteriores dixerunt, *neminem ſine titulo ordinari debere*, hoc eſt, neminem ordinari debere, qui non adſcribatur miniſterio hujus vel illius Eccleſiæ, diſtinct. 70. cap. *ſanctorum*. Huc refer dicta illa, quibus electionem & ordinationem miniſtrorum in facie ſeu præſentia Eccleſiæ fieri debere probavimus ſupra ca. 12. Concil. Tridentin. [b] approbans can. 6. Concil. Chalcedon. mandat, ne quis ordinetur, niſi eccleſiæ, pro cujus neceſſitate aſſumitur, adſcriptus.

XIII. Dicere Presbyterum ſeu Epiſcopũ in collegium ſympresbyterorum atque Epiſcoporum cooptatum abſq; Eccleſia aut grege, cujus eſt presbyter aut Epiſcopus, eſt dicere relatum abſq; ſuo correlato, relationem abſque termino, patrem abſq; liberis, maritum aliquem ex ordine cœlibatus ordinem conjugatorum legitimè ingreſſum, ſed abſque ducta uxore; breviter eſt dicere erranteᷣ Levitã qui incertis vagatur ſedibus.

XIV. Si *Miſſione diſtincta*, qua Chriſtus binos diſcipulorum ante faciem ſuam miſit ad prædicationem, demum poteſtas prædicandi diſcipulis data fuit, non vero antecedenti *electione* Chriſti, ut cum Pontificali vult Ianſenius p. 123. tum ſequitur etiã Petro Apoſtolo qui ab Eccleſia Hieroſolymitana miſſus eſt Samariam Act. 8. v. 14. tum demum fuiſſe collatam poteſtatem ibi aut alibi prædicandi, & Eccleſiam colligendi. Abſurdum hoc evitare non poterit Ianſenius, niſi diſtinctione aliqua; at quæcunque illa fuerit, paradoxum ſuum non extricabit ſed arctius aſtringet.

XV. Nos ut adverſario occaſionẽ demus accuratius poſthac de illis cogitandi quibus totam cauſam noſtram jugulari velit, has diſtinctiones illi ſuggerimus. Miſſio in hoc negotio notare debet vel ipſam vocationẽ alicujus ad curam aut Epiſcopatum Eccleſiæ,

[a] Sic ex Ambroſio, Albert. Pighius hierarch. lib. 3. c. 8.

[b] Seſſ. 23. decr. de Reformat. c. 16.

ſiæ, vel [a] tranſlationem miniſtri de una Eccleſia ad aliam; vel confirmationem & reſtitutionem miniſterii (non vero collationem) in una eademq; Eccleſia, quæ variis in caſibus accidere poteſt; vel miſſionem ſeu evocationem ad hūc vel illum miniſterii actum in aliqua Eccleſia aliena, vel ipſam in Eccleſiam aliquam inſcriptionem, quam *titulum*, vocant gr. καταλέγεσθαι, id eſt, *intitulare, immatriculare*; vel denique miſſionē in actualem poſſeſſionem & exercitium miniſterii in propria Eccleſia. Prima ſignificatione ſi accipiatur, ut quidem accepit ſui oblitus Ianſenius, jam hypotheſis & diſtinctio ejus ineptum eſt commentum.

Si in ſecunda ſignificatione ſumamus; jā quærendum eſt de tali tranſlatione, an ſit nova vocatio, an vero eadem cum prima vocatione ad miniſteriū. Nos dicimus ſpecie eandem, ſed numero diverſam & novam ſeu repetitam eſſe vocationem. Quomodo ex digamia, alia numero relatio in digamo exſurgit, eadem ſpecie cum priori, ſed numero diverſa.

Tertia ſignificatione ſi quis accipiat Miſſionem, dicimus illam eſſe unam eandemq; continuatam vocationem (licet actus ejus ad tempus interrupti fuerint.)

Quartâ ſignificatione accepta, non magis differt ab ordinaria vocatione quàm in jure mandatum ſpeciale à generali, quod tamen revera eſt mandatum. Sic commiſſio in aliqua Eccleſia ad tantum tempus aut ad tale negotium, nihil aliud eſt quàm vocatio iſtius Eccleſiæ, quâ conſtituit miniſtrum aliquem vel ſuum, vel alienum ad certos actus miniſterii, aut etiam omnes pro re nata, ſed proviſionaliter & definito aliquo tempore exercendos. Quo referri debet vel una concio, quam in aliena Eccleſia, ex cōſenſu presbyterii aut miniſtri, aut eorū qui tunc Eccleſiæ præſunt habere quis poteſt.

Quinta ſignificatione accepta aut dicit idem quod *inthronizatio, ordinatio*, in & coram Eccleſia *conſecratio*, & in Eccleſiam *receptio*; aut ejus ſaltem adjunctum, & formalitatem arbitrariam, quæ poteſt adeſſe aut abeſſe ſine ſubjecti interitu: cum nihil aliud ſit quàm nominis in catalogum inſcriptio [b].

Poſtrema ſignificatione, quam videtur amplecti Ianſenius, miſſio illa reverà eadem eſt cum vocatione, aut in ipſa vocatione includitur. Aliter, ſi ſumatur tanquam medium quid, & quidē neceſſarium inter actuale miniſterium & ordinationem aut conſtitutionem miniſtri, & ab utroque extremo toto genere diſtinctum, dicimus de ea, quod Philoſophus [c] de ideis: *Valeant Ideæ, teretiſmata enim ſunt*; ut ante ſatis oſtendimus. Nulla enim eſſet illa vocatio aut ordinatio ad miniſterium propriè & formaliter ita dicta, quippe quæ poteſtatem prædicandi & regendi populi non tradit: ſed tantum *præparatio* & *diſpoſitio* perſonæ & conſtitutio in idoneo gradu (ut loquitur Ianſenius p. 123.) *ad miſſionem ſeu vocationem Eccleſiaſticam*. Et ſic laici, imo & fæminæ ſuo modo ſunt in idoneo gradu aut in potentia ſaltem obedientiali ad miniſteria Eccleſiaſtica, quia abſolvere, excommunicare, & prædicare non poſſunt, niſi ex commiſſione aut licentia Papæ (hoc eſt, Eccleſiæ ſtylo [d] Papali). Aliam notionem aut definitionem *Miſſionis* ſi in animo habet Ianſenius, quam ego eruere non potui, aperte eam explicet, probet, & huc applicet.

SECTIO-

[a] De tranſlatione Epiſcopi vide Eccleſ. Afric. can. 58. 59. 60. [b] Vide Boët. Eponem de Iure provent. Eccleſiaſtic. pag. 9. num. 30. [c] I. poſter. c. 8. [d] Tolet. lib. 1. c. 6. & Immanuel Sa in voce fœmina.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT XVIII.

Vocationem Miniſtrorum Reformatorum includere miſſionem & commiſſionem ad reformandum.

OCTAVA Hypotheſis: *præter vocationem ad miniſterium ordinarium, requiri ſpecialem miſſionem ſeu commiſſionem ad reformandos errores & abuſus ordinariorum, ordine ſcilicet nondum conſtituto aut turbato.*

Hunc ſenſum ex dictis ipſius cap. 41. colligo. Et ratio antitheſeos hoc poſtulat. Dixeram ego & etiamnum dico, prædicationem veritatis, & reformationem procurandam & peragendam etiam ab iis, qui per ordinarios, ordinario ordine, modo, & formalitatibus ad id non mitterentur, ordine ſcil. turbato & nondum bene conſtituto. Non debere illo in caſu, fidelem quemcunque, aut miniſtrum ab Ordinariis diplomata miſſionis, aut mandata, aut motus proprios exſpectare, quibus canonice & in forma poſtulent aut concedant Ordinarii irreformabiles, correptionem, emendationem, & reformationem ſuorum abuſuum. Probationes ſumebantur, I. ab exemplis Reformatorum in V. & N. Teſt. II. Declaratio petita erat à ſimili boni civis & ſubditi ad arma conclamantis in caſu proditionis, etiam ſtertente, aut invito præfecto ordinario, &c. Quibus addimus probationes iſtas. III. Ex ipſa adverſariorum confeſſione & perpetua praxi, qui abſque ordinariis formalitalibus & commiſſionibus Papæ, aut Concilii, aut Coëpiſcoporum, in vita, in diſciplina Eccleſiæ, in doctrina ſe & ſuos reformarunt, quotieſcunque Papæ, Arianis, Monothelitis, Photino, idolorum & dæmoniorum cultoribus ſe adjungerent, à fide apoſtatarent, errores de infantium Euchariſtia, de animarum dormitione, &c. ſeminarent, aut contraria Euangelio ſtatuerent, ſententia ſive ſimplici, ſive juridiciali. Euangelio enim & Apoſtolis magis credendum quàm Papæ aut Concilio, ut habet communis theologia ipſorum. Vide & confer libr. 3. ſect. 1. c. 2. Valet hîc, ſi uſpiam, regula illa Act. 4. v. 19. *Iudicate ipſi an juſtum ſit coram Deo, vos magis audire quàm Deum. Non enim poſſumus non loqui quæ nos vidimus & audivimus.* Et Act. 5. v. 29. *Oportet Deo magis obedire quàm hominibus.* IV. Ipſum officium paſtorale & vocatio legitima ad illud, commiſſionem & poteſtatem illam includit, ex inſtitutione divina & præſcripto Euangelii, quicquid ſit de ſenſu, interpretatione & praxi Curiæ Romanæ. Quod ex omnibus titulis & attributis paſtorum facillime probari poteſt talibus Syllogiſmis:

Omnis doctrina quæ eſt ſecundum veritatem Euangelii, ab omni doctore eſt docenda opportune, importunè; Sed doctrina quam ſuſtinebant primi Reformatores contra Papatum, eſt doctrina ſecundum veritatem Euangelii. Ergo.

Rurſus: Omnes paſtores debent oves ſuas abducere ab omni prava doctrina & melioribus induere, hoc eſt, debent emendare & reformare Eccleſiam ſibi commiſſam; ſed primi Reformatores erant Paſtores, & prava erat doctrina Papatus, Ergo.

Vel ſic: Omnis prava doctrina eradicanda (hoc eſt reformanda) eſt ab iis qui ſpeculatores & cuſtodes ſunt Dominici

gregis: ſed doctrina Papatus eſt prava doctrina, & primi Reformatores erant ſpeculatores,&c. Ergo eradicanda, &c.

Hîc nihil reſpondere poterit niſi negando doctrinam noſtram eſſe ſecundum veritatem, & Papatus eſſe falſam, Quod ſi faciat, jam committit ſe procelloſo mari à quo quam maximè abhorret. V. Quin immo ſuſtinemus, etiam prædominante Papatus & Romanâ factione in Eccleſiis Occidentalibus debuiſſe miniſtros ex vi commiſſionis & vocationis ſuæ (quatenus adhuc erat talis) non obſtante quavis corruptione hoc agere quod egerunt Reformatores: Quod probatur tali argumento:

Quodcunque erat actus miniſterii Eccleſiaſtici neceſſarius, ad id tenentur omnes miniſtri ex vi vocationis & commiſſionis ſuæ quam habent à Deo per Eccleſiam: Sed id quod fecerunt Reformatores, eſt actus miniſterii neceſſarius, Ergo.

Probatur Minor: peccatores à via erroris convertere, ſe & Eccleſiam ſervare, falſos doctores detegere, & contra eos oves ſuas monere, miniſterio ſuo ritè & ex præſcripto fungi, illudque in caſu corruptionis emendare, ſunt actus neceſſarii. Sed illos actus peregerunt primi Reformatores. Ergo,&c.

Nulla reſponſio hic remanet Ianſenio, niſi neget Factionis papalis doctores (qua tales) non fuiſſe falſos doctores, Eccleſiam in nullis articulis fuiſſe ab illis ſeductam,&c. hoc eſt, niſi ipſam controverſiarum tractationem ingrediatur. Ita planè depulſus erit à tutiſſimo ſuo receptu: *Tu quis es, unde veniſti?* Major Syllogiſmi mei cum probatione certiſſima eſt,& utrinque (ni fallor) in confeſſo. Nihil enim excipere poterit Ianſenius, niſi paradoxa iſta præſupponat; primò, *Commiſſionem Eccleſiæ aut hominum quorundam in Eccleſia quamvis corruptam, in perpetuum obligare quemvis paſtorem; neque fas eſſe cuiquam, etiam in conſcientia jam meliora edocto, ab ea reſilire, aut ad primævam integritatem corruptum quid revocare, aut hominum commiſſionem ad commiſſionem Dei inflectere, aut vocationem per Eccleſiam collatam (ſed indirecte contra Deum & vocationem divinam) ex mente Dei accipere & rectè interpretari.* Quod tantundem eſt, ac ſi quis baptizatus, religionem profeſſus, & ab Ethniciſmo converſus in Eccleſia Æthiopica aut Græcâ aut Neſtorianâ, non poſſet abſque crimine apoſtaſiæ, ſacrilegii, ſciſmatis, peculiarem ſenſum, intentionem & ſtipulationem ſive explicitam, ſive implicitam Neſtorianæ Eccleſiæ poſthabere, & ipſam baptiſmi ſtipulationem in ſe, & qualis debet eſſe ad profeſſionem Catholicæ fidei adhibere atque interpretari, niſi habita prius ad id nova ac peculiari Eccleſiæ ſuæ Neſtorianæ licentiâ ſeu commiſſione. Secus ſi fecerit, tum baptiſmum ejus nullum eſſe, nihilque eum in Eccleſiâ illâ accepiſſe; quia non tenet, ſervat, & uſurpat illud eo modo aut fine, quo Eccleſia, quæ baptiſmum contulit, accipiendum & utendum cenſuit.

Secundò, *Nullos Epiſcopos aut paſtores immediatè ſubordinari Chriſto, aut ab illo dependere quoad exercitium miniſterii ſui, etiam in caſu univerſalis corruptionis.* Quod commentum Scripturæ Ezech. 3.17.& 2 Cor. 5. 20. Tit. 1. 7. & 1 Corinth. 4. 1, 2. repugnat, ubi miniſtri delegati Chriſti, Oeconomi Dei dicuntur; cujus nomine omnia ex authoritate agunt, Tit. 2. 15. mandata ejus ex ſingulari commiſſione deferentes & exequentes. Eccleſiæ ſuæ miniſtri dicuntur tanquam objecti, cui ſervitium & opera impenditur. Eccleſiæ aut ſympresbyterorum ſervi non ſunt, neque ab illis miniſterii ſui reſpectu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

dependent.[a] Quamvis in ſe ipſis conſiderati & in modo agendi qui perſonas ipſorum ſpectat, ſint omnium non tantum ſympreſbyterorum, ſed & fidelium ſervi, 1 Cor. 9. 19. Ignatius in epiſtola ad Smyrnenſes Epiſcopum immediatè ſubordinat Chriſto, his verbis : ὁι λαϊκοὶ διακόνοις ὑποτασσέσθωσαν, ὁι διάκονοι τοῖς πρεσβυτέροις, ὁι πρεσβύτεροι τῷ ἐπισκόπῳ, ὁ ἐπίσκοπος τῷ χριστῷ, ὡς αὐτὸς τῷ πατρί, id eſt, *Laici diaconis ſubjecti ſunt, diaconi presbyteris, presbyteri Epiſcopo, Epiſcopus Chriſto, ut ipſe Patri; & ſic in inſcriptione Epiſtolæ ad Polycarpum.* Alii Patres Epiſcopos faciunt ſucceſſores Apoſtolorum ut Cyprianus libr. 2. ep. 10. Auguſtin. in pſ. 44. Item vicarios Chriſti & Apoſtolorum, Ignatius Epiſtol. ad Trallian. Author tract. de Aleatoribus in operibus Cypriani, Hieronym. epiſt. ad Heliodorum & epiſtol. 54.

Tertiò, *Epiſcopos jure divino non eſſe pares, ſed eſſe inter illos præeminentiam ratione ordinis & jurisdictionis.* Paradoxum hoc ex Patribus & mediæ ætatis Doctoribus, convulſit inter alios Marcus Antonius de Dominis in libr. de Republ. Eccleſiaſtic. Et tract. de Papatu Romano cap. 1. Qui videri poteſt; ut & Caſaubonus Exercitat. 15. ad annum 33.

Quartò, *Non eſſe actum cujuſvis paſtoris, ſe ipſum & oves ſibi commiſſas reformare, ſive in doctrina ſive in moribus ; aut receptam deformationem abrumpere : ſed ejus tantum qui ad id ſpecialem commiſſionem accepit à Papa, aut curia Romana, aut coëpiſcopis & ſympresbyteris ſuis, aut ideali aliqua Eccleſia. Reliquis tantiſper in ſordibus ſuis manendum eſſe, donec diploma & diſpenſationem à curia mediantibus illis obtinuerint.* Contra communis ſenſus dictat, præſtare abſq; commiſſione Papæ aut curiæ Romanæ, aut cujuſcunq; Eccleſiæ, ad Deum reverti & animam ſalvare, quã in ejus commiſſione & obedientia Deo inobedientem eſſe & in æternum perire. Et ipſa quamvis corrupta ordinatio in Papatu à paſtore ſtipulatur veritatis Euangelicæ conſervationem & propagationem, ut conſtat ex Pontificali cap. de ordinat. Epiſcopi.

Quintò, *Non pertinere ad curam & poteſtatem cujuſvis paſtoris, doctrinæ & cultus publici puritatem: adeo ut ſi impuritatem ex Euangelio deprehenderit, non poſſit tamen eam judicare, Eccleſiam ab ea avertere, niſi ordinariorum aut curiæ ſaltem ac Papæ judicium, & peculiaris licentia, miſſio ſeu mandatum ſuperiorum præceſſerit: Quo ſi deſtituitur, ſacrilegium, uſurpatio, ſciſma & perditio æterna eſt quicquid agit in Eccleſia, etiamſi veritatem Euangelii puriſſimè traderet.* Non aliter ſcil. ac in Republ. privato homini abſque ordine & ductu legitimi Magiſtratus, malum bene poſitum movere non licet, aut arma ſumere &c. Applica hoc paradoxum Cypriano, Auguſtino, Hilario aliiſque qui abſq; ſpeciali Papæ commiſſione, ipſius corruptionem (quam deprehendiſſe ſe putabant) emendarunt. Rationibus aliis non pulſabo hoc paradoxum, quàm quas includunt verba Cornelii à Lapide[b]: *Epiſcopus,* inquit, *& paſtores vocat milites Eccleſiæ, quia quaſi duces ad bellum cum hæreticis, vitiis, & dæmonibus ineundum fideles incitant, antecedunt & defendunt &c. idque ad mortem & martyrium uſque.* Et alibi[c]: *depoſitum ſanæ doctrinæ eſſe creditum Epiſcopis &c. qui ad hoc obſtricti ſunt, ut ne minimam quidem ejus partem tolli aut vitiari patiantur. Lex enim depoſiti, inquit Chryſoſtomus, non patitur ut aliquid illius pereat ſine culpa apud depoſitarii. Unde Baſilius Imperatori Valenti urgenti, ut ei in nonnullis cederet, reſpondit : Qui divinis innutriti ſunt eloquiis, corrumpi de divinis dogmatibus*

a Miniſter, quod ad ortum ſeu originem miniſterii ſui, dependet ab Eccleſia inſtrumentaliter ; ita ut non moveat niſi præmotus ab illa : ſed non ita quod ad actum ſeu exercitium miniſterii jam ſuſcepti. Ipſe enim magis præmovere debet, quam præmoveri prædicatione & exemplo aliorum. b Commentar. in 1 Timoth. 1. vers. 20. Vide etiam Tolet. Inſtruct. lib. 1. cap. 93. c In 1 Tim. 6.

tibus ne unam ſyllabam patiuntur. Adde[a] Doctores Papales, qui Papam concilio ſubjiciunt; & alios qui juriſdictionem Epiſcopis jure divino attribuunt, quos recenſet Bellarminus. In Republ. ſi privati, aut Senatores pauci, abſque communi conſenſu mutare nihil poſſunt; non eſt hoc transferendum ad ſpiritualia. Quando ibi malum quis patitur; & bonorũ, famæ, aut vitæ jacturam facit ſolummodo; hic etiam malo communicat, & contra conſcientiam facere, atque adeo animæ perditionem ſubire cogitur.

Sextò, *Epiſcopos jure divino nullam habere poteſtatem aliquid agendi aut mutandi in Eccleſia ſua; ſed abſolute & in quocunque caſu pendere à præmotione, directione & mandato Papæ aut Curiæ, aut omnium Eccleſiarum totius orbis, aut omnium Eccleſiarum in occidente, ſeu potius earum repræſentamine.* Sed magnum hoc poſtulatum nulla ſpecie proponi poteſt, niſi quis Catholicum illud fingat ſemper adeſſe, ſemper adfuiſſe, ſive in ſe, ſive in repræſentante Concilio Oecumenico, ut paſtoribus reformaturis ibi præſens remedium & mandatum præſto fuerit. Niſi etiam fingat, Paſtores ſi comparentur cum Papa aut curia Romana eſſe ὄργανα ἔμψυχα, id eſt, *inſtrumenta animata* tantum (ut Ariſtoteles[b] ſervos appellat) quæ non agant niſi in virtute cauſæ principalis: quaſi ſcil. Papa aut centralis Eccleſia ſit cauſa univerſalis, ut Deus & cœlum, à qua in fieri, eſſe & operari dependerent neceſſario omnes miniſtri, & ſine qua nullus motus in inferioribus Hierarchiæ partibus: quaſi omnes paſtores & Epiſcopi ſimiles eſſent mulieribus, quibus jure Romano[c] propter ſexus infirmitatẽ authores dabantur, ſine quibus nec ullam quidem rem privatam agere poterant: Aut quaſi paſtor ſive Epiſcopus coëpiſcopis ſuis, & Papæ militari ac Manliano imperio ſubditus eſſet, ut nequidẽ in caſu neceſſitatis, ſe, ſuoſque contra hæreſes, ſciſmata, impietatem tueri poſſet: quaſi cœcã obedientiam paſtores ſuperioribus juraſſent inſtar Ieſuitarum, ut etiam male agendo ad aureolam angelicæ perfectionis contenderent. Probroſa eſt aſſertio Turrecremata (in Dominica 5. poſt Trinit.) *Nullum inferiorem Papam poſſe prædicare abſq; autoritate Papæ, quia poteſtas quæ data eſt uni in ſua fontali plenitudine non eſt in aliis: niſi derivata & limitata etiam pro illius voluntate & ordinatione. Sed poteſtas paſcendi doctrina & prædicatione Chriſtianum populum eſt ſoli Petro data, & ejus ſucceſſoribus*, &c. Quæ omnia tanquam falſa, ſtulta, abſurda, impia explodimus; ex ſacris literis edocti quemque ſive fidelem, ſive paſtorem adminiſtrationis ſuæ Domino rationem redditurum; & neminem debere *fieri ſervum hominum*, 1 Cor. 7. neminem debere dominari clero Domini, aut fidei aliorum, 2 Cor. 1. verſ. ult. cum 1 Petr. 5. v. 3.

Septimò, *Nullos eſſe actus miniſterii proprios niſi perpetuos ſeu quotidianos, ex. gr. prædicationem verbi, adminiſtrationem ſacramentorum &c. ſaltem nullos eſſe alios ad quos ſufficiat ordinaria, prima & generalis miſſio ac commiſſio.* Quaſi æque non eſſent actus illi, quos occaſionatos, incidentes & ex ſuppoſitione neceſſarios appellare poſſumus. Quales ſunt, cura exulum Chriſti & peregrinorum, in caſu perſecutionis: confeſſio, proteſtatio, apologia, diſputatio, martyrium, fuga, ſeparatio & ſuorum abductio in caſu graſſantis & prædominantis hæreſeos, factionis aut perſecutionis: Recollectio, inſtauratio, emendatio Eccleſiæ, doctrinæ, diſciplinæ, miniſterii & ordinis Eccleſiaſtici, in caſu corruptionis, confuſionis, diſſipationis. Ezechiel. 3. verſ. 17. *Fili hominis, ſpeculatorem te conſtitui ſuper domum Iſrael, ex ore meo verbum audies & præmonebis eos ex me, &c.* Iere. 1. v. 10. *Videntem*

[a] Viguerius in inſtitut. p. 221. A; & Bellarminus de Pontifice lib. 4 c. 24. & 22. de Concil. lib. 2. c. 14. [b] Politic. lib. 1. c. 3. [c] Livius lib. 40.

conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut plantes, & eradices, & perdas, & diruas, & ædifices.

Non aliter ac præfectus provinciæ aut limiti impoſitus, ex vi primę & generalis ſuę commiſſionis, in caſu neceſſitatis militem in hoſtem educit, ſtipendia aut commeatum corrogat ex principis ſui ditionibus, agros vaſtat, villas incendit, in hoſtem pugnat abſque nova & ſpeciali commiſſione: Et miniſter ſeu officiarius inferior ſuperioris & ordinarii ſui proditionem, rebellionem & conſpirationem detegit & frangit quantum in ſe eſt, quamvis diploma aut mandatum ſpeciale ordinarii ſui Superioris in principem inſurgentis ad id non habeat, & ab illo Superiori immediatè miſſionem ac commiſſionem ſuam obtinuerit, immo ſub principe ab illo ſolo dependeat. Sufficit enim, tali in caſu, prima & ordinaria cōmiſſio nomine & in bonum Principis à Superiori illo, (nunc proditore) quondam collata. Et miles in ſtatione aut ſpecula collocatus, etiam decurione aut centurione infido ſtertente, prodente, invito, ad arma conclamat, hoſtem ſubrepentem amolitur, nec mandatum ſpeciale tali in caſu exſpectat; quippe obſtrictus ſacramento militari & ipſa vocatione ſua. Et Atrienſis aliquis aut Simiæ cuſtos (qualis Cardinalinus de Monte) poteſt abſque ſpeciali commiſſione mali ſervi, quem Domui ſuæ præfecit, (Matth. 24. 45. 48.) ab illius ἀταξίᾳ abſtinere & conſervos abducere, & pro ſua parte rem familiarem Domini ſui melius curare.

Octavò, *Non ſufficere Officiario ſeu mandatario Eccleſiaſtico mandatum primi & principalis mittentis, & mandatis Chriſti ſcil. neque etiam generalem & implicitam Eccleſiæ commiſſionem in collatione curæ & recturæ ſpiritualis ſemel collatam; ſed ad ſingulos actus emendationis ſpeciale & explicitum adhuc mandatum inferioris ſeu miniſterialis mittentis, hoc eſt, Epiſcopi, aut Papæ, aut Curiæ Romanæ requiri, abſq; quo ne ipſa quidē Chriſti commiſſio rata ſit.*

In jure civili mandatarius etiā illa facere poteſt, *quæ tacite cenſentur ineſſe mandato.* c. 8. *is qui,* Inſtitut. de mandat. Et, *Officiales intelliguntur habere mandatum in iis quæ pertinent ad eorum officium* [a]. Quidni Epiſcopi & paſtores vi mandati à Chriſto accepti poſſent paſcere & curare gregem ſuum, etiam abſque recurſu ad Eccleſiam, aut Papam, aut coëpiſcopos aut ordinatores ſuos? cum non niſi valde improprie illos *mandatores* ſuos agnoſcant ſive divino, ſive humano jure. Et quatenus ut miniſtros Domini Mandantis eos agnoſcunt, *Mandatum* aliquod *ſpeciale* cum præſcripto & expreſſo modo & forma ab illis non ſuſcipiunt nec ſuſcipere debent, ſed *generale,* cum poteſtate adminiſtrandi prout bona fides & negotia exigunt.

Nonò, *Quotieſcunque errans Eccleſia aut ordinator, commiſſioni Chriſti contrarium quid infarcit, implicite aut explicite, nunquam talem commiſſionem interpretandam & exequendam, ex ſenſu & nutu Domini Chriſti, nec vitioſam illam excreſcentiam humanæ corruptionis reſecandam; niſi ſpecialis & nova licentia aut commiſſio intercedat, ſive immediata & extraordinaria à Deo, ſive mediata & ordinaria ab ipſa illa errante Eccleſia. Secus ſi quis fecerit, ilico omnem vocationem & miſſionem ipſius annihilari.* Commentum hoc exploſum vide in fine hujus cap. reſp. ad except. 9.

Decimò, *Eccleſiam quamque parochialem non habere rationem & formam Eccleſiæ; neque eſſe in ipſa ordinandi ſua & emendandi poteſtatem ſive radicaliter ſive formaliter. Immo non eſſe illam poteſtatem penes quamque Eccleſiam, quam vocant Provincialem, Nationalem, Diœceſanam (quæ revera & proprie non tam Eccleſia particularis eſt, quam propior conſociatio ſeu arctior confœderatio multarum Eccleſiarum) etiam in extrema perditionis neceſſitate, cum ſcil. aliæ pleræque ſive Chriſtianiſſimi, ſive Occidentis*

[a] L. 6. de admin. rer. ad civit. pertin.

Eccleſiæ fœdus cum Deo & Eccleſiis initum corruperunt. Sed dictam poteſtatem Eccleſiaſticam eſſe penes univerſalem quandam ſeu Platonico-Idealem αὐτοεκκλησίαν; *quæ an ſit, quid ſit, & ubi ſit nos non curamus, & nondum inter Pontificios certa fide ſtatutum eſt.*

Hæc omnia pręſupponit aut præſupponere debet Ianſenius ut aliquo colore commenta ſua nobis opponat. Sed ea tam facile nos rejicimus, quam ille ex ſua affirmatione definit. Videamus nunc exceptiones.

Prima exceptio[a]. *Ergo rebellibus & uſurpatoribus quibuſque licebit, pro virili ſine miſſione nec ordinaria, nec extraordinaria miniſteriũ arripere. Ergo cum iſta ſcientia & conſcientia vis ataxiam ſatanicam, quam prædeceſſores tui in perturbandis omnibus ſecuti ſunt, in Chriſti regnum invehere*, & ſimilia convitiorum ac mendaciorum plauſtra per totum Caput 41.42.43.

Reſp. I. Qua conſciencia Ianſenius dicat, p.174. Me in hæc abſurda *tandem erumpere, & apertiſſimè rebellibus & uſurpatoribus ſignum levare*; cognoſcat lector ex illis quæ ſubdit pag.176. *Vtinam paulo apertius prompſiſſes ſenſum tuum, quando de boni civis & legiſperiti & medici & ſubditi officio rebus proſtratis exerces facundiam tuam.* Sed quem ego ſenſum pectore premo, Ianſenius exprimit (ut profitetur p. 175) ſecundum quam charitatis aut juris regulam, ipſe viderit.

II. Nego me vel verbulo ullo, in toto Philonio aſſeruiſſe abſque vocatione alicui licere miniſterium invadere; & hic mendacii Ianſenium arguo, coram quovis judice, etiam coram Ianſenio, qui fateri cogitur, p.177. me attentiſſimè verba mea libraſſe cũ dico: *licere bono civi ad arma conclamare, licere ſe legulejis opponere, modo ſecundum leges conſilium (non ſententiam) ferat: licere contra officiarios conjuratos inſurgere. Hæc enim omnia non ſunt alicujus uſurpati muneris, poteſtatis, authoritatis, ſed fidelitatis duntaxat & charitatis.* Sic eſt ſupra aut prætcr ea, ſi quid ego aſſerui, pœnam nullam deprecor. Deus innocentiæ & veritatis vindex judicabit aliquando inter me & Ianſenium, quo jure mihi illud Apoſtoli Petri in Simonem Magum applicaverit. *O plene omni dolo & omni fallacia, uſque quo veritatem in injuſtitia detinendo non deſinis ſubvertere vias Domini rectas?* p.177.

III. Nihil dixi de miniſterii ordinarii functione, ſed de *veritatis propagatione & abuſuum reformatione*, ut exſertè habent verba mea à te citata pag.175. Iam verò aliud eſt veritatis propagatio & reformatio abuſuum, aliud functio paſtoralis miniſterii. Illa omnibus plebeis, magiſtratibus, monachis, diaconis, lectoribus, cantoribus, paſtoribus, unicuique ſcil. pro ratione vocationis ſuæ competit; iſta verò tantum paſtoribus, qui ad id vocati ſunt. Illud conſiſtit tum in detectione & judicio mali, tum in judicio & ſuaſione adhibendi remedii. Hoc verò conſiſtit in actuali melioris ſeu emendatæ prædicationis, ſacramentorum & paſtoralis regiminis adminiſtratione. Illud ergo opus reformationis, abſque mandato & conſenſu Pontificis, curiæ & factionis Romanæ, Italorum Epiſcoporum & Papalium quorumcumq; aggreſſus fuit Lutherus, Zvvinglius, &c. etiamſi ab Ordinariis illis dominis ad id aſciti non eſſent, aut prædeceſſoribus ſuis immediatè non ſucceſſerant. Hoc eſt quod ego inculco & defendo. Quod ſi confundere aut componere perpetuo tibi viſũ fuerit, quæ diſtinguenda & quæ tam exſertè diſtinxi *attentiſſimè librans verba mea* (ut fateris p.177.) vide ne ex eorum numero ſis, qui diſcere nolunt, Pſ.36. verſ.4. In gratiam lectoris repeto diſtinctionem. Duo fuerunt in primo aliquo reformatore Eccleſiaſtico ſive Epiſcopo, ſive paſtore, ſive concionatore & presbytero conſideranda. Ordinarium miniſterium, ut ex. gr. prædicatio

a Pag. 174.-77.

catio fidei ſeu Euangelii, adminiſtratio Sacramentorum & politiæ Eccleſiaſticæ, &c. Et modus peculiariter tunc accedens iſtis miniſterii functionibus, Reformatio ſcil. ſeu emendatio. Quod fidem prędicabant, quod Sacramenta miniſtrabant, quod gubernabant, miniſterii erat Ordinarii; & ad id vocationem habebant ordinariam & commiſſionē explicitam etiā ab illis ordinariis, inque eo pręděceſſoribus ſuis immediate ſuccedebant, ex.gr. Hermānus Archiepiſcopus Colonienſis, Iuſtus Ionas præpoſitus Wittebergenſis, Zvvinglius parochus Tigurinus, Lutherus concionator presbyter, & lector VVittebergenſis, &c. Quod autem illo modo, h.e. reformatè & emendatè ad formulam verbi divini, prædicabant, ſacramenta aut Eccleſiaſticam diſciplinam adminiſtrabant; quod conciones ipſorum legendis, humanis commentis, ſcholarum ineptiis nō eſſent ſuffultæ, quod adminiſtratio ſacramentorum & politiæ eccleſiaſticæ quiſquiliis ſolitis non eſſet ſordidata, &c. ad hoc non erant omnes illi miniſtri reformatores ab ordinariis paſtoribus aſciti, neque in eo prædeceſſoribus ſuis immediate ſuccedebant (omnes dico, quia in aliquibus aliter ſe res habet) neque explicitam & ſpecialem commiſſionem ad id in ingreſſu miniſterii ab ordinatoribus ſuis acceperāt. Et hoc jure divino non fuiſſe neceſſarium, in tanta corruptionis univerſitate & pertinacia, dixi & probavi. Quia emendare ſe aut proximum, errores ſegregare, ſordes deponere, in vocatione ſua tam communi Chriſtianiſmi, quam particulari politica, Eccleſiaſtica ſcholaſtica, domeſtica, ὀρθοποδεῖν ſecundum Euangelium, non tantum omnibus & ſingulis licet, ſed & ſub pœna condemnationis incumbit. Et ad id ſpecialem atque explicitam habent commiſſionem à ſupremo mittente & mandante Chriſto, ut & ab Eccleſia aut parte Eccleſiæ ſaniori. Implicitam verò & generalem ab ipſa corrupta Eccleſia. Reges & Principes, in receptione religionis aut corruptæ emendatione, à prædeceſſoribus proximis legem aut vocationem neceſſariò ſemper ſumere non debent; quod in genere etiam ita intellexit Papa Gregorius XV. cum ante paucos annos literis ſuis Carolo tunc Walliæ principi & regni Britannici hæredi receptionē Romanæ religionis ſuaderet, in quo tamen pręděceſſoribus ſuis immediatè non ſuccederet, ſiquidē Papā audiret. Officiariis regnorū aut Regum, licet pacem, juſtitiam, integritatem & quidem in his aut illis particularibus muneris ſui negotiis ſectari, etiamſi ab Ordinariis corruptis & corruptoribus ad id aſciti non eſſent, neque prædeceſſoribus ſuis immediatè in eo ſuccederent. Sic etiam miniſtro Eccleſiæ licet reformare ex.gr. conciones ſuas; Epiſcopo licet reformare regimen ſuum; Immo omnibus laicis licet emendare confeſſionē ſuam, privatam inſtitutionem, domeſticum regimen, privatam converſationem, quoſcunq; religionis ſuæ actus ſive elicitos ſive imperatos, & monitis ac exemplo proximo ſuo illam emendationem perſuadere, atque adeo ab errore ſuo illum convertere, quamvis vaſtante corruptione publicè privatimve negligant aut reclament plurimi: & inter eos ordinarii religionis antiſtites. Non tamen licet laicis actus miniſterii ſeu curæ paſtoralis proprios exercere: aut ullo modo Sacramenta adminiſtrare, & Eccleſias ſpiritualiter paſcere, ſive deformatè ſive reformatè, niſi ad illud ab Eccleſia vocentur & conſtituantur.

Inſtant. I. a *Atqui Scripturæ à te prolatæ hunc ſenſum tuum patefaciunt, Totum ſine ulla miſſione licuiſſe quod vobis licuit.*

Reſp. I. Falſum, tantum illud volunt quod tu laicis omnibus etiam tribuis, pag. 187. Veritatem reformationis etiam

contra

a Pag. 175.

contra ordinariorum judicia & conatus potuiſſe proferri & propagari à primis miniſtris reformatoribus (quos ordinario titulo in poſſeſſionem miniſterii Eccleſiaſtici miſſos dixeram) abſque ſpeciali ad id commiſſione Paſtorum ordinariorum, & abſque ſucceſſione, qua in hoc proximis prædeceſſoribus ſuis ſuccedebant.

II. De miniſterii Eccleſiaſtici functione, abſolutè & quà tali non eſt quod addam. Neque enim controverſum eſt, an paſtori Zvvinglio liceat colligere, formare Eccleſiam, an concionatori liceat concionari, an presbytero Sacramenta adminiſtrare, &c. Paſtores autem & presbyteros ordinarios fuiſſe primos illos Reformatores jam dixeram. Sed quia Ianſenius multùm declamaverat, non licuiſſe illis ceſſante aut reclamante ordinario miniſterio, abſque miſſione in ordinarium miniſterium, in Eccleſiam matrem ita inſurgere, eamque errorum redarguere, repoſui, commiſſionem in tali corruptionis caſu, ad ſui correptionem, ad veritatis ſuppreſſæ liberationem, ab ipſis corruptoribus non exſpectandam. Si quidem etiam tali in caſu laicorum opera Deus uti vult, quidni miniſtrorum, argumento ducto à minori ad majus? Laicorum & principum ſæcularium opera, inquam, uti vult, non ad exercendum ordinarium miniſterium (ad quod vocati non ſunt) ſed ad peragendum extraordinarium illud Reformationis opus, quo religio & Eccleſia à corruptelis liberentur, idque ex menſura & modulo vocationis ſuæ.

III. Scripturis illis Malach. 2. verſ. 7. 8. Matth. 23. verſ. 3. cum 16. verſ. 6. non defendo occupationem aut ingreſſum eorum qui paſtores non ſunt; ſed continuationem & exercitium muneris paſtoralis, non obſtante illo ſpeciali reformationis modo, & mutatione ad hoc ſuperintroducta. Exſertè enim præmitto[a]. *Cathedras & commiſſiones ordinarias in Eccleſia corrupta (qualis erat papalis) ſufficere ad obligandum* PASTOREM, *ut debitè fungatur officio, & reformet corruptelas doctrinæ & morum, ut ut inveteratas & longa conſuetudine, &c. probatur primò exemplis ſacerdotum & doctorum in Iuda & Iſrael,* & Scripturis allatis immediatè ſubjicio: *Si quis ergo Paſtor ad genuinam & primam inſtitutionem tanquam ad principium revocetur, quidni revertatur, ut Deo vocanti pareat. Diſtingue in Eccleſia Romana à qua & in qua habuerunt vocationem, &c. Itaque non opus ipſis fuit nova vocatione, aut novis diplomatis, ad ſuæ doctrinæ propagationem & Eccleſiæ reformationem. Nam quod bonum & eſſentiale erat in ipſorum* VOCATIONE ORDINARIA, *&c.* Vides, ſiquidem oculos non claudis, me nihil niſi *Vocationem, paſtorale munus, Cathedram, Commiſſionem ordinariam, Eccleſiam, ordinationem, &c.* proponere & noſtris Reformatoribus applicare.

Inſtant. 2[b]. *Similitudines tuæ hoc volunt, ut ſub Papatus corruptione omnibus omnino licuerit ſine ulla miſſione miniſterium arripere.*

Reſp. I. Applicatio ſimilitudinum à me facta, calumniam tuam detegit, etiam iis verbis quæ tu exſcribis: *Boni civis conclamantis adverſus præfectos ordinarios ſtertentes aut proditores: & medici ac legiſperiti ſe leguleji oppoꝛentis in libertatis & vitæ perditione, modò ſecundum artem aut leges conſilium ferat: & ſubditi contra conjuratos officiarios & conſiliarios inſurgentis, abſque ordinaria aut extraordinaria eorum commiſſione aut diplomate*[c].

Vides

a In Philonio not. 13. num. 4. H. b P. 175. 176. c Tyrannum abutentem poſſe à privato quovis publica autoritate occidi, & uſurpantem etiam abſque publica autoritate ſtatuunt cum Thomâ Caſuiſtæ. Tolet. lib. 5. c. 6. p. 672.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Vides agi de opere illo reformationis, extraordinario tunc quidem, (ex hypotheſi ſcil. ſolitæ atque ordinariæ deformationis) non vero de ordinario miniſterio, aut ordinariis ejus functionibus, aut ordinario functionis modo; quia Alexipharmacum tuum non culpabat in Luthero, Zvvinglio, quod conciones habuiſſent, ſacramenta adminiſtraſſent, &c. quod ipſis, quippe presbyteris & concionatoribus (te ipſo fatente) licuiſſe indubium eſt.

Vides etiam me hoc tantum velle, commiſſionem & diploma, ad tale opus, in tali caſu, à talibus ordinariis, neceſſariò non fuiſſe exſpectandum, aut ab antiquo, aut de novo. De vocatione non neceſſaria ad miniſterium, nihil mihi unquam in mentem venit.

II. Si ex commiſſione & diplomate, cujus ego memini, vocationem ſeu ordinationem ad miniſterium formas, aut unum cum altero confundis; facis contra mentem meam & proteſtationem, & totam ſeriem diſſertationis ac ſingulas ſententias in Philonio meo; & maximè contra diſtinctionem illam vocationis à miſſione quam inculcas. Vocationem & commiſſionem ordinariam illos habuiſſe iterum dico, ſed miſſione ad hoc quod fecerunt ſpeciali, aut vocatione nova, aut diplomate corruptorum ipſis opus fuiſſe, nego.

III. Quo jure aut qua Hetruſca diſciplina tu auſus fuiſti ſtatuere de ſenſu meo, in allegandis exemplis & ſimilibus, cum ipſe exclames p. 176. *Utinam paulo apertius prompſiſſes ſenſum tuum, quando de boni civis, & legiſperiti, & medici, & ſubditi officio, rebus proſtratis exerces facundiam tuam. Cur enim non dicis, ſicut res ipſa dici poſtulat, ſi quidquam ad rem propoſitam dicis, licere bono civi præfectos proditores expellere & præfecturam arripere, &c.*

IV. Ad Euangelium ex occaſione docendum, & prædicandum non requiritur vocatio ſingularis ad miniſterium Eccleſiaſticum, Act. 8.4. & 11. verſ. 19. 21. & 18. 24. Quin etiam publica prędicatio ſine illa vocatione ſingulari, ex occaſione poteſt exerceri, ſive in Eccleſia conſtituenda, ſive etiam in Eccleſia conſtituta, cum ejus ſcil. approbatione, modo vitetur confuſio & ordo obſervetur, 1. Cor. 14. 23. & Act. 13. 15. Nec abnuit Ianſenius p. 189. Carthuſianus in Epheſ. 4. *Euangeliſtæ quamvis ſacerdotes non eſſent, habebant tamen poteſtatem prædicandi:* & Emanuel Sa[a]: *prædicandi licentiam poteſt dare viro docto parochus, etiam non ordinato in ſacris, modo ſit Clericus & non ſæpe det.* Et ut ſimul ac ſemel poteſtatem fidelium circûſcribam, 1. Totum illud quod licere volo omnibus Reformatoribus ſive Eccleſiaſticis, ſive politicis, aut laicis, eſt annunciatio & propagatio veritatis, judicium & confutatio errorum, revocatio errantium, abductio eorum ab Antichriſto, & miniſterio & factione Antichriſtiana, adductio ad Chriſtum, ad veritatem, ad veram Eccleſiam, vel quæ ante collecta eſt & coadunata in corpus Eccleſiaſticum, vel quæ jam colligitur, manuductio ad miniſterium & miniſtros legitimos non uſurpantes, non abutentes, detectio prætenſi primatus & tyrannidis illegitimæ Papæ, poteſtatis & juriſdictionis pſeudo-Epiſcopalis, factionis Ordinariorum in Eccleſiæ pernitiem graſſantis. 2. Occupationem verò & uſurpationem cathedræ pſeudo-Epiſcopalis, aut primatus papalis, aut cathedræ factioſæ, aut ſacerdotii miſſifici nemini ulla ratione licent, ne inveniatur θεομαχῶν. 3. Occupatio & functio miniſterii Eccleſiaſtici tantum illis licet, qui legitimè ad id vocantur. 4. Exercitium & functio miniſterii illis licet, qui ante per ordinariam vocationem occuparunt. 5. Modus & forma iſtius exercitii (de quo controverſia eſt) etiam licet, jure

[a] In voce prædicare.

jure divino ex vi vocationis ſuæ & primævæ inſtitutionis, atque adeo ex lege communi, qua quiſque tenetur meliora edoctus, actus omnes ſuos religioſos & Eccleſiaſticos emēdare, ſicubi aberraverit. Quod ſi contra verbum Dei & fidei veritatem emendatio illa inſtituta eſſe dicatur, jam nō amplius de uſurpatione, ſed de abuſu controverſia eſt. Et huc ibamus. Sed Ianſenius aliorum exemplo cautior factus, ab hoc præcipitio abhorret.

V. Quibus hoc applico Reformatoribus non erant illi laici, ſed Eccleſiaſtici ut jam aliquoties fateri coactus es; neque erant illi occupaturi miniſterium aut gradum aliquem in Eccleſia, ſed jam poſſidebant ordinario titulo, antequam inchoaretur Reformatio, ut ego oſtendi & tu negare non potes. Iam vide qua logica & pietate hæc ad laicos quoſvis non vocatos traxeris.

Inſtant. 3.[a] *Tu voce ſeditioſa reclamas Apoſtolo, licere ſacerdotium ſine miſſione vindicare, quando ordo per hæreſes & ſcandala deficit aut turbatur, etſi non ſint ab ordinariis paſtoribus aſciti, immo abſque ordinaria aut extraordinaria ipſorum commiſſione aut diplomate.*

Reſp. I. Sacerdotium qua ſignificatione hic accipis? Scripturæ, an verò Eccleſiæ Romanę? Si iſta, jam nihil ad rem. Siquidem ſacerdotium (quod Luthero tribuis collatum, & conſequenter ab illo non uſurpatum) non juvat miniſterium aut miſſionem reformatorum, quia Eccleſiæ præeſſe, Eccleſiam colligere, regere, eſt paſtorum tantum, ut quidem definis pag. 118. poſthac quæſo accuratius inhære propriis diſtinctionibus & terminis, quos nobis præfigis.

II. Ego de ſacerdotio, aut presbyterio, aut paſtorali munere, ejuſque occupatione nihil dixi, ſed tu perpetuo plus ponis in cōcluſione quàm fuit in præmiſſis. Ecce verba mea à te deſcripta in principio hujus, cap. p. 175. in quæ omne virus tuum toto hoc capite evomis: *Dicimus inſuper, ordine nondum conſtituto, aut collapſo, aut turbato per hæreſes, ſcandala, ſciſmata, perſecutiones, Deum velle veritatem ſuam propagari: immo abuſus reformari, etiam ab illis, qui nec ab ordinariis paſtoribus aſciti, nec prædeceſſoribus ſuis immediatè ſucceſſerunt.*

Vides me loqui tantum de ſpeciali illo uſu vocationis, de extraordinario ſeu inſolito illo exercitii miniſterialis aut functionis modo, de zelo & opere illo in veritatis eductione & liberatione, in ſui & Eccleſiæ ſibi commiſſæ, pro modulo vocationis, emendatione; idque applicare nullis aliis quam Paſtoribus & animarum curatoribus, quales dico fuiſſe illos, in quos tu debaccharis. Vides etiam, me nullam vocationem aut ordinationem Eccleſiaſticam illis iſto reformationis opere primitus, aut ſecundo & de novo, ſive adſumptam, ſive aliunde collatam aſſerere; ſed contrà contēdere, antiquam vocationem & commiſſionem olim ante reformationem ipſis impoſitam, abunde etiam ad hoc ſufficere, idque jure divino.

Inſtant. 4. Atqui Philonio (not. 13. numer. V.) exempla laicorum ſubjicis, unde ſequitur, laicis te velle applicari.

Reſp. I. Sequitur me cuivis ex plebe velle tribui non miniſterium aut cathedram in Eccleſia, ſed illa, quæ paulo ante ad inſt. 2. num. 4. recenſui, quæ generaliter omnibus & paſtoribus & ovibus conveniunt, ſed modificata ad particularem cujuſque vocationem, & menſuram gratiæ à Deo acceptæ.

II. Itaque inde argumentor à Minori ad Majus; Si illis in tali confuſione, peculiaribus diplomatis & commiſſionibus Ordinariorum non eſt opus ad clamandum & reformandum, cur poteſtatem reformandi ab illis exſpectaſſent miniſtri reformatores ordinaria poteſtate præditi? Et cur propter clamores illos in Papatum, quos redar-

[a] Pag. 178.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

guere non vales, ordinario miniſterio excidiſſent? Cur illos tantopere eo nomine accuſas?

III. Male ergo infers ex eo quod defunctus ſufficienti probatione per confidentiam adjicio, *Etiamſi nullam habuiſſent vocationem Eccleſiaſticam Reformatores, potuiſſe tamen illud facere, quod contra ordinarios & matrem ſuam Eccleſiam*(ſeu potius factionem in Eccleſia dominantem) *fecerunt*; male, inquam, ex eo infers, me aſſerere, nullam ipſis fuiſſe vocationem. Nihil tale vel per ſomnium cogitavi, ſed argumenta à *minori ad majus*, & *conceſſio fiduciaria*, παρομολογία quid ſint, quemq; uſum habeant, ſi non didiciſti aut intelligere ex me non libet, adi Logicæ & Rhetoricæ elementa.

Inſtant. 5. Atqui illud ordine nondum conſtituto, &c. videtur abſque ordine & extra ordinem miniſterii, quibuſvis poteſtatem miniſterii tribuere.

Reſp. I. Nullum niſi tuum Aſdodicum aut Babylonicum idioma intelligere videris, ſi modo hoc intelligis. Quo uſu vocem illam *ordinis* conceptæ tuę ſignificationi affigis? Scripturæ, an politico, an Eccleſiaſtico-canonico, an Philoſophico, an verò philologico, an denique Curiali & Conſiſtoriali Romano? ubi tam præciſè & ſtrictè Caſtrorum acies ordinata & membra capiti ſuo coordinata ſunt, & Cardinales [a] *Papæ ita annexi, quod tanquam pars corporis ipſius, ſanguinem de eorum corpore non minuant inconſulto Papa:* nedũ ut animã vitiis & erroribus abſq; Papali commiſſione expurgent, atq; ita converſi fratres ſuos cõfirment, Eccleſiæ Reformationem promoveant.

II. Vt abſolvam, ex oppoſitis venari acceptiones vocum docet Philoſophus. Oppoſitũ ordinis eſt ἀταξία, cujus uterq; meminimus in hac diſceptatione. Apoſtolus requirit, ut omnia εὐσχημόνως ϗ εὐτάκτως i. decorè & ordinatè fiant in Eccleſia. Ordo hic nõ intelligitur divinus & ſimpliciter immutabilis, hoc eſt, à Deo immediatè inſtitutus, qualia ſunt omnia quę jure divino præſcribuntur, ut ex. gr. ſacramenta eorumque adminiſtratio; paſtorale munus, paſtorumq; conſtitutio & vocatio Eccleſiaſtica; congregatio & coadunatio fidelium in cœtum ſeu corpus Eccleſiaſticum. Sed intelligitur ordo poſitivus, Eccleſiaſticus, Canonicus, quo ſecundum circumſtantias locorum, temporum, perſonarum determinantur agenda, ceremoniæ, conſuetudines & formalitates Eccleſiaſticę circa verbi prædicationem, ſacramentorum adminiſtrationẽ, miniſtrorum vocationem, Eccleſiæ congregationẽ, operarum Eccleſiaſticarum diſtributionẽ, diſciplinæ executionem, ſynodorum convocationem & celebrationem, judiciorum proceſſum & rationẽ, hæreſeon & peccatorum ſubrepentium cognitionem atque abolitionem, &c. Quem ordinem diſtinguere poſſumus in generalem obſervatum ab omnibus aut pleriſq; omnium temporum & locorum Eccleſiis, & in particularem introductum & obſervatũ ab Eccleſia hujus aut iſtius ætatis, aut ab Eccleſia Occidentali, Orientali, Africana, Italica, Gallica, &c. Hinc *Canones Eccleſiæ Africanæ, capitula Leodienſia, capitula Caroli Magni, Ludovici, Caroli Calvi*. De ordine divino conſtituto aut non conſtituto nos non agimus: ſed de ordine poſitivo Eccleſiaſtico. Putamuſque in caſu neceſſitatis, ne animarum fiat jactura, præter illum aliquid fieri poſſe, de quo infra Cap. 21. ex profeſſo agimus. Hic ſolummodo ad rem præſentem applicamus & repetimus ea quæ in Philonio attigimus. Primus caſus eſt, ubi nondum conſtitutus eſt ordo docentium & diſcentium, anteceſſorum & ſequentiũ, ibi alicui zelo & donis inſtructo veritatem annuntiare licitum eſt, quo referenda ſunt exempla illa, Act. 8. 1. & 11. 19. 20. & 18. 24. 25. 26. & dictum Ambroſii in

Eph. 4.

[a] Citat. Vsherus de ſucceſſ. c. 4. ex Gondiſc. à Villadiego in tract. de Origine Cardinal. quæſt. 5. n. 13.

Eph.4.& Origenis in 18. Numer. & Ædeſii, Frumentii, Maturiani, &c. Secundus caſus, ubi Ordo turbatus eſt, ubi ſpeculatores cœci facti, quique in fide & pietate aliis præire debebant, nihil intelligunt, qui ducere debebant, ſeducunt; aut ubi paſtores ablati per tyrannidem: ibi veritatem deſertis ovibus commonſtrare, in viam eas reducere, cōtra ſeductores, contra repræſentativā Eccleſiā inſurgere quilibet tenetur, qui modo poteſt: quo referendū dictū illud Hoſeę 2. v. 1. Itē Gerſonis & Panormitani. Et hæc quidem de quibuſvis, etiam laicis, ibi dicimus. Tertius caſus eſt, ubi ſocordia, hæreſi, impietate Epiſcoporū, Archiepiſcoporum, Capitulorum, Conciliorum, atque adeo ſuperiorum in Eccleſia, ordo ille canonicus in politia, in judiciis, in diſciplinæ executione, in decernenda & procuranda Reformatione invertitur, ubi illi qui ſoli anteceſſores & præfecti ordinarii habentur, fiunt adverſarii, vel propria malitia vel aliena tyrānide; ibi licet presbyteris, paſtoribus, Epiſcopis quibuſvis facere quantum in ſe eſt, & à ſe ſuiſq; reformationem incipere; primos & vel ſolos hoc opus capeſſere, etiamſi poſtremi eſſent ordine, authoritate, aut juriſdictione. Etiam non ſervato ordine & dependentia unius à Collegio, Epiſcopi ab Archiepiſcopo aut primate, presbyteri ab Epiſcopo, Epiſcoporū à Concilio, aut quādo Concilia non habentur, ab Eccleſia conſiſtoriali, à Cardinalibus ſcil. (mortuo Papa & ſede vacante) denique omnium à Papa; non ſervatis etiam formalitatibus & conſtitutionibus illis Eccleſiaſticis, quæ proceſſus canonici modum & ordinem circumſcribunt. Quia agitur de animarum & Eccleſiæ perditione, in quo caſu humanus ordo legi divinæ cedere debet. Ad hunc caſum referendum exemplum quod pono, *de Epiſcopo aut ſacerdote aliquo inter* Neſtorianos, Græcos, &c. ſignum Romanæ fidei efferente, etiamſi ab ordinario ſuo poteſtatem in Cathedram, Eccleſiam & doctrinam illic receptam inſurgendi peculiari diplomate non obtinuiſſet. Et alterum illud de ſervis Dei ſub Papatu: *Et quæ diplomata miſſionis ab ordinariis, aut quam poteſtatem reformandi exſpectabunt ſervi Dei, quando tota terra vadit poſt beſtiam & quando exercitus ſacerdotum præparatus eſt Antichriſto, &c. immo quando tanto tempore Conciliorum authoritatem defugerunt aut enervarunt Romani pontifices?* Hic nihil de ordinatione alicujus ad miniſterium, ſed de miſſione, commiſſione & poteſtate ejus, qui jam ordinario miniſterio fungitur.

Quartus caſus (quem infra pluribus exponimus) eſt. Vbi alicubi vel tyrannide, vel totali apoſtaſia ab omni Chriſtianiſmo, vel quocunque alio caſu ſucceſſio Epiſcoporum, atque adeo concatenatio Hierarchiæ (prout ordine canonico illa ſtabilita erat in eccleſiis) abrumpitur; ibi poſſe tamen ab Eccleſia legitimè vocari miniſtros; neque defectum formalitatum quarundam, ut ordinationis preſbyteri per Epiſcopum ordine ſuccedentem, aut ordinationis Epiſcopi per tres Epiſcopos, aut ſucceſſivæ promotionis per inferiores ad ſuperiores gradus, aut unctionis aut confirmationis, aut pallii, & ſimilium ceremoniarum eſſentiam omnem vocationis & miniſterii tollere. Quo referenda illa quæſtio quam moveo, *An tempore Antichriſti Papiſtici ſine miniſterio & vocatione futura ſit Eccleſia Romana*, quia formalitates omnes canonicæ, tum in ſe, tum in dependentia ab Hierarchia ſuperiori, & ſede Romana accuratè obſervari non poterunt. Atque hunc caſum de ordine turbato aut collapſo, noſtris Reformatoribus non applico, quaſi ſcil. formalitates aliquæ canonicæ etiam Romanæ ipſorum vocationi defuiſſent: ſed tantum per conceſſionem & confidentiam, ex ſuperabundanti diſputandū offero, etiamſi vocationē

Eccleſiaſticam nullam ante habuiſſent, potuiſſe tamen illos vocari & conſtitui ab illa Eccleſia, quam illi aut in corpore ſuo perſiſtentem, aut de novo in eccleſiaſticum corpus coeuntem, ab errore revocaſſent.

III. Obſervanda perpetua ſophiſtica Ianſenii, cui tota hæc diſputatio innititur. Quod miniſterium, cum vocatione ſeu ordinatione ad miniſteriũ; quod exercitium ſeu opus miniſterii ſpeciale in caſu deformationis, cum toto ordinario miniſterio; quod vocationem & ordinationem ad miniſterium ab Eccleſia per ſuperiores collatam, cum miſſione, commiſſione & mandato ſpeciali reformandi ab iiſdem ſuperioribus aut illi epiſcopo, aut paſtori conceſſo vel non conceſſo confundat.

SECTIONIS SECVNDÆ
CAPVT XIX.

Diluuntur exceptiones adverſus exempla reformationis & prædicationis ex V. & N. Teſt. & antiquitate Eccleſiaſtica allata; item adverſus dicta quædam commentarii Ambroſiani, Origenis, Gerſonis, Panormitani.

SECVNDA Exceptio, [a] contra exempla reformationis Hiskiæ, Ioſiæ, Aſſæ, Ioſaphati. Primò, *quod illi ſacerdotes ordinarios non deturbaverint; ut in eorum ſuccederent locum, & ſacerdotium non uſurpaverint quod nos fecimus.* Secundò, *quod tanquam Reges non tantum obſervarunt legem, ſed obſervationem legis procurando alios fecerunt bonos.* Tertiò, *Idola, lucos, idololatriæ fomites deſtruxerunt, &c.* Quartò, *per Sacerdotum & Levitarum miniſterium ea curarunt, quæ lex per illos fieri jubet.* Quintò, *nihil circa religionem renitente totius ſacerdotii veteris authoritate perpetrarunt.*

Reſp. I. Ad primum. 1. Neque noſtri primi reformatores hoc fecerunt, ut ſupra jam diximus. *Si non vis inaniter tempus terere, & parergis congerendis lectori fucum facere* (ut verbis tuis utar) imo ſi Cretenſis audire non vis, *proba noſtros tale quid perpetraſſe.* Hæc enim ſunt mendacia & atroces calumniæ, quas in te tuiſque deteſtamur. 2. Manet tamen in genere illud quod volumus, poſſe ſcil. aliquem in tali caſu contra ordinarios corruptores inſurgere, & abſque communi & antecedente ipſorum conſenſu & decreto, aut abſque ſpeciali ipſorum miſſione, commiſſione, mandato ſynodico, capitulari, Epiſcopali, aut literis quibuſcunque formatis, aut brevibus, bullis, reſcriptis, decretalibus, motibus propriis, & ſimilibus formalitatibus ad proceſſum canonicum pertinentibus, & ſuæ & aliorum conſcientiæ ac ſaluti conſulere emendatione neceſſaria eorum, quæ ipſum & Eccleſiam ſibi commiſſam radicitus perderent.

Ad ſecundum Reſp. I. Accipere me præclaram hanc Ianſenii confeſſionem de poteſtate magiſtratus circa ſacra, & quidem in tali deformationis & confuſionis ſtatu, qualis tunc erat in Eccleſia Iudaica. Nunc applica ad Imperatores Carolum V. Ferdinandum, Maximilianum II. [b] & reges Chriſtianiſſimos, Navarrenos, Reformationem ex formul: Intermiſtica, aut Caſſandri,

[a] Cap. 42. p. 185. 186. 187. [b] Maximilianus reformationem Lutheri amplexus eſt, ut ſect. 1. c. 2. dictum eſt; & confirmant liquidiſſimè quæ profert Goldaſtus in Replica pro Imperio cap. 40. p. 417.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Caſſandri, & Fr. Balduini aut Wiſelii aut quacunque aliâ (ſaltem non ex Romana) urgentes, ſed fruſtra. Applica ad reges Angliæ, Daniæ, Sueciæ, Viceregem & proceres Scotiæ, Principes & civitates Germaniæ, Magiſtratus Helveticos, Ordines unitarum Provinciarum, Palatinos proceresque Poloniæ & Lithuaniæ, Principes Transſylvaniæ, *Quod non ſine cauſa*, ut loqueris, *jubentur accipere exemplar legis à Sacerdotibus Leviticæ tribus, & cuſtodire verba & Ceremonias ejus*, *Deut.* 17. *Quod ad ipſos pertineat in Regno ipſorum quis velit eſſe religioſus aut Sacrilegus.* Auguſtin. Epiſt. 50. *Quod in quantum Reges ſunt ſerviunt Deo jubendo bona & prohibendo mala, non ſolum quæ pertinent ad humanam ſocietatem, ſed etiam quæ ad divinam religionem.* Id. lib. 3. c. Creſcen. cap. 51.

II. Conferatur hæc confeſſio Ianſenii cum exclamationibus ipſius in Alexipharmaco; ubi neſcio quid non in nos evomit, quod collationem de Religione coram Magiſtratu & populo, Clericis Sylvæducenſibus obtuliſſemus. Vide infra cap. 24.

Ad tertium Reſp. I. & hanc confeſſionem mihi placere. Nunc applica ad Reges & Principes ſupra nominatos; & imprimis ad Ill. Ordines uniti Belgii, qui Sylvæducis templa ad idolis repurgarunt ex præſcripto legis, Exod. 34. 13. Deut. 7. 5. quæ recte allegat Ianſenius.

II. Vide quomodo hæc conveniant cum maledictis & exprobrationibus Ianſenii & Ieſuitæ Ioh. Gouda, de quibus ſupra C. XI. 3. Semper manet generale illud, quod ego unicè intendo: *abſque ſpeciali conſenſu, mandato, ordine & commiſſione ordinariorum, in tali turbato ſtatu poſſe abuſus reformari à quibuſcunque Eccleſiaſticis aut Politicis pro ratione poteſtatis & vocationis ſuæ.*

Ad quartum Reſp. I. Ianſenium hîc, ut in tota diſceptatione, σκιαμαχίαν exercere. Et nos & noſtri reformatores idem ſenſere, idem egere ſemper, ut ſcil. per magiſtratum fierent ea quæ magiſtratus ſunt, per miniſtros ea quæ miniſtrorum. Cótrariam doctrinam aut praxin noſtrorum oſtende ſi potes, ſi non potes, pudeat te calumniarum. II. Etiam Reges, Principes, Magiſtratus Reformantes ſedulo hoc curarunt quod Hiſkias, Ioſias, Ioſaphat; neq; obſtiterunt illis ubiq; ordinarii, ut quidem velit Ianſenius. Non ſaltem in Angliâ, Daniâ, Sueciâ, Germaniâ & Bohemiæ maximâ parte, Helvetiæ, Hungariæ, &c. Et ſicubi irreformabiles quidam Clerici ventri & mundo, quam conſcientiæ aut Chriſto attendere maluerunt; quandoquidem illos procurando obſervationem legis tandem facere bonos non potuerunt, ſaltem legitimis mediis providere, ne quid Eccleſia & Reſpublica detrimenti caperet. Vide infra cap. 21. ſub finem.

Ad Quintum Reſp. I. Falſum eſt, nihil Reformatores illos ſub Vet. Teſtamento *circa religionem renitente totius Sacerdotii veteris authoritate perpetraſſe.* Furioſum eſt quod addis *Iohannem Baptiſtam*, *Micham, Obadiam, Helkiam, Eſdram, Nehemiam* (quos reformatores tibi objeci) *probante & conſentiente ordinaria ſacerdotii authoritate feciſſe, quicquid fecerunt.* cap. 38. p. 166. Quam verè philoſophus dixit: *Error parvus in principio fit magnus in fine.* Et, *uno abſurdo poſito multa ſequuntur.* Sed hæc pœna contempti verbi divini, quod ſacrarum litterarum profeſſor Regius ad tantam hiſtoriæ ſacræ lucem non aliter cœcutit ac noctua ad ſolem; quodque pueri triviales, & catechumeni noſtri ſtupendam ignorantiam & amentiam hujus Prophetæ caſtigare poſſint. Ad officinam Scripturæ, Ianſeni; Lege ibi Matth. 11. v. 18. *Venit enim Iohannes nec edens, nec bibens & dicunt dæmonium habet.* Et quod Matth. 3. à v. 7. uſque ad 13. Iohan. 1. v. 25. & 5. v. 33. teſtimonium perhiberet Chriſto & viam illi præpararet, invitis ac

renitentibus ordinariis Chriſti hoſtibus. Lege etiam, 1.Reg.22. Michæ filio Iemla unico Domini prophetæ, omnes prophetas in Iſrael adverſatos, nedum ſacerdotes ordinarios qui à Domino deſciverant, de quibus vide, 1.Reg.16.v.31. cum 12.ver. 31.& 2. Regum 10.v. 11. 19. De Obadia cultum Dei & veros prophetas aſſerente contra torrentem ordinariorum, lege 1.Reg.18. Vbi quæſo erat ordinarium ſacerdotium reformationem probans, cum Elias putaret ſe ſolum relictum, Rom.11. v.3. cum 1.Reg.19.18?

II. Etiamſi temerariam tuam aſſertionē tibi concederem: nihil tamē illa te juvaret, niſi inſuper probes iſta duo. Primò, *nullos iſtorum Reformatorum*, abſque antecedente & ſpeciali mandato, miſſione ac directione ordinarii ſacerdotii aut concilii (à quo adminiſtratio ſacrorū pendebat) ordinarios corripuiſſe, populum ab errore revocaſſe, reformationē tradidiſſe, & à ſe aciem ac in ſe ſuiſq; pro ratione vocationis, de facto inchoaſſe, non exſpectatâ aut obſervatâ ordinis ac proceſſus canonici formalitate aut conſuetudine. Secundò, *Nullos iſtorum Reformatorum* in inchoato opere perrecturos fuiſſe, ſiquidem conſenſus totius ordinarii Sacerdotii non potuiſſet haberi; aut publicum ipſorum judicium de traditâ & poſtulatâ reformatione, aliter ſtatuiſſet; Sed ab opere illo, immo & omni vocationis ſuæ exercitio ceſſaturos fuiſſe, atque ita cum populo licet melioribus jam per ipſos imbuto in ſordibus idololatriæ & errorum permanſuros fuiſſe, ne ſcil. ſciſma facerent, aut ordinem in Eccleſiâ conſtitutum, atque adeo authoritatem ordinarii miniſterii perturbarent. De iſtis dic aliquid Ianſeni: in his cardo controverſiæ vertitur. Iſta *enim ſunt facinora, quæ in Reformatoribus noſtris deteſtamini univerſo Oceano non abluenda* [a] (p. 187.) & iſta ſunt præclara facinora reformatorum noſtrorum (non omnium tamen, ut mox dicemus) de quibus nos in Domino gloriamur. Quidquid extra has lineas nugaris, nihil ad rhombum.

Vt me intelligas Ianſeni, dico iterum. In tali defectione & obfirmatâ corruptione ordinarii miniſterii licere cuivis miniſtro animam ſuam liberare, & ſe, miniſterium ſuum, Eccleſiam ſibi commiſſam emendare à lætiferâ corruptione, quantum in ſe eſt; alios etiam miniſtros & eccleſias monitione & exemplo ſuo ad ſimilem emendationem provocare: & quidem abſque prævio, aut comitante, aut etiam ſubſequente ordinarii miniſterii mandato ſeu ſpeciali commiſſione, quando per malitiam hominum haberi non poteſt.

Addo, Non obſtante judicio, interdicto, aut anathemate ejuſdem miniſterii, poſſe ejuſmodi miniſterium aut miniſtros in cœpto opere pergere, miniſterium ſuum retinere, & Eccleſiæ inſervire.

III. Non fit iſta exceptio, niſi in reformationem Galliæ, Belgii & ſimiles: Nam in Angliâ, Daniâ, Suecia, Helvetiâ & magnâ parte Germaniæ, Bohemiæ, quomodo reformationem reclamante toto ordinario miniſterio peractam dices? Doce quodnam illud fuerit ordinarium miniſterium? Ex factorum luce cuivis conſtare poteſt; ordinario miniſterio aut præeunte, aut adjuvante, aut approbante reformationem ibi peractam. Solus Ianſenius omnium ignarus quæ apud ſuperos geſta ſunt, neſcio in qua Lethes crepidine delituerit.

Tertia Exceptio eſt, adverſus loca Act.8. 4.& 11.20. [b] Primum, *legi ibi quidem illos euangelizantes verbum Dei & annuntiantes Dominum Ieſum pertranſiſſe; ſed non legimus legitima vocatione caruiſſe, Eccleſiam formaſſe, Cathedram erexiſſe, ita ſemper quod in controverſia poſitum eſt, velut certum obtruditis.* Secundò, *inculcat diſtinctionem, &* probat ex Victore

ctore

[a] Vide quæ ſupra ex Ianſenii Alexipharmaco citamus, hujus ſect. c 7. [b] Pag. 187. 188.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ctore Vticenſi. *Aliud eſſe fidei veritatem annuntiando infideles ad converſionem allicere, & multitudinem Chriſto lucrari; & aliud ex converſis Eccleſiam conſtituere, regendique authoritatem ſumere &c. Illud etiam fœminas feciſſe, & privatis omnibus licere abſque vocatione, hoc verò minime.*

Ad primum Reſp. I. Neque nos aliud quid legi volumus, & ſufficit ad hoc, ut probetur abſque formalitatibus Canonicis, & modo procedendi in curia Romana (prout in practica Cancellariæ Apoſtolicæ, & Introductione in Romanæ curiæ actionem & mores ille præſcribitur) immo abſque ſpeciali commiſſione aut nova miſſione licuiſſe ſaltem Luthero, Zvvinglio, Archiepiſcopo Colonienſi, aut Magdeburgenſi Germaniæ primati, aliiſq; Epiſcopis, paſtoribus, presbyteris; quod fœminis & privato cuiq; licet; ut ſcil. infideles aut errantes euangelizando & verbum Dei annuntiando, in viam revocent, & à ſeductoribus (in Papatu ſcil.) abductos Chriſto & veræ Eccleſiæ lucrifaciant, quamvis renitente ordinario, infideli & idololatrico Sacerdotio. Si præter aut ſupra illa, ſive ante ſive poſt reformationem, aliquos miniſterio proprios actus exercuerint, id ex vi vocationis ordinariæ, tanquā Epiſcopi aut Eccleſiarū Rectores fecerunt, non tanquā privati Chriſtiani, quibus Deus mandavit de proximo. II. Vbi nos tanquam certum obtrudimus, *privato cuique abſque vocatione licere cathedram erigere, Eccleſiam regere &c?* Vt appareat te ſemel verum dixiſſe, profer ex Philonio meo vel unicam ſententiā, quæ tale quid obſcurè ſaltē indicet. Quod ſi vadimoniū hic deſeris, videbit Lector qua fide & cōſciētia toties in nos debacchatus fueris.

Ad ſecundum Reſp. I. probo diſtinctionē, & ad faſtidium uſque eam te docere volui. Hoc unum ſi obtineo, jam actū erit de tota hac tragædia. II. Tu modo, ſi audes, explica quænā putes eſſe facinora illa reformatorū; an quod prædicatione verbi & ſacramentorum populū paverint? (ut tu de actibus miniſterii loqueris p. 150.) an vero quod eum ab uſurpatione Papæ, à ſeductione & rapacitate Pſeudo-Cleri abduxerint, ad cōverſionem impulerint, ignorantes docuerint, Chriſto eos lucrati ſint, impietatē publicè revicerint? Nos utraq; ab iis præſtita fatemur. Si priora illa reprehendis, jā probandum tibi eſt, aut illos non fuiſſe Eccleſiæ miniſtros, aut facinus eſſe in miniſtro exercitium miniſterii ſui. Sed hic calceus vos nō urget. Poſteriora ergo ſunt, quę tanquam facinora in illis deteſtamini, & deteſtati ſunt primi Antagoniſtæ Reformatorum; quorum mentem optimè perſpexerat Eraſmus cum Frederico Saxoniæ Electori quærenti cur Clero ita eſſet inviſus Lutherus, reſponderet: [a] *Duo magna peccata Lutherum commiſiſſe: attigiſſe coronam Papæ, & Ventres Monachorum.* Sed iſta omnia (ut tu perſpicuè & bene determinas pag. 187. 188.) Eruditionis & Charitatis ſunt, quæ etiam fœminis & privatis in tali caſu ſubinde licent. Itaq; nullum hic uſurpationis, nullum ſacrilegii facinus; niſi oſtendatur fuiſſe abuſus. Et ita conclamatum eſt de facili & triumphali illa methodo Ianſeniana convincendi hæreticos; reciditque miſer in ſuum *purgatorium* ſeu in *lacum ſine aqua* h. e. articulorum controverſorum tractationem.

Quarta Exceptio; adverſus locum ex Commentariis Ambroſii in Epiſt. ad Epheſ. Primò ille eſt [b] *potius Ambroſiaſter, jam enim dudum ab eruditis animadverſum eſt, nullum eſſe dogma Pelagianum, quod non in Commentariis iſtis doceatur, &c.* Secundò *etiam ille ſcriptor ſuffragio ſuo damnat Voetium &c. abhorret ab illa ſuperba temeritate, quæ nemine ſibi credente vel concedente, immo toto Eccleſiaſticæ authoritatis*

miniſterio

[a] Peucerus in Chronic. lib. 5. [b] p. 188. 189.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

miniſterio renitente arripit ſibi non ſolum Euangeliare &c.

Ad primum Reſp. I. nihil novi hic nos docet Ianſenius, quod ante complures annos **Cocus**[a] & Rivetus[b] noſter, deinde etiam Bellarminus veſter & Poſſevinus non docuerint. II. Citavi illa commentaria nomine Ambroſii, ſecundum vulgarem appellationem & conſuetudinem, quod Pontificiis familiare; imprimis ſi quid ex ejuſmodi ſcriptis pro cauſa ſua adferant. Sic Bellarminus[c] citat eum pro deſcenſu Chriſti ad inferos, pro primatu Petri, pro continentia Clericorum, pro Omnipotentia Papę, & alii paſſim, quos prolixum eſſet recenſere. Quin ipſe Ianſenius, quaſi ſui oblitus, aut putans nos ex Lethes fluvio aſſiduo bibere, cap. 70. pag. 368. pro Papâ honorificentiſſimè illum advocat non titulo *Ambroſiaſtri*, aut *Pelagiani*, ſed, *Commentarii Ambroſiani*: ubi notet lector hominum iſtorum improbitatem, qui authorem aliàs ipſis ſuſpectum aut ſuppoſititium, ſi quid dicere videatur pro mala cauſa, non dubitant titulo *Patris Ambroſii*, & quidem *beati* & *ſancti* inſignire. Sic Bellarminus, *Sanctus Ambroſius* de Roman. pontific. lib. 1. cap. 25. Idem, *B. Ambroſius in cap. 3. primæ ad Timotheum*: De Pontific. li. 2. cap. 16. Et de matrimon. lib. 1. c. 17. ubi etiã inter *Patres Latinos* illum numerat. Et ſic Stapletonus, Anglo-Rhemenſes, Coſterus, Caniſius, Bunderius, Zachar. Chryſopolitanus. III. Qualiſcunq; ſit author, non inepte feci, quod adverſariis illum oppoſuerim, non tam ex meo ſenſu, quam ad hominem. Neq; enim fides noſtra in ejuſmodi aut ulla humana ſcripta reſolvitur. Ipſi ſunt, qui fulcra ruenti cauſæ hinc petunt, qui Patribus & Sanctis autorem accenſent, qui commentarios illos *verbis breves ſententiarũ pondere graves* prædicant &, *doctos, literales*,[d] &c. Qui authorem antiquiſſimũ faciunt, quippe quem an. 373. ſcripſiſſe velit Bellarminus[e], Salmero, Doctores Lovanienſes, ſed falſo & fallente calculo, ut perſpicuè oſtendit Rivetus noſter Critic. ſacr. lib. 3. c. 18. Eadem verba à me citata ex eodem hoc commentario ſub nomine Ambroſii adduxit Albert. Pighius[f].

Ad ſecundum Reſp. I. Quo magis explicas hunc authorem, eo evidentius pro me probas iſta duo. Primò, *non abſolute excludi in caſu neceſſitatis* ab omni veritatis annuntiatione, eos qui aut à præfectis aut à corpore illo (cui & contra quod veritatem illam annuntiant, ut tum fiebat in ſynagogis Iudaicis) expreſſum, ſpeciale & canonicum mandatum annuntiandi non acceperunt. Quod ſi obtinet in laicis, quidni in primis Reformatoribus, qui erant presbyteri, Epiſcopi &c. Secundò; *Non abſolute in tali caſu poteſtatem annuntiandi*, & contra errantes quoſvis etiam miniſtros ſeductores clamandi, alligatam eſſe ordini & modo agendi, atque adeo formalitatibus omnibus quę ex decoro Eccleſiaſtico ſervari ſolent ac poſſunt in Eccleſiis bene conſtitutis. Nihil aliud volo. II. Quæ tu præter iſta, mihi affingis, putida ſunt mendacia, quibus & tuam & patrum tuorum menſuram imples. De quibus jam ante ſæpe dictum.

Quinta Exceptio eſt, adverſus dictũ Origenis, nihil ſcil. *ad rem illud facere aut contra ipſos; Quia nemo negat fieri poſſe, ut quis veniens in civitatem, ubi nondum ſunt Chriſtiani, ſe conferat ad docendum? ſic enim Apoſtoli in toto terrarum orbe fecerunt &c. Deinde, quia Origenes non dicit fieri poſſe, ut ſine miſſione ſe conferat ad docendum, in quo cardo controverſiæ vertitur.*

Reſp. I. Si Origenem inſpexiſſes, videres illum non de Apoſtolis & ordinatis miniſtris (ut tu ineptè cavillaris) ſed de privatis loqui. Et dictum illud Origenis[g] tam frequenta-

[a] Cocus in cenſura Patrum p. 133. [b] Rivetus in critic. ſacr. lib. 3. c. 18. [c] Lib. 4. de Chriſto cap. 14. de Rom. pontif. l. 1. c. 25. de Clericis lib. 1. c. 19. de Roman. pontif. lib. 1. c. 16. & lib. 3. c. 5. [d] Sixtus enenſis, & A Lapide in proleg. ad epiſt. Pauli. [e] De ſcript. Eccleſ. ad annum 374. p. 145. 146. A Lapide loc. cit. [f] Pighius de Hierarchia lib. 3. c. 8. [g] Locus eſt in homil. II. Origenis in 18. numer.

quentatum eſt in hac controverſia, ut mirari ſatis non poſſim, quomodo tam oſcitanter illud habueris. Sed puto eadem temeritate & feſtinatione objecta à nobis Patrum dicta à te excipi, qua in nos ea intorques, aliena ſcil. fide, Perroni aut Bellarmini aut ſimilis militiæ veſtræ anteſignani. II. Præter hoc aliud quid locus ille Origenis innuit, Quod ſcil. privatus ille à populo illo jam converſo poſſit in miniſtrum ordinarium adſumi. Quod quidem ut in Reformatoribus illis (de quibus quæſtio eſt) locum non habuit, neque fuit neceſſe: ſic tamen abſolutè fieri nō potuiſſe, ſiquidem ita res tuliſſet, nos fide divina perſuaſum non habemus. III. Cum cardinem controverſiæ facis, An ſine miſſione quis conferre ſe poſſit ad docendum; aut controverſiæ ſtatum inſigniter mutas, aut confundis illa quæ tam ſæpe voluiſti diſtinguere, quo conſilio tu videris. Si miſſio tibi nunc idem quod vocatio, ſi docere idem quod actus omnes miniſterii à te enumerati, per me licet; modo ſemel maneas in terminis à te poſitis, neque Protei inſtar in omnes formas te vertas. Dico ergo, nihil tale me voluiſſe probatum ex Origene, ſed *ſoporem & crapulam illam* (ut tu modeſtiæ ſcil. illius memor p.4.5. loqui amas) à te calumnioſè mihi iterum affictam.

Sexta Exceptio eſt, Contra exempla Ædeſii & Frumentii. Primò, [a] *Frumentium ordinariam habuiſſe vocationem, quippe ab Athanaſio ordinatum Epiſcopum. Theodoret. lib. 1. c. 23.* ſecundò, *etiam habuiſſe teſtimonia miſſionis extraordinariæ, quippe qui miraculis dicta ſua confirmabat.*

Ad primum, Reſp. I. Verba mea quæ oppugnas, erant iſta: *Refert Theodoretus hiſtor. Eccleſiaſt. l. 1. c. 22. Duos juvenes Ædeſium & Frumentiū delatos ad Indos jeciſſe ibi fundamēta Chriſtianiſmi.* Fac nunc antitheſin Ianſeni, & dic (quod dicere velle videris) illos juvenes privatos exiſtentes nō jeciſſe fundamēta Chriſtianiſmi, niſi epiſcopali munere prius inſtructos; tantum rediiſſe ex India & retuliſſe Athanaſio quanta divinæ cognitionis cupiditate gens illa duceretur. Quidquid ſit, hinc tamē manifeſtè ſequitur, poſſe aliquem etiam laicum, renitente quamvis ordinario infidelitatis, aut hæreſeωn, aut idolorum ſacerdotio, veritatem annuntiare, aut quocunque modo promovere, quantum in ſe eſt; neque complementa & formalitates, ordinis ac proceſſus Canonici, aut ſpecialem miſſionem & autorizationem iſtius ſacerdotii ordinarii, ad id de jure divino exſpectandam. Ex quo à Minori ad Majus concluditur, ſaltē Reformatorib. noſtris Epiſcopis, Paſtoribus & presbyteris ordinariis id licuiſſe abſq; ſacrilegi crimine. II. De Ædeſio nihil tale excipis, neq; de Saturnino & Maturiano, quos privatos in Africa ingentē Chriſto multitudinē prædicatione & converſatione ſua eſſe lucratos ex Victore Vticenſi mecum confirmas p. 188. III. Quicquid explicas, tandē pro nobis facit. Quod enim ab Athanaſio Epiſcopum ordinatum & Indorum genti, ipſi non ſubjectæ, miſſum ſcribit Theodoretus, aliam tunc rerum faciem oſtendit, ab hodierna nimis quàm diverſam. Nunc enim ſolius Pontificis Romani ſunt gentes & terræ ignotæ, ac de novo repertæ, qui non tantum miſſiones Eccleſiaſticas illic curat (ut tu p. 109. c. 23.) ſed etiam illas ipſas gentes cum omnibus bonis, facultatibus, dominiis & regalibus liberè ac liberaliter donat quibus vult, ut docet exemplum Alexandri VI. novum orbem inter Luſitanos & Caſtilianos dividentis, reclamātibus fruſtra Atabaliba, Peruano, reliquiſq; iſtarū gētium Regibus. Quam commentitiam & nefandam ipſius uſurpationem vide egregiè exploſam ab ipſo Cajetano ſect. 1. cap. ult. citato, & authore *Hugone Grotio* (ut opinor) doctiſſimi illius ſcripti, quod *Mare liberum* inſcribitur.

Ad ſecundum, Reſp. I. te ſupra tam rigide

[a] P. 191. & 188.

& ſpecificè diſtinxiſſe vocationem extraordinariam ab ordinaria (p.156.c.35.& c.23. p.109.) ut una alterã neceſſariò excludat. Sed hæc ſolita contradictio. Neq; enim magis attendit quid ipſe dixerit, quàm quid alii ſcriptores paſſim citati, ſive domeſtici, ſive extranei, iique ſocii aut adverſarii. Ita in periculo & præcipitio quod ante pedes eſt defixus, tantum facit ac dicit quidquid trepidatio & feſtinatio pro illo tempore extrudunt.

II. Nunc cogitet quam rectè mihi extraordinariam aliquam vocationẽ & functionem cum ordinaria conjungenti inſultaverit cap.35. Applicetur ergo hoc ad noſtros Reformatores, qui ordinaria vocatione inſtructi ad extraordinarium iſtum reformandi laborem à Domino ſuſcitati ſunt.

Septima Exceptio eſt adverſus dicta Gerſonis & Panormitani. Primò,[a] *Quorumlibet recentiorum dictis & ſcriptis, etiam erroribus* Ianſenium *non teneri. Sed defendere doctrinam apoſtolicam ex Scripturis, non ex Gerſone aut Panormitano hauſtam, quam Eccleſia Chriſti ab Apoſtolorum temporibus huc uſque defendit, quam nemo ſine hæreſi & errore negare poteſt*, &c. Secundò, *etiamſi concedatur Concilia ſine Papa poſſe celebrari, & ſimplicem poſſe ſe concilio erranti opponere, &c. non tamen inde ſequitur Eccleſiæ gubernacula ſine vocatione, ſine miſſione à quolibet arripienda, &c.*

Ad primum Reſp. I. ubi aut quando definitum eſt Ianſenio, qui nec ſua, nec noſtra intelligit, dicenti aut ſcribenti aliquid in cauſa religionis fidem adhibendam magis quam Gerſoni, Panormitano, quos licet ille faſtidioſè *recentiores* appellat, Anteſignani tamen Papatus in tanto faſtigio collocant. Vide inter alios Bellarmin. lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſt.

II. Cur illi magis recentiores quam Lombardus, Thomas, Bonaventura, Carthuſianus, immo & Bernardus, qui cum Mediæ ætatis ſcriptoribus nedum primitivę Eccleſiæ accenſeri non poſſint, tamen in ſcholis & Eccleſiis veſtris ubiq; cathedram tenent.

III. Non eſt quod rideat *ſolitam meam probandi dexteritatem* (ut loquitur). Scio neque ex illis, neq; ex ullis humanis teſtimoniis fidem divinam probari poſſe. Sed deploret potius ſuam & ſuorum miſeriam, qui iſtiuſmodi arenis & ruinoſis fundamentis ſæpiſſimè inædificant potius, quam ſacris literis. *Hæc ſex*, ait Toletus, [b] *fide creduntur: ſunt enim per Spir. S. revelata eccleſiæ, quamvis variis revelationũ modis, & omnia talia recipit eccleſia.* Enumerat autẽ illa ſex tanquã novam fidei materiam, 1. Scripturã. 2. Traditiones apoſtolicas univerſales. 3. Determinata in confirmatis conciliis generalibus & particularibus. 4. Quæ definiuntur à Romano Pontifice. 5. Quæ unanimi conſenſu omnes ſancti Doctores dicũt. 6. Quę ex aliquo horum per argumentum infallibile deducuntur. Vide & [c] Canum pro authoritate Doctorum Scholaſtic. decertantẽ.

IV. Ad hominem ergo (ut vocant) argumentatus ſum, ſi quidem argumentum dicendum eſt, & cum Moſe ad inimicorũ teſtimonium provocavi, Deuter. 32.31. Tum ut propriis & domeſticis teſtimoniis Ianſenii impudentiam confunderem, tum etiam ut Lectori conſtaret, confuſam eſſe linguam Babylonis Romanæ, vix amplius certi quid illic ſonare, in quo conveniant, aut ſecum, aut cum ſuis ſive Modernis, ſive anteceſſoribus. Vnde ſperandum magis ac magis illinc diſperſum iri & ceſſaturos ab ædificatione turris. Sic Paulus Cretenſes per proprium ipſorum prophetam redarguit, Tit. 1.12. Et Deus inſaniã Bileami per propriam aſinam, 2 Petr. 2. 16. *Firmum eſt genus probationis*, inquit Tertullianus [d], *quod etiam ab adverſariis ſumitur, ut veritas etiam ab inimicis*

[a] Pag. 191, 192. [b] Inſtruct. ſacerd. lib. 4. c. 1. [c] In loc. Theologic. lib. 8. à cap. 1. uſque 6. & de authoritate Canoniſtarum à cap. 6. & deinceps. [d] In libr. de Trinit.

inimicis veritatis probetur. Ἀυτη ἐστὶ, ait Chryſoſtomus, τῆς ἀληθείας ἀναμφισβήτατος, ἡ ἀπόδειξις, ὅταν τοὺς ἐχθροὺς τις ὑπὲρ ὧν λέγει καλῇ μάρτυρας. id eſt. *Hæc veritatis irrefragabilis demonſtratio eſt, cum quis inimicos advocat teſtes pro iis quæ dicit.* Hæc ergo noſtra in probando dexteritas, quæ à noſtris antehac uſurpata, in confuſionē & rabiem pene dedit adverſarios. Legat Ianſenius ſcripta Riveti noſtri, Raynoldi, & ſimilium. Item Mortoni apologias catholicas; Quorum illi ex abundanti, hic ex profeſſo & tantū ex Papiſtis Papiſtas refutavit, reformatos[a] defendit. Memini me legere aliquando libellum Halleri miniſtri Tigurini, quo pleraq; capita inter nos & pontificios controverſa ex ſolo jure Canonico nō infeliciter probabat. Illi probandi dexteritati quid oppoſuerint adverſarii nondum vidimus, præter illud: *Et*[b] *Mortonus ſcurra totus*; qui tamen alias ut æra Dodonæa, ſemel pulſati tinnire non deſinunt.

V. Præterquam, quod tale teſtimonium, *apud omnes gentes ſemper irrefragabile* fuerit, ut ait Ieſuita[c] Roſvveidus, & Bellarminus referat inter notas Eccleſiæ Romanæ, hoc ſaltem inde conſtat, adverſarios turpiſſima proſopolepſia ſæpe in nobis hæreſeos damnare, quæ in ſuis aut antiquis ſcriptoribus, ut rectè dicta exoſculantur, aut ſaltem ut non ita malè dicta tolerant, de quo etiam Eraſmus in velitationibus ſuis & apologiis non ſemel conqueſtus eſt. Legantur modo commentaria Maldonati[d], aliorumque recentiorum.

VI. Quod veritatem ex Scripturis hauſtā defendere ſe profitetur Ianſenius, utinā ſibi hic conſtaret. Experiamur id quæſo, ſi nō in 50. propoſitis articulis, ſaltem in 8. aut 10. Sed puto ut Caiphæ hāc ipſi excidiſſe prophetiam; aut vim à veritate ipſi factā. Alioquin quomodo ex Scripturis eam nec hauſerit, neq; haurire debuerit, vide contradictoriā confeſſione & probatione contra nitentem, cap. 7. & 8. p. 56. 57. Primi Antagoniſtæ Lutheri ex Scripturis pugnabant, & Bayus Cancellarius quondam Lovanienſis contra Dominum de Sanct-Aldegōde; ſed iſte cauſam prodidiſſe, & illi infeliciter defendiſſe judicati ſunt. Notum eſt ſcriptum Horantii in Bayum. Iudicium de primis velitibus Eckio, &c. quod tegit Ianſenius p. 124. ſic apertè promulgat Pighius li. 1. Eccleſ. Hierarch. c. 4. *cujus ſi memores fuiſſemus; hæreticos non eſſe informandos ſeu convincendos ex ſcripturis, meliore ſane loco eſſent res noſtræ: ſed dum oſtentandi ingenii & eruditionis gratia, cum Luthero in certamen deſcenditur ſcripturarum &c. excitatum eſt hoc, quod proh dolor videmus, incendium.*

Ad ſecundum Reſp. I. Ianſenius ringitur & fremit in authores illos, ſed factum non negat. II. Quod dentes alteri lapidi, non iſti quo illum petii, infigit, facit more ſuo, ne quid gravius dicam. Nihil ego de arripiendis Eccleſiæ gubernaculis ſine vocatione, ſine miſſione aut dixi, aut probavi, neque doctores illos hunc in finem adduxi, ſed tantum poſſe prælatos ex. gr. Anglicanos Concilium nationale celebrare, Eccleſiam ſuā & ſeipſos reformare abſque diplomate Pontificio; quod etiā fecerunt. Poſſe presbyterum aut presbyteros toti Curiæ Romanæ, factioni Papali, concilio reclamare, ſiquidem ſtatuant contra Scripturas, quod Lutherus & alii Reformatores fecerunt. III. Malè etiam quærit: *Quid conciliorum celebrationi, cum ordinatione miniſtrorum?* Hæc eſt conſequentia mea, Si invito Papa & jurata ipſius factione Italica poteſt concilium convocari, celebrari; Ergo etiam reformatio in Anglia, Suecia, Dania, &c. inſtitui per eos, ad quos id pertinet. Item ſi laico vera dicēti plus credendū quā Papæ aut cōcilio;

a Simile quid egit Thomas Ianeſius per totam Theologiam, ſed idiomate Anglico. b In Satyrico quodam libello Ieſuitarum Antverp. in Baudium alioſque Philologos Leidenſes. c In diſſertatione de fide ſervanda. c. 19. d Maldonat. in Ioann. 20. p. 1114. ubi de Ruperto Tuitenſi, & p. 1116. ubi de Cypriano; & in Iohann. 13. ubi de Ambroſ.

cilio;Ergo etiam Luthero,Zvvinglio,Crãmero,Martyri,&cuicunque miniſtro eccleſiaſtico plus credendum, quàm Papæ Leoni, aut factioni Italicæ in Concil. Tridentino;idque abſque ſciſmatis,ſacrilegii,uſurpationis crimine, modo veritas fuerit penes Reformatores. De quo quidem liberè & piè ex Scripturis ut diſquiratur nos ubique & omni occaſione petimus. Sed Ianſenius in hoc ergaſtulum compingi non vult.

Octava Exceptio,adverſus exempla quæ pono de Epiſcopo aut Sacerdote inter Neſtorianos,Græcos, Abiſſinos&c. Fidei Romanæ ſignum efferente. Primò,[a] *eſſe ordinem in Eccleſia Romana & certos fines,quos quibuſlibet authoritate carentibus,undecunque venientibus, contra quoſcunq; inſurgentibus tranſilire nefas,illicitum ſacrilegium.* Secundo, *quãvis ille,qui à quocunque errore ad veritatem redit,aliis eandem veritatem poſſet proponere, officiũ tamen prædicandi ſolo illo converſionis, non vocationis titulo arripere,&c. nunquam licuit.*

Ad primum Reſp. I. Imperitia an ſtudio hic colloquium inſtituat ἀπροσδιόνυσον, ipſe viderit. Ego quæro, an Epiſcopus ſive ſacerdos Græcus poſſet in miniſterii ſui & religionis exercitio aliquid mutare,ex. gr. in concionibus, doxologiis, fidei recitatione, formulam illam de proceſſione Sp.S. mutare,ſub una tantum ſpecie & pane azymo Euchariſtiam adminiſtrare,formulæ iſti *Anathema Anathema Apoſtaticæ Eccleſiæ* Romanæ (quæ quotannis ſolenniter ſonat in Eccleſiis Græcorum)illam acclamationem Concilii Tridentini ſubſtituere: *N.N. Beatiſſimo Papæ & Domino noſtro, S. univerſalis Eccleſiæ Pontifici multi anni,&c.* An vero neceſſariò poteſtas illa ita ſentiendi & agendi ab ordinarii ſui diplomate & commiſſione ſpeciali exſpectari ac ſuſpendi debeat;ac ille tantiſper cõtrario cultui & exercitio inhærere&oves ſuas in errore relinquere,quippe ibi recepto,ad quem vocationem & miſſionem ſuam habet, & non ad religionem & formulam Romanam, non obſtante quod aliter in conſciencia convictus ſit. Et ſecus ſi fecerit, an in libertiniſmum Voetianum, ſacrilegium, & ſimilia facinora inciderit. Ad hoc reſponde Ianſeni.

II. Quod ordinem dicis eſſe in Eccleſiâ Romana, neſcio quid ſibi velit: hoc ergo quæro, an ſicut in Eccleſia Romana nulli Laico, Presbytero, Epiſcopo putas fas eſſe in ordinarios inſurgere, aut ab iis in aliqua ratione cultus ſeſe ſeparare abſque ſciſmatis,rebellionis,& ἀταξίας crimine;idem velis obſervari in Eccleſiis Græcis in caſu à me propoſito. Quod ſi negas; Accipio reſponſum, & applica ad reformatos noſtros, quorum cauſam in ordine ad Eccleſiam Romanam eandem fere eſſe cum cauſa Græcorum, obſervat Caſſander. Sin vero ais, jam vide quid pro Iſidoro Rutheno, & Beſſarione contra Græcos perfidiæ eos accuſantes dicturus ſis. Qui tempore Concilii Florentini contra vocationem & ſpecialem miſſionem ac Commiſſionem Græcorum,cum Latinis conſpiratione clanculum inita, tales ſe in tota illa actione præſtiterunt, ut Cardineum Galerum à Pontifice conſecuti ſint, in præmium non ſacrilegii (ut opinor) aut ſciſmatis,rebellionis in ordinarios&coëpiſcopos Orientales,à quibus vocationem acceperant, ſed in teſtimoniũ rei bene geſtæ. Adeo ut Papa judicarit, poſſe quem vocationi & miſſioni ſuæ ſatisfacere,cum poteſtate per eam accepta utitur in ipſos vocantes & mittentes.

Ad ſecundum Reſp.I. Neque ego exemplo Epiſcopi aut Sacerdotis Græci, arguo, poſſe aliquem ſolo titulo converſionis ab errore ad veritatem, miniſteriũ occupare;[b] ſed hoc arguo,poſſe aliquem miniſtrum in miniſterio exiſtentem ab errore ad veritatem converti, veritatem illam propagare, ſe & Eccleſiam ſuam, miniſteriique ſui functio-

a Cap. 33. pag. 149.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

functionem ad exemplar veritatis iſtius formare, ſive conſentiente ſive diſſentiente reliquo miniſterio; & in miniſterio ſuo, non obſtante illa mutatione, permanere. Hoc eſt illud quod à miniſtris ordinariis ſed reformatoribus factum defendo. Quomodo Epiſcopos Ruthenos & ſimiles contra ordinatores ſuos & ordinarios coepiſcopos inſurgentes, vos ab omni uſurpationis, ſacrilegii & rebellionis crimine tueri debetis.

II. Quod ſubdis, *nos ſolo converſionis, & non vocationis titulo officium prædicandi arripere, Eccleſiam regere, formare, colligere, &c. ceteroſque Eccleſiaſticæ poteſtatis actus exercere;* rancida & toties repetita calumnia eſt, cui jam ſæpe reſpondimus.

Nona Exceptio, quam ex tota diſputatione paſſim colligimus, eſt iſta.[a] Quandoquidem ad Eccleſiam Romanam confugimus, & ab ea miniſterium primorum Reformatorum emendicamus; definiendum eſſe miniſterii genus, poteſtatem, actus & exercitii modos ac formalitates ex ſolo Eccleſiæ illius ſenſu, intentione, & praxi quæ tunc obtinebat. Aliter ſi intenderunt, acceperunt, & in aliquo terminos & formulam illam egreſſi ſunt Reformatores, vel addendo, ex. gr. curam & regimen animarum, ſive internum, ſive externum curato, presbytero, concionatori; vel omittendo ſeu ſeparando, ex. gr. oblationem Miſſæ à ſacerdotio, Papæ confirmationes annatas, & pallia ab Epiſcopatu & Archiepiſcopatu; hominum commenta & idololatriã à religione Chriſtiana; tum nullam ab & in Eccleſia Romana habuiſſe illos vocationem, quia non acceperunt eam, aut non tenuerunt ſaltem ſub forma & figura ſolita ex intentione & præſcripto Curię Romanæ.

Reſp. I. Malum & vitium quod ex conatu, ſenſu, judicio & intentione corruptoris, rei, ordini aut vocationi alicui adhæret, non eſt ilico menſura, ad quam ordo aut vocatio exigenda; neque eſt forma quę dabit eſſe rei; neque eſt πάθος inſeparabile, quo poſito res ponitur, & quo ablato, res illa conſequenter aufertur; neque eſt nota ſeu γνώρισμα ex quo res illa dignoſci, dijudicari & æſtimari debet. Et ſic vitium ex judicio, intentione & praxi Curiæ Romanæ, & communiter cum illa errantium ordini & vocationi Eccleſiaſticæ in Occidentalibus Eccleſiis agglutinatum, non eſt ipſe ordo, ipſa vocatio, aut ejus eſſentiale ſive conſtitutivum, ſive conſecutivum: neque intentio & æſtimatio Curiæ, quæ ſola fundat ſeu producit παραφυάδα iſtius vitii & ἀταξίας, eamque pro ipſo ordine aut parte ejus neceſſaria haberi vult, ideo etiam ipſum ordinem à Deo inſtitutum fundat, & tam neceſſariò vitium ſeu ordinem ſuum cum ordine Dei conjungit ac miſcet; ut unum ab altero ſeparare Reformatores non potuerint, quin uno omiſſo aut perempto, alterum amiſerint & peremerint; ut quidem vellet Ianſenius. Aut enim vitium illud ex ſola & pura intentione, imo & vincente tyrannide corruptoris, rei ſeu ordini iſti injectum fuit, invita & lugente Eccleſia, ſaltem optimis quibuſque in ea; aut adhæſit accedente etiam & intercedente communi ſive ſeductione, ſive nimia oſcitantia, conniventia & tali quali conſenſu atque intentione Eccleſiæ. Vtrovis modo factum fuerit, vocatio tamen manet vocatio, & veritas ejus in ſe atque abſtractè ab illa corruptione ſpectari, æſtimari, & haberi poteſt ab illis qui rem rectè penſitant. Diſtinguimus enim primò,[b] finem operis, à fine operantis; ſcopum & uſum fun-

[a] Pag. 129. 133. 136. 171. 110. 118. [b] *Non opus quod lex quæ præcepit aliquid propter finem, quod propter hoc præcipiat finem, &c. ſimiliter dicunt Doctores, non opus ad implendum præcepta, quod impleamus ad intentionem præcipientis. Vnde Intentio Dei eſt ut impleamus præcepta in gratia, & tamen nos non ſumus obligati ad ſic implendum. Etiam præcepta ſunt ordinata, ut per ea mereamur vitam æternam; & tamen nos non ſumus obligati ſaltem ex vi illius præcepti, quod mereamur vitam æternam.* Tartar. quæſt. mor. c. 7. f. 36.

functionis ſeu miniſterii, qualis eſt & debet eſſe in ſe, à ſcopo, uſu & praxi hominis ſive vocantis, ſive vocati.

Deinde conſideratur functio & vocatio illa prout dependet à Deo ejuſque inſtitutione, ordinatione & commiſſione, tanquam efficiente & fine ſupremo ac principali; & prout dependet ab hominibus, Eccleſia ſcil. aut quibuſdā in Eccleſia tanquam miniſtris & cauſis minus principalibus.

Tertiò conſideratur vocatio & commiſſio aliqua qualis olim fuit & etiamnum eſt aut eſſe debet ex ſenſu ac voto verę, apoſtolicæ, catholicæ Eccleſiæ; & qualis illa hic aut alibi eſt ex prædominante Curiæ Romanæ factione & corruptione. Tollatur abuſus, ſeparetur papalis corruptio, defectus humanus ab integritate divina, quod ſacerdos ſeipſum fecit, ab eo quod Deus illum fecit; ſenſus Papiſticus à ſenſu Chriſti; abuſus Romanus ab uſu Chriſtiano; intentio & commiſſio hominis ab intentione Dei; novum ab antiquo; adulterum à genuino. Quod ſi ita revocetur vocatio ad primum exemplar à Deo oſtenſum ac præſcriptum, jam non mutilatur, non aboletur, ſed perficitur, eſtque revera & propriè illud quod eſſe dicitur.

II. Tales diſtinctiones circa publica politiarum negocia, in caſu tyrannidis & confuſionis adhibendæ ſunt; & adhibebunt eas adverſarii in caſibus de vocatione, quos proponimus.

Primus caſus ſit; Pontifices aliqui, non fuerunt tales, abſque electione aut approbatione Imperatoris, ſiquidem & factum & jus tunc receptum ſpectes, atque adeo intentionem, ſenſum, & interpretationem Imperatorum, à quibus illi Papatum ſe habere fatentur. Ergone, quia ab Imperatore tunc Papatum habebant Papæ, ex ſola intentione & praxi Imperatorum Vocatio Papalis æſtimanda erit? ergo adhærens illa ἀλαξία (ut nunc judicant Παπομανοῦντες) nunquam à Papali vocatione ſepararari poterit; & ſi ſeparetur, non erit vocatio?

Alter caſus ſit. Epiſcopi aliquot Romani regibus Longobardicis, ex eorum præſcripto certam pecuniæ ſummam pro ingreſſu ſolverunt. Ergone ſubintroducta illa conditio vocationis Papalis, lege & conſuetudine tunc recepta [a], non poterat vel mente diſtingui, vel reipſa & in praxi ſeparari à nuda vocatione, ejuſque conditionibus, prout ſunt in ſe & eſſe debent ex inſtitutione Chriſti aut Eccleſiæ?

Tertius caſus ſit Patriarcha Conſtantinopolitanus (qualem nuper Romana Curia fere intruſerat [b]) talis hodie eſſe aut conſtitui non poteſt, abſque favore, approbatione & quaſi confirmatione Imperatoris Ottomannici [c], & ingentis ſummæ ſolutione (quam analogicè illic annatas & pallium Archiepiſcopale præſtare puto) an ergo legitima vocatio Patriarchalis ex intentione, judicio & præſcripto Ottomannico neceſſariò ſuſpendi atque æſtimari debet?

Quartus caſus ſit. Eccleſiaſtici Papales in regno Britanniæ nulli eſſe, vocari, aut tolerari poſſunt niſi ſub celebri illo juramento fidelitatis quod Paparum brevibus & Παπομανούντων aculeatis ſcriptis oppugnatum defendit Archipresbyter Blacvellus, aliique Anglo-Papiſtæ non ignobiles [d]. Quin & in Belgio noſtro, vocationi ac functioni Clericorum Sylvæ-Ducis, Trajecti ad Moſam, Ruræmundæ atque alibi limbum illum ſubjectionis & juramenti rebellibus ac hæreticis Magiſtratibus (ita judicant ipſi cum Ianſenio) præſtandi, attex-

[a] Caſſiodorus libr. 9. Epiſtol. 15. [b] Vide appendic. ad myſter. Ieſuitar. [c] Cruſius in Annal. Turcicis, anno 1557. 1564. [d] Vide apologiam Magni Britanniæ Regis Iacobi, pro juramento fidelitatis.

atteẋtum eſſe norunt & dolent adverſarii. Simile quid Auguſtæ Vindelicorum, Francofurti ad Mænum, atque in aliis Imperii urbibus à Rege Sueciæ occupatis, accidiſſe accepimus.

Quintus caſus ſit. Clerici illi qui ad beneficia etiam curata, præſentationem principum ac patronorum noſtræ religionis accipiunt, immo & emendicant, quomodo cum tota ſua vocatione ab hæreſi & ſciſmate liberari poterunt, niſi mente diſtinguant opus Dei in ſe, ab opere iſtius principis, ſcilicet hæretici, à quo collatum ſibi beneficium fatentur, intentionem ſuam ab intentione hæretici, paſſivam tolerantiam Eccleſiæ ſuæ, à conatu & molimine brachii iſtius ſæcularis; verum & genuinum vocationis modum atque uſum, ab abuſu & defectu, quem rectè ſeparandum & ſeparabilem credunt, quamvis hoc tempore ſeparari nequeat.

Sextus caſus ſit. Epiſcopi in Sicilia fatentur Rege ſuo ſe habere vocationem & Epiſcopatum, in quo poſtea confirmantur per ordinationem, ceremonias & formalitates eccleſiaſticas; abſque Rege autem nullam haberent vocationem, & eſſent ſicut idolum, h.e. nihil. Maximum illud & monſtroſum vocationis Eccleſiaſticæ vitium, (ex ſenſu Papæ Clementis VIII. ejuſque armigeri Baronii) niſi mente, fide, votis, gemitibus (quia re ipſa non poſſunt) Siciliæ Epiſcopi ſeparare diſcant ab ipſa vocatione Divina & Canonica, jam actum eſſet de omni vocatione ſua in foro utroque tam Curiæ Romanæ, quam conſcientiæ ſuæ. Gravior erit hic caſus & major diſtinctionis hujus neceſſitas, ſi Deus aliquando potentiſſimum illum Regem pura Evangelii cognitione illuminet. Siquidem jure illo Monarchiæ Siculæ tunc uteretur, Epiſcopi haberent vocationem ab hæretico; & qua conſcientia Romana confirmatio & ordinatio tunc exciperet talem vocationem?

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT XX.

Electionem tribuere miniſterium.

NONA Hypotheſis eſt[a], *Electionem non tribuere miniſterium, ſed ordinationem. Illam præcedere quaſi perſonæ præparationem, cui beneficium h.e. jus ad reditus conferri poſſit: hanc vero tribuere poteſtatem. Etiamſi electiones eſſent illegitimæ, non tamen idcirco non eſſe legitimam vocationem.* Potuiſſet addere latum illud diſcrimen inter Electum & Ordinatum; quod ille appelletur *Electus*, & non *Epiſcopus*, & quamvis utatur Epiſcopali habitu, non poſſit uti paramentis & mitris abſque ſpeciali indulto Pontificis. Quamvis Pontifex conſuevit committere Magiſtris Ceremon. ut Prælatis illis concedant in capella Papali uſum pluvialis & mitræ..

a P.206. cum 195. 196.

præ.Ceremon.lib.1. Nos contrà dicimus, Electionē proprie eſſe fundamentum miniſterii, idque probatur: *Primò*, ex natura & definitione Electionis canonicæ in Papatu: *Electio*, ait Inſtitutio juris [a] Canonici, *nihil aliud eſt, quam hominis alicujus ad dignitatem vel fraternam ſocietatem Canonicè facta vocatio*. Atqui vocatio Canonica tribuit miniſterium, Electio eſt vocatio, Ergo. Conſiſtit enim vocatio propriè & eſſentialiter in *Electione*, quam etiam *inſtitutionem* appellare poſſumus. *Inſtituere*, inquit Antoninus,[b] *eſt jus canonicum in eccleſia vel eccleſiaſtico beneficio tribuere. Inveſtire autem eſt quaſi juris illius poſſeſſionem conferre. Accipitur tamē aliquando unum pro alio, ut dicit ibi gloſ. in* dict.c. Quicunque præter electionem, aut revera ſunt, aut alii finguntur, aut aliter nominantur actus, partim ut entia rationis à nobis repudiantur, & reliqui coincidunt cum *electione*, vel ſaltem tendunt ad *electionem*, & ab ea pendent. Ad electionem tendunt *nominatio, præſentatio, examinatio*. Ab Electione pendent, *ordinatio, inſtitutio, vel immiſſio & declaratio ſolemnis*.

Secundò probatur ex jure Canonico[c]: ubi Epiſcopus ante conſecrationem, ſpirituale conjugium cum Eccleſia iniiſſe dicitur, & liberam ſuper illa ſtatuendi facultatem accepiſſe. Quod ſic explicat, ut libera tractatio eorum quæ *juriſdictionis* ſunt illi permiſſa ſit, non verò quæ *ordinis* ſunt. Refert autem ad juriſdictionem *Excommunicare, juramentum exigere, confirmare, conferre*, &c. Et Papæ licet privilegia & reſcripta dare antequam coronetur, ut Iohannes & alii doctores ſcripſerunt in Extravag. Clementis V. *Quia nonnulli*: Et diſtinct. 23. *in nomine Domini*, ubi Nicolaus Papa declarat: Si Electus Papa inthronizari non valeat, *obtinere tamen ſicuti verum Papam autoritatem regendi Romanam Eccleſiam*; quod etiam probat ibidem exemplo Gregorii. Ceremoniale Romanum definit Pontificem in Ordinibus non conſtitutum poſſe eligi, & electum Eccleſiis providere, & Cardinali non inſtallato tribuit poteſtatem Eccleſiaſticam, lib.1.ſect. 2.pag. 11. 12. 17. Ergo plus tribuit electio, quam præparationem perſonæ ad jus redituum, Ergo electio confert poteſtatem miniſterii.

Tertiò probatur, ex ſimilibus tam in Oeconomia quam in politia, quorum eſt eadem ratio. Conjugii & unionis conjugalis fundamentum eſt mutuus conſenſus, non verò externa ſolemnizatio. *Comparando*, inquit Theneſvar[d], *contractum ad matrimonium, contractus eſt matrimonii cauſa, & ſicut cauſa eſt prior ſuo effectu, ſic contractus matrimonii matrimonio. Quia* 1. *Phyſicor. Illud eſt cauſa alicujus, quo poſito illud ponitur, & quo remoto illud removetur, &c.* Canoniſtæ[e]: *per ſolum legitimum viri & mulieris conſenſum matrimonium contrahitur*, &c. Et, *Matrimonium initiatur ſponſalibus, conſenſu ratificatur, & copula conſummatur.*

Coronatio non facit Regem aut inauguratio Principem, ſed ex hæreditario jure ſucceſſio, aut electio; abſque qua legitimè regnum obtineri, aut haberi nō poteſt: ſed bene tamen abſque coronatione ut Politici diſputant; multa enim ſunt regna, in quibus nulla coronatio aut unctio obtinet, ut regnum Caſtellæ, Luſitaniæ &c. Et in iis, in quibus ex lege aut more gentis locum habet, aliquando tamen legitimi regnarunt & agniti fuerunt reges qui utraque caruerunt aut in totum, aut ad tempus. Sic Conradus III primus omnium Romanorum Regem ſeſe ſcripſit poſt habita Romana inauguratione. Goldaſt. in Replic. pro Imperio cap.36. Objiciebant Ligiſtæ Henri-

co IV.

a Lancelot Inſtit. lib.1.tit. 6. b P.1.tit.20. § *beneficium*. c Lancelotus in Inſtitut.lib.1.tit.9. d In Roſar.part.4. *matrimonium*, art.1. e Lanceloti in Inſtit.tit.11.& 9.

co IV. regi Chriſtianiſſimo illum non eſſe unctum, ſed accuratè & ſolidè hoc commentum diſcuſſit in doctiſſimo tractatu ſuo *Ludovicus Servinus*[a], & tum exemplis politicis atque Eccleſiaſticis, tum ex utroque jure oſtendit inaugurationem ſeu *conſecrationem* non eſſe ſimpliciter neceſſariam, nedum ut ab illa Regia Authoritas dependeat, ita ut Regi non eſſet obediendum niſi *conſecrato*, ut Guiſianorum concionatores multis perſuaſerant. Apud Francos, inquit Barclayus[b], *in more poſitum eſt, ut qui ad ſceptrum jure hæreditario vocatus ſit, is ante ſolemnem inaugurationem pro inaugurato, quoad jus & honorem regium, habeatur*. Alioquin jus regni dependeret ab Archiepiſcopo Rhemenſi, ejuſque conſecratione, quod refutat Bodinus in Politica[c].

Electus Imperator ante coronationem regit, per extravag. Imper. tit. de pace Conſtantiæ in lib. Feudorum, citante eodem *Servino* advocato regio, *Quoad poteſtatem adminiſtrandi regni* (Gallici ſcilic.) *unctio & coronatio nihil addunt*, inquit commentator ſanctionis pragmaticæ, in procem. ad illa verba. *In noſtri diadematis ſuſceptione. fol.* 4. ubi probat ex jure Canonico Papam, & electum in Imperatorem ante Coronationem adminiſtrare, ut Papam, & ut Imperatorem. Longe aliter ac Bellarminus, qui ait Imperatorem fieri per coronationem Pontificis, de Tranſlat. Imper. cap. 4.

Sic tota controverſia Bohemica orta eſt inter Status Bohemiæ & inter Ferdinandum II. *electum* (non vero *coronatum* Bohemiæ regem) qui tamen nihilominus ex ſolius Electionis vi regalia in Bohemos ſibi vindicavit.

Quartò, probatur ex natura omnium relationum, quæ poſito fundamento & termino, in ſubjecto dicuntur exiſtere. Sic enim habet communis ſchola Philoſophorum. Videantur Logici ipſorum, & inter eos Ruvius in cap. de *Relatis*. Atqui *ſolemnizatio*, ſeu *conſecratio*, ſeu *ordinatio* ſeu *inveſtitura* (ἐνθρονισμὸν vocant Patres Græci) illa externa, quam nos *confirmationem* dicimus, neque eſt fundamentum, neque terminus miniſterii, aut miniſtri; ſed legitima electio & χειροτονία Eccleſiæ eſt fundamentum miniſterii, & iſta vel illa particularis Eccleſia eſt terminus, in quo eſt correlatum ovis ſeu diſcipuli, ad quod refertur relatum Doctoris ſeu paſtoris. Probatur autem Conſecrationem non eſſe fundamentum, aut cauſam per quam conferatur miniſterium, quia eſt manifeſtatio, declaratio, promulgatio, ſignificatio, & coram Eccleſia ſolemnis teſtificatio illi vel iſti perſonæ collatum eſſe miniſterium, & illum cum authoritate paſtorali docturum, atque adeo ut talem audiendum & agnoſcendum ab Eccleſia. Etſi adminiſtratio ordinis tanquam Sacramenti ſtatueretur in ordinatione, juxta Theologiam Papiſticam, tamen ordinatio non eſſet officii Eccleſiaſtici cauſa; quia cauſa prior eſt naturâ ſuo cauſato. Sed conſecratio non eſt prior miniſterio, quia eſt adjunctum miniſterii: atqui adjunctum eſt poſterius ſuo ſubjecto. *Quo modo matrimonium prius dicunt ſacramento matrimonii, ſicut ſubjectum prius eſt accidente exiſtente in eo*, &c. Et fundamentum eſt prius fundato in eo: *Quia, ſecundum Scotum, Sacramentum non dicit niſi reſpectum rationis: ita nec* ſacramentum matrimonii, &c. Theneſvar. loco cit.

Quintò, Idem probatur ex ipſis Pontificiis, ut Ianſenius ſibi ſuiſque æquè ac

 nobis

[a] In Vindic. ſecundum libertatem Eccleſiæ Gallicanæ, &c. in 8. 1594. p. 105. 106. 107. 108. 109. &c. [b] Lib. 3. de regia poteſt. c. 2. [c] Bodinus de Republ. lib. 6. c. 5.

nobis contradicere, & propriæ theologiæ æquè ac noſtræ ignarus eſſe deprehendatur. Repete quæ argum. 2. & 3. adduximus, & iis adde:

Sylveſter Prieras: *Abbatiſſa poteſt primo ſtatim poſt confirmationem* (hoc eſt ante benedictionem) *de conſenſu Capituli ſui Eccleſias & beneficia conferre, & inſtituere clericos in Eccleſiis ad ſuum monaſterium pertinentibus, ſicut alii confirmati, ut in c. noſcitur.* de *his quæ fiunt & concordat Hoſtienſis & Panormit. c. dilecta de Majorit. & Obedient.*

Immanuel Sa[a]: *Poteſt Epiſcopus etiam non ordinatus dare indulgentias, Itemque Cardinalis: poteſt verò dare 40. dies, & in Eccleſiæ dedicatione unum annum ſolum,* &c.

Onuphr. Panuinus, Stephanum II. qui tantum triduo pontifex fuit, *in ſerie Pontificum numerandum ſtatuit, quamvis ineptè ab antiquis prætermiſſum.* Quare? *quia aliquem eſſe legitimum Pontificem, & inter cæteros connumerandum non plus aut minus vivendi ratio facit, vel non eſſe conſecratum, ſed juſta comitia, quibus Stephanum illum II. renunciatum fuiſſe ſatis conſtat,* paulò ante dixerat, *legitimis ſuffragiis illum creatum.*

Navarrus[c]: *Cauſa efficiens excommunicationis poteſt eſſe Papa, & omnes alii Prælati, etſi ſint minores Epiſcopis, quales ſunt Abbates, Præpoſiti, & Priores Eccleſiarum Collegiatarum regularium & ſæcularium, etiamſi non ſint conſecrati neque benedicti, modo ſint confirmati vel proviſi, quia hi omnes poſſunt excommunicare ſuos ſubditos jure communi.* Bellarminus[d]: *In ſummo Pontifice poſt Electionem nulla alia requiritur confirmatio, quia ſtatim ut electus eſt, ſuſcipit adminiſtrationem, ut declarat Nicolaus* Papa canon. *in nomine*, diſtinct. 23.

Et tantum abeſt ut per conſecrationem Epiſcopi Hoſtienſis, aut primi Cardinalis concedat poteſtatem conferri, ut ne ab omnibus quidem Cardinalibus per Electionem tribui patiatur. *Sæpe,* inquit, *jam dictum eſt, Electionem Cardinalium non conferre poteſtatem, ſed deſignare tantummodo perſonam, cui Deus poteſtatem tribuit.* Ibidem pag. 246. 232.

Doctrinæ papali reſpondet praxis. Poteſtatem miniſterii & quidem in ſummo gradu exercuerunt, quos inter alios ex Italia ſubmiſerat Pontifex, ut in Concilio Tridentino pro ipſo ſuffragia ferrent. In catalogo patrum Tridentinorum comparent *Daniel Barbarus electus Patriarcha Aquilegienſis; Marcus Cornelius Venetus, electus tunc Archiepiſcopus Spalatenſis; Germanicus Spandinus Senenſis, electus Archiepiſcopus Senarum; Simon Alecotus, electus Foro-julienſis; Paulus Iovius, electus Epiſcopus Mucerienſis.* Sic Cardinales electi, ſed *nondum inſtallati in conſiſtorio fuerunt admiſſi ad Electionem Pontificis, quia ſola aſſumptio ad Cardinalatum habet jus eligendi & alia Cardinalibus convenientia.* Ceremoniale lib. 1. pag. 12.

Sextò, Probatur ex eo, quod Conſecratio ſeu Inveſtitura poteſt abeſſe aliquo in caſu. Electio autem nunquam. Ergo fundamentum miniſterii ſeu poteſtatis Eccleſiaſticæ eſt electio, & non conſecratio. Antecedens probatur primò tum ratione, tum exemplo Pontificiis probato. Ratio hæc eſt, Quia conſecratio, quam inaugurationem vocant Politici, nihil aliud eſt quàm commiſſio verbis & ſignis quibuſdam externè exhibita; hoc eſt, vocatio, miſſio ſeu commiſſio cum certo quodam modo, qui modus non eſt de eſſentia vocationis.

Exemplum eſt in Gregorii Thaumaturgi

a In aphoriſm. confeſſar. in voce *indulgentia.* b In præfat. ad reſponſ. ad ſeptem Theolog. Venetos, 8. propoſit. Fr. Pauli p. 175. 2. partem de pontific. Roman. c Manual. c. 27. II. d Reſ-

turgi vocatione, quem abſque ſenſibili, & externa coram facie eccleſiæ ordinatione, manuum impoſitione, reliquiſque formalitatibus Phædimus Amaſienſium antiſtes *ſacerdotem renuntiavit* (Gr. τὴν ἱερωσύνην ἐπικηρύξαντος) quippe *nihil attendens ad interjectum ſpatium, quo à Gregorio diremptus erat*, &c. *ſed ad Deum ſuſpiciens, deprecanſque &c, loco manus impoſitionis ſermonem Gregorio adhibet, Deo conſecrans eum, qui corpore non aderat: illamque ei civitatem attribuens, &c.* Paulo poſt: *cum ſic ergo coactus jugum ſubiiſſet* Gregorius[a] ſcil. Vides hic ſacerdotii impoſitionem à parte mittentis, ejuſdemque ſuſceptionem à parte miſſi completam, abſque ſolemnitatibus. Illud ergo quod præciſive & contradiſtinctè ab Electione vocatur *conſecratio* ſeu *ordinatio*, ſeu *confirmatio*, nihil aliud eſt quàm complementum & ſolemnitas Electionis, atque adeo non principale vocationis, ſed acceſſorium, accidens ſeu conſequens vocationis ſeparabile quod adeſſe aut abeſſe poteſt; & habet ſe ad vocationem non aliter ac publica & ſolemnis proclamatio Regis, ad legitimam ejus ſucceſſionem aut Electionem; Et legitimi alicujus ac hæreditarii Principis aut Toparchæ dominium, ad inaugurationem; Et obligatio ſubditorum qua tenentur ad fidelitatem Principi aut Domino præſtandam, ad ſolemnitatem & præſtationem homagii; Et vox ſeu genuflexio externa ad precationem; Et ſponſæ deductio ac pompa ad matrimonium.

Eſſe autem adjunctum ſeu conſequens ſeparabile, inde patet, quod tempore perſecutionum, cum nec plebs nec presbyteri in unum convenire poſſunt, ut coram facie totius Eccleſiæ miniſter confirmetur, manet tamen eſſentia vocationis, & miniſterii Eccleſiaſtici. Analogicè ad conjugium hoc miniſtri cum Eccleſia applicari poteſt illud Iuris-Conſulti de matrimonio: *ſolemnia non ſunt de rei natura & ſubſtantia, ſed ideo inventa & introducta ſunt, ut omnes legitimi actus certis ſignis exterioribus diſtinguerentur*, &c. Et, *prohibitum eſt omnes juris ſolemnitates omittere. Tamen multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint approbantur. Unde ſi pompæ celebritas omiſſa ſit in nuptiis, nihilominus id matrimonii firmitati non obeſſe, ab Imperatoribus & Iuriſconſultis reſcriptum eſt*[b].

Ita etiam Ordinatio ſeu Conſecratio illa, nihil aliud eſt quam legitima electio coram facie Eccleſiæ facta, aut ſaltem publicè adhibitis ſolemnitatibus & ſtipulationibus notificata & teſtata. Ita ut major differentia inter duo illa comminiſci nemo poſſit, quam inter jus publicè & ſolemniter inſinuatum, & idem illud jus non inſinuatum; inter conſtitutionem & commiſſionem Principis nudè ſpectatam, & inter eandem commiſſionem arbitrariis quibuſdam ſymbolis ſceptro, Corona, &c. inſignitam. Quam *inveſtituram*, *inaugurationem*, *lætum introitum*, (ut in ducatu Brabantiæ) *coronationem*, *unctionem*, *conſecrationem* appellant[c] Politici. Rurſum inter obligationem ſubditorum aut Vaſallorum abſolutè & in ſe, & inter obligationem illam ſolemni declaratione & juramento manifeſtatam, quam *Homagium, Ligium, Vaſſalagium, juramentum fidelitatis* appellant[d].

Septimò. Notandæ hic contradictiones Papatus: Non *Electio*, ſed *Ordinatio* confert

[a] Greg. Nyſſenus in vita Thaumaturgi, cum ejus operibus edita à Ger. Voſſio Præpoſit. Tungr. [b] Steph. Maleſcot. Iuris-Conſulti, libr. de Nuptiis C. 2. & C. 5. [c] De Varietate externorum ſymbolorum Alexand. ab Alexand. Genial. lib. 1. cap. 28. Tholoſanus in politic, lib. 6. c. 20. [d] Bodin. de Republ. lib. 1. c. 9.

& tribuit miniſterium pag. 206. *Miſſio* poteſtatem miniſterii tribuit & non *ordinatio* pag. 196. 123. 178. Nec ordinatio, nec accedens confirmatio Papæ tribuit poteſtatem, ſed *pallium*, in vocatione Archiepiſcopi ſcil. quia *per illud debet dari novum privilegium, & ſine eo non poteſt ſe nominare Archiepiſcopum, nec Clericos ordinare, nec baſilicas dedicare, &c.* Anton. par. 3. tit. 21. c. 4.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT XXI.

Ordinaria Miniſtrorum vocatione & ſucceſſione alicubi ceſſante, poſſe eam reſtitui & Eccleſiæ provideri in caſu neceſſitatis, idque ab ipſa Eccleſia.

NONA Hypotheſis [a]: *vocatione ordinaria ceſſante non poſſe eam reſarciri aut reſtitui in Eccleſia, niſi per extraordinariam & immediatè divinam.*

Refut. I. Vocationem divinam mediatam & ordinariam adverſarii definiunt quam Chriſtus peragit *per vicarios ſuos Pontifices* & Epiſcopos. At tali vocatione ceſſante, id eſt, abſque Pontifice aut Epiſcopo, non poſſe vocari Eccleſiæ miniſtrum, niſi denuò de cœlo & immediatè Deus vocet ut olim Prophetas aut Apoſtolos, commentum eſt Ianſenianum; quod ne unico quidem Iota, aut ſolido argumento ex ſacris literis probavit. Quam facile autem ab illo dicitur, tam facile nos negamus, de manuum impoſitione ab Epiſcopo χειροθέτῃ neceſſariò peragenda, abſque quo ſcil. actum eſſet de omni ordinatione & manuum impoſitione: non aliter ac Thalmudiſtæ de ſuo הסומך j. χειροθέτῃ. R. Iuda fil. Baba commentantur.

II. Si Pontifex non eſt de eſſentia Eccleſiæ Oecumenicæ neque Epiſcopus de eſſentia Eccleſiæ particularis: Ergo nec vocatio Papæ aut Epiſcopi eſt de eſſentia vocationis Eccleſiaſticæ ad miniſterium. Sed verum prius, Ergo & poſterius. Et conſequenter poteſt prætenſo illo ordine & ordinario Ianſenii ceſſante, reſarciri nihilominus Eccleſiaſtica vocatio. Minor probatur, Quia cum ſedes Papalis per annum aut biennium vacavit, cùm Papæ ſederunt hæretici, intruſi, apotactici, apoſtatici, illegitimi (ut ſuo loco oſtenſum eſt) vocationes Eccleſiaſticæ tamen peractæ ſunt, & peractæ fuiſſent in Gallia, ſiquidem auferibilitas Papæ in actum fuiſſet deducta. Quomodo etiam non ceſſarunt in Anglia ſub Henrico VIII. Et in Hiſpania atque Italia hujus independentiæ egregium ſpecimen aliquando dediſſe Carolum V. & Regem Gallorum, teſtis eſt Thuanus, quem vide cit. infra lib. 3. ſect. 3. c. 6. Et ſi in remota aliqua inſula Epiſco-

a P. 109. b Cornel. à Lapide in Roman. 10. c Refert Scaliger in Elencho Trihæreſ. c. 10.

Epiſcopus aut Epiſcopi obiiſſent, non tamen ideo in nihilum abire paterentur omnem vocationem miniſtrorum, ſed in illo caſu ſuperſtites Clerici & Presbyteri facerent quod in ſe eſt.

III. Reſarciri poteſt & debet ſucceſſio & vocatio paſtorum ab ipſa Eccleſia, hoc eſt, cœtu & collectione fidelium, licet omnibus Epiſcopis & presbyteris deſtituta. Habet enim quælibet Eccleſia eſſentialiter & propriè poteſtatem vocandi, licet actus quoſdam illius vocationis quibuſdam perſonis demandet. Vt enim Pontifex creatur & conſecratur per eos qui non ſunt pontifices, & ſummus Sacerdos in V. T. per inferiorem aliquē conſecratus eſt, ut vult [a] Lyranus; ſic Epiſcopus à Presbytero, & Presbyter ab aliquo Eccleſiæ membro ad id ſingulariter reliquorum ſuffragiis delegato, proclamari, conſtitui & in poteſtatem miniſterii mitti poſſet. Quid etiam vetaret ſolemnitatem illam conſecrationis in illo neceſſitatis caſu omitti, & legitimè electum miniſterio ſuo nihilominus fungi? Nihil hic eſt quod ex jure divino formalitatum iſtarum *neceſſitatem medii* inducat.

Pone caſum, in inſula aliqua inacceſſa aut incognita primùm colligi Eccleſiam, nullumque ibi adhuc clericatus ſeu miniſterii ordinem eſſe conſtitutum. Pone & alterum caſum, per belli ſævitiam aut inundationem, morbum epidemicum, terræ motum aut vim quamcunque majorem, omnes paſtores ibi ſimul abſumtos. Quid in extremo illo neceſſitatis caſu facerent reliquiæ fidelium? An omni ſalute, & externis ſalutis mediis, quæ vel veſtra vel noſtra ſententia à miniſterio Eccleſiaſtico dependent, in perpetuum ſe excludi paterentur? An exſpectarent donec ex altero mundo, aut ex cœlo immediate ipſis mitteretur ſive Epiſcopus ſive paſtor? Minime ſane. Poteſt poteſtas totius Eccleſiæ illo in caſu præſtare illos actus, quos aliàs ordinariò in Eccleſia integraliter perfecta & bene conſtituta anteceſſoribus & Presbyterio ſolet committere. Poteſt per ſe exequi, quod per ordinarios delegatos alioquin exequeretur, ſi quidem neceſſitas ferret legem. Et tunc non eſſet vocatio aut ordinatio immediata, ſed mediata; quamvis medio non ordinario & uſitato. Aliud eſt enim immediatum, aliud extraordinarium, ut ſupra diximus. Ponamus alium caſum. Quid ſi Papa mortuo, Cardinales omnes conclave ingreſſi, pulvere tormentario (ut tentatum in Anglia) aut veneno, aut ferro (ut Templarii) aut terræ hiatu, aut incendio, aut igni Sodomę, (de quo Fr. Petrarcha) aut alia aliqua vi majori, aut ab Antichriſto Papiſtico, ſive ex Suecia ſive aliunde prodeunte, tollerentur: an nulla ſupererit canonica Pontificis vocatio & Petrina ſucceſſio? an nulla ſpes generis lapſi ſarcire ruinas? Tale quid extraordinarium indicare voluit Origenes Homil. 11. in 18. Numer. *Euangelizanti*, inquit, *contingere poſſe, ut poſtmodum communi jam converſorum ſuffragio Epiſcopus eorum eligatur.* Et *ſic Ambroſius pueri, deinde totius populi voce acclamatus Epiſcopus, per prophetiam Epiſcopus factus eſt: vox enim populi vox Dei*, ſunt verba Corn. à Lapide. Comment. in 1. Timoth. 1. verſ. 18. Et majori jure de poteſtate Eccleſiaſtica nos dicimus, quod de Politica effutire auſus fuit Bellarminus libr. 3. de Laicis cap. 6. *Poteſtas immediate eſt tanquam in ſubjecto, in tota multitudine, & ſi cauſa legitima adſit, poteſt multitudo mutare regnum* (quidni Papalem aut Epiſcopalem Monarchiam?)

[a] Lyran. Poſtilla in Levitic. c. 8. Vide paulo poſt cit A Lapide in Hebr. 7. verſ. 7.

chiam?) *in Ariſtocratiam aut Democratiam.*

IV. Aliis in caſibus ordinario ſeu ordine quod ad formalitates & leges poſitivas ceſſante, non opus eſt ceſſare omnem vocationem, aut recurrere ad vocationem immediatam. Ordinis poſitivi eſt, ut quis primo cooptetur in claſſem presbyterorum, atque ita ſucceſſive promoveatur ad Epiſcopatum; Adhæc, ut quis ad curam Eccleſiæ vocetur non immediatè ex ſtatu laicali, ſed ex clericali, nedum ut ex Catechumenis vocetur. Et tamen Ambroſius [a] *provinciæ præfectus & Catechumenus* ſuffragiis populi & approbatione Epiſcoporum, Mediolanenſis Epiſcopus conſtitutus eſt. Sæpe etiam ex Laicis aſſumpti ſunt ad curam Eccleſiæ, ut Frumentius ab Athanaſio, teſte Theodoret. Hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 23. Aliquando etiam Laici propter defectum presbyterorum ante ullam vocationem Eccleſiaſticam iis actibus functi ſunt, quibus presbyteri ex ordine defungi ſolent. Sic *Ædeſius & Frumentius in vero Dei cultu educati mercatores qui in Indiam commeabant, cohortati ſunt, ut in unum congregati* (ut fert mos Romanorum) *divina myſteria obirent*, (Gr. τὰς θείας ἐπιτελεῖν λειτουργίας προέτρεπον) teſte eodem Theodor. loc. cit. Iam argumentor à pari, ſi non à majori ad minus, Cœtus fidelium æquè aut multo magis potuiſſet conſtituere Frumentium doctorem ſuum abſque ductu Epiſcopi aut presbyterii (ſiquidem reditus Frumentio & Ædeſio fuiſſet negatus) quam potuit fideles in cœtum colligere & divina myſteria obire. Conventus exulum fidelium ordinat Moſen, Ruffin. libr. 11. cap. 6. Socrates libr. 4. cap. 36. & Zanctius in Act. 8. 4. & 11. verſ. 19. 20. cum Baronio tradit plus 15000. Hieroſolymis exceſſiſſe ad propagandum Euangelium, quos tamen canonicè & in ampliſſima forma ordinatos fuiſſe non credo [b].

V. Non in Hypotheſi, ſed tantum in theſi hic diſputamus pro ſalute Eccleſiæ in tali caſu neceſſitatis; ne homines intoleranda audacia ab ordine poſitivo, humano (quam recto & legitimo nunc non diſputamus) ſuſpendant omnem Eſſentiam & ſalutem Eccleſiæ, quam Deus ne ſacramentis quidem à ſe inſtitutis alligavit, ut adverſarii fateri coguntur. Eſſe autem poteſtatem illam Epiſcopalem ſupra alios paſtores, & nominatim poteſtatem ordinandi paſtores & continuandi ac propagandi miniſterium Eccleſiaſticum meræ conſtitutionis humanæ ſupra probavimus ſect. 1. cap. penult. & diſcere debuiſſent adverſarii à Leone [c] 1. Epiſcopo Romano, qui *ſacerdotibus quædam dicit prohibita per canones Eccleſiaſticos, ut conſecrationem presbyterorum & diaconorum.* Ergo vocatione ordinaria (per Epiſcopum ſcil. nunc ita dictum) ceſſante, manerent tamen aut inſtaurari poſſent vocationes in Eccleſia, idque de jure divino; abſque immediato illo & extraordinario quod hic fingit Ianſenius. Sed caſus hic non accidit primis miniſtris reformatoribus, qui omnes erant conſecrati ab Epiſcopis. De ſucceſſoribus diximus ſect. 1. cap. cit.

Decima Hypotheſis: [d] *Nullam neceſſitatem, nullum caſum prætexi poſſe à Reformatoribus, quo ipſis licuerit facere quod fecerunt in ordinatione miniſtrorum & reformatione Eccleſiæ contra receptum ordinem & abſque ordinarii miniſterii authoritate.*

Neceſſitas hic ſtatui poteſt duplex, una circa vocationem & ordinationem legitimam

a Socrates hiſt. Eccleſ. libr. 4. cap. 25. Zozomenus libr. 6. cap. 24. b Ita factum olim à fratribus Bohemis (quos Picardos vocant) ann. 1456. in peculiares cœtus coëuntibus; & ex 12. electis, tres miniſtros ſorte deſignatos ſibi conſtituentibus. Lazicius in apolog. contra Magnum Ducem Moſcorum cap. 9. c Epiſtol. 86. ad Epiſc. Gallic. & German. d Pag. 178. 179. 180. 183.

mam miniſtrorum, ut ſcilicet omnia requiſita & conſueta formalia ſervari aut haberi non poſſint, quæ legibus poſitivis & humanis præſcribuntur.

Altera eſt, circa ipſum miniſterii exercitium, quando in doctrinæ & Eccleſiæ propagatione aut inſtauratione ordo externus, ſeu bene ordinata diſpoſitio & communio inter docentes & diſcentes & utrorumque inter ſe, tam præciſe obſervari non poteſt, ac leges εὐταξίας & decori Eccleſiaſtici præſcribunt. De utraque neceſſitate agimus; hic potiſſimum de priori, alibi [a] de poſteriori.

Refutatio I. Ex eo quod in cultu Inſtituto per ipſum jus divinum, caſus neceſſitatis relaxationem adferebat. Exemplum eſto Levit. 5. v. 11. *Quodſi non quiverit manus ejus duos offerre turtures aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato ſuo ſimilæ partem ephi decimam.* Collatum cum Hebr. 9. 22. *Et ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Vbi Carthuſianus: *Non fiebat expiatio culpæ, niſi neceſſitas impediret oblationem: tunc enim ſufficiebat bonum propoſitum.* Alterum exemplum eſt, precum & exercitiorum publicorum in Eccleſia communio ac frequentatio, quæ primaria pars eſt *cultus inſtituti* Pſal. 122. v. 1. 2. Hebr. 10. verſ. 24. 25. per quam *cultum naturalem* fidei, ſpei & charitatis ingenerari, conſervari & augeri neceſſe eſt; ſine qua tamen in caſu neceſſitatis propter perſecutionem, incarcerationem, deportationem in terras infidelium, Deum quis religioſe poteſt colere, & ſalvari. Ergo & legem illam de ordinatione miniſtri per Epiſcopum aut tres Epiſcopos, ſecundum placita hominum, aut presbyterorum collegium ſecundum apoſtolicæ eccleſiæ uſum in tali caſu non fert neceſſitas. Siquidem hic tenet regula illa: *Miſericordiam volo & non ſacrificium.* Hoſe. 6. 6. à Chriſto Davidi comedenti panes propoſitionis, & diſcipulis vellentibus ſpicas in ſabbatho tanquam in caſibus neceſſitatis applicata.

II. Ex eo quod omnes leges humanæ ſeu poſitivæ Eccleſiaſticæ, etiam poſitivæ divinæ, ſaltem ex ſenſu adverſariorum, huc uſque non obligent, quin in ſummo caſu neceſſitatis ſalutis ſcil. aut perditionis animarum, poſthaberi poſſint. [b] *Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas licitum facit*, eſt regula juris civilis & canonici; quam in jure civili ex ſpecialibus caſibus declarat Bronchorſt. de Regul. juris; & in canonico Antoninus, ubi poſt allatos caſus, tum ex Scriptura tum ex Theologia Papali, ſubdit: *Neceſſitas non habet legem, ſed ipſa ſibi facit legem.* Magiſter Sententiarum[c] contra legem divinam excipit, Infantes in V. T. neceſſitatis cauſa potuiſſe circumcidi ante octavum diem. Et Tartaretus[d]: *Tam divina lex quàm præcepta Dei ſunt cum æquitate penſanda. Et ſi ita ſit, mirandum eſt de dominis Iuriſtis, qui nolunt aliquam ἐπιείκειαν cadere in ſuis literis. Nonne dicebat ſapiens, Noli eſſe nimis juſtus. Immo æquitas ſeu ἐπιείκεια præponenda eſt juri naturali. Et iſtud eſt quod vult habere iſtud dictum, ipſæ etiam leges cupiunt ut jure regantur, id eſt, ἐπιεικείᾳ & æquitate.*

Hinc Cajetanus [e] diſtinguit: *Peccatum mortale in aliquo actu dupliciter inveniri poſſe, aut ſecundum ſe* (hoc eſt ex ſuo genere) *aut ex Eccleſiæ præcepto, cum mutationes aut omiſſiones hujuſmodi non conſtituant actum ſacrilegum ſecundum ſe: quod ex eo patet, quod ſi actus ſecundum ſe eſſet ſacrilegus, in nulla neceſſitate eſſet licitus* &c. Thomas 2. 2. qu. 66. hanc generalem exceptionẽ habet: *Lex poſitiva quando iniquitatẽ inducit & ſuperiori legi adverſatur, vigorẽ nõ habet.* Eſt enim triplex legis *exceptio, quædã judicialis poteſtatis, quædam Doctoralis autoritatis, quædã inevitabilis neceſſitatis, puta quia niſi ſic faciat eſt eminens periculum, & ſic intelligitur,* [f] *quod nece-*

[a] Cap. 18. 19. [b] Antonin. part. 1. tit. 20. de Regulis juris. *In argumentum*, &, *Quod non eſt.* [c] Lib. 4. diſt. 1. cap. *Si vero.* [d] In quæſtionibus moral. fol. 17. & 36. [e] In 3. qu. 67. art. 2. [f] Tartaret. loc. cit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

neceſſitas non habet legem, id eſt, neceſſitas facit interpretationem & exceptionem legis in tali caſu, &c. Hinc infinitæ illæ exceptiones de caſibus neceſſitatis. De miſſa celebranda amplius quam ſemel in die. *Conſuluiſti* extravag. de celebr. Miſſar.

Minores quatuordecim annis non poſſunt contrahere *niſi pro bono pacis & ex neceſſitate* c. 2. in fi. extrav. de deſponſ. Impuber.[a] Diſpenſari, irritari, & commutari poſſunt vota. In caſu neceſſitatis poteſt Laicus abſolvere ab excommunicatione, Antonin. 3. part. tit. 17. c. 4. paragr. 7. Item exhibere euchariſtiam, extremam unctionem. Hæc tria ita teneri à Canoniſtis & theologis quibuſdam refert Sylveſter in voce *Abſolutio* Cap. 1. & ipſe quod ad primum conſentit. Item *ab hæretico & ſciſmatico*, ut referunt annot. ad, Tolet. lib. 1. cap. 15. & à quocunque ſacerdote, Tolet. cap. cit. Abſolvi poteſt abſens, ægrotus qui aliquid, moriens qui nihil confeſſus eſt, item qui ex probabili cauſa non vult omittere peccandi occaſionem, item qui tantum eſt attritus, item qui non abſolutus eſt ab excommunicatione. Immanuel Sa in aphoriſm. *abſolutio. Miſſa ſicca* poteſt celebrari, ut Sacerdos ſcil. non conficiat; & poſſe uno die plures Miſſas celebrare,[b] *ubi neceſſitas exigit, puta ſi quis moriatur; & cauſa honeſtatis, ut ſi aliqua magna perſona ſuperveniens velit Miſſam audire*, &c. Et *ſi defuerit Sacerdos, proximo vel ſocio facienda eſt confeſſio.* Lombard. lib. 4. d. 17.

Sacerdos quilibet in mortis articulo à quibuſvis peccatis & cenſuris poteſt abſolvere, Tolet. lib. 1. c. 15. Et facultatem illam jure divino eſſe conceſſam cuilibet Sacerdoti, deficiente proprio, ex ſententia Thomæ, Durandi, Paludani, jure Eccleſiaſtico eſſe conceſſam, ex communi opinione Caniſtarum. Tolet. ibid. regularibus mendicantibus tale privilegium conceſſum etiam extra mortis articulum, Delrio diſq. Magic. lib. 6. c. 1. ſect. 3.

Adde *diſpenſationes* circa irregularitates ſive ex defectu, ſive ex delicto, de quibus conſule Tolet. lib. 1. c. 57. & deinceps.

Et omnes diſpenſationes, indulgentias & abſolutiones, in caſu neceſſitatis, circa adminiſtrationem Sacramentorum & Sacramentalium, circa Iuriſdictionem, regimen & omnia agenda Eccleſiaſtica, circa leges, jura, ſtatuta omnia, imprimis mediantibus illis,[c] *& diligenter nota, quod iſtæ diſpenſationes non dantur, niſi qualificatis; nam pauperes conſolari non poſſunt, quia non ſunt.* Item circa vota majora & minora. Et de benedicto oleo infirmorum augendo per oleum non benedictum. Ritual. de ſacram. extr. unct. pag. 76.

Item quotidianæ diſpenſationes Epiſcopi *in Iejuniis, feſtis & ejuſmodi à jure ſeu lege Papæ prohibitis*[d]. Quod invitus quis poſſit abſolvi, & per procuratorem (de quo ſupra ca. 15.) & per epiſtolam *confiteri*[e]. Et quod ſacerdos in caſu neceſſitatis fidelibus alienæ parochiæ ſacramenta miniſtrare poteſt; & aquâ ſimplici uti, Ritual. pag. 4. & 21.

III. Circa leges divinas adverſarii excipiunt per caſus neceſſitatis; multo magis nobis excipere licet circa leges de formalitatibus Ordinationum Eccleſiaſticarum ab hominibus latas: Sic enim Antonin. loc. cit. *A principio generis humani licitè contraxit frater cum ſorore, quia ex neceſſitate id faciebat.* Et paragrapho ſequenti, *In neceſſitate licet furari: quia illud propriè non eſt furari; quoniam in neceſſitate ſcil. extrema, cum aliter ſubveniri non poteſt, omnia ſunt communia*, diſt. 18. *ſicut hi.* Et ſic communiter ſtatuunt,

a Zvvarez de virt. & ſtatu Relig. tom. 2. de Votis lib. 6. c. 2. 9. 10. b Durantes in Rationali. Et Imman. Sa in voce *Miſſa*. Miſſa ſicca *celebratur ſine planeta, cum veſtibus reliquis ſacris, vel ſuperpelliceo cum ſtola in modum crucis & candelis: non fit autem converſio ad populum, nec conſecratio, nec ea quæ ad oblationem pertinent.* c Vide Richard. lib. 4. diſt. 38. qu. 1. art. 9. Taxa pœnitentiar. d Immanuel Sa in Voce *Diſpenſatio* & *Iejunium* & *Feſtum*. e De confeſſione per epiſtolam Romæ diſputatum fuiſſe refert Petr. Math. hiſtor. lib. 7. narr. 2.

tuunt, [a] *Papam poſſe diſpenſare de omni lege divina poſitiva.*

Hinc illæ deciſiones de Baptiſmo (cujus adminiſtratio jure divino paſtoribus demandata eſt, Matth. 28. verſ. 19.) Quod poſſit fieri à fœminis, Laicis, Iudæis, Paganis, in *urina* (ut quidam Doctores ſentiunt, referente Guidone de monte Rocherii [b], in *lixivio*, in *brodio* carnium & piſcium. Tolet. libr. 2. cap. 18. Quod infans moriens in flumen vel puteum profundum poſſit conjici, quamvis mox ſuffocandus, Roſella, Panormitanus, referente Sylveſtro in voce *baptiſmus* num. 4. 10. vide & Tolet. loc. cito. Breviter diſpenſant circa miniſtrum, materiam, formam & ſubjectum baptiſmi. Et baptiſmum per Iudæum ſeu Paganum ab Eccleſia eſſe determinatum refert Thomas par. 3. qu. 67. art. 5. *Et baptiſmi formam non vitiari ſi quid in ea ſuperfluè ponitur, ut ſi dicatur: Baptizo te in nomine patris, & filii, & Spritus Sancti, & diaboli; vel arma virumque cano, vel ſi quid præmittitur formæ*, &c. Durandus in Rational. libr. 6. Rubric. 46. fol. 184. Et quod Diaconus abſente Epiſcopo aut Presbytero Euchariſtiam erogare poſſit, Canone *Diacones* diſtinct. 93. & gloſſa ibid. *Subdiaconus prædicare poteſt, quia curam animarum habere poteſt* &c. Non refert quis vel qualiter prædicet, ſed quid prædicet, diſtinct. 19. can. *Secundum.*

Innocentius VIII. Norvvegis conceſſit ſacrificium abſque vino. *Iudicavit* enim (inquit Bellarm. lib. 4. cap. 24.) *Ius divinum ita interpretandum eſſe ut excipiatur caſus neceſſitatis. Etſi enim ſacrificium eſt imperfectum, tamen præſtat imperfectum habere quàm nullum.* Circa conjugium quamplurimi caſus occurrunt, ut ex. gr. *Conjuges maleficio affecti poſt triennii experientiam ſeparantur*, Delrio diſquiſ. Magi. libr. 3. part. 1. qu. 4. ſect. 8. *Immo & in nonnullis locis hic uſus vigere dicitur, ut vir & mulier priori matrimonio legitimè contracto renuntient mutuo conſenſu & novum coram Sacerdote contrahant*, Maximil. ab Eynatten in Manuali Exorciſm. p. 3. p. 230.

Diſpenſationes omnes definiuntur juris declarationes, *cum declaratur legislatorem non intendiſſe quod in tali caſu particulari legem ſuam voluerit quem obligare.* Gabr. Biel. libr. 3. diſtinct. 37. queſt. unic. art. 1. *Et ſic Papa diſpenſare poteſt contra ſtatuta Apoſtolorum quorumcunque, ſi tamen vim non habeant ex jure naturæ vel divino decreto.* Richardus libr. 4. diſtinct. 27. quæſt. 4. art. 4. *Cum cauſa ſcil. adeſt ex parte diſpenſati, cauſa, inquam, utilitatis, vel neceſſitas ejus, vel Reipublicæ.* Petr. de palude libr. 4. diſtinct. 38. qu. 4. *Diſpenſandi poteſtas eſt favorabilis, & extendenda (quamvis ipſa diſpenſatio ſit odioſa, quia contra jus) adeoque extenditur ad caſum in quo eadem ratio* &c. Immanuel Sa in voce *diſpenſatio.* Huc pertinent diſpenſationes omnes, quibus Pontifex & Epiſcopi contra leges divinas diſpenſant. Quære apud Symmiſtas & Canoniſtas *de pluralitate beneficiorum, & non-reſidentia.* Non ſolum parœcias, ſed etiam Epiſcopatus plures poteſt ſummus Pontifex uni ex juſta cauſa (*ſi Cardinales ſint aut Regum filii* Lancelot. lib. 1. tit. 27.) conferre, ſic ſentit Soto, nec diſſentit Perronus epiſtol. ad Villeroy libr. 3. pag. 476. ubi emendicato alio pinguiori Epiſcopatu, petit ut prior Ebroicenſis ſibi nihilominus relinquatur, aut per reſignationem fruatur ſaltem mediantibus illis, ſecundum ſcil. juſtitiam commutativam.

Audacior factus Gregorius de Valenciâ: [c] *Quamvis beneficiorum incompaſſibilium reſidentiam requirentium pluralitas divino jure vetita ſit, ex eo, quod reſidentia eodem jure præ-*

[a] Ioh. Major, aliique ſententiarii, cum Canoniſtis alibi à nobis cit. [b] In Manip. Curator. de Baptiſ. c. 2. fol. 7. & 9. B. [c] Citatur in annotat. ad Tolet. lib. 5. cap. 81.

cepta eſt: miniſterialiter tamen ſummus Pontifex, juſta de cauſa, poteſt in ea diſpenſare, hoc eſt, pontificia authoritate declarare, adeſſe cauſam ob quam æquum ſit &c.

Infantes & pueri etiam ante uſum rationis ordinantur in Presbyteros, Epiſcopos, Cardinales, Canonicos &c. cum non dico caſus neceſſitatis, *ſed rationabilis cauſa* (de hoc mundo ſcil.) Pontificis diſpenſationem hic obtinet [a].

IV. In ipſa vocatione & ordinatione miniſtrorum, adverſarii caſibus neceſſitatis locũ concedunt. Sic enim Gerſon [b]: *Fit autem miſſio aut per Deum immediatè &c. aut per Deum mediante ſuperiorum autoritate &c. fit rurſus nonnunquam ex ipſa neceſſitatis lege: quando non aliter poſſet fidei ſeu morum veritas inviolata ſervari. Ubi verum eſt illud: paſce fame morientem: ſi non paviſti, occidiſti.* Et Antoninus[c]: *In argumentum trahi nequeant, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa. Hæc regula ſumpta eſt &c. Pone caſum. Diſt. 55. c. 1. ubi propter neceſſitatem miniſtrorum permiſſum fuit aſſumi monachos ad parochiales Eccleſias.* Quod æquè contra Eccleſiæ antiquioris conſuetudinem eſt, ac ordinatio presbyteri abſque Epiſcopo Diœceſano. Etiam extra caſum neceſſitatis cum alii presbyteri haberi poſſunt, diſpenſant tamen de plerisque irregularitatibus ſive ex vitiis animi, ſive originis, ſive corporis illa oriatur. Excogitant aliquod *quid* pro *quo*, ut defectus ille ſuppleatur. [d] *Cui virilia abſciſſa ſunt poteſt ea ſecum portare in pulverem redacta aut ſicca;* ita erit membris ſcil. integer per analogiam eandem qua cadaver eſt homo. Rationem generalem quæ in omnibus illis valeat, adducit Antoninus[e]: *Papa poteſt committere purè laico, & mulieri, ut excommunicent, quia eſt de jure poſitivo.*

Immo & antiqua jura & conſuetudinem antiquiſſimæ Eccleſiæ in multis hic mutarunt. Olim Epiſcopus vivens ordinabat ſibi ſucceſſorem, ut patet exemplo Theotecni Cæſareæ Epiſcopi, de quo Euſeb. hiſt. Eccleſiaſt. lib. 7. c. 32. cum quo conferatur Adoviennenſis in Chronic. an. 810. ubi de Agobardi ſucceſſione in locum Leidradi Epiſcopi Lugdunenſis. At jam talis Ordinatio plane irrita eſſet in Eccleſia Romana. [f] Sunt etiam diſpenſationes tum irregularis tum illegitimi ad ordines; hac methodo ſcil. obtinendæ, ut prius diſpenſetur ad beneficium, poſtea in ſecunda petitione diſpenſationis ſuper pluralitate, aut irregularitate) dicat expreſſe ſe eſſe illegitimum aut irregularem. Sic Papas Epiſcopus Oſtienſis aut primus Cardinalis, & Archiepiſcopos ſuffraganei, ſemper quaſi neceſſitate aliqua ordinant, quamvis ipſi non habeant illud quod conferunt, quippe minores juxta Hebr. 7. v. 7. Hic adverſarii ad incitas theologiæ ſuæ redacti ad neceſſitatem confugiunt. [g] *In hac benedictione quiſque eorum gerit vices Dei, qui haſce benedictiones tali modo & per tales (nec enim aliter commode fieri poſſunt) fieri inſtituit, ſeſeque habet, ut miniſter & vicarius Dei, qui major eſt eo qui benedicitur, quiſquis & quantus quantus ille ſit.*

Quidni ergo in caſu neceſſitatis, Paſtor à Seniore gubernante (quem Laicum Seniorem vocant) Idemque ut & Epiſcopus à parocho aut presbytero docente publicè nomine Eccleſiæ inſtitui poſſet? Siquidem ſolemnis & publica ordinatio omnino requiratur. Quod ſi ab ea ſuperſedere quis malit propter defectum presbyteri docentis, quid vetat Electum Paſtorem miniſterio ſuo nihilominus fungi?

V. Eccleſia reformanda aut jam reformata, poſitivis illis conſtitutionibus & legibus canonicis circa ordinationes Epiſcoporum non fuit ita ſtrictè alligata, ut eas abrogare non potuiſſet. Habet enim hoc

quo-

a Vide quæ infra ſect. 3. cap. ult annotamus Et addit. ad lib. 6. Toleti cap. 3. & 6. b Part. 2. ſerm. fact. in Concil. Rhen. domin. 2. poſt. Paſcha. c p. 1. tit. 20. *In argumentum.* d Vide Toletum lib. 1. c. 63. e Parte 3. tit. 25. c. 83. f Imman. Sa in Voce *diſpenſatio.* g A Lapide in Comment. ad loc. cit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

quotidiana praxis & doctrina communis adverſariorum, præterquam quod jure divino Eccleſiæ illa poteſtas competit. Quæ enim fecit leges, poteſt etiam eas abrogare, ſi juſta cauſa aut neceſſitas requirat. Sic enim Thomas 1. 2. quæſt. 97. art. 1. & 2. *Quod Lex humana in tantum rectè mutatur, in quantum per ejus mutationem communi utilitati providetur.* Addit Sylveſter [a]: *Abrogatio legum tribus modis vel cauſis licitè perficitur: primò, propter conſuetudinem contrariam, 31. diſtinct. ante triennium. Secundò, propter diſparem temporum ſucceſſionẽ, diſtinct. 24. cap. fraternitatis, ubi dicit textus: Quod defectus noſtri temporis, quibus non ſolum merita, ſed corpora ipſa defecerunt, diſtrictionis illius non patitur manere cenſuram. Tertiò, propter emergentia mala, ut in cap. verum, diſtinct. 63. ubi eſt exemplum de æneo ſerpente, quem Moſes bona intentione fecit, Ezechias bona intentione deſtruxit.* Idem Sylveſter [b] enumerat leges & canones qui hodie non ligant, quæ quia nimis prolixa ſunt, deſcribere non vacat. Addit ibid. multa requiri ad hoc, ut lex habeat vim obligativam, inter quæ primum eſt, Vt ſit juſta & quidem ſecundum omnium cauſarum genera, *quia alias*, inquit, *non habet rationem legis.* Præter caſum neceſſitatis, vel illa ſola conditio deficiens diſſolvebat actus obedientiæ canonicæ, & obſervationis formalitatum atque ordinis, ad quos Reformatores tenebantur, ſive ex voto, ſive ex generali aut ſpeciali mandato Eccleſiæ, ejuſque mandati ſuſceptione. Vide regulas de *obligatione* legum, de *Exceptionibus*, de *invalidatione & diſſolutione actuum, ad quos tenemur*, apud Sylveſtr. in voce *Lex*, imprimis apud Tartaretum in qu. moralib. cap. 5. & 7. Et Zvvarezium De legibus lib. 1. cap. 20. & lib. 4. cap. 17. 18.

VI. Concludimus. *Primò* Reformatoribus nulla neceſſitas tribuit miniſterium Eccleſiaſticum: ſed vocatio ordinaria ut ſatis probatum eſt. *Deinde*, quod quidam (non omnes) alicubi in ſua Eccleſia ſimplices presbyteri aut parochi abſque præcedente decreto, injunctione, & communi conſilio ac directione ſuperiorum aut collateralium ſive prælatorum, ſive Eccleſiarum, formulam doctrinæ & cultus publici mutaverint, fecerunt ex neceſſitate præcepti divini & ſalutis animarum; in quo caſu prælati Eccleſiaſtici ſervatori Chriſto, & leges ſeu conſuetudines poſitivæ, canonicæ, legibus divinis, & charitas atq; unio externa Eccleſiaſtica, charitati & unioni divinæ debebant cedere, & ordine tantopere turbato à ſuperioribus, conſuetus ordo ab inferioribus non poterat ſervari. *Tertiò*, leges & conſuetudines aliquas Eccleſiæ ædificationi noxias, & verbo Dei, etiam canonibus primitivæ Eccleſiæ minimè congruas, illo caſu neceſſitatis rectè poſthabuerunt, quia iis extra illum caſum teneri diutius nõ debebant, quales plurimæ in vigore tunc erant circa vocationem & functionem paſtorum. *Quartò*, etiamſi alicubi nullus fuiſſet ordinarius miniſter qui in reformatione præiviſſet, potuiſſet in illo extremo neceſſitatis caſu Laicus quicunque donis & zelo inſtructus privatim & publicè viva voce & ſcriptis errores detegere, viam ſalutis commonſtrare, exemplo fidelium in Eccleſia Samoſatenſi, & Flaviani ac Diodori in Antiochena (Theodoret. li. 4. c. 14. & 3. cap. 23. 24.) quin & accedente Voto aut συγχωρήσει expreſſa aut tacita, ſive cleri, ſive plebis, ſive utriuſque in illa Eccleſia publicè extra ordinem & proviſionaliter prædicare ad ſupplendum defectum, donec aliter Eccleſiæ fuiſſet proviſum. *Quintò*, tali laico ab illa Eccleſia poſſet ordinarium miniſterium legitimè imponi;

 quam-

[a] In voce Abrogatio. [b] In voce Lex. 10. 11. 12. & 5. 6.

quamvis deeſſet & abeſſet presbyterii aut plerorumque conſenſus, ſive propria voluntate & corruptione, ſive inevitabili neceſſitate: Duę poſtremę aſſertiones tantum de jure loquuntur, & eo quod fieri poſſet in caſu neceſſitatis; minime vero de facto. Siquidem in Eccleſiæ reformatione tale quid factum fuiſſe non probabit Ianſenius, neque etiam opus fuit, Deo excitante ex Ordinariis innumeros, qui ſancto huic operi non defuerunt.

Vndecima Hypotheſis: [a] *Vitium originis nullo temporis lapſu, nulla præſcriptione, nulla etiam ſanguinis fuſione, ſed ſola abdicatione aboletur.*

Refut. I. Ex ipſo Ianſenio, qui iterum egregie hic ſibi contradicit ne unquam deſinat eſſe Ianſenius. Sic enim cap. 44. p. 197. *Omnes pœnæ canonum humano Eccleſiæ jure conſtitutæ ſunt, quas uti ſancire, ita & relaxare, immo & abrogare poteſt, &c. Vnde & malis artibus non tantũ ſimoniacis, ſed & aliis quibuslibet* (etiam meretriciis & Magicis) *pontifex ingredi ſedem poteſt, & tamen tanquam verus ſucceſſor eam retinere. Quam multi Reges & Imperatores tyrannicè imperiis potiti ſunt, & tamen ſolo Regni conſenſu accedente, legitime regna poſſederunt? Quod multo magis in hac cauſa locum habet, ubi plerumque non ſufficit occupaſſe ſedem, ſed & ordinatio neceſſaria eſt, & ſi ante forſan ordinatus fuerit, ſola illa acceptatio, qua Eccleſia Pontificem tanquam antiſtitem ſuum recipit & veneratur, tam legitimum Eccleſiæ Pontificem facit, quàm ſi eum populus & Imperator & Clerus elegiſſet. Nec eſt ulla pœna quantumcunque peremptoria humano jure conſtituta, quæ non hoc ipſo abolita evaneſcat.* Vides nunc vitiũ originis, hoc eſt, uſurpationem vocationis ſola abdicatione non aboleri, nec ſemper *eſſe ſacrilegium quidquid exinde egerit illegitime ingreſſus miniſter*, ut tu inconſiderate aſſeris ibid. pa. 95. cap. 17.

II. Ex ſimili ſeu pari in Politia; ubi vitium originis ſeu uſurpatio non ſola abdicatione, ſed temporis præſcriptione & ſubſequenti acceptatione eorum ad quos pertinet, ſanari poteſt; Quod ex Theologis[b] & Politicis ulterius non probabo, cum tu idem exemplum huic negocio applicaris, & ſocii tui Sylvæ-ducis atque alibi Regimini Illuſtr. Ordd. confœderati Belgii tanquam legitimo & ſupremo juramentum fidelitatis præſtiterant, quod tu tamen per rebellionem inchoatum dicis pag. 199. *Qua certitudine fidei implicitæ atque explicitæ certi erunt Ordines Hollandiæ eſſe legitimam poteſtatem, & à Spiritu Sancto electos oppidorum Syndicos, Conſules & cæteros, qui rerum potiuntur, & eorum majores legitimè rebellionem inchoaſſe?* Accedat omni exceptione major Papa Pius II. qui Mahumeti Turcarum Imperatori ſcribebat ann. 1464. *Hæc ſi feceris*, &c. (id eſt, Chriſtianiſmum ſuſceperis) *nos te Græcorum & Orientis Imperatorem appellabimus, & quod modo vi occupas & cum injuria tenes, poſſidebis jure, Chriſtiani te omnes venerabuntur, & ſuarum litium judicem facient*, &c. Et paulò poſt: *Quod ſi baptizatus eſſes, nec illi* (in Epiro, Peloponeſo, in Macedonia, in reliqua Græcia, in Dalmatia, &c.) *tuum imperium tantopere formidarent, nec nos eis adverſus te ferremus opem. Sed tuum potius brachium in eos imploraremus, qui jura Eccleſiæ Romanæ nonnunquam uſurpant*, &c.

III. In utroque jure occurrit legitimatio nothorum ſeu ſpuriorum, ubi vitium originis de poſt facto aboletur, *per Imperatorem aut Papam aut alium ejus authoritate, quamvis quantum per leges legitimari non poſſint*, ut habet ſumma Sylveſtrina[c].

[d] Iuriſconſulti legitimationem, hoc eſt, *natalium reſtitutionem* dicunt fieri per ſub-

ſequens

a Pag. 94. 95. b Vide Zvvarez in Regem Britanniæ p. 252. c Inſtit. lib. 3. tit. 1. §. quibus. d Ex Novell. 89. c. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſequens matrimonium aut per principis reſcriptum; eamque eſſe plenam aut non plenam. Hanc rurſum eſſe vel veram, vel quaſi ſeu modo quodam legitimationem. Quaſi legitimatio eſt ſpecialiter diſpenſatio ex probabili cauſa à ſuperiori conceſſa, qua defectus Natalium, etiam *inceſtuoſorum atque adulterinorum*, quoad quid tollitur, ut hoc reſpectu ſaltem filius legitimus habeatur. Audacius Immanuel Sa in voce *diſpenſatio*: *Qui autem poteſt legitimare natum ex adulterio, poteſt etiam ſi ſit ſimul ex inceſtu natus: in materia enim favorabili veniunt miſta ſub ſimplici.* Pari ratione ſive vera legitimatione Eccleſiæ, ſive ſpeciali diſpenſatione, uſurpator miniſterii poteſt ſuccedere in legitimum miniſterium, & abſque ſacrilegio ſuo aut perditione Eccleſiæ recta docere; nec eſt neceſſe, ut aut ipſe, aut omnes illi ſuccedentes miniſterio ſe abdicent. Multa enim poſitivo Iure fieri aut omitti prohibentur, quæ ſi facta aut omiſſa fuerint, rem principalem tamen non tollunt, imprimis ſi accedat debita approbatio.

IV. Pœnas omnes Canonicas humano jure conſtitutas tali acceptatione ſeu diſpenſatione Eccleſiæ penitus aboleri & certum eſt, & jam ante ex Ianſenio p. 197. probavimus; quibus adde ea quæ habet p. 144. & nos examinamus cap. 9. ad exceptionem 3. Detur ergo, quod tamen falſiſſimum eſt, primos Eccleſiæ noſtræ reformatores à ſeipſis ortos uſurpaſſe miniſterium, ſed acceptationem ac diſpenſationem Eccleſiæ de poſt facto aut confirmaſſe, aut de novo & legitimè illis impoſuiſſe totam miniſterii poteſtatem, aut etiam quidquid authoritatis ac poteſtatis deerat, ſive noſtro, ſive veſtro ſenſu, id totum ſuppleviſſe; quid inde ſacrilegii ad nos manare potuiſſet magis quàm ferrei iſtius ſæculi Baroniani diabolicæ artes, meretricia βδελύγματα, ſæcularis tyrannis, Simoniaca peſtis à capite, radice & ſede Romana in univerſum clerum Papalem & Ianſenii ſacerdotium nunc redundant. Norunt Pôtifices quibus ſucceſſerint, à quibus ſint orti; à Iohanne ſcil. XI. ſpurio Papę Sergii & meretricis Maroziæ[a]: At nollent omnes dici filii meretricum & ſpuriorum, & eccleſiaſticè ex adulterio aut inceſtu nati.

V. Si nullo temporis lapſu, nulla præſcriptione vitium originis ab anteceſſoribus contractum, in ſucceſſoribus ceſſare aut aboleri poteſt, quid judicabit Ianſenius de hominibus ingenuis, aut principibus legitimis, quorum familia in majoribus aliquando adulterio aut inceſtu polluta fuit? An illud vitium originis perpetua ſerie in poſteros propagatur? Ipſe Dominus Ieſus ex caſtiſſima virgine natus, in ſerie genealogica habet vitium inceſtus, *Iudas genuit Phares ex Thamar.* Matth. 1. Benedictio à Iacobo impetrata vitium habebat in origine, fraus enim & dolus interceſſerat; illa tamen integrè & legitimè ab ipſo in poſteros propagata, Geneſ. 49. Deut. 33. 6. Miror qua authoritate regulas illas divini & humani juris nobis procudat Ianſenius. In jure diſtinguitur vitium in reale, perſonale, & quaſi reale. De quibus pervulgatum illud[b]: *Vitii realis contagium quoslibet autoris primi ſucceſſores ſequi ac comitari*, licet in perſonali vitio non æque, ſed in his diſtingui ſoleat ſingularis ſucceſſor ab univerſali. Traditur etiam ibi purgatio *vitii realis* quod impediebat uſucapionem; quæ fit longiſſimi temporis 30. aut 40. annorum poſſeſſione, tanto enim tempore vitium reale elui & purgari, atque omnem actionem tolli conſtat. Canoniſtæ & Caſuiſtæ regulam illam juris: *Non firmatur tractu temporis, quod*

[a] Baronius de Iohanne XI. ad ann. 931. 1. [b] L. *vitia* C de acqu. poſſeſſ. Mynſing. in Inſ. li. 2. tit. 6. § *furtivæ & noviſſimè.*

quod de jure ab initio non ſubſiſtit; ita limitant: *Non firmatur ſolo tractu temporis; Sicut enim tempus non eſt modus inducendæ obligationis, nec tollendæ, ſic nec reparandæ: ſed novo ſubſequenti conſenſu interdum tacito, interdum expreſſo, &c. valent ergo ex ſubſequenti conſenſu ex nunc, non ut ex tunc. In electione tamen ſecundum Bern. ſi nulla eſt ex ſubſequenti conſenſu non confirmatur*. Antonin. par. 1. tit. 20. *non firmatur*. Vt ad Theologiam & præſentem quæſtionem applicemus: Dicimus vitioſum illud initium poſſeſſionis quod tale eſt ex vitio reali miniſteriis Eccleſiaſticis ſemper cohærere, nec illa relinquere ad quemcunque poſſeſſorem tranſeant; hic enim purgatio nulla ſive per hominum approbationem, ſive per aliquam mali ordinationem & bene poſitionem (ut ita loquar) ſive per temporis præſcriptionem locum habere poteſt: ſed tantum totalis abolitio & abdicatio. Et hoc applicamus ad ſacerdotes Miſſificos, Epiſcopos univerſales, Epiſcopos titulares, &c. Sed vitioſam originem, ſeu vitioſum poſſeſſionis initium, ex vitio perſonali purgari poſſe dicimus per emendationem & ſubſequentem Eccleſiæ approbationem in eadem perſona; In aliis autem perſonis, h. e. ſucceſſoribus, non purgari propriè, quia contagium vitii illius perſonalis, autoris ſeu poſſeſſoris primi illos non ſequitur; neque enim hic ſtatuendum eſt peccatum Adami quod per propagationem neceſſariò eſt omnium poſterorum. Si enim prædeceſſor aut ordinator Epiſcopus, fuerit illegitimè ingreſſus, poteſt tamen ejus ſucceſſor legitimum habere miniſterium. Vt enim miniſter malus aut hypocrita, inſtrumentaliter dat veram fidem & converſionem, qua ipſe caret, ſic Simoniacus aut intruſus ordinator inſtrumentaliter dat verum & legitimum miniſterium, quod ipſe non habet, ſi conſcientia ejus & demeritum vitii attendatur: dependet enim miniſterium illud primò à Chriſto ejuſque inſtitutione: ſecundò ab Eccleſia tum univerſali, tum particulari illa in qua toleratur, coram qua & ex cujus commiſſione ſive formali, ſive virtuali confert miniſterium, tanquam ejus delegatus ad talem actum, aut tanquam miniſterialiter illam in prædicto actu repræſentans.

Quid de potentiſſimis quibuſdam Monarchis judicabit etiam Ianſenius, quorum magna Imperia cum per violentiam primo conſtituta fuerint, ac propterea [a] *magna latrocinia* dicantur ab Auguſtino de Civitate Dei libro 4. cap. 4. ut legitima tamen in ſeris ſucceſſoribus & poſſeſſoribus à Chriſti Eccleſia, idque ex præſcripto verbi divini ſemper honorata ſunt. Vt patet in Imperio Romano, pro quo precibus, votis & armis Chriſtiani decertarunt.

VII. Concludimus ergo, Primos Reformatores ante reformationem fuiſſe ordinatos & miniſterio Eccleſiaſtico conſecratos. Si forte cujuſpiam inter illos uſurpatio aut polutiſſima ordinatio, *non ordinatio* judicata fuiſſet (de quo tamen nihil Ianſenius adferre potuit) illos aut *reordinando*, aut ſaltem *ſuperordinando*, h. e. addendo aut immutando vitium originis abſterſiſſent, & ſucceſſores deinceps legitimè ordinando, omnem pollutionis ad poſteros propaginem intercidiſſent. Vbi enim vitium in origine corrigitur & in proxima propagine ſiſtitur, quomodo in æternum illud poſt tanti temporis præſcriptionem omnibus ſucceſſoribus imputatur? Et quamvis tales aliqui fuiſſent abſque ulla correctione, quid hoc ad nos? qui non ſumus tales, neque in paucos

[a] Alciatus comment. de rerum & verb. ſignific. ad lib. 15. pag. 135.

paucos illos ἀτάκτους originem & ſucceſſionem Reformationis noſtræ referri vellemus. Neque enim vitium particularium quorundam, ordini Dei, & virtuti communitatis præjudicare debet, neque filius ferre iniquitatem Patris.

VIII. De vitioſa Pontificum *Electione* reponimus, illam perdere funditus omnem in ſede Petri ſucceſſionem (ex hypotheſibus adverſariorum) & quidquid exinde factum eſt à ſucceſſoribus, fuiſſe & etiamnum eſſe merum ſacrilegium: quia ſcilic. nullus Eccleſiæ tunc temporis (cujus intererat) ſecutus fuit conſenſus teſte Baronio ad ann. 912. num. 8. i. nullus etiamnum Eccleſiæ modernæ ſequitur, cum omnes, ne Baronio quidem excepto, *illegitimos* illos proclament; & ſi ſequeretur, non magis corrigeret vitium illud originis, quam Imperator Otomannicus confirmaret aut aboleret *donationem Conſtantini*, ſi maximè vellet, tanquam ejus prætenſus ſucceſſor. Addimus, contra iſtorum & omnium Pontificum creationem valere regulam illam: [a] *Quod eſt contra jus naturale vel divinum, per longam conſuetudinem non juſtificatur*, diſtinct. 8. per totum.

[a] Antonin. loc. cit.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT XXII.

Miracula non fuiſſe Reformatoribus neceſſaria.

DVODECIMA Hypotheſis. [a] *Ad opus extraordinarium reformationis & ad vocationem Reformatorũ, ſive ordinaria ſive extraordinaria illa ſit, requiri miracula.*

Refut. I. Diſtinguenda eſt Vocatio ad miniſterium à miniſterio ipſo ſeu functione miniſterii; ſeu vocatio miniſtri, à doctrina ejus. Quæ Ianſenius cum aliàs diſtinxerit, in diſputatione tamen perpetuo confundit.

II. Dicimus ergo *Primò*, Miniſtris ordinariò vocatis, ad confirmationem ordinarii miniſterii, aut collationis iſtius miniſterii miracula non eſſe neceſſaria; Probationes non repeto, quia Ianſenius in genere hoc concedit.

Nunc applica ad noſtros Reformatores, qui erant ordinarii miniſtri & ordinariò vocati, ut in principio hujus libri probatum eſt.

III. Dicimus *Secundò*, Ordinarios miniſtros, etiamſi in curſu & exercitio miniſterii ſui inſolito & alio à vulgari & recepto modo docere ac miniſtrare incipiant & pergant, reclamantibus reliquis ordinariis, non teneri ideo præciſè ad miraculorum exhibitionem, ſed ad emendationis & mutationis ſuæ probationem ex principiis fidei. Iam applica ad Reformatores. Ratio hujus aſſertionis eſt: Qui aliud & novum principium fidei, qui alios & novos articulos fidei, qui aliud & novum fundamen-

[a] Cap. 36. p. 158. 159.

fundamentale miniſterium præter illud à Chriſto inſtitutũ, nec adferunt nec prętendunt, illi neceſſario nõ tenentur ad miracula: Sed Reformatores in curſu ordinarii miniſterii reformatè docere & miniſtrare incipientes, hoc non faciunt. Ergo, &c. major eſt veriſſima, & probatur rationibus illis quas in refutatione exceptionum Ianſenii repetemus. Minor negari non poteſt à Ianſenio abſque deſcenſu in purgatorium ſuum h.e. iſtius cauſæ inter Reformatos & Pontificios controverſæ examen. Et tum obſeptum eſt compendium illud per *Tu quis es, unde veniſti?*

IV. Exceptiones Ianſenii contra meam probationem, & rationes pro ſua paradoxa hypotheſi ita inſtitutæ ſunt, ut confuſione intolerabili plerumque *fallacia plurium interrogationum, & ignorationis elenchi, & petitionis principii* laborent; neque Ianſenius diſtinctè hic theſin ſuam ponere & tenere auſus ſit. Nos eas qualeſcunque primò exceptiones, deinde rationes examinabimus.

Exceptio prima, contra rationem meam, quæ in forma talis eſt:

> [a] *Qui non mittuntur, aut non agunt aliquid præter ordinem à Deo inſtitutum, illi non indigent miraculis: Sed primi reformatores non mittuntur, neque agunt aliquid præter ordinem à Deo inſtitutum, Ergo, &c.*

Minoris prius membrum probatur. *Quia ordinario titulo in poſſeſſionem vocationis & miniſterii miſſi ſunt.* Poſterius membrum probatur. *Quia veritatem Euangelii annuntiarunt, errantes revocarunt, populum ſacramentis ex præſcripto verbi divini paverunt, gubernarunt:* &c. Quod non eſt præter ſed ſecundum ordinem à Deo primitus in Eccleſia inſtitutum.

Exceptio Ianſenii habet diſtinctionem inter *doctrinæ & miſſionis teſtimonia;* & *miniſterii rectum uſum in prædicanda veritate, non inferre legitimam vocationem ſeu miſſionem ad illud miniſterium, &c.*

Reſp. I. Corybantiaſmus merus. Ego expreſſè verbis à Ianſenio deſcriptis, tam legitimam miſſionem ſecundum ordinem divinitus conſtitutum in miniſterium, quam legitimam miniſterii jam collati functionem & uſum complexus ſum. Ecce enim verba mea: *Non enim mittuntur aut agunt aliquid* (miniſtri Reformatores ſcil.) *præter ordinem à Deo inſtitutum, quamvis præter & contra ordinem tunc receptum.* Repeto iterum, Lutherus & ſimiles non ſunt miſſi in poſſeſſionem ordinarii ſui miniſterii, quatenus ſcil. illud adhuc eſſentiam miniſterii retinebat (nam de ſtruma deformante miniſterium aliter judicandum eſt) præter ordinem à Deo inſtitutum, Ergo non indigebat miſſio illa miraculis. Adhæc Lutherus in miniſterio jam conſtitutus & à Deo excitatus ad veritatis cognitionem & propagationem, eo ipſo nihil egit contra ordinem à Deo conſtitutum, quamvis contra ordinem tunc receptum, Ergo non indigebat converſio ipſius & emendata miniſterii functio miraculis. Hic antitheſis tibi facienda & rationibus fulcienda, alioquin nihil dicis. Dicam iterum, ſi forte Ianſenius ſemel me intelligat: *Ordinarius miniſter, corruptione doctrinæ ſeu morum ingreſſa, poteſt & debet aut à corruptelis illis abſtinere, aut ſi cum reliquis obnoxius fuerit, ab iis quamprimum & ſe per veram emendationem liberare, & ſuæ fidei commiſſis, monitione, exemplo & poteſtate Eccleſiaſtica ſibi à Deo conceſſa præire; etiamſi ſuæ ſuorumque neceſſariæ emendationi prius miraculis fidem non fecerit.* Nunc fac elenchum, ſi audes.

[a] Cap. 37. p. 162, 163. [b] Theſis controverſa, de qua diſputandum.

II. Aliud argumentum ſeu alterum membrum argumenti, quod priori illi ſubjicio; non pertinet propriè ad vocationem ſeu ordinationem miniſtrorum Reformatorum, quam docueram fuiſſe ordinariam; ſed ad exercitiũ ſeu uſum miniſterii ſui, in quẽ maximè invehuntur Pontificii, ut jam aliquoties oſtẽdimus. Sit autẽ tale in forma:

Ordinarii miniſtri qui non novam doctrinam ſed antiquam tot miraculis à Chriſto & Apoſtolis confirmatam proponunt, illi non indigent neceſſariò miraculis. Sed primi Reformatores ſunt ordinarii miniſtri, qui non proponunt novam doctrinam &c. Ergo.

Hic antitheſin faciat Ianſenius; Vbicunque in Eccleſia corruptio aliqua in doctrina aut moribus obtinuit, ibi neminem ad antiquam & priorem fidem ac pietatem poſſe regredi, neque vocem prædicationis mutare, niſi miraculis veritatem doctrinæ & neceſſitatem mutandæ corruptionis comprobarit.

III. Obteſtor lectorem, obſervet, quàm perſpicuè miſſionem ab opere ſeu actu miniſterii diſtinxerim; quæ Ianſenius hic & paſſim perpetuò confundit. Obteſtor Ianſenium, ut ſemel abſque ambagibus antitheſin ſuam tueatur.

IV. Reliqua quæ hoc capite parergως attexit, ſupra excuſſimus.

Secunda exceptio contra rationẽ meam: *Iohannis Baptiſtæ, Hoſeæ, Obadiæ, Michæ, Ioſiæ regis & Helciæ, Eſdræ, Nehemiæ & ſimilium reformatorum miracula nulla lego.*

Primò excipit, [a] *legi tamen Iohannis Baptiſtæ miraculoſam conceptionem, patrem divinitus obmuteſcentem & rurſum loquentem, Angelum annuntiantem vocationem illam extraordinariam quam Malachias prædixerat.* Secundò, *Hoſeam, Abdiam, Micham, Eſdram & Nehemiam prophetas fuiſſe, & ut tales ab univerſo ordinarii miniſterii collegio & populo fuiſſe agnitos & in prophetarum numerum cooptatos, idque per veriſſimæ & comprobatæ vaticinationis ſigilla, juxta* Deuteron. 18. & Ieremiæ 12. Tertiò, *illos tamen omnes nihil ad rem præſentem facere, &c.*

Ad primum Reſp. I. Quodcunque diſcrimen Ianſenius inter noſtros & Baptiſtam ſtatuat, non tamen probat, quod probandum: Baptiſtam ſcilicet miraculorum exhibitione doctrinam ſuam confirmaſſe, ut Chriſtus & Apoſtoli; cum tamen reformator fuerit illos præcurrens. Nam ea quæ circa Baptiſtam accidiſſe ſcribit, non ſunt miracula ab illo patrata. Secundò, ſi per nos melioribus imbui non vult, audiat ſaltem ſocium ſuum Martinum del Rio [b]: *Mira verò & prodigia, non ſatis idoneè revelationem confirmant, quia poteſt ea dæmon efficere. Etſi tamen miracula defuerint, non tamen ex hoc ſolo capite revelatio* (extraordinaria ſcilicet) *cenſenda falſa fuiſſe B. Præcurſor Chriſti propheta fuit & plus quam propheta, miraculum tamen nullum fecit.* Et A Lapide [c]: *S. Iohannes Baptiſta nullum fecit miraculum, & tamen regnum Dei prædicare cœpit in virtute ſanctæ vitæ, ſpiritu & efficacia ſermonis & prædicationis.* Rectè ſane: applica analogicè ad Reformatores. Et Ieſuitam Coſterum [d]: *Iohannes Baptiſta nullum quidem ſignum vivus edidit.*

Ad ſecundum Reſp. 1. Ioſiam & Helciam omittit; itaque exceptio hæc non poteſt tollere argumentum meum; quod ſi in uno Helcia teneat (ut quidem tenere Ianſenii [e] ſilentium indicat) ſufficit ad probandum non requiri neceſſario miracula in reformatoribus.

II. Prophetiam non eſſe miracula; quæ ſunt opera; ſed doctrinam; quæ quando-

[a] Cap. 38. pag. 164. 165. 166. 167. [b] Diſq. Magic. libr. 4. cap. 1. quæſt. 3. ſect. 6. pag. 526. [c] In 1. Corinth. 4. verſ. 20. [d] In Enchirid. cap. de Eccleſ. pag. 110. [e] *Qui tacet, non utique fatetur, ſed tamen verum eſt, eum non negare.* Regul. juris.

que miraculoſis operibus fuit inſignita, ut in Moſe, Elia &c. quandoque non. Quæſtio erat de gloria miraculorum, Ianſenius reſpondet de *lumine prophetico*, quæ duo diſtingui etiam apud Pontificios norunt infimi ſubſellii tyrones, qui modo 15. notas Eccleſiæ ſecundum calculum [a] Bellarmini in digitis numerare didicerunt. Et definitio *miraculi*, ac requiſita ejus apud Scholaſticos Ianſenium redarguunt. De ratione miraculi, (inquit Richardus in lib. 4. diſtinctione decima ſeptima, articulo quarto, quæſtione nona, pag. 112.) proprie accepti tria ſunt. *Vnum eſt, quod fiat per activam potentiam ſupernaturalis agentis &c. Aliud eſt, quod in materia non ſit aliqua diſpoſitio, niſi ſolum potentia puræ obedientiæ &c. Tertium, ut ſit præter modum conſuetum &c. & propter iſta tria dicitur quod miraculum eſt opus arduum præter curſum naturæ & inſolutum.* Ita ut tria in eo mira inveniantur ex parte agentis, ex parte formæ introductæ in materiam, ex parte modi cauſandi effectum.

Ad tertiæ Exceptionis primum membrum, ubi dicit *pleroſque eorum non indiguiſſe miraculis, quia Iohannes Baptiſta, Helcias, Eſdras, Nehemias nullis miraculis indigebant, habebant enim ordinariam legis Veteris vocationem tanquam ſacerdotes de ſemine Aaron.*

Reſp. I. Hic Saturnina fame correptus proprias exceptiones devorat. Et hoc eſt quod volumus applicari noſtris, non indiguiſſe primos reformatores miraculis, quia erant ordinarii ſacerdotes, ut jam probatum; ſicuti illi non indigebant, quamvis contra ordinarios & ordinarium corruptionis curſum reformationem urgerent. O vim Veritatis! ſtat ergo noſtra aſſertio cum probatione ejus confirmata à Ianſenio.

II. Hoſeam, Obadiam, Micham, Ioſiam (quos ſacerdotes fuiſſe non conſtat) cum omittis, manet vis argumenti mei, & exceptio ſeipſam elidit. Si enim de uno conſtet modo, jam confutata eſt falſa hypotheſis. Idem de Hiskia & Ioſaphato ſtatuendum, quibus exceptio iſta minime convenit, & quos reformatores etjam objecimus.

Ad ſecundum, *quia nullus eorum quidquam in doctrina veteris legis, ſed tantum in moribus reformavit: Vos autem non mores tantum totamque diſciplinam Eccleſiæ: ſed etiam doctrinam funditus evertiſtis.*

Reſp. I. Inſtituta concluſio erat, Reformatores indiguiſſe miraculis, fiat argumentum in forma.

Omnes qui eccleſiæ doctrinam funditus evertunt, indigent miraculis. Sed primi reformatores hoc faciunt. Ergo.

Non eſt iſte paralogiſmus: ſed corybantiaſmus. Cui bono exhiberent miracula? an ut falſam doctrinam confirment? an ut falſitatem in veritatem transforment? an ut vos certi de falſitate doctrinæ noſtræ eam tamen amplectamini ad conſpectum miraculi? Deinde in argumento hoc dum ponis, Minorem tuam, circumvolas ignem, à quo maxime abhorres. Vide ne aliquando in eum incidas, hoc eſt, in ipſum doctrinæ controverſæ examen.

II. Tibi ipſi ſtrenuè contradicis & diſtinctiones tuas omnes evertis, cum ex Reformatorum falſa doctrina & abuſu miniſterii illegitimam vocationem eorum concludis. Redi quæſo ad te ipſum & repete ex Capite 37. *Teſtimonia doctrinæ & miſsionis differre, & diverſis cardinibus pendere doctrinæ veritatem & miſsionis authoritatem. Ex quo fit, ut uſurpator miniſterii vera docere poſsit & legitimus miniſter falſa: Ille inſtitutum à Deo ordinem ſervare, hic turbare. Legitima quippe miſsio doctrinam præcedere*

a Bellarmin. de notis Eccleſ. cap. 14. 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

dere non ſequi, vel ex ejus veritate æſtimari debet. Confer cap. 19. & 27.

III. Quod tantum in moribus reformaſſe eos dicis, nimis prodis & oſcitantiam tuam in lectione Scripturæ, & audaciam quidvis pro re nata aſſerendi. Hoc enim præſupponit in moribus tantum & non in publico cultu fuiſſe deformationem, contra 2. Reg. 16. 11. 12. &c. Vbi Vſiam, ex præſcripto Idololatrici regis Achazi, altare Damaſceno ſimile erexit, ſuper eo obtulit, & altare Domini loco movit. Et Ezechielis 16. verſ. 15. 16. 17. &c. *Iuda dicitur feciſſe ſibi excelſa hinc inde conſuta, & fornicata eſſe ſuper eis ſicut non eſt factum, neque futurum eſt, & immolaſſe filios & filias ſuas &c.* In quibus religionis pollutionibus ſacerdotes ordinarios, coadjutores aut anteceſſores fuiſſe, exſerte teſtatur Scriptura, Jerem. 8. verſ. 1. 2. & 10. verſ. 21. & 20. verſ. 21. & 2. verſ. 8. & 3. verſ. 8. 9. 10. & 6. verſ. 13. 14. 15. 16. Hoſeæ 4. verſ. 6. 9. & 5. verſ. 1. 2. Eſaiæ 66. verſ. 10. &c. Hæc omnia non mores, ſed religionis ſenſum & cultum tangunt.

IV. *Nullum eorum quidquam in doctrina veteris legis reformaſſe*, hoc eſt, legem Dei expurgaſſe à ſuperſtitioſo, Idololatrico, aut quocunque falſo cultu, pari temeritate affirmas. Ergo dum parat viam Domini, dum vertit corda, dum præparat Domino populum inſtructum Baptiſta, ſilentio præteriit deformationes cultus, quos tum graſſantes Chriſtus tam ſeverè perſtringit, Matthæi 15. verſ. 9. *Fruſtra me colunt docentes doctrinas, mandata hominum.* Vanum iſtum & ſuperſtitioſum cultum aut emendavit Baptiſta, aut non: ſi emendavit jam confunditur aſſertio tua: ſi non, quomodo ille fuit præco pœnitentiæ, qui graviſſima peccata & quidem in primoribus populi (unde omnis corruptio in populum derivatur) intacta reliquit. Erraſſe autem ordinarios ſacerdotes circa cultum Dei, probatur inde, quod Chriſtus vocet eos *cœcos cœcorum duces*, & plebs ipſorum comparetur *ovibus, quæ paſtorem non habent*, Marc. 6. verſ. 34. & taxet eorum doctrinas & traditiones, Matth. 15. à verſ. 1. uſque ad 22. & cap. 16. verſ. 12. & Marc. cap. 7. à verſu primo uſque 24.

Ad tertium membrum 3. Except. *Tertiò, quia nullus iſtorum ordinarium ſynagogæ miniſterium ſuſtulit, & ſe in locum ejus intruſit, ſed quidquid fecit probante & conſentiente ordinaria Sacerdotii authoritate fecit, &c. Vos autem renitente & reclamante totius miniſterii ordinarii authoritate &c. cœlum terramque miſcuiſtis.*

Reſp. I. Miniſterium nemo ſuſtulit, ſed corruptionem miniſterii; ſic & noſtri Reformatores, de quo ſupra; hactenus ergo nulla differentia.

II. Monſtroſum illud paradoxum: *Quicquid fecit* (hoc eſt in Moribus reformavit) *probante, &c.* Ex qua Africa profectum? An ordinarii illi Sacerdotes (quorum vitia & hypocriſis deſcripta habetur Matth. 3. & Matth. 15. & 21. verſu 45. & 23.) probarunt Baptiſtæ reformationem? Cur ergo ſervator noſter exprobrat illis Matth. 11. verſ. 16. 17. 18. & Iohannis 5. 33. 35. quod Baptiſtæ reformationi locum non dederint? An Hoſeæ reformationem probabat ordinarii Sacerdotii authoritas; tunc cum nomine Dei populum incitaret, & clamaret, & inſurgeret in illos? cap. 2. verſ. 1. *Dicite fratribus veſtris, ô popule mi, & ſororibus veſtris, ô miſericordiam conſecuta; Contendite cum matre veſtra, contendite, & cætera.* An conteſtationem & comminationem iſtam cap. 4. ex commiſſione ordinariorum inſtituit? Sic Ieremias ſcilicet probante ordinaria ſacerdotii authoritate opere ſuo defunctus eſt, Ierem. cap. 2. verſ. 8.

* pag. 166.

cum 5. verſ.31.& 8.verſ.8.9. & cap.18.v.18. *Nam non eſt peritura lex à ſacerdote, conſilium à ſapiente, & verbum à propheta: agite percutiamus eum propter iſtam linguam, & ne attendamus ad ulla verba ejus.* & cap.20. verſ.1.2.3.4.5.& 22. verſ.1.2.3.11.33.34. & cap.26.verſ.8. 11. ubi Ieremiam Reformaturum prehendunt ſacerdotes & morti adjudicant.

III. Non eſt ſacrilegium, ſi quis reclamante ordinario miniſterio veritatem prædicet & Reformationem urgeat; alioquin Chriſtus & Apoſtoli fuiſſent ſacrilegi. Quod ſi [a] mendicantes poſſunt prædicare, quamvis contradicente Epiſcopo, ex ſpeciali ſcilicet privilegio Pii V. & quidem contra ſtatuta Concilii Tridentini; quid ni Reformatores veritatem potuerint prædicare, quamvis reclamante Epiſcopo aut Epiſcopis ſuis ex ſpeciali ſcilicet mandato Domini ſui: *Clama in gutture & ne ceſſes.* Agnita enim veritate Euangelii & deprehenſis erroribus non debebant *acquieſcere carni & ſanguini, neque venire* Romam *ad anteceſſores ſuos*, neque quærere ut hominibus placerent, ſi enim *adhuc hominibus placuiſſent, utique Chriſti ſervi non fuiſſent.*

Ad quartum membrum 3. Except. *Quartò iſti illimitatam à Deo authoritatem in Synogoga acceperant, ſive ordinariam, ſive extraordinariam divinitus vel prophetia, vel miraculis, ut diximus confirmatam. Lutherus & Zvvinglius quamvis ordinariam ſine controverſia accepiſſent, ea quam maxime particularis fuit. Quis enim eis, &c.*

Reſp. I. Quos per *iſtos* intelligas non ſatis video. Si omnes illos à me & te nominatos, jam vide quo authore, ſacerdoti *Helciæ* & regi *Ioſiæ* talem poteſtatem tribuas ſive miraculis, ſive prophetia confirmatam. Neque enim hic veriſimilibus aut levibus conjecturis in *fundatiſſima hac quæſtione* (ut tu loqueris) innitendum. Sin vero aliquibus tantum, jam exceptio non tollit argumentum meum; unicum enim exemplum ejuſmodi ſi manet, elenchum facit hypotheſeos tuæ.

II. Illud de confirmatione authoritatis vel per prophetiam, vel per miracula, gratis dicitur. Prophetia enim non eſt miraculum, & pleriſque eorum miraculis opus non fuit, ut tu eadem hac pagina loqueris. Eſt itaque hic contradictio, & petitio principii.

III. De univerſali & illimitata Lutheri aut Zvvinglii authoritate in omnes & ſupra omnes Eccleſias, jam dixi ſuprà eſſe ſomnium tuum, ex intenta imaginatione idoli Romani enatum, non abſimile illi Clenardi veſtri [b], qui per ſomnium Mahumetem viderat. Ita & tu credo, Lutherum Papam vidiſti, quia nullam Eccleſiam, nullum miniſterium, nullum Euangelii præconem cogitare ſoles niſi *Papæ-formem*, aut Papali quaſi radice τὸ πᾶν, i. univerſum hoc Eccleſiæ continentem.

Tertia Exceptio; contra illud quod injecerā de prodigiis mendacibus, & perverſam atque importunam illam miraculorum poſtulationem, quam Scriptura & Patres à me citati reprehendunt. Primò, *Prodigia vera poſtulari à novis Reformatoribus, non verò illa de quibus Ianſenius audivit, etiam ſcriptis noſtris legit, ut colloquia cum diabolo de Reformanda miſſa, frequentes cum Satana conventus, Admonitiones Spirituum, quos neſcirent utrum atri eſſent an candidi, ſtigmata in corpore portata, mortuos denique ex vivis factos.*

Reſp. I. manet tamen quod ego ex Deut. 13. verſ. 1. Ierem. 23.31.32. 2. Theſſal. 2.9. & Chryſoſtomo, Auguſtino, Theophylacto monui; poſſe ſubeſſe & frequenter nimium ſubeſſe falſum ac deceptionem iſtis ſignis ac prodigiis, item adhibita illa eſſe falſæ doctrinæ confirmandæ. Itaque non eſſe ſecurè & infallibiliter ſtandum ſolis.

a Immanuel Sa in voce *prædicare*. b Refert Clenard. in Epiſtol. c Cap. 39. p. 168.169.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

lis ſignis illis, poſthabito doctrinæ examine; nedum ut illa via credendi & probandi ſit plana. Duplex enim examen illo in caſu nobis incumbit, & ſigni, & doctrinæ cujus eſt ſignum. Immo neceſſariò examen ſigni doctrinæ examen includit ac præſupponit, non vice verſa. Eſt enim in ſigno inveſtigandum tum *materiale*, hoc eſt, ipſum factum mirabile, tum *formale*, hoc eſt relatio iſtius facti ad veritatis divinæ confirmationem. In utroque multiplex fallacia contingere poteſt. Eſt ergo planior & expeditior via & dimidiam partem laboris tollit, ſi quis immediatè ad doctrinæ ſeu fidei examen ſe conferet; quo defunctus alterum illud examen tuto aut omittere poteſt, aut à poſteriori prima conſequentia authoritatem ſignorum elidere, quia fiant ab hæretico quidquid ſit de facto aut qualitate. Quomodo cum Doctoribus ſuis definit Thyræus de dæmoniac. p. 3. c. 40. *Non poſſe hæreticos dæmonia ejicere.* Et [a] Delrio totum illud quod in Anglia à Regibus fieri dicunt, in curatione ſtrumarum, unico & generali illo ictu proſternit. *Quod Elizabethæ non dantur miracula, quia eſt extra Eccleſiam Catholicam*; probatur, *quia eſt extra Eccleſiam Romanam.* Deinde, *non poſſunt miracula fieri ad confirmationem falſæ fidei, ſed fides Elizabethæ eſt falſa, Ergo*, &c.[b] Sic contra curationem illam diſputat, Quamvis factum ejuſque circumſtantias & qualitatem ipſe ignoret, aut non magis negare poſſit quam in regibus Galliæ, quibus tale quid ibidem tribuit & defendit p. 27. Et cujus apologiam nuper peculiari tractatu ſuſcepit [c] Cl. Andr. Laurentius, medicus regius; ut & δυνάμεως Anglicanæ Gul. Tookerus titulo: *chariſma ſive donum ſanationis*, quem loco cit. exagitat Delrio, à prætenſis miraculis, & factorum luce ad doctrinæ veritatem provocans.

II. Ardorem mirabiliarium reſtinguere deberent, tot impoſturæ, fraudes, mendacia; quibus miſeri Papiſtæ in pœnam iſtius ardoris & contemptus verbi divini hactenus deluſi ſunt, & quidem ab anteceſſoribus ſuis. Quod tot miraculorum mythologiæ & legendæ, & cenſuræ doctiorum in eas ſatis oſtendunt. Audiant tandem illud Eſaiæ 8. 19. 20. *Et cum dixerint ad vos: Quærite ad pythones & ad ſciolos garrientes & ſuſurrantes: Nonne populus ad Deum ſuum requiret? pro vivis ad mortuos? ad legem & ad conteſtationem, ſi non dicturi ſunt juxta verbũ hoc quod non ei aurora.* & Lucæ 16. 29. 30. 31. *Ait illi Abraham: habent Moyſen & Prophetas, audiant illos. Is autem dixit: Non pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos pœnitebunt. Ait autem illi: Si Moyſen & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.* & 2. Theſſal. 2. 9. 10. 11. 12. *Cujus* (ſcilicet Antichriſti hominis peccati) *eſt adventus ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis & prodigiis mendacii; & in omni deceptione in pereuntibus, eo quod charitatem veritatis non receperunt ut ſalvi fierent. Et propter hoc mittet illos Deus operationem impoſturæ ut credant mendacio, ut judicentur omnes non credentes veritati, ſed beneplacitum habentes in injuſtitia.* Nullibi proclivior & frequentior eſt deceptio quàm in miris & prodigiis, nuſquam majus periculum à Planis & Preſtigiatoribus diaboli Proxenetis, etiam mediatè ab ipſo diabolo, qui hic imprimis ſe transformat in angelum lucis. Ita ut difficili & vix expedibili inquiſitione hic fideles onerentur, an verè quid acciderit, an verò homines finxerint, ſi quid acciderit; an veræ ſint res, an vero præſtigia & Phantaſmata. Si ſint veræ res, an illæ productæ ſint non concurrente cauſa naturali. Et rurſum quod ad faciendi modum, an productæ ſint in inſtanti, an vero tempore breviſſimo. De

[a] Diſq. Magic. lib. 1, c. 3. qu. 4. [b] Et Botereus comment. lib. 1. p. 13. attribuens vim ſanandi regibus Galliæ, putat eam jam deſiiſſe in regibus Angliæ (quia ſcilicet non ſunt Papiſtæ.) Commentator Sanctionis pragmaticæ in proem. fol. 1. verſo de δυνάμει Regum Galliæ: *Nam ſicut jure hæreditario ſuccedit filius Patri in adeptione regni, &c. ſic quaſi hæreditario jure ſuccedit alter alteri in ſimili poteſtate hujuſmodi miraculum faciendi, habilitate accedente.* [c] Andr. Laurentii tractatus gallice exſtat excuſus cum Anatom. ejus in fol.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

diaboli illuſionibus, ſupra ſatis dictum eſt cap.10. Hominum, miracula aut revelationes fingentium, impoſturæ non raro deprehenſæ & punitæ ſunt. Exempla Dominicanorum Bernenſium, Franciſcanorum Aurelianenſium, Hiſpanicæ Magdalenæ de la Cruz & Mariæ cujuſdam, &c. non repeto. Occurrunt etiam nonnulla in Arreſtis Curiæ Pariſienſis: Adde recens illud Martinæ Boſſeriæ Dæmoniacæ, de quo Cardinalis Oſſatus[a]: Quid ſuperiori tempore actum, teſtetur Lyran. in Daniel. 14. *Et ſimiliter aliquando in Eccleſia fit maxima deceptio populi in miraculis factis à ſacerdotibus vel eis adhærentibus, propter lucrum temporale. Et talia ſunt extirpanda à bonis prælatis, &c.* Et Gerſon epiſtol. ad Vincent. *Miracula hujus temporis ſuſpecta ſunt, niſi facta prius diligenti examinatione, &c.* Alexander Hales in Summ. Theolog. part. 4. quæſt. 11. membr. 2. artic. 4. ſect. 3. fatetur eveniſſe illa nonnunquam *humana procuratione vel forte diabolica operatione.* Hiſtoricorum imprudentia, impudentia, mendacia & ſtulta ejuſmodi ſigna narrantium notata eſt ab Eraſmo, Ludovico Vive, Claudio Eſpencæo (quem eo nomine ſuſpectum & à ſpe Cardinalatus ſubmotum refert Thuanus) & Melchiore Cano libr. 11. cap. 6. pag. 653. *Novellæ revelationes jam paſſim non pro Eccleſiæ neceſſitate, ſed pro hominum affectu expromuntur: adeo ut in conceptionis cauſa utrunque, ſi ſuperis placet, revelationes vel contrariæ proferantur, &c. Eccleſiæ igitur Chriſti hi vehementer incommodant, qui res Divorum præclare geſtas non ſe putant egregie expoſituros, niſi eas fictis & revelationibus & miraculis adornarint. Qua in re nec ſanctæ virgini, nec Chriſto Domino hominum impudentia pepercit: quin quod in aliis divis factitavit, idem quoq; in Matris & Chriſti ſcribenda hiſtoria faceret, & pro humani ingenii levitate multa vana & ridicula fingeret,* &c. p. 657. *Certe hoc ego pro meipſo & animi mei ſenſu ac dolore pronuncio, magna Eccleſiæ calamitate atque pernicie id ſolum in libris vulgandis præcaveri ne erroribus fidei adverſis aſperſi ſint, ne ſint moribus exitiales non item. Nec de fabulis iſtis potiſſimum excrucior, quas modò dixi, quamvis ineruditis, & nihil omnino conferentibus, non dico ad bene b[..]teque vivendum, ſed ne ad recte quidem de rebus humanis ſentiendum. Quid enim conferant meræ ac vanæ nugæ ab hominibus ocioſis fictæ, à corruptis ingeniis verſatæ? Sed acerbiſſimus eſt dolor, & vix omninò conſolabilis, quod dum quidam, utinam tam prudenter quam ferventer incommodum hoc rejicere ac devitare cupiunt, non pro fabulis veras & graves hiſtorias edunt, id quod eſſet plebi utiliſſimum, ſed libros myſteriorum Eccleſiæ plenos, à quibus arcendi profani erant: id quod eſt, mea quidem ſententia, peſtilentiſſimum, eò verò magis, quo vulgus eos libellos ſecurius legit, quia probatos videt, non modo à civili magiſtratu, verùm etiam ab iis, qui doctrinæ cenſores ſunt in Chriſti Repub. diffiniti, &c. Quanquam negare non poſſumus viros aliquando graviſſimos in divorum præſertim prodigiis deſcribendis, ſparſos rumores & excepiſſe, & ſcriptis etiam ad poſteros retuliſſe. Qua in re ut mihi quidem videtur, aut nimium illi ſibi, aut fidelium certè vulgo indulſerunt: quod vulgus ſentiebant non tantum, ea facile miracula credere, ſed impenſe etiam flagitare. Itaque ſigna nonnulla & prodigia, ſancti quoque memoriæ prodiderunt, non quo ea libenter credidiſſent, ſed ne deeſſe fidelium votis viderentur. Id vero eo magis ſibi licere exiſtimarunt, quod intellexerũt auctoribus nobiliſſimis placuiſſe, veram hiſtoriæ legem eſſe, ea ſcribere, quæ vulgo vera haberentur. Nec ego hic libri illius auctorem excuſo, qui ſpeculum exemplorum inſcribitur: nec hiſtoriæ etiam ejus, quæ Legenda aurea nominatur. In illo enim miraculorum monſtra ſæpius quam vera miracula legas: hanc homo ſcripſit ferrei oris, plumbei cordis, animi certè parum ſeveri & prudentis, &c. Quæ ego eadem de Beda atque Gregorio jure fortaſſe ac vere dicere poſſum. Quorum ille in hiſtoria Anglorum, hic in dialogis quædam miracula ſcribunt vulgo jactata & credita, quæ hujus præſertim ſeculi Ariſtarchi incerta eſſe cenſebunt. Equidem hiſtorias illas probarem magis, ſi earum auctores juxta præfinitam normam, ſeveritati curam in eligendo majorem*

adjun-

[a] Lib. 6. epiſtol. 211.

adjunxiſſent, &c. de Vincentio Valvacen & Divo Antonio liberius judico, quorum uterque non tam dedit operam ut res veras certaſque deſcriberet: quam ne nihilomnino præteriret, quod ſcriptum in ſchedulis quibuſlibet reperiretur. Ita ad hiſtoriam unamquanque exiſtimandam momentoque ſuo ponderandam non artificum ſtatera, ſed ne populari quidem trutina uſi ſunt. Quamobrem boni licet ac minime fallaces viri, quia tamen nec auctores eos, à quibus ſuos exſcripſere libros, diligenter examinarunt, nec res juſtis libratas ponderibus memoriæ prodiderunt, apud criticos graves atque ſeveros auctoritate carent, &c.

III. Saltem in tali caſu ad legem & teſtimonium recurrendum eſt Pontificiis, quando circa eandem doctrinam utriuſque partis defenſores miracula, ſigna, apparitiones, revelationes ſuorum quique ſanctorum, (quos omnes tamen in deorum numerum retulit Eccleſia Romana per Pontifices.) Quod in quæſtione illa de conceptione Mariæ virginis accidiſſe prolixè exponit Delrio. l. 4. c. 1. qu. 3. ſect. 4. Quo Ariadneo miraculorum filo ex labyrintho illo prorepent miſeri errones, quos hactenus principia nulla fidei reducere & unire potuerunt; nec diciſio Papæ reducere poterit aut audebit niſi ſanctos ſuos, canonizationem ſuam, miracula & ſigna ſanctorum alterutrius partis, atque adeo cultum religioſum ab Eccleſia hactenus de fide & mandato apoſtolico ſanctis illis exhibitum condemnare velit. Non ſunt ergo miracula aut tutiſſima, aut ſacra illa anchora quę in fluctuationibus ejuſmodi firmare nos poſſit; Quia donum diſcretionis ut revelationum, ſic & miraculorum nunc ordinario non datur, & notæ diſcretionis infallibiles à Pontificiis nullæ indicantur, nulla ab ipſis certa fide adhuc receptæ. Hic ergo κριτήριον nullum aut incertum eſt, ſaltem nullum facilius Scripturâ: At in examine doctrinarum κριτήριον certum eſt & eſſe debet illud quod noſtro & ipſorum judicio eſt principium fidei infallibile, ſacra ſcilicet Scriptura. Hæc enim bona eſt conſequentia, *habet pro ſe Chriſti Euangelium, ergo veritatem* Ioann. 8. v. 31. *Dicebat ergo Ieſus iis Iudæis qui crediderant ipſi, ſi vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis & cognoſcetis veritatem, &c.* Et 2. epiſt. Ioann. verſ. 8. *Quiſquis tranſgreditur nec permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet: qui manet in doctrina Chriſti hic & Patrē & Filium habet.* Sed hæc conſequentia non valet: *Facit miraculum, Ergo fides ejus eſt vera,* quod ipſi adverſarii exſertè fatentur. Maldonatus[a], Delrio[b], A Coſta, Andradius, Baptiſta Mantuanus, Andradii & Mantuani verba quædam adſcribam tantum[c]: *Falſa,* inquit Andradius, *ſunt hæc plerumque infirma etiam ſemper Eccleſiæ veræ judicia.* Mantuanus, cum Gerardo Bononienſi & Paulo Peruſino defendit, *non eſſe probatu poſſibile per miracula Chriſti eum fuiſſe Deum & Meſſiam.* Addit: *Et quoniam ſcimus mira quædam à Deo, à ſpiritibus etiam malis æquè ac bonis, & à natura quoque fieri poſſe & cum fiunt à quo potiſſimum fiant ſemper ambiguum, concludimus Miraculum fallax eſſe ſignum, quemadmodum & color in urina, & in vultu obſcuritas: utpote quæ à pluribus cauſis provenire ſolent, & à quibus pro veniant raro compertum. Hoc igitur dixi non ut noſtra infirmem, &c. ſed ne ſimul cum noſtris aliena confirmem, quibus eſt cum noſtris commune miraculum. Tenemus etiam Antichriſtum dogmatum ſuorum impietatem miraculis roboraturum, &c. quo innuitur poſſe & miraculis, licet non veris, ſed quoad nos veritatem præ ſe ferentibus, aſtrui falſitatem.* Hinc à Coſta prudēter & conformiter Scripturæ ac Patribus concludit, *Vltima Eccleſia plus Scripturæ, quam miraculis nititur, quia etiam audacter dixerim, miracula omnia vana eſſe & inania, niſi Scriptura approbentur, hoc eſt, doctrinam habeant Scripturæ conformem. Scriptura verò ipſa per ſe firmiſſimum veritatis argumentum eſt.*

IV. Mi-

[a] In Matth. 7. [b] Diſq. lib. 2. q. 7. [c] De noviſſ. temp. lib. 2. c. 19. de ſeſſ. concil. Trident. lib. 2. fol. 44. lib. 3. de patientia cap. 9.

IV. Miracula etiam fiunt in Eccleſia falſa, & inter Ethnicos, ab impiis, à Magis, à pſeudo-prophetis & uſurpatoribus, idque ope diaboli: nam cum miracula quæ dicuntur, quod ad faciendi modum, fiant vel in inſtanti, vel repente & tempore quaſi imperceptibili, poſterius illud fieri poteſt à diabolo; & quamvis propriè non ſit miraculum, ſed tantum mirabile; tamen quia difficulter poteſt diſtingui à miraculo prioris generis, fit ut ſæpe mirabile habeatur pro miraculo, & vice verſa. Ergo illa per ſe non poſſunt eſſe infallibile judicium divinæ miſſionis, aut veræ Eccleſiæ & ſucceſſionis. Antecedens probatur ex Matth. 24. v. 24. *ſurgent autem pſeudo-Chriſti & pſeudo-prophetæ & edent ſigna magna & prodigia, ut etiam, ſi poſſibile eſſet, electos ſeducerent.* Adde Matth. 7. verſ. 22. 2. Theſſal. 2. verſ. 9. miracula faciebant Magi Ægyptii, Exod. 7. Et ſpeciem eſſe Magiæ quæ miraculis operatur, ait Tertullian. lib. de Idolat. Et Iudæi exorciſtæ diabolos ejiciebant, cujus exemplum refert Ioſeph. antiquitat. Iudaic. lib. 8. cap. 2. Apud Philoſtratum habes miracula Apollonii Thyanæi. Etiam miracula fiunt ad ſepulchrum Muhammedis. Ethnicorum miracula vide apud Sueton. in Veſpaſiano c. 7. & Valerium Maxim. lib. 1. c. 8. Auguſtin. de civit. Dei, lib. 10. c. 16. Thomam in quæſt. diſput. de mirac. art. 5. Mantuan. de Patientia lib. 3. c. 9. Hæretici facile & frequenter illa faciebant primis Eccleſiæ ſeculis, Tertullianus de præſcript. cap. 44. & lib. 3. adv. Marcionem c. 3. Hieronym. commentar. in Gal. 3. Chryſoſt. Op. imperf. in Matth. homil. 49. Concil. Laodicen. can. 9. & ad eum Balſamon. Et Scholaſtici diſtinguunt inter miracula vera & falſa. Et hæc definiunt, quod ordinentur ad deceptionem & ſubverſionem videntium, licet res illæ veræ res ſint quæ videntur; vide diſtinctionem inter falſa & vera miracula apud Biel, Bruliferum, reliquoſque ſententiarios in lib. 2. diſtinct. 7. & 8. Pelbartum in Roſarii lib. 2. dict. *Dæmones*, & Viguer. Inſtit. c. 9. 2. p. 98. ubi mendax miraculum facit triplex, Vel quia deficit à vera ratione facti, vel à vera ratione miraculi, vel à debito fine. Et Maldonatum alioſque ipſorum commentatores in Matth. 7. 22. 23.

V. Miracula non ſunt neceſſaria & perpetua in Eccleſia; Itaque quavis occaſione à Dei miniſtris poſtulari non debent, ut iis vel vocationis, vel doctrinæ, vel vitæ, vel particularis cauſæ controverſæ bonitatem probent. Probatur antecedens, ex ipſa adverſariorum confeſſione, qua docent, ordinario non dari donum miraculorum, & paucis hodie illud dari, ut ex Biel & Delrio oſtendimus. Cum Eccleſia Dei eſſet in Ægypto ante præfecturam Moſis, & in captivitate Babylonica, quæ tum fuit gloria miraculorum? Immo cum tempore Ioſiæ poſt tantum lethargum & deformationem denuo repertus eſſet liber legis, an Deus miraculis τὸ γνήσιον libri iſtius comprobavit? In Eccleſia ultima non ita communiter ea fieri aut exſpectanda eſſe, ut in Eccleſia primitiva docet Chryſoſtomus Homil. 24. in Iohan. *Cur non & hodie fiant miracula? Si tu fidelis es, ut par eſt te eſſe; & Chriſtum amas, ut amare debes, miraculis non indiges* (οὐ χρείαν ἔχεις σημείων) *nam hæc infidelibus dantur.* Et in Pſal. 142. *Quando notitia Dei nondum erat diffuſa, miracula fiebant; nunc ea docendi forma amplius non eſt opus.* Idem lib. 4. de ſacerdotio: *Virtutis ſignorum ne veſtigium quidem relictum eſt.* Et in Matth. homil. 33. τὰ σημεῖα ἔπαυσεν ὁ θεὸς, id eſt, *ſigna ceſſare fecit Deus.* Auguſtinus lib. 3. de bapiſm. c. donat. cap. 16. & ſermon. 18. in Euang. ſecundum Mattheum, ubi rationem reddit cur jam non fierent miracula ſicut olim. Eucherius Lugdunenſis in verba Euangelii Matth. 18. verſ. 1. *Nobis ſigna & miracula nunc neceſſaria non ſunt, quibus ea, quæ facta ſunt, ſolummodo legere & audire ſufficit. Credimus enim Euangelio, credimus &*

Scripturis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Scripturis iſta narrantibus. Gerſon p. 2. ſerm. de quatuor domibus, dom. poſt Pent. 9. *Si ætas noſtra fidei & moris inops habeat miracula, incredulitatis noſtræ ſigna ſunt, & damnationis (niſi melioremur) indicia.*

VI. Miracula aliquando nocent; & prodeſt ſæpe ea nõ exhiberi aut poſtulari. Quia qui miraculis, revelationibus & ſignis curioſe attendunt aut inhærent, nec ſine iis revelato verbo Dei credere volunt; occaſionem nimis latam præbent diabolo ipſorum curioſitati illudendi. Exempla ſuppeditant Legendæ & hiſtoriæ ſanctorũ Papiſticorum. Gabriel Biel [a]: *Si aliquando miracula fiunt hominibus etiam ad ea confluentibus: adjutoria aut ſanitates præſtantur. Non hæc virtute imaginum, ſed virtute Dei, miniſterio bonorum angelorum ad interceſſiones ſanctorum contingunt. Vel etiam nonnunquam operatione Dæmonum ad fallendum inordinatos cultores Deo permittente, exigente talium infidelitate.* Mart. Delrio [b] fuſe exponit quæ & quanta mirabilia ope diaboli patrari queant. Vbi & gnoriſmata ſuppeditat, quibus ea tum à rebus naturalibus, tum à veris miraculis diſcernantur. Sed nec ſibi nec aliis ſatisfacit, dum neceſſariis probabiles hypotheſes, & præſumptiones ſeu ſuſpiciones certis probationibus admiſcet. Hinc Deus præcepit populo ſuo non doctrinam ex miraculis, ſed miracula ex doctrina probare. Deuter. 13. verſ. 1.2.3. *Cum ſurrexerit in medio tui Propheta; vel ſomnians ſomnium, & dederit tibi ſignum vel portentum: Et venerit ſignum & portentum, quod locutus eſt tibi dicẽdo: Eamus poſt Deos alienos quos non noſti, & ſerviamus eis: non audies verba Prophetæ illius, vel ſomniantis ſomnium illud, quia tentat Dominus Deus veſter vos, ut ſciat an diligatis Dominum Deum veſtrum in toto corde veſtro & in tota anima veſtra.* Et Chriſtus ardorem illum ac curioſitatem reprehendit Ioan. 4. verſ. 48. & 1. Cor. 1. 22. Matth. 12. 38. *Tunc reſponderunt quidam è Scribis ac Pharizæis, dicentes: Præceptor, velimus ex te ſignum videre. Ipſe verò reſpondens dixit eis, Gens mala & adulterina ſignum requirit, ſed ſignum non dabitur ei niſi ſignum illud Ionæ Prophetæ, ſicut enim fuit Ionas,* &c. Et ſic Viguerius [c]. *Et in hoc poterunt cognoſcere electi falſitatem prodigiorum & ſignorum Antichriſti & præcurſorum ac complicum ejus; ac cavere ab eis: quia facient ſua ſigna ad confirmationem falſitatis contra veritatem fidei, & ad inducendum ad malum.*

VII. [d] Miracula proximè fidem non operantur, tanquam ejus proprium principium, ſed fidelibus tantummodo tanquam ſigilla extraordinaria confirmant Hebr. 2. verſ. 3. & 4. Et infideles, nec principium nec doctorem agnoſcentes, tantum remotè tanquam motivum diſponunt ad fidem, ſuadendo ut doctori aures præbeant, aut doctrinæ principium illud agnoſcant. Itaque in tali caſu non ſunt propriè pro fidelibus, ſed pro infidelibus, quomodo Apoſtolus de ſigno linguarum 1. Corinth. 14. verſ. 22. *Linguæ igitur ſunt ſignum, non iis qui credunt, ſed infidelibus: Prophetia vero non infidelibus ſed credentibus.* Vbi per ſignum intelligunt, *miraculum, prodigium ad fidem movens,* Gloſſa interlinearis, Titelmannus, Anſelmus, Carthuſianus, cujus hæc verba: *Non propter neceſſitatem vel converſionem credentium qui ſciunt omnia Deum poſſe, nec indigent tali miraculo. Infidelibus vero neceſſaria fuit novitas hujus miraculi,* ut vel ſic admonerentur converti ad Dominum. Primaſius: *oſtenditur creſcente fide ſigna ceſſare, quæ propter infideles ſunt data, &c. Major ergo & utilior eſt prophetia quæ fidelibus prodeſt.* Quod Immanuel Sa & Corn. à Lapide explicant (*Primario & propriè* ſigna non eſſe pro fidelibus) accipimus: & ex loco citato concludimus, Chriſtianos prius & potius Prophetiam debere appetere quàm ſigna. Quia illa abſolutè neceſſaria ad fi-

Oo dem

[a] Expoſit. can. miſſ. lect. 49. [b] Diſquiſ. Magic. lib. 2. qu. 5. 6. 7. 8. [c] Inſtitut. cap. 9. 2. p. 98. [d] Toler. lib. 4. c. 1 *Inter omnes autem aſſenſus ille ſolus fides eſt, quo credimus revelata eſſe vera, quia Deus dicit.* Vbi inter aſſenſus alios etiam expreſſe numerat illum, qui eſt ex confirmatione per miracula.

dem & ſimpliciter prior ac notior, Eſt enim fides ex auditu, auditus ex verbo Dei, Rom. 10. v. 17. cum 2. Petri cap. 1. v. 19. *Habemus firmiorem Propheticum ſermonem, cui attendentes bene facitis.* Et 1. Petr. 1. verſ. 23. & cap. 2. verſ. 1. 2. & 1. Corinth. 1. v. 21.

Pontificii qui Chriſtiani & fideles, & idem principium fidei, ſacram Scripturam ſcilicet (ex qua ſola ipſorum abuſus arguimus) nobiſcum agnoſcentes audiunt, quo jure principio illo & probationibus ex eo poſthabitis, miracula flagitant? Si quis Iudæus ex Veteri Teſtamento, imo etiam ex novo ad hominem arguendo (ut autor *Niſſachon*) aut Mahumetiſta ex eadem Scriptura (quod [a] Busbequius ſibi accidiſſe refert) ſimili methodo, aut Græcus aliquis ex Scriptura, Conciliis, Patribus (quæ omnia Pontificii recipiunt) fidem Chriſtianam aut formulam Romanam erroris argueret, an Pontificii hoc tantum reponerent: *Vbi ſunt miracula tua, quibus probes poteſtatem tibi conceſſam, oppugnandi & reformandi antiquiſsimam fidem, fundatiſsimam Eccleſiam?* Certe non video ullos qui hactenus cum iſtis pro fide Chriſtiana aut Eccleſia Romana congreſſi ſunt, talem inſaniam inſaniiſſe. Vide acta concilii Lugdunenſis & Florentini & Poſſevini Ieſuitæ reſponſum ad objectiones Magni ducis Moſchorum, & Methodum agendi cum Græcis, Bibliothec. ſelect. tom. 1. libr. 6. cap. 24. 25. &c. Cur vero magis à nobis, quam à Græcis poſtulant miracula, cum illi æquè ac nos Romanam Eccleſiam apoſtaſiæ accuſent, & ab ejus obedientia ſe ſubduxerint (ut quidem Pontificii credunt) & noſtri ac Græcorum fere eadem ſit ratio, ut ex Caſſandro jam annotavimus.

Simus nos hæretici, Arriani, Neſtoriani, & illis omnibus pejores, quorũ hæreſes paſſim nobis impingit, an poſtulatione miraculorũ cauſam noſtram oppugnabit, Scripturas & rationes prolatas confutabit? Scil. ſic factitabat Auguſtinus, ſic Athanaſius, ſic Patres alii, qui hæreticis formidabiles exſtiterunt.

VIII. Dic ſemel & conſta tibi, ut teipſum intelligas, quid noſtris miraculis confirmari velis; *Doctrinam, an miniſterium, an vocationem ſeu miſsionem ad miniſterium.* Si doctrinam, illa non eſt nova aut diverſa ab antiqua, & primitiva, ſed plane eadem: Non erat aliud Euangelium aut novi juris (ut tu cum Paciano loqueris pag. 161.) ſed antiquum, quod jam non miraculis: ſed ex ipſa Euangelii collatione, ex principiis fidei aut noſtris, aut veſtris, aut utriſq; probandum. Atqui hanc moleſtiam perpetuo refugis. Si miniſterium, atqui illud nec objective ſeu in ſe & forma ſua, novum erat, ut Præsbyterium, Epiſcopatus, Præpoſitura, &c. nec ſubjective, hoc eſt, prout erat in Luthero, Zvvinglio, Iuſto Iona, Crammero, Hermanno Archiepiſcopo Colonienſi, &c. Præsbyteriũ enim, Epiſcopatus, Præpoſitura, &c. erat in illis ut in aliis, & prout partim divino, partim humano & Canonico jure debebat eſſe. *Si vocationem* ad miniſterium, *ſeu uſurpati miniſterii ſacrilegium miraculis purgari vis*, ut quidem hoc capite 39. p. 169. te explicas; Iam ſæpe reſponſum eſt, vocationem illorum fuiſſe ordinariam; non vero extraordinariam, fuiſſe particularem & limitatã ad ſuæ cujuſq; Eccleſiæ curam: ad quam miraculis illi non magis indigebant, quã ulli alii Sympresbyteri, aut Coëpiſcopi, qui ante ipſos aut cum ipſis tunc temporis ordinati ſunt. Deniq; ſi dicis mutationẽ illam, reformationem & emendationem doctrinæ ab illis in ſe & eccleſia ſua factam aut inchoandam, abſq; conſenſu ordinariorum, immo contra eorum ſenſum, miraculis fuiſſe fulciendam, quia nova, & inſolita erat in tanta tam univerſali & tam firmata corruptione; Iam vide quæſo quomodo ſolita vertigine tua ex vocatione & miniſterio in doctrinam ipſam & uſum aut abuſum miniſterii recidas: de quo poſterio-

[a] In legatione Turcica.

ri te non agere, & quod totocœlo à quæſtione illa priori de vocatione diſtare toties proteſtatus es, cap. 16. & 18. & 19. & 27. Ita nuſquam tibi conſtans tibi contradicis.

Deinde cogita quàm λίαν μέγα αἴτημα, hoc eſt, quam *magnū* illud ſit *poſtulatum* tuum non ſumendum, ſed ſolide probandum; de non inchoanda aut ſuſcipienda ab ordinario Eccleſiæ Miniſtro, 1. converſione ab erroribus, emendatione doctrinæ & vitæ in melius, 2. revocatione errantis proximi, meliori cura Eccleſiæ & miniſterii ſui, in tali corruptionis & corruptorum caſu, niſi miraculorū lumen præcedat aut comitetur, ut ex ſignis illis, tum irreformabili Clero reclamanti, tum Eccleſiæ infallibiliter conſtaret, in vita aut doctrina, aut utraq; fuiſſe deformationē, & veram ac ſalutarem eſſe monitionē Reformatoris, ex mente ſcil. Scripturę Luc. 16. 31. *Si Moſen & Prophetas non audiunt, ne ſi quidē quiſpiam ex mortuis reſurgat, perſuadebuntur.* Si quidem hæc portenta edit & colit Lovanium, non eſt quod amplius Ægyptus aut Africa in proverbiū eat. Hæc portentiloquia defende Ianſeni, & facies Elenchum. Nam ſtulta iſta ſomnia & mendacia tua de authoritate extraordinaria, hoc eſt, ut jam ſæpe explicaſti, *de ſubverſione totius ordinarii miniſterii* (à Chriſto ſcilicet inſtituti) *deq; præfectura generali in Eccleſias omnes, quam Lutherus ſcilicet aut Zvvinglius* uſurpavit, & ad quam ab Eccleſia Romana evocationem & miſſionem eos accepiſſe ego defendere dicor, non refutanda amplius, ſed tribus anticyris expurganda.

IX. Quod noſtrorum miracula & ſigna quædam ſubjicit, facit fide Romana, & pio quodam mendacio; ad quæ mox in probationum refutatione aliquid dicemus.

Secundò excipit, *Teſtimonia illa à me allata ad rem non facere, niſi ut à falſis prodigiis & mendacibus ſignis, eorumq; authoribus ſibi caveant: ſed illa non ſunt quæ à nobis poſtulat.*

Reſp. I. Tantum ergo ad rem faciunt, quantū illa dicta Patrum à te ſatis frequenter allegata, quibus illi à falſis ſcripturæ interpretationibus, & detorſionibus à ψευδωνύμω σοφίᾳ, i. *à falſo-dicta ſapientia*, & Theologia cavendū ſuadent, quaſi vero non & nos ipſi longe vehementius quam Papiſtæ, iſta improbemus, ut tecum parodicè loquar.

II. Nos itidem in probatione ſpirituum & examine doctrinarum, talis ſcil. Scripturæ interpretationes, talem Theologiam argumentativam à vobis non poſtulamus, nec viciſſim vobis offerimus, ſed veram, genuinam, ac minime fucatam.

III. In genere hoc probant allegata mea, poſſe aliquem prætenſis ſignis & miraculis falli, non minus quam propoſitis Scripturæ interpretationibus aut Theologicis probationibus. Itaque & in illis poſtulandis & admittendis non minorem curam ac ſolicitudinem adhibendam, quam in iſtis, quandoquidē utrobiq; periculum præcipitii adeſt.

Tertiò excipit.[a] *Vera miracula falſitatis arguere, & omnia ut ſuſpecta propter falſa repudiare, neq; difficile, neq; ſatis eſt. Eadem calumnia, & Moyſi à Magis, & Chriſto à Pharizæis impacta fuit. Nec tamen idcirco doctrinam ac miſſionē ſuam extraordinariam veracib. ſignis aſſerere deſtiterunt, &c. Non propter adulterinos nummos, etiam legitimi reprobandi. Nec propter adulteratas aut ſimulatas Principum literas, etiam vera diplomata, &c. Nec quia impoſtores etiā proferunt rationes & Scripturas veriſimiles, veræ Scripturæ & rationes ablegandæ ſunt.*

Reſp. Optime & opportune, mi Ianſeni, dum tibi contradicis, ſimul ac ſemel radicitus excîdis totum illud quod hactenus prætendiſti, quominus doctrinę examē ex Scripturis oblatū admittere, aut offerentes audire quiſquā ſive ex Sacerdotio, ſive ex populo deberet, aut cum fructu quodam tale examē inſtitui poſſet. Hinc eſt, quod omnes ambagib. illis, & *Scripturarū tenebris* (hoc elogio eas ornas p. 99.) omiſſis ad facilē, planā, expeditam & certam explorandi viam, per factorum lucē pro virili compuleris, ut ſcil.

[a] Pag. 169.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

per compendium duplicis interrogatiunculæ, *Tu quis es? unde veniſti?* Et *ubi ſunt miracula tua?* ancipiti & diuturno illo certamine defungi queant.

II. Ecce hic jam gladium Goliath, qui optimus ſane eſt: cui ſimilem habes cap. 11. pag. 77. *Abuſus irregularium, non præjudicat uſui regularium:* quo omnes illæ objectæ difficultates præſcinduntur, quas habet pag. 137. *Neque quidquam prorſus juvat cavillatio, quod ſe corruptelas ejuſdem Eccleſiæ reformare venditent. Omnium hæreticorum iſta vox fuit;* Nam quidquid pro veris miraculis, idem pro veris interpretamentis dici poteſt.

III. Quod ſi Pontificiorum miracula omnia ſuſpecta nobis eſſent, utique non eſſet mirum aut ἄτοπον, juxta apophthegma Ariſtotelis[a], qui rogatus, quid lucrifacerent mendaces, reſpondit: *Vt vera loquentibus non credatur.* Mendacia eorum in fingendis miraculis proprii ipſorum prophetæ ſupra cit. deprehenderunt.

IV. Miracula & revelationes extraordinarias extra fraudis ſuſpicionem collocare vix poſſunt ipſi adverſarii, *tum* quia donum illud nunc ita non conferri cenſent, *tum* quia nullus ordo, nullus homo tam ſanctus, etiam Canonizatus, quem voluntaria malitia, aut propria opinione, aut aliena deceptione, aut diabolica illuſione[b] hic falsũ & fallentem non deprehendunt, *tum* denique quia nullum ipſis eſt κριτήριον, quo diabolicas & falſas à veris revelationibus diſcernant. Confer quæ ſupra cap. 10. & infra cap. 18. dicimus. Poſtremò, quia omnia ſingularibus Perſonis per Spiritum S. revelata *opinione humana credunt, non fide,* ut docet Toletus[c].

Quarto excipit, *Quod nos conſcii extremæ noſtræ inopiæ, ſive miſſionis ſive probationis, paſſim divinæ omnipotentiæ miracula velut ſatanæ ludibria apud imperitos carpimus.*

Reſp. I. Fallacia eſt non cauſæ ut cauſæ. Nulla hic eſt inopia vocationis aut probationis, quæ tale quid ſuadear. Quã luculenta & quam obvia ſint vocationis ordinariæ primorum Reformatorũ documenta; Ianſenius rerum noſtrarum ignarus, proculdubio jam videt, quamvis oculis dolentibus.

II. Falſum eſt nos divinæ omnipotentiæ miracula carpere. Sed Satanæ aut hominũ ludibria quæ deprehendimus, pro divinis miraculis habere non poſſumus. Vos ipſi nobis teſtes, ſæpiſſimè ut divina miracula adorari etiam à peritioribus, quæ poſtea penitius inſpecta ad ſatanæ aut Impoſtorũ officinam relegantur. Præter Theologiam Mythologicam tot Legendis & infelicibus ſcriptis *ſimplici illo* ævo (ut loquitur Lipſius) à tenebrionibus ex. gr. [d] *Petro Venerabili, Metaphraſte, ſpeculo exemplorum, Cæſario* depictã, cogita tantum recentia illa hujus & ſuperioris ſæculi exempla, Mariæ Abbatiſſæ ad viſitationem Magdalenæ de la Cruz, Franciſcanorum Aurelianenſium, & illuſtre illud Dominicanorum Bernenſium, quod inter alios tam ſtudioſe (ut faſtum Platonis alio faſtu Diogenes) exagitarunt Surius Carthuſianus[e] & Ieſuita Delrio[f], Pompaticã & recentem Lipſii farraginem de miraculis Divæ Hallenſis & Aſpricollenſis vide excuſſam doctiſſima Anonymi diſſertatione de Idolo Hallenſi, & alia Georgii Thomſoni, de Idolo Aſpricollenſi. Cenſuras Pontificiorum in ſuos miraculorum ſcriptores jam ſupra indicavimus & lib. 3. ſect. 1. cap. 7.

III. Omnes noſtræ exceptiones adverſus poſtulata aut prætenſa miracula nihil aliud dicunt, quam quod Scripturæ citatæ & Patres cum Scholaſticis nobis præformarunt. Tertullianus adverſus Marc. l. 3. ca. 3. *Chriſtus temerariam ſignorum & virtutum fidem oſtendit, ut etiam inter Pſeudo-Chriſtos facillimam.* Auguſtinus lib. 83. quæſtionum qu. 79.

Quædam

[a] Vide Ariſtot. & Demoſthen ab Andr. Schotto dig. pag. 168. [b] Vide Delrio diſq. lib. 2. & 4. [c] Lib. 4. cap. 1. [d] Auctores illi paſſim adhuc citantur & commendantur à pontificiis commentatoribus & concionatoribus. [e] In commentar. ad annum 1509. [f] In diſquiſ. Magic. lib. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Quædam miracula etiam ſcelerati homines faciunt, qualia ſancti facere non poſſunt; nec tamen potiore loco apud Deum eſſe arbitrandi ſunt. Idem contra lit. Petil. lib. 2. cap. 55. *Nam de excluſione Dæmonum & de potentia miraculorum, quoniam plerique talia non faciunt, & tamen ad regnum Dei pertinent, plerique autem faciunt & non pertinent* nec veſtri, nec noſtri debent gloriari. Tertullian. de præſcript. cap. 44. *Adjicient præterea multa de authoritate cujuſque doctoris hæretici, illos maximè doctrinæ ſuæ fidem confirmaſſe, mortuos ſuſcitaſſe, debiles reſirmaſſe, futura ſignificaſſe, &c. quaſi nec hoc ſcriptum ſit, venturos multos, qui etiam virtutes maximas ederent ad fallaciam muniendam corruptæ prædicationis.* Gregorius Magnus [a], ſuper illa verba: *Super ægros manus imponent, &c.* Nunquid *non fratres mei, quia iſta ſigna non facitis, minime creditis? Sed hæc neceſſaria in exordio Eccleſiæ fuerunt. Vt enim ad fidem creſceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbuſta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quouſq; ea jam in terra coaluiſſe videamus, & ſi ſemel radicem fixerint irrigatio ceſſabit. Hinc eſt enim quod Paulus dicit, Linguæ in ſignũ ſunt non fidelibus, &c.* ſimilia fere habet A Coſta. Auguſtinus lib. priore in ſermonem Domini de Monte: *Illud ad rem maxime pertinet, ne decipiamur tendentes ad contemplationem veritatis, non ſolum nomine Chriſti per eos qui nomen habent & facta non habent; ſed etiam quibuſdam factis atque miraculis, qualia propter infideles cum fecerit Dominus, monuit tamen ne talibus decipiamur, arbitrantes ibi eſſe inviſibilẽ ſapientiam, ubi miraculum viſibile viderimus.* Addit ibid. *Sed fortaſſe quis dicat non poſſe iniquos viſibilia illa miracula facere, & mentiri potius illos credat, qui dicturi ſunt, in nomine tuo prophetavimus & Dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus.* Legat ergo quanta fecerint reſiſtentes famulo Dei Moyſi Magi Ægyptiorum.

Quarta Exceptio eſt, contra dictum Gregorii Magni. Primò, [b] *Quod eo abuſus ſum: Illum enim loqui de miraculis pietatis & charitatis quæ fideles in Eccleſia conſtituti amare & ſectari debeant, quia ſecuriora & majore retributione digna; nos autem agere de illis, qui Eccleſiæ doctrinam ac fidẽ, qua Deo credimus & fideles ſumus, totumque ordinarium miniſterium à fundamentis evertũt.* Secundò. *Ideo me loco citato non uſũ eſſe.*

Ad primum Reſp. I. Nihil aliud volo quam quod tu ex mente Gregorii exponis: Quandoquidem nec Pagani, nec Iudæi, nec Saraceni, ſed *fideles & Chriſtiani* erant Wittebergenſes, Tigurini, Angli, Dani, Sueci, &c. *in Eccleſia conſtituti*, rectè feciſſe quod Euangelii veritati illuceſcenti, etiam abſq; miraculis, non repugnarint, neque ad lucis illius conſpectũ, Miracula miracula, exclamarint, ne invenirentur θεομαχȣ̃ντες, id eſt, cum Deo pugnare, & ex eorum numero qui ad ſui in receptis erroribus obfirmationem ſigna & prodigia quærebant, 1. Corinth. 1. v. 22. Ioan. 4. v. 48. Matth. 12. verſ. 38.

II. Falſum eſt, Eccleſiæ doctrinam ac fidem, qua Deo credimus & fideles ſumus à fundamentis ſubverſam à noſtris. Probatum hoc, non aſſertum aut per amplificationem injectum oportebat: ſed tibi hic evenit, quod cani è Nilo bibenti, aut hydrophobia laboranti. Si 50. propoſitos articulos, aut aliquos ex iis attingere non audes, profer tu ergo aliquos, qui ſunt de eſſentia fidei & de neceſſitate ſalutis, in quib. tale nefas à nobis commiſſum probes. Actori enim incumbit probatio. *Qua deficiente, abſolvitur reus,* ut tu tibi canis p. 22. & 25.

III. Ordinarium miniſterium à noſtris ſubverſum, etiam abſque probatione jam aliquoties aſſeruiſti. Qua deficiente, iterum abſolvitur reus, & tu calumnia tenêris. Nec miniſterium ſubverſum tantum nego, quod ſufficit; ſed & ipſos miniſtros. Poteſt enim eſſe & fuit talis reformatio, abſque

[a] Homil. 25. in Euang. [b] Cap. 36. pag. 158. 159.

mutatione aut migratione miniſtrantium. Quinam ordinarii miniſtri ſubverſi Witebergæ, in Civitate & ditione Tigurina & Bernenſi, in Anglia, in Dania, in Suecia? Dic aliquid Ianſeni. Alibi ſi ventres aut factioſi aliqui, ſæpe propter Politicas rationes à poteſtate ſæculari, aut ex legitima Eccleſiæ diſciplina remoti, & Epiſcopatus eorum in digniores tranſlatus eſt, non tamen miniſterium à fundamentis ſubverſum magis, quam Politiam evertunt Principes aut Magiſtratus, qui inertes aut infidos officiarios poteſtate ſua ſpoliant, & melioribus ſive verè, ſive ipſorum opinione eam conferunt; quale exemplum Eſaiæ 22. in Schebna domus præfecto occurrit. Et Theatrum exemplorum nuper fuit Gallia, Germania, Hiſpania. Hoc eſt ſtabilire & honorare Cathedram & miniſterium, cum ejectis abutentibus modo legitimo in eam mittuntur illi, qui illa in ſalutem populi rectè utantur. Salus enim populi hic ſuprema lex eſto. Cum Papæ Epiſcopos & Clericos regni alicujus aut regnorum, aut etiam maximæ partis Romani Fori, in caſu ſciſmatum aut factionum, Salmoneo quaſi fulmine antehac deturbatum ibant; non dices, credo, ordinarium miniſterium eos à fundamentis evertiſſe.

Ad Secundum Reſp. I. Dictum illud Gregorii non opus erat indicato loco citare, quod tam pervulgatum & obvium apud veſtros noram, & à Ribadinera applicatum ad Ignatium fundatorem novæ & Chriſtianiſmo inauditæ Ieſuitarum ſectæ; ne ſcilicet quis in illo miracula deſideret. Ego nihil dico, quam *Gregorium velle ut iis inſiſtamus*. Non eſſe petenda miracula à Reformatoribus ex Gregorio non probo, ſed exemplis & rationibus quæ ſequuntur.

II. Ianſenius quoties non citat authores, non dico cum amplificat, ſed cum ex profeſſo hæreſes & crimina noſtris aut aliis impingit? Cur non citat ubi legerit illud, de noſtrorum atro an albo ſpiritu, de frequentibus cum Satana conventibus, de ſtigmatis in corpore portatis, de mortuis ex vivis factis, pag. 168. De reformatione Zvvinglii canonici Conſtantienſis, pag. 118. De Luthero nobis hæretico multis nominibus, pag. 126. De miniſtris Gallis opera miniſterii in militem Plæſſeum transferentibus, in epiſt. dedicat. De Iudæis in Thalmude librum Iob è canone expungentibus; & Luthero non credente omnia ita geſta ut narrantur in libro Iob, pag. 60. De Lutheri, Brentii, & Chemnicii dubitatione circa epiſtolam ad Hebræos & apocalypſin, pag. 59. De Waldenſium hæreſibus ex Centuriatorum Magdeburgenſium relatione, pag. 244. De ſingulari certamine Riveti cum Ieſuita Bayllio, pag. 254. deque ejuſdem fuga ex Gallia, in epiſt. dedic. De quibuſdam, qui Voetio & hæreticis Sabbatianis forte non abſimiles mutationem Sabbathi in diem Dominicam reductam eſſe deſiderant, pag. 327. De Iudæis Ieſum noſtrum ab aliis abjecto nomine *Chriſti* diſtinguentibus, pag. 406. De appellatione Gomariſtarum per totum orbem ubi factio noſtra innotuit, p. 414. De Calvini & ſectatorum miraculis, pag. 108. Hæc & ſimilia cum aut apertè negari, aut in dubium trahi à nobis ignorare non debuit, quo concilio à citatione abſtinuit? Alia non tango quæ extra controverſiam poſita, aut in quibus fides & eruditio ſcriptoris non laborat.

III. Loco Gregorii homil. 29. in Euangelia non abutor; te ipſo enim explicante *docet ibi Gregorius fideles in Eccleſia conſtitutos quæ miracula amare & ſectari debeant, nempe charitatis & pietatis*. Hoc totum eſt quod ego dixi; aliud nihil volui, ut verba mea manifeſte oſtendunt. Doce tu modo cum Gregorio fideles tuos Sylvæ-ducenſes & quoſcunque veſtros in Eccleſia conſtitutos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tos (ut quidem ſolos tales fideles eſſe vultis) & docebimus nos fideles noſtros in Eccleſia conſtitutos (quos noſtro judicio tales eſſe putamus) inſiſtere caritatis & veræ pietatis, hoc eſt, veræ converſionis & reſipiſcentiæ miraculis, non vero ſignis, quæ in primitiva Eccleſia fuiſſe, & quidem pro infidelibus, nunc non eſſe, neque etiam requiri in ultima Eccleſia pro fidelibus, ibidem inculcat Gregorius.

IV. Quod addit, *nos non agere de fidelibus, ſed de illis, qui Eccleſiæ fidem & doctrinam, &c. totumque ordinarium miniſterium à fundamentis evertunt: Vnde ſive extraordinariam, ſive ordinariam vocationem Luthero & Zvvinglio transſcriptam velis, miracula ipſis ad atteſtandam hominibus vocationem fuerunt neceſſaria, ut ea poſſent ſuſcipere, quæ in Chriſtiana religione ſuſceperunt:* multis modis delirum & ridiculum eſt. *Primò* enim nos agimus de fidelibus, & quidem Pontificiis Sylvæducenſibus (quos tu fideles appellas) an illi debeant petere & exſpectare à miniſtris Reformatis miracula ad vocationis & reformationis ſuæ probationem: & an ſine miraculis debeant veritatis ex ſcriptura demonſtrationem (quam prætendunt & offerunt miniſtri) ſine audientia tranſmittere; tu ais, nos negamus, hac ratione, quia veritate modò vocationis & reformationis probata (quod offerimus) ſufficiunt ordinaria caritatis & pietatis miracula; quibus inſiſtere nos jubet Gregorius. Aut ergo fideles ſunt Sylvæducenſes, aut extranei. Si fideles, debent veritatem Scripturis conſignatam, & conſequenter reformationem noſtram recipere, quæ eſt illa veritas, ut quidem præſupponimus probatum eſſe, & de novo probandum offerimus. Si extranei ſunt, Pagani ſcilicet, Mahumediſtæ, aut ſimiles divinitatem Scripturæ ignorantes, & miraculis eam comprobari petant, norunt adverſarii nobiſcum, quibus armis contra ipſos pugnandum ſit, & pugnent quotidie doctores ipſorum, qui donum miraculorum non habent. *Secundò*, miracula poteſtatis à Reformatoribus ut petant aut expectent fideles Sylvæducenſes, aut alii quicunque Pontificii, tu ſerio ſuadere non potes, niſi Deo, religioni, Eccleſiæ, tuis, noſtris, Chriſtianis, non-Chriſtianis, doctis pariter & indoctis adinſtar Luciani illudere libeat. Aut enim miracula illa te conſultore petent, ut rejiciant reformationem; aut petent, ut recipiant. Si ſolummodo petent, ut rejiciant & deteſtentur magis, jam tu ipſe miniſtris author non eſſes, ut miracula edant, ſiquidem ſine miraculis ſatis execrabiles ſunt pleriſque Sylvæducenſibus. Sin petent ut recipiant, qua conſcientia tale quid intenderent, & tu ipſis ſuaderes? Si enim illi (de quibus te agere dicis pag. 159.) *fidem qua fideles ſumus & totum fundamentale miniſterium funditus evertunt* (ut de nobis loqueris ibid. p. 159.) an fideles talium miracula amare & ſectari debent? an vocatione per miracula comprobata, doctrinam eorum amplecti? minime inquies. Explica ergo quæ neceſſitas ſit illis, de quibus te agere dicis ab una poſtulandi, ab altera parte exhibendi miracula? Quibus ſcripturis, qua Theologia delirium hoc tuum probas? Aut enim falſa, aut vera eſt doctrina reformationis. Si falſa eſt, jam fruſtra adhibentur miracula à Pſeudoprophetis; immo Deum tentant, & fidem ſuam ignominia afficiunt, qui falſitatem ſignis decorari petunt; quæ cum omnibus ſignis ſuis procul fugienda eſt. Sin vera eſt, jam ſufficiunt fidelibus in Eccleſia cõſtitutis, ſive noſtris, ſive veſtris miracula caritatis & pietatis ex mente Gregorii; & character infidelium eſt ſignis tum inſiſtere. *Quinto*, Repeto ergo, inſanire eos qui miracula & quidem maxima Reformatis neceſſaria eſſe clamant, ſive illi vocationem ordinariam, ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

extraordinariam habuerint; quibus tanquam divinæ miſſionis teſtimoniis probent, *licuiſſe ipſis fidem & miniſterium evertere, atque ea ſuſcipere, quæ nemo in veteri aut nova lege, ſive ordinarie ſive extraordinarie miſſus, tentavit*, ut Ianſenius delirat pag. 159. per totum. Talia miracula, nec principia, nec motiva, nec probationes, ſive neceſſariæ ſive probabiles, ſunt aut debent eſſe, neque ullo modo in tali caſu à nobis flagitari abſque graviſſimo peccato. Tantundem enim eſt, ac ſi quis ſciens Diabolum eſſe Diabolum, poſthabita Scriptura (contra exemplum Chriſti Matth. 4. verſ. 4. 7. 10.) ab illo divinæ miſſionis ſigna peteret, quibus probet licere ipſi fidem, pietatem, & ordinem à Deo conſtitutum ſubvertere.

VI. Tu Gregorio non leviter abuteris, ſicut Scriptura & Patribus ſemper ſoles. Ita enim exponis Gregorium quaſi comparatè tantum & certo reſpectu ſuadeat ſectari miracula pietatis, quia ſcilicet *ſecuriora ſint & majori retributione digna*. Cum tamen alias rationes aſſignet, quas ſubdole diſſimulas, quia Mirionibus & Miripetis veſtris obſunt. Sunt autem iſtæ: Quia *ſunt majora*, quippe *ſpiritalia & per quæ non corpora ſed animæ ſuſcitantur: Quia illis exterioribus ſignis obtineri vita non poteſt, nam oſtendunt aliquando ſanctitatem, non faciunt; hæc vero ſpiritalia, quæ aguntur in mente, virtutem vitæ non oſtendunt, ſed faciunt*: Quia *illa habere & mali poſſunt, iſtis autem perfrui niſi boni non poſſunt*, quod probat ex Matt. 7. verſ. 22. 23. Quia *exteriora ſigna neceſſaria in exordio Eccleſiæ fuerunt. Vt enim creſceret ad fidem multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbuſta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quouſque ea in terra jam coaluiſſe videamus, & ſi ſemel radicem fixerint irrigatio ceſſabit. Hinc eſt enim quod Paulus dicit: Linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus. Habemus de his ſignis & virtutibus quæ adhuc ſubtilius conſiderare debeamus.* Et refert ibi quotidianum miniſterium ac cultum, quæ analogicè & vicaria illorum erant miracula, dum priora illa, qualia primitivæ Eccleſiæ, non aderant. Manifeſtè ergo notam Eccleſiæ & fideliũ faciunt non externa poteſtatis, ſed interna pietatis miracula; hoc eſt, veram religionem, fidem, pietatem, quæ ſigna demonſtrari nolunt Pontificii, externis illis non *neceſſariis*, & minus *ſecuris*, & cum reprobis *communibus* inhiantes.

SECTIONIS SECVNDÆ
CAPVT XXIII.

Solvuntur rationes Ianſenii, quibus arguit miracula Reformatoribus fuiſſe neceſſaria.

PROBATIONES Hypotheſeos Ianſenii ſunt iſtæ.

Prima,[a] ex Deuteron. 18. v. 21. 22.

Reſp. I. Locus agit de Prophetis futura prædicentibus; tales noſtri Reformatores non ſunt, nec nos tales requirimus. Fuerunt miniſtri ordinarii. Applica ergo illis qui prophetias & revelationes jactant, & inter eos Eccleſiæ Romanæ, inter cujus notas numeratur lumen propheticũ à Bellarmino. Videatur Delrio lib. 4.

II. Non jubet attendere ad miracula prophetarum, ſed ad impletionem Prophetiæ. Quid hoc ad noſtros, qui vaticinati

a Pag. 161.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nati non ſunt, ſed antiquam & ordinariam Euangelii doctrinam prædicarunt.

[a] Secunda Probatio eſt ex Iohan. 5. & 15. argumentum tale eſto: Si Chriſtus *abſque miraculis, ſuæ affirmationi de miſsione ſua extraordinaria noluit credi*, Ergo nullus extraordinariæ miſſionis jactator qui ſoli ſuæ teſtificationi de ſeipſo credi vult, abſque miraculis audiendus eſt. Sed verum prius. Ergo.

Reſp. I. Concluſio nihil contra nos. Nos enim non prætendimus extraordinariam ſed ordinariam vocationem. Minime etjam volumus teſtificationi noſtræ de nobis ipſis credi; ſed probationi quam ex Scripturis proferimus. Non aliter ac Auguſtinus: *res cum re, ratio cum ratione*, Scriptura cum ſcriptura concertet. Papa eſt & ſedes Romana, quæ ſibi ſoli de ſuo primatu aliiſque fidei Romanæ myſteriis infallibiliter (etiam abſque Scripturis) definienti credi vult, illi ergo applica illud Tertulliani: *Nemo veniens ex ſua authoritate, ipſe eam ſibi ex propria affirmatione defendit*; non nobis, qui cum Marcione Novum Euangelium, alias Scripturas aut revelationes non jactamus.

II. Ad Minorem etiam notamus, *Primò*, Chriſtus non abſolute negat ſibi de ſe teſtificanti eſſe credendum; alioquin non dixiſſet Ioan. 8. 14. *Etſi ego teſtor de meipſo, verum eſt teſtimonium meum, quia ſcio unde veni & quo vado* & verſ. 16. *Et ſi judico ego; judicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego & Pater qui miſit me. Et in lege verò veſtra ſcriptum eſt, quia duorum &c. Ego ſum teſtificans de me ipſo, & teſtatur de me Pater qui miſit me.* Vbi aſſerit ſibi de ſe teſtificanti credendum eſſe, quia Dei filius erat Lumen de Lumine, Deus verus de Deo vero, ut verba illa *ſcio unde veni*, exponunt Chryſoſtom. Ammor. Leontius, Auguſtin. Beda, Theophylactus, Euthymius. Eſt enim hæc ratio formalis, ſub qua aſſenſus fidei amplectitur aliquam doctrinam, *quia Deus dicit*, ut ſupra ex Toleto annotavimus. Sed Chriſtus eſt Deus idem cum patre, Ergo, &c. Et ex principio verbi Dei infallibili generatur fides, & regenerantur fideles, 1. Petr. 1. 23. *Regeniti non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, per ſermonem Dei viventis, &c.* Non vero ex miraculis, niſi remote, diſpoſitive & occaſionaliter. Qui ergo ex ſolo verbo, tanquam proprio principio credunt, *beati ſunt* (ut illud Chriſti ad Thomam huc applicemus Iohann. 20.) peccant autem & tentant Deum qui abſque miraculis filio ipſius non credunt.

Deinde non dicit abſolute ſibi, hoc eſt, veritati ipſi & Sapientiæ Patris non eſſe credendum abſque miraculis, quaſi ſcilicet ille non peccaret infidelitate qui filii Dei miſſionem & doctrinam rejeciſſet, ubi miracula non comparerent, exſerte enim laudat eos qui verbo ſuo credebant, Iohan. 8. 31. 32. & 5. 24. contrà acriter reprehendit, qui non credebant, verſ. 42. 43. 44. 45. 46. 47. Quin & hoc mirabiliorum Cacoëthes redarguit, Ioh. 4. 48. *Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis*, cum 1. Cor. 1. 22. *Quandoquidem Iudæi ſignum petunt & Græci ſapientiam. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.* Et Iohan. 8. 24. *Si enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris.* Et Iohan. 15. 22. de quo mox. Et Matth. 12. v. 39. *Generatio mala & adulterina ſignũ quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ.* Sic debebant Chriſto credere Nazarethani, quamvis ſigna iſthic, ut alibi, non ederet, Luc. 4. 23. 24. 25. cum Matt. 13. 58. Ita ut nonniſi imperitiæ tuæ & oſcitantiæ ſit huc trahere Iohan. 15. v. 24. *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Hoc innuit Servator, excuſari eos in tantum, ſed non in totum q.d. tantum peccatum, ſive illud magnum peccatum (ut explicat gloſſa interlinearis) non haberent.

[a] Pag. 160. 161.

Quo enim major & uberior eſt convictio, & plura convictionis media, eo major contumacia & contemptus. Minimè ergo cogitandum eſt Chriſtum abſolute ab omni peccato liberare eos qui audita tantū verbi prædicatione, abſque miraculis increduli manſerant. [a] Imputat enim ipſis peccatum incredulitatis & contemptus quod ſe & Patrem contempſiſſent, v.22. *Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Ad quod poſt veteres & recentiores interpretes ſic commentatur Ieſuita Maldonatus: *Docuerat verſ. 22. nullam eos peccati habere excuſationem, quia docenti non crediderant: docet nunc multo minorem habere, quod non crediderint tot tantaq; in ipſorum oculis miracula facienti. Quomodo peccatum non eſſent habituri, ſi miracula non vidiſſent, illic expoſuimus.* Vnum hoc poſtulo à Ianſenio, ut ſi memoria non teneat tam obvias Euangelii hiſtorias, legere & relegere eas in poſterum non dedignetur, aut ex concordantiis ſaltem inquirat, ne amplius infantiam & temeritatem ſuam mulierculis & pueris noſtris deridendam propinet.

[b] Tertia probatio eſt, *ab exemplo Apoſtolorum & Prophetarum, Moſis, Michæ filii Iemla.*

Reſp. I. De Apoſtolis Inconſequens. Illorum vocatio erat extraordinaria & immediata, & miniſterium illimitatum ac univerſale; Reformatorum vocatio erat ordinaria & mediata; miniſterium particulare & limitatum. Apoſtoli etiam cultum à Deo ipſo inſtitutum uſque ad tempus correctionis, mutarunt meliori illa ſpe (quæ ante ipſos non apparuerat) introducta. In iſtis nihil convenit miniſterio Reformatorum cum apoſtolico. Sed in hoc adjuncto miniſterii conveniunt, quod utrique magnam contradictionem ab ordinariis paſſi, non deſtiterunt tamen ab errore ad veritatem & ſalutem revocare. Illi quidem teſtificatione ex verbo Dei, cum vaticiniis aut miraculis, propter extraordinaria jam dicta; hi verò abſque miraculis, quia eandem doctrinam apoſtolicam miraculis jam ſatis confirmatam, neque de novo coram ſingulis dubitantibus & contradicentibus confirmandam, tradiderunt. An vero ſit, ut diximus, doctrina talis, jam non ex miraculis, ſed probationibus Theologicis diſcernendum.

Ita Ianſenius iterum prophetans & Ianſenio contradicens perſpicua brevitate omnem hanc difficultatem evacuat: [c] *Per iſtam cum illa Eccleſia conjunctionem quidquid miraculorum ab ipſo Chriſto & Apoſtolis perpetratum fuit ad conciliandam ſibi ſuæ miſsionis authoritatem, hoc totum in ſuæ miſsionis teſtimonium cedit.* Applica jam analogicè ad noſtros Reformatores, & videbis non miraculis novis ipſis opus eſſe: ſed probatione tantum unionis & conjunctionis ſuæ cum Eccleſia Apoſtolica; quâ peractâ, miracula non requiruntur ex hypotheſi Ianſenii, abunde enim ſuppetunt ex illo fonte; & quâ deficiente miracula ſi adſint, nihil proderunt. Hoc ergo agendum.

II. A Prophetis illis ad Reformatores noſtros non valet conſequentia. Quia illi erant Prophetæ futura prædicentes; noſtri ordinarii miniſtri tantum, Euangelii doctrinam annuntiantes, quamvis inter errantes & contra torrentē errorum. Moſes præterea erat ille legiſlator & μεσίτης, id eſt, mediator, Gal. 3. per quem Deus legem & cultus inſtituti formam populo communicavit; etiam Princeps & Dux populi extraordinariò, in regno illo, contra regem ordinarium ſuſcitatus; unde Deus Aaronis, & Pharaonis dicitur, Exod. 7. 1. & 4. 16. & rex in Ieſchurūm, Deuteron. 33. 5. & Iſraelem politicè gubernavit; ejuſq; authoritatis præludium dedit in occiſione iſtius Ægyptii,

a Sic Auguſtin. & Beda ad loc. cit. & Bernard. epiſt. 77. b Cap. 13. pag. 82. 83. c Pag. 111.

Ægyptii, Exod. 2. v. 12. cum Act. 7. v. 24. 25. Sed nihil tale in noſtris reformatoribus. Videbis jam, quam profunde Scripturas meditatus ſis, & quam appoſite huc applicueris.

Quarta probatio.[a] *Ex Paciano in Epiſtol. contra Novatianos*, qui ab hæreticis Antagoniſtis ſuis requirit miracula.

Reſp. I. In ipſis illis Paciani verbis habes reſponſum: *Horum enim aliquid habere debuerat Novatus, ut Euangelium novi juris induceret.* Nullus Reformator Euangelium novi juris induxit, neque inducere ſe dixit. Alterutrum proba Ianſeni, alioquin abſolvitur reus, & accuſator in luto hæret: Sed hoc non facies, ſcio, ne Euangelii tabulæ ſint inſpiciendæ, ſine quo umbra nulla probationis à te adferri poteſt.

II. Papiſtas eſſe affines Novatianis, & cum illis Euangelium novi Iuris inducere, facile quis credet, qui modò dogmata eorum de hominis perfectione, de meritis operum, de ſupererogatoriis inſpexerit; Adeo ut non inſulsè nuper Rogerus in Anglia patrio Idiomate ſuper hoc libellum ediderit, titulo: *Quod Papiſta ſit Puritanus ſive Catharus.*

Quinta probatio.[b] *Res tam ardua, quam Reformatores ſuſceperunt, neceſſario requirit miracula. Non enim contenti ordinarium miniſterium erigere & corrigere, ut Prophetæ, funditus illud ſubverterunt, & novum miniſterium, quod à nemine niſi privata audacia ipſis traditum fuit, ut oſtendimus, inſtituere & propagare. Hoc autem nemo in veteri vel nova lege, ſive ordinarie ſive extraordinarie miſſus, tentavit.*

Reſp. I. Figmenta & ſomnia Ianſenii jam ſæpius exploſa. In ordinarii miniſterii poſſeſſionem ordinario titulo miſſos eſſe jam diximus, eoque recte & ex præſcripto Euangelii uſos, tunc cum à via erroris & impietatis converſi confirmarunt fratres ſuos caritativè quoſcunque, authoritativè tantum illos, qui ipſorum curæ erant commiſſi. Calumnias tuas quia ne probare quidem conatus es, nec conaberis ſat ſcio, flocci facimus. Itaque foro cedente actore abſolvitur reus.

II. Si nemo unquam Propheta aut Apoſtolus tale quid tentavit, quale noſtri Reformatores, jam fruſtra flagitas miracula Prophetarum & Apoſtolorum; quia quæcunque pro extraordinaria ejuſmodi miſſione exhiberent, *nihil ad rem iſtam facerent*, ut tu loqueris; neque miraculis illis fidem adhiberes, aut adhibendam nemo ſanus diceret. Si teipſum intelligis, Ianſeni, quandoquidem longe alterius generis miſſio eſt quàm prætendunt, & opus quod agunt noſtri Reformatores, aliis argumentis quam ſignis Propheticis & Apoſtolicis authoritas demonſtranda eſt. Quænam autem illa ſint præter *miracula*, quæ non ſufficiunt, & *Scripturas* quæ tibi tenebræ ſunt & naſus cereus, ex tripode tua aliquando nobis depromes. Nos iſtam theſin, ut ſcias, conſtanter tuebimur: *Veritatem Euangelii, & monita ſalutaria ab errantibus ad ſui emendationem recipienda, etiam cum abſque miraculis afferuntur.* Tu quæſo fac antitheſin & proba.

Sexta probatio.[c] *Si abſque miraculis divinæ miſſionis ſigillis reformatoribus credi debet, jam omnibus hæreticis & apoſtatis latiſſima porta aperitur miniſterium à Chriſto inſtitutum ſubvertendi, &c.*

Reſp. I. Tota argumentatio laborat falſa hypotheſi, præſupponitur enim vocationem noſtrorum eſſe extraordinariam & immediatam, qualis Pauli, Galat. 1. verſ. 1. Apoſtolorum, Moyſis, aliorumque Prophetarum; Sed ubi nos hoc de Reformatoribus diximus? Hic tibi hæret aqua. Divinitus excitatos fatemur & Heroico ſpiritu donatos, qui illo tem-

[a] Pag. 160. [b] Pag. 159. [c] Pag. 160.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

lo tempore, illa confuſione, ex tenebris ſuis emerſi tam arduum & periculoſum opus aggreſſi, unde nihil niſi *debita*, ut tu loqueris, *ſupplicia* illis exſpectanda. Tale quid ſi de martyribus, confeſſoribus, aliiſque eruditis & zeloſis veritatis propagatoribus quis affirmat, non utique eo ipſo miſſionem extraordinariam vel immediatam illis vendicat. Cum tu extraordinario zelo, Heroico impetu, & rara eloquentia in nos inſurgis, tacentibus ordinariis Sylvæ-Ducenſibus, an non divinitus excitatum te prædicare poſſint tui, niſi vocationem ordinariam detraherent?

II. Negatur conſequentia. Porta illa claudi & aperiri debet clavi ſcientiæ Scripturarum, non miraculis. Hoc enim conſilium ſuggerit Timotheo ſuo Apoſtolus: *Mali autem homines & ſeductores proficient in pejus, ſeducentes & ſeducti. Tu vero permane in iis quæ, &c. & quia à puero ſacras literas noſti, quæ poſſunt te ſapientem reddere ad ſalutem.* 2. Tim.3.13.14.15. Miracula directè & per ſe fidem non docent, aut eam fundant, quippe quæ nemo hactenus principium fidei fecit, in quæ illa reſolvatur; ſed tantum infideles præparatoriè diſponunt ut motivum, & fideles jam fide inſtructos magis confirmãt, ex ſuperabundanti, & quidem extraordinariè, non ut medium aut remedium ordinarium, qualia ſunt Sacramenta. In quocunque ergo caſu tutò ſemper recurritur ad unicum principium fidei & medium illud perpetuum atque ordinarium. Quidquid ergo jactent quicunque novi Prophetæ, Euangeliſtæ, &c. Habemus Moyſen & Prophetas, illos audiamus. Luc.16.29. *quotidie ſcripturas ſcrutemur:* [a] certi ſimus, [b] *an ita ſe habeant*, & an illi *nihil dicant extra eas*, aut *ſapiant ſupra id quod* ſcriptum eſt, *& aliud Euangelium* nobis annuncient. Sed Pontificii noſtri clavem illam ſcientiæ tollunt, quantum in ſe eſt, exemplo Pharizæorum Luc. 11. verſ.52. Contra oves Chriſti *vocem* Paſtoris ſui *cognoſcunt*, *alieni non cognoſcunt*, Iohann. 10.4.5.

III. Velim ſcire ex Ianſenio; utrum Miſſionis & operis reformatorum examen & probam à miraculis ſolis ſuſpendat; an vero etiam ab aliis documentis? Si etiam ab aliis, quænam illa ſint, & an parem certitudinem & evidentiam, an vero majorem aut minorem, hic præſtent. Si ſola miracula eſſe dicantur, aut ſi primæ partes illis tribuantur; tum ea ſi adeſſent aut adeſſe prætendantur, negotium confectum darent, aut non. Si prius, tum ipſo miraculi facto & modo omiſſo non eſſet provocandum ad finem miraculi, ſeu ad doctrinam ejus qui illud facere dicitur, ut à poſteriori quaſi miraculum illud falſum comprobetur, hoc enim eſſet à principali ad minus principale, à factorum luce ad Scripturæ tenebras, à notiori ad ignotius, à compendio ad ambages dilabi, ex mente Ianſenii ſcilicet. Quod tamen Pontificii faciunt, ut Delrio in diſquiſ. magicis jam cit. qui prætenſam illam regum in Anglia curationem forma & modo non differentem ab eâ quæ regibus Gallorum adſcribitur, hoc ſolo nomine rejicit; ut & miracula Albigenſium, ſacerdos ille apud Cæſarium; *qui ſciens vera ſigna cum falſa doctrina eſſe non poſſe, &c.* ut refert Delrio lib.6.c.2.ſect.3.qu.3. Tum etiam illum per miracula probandi modum tanquam maximè certum, expeditum & facilem adhibuiſſent primi & moderni Antagoniſtæ, aut ſaltem adhibere debuiſſent; & non alterum illum laborioſum, difficilem, pauciſſimis fidelibus frugiferum, Romanæ Eccleſiæ ſemper infelicem ex Scriptura & Patrum conſenſu. Fruſtra enim fit per plura, quod tutius poteſt fieri per pauciora. Niſi dicant, ſe probandi illa methodo uti ad hominem, & propter adverſarios tantum, aut propter populum & non ex ſuo ſenſu.

a Vide Iohann.5.39. b Actor.17.11 & 26.22. 1.Cor.4.6. Gal.1.8.9. Iohann.10.verſ.4.5.27.

ſenſu, quippe quo ipſis probè conſtet, illas probationes non tenere.

Si poſterius: tum ſcire volo, an ad ipſum doctrinæ examen pro qua & in cujus profeſſione editum fuit illud ſignum jam procedendum ſit, ut ritè inſtitutum negotium perficiatur. Quod ſi ſic, jam dico immediate & primo ſaltu id fieri potuiſſe minori moleſtia, & majori retributione; immo etjam debuiſſe ab eo, qui fidelis eſt, & in reformatorem antiquam & eandem fidem ex antiquo & communi principio prætendentem, inſurgit. Huc enim tandem quæcunque luſtra & latebras perreptes tali in caſu deveniendum eſt. Ita ut fidelibus non ſit compendium: ſed duplex moleſtia, cum duplici aut triplici inveſtigationis difficultate & aberrandi periculo conjuncta, quando à perpetua doctrina, quæ ſola eſſe & recipi poteſt, ad extraordinaria ſigna abducuntur, quæ ut ſola abſque doctrina eſſe non poſſunt, ita erroribus & fallaciis ſæpe plus quam doctrina, obnoxia ſunt, & ad quaſvis dubitationes non ita in promptu ſint, quia raro & paucis nunc datur donum miraculorum, & donum diſcernendi miracula & revelationes falſas à genuinis.

Si mirio aliquis, ut olim in judicio Dei, & purgatione illa ([a]quam vulgarē vocant) per aquam, per ignem, per ferrum candens, &c. contigit, aliquod ſignum edat; aut ſi humana fraude aut poteſtate diabolica prodigia ejuſmodi quis prætendat, ut Græculus ille Spartanus Romæ, de quo lib. I. ſect. 4, diximus, & Magdalena de la Cruz, & prædicatores Bernenſes; quid illo in caſu pontificiis, qui ſignis inhiant, faciendum? Dum fraudis & mendacii ſuſpicio nulla adeſt, an non credendum, ne inveniantur nobis ſimiles, qui poſtulatione aut exſpectatione ſignorum Deum noſtrum tentare non ſolemus, attendentes ſcilicet firmo illi prophetico ſermoni, 2. Petri I. & ideo vapulamus à Lipſio in diva Hallēſi & Ianſenio p. 169. 84? Quod ſi credunt miracula illa divina, & illud ipſum divinum, quod illis confirmatur; & tamē per Inquiſitores fidei, (quod factum in caſu monialis Magdalenæ de la Cruz, & Abbatiſſæ Mariæ) poſtea deprehendatur contrarium, an illa fides quæ fertur in falſitatem eſt divina & meritoria? An minus improbanda, quam eorum qui adultera Scripturæ interpretatione ſeducuntur?

Septima probatio.[b] *Quia Lutherus ipſe requiſivit miracula à Caroloſtadio novo Apoſtolo, eadem qua ipſe authoritate ebulliente.*

Reſp. I. Lutherus Caroloſtadio impingit, ut verba à te citata habent, quod prætenderet ſe *miſſum à Dei Spiritu*, non aliter *ac Apoſtoli*; & quod in ſui *miſſione Deus ordinariam viam* mutaſſet. Et ſi vera dicant ipſius adverſarii, videtur aliquando vertiginem aliquam paſſus, ad Anabaptiſticos Enthuſiaſmos declinaſſe, aut illis ſaltem aliquid tribuiſſe. Quidquid ſit de intermedia illa Eclipſi, ſaltem in conſtanti Euangelii profeſſione, quàm bene cœperat, ad extremum uſque ſpiritum perſtitit. Hoc præſuppoſito rectè ſanè Lutherus de ſignis & miraculis illi objecit; tali enim nodo talis cuneus conveniebat. Sed falſum eſt Lutherum eadē authoritate miſſum aut miſſionem ſuam talem agnoviſſe, qualem à Caroloſtadio prætendi credebat.

II. Ab aliis, à quibus diſſentiebat Lutherus, extraordinarias revelationes non jactantibus, ut ex. gr. Eraſmo, Zvvinglio, nulla ſigna petiit, ſed tantum probationes ex Scripturis.

Octava probatio. Quia noſtri conatu & praxi ſua neceſſitatem illam miraculorum agnoverunt.[c] *Calvino & ſectatoribus ejus miracula infeliciter ſolent cedere. Satis hujuſmodi au-*

 divimus,

[a] Vide de iis Delrio lib. 4. cap. 4. quæſt. 4. ſect. 3. Et Sirmondi notas ad capitula Caroli Calvi, pag. 73. [b] Pag. 160. [c] Pag. 108. & 168.

divimus, legimus in ſcriptis veſtris, &c.

Reſp. I. De ſtigmatis portatis (à Calvino ſcilicet) mendacium eſt, quod tu nullo idoneo teſte probabis.[a] Surius veſter in fabuloſa ſua hiſtoria aut rabida potius declamatione, cum *Calvinum ſuis coloribus depingit* (ut habet index) ſtigmatum non meminit, cum tamen nihil omittat mendaciorum, quibus virum illum Dei obruat. Scio mendacii tui extremam anchoram eſſe infamem Bolſecum, præterea neminem. Sed judicent, quicunque Politici, Iuriſconſulti, Canoniſtæ, Summiſtæ, an uno hoc teſte, hoſte Calvini & injuriæ ſuæ (quam à Calvino accepiſſe ſe putabat) vindice, homine æquè apud vos ac nos infami (quippe[b] triplici apoſtata à Clero, à monaſterio, & à veſtra noſtraque religione, ut alia prætercam) & annis demum aliquot poſt mortem in Calvinum latrante, tale judicium fieri poſſit de viro illo, qui vivus vitæ & morum ſeveritate adverſariis ſuis reverendus fuit, de quo nihil Genevæ, Argentinæ, Pariſiis, Novioduni in patria, Lugduni (ubi hæc geſta finguntur) flagitioſi aut ignominioſi aliquid auditum. Mirum certe Sadoletum in Epiſtola ad Geneveuſes, aut Theologos Scriptores Antagoniſtas Calvini (qui non pauci tunc erant) nihil tale illi objeciſſe.

Sed dato propter vitam impuram ſtigmate notatum Calvinum (quod tamen in æternum non probabitur coram ullis judicibus, modò hominem non exuerint) jam in Papatum veſtrum redundaret hæc ignominia. Veſtrum voluiſtis tum fuiſſe Calvinum, cum non tam inſolitum Clericis ac imprimis Italis ac Curialibus Romanis flagitium commiſiſſe dicitur. De Iulio III. & Cardinalino de Monte, deque Leone X. quid Roma ſenſerit vide apud Sledanum, & Iovium in vita Leonis X. Apud vos Sodomia irregularitatem non inducit, Navarrus in Manual. cap. 27. n. 249. pag. 805. Apud vos à veſtris ſcelus illud publicè edito poëmate Ioh. Caſæ poſt Epiſcopi Beneventani & Legati Papalis eſt decantatum, quod Hardingus Papiſta diffiteri non potuit in reſponſ. ad Iuellum cap. 2. d. 1. Quantus tamen nihilominus Italis ſuis Catholicis vir fuerit ille Caſa, collige ex encomiaſtica illa dedicatione[c] Petri Victorii, præmiſſa editioni Græ. Politicorum Ariſtot. 1552. Et quod deliberatum fuerit de promotione ejus ad Cardinalatum, Thuan. hiſtor. lib. 16. p. 642. 643. Horret animus referre, quæ ex hiſtoricis & authoribus veſtris referri poſſent. Videat lector Alvari Pelagii planctum, apud Rivetum in Cathol. orthodox. tom. 1. qu. 7. p. 369. Et Petri Damiani Gomorrhæum, apud Pleſſæum in Myſterio iniquitatis ad ann. 1056. pag. 524. Hæc ergo gloria fuiſſet religionis & Eccleſiæ noſtræ, quod tam flagitioſus peccator in ea dum viveret, ab omni crimine non tantum, ſed & ſuſpicione liber fuerit. Plura non addo, obteſtans lectorem, ut ſolidiſſimam hujus mẽdacii refutationẽ ex Orthodoxo Catholico Riveti petere dignetur. Eũ ſi inſpexerit modo Iāſenius, tacebit poſthac, & remorſu conſcientiæ ſuæ ſe caſtigatum ſentiet, niſi jam dedoluerit; quod Deus ab illo avertat.

II. De miraculis Calvini & ſectatorum, deque ſuſcitatione mortui, &c. tam inſulſum eſt mendacium, ut vel Diabolus cum ejuſmodi hiſtoricis de ſtupore expoſtulaturus ſit. *Nam dolus non dolus eſt niſi aſtu fiat*, in-

quit

[a] In Commentar. rerum in orbe geſtarum ad annum 1538.

[b] Apoſtaſia triplex à fide, à Clero, à monaſterio. Petr. de Palude lib. 4. diſt. 13. qu. 3. art. 3. Quales omnes jure Canonico habentur infames cauſ. 2. qu. 7. c. *alieni*, & c. 3. qu. 4. *ſiquis*. Et infames ad teſtimonium non admittuntur L. 3. §. pen. ff. de teſtib. & Bronchorſt. Centur. 2. aſſert. 95. Erat autem Bolſerus infamis & *facto*, & *jure*, tam *Canonico* quam *civili*.

[c] P. Victorius: *de plurimis ac maximis virtutibus tuis, &c. quæ ſuis viribus ſubnixæ per ſe ſatis claræ ſunt, atque magnificè per omnium ora vagantur, &c. te ipſum ſpecimen continentiæ gravitatiſque omnibus præbe, &c. Virtutes tuæ videbantur adhuc altiori gradu dignæ; ut probi viri non ſine cauſa ſæpe queſti ſint, tibi eum honorem delatum non eſſe, ad quem alii minoribus fortaſſe laudibus commendati, facile pervenerunt. Nec tamen Alexander Farneſius, &c. non magnopere pro te laboravit, &c. & hanc rem avo ſuo Pontifici Max. laudi datum iri intelligebat. Sed vincit ſæpe omnia omnium ſtultitia fortunæ iniquitas ac fatum ipſum, quod tibi ipſi non ſine damno ſummi ordinis nunc contigit, &c. cui ſplendoris aliquid decoriſque virtutibus tuis attuliſſes, &c.*

quit Comicus. Primus credo hoc mendacium ſi non excogitavit, ſaltem Canonicè formavit & in theatrum produxit infelix ille hiſtoricus Surius; ſed quo authore, quo teſte? *Hæc quidem,*[a] inquit, *de illo Calvino multaque alia ſparſit Fama, quæ jam feruntur Gallicè conſcripta, & Latinè converſa, olim in lucem proditura. Et hæc ita ſcripſi, quemadmodum à fide dignis accepi.* Primò adverte τὸ ἀκριβὲς hiſtoricum, quale ſcilicet præ ſe fert Herodianus in limine ſuæ hiſtoriæ, & graviſſimæ ſententiæ Authorum quas in Frontiſpicio hiſtoriæ ſuæ exſtare voluit Thuanus. *Fama malum, tam ficti provique tenax, &c.* norunt pueri. Magiſtri conſcientiæ ita decernunt: [b]*ſepeliens in loco ſacro quem ſcit eſſe hæreticum, eſt excommunicatus. Non ſcit autem qui ſola fama ſcit.* Nihil enim aliud illis eſt *fama*, quam *vox communis Majoris Partis viciniæ, ex probabili ſuſpicione orta.* In jure, [c] *inconſtans fama; improbiſque vel etiam ignotis autoribus exorta, nullam adjicit fidem quantumvis invulgata, quamvis conjecturam facit, quia ſæpe fallax eſt rumor.* Tertull. apologet. cap. 7. *Natura famæ omnibus nota eſt, &c. quæ ne tunc quidem cum aliquid veri adfert, ſine mendacii vitio eſt, &c. quid, quod ea illi conditio eſt, ut non, niſi cum mentitur, perſeveret. Et tamdiu vivit, quamdiu non probat, &c. Fama nomen incerti, locum non habet ubi certum eſt. An vero Famæ quis credat niſi inconſideratus? quia ſapiens non credit incerto. Omnium eſt æſtimare quantacunq; illa ambitione diffuſa ſit, quantacunque aſſeveratione cōſtructa, &c. Merito igitur Fama tamdiu conſcia ſola eſt ſcelerum Chriſtianorum. Hanc indicem adverſus nos profertis, quæ quod aliquando jactavit, tantoque ſpatio in opinionem corraboravit, uſque adhuc probare non valuit. Deinde* meminiſſe debuiſſet miſer ille Cretenſis, Coloniæ iſta geſta non eſſe, ubi in templum cum videret deferri mortuos, putavit & Genevæ illud fieri. Quaſi notiſſimum non eſſet, Genevenſes cum ſuo Calvino, tunc lege & cōſuetudine publica mortuos in templa non intuliſſe, ut factis oſtenderent, ſe etiam ab omni ſpecie erroris iſtius alienos eſſe, quo in templis ſepeliuntur mortui, quia [d]*minus ibi Spiritibus vexantur immundis, & quod ſanctorum illorum commendantur patrociniis, quorum nomini Eccleſia, in qua corpora conquieſcunt, eſt conſecrata. Accedit quod defunctorum proximi ad ſacra loca venientes, ſepulturamque conſpicientes, ſuorum recordantur, & pro iis pias preces fundunt,* can. *cum gravia* 13.q.2. Quamvis in propriis mortui iſtius ædibus coram amicis quibuſdam, quos ſecū duxerat Calvinus, tentatū illud miraculum malè ceſſiſſe mentiatur rabidus Laingæus.[e] *Secundo*, quo conſilio miraculum illud molitus fuiſſet coram populo Genevenſi, jam reformato (antequam Genevam vidiſſet Calvinus) & per ipſum ac prædeceſſores contraria doctrina de miraculorum uſu imbuto, quam etiam omnes noſtri conſtantiſſimè tuentur? Certe ut Calvini ingenium Florimundus Ræmundus & ipſe Surius deſcribunt, & ſenſerunt omnes adverſarii ejus, non erat ille tam bliteus, tam ſimilis Surio & ſimilibus bucconibus, ut cōtra perpetuam ſuam omniumque noſtrorum doctrinam & proteſtationem tam ineptè mirionem & morionem ageret. Alia illi & noſtris arma, quibus hactenus tantā idolomaniæ & Papatus ſtragem, ediderunt, & quæ Ianſenius cū ſuis tantopere reformidat. *Denìq;* cū Genevæ & in vicinia iſta ignota fuerint, neq; ab adverſariis (quos & alibi & Genevæ habuit ſatis æmulos & acerbos) unquā Calvino viventi objecta, mirū eſt qua rimula hoc emanarit in Arcadiam Carthuſianā. Poteris poſthac Ianſenius eadem certitudine fabulam illam quam de horrenda morte miniſtri Sylvæducenſis (Voetii ſcilicet) per Brabantiam, etiam Lovanium uſq; (credo) ſparſit Fama, in auream Legendā inferre; imprimis cum

videat

a In commentar. ad ann. 1538. b Imman. Sa aphoriſm. tit. *hæreſis*. c L.3. ff. de Teſtibus & L. ult. ff. de hæred. inſt. Vide quæ ex Maſcardo, Farinario, &c. congerit Delrio lib. 5. ſect. 3. d Lancelotus in inſtit. Iuris Canonici lib. 2. tit. 24. c. 1. e [illegible] lib. de Vita & morib. Hæretic. p. 70. 71. Pariſ. 1581.

videat publico ſcripto jam divulgatam in [a] Hiſpania, unde huc in Belgium rediit. Vt impleatur illud dicterium Monachi cujuſdam: *Mundus vult decipi, & ideo ego ſum hic.*

III. Frequentes cum Satana conventus inter ſigna & prodigia cum numerat, Lutherum proculdubio tangit. Potuiſſet eadem fide addere de Lutheri conceptione ex Diabolo & ſimiles jucundas narrationes ex Heſiodi Theogonia, Ovidii Metamorphoſibus, Franciſci Cõformitatibus, quibus vani & faſtidioſi ſpiritus paſci ſolent, quibus ſordet verbum Dei. Nil de ejuſmodi *conventibus* nobis conſtat, quacunque ſignificatione Politica, aut Monaſtica aut Magica illa vox ſumatur. Facile concedimus Lutherum jam Satanæ ipſiuſq; regno bellum indicentem, vexationibus & tentationibus fuiſſe infeſtatum. Quod Chriſto Matth. & Luc. 4. quod Apoſtolis 2. Cor. 12. v. 7. quod ſanctiſſimis Chriſti athletis cõtigit. Et quod initiis plantationis Præmonſtratenſium Surius in vita Nortberti; & initiis plantationis Ignatii Delrio diſquiſ. Magic. lib. 2. q. 27. ſect. 2. non vulgariter contigiſſe venditant. De apparitionibus dæmonum, deque multiformi ipſorum ad novellos Papiſtarũ ſanctos acceſſu, & tota illa Dæmonologia, quid Vitæ patrum, Legendæ, Cõformitates Franciſci, Diſcipulus, Cæſarius, Petrus Venerabilis in libris miraculorũ, & ex iis concionatores ac [b] commẽtatores & ejuſmodi nugaces hiſtorici non perſtrepunt? Quid inde gloriæ & admirationis Franciſco, Dominico, &c. aliiſque ſuis Deaſtris non captant? Vis aliquid dicere in Lutherum, proba *illum advocaſſe diabolũ, diaboli familiaritatem ambiiſſe, acceſſum ejus & congreſſum petiiſſe, aliquamdiu cum ipſo volentem converſatum, aliquid ab illo petiiſſe, expectaſſe, didiciſſe ad ſui proximique bonum & ædificationem, aliqua inre corporali aut ſpirituali proſpera aut adverſa ejus judicio, conſilio atq; auxilio voluiſſe uti, aut uſum fuiſſe, idq; directè aut indirectè*, ut quidem de veſtris dici poſſet. Iſta niſi probes, nihil dicis de Luthero, in quo Chriſti & Sanctorum conformitatem prætendere non poſſit. Sin vero probationem illam aggredi unquam auſus fueris (quod non puto) nos de reſponſo cogitabimus, & forſan iſta occaſione digreſſionem de Magia Papatus lib. 1. ſect. 4. exemplis & dictis veſtrorum ampliabimus.

Finge Lutherum à *diabolo ſub ſpecie Angeli deluſum*, atque ita familiaritatem cum illo coluiſſe, in dubiis ipſius oraculum conſuluiſſe, ab ipſius ore aliquamdiu pependiſſe & *hinc revelationes divinas jactaſſe*; *diabolum etjam humeris ipſius inſediſſe, meretricum blanditiis in lecto aggreſſum, ſonum ſeu vocem ejus cantantis in choro in ſaccum ſuum collegiſſe, acum ignitam ſuper eum morientem projeciſſe*, & ſimilia, qualia religioſis veſtris accidiſſe narrat hiſtoricus tuus *Cæſarius lib. 5.* Finge eundem *à diabolo pene ſtrangulatum & inſigniter cæſum*, quod Ignatio accidiſſe ſcribit *Ribadinera lib. 5. c. 9.* quid inde contra religionem noſtram concluderes, quod veſtræ multo majori ratione imputari non poſſet? Sed iſta Luthero non contigêre. Parum itaque eſt quod de frequentibus cum ſatana conventibus dicis. Cogitare debebas, monachum fuiſſe Lutherum, & quid tum temporis gurguſtia illa Monachorũ, quam loca arida & deſerta, quæ perambulabat Satan præſtigiis, illuſionibus, vexationibus, & terriculamentis ſuis? Nihil aliud fere ſonant *Vitæ ſanctorum & religioſorum*, tractatus *de diabolis, Spiritibus, Magia, tentationibus, ſpectris, &c.* Vide & confer quæ cap. 10. hujus ſect. de Lutheri Magiſtro diximus.

IV. *Admonitiones ſpirituum, &c.* Zvvinglio applicas proculdubio. Sic enim jam ex ſociorum tuorum ſuſurris percepimus. De Zvvinglio aſſertio noſtra eſt: Zvvinglius à *diabolo nihil didicit, nihil diſcere voluit, monitorem illum non quæſivit, non advocavit, &, ſi in-*

vocatus

[a] Granatæ apud Miguel de Lorenzana, cum licentia ſuperiorum.

[b] Corn. à Lapide in Epheſ. 6. verſ. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

vocatus unquam adſuerit, non curavit. Nunc tu fac antitheſin, & dic aperte ſiquid dicere velis. Ita ſe res habet: Zvvinglius intentus cum eſſet meditationi & explicationi Euchariſtiæ, ſpeciatim verborum Chriſti *hoc eſt corpus meum;* accidit ut nocte in ſomno viſus ſit moneri à quodam (qui *albus an ater fuerit neſcio*, inquit) de ratione & modo exponendi illam phraſin; quod ſcilicet Exod. 12. *agnus eſt Paſcha* exponendum ſit *ſignificat Paſcha*. Hæc refert ipſe Zvvinglius, & ſubjicit, *ſomnium narro*. Quid jam hinc amplius colliges quàm *primò* Zvvinglium ſomniaſſe, quod Ianſenio non infrequens, ut puto. *Secundò*, in ſomnio recurriſſe Zvvinglio meditationes & ſtudia, quibus interdiu erat intentus; quod aliter vix poſſe fieri, non tantum [a] Philoſophi, ſed & ruſtici norunt. De quæſtionibus Summiſtarum circa ſuorum inſomnia, nunc non eſt dicendi locus. *Tertiò*, Zvvinglium concepiſſe ſenſum & expoſitionem iſtius phraſeos *Panis eſt corpus Chriſti;* ſicut in ſomno ſæpiſſimè inveniri & concipi [b] ſolent ab ingenio humano aliqua in ſcientiis & artibus, quorum antea nullam, aut ſaltem tenuem & obſcuram habuit cognitionem; dum quis ſcilicet ſomniat, ſe illa audire ab alio, aut legere in libro, ſeu ſcheda aliqua, aut profunda ſpeculatione invenire, aut in collatione & diſceptatione aliqua alteri ingerere, aut chartis committere, aut ſimili modo. Hoc hominibus literatis & ſtudioſis, quin ſæpiſſime eveniat nemo dubitat, & clamat ſana Philoſophia cum experientia univerſali. *Vigilantibus unum communem eſſe mundum, ſopitos in ſuum quemque diſcedere ajebat Heraclitus.* Quid animæ humanæ per quietem tribuant nonnulli Philoſophi in contemplatione veritatis, nihil attinet hic dicere. *Quarto*, τὸν δεῖνα, à quo per ſomnium videbatur moneri, *neſciviſſe albus an ater eſſet*, hoc eſt, quis in individuo, aut qualis ſtatu aut conditione, ut quidem parœmia illa Latinis uſurpatur, & ab Eraſmo in Chiliadibus [c] exponitur. Ne quis cum illiteratis Monachis, putet *album* & *atrum* hic denotare Angelũ & Diabolũ. Cum confuſæ aut obſcuræ ſæpe ingeruntur ſpecies, rerum aut perſonarum, aliquando etiam inſenſatæ, quid mirum ſi quis neſciat, quis qualiſve ſit ille quem videtur per ſomnium videre aut audire? notiſſima ſunt hæc Ianſenio, ſi unquam in bicipiti Parnaſſo, aut ſpelunca ſeptem dormientium ſomniavit. Atque hoc totum de ſomnio. Quod autem Zvvinglius evigilans ſcire aut conjectura aſſequi aut curare non potuerit nec voluerit, Quis qualiſve eſſet ille Monitor, nemo mirari debet, quia non profitebatur Oneirocriticã, neccum Oneiromanticis & Incluſis & Monialibus ad ſomnia & revelationes θεοπέμπτους curioſè aſpirabat, nec ſupra id quod ſcriptum eſt præſumebat, nec aliter de ſomnio illo quam de ordinario quovis ſentiebat aut ſentire audebat; ne illi accideret, quod religioſis multis accidiſſe conſtat, quos à diabolo miſerè illuſos refert Martinus Delrio, Cæſarius, & aurea Legenda, ex quibus ſupra cap. 10. exempla aliquot annotavimus. Noverat enim Zvvinglius diabolum transformare ſe poſſe in angelũ lucis, ideo humiliter & prudẽter hic ſe geſſit. Hic enim locum habet monitio illa Patrum, quam citat Ieſuita à Lapide in 2. Cor. 11. verſ. 13. *Etiamſi Angelus in veritate tibi appareat, ne ſuſcipias facile, ſed humilia te dicens, Domine non ſum dignus angelum videre in peccatis vivens.* Et cautela Delrio [d] circa revelationes: *Sane quamdiu res dubia eſt, longè tutius cenſetur, potius eam pia humilitate repudiare, quam cupidè aut confi-*

[a] Ariſtot. problem. 13 ſect. 30. & 2. Ethic. Eadem. c. 1. [b] Philo de vita contemplativa: ὅτι τῶν σπουδαίων σπουδαῖα καὶ τὰ ἐνύπνια. Idem de Somniis Ioſephi, &c. τῶν γὰρ τὸ καλὸν δι' ἑαυτὸ αἱρετὸν νομιζόντων, καὶ τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις φαντασίας εἰλικρινεστέρας καὶ καθαρωτέρας ἐξ ἀνάγκης εἶναι συμβέβηκεν, &c. Vide & Scaliger. Exercit. 289. Videatur imprimis Fran. Valeſ. de ſacra Philoſoph. c 30. [c] Eraſm. *Solet dici de homine vehementer ignoto.* Et probat ex Cicerone, Quintiliano, Catullo, Hieronymo ad Helvidium, &c. Muretus comment. in Catullum. *Eſt autem proverbium ad contemptum indicandum valens, Ciceroni & aliis uſitatum.* [d] Delrio lib. 4. c. 1. qu. 3. ſect. 1.

denter recipere, aut aſſentiri. Habebat enim Zvvinglius[a] *Moſen & Prophetas*, & firmum illum propheticum ſermonem, cui attendens bene faciebat. Longè aliter ſocii Ianſenii, qui volentes ſcientes ex diabolo qua tali veritatem quærunt & diſcunt, crucibus & verbis aliquot ſe munientes; cujus exemplũ præbet temurah ſeu anagrammatiſmo ſuo celebris ille Ieſuita Cottonus[b], de quo Thuanus hiſtoriarum lib. 132. ad annum Dom. 1604. & ex noſtris Turretinus ſupra citatus.

Quinto, Dicimus ſomnio illi non inhæſiſſe Zvvinglium, nedum analyſin fidei & expoſitionis controverſiæ Euchariſticæ in illud reſolviſſe, ſed tantum in ſacras literas; quamvis ſomnium illud potuerit occaſionem dediſſe melioris & attentioris cogitationis atque intelligentiæ. Quod culpare non audebunt adverſarii, qui multas ejuſmodi occaſiones non tantum ab ordinariis ſomniis, ſed etiam ab hæreticis & impiis & ipſo diabolo ſuis objectas & à ſuis arreptas, diffiteri non poſſunt.

Sexto, Si Zvvinglius revelationem ſibi factam ab Angelo tum putaſſet, quæ tamen poſtea diaboli illuſio deprehenſa fuiſſet (quod tamen non factum) quid hoc veritati doctrinæ, & pietati ejus, aut toti cauſæ noſtræ præjudicaret magis, quam deceptiones tam frequentes ſanctorum & ſanctarum, ſanctitati, & revelationibus veris atque adeo religioni Papali præjudicare putantur. Contra S. Birgittæ revelationem de conceptione Mariæ, ut illuſoriam aut ut ex propria opinione profectam, excipiunt Dominicani; contra S. Catharinæ Senenſis revelationem ab altera parte Minoritæ, Ieſuitæ, & univerſus Papatus eadem fere excipiunt. Vide Andabatarum pugnam apud Delrio ſupra citatum.

Et tamen utraque ab utriuſque partis modernis doctoribus habetur ſancta, & revelationes ab Eccleſia Romana approbatæ.

Septimo, Reponimus diabolum in conventibus, Monaſteriis & cellulis monachalibus frequenter verſari: hinc religioſis in Papatu cum Mortuis, Larvis, Spectris, cum ſpecie Chriſti, Angelorum & Sanctorum in ſomno admodum familiaria intercedere colloquia, quibus illi & miſerè in errores impulſi ſunt, & aliquando diabolum pro Chriſto adorarunt. De illis ſomniis, conventibus & colloquiis, ſi quid ipſius diaboli teſtimonio (quod alias non illibenter adhibent adverſarii) ſociis ſuis poſt Vitriacum & Delrio ingerere velit Ianſenius, per me licet. Sic enim ille Impoſtor *cum multo gemitu & pudore* (ſunt verba de Vitriaco) precibus B. Mariæ Oegniacenæ compulſus confeſſionem ſuam edit: [c] *Somnium ego vocor. Multis enim præſertim religioſis in ſomnis inſtar Luciferi appareo, mihiq; obediunt illi, & ex meis conſolationibus animis efferuntur, dignosq; ſe putant qui divinis & angelicis fruantur colloquiis.*

Addimus, illis jactatoribus revelationum propriè & ſemper in corde & ore eſſe, aut ſaltem eſſe debere dictum illud ſecundum ipſorum expoſitionem, *Albus an ater ſit neſcio*, hoc eſt, Angelus an diabolus. Sic enim illi ſuos perpetuo dubitare jubent iſta regula: [d] *Vtiliſſimum eſſe, ipſi viſioni ſeu revelationi ſignum crucis opponere, ſeq; cruce communire.* Quare, quia ſemper metuere & dubitare debent, an ſit ater ſpiritus. Vide & confer quæ ſupra c. 10. reſpondimus de Lutheri Magiſtro; quibus mẽdacia Ianſenii, ſed magis apertè illi præformata ab Cornelio A Lapide[e], Thyræo, Serrario & ſimilib. ſatis caſtigata arbitror.

Octavo,

a Luc. 16. cum 2. Petr. 1. b Anagramma: Pierre Cotton. *Perce ton Roi.* c Delrio lib. 4. cap. 1. qu. 3. ſect. 5 Pag. 522 d Delrio ibid. ſect 6. pag. 524. confer quæſo Malderum cap. 10. cit. e A Lapide in 1. Timoth. 4. Thyræus de Dæmoniacis parte 2. cap. 21. Serrarius libro peculiari ſatis ſpiſſo, de Lutheri Magiſtro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Octavo, Quæcunque de diabolicis noſtrorum revelationibus & miraculis objiciunt, alibi tollunt cum exclamant: *Pudet diabolum Lutheri doctrinam miraculis confirmare.* Gretſerus defenſ. Bellarmin. ad 2. cap. lib. 1. de Verbo Dei.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT XXIV.

Reformatores noſtros novum & tertium vocationis & miniſterii quoddam genus non erexiſſe.

DECIMA tertia hypotheſis: [a] *Noſtros Reformatores novum & tertiũ quoddam genus vocationis erexiſſe, quæ nec ordinaria, nec extraordinaria ſit; atq; adeo jeciſſe tertium cujuſdam miniſterii fundamentum: Quod nemo in Veteri vel Nova lege, ſive ordinariè, ſive extraordinariè miſſus à Deo, tentavit aut fecit.*

Reſp. I. Meræ calumniæ, contra omnem factorum Lucem. Itaque deficiente omni probationis conatu, abſolvitur reus, & corruit hypotheſis, qua diſputationem ſuam fulcire putabat.

II. Vocatio noſtrorum fuit ordinaria, non extraordinaria, prout illa contra ordinariam diſtingui ſolet. Eſt enim *extraordinaria*, definiente Ianſenio, *quæ ſine alio vocato interjecto, derivatur immediatè ab ipſo Deo.* Talem noſtris non adſcribimus.

III. Confundis perpetuo uſum ſeu exercitium miniſterii cum vocatione ad miniſterium. Hæc erat & formaliter dici debet ordinaria. Illud in exercitio ſuo, ſeu potius quod ad modum exercitii extraordinarium factum eſt, hoc eſt *inſolitum* ex hypotheſi communis & conſuetæ corruptionis quaſi ordine quodam tunc dominantis; prout ego meum *extraordinarium*, in Philonio ſatis perſpicuè explicavi. Et ut ſemel à luſu æquivocationis diſceptationem noſtram liberem, addo nunc: Ordinarium in jure civili dicitur [b] *quidquid jure ſcripto eatenus juſſum eſt, ut ſit certa, generalis & uniformis lex, actus humanos generaliter ſine ſpeciali perſonarum inſpectu ordinans, & quodam ordinato procurſu dirigens.* Extraordinaria ad certa *perſonarum, rerum, negotiorum genera extra ordinem reſpiciunt; quibus pro conditione, eventu, neceſſitate, commoditateve aliqua præſenti aliquo remedio ſubvenitur.* Quorum quædam ſunt facti, quædam ex privilegio Principis, quædam licet *extra ordinem tamen jure recepta ſunt, ut non ſine ratione juris communis nominari poſſint, licet non ſint juris ordinarii: veluti cum remedio aliquo his ſubvenitur, quibus jure ordinario vel non eſt conſultum, vel non ita facile, ita commodè conſultum.* Tertii generis extraordinarium operi & proceſſui Reformationis in quibuſdam (non omnibus) Eccleſiis analogicè applicari patimur; ſic tamen, ut per jus ſcriptum, nihil aliud quam antiquum Eccleſiaſticum, & Canonicum tunc receptũ intelligi velimus. Similiter diſtinctionem illam judiciorum in ordinaria & extraordinaria hic admittimus. Illa ſunt quæ certis & ſolemnibus formulis exercebantur; adeo ut actiones à Col-

a Pag. 166. 1 17. 158. 159. b Digeſt. ad L. Cornel. de falſ.

Collegio Pontificum formatis verbis impetratæ tam ſuperſtitioſe intendebantur, ut ſi quis à ſyllaba cecidiſſet, cauſam amitteret [a]. Iſta quæ non obſervato illo ſolenni ordine exercebantur. Prioris generis judicia Papatus credo obſervari voluiſſet. Poſterioris generis judicia Eccleſiaſtica in tanta Curiæ Romanæ & procerum Eccleſiaſticorum corruptione ac defectione alicubi locum habuiſſe non diffitemur, idque ex jure divino & praxi Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Eccleſiarum & fidelium quorumcunque, Hoſeæ. 2. verſ. 1. ut jam aliquoties dictum eſt: atque adeo ex ipſius juris Canonici præſcripto: [b] *Oves criminoſæ & infames paſtorem ſuum accuſare vel reprehendere non poſſunt, niſi à fide exorbitaverit. Cæterum ſi à fide exorbitaverit, tanta eſt labes illius criminis, quod ad ejus accuſationem & ſervi adverſus Dominum, & quilibet criminoſi & infames adverſus quemlibet admittuntur.* Ecce hic proceſſum extraordinarium tali in caſu, quod ſimiliter ad ſimilia applicandum eſt.

Acceptiones *Ordinarii* (in quo regimen & reformationem Eccleſiæ ſtare velit Ianſenius) apud Canoniſtas, & quomodo ille ſuo jure Beneficium conferre poſſit, & concurrere cum Papa ac Legato Cardinali in beneficii collatione, item quomodo differat à Diœceſano Papiſtis relinquimus. *Extraordinarium* meum cum *immediate divino* quando Ianſenius confundit, ἀκρισίαν, ſuam prodit: Poteſt enim vocatio aliqua eſſe extraordinaria, quæ tamen ſit mediante miniſterio hominum, ut Aaronis, qui per Moſen; & Eliſæi, qui per Eliam fuit ordinatus. Ab opere iſto, ſeu operis modo extraordinario (ut jam explicuimus) miniſterium ſeu vocatio vocata (ita loquar) Reformatorum Presbyteratus ſcilicet aut Epiſcopatus, extraordinarium dici & denominari poteſt, quod tamen in ſe ſpecificè erat & manebat ordinarius Epiſcopatus, &c. Quia converſione ſua, & tali ſecundum illam converſionem emendata prædicatione, ſacramentorum miniſtratione, &c. nihil faciebant præter ordinem veri Epiſcopi, aut Presbyteri, prout jure divino & Eccleſiaſtico ille præſcriptus eſt, quamvis præter & contra ordinem corruptionis tum frequentatæ, aut Ordinariorum tunc reclamantium.

IV. Quod tu *extraordinarium* tuum à te definitum, de quo nihil ego cogitavi, mihi impingis, facis ut te dignum eſt: laborat hæc diſſertatio tua perpetua elenchi ignoratione, & luſu ex ambiguo. Nunc vide quam auſpicatò heurema illud tuum in ſcenam produxeris de tertia vocatione quæ neutra ſit & inter utrumque. Sed credo Papæ εἴδωλον, id eſt, ſpectrum tibi iterum obverſatum fuiſſe, de quo in jure Canonico:

——Maxime rerum
Nec Deus es, nec homo, ſed neuter & inter utrumque,

Aut Ieſuitarum vocationi noſtram voluiſſe aſſimilare, qui Hybridæ partem capiunt à regulari, partem à ſæculari, & inſtar materiæ primæ, ſeu mentis humanæ, ſunt quodammodo omnia, juxta illud vulgatum: *Ieſuita eſt omnis homo*: Aut de Mendicantium nova miſſione & Cathedra cogitaſſe, de qua Divus Antoninus infra lib. 3. ſect. 3. cap. penult. citatus.

Ad Rationes & exceptiones Ianſenii ita reſpondemus.

Prima eſt, *Non ſufficit ad vocationem ſibi aſſerendam, quod quis dicat ſe ex Dei placito ad opus Reformationis contra reliquos ordinarios in Eccleſia & ordine collapſo adhiberi. Probationibus opus eſt, &c. Nullus hæreticus & Eccleſiæ perturbator fuit, qui alterutrum non aſſeruerit.*

Reſp-

[a] Libro 49. Digeſt. de neg. geſt. Mynſingerus ad Inſtitutionum librum 3. titulum 13. paragraphum Erant, [b] Capite 2. quæſtione 7. *præſumunt.*

Reſp. I. Sic eſt, non ſufficit. Sed nunc applica ad nos. Quinam Reformatores abſque probationibus comparuerunt, quinam voluerunt affirmationem ſuam ſufficere? Hæc tua figmenta ſunt. Probarunt illi ſuã, & efferimus nos apologiam cuicunque poſtulanti, 1. Petr. 3. verſ. 16. Vos ii eſtis cum Romana curia & Papa, qui veſtra authoritate & affirmatione errores veſtros tuemini.

II. Sed quodnam tu ad doctrinarum, revelationum, & cujuſque Spiritus jactantis examen, tanquam ordinarium, perpetuum & certum medium ſtatuis, quo nobis tali in caſu recurrendum? An miracula? Scilicet illo ordinario medio uſi ſunt Patres, cum ſpiritus (imprimis Scripturæ, authoritatem agnoſcentes) probarent an ex Deo eſſent; cum Arianos, Neſtorianos, Eutychianos, &c. ex ſacris literis refutarent? Sic ſcilicet ſcriptura ad judicium Dei & purgationem quandam vulgarem nos ablegat, cum lectionem, aſſiduam meditationem, inhabitationem verbi divini nobis commendat, ut omnia probemus & quod bonum eſt teneamus, Pſal. 1. verſ. 2. Epheſ. 5. verſ. 6. 10. 17. 18. cum 1. Theſſalon. 5. 21. Coloſſ. 3. verſ. 16.

III. Quod de hæreticis & perturbatoribus etiam talia aſſerentibus mones, quibus abſque probationibus fides non ſit adhibenda; probamus. Interim memineris egregiæ tuæ ſolutionis cap. 39. *Nec quia impoſtores etiam proferunt rationes & Scripturas veriſimiles, veræ Scripturæ & rationes ablegandæ ſunt.* Sed videndum quis divina ex Deo, quis falſa ex Diabolo loquatur.

Secunda eſt. [a] *Ieremias, Ezechiel, Baptiſta ut Sacerdotes ordinariam, ut Prophetæ extraordinariam habebant vocationem. Qua utraque Lutherus & Zvvinglius caruerunt; itaque exemplum eorum nihil penitus cauſam veſtram juvat.*

Reſp. I. Quando excipis ordinaria ſacerdotii vocatione Lutherum & Zvvinglium caruiſſe, Bellarmino, Coſtero omnibuſque tuis, ut & omni factorum luci contradicis, & tibi ipſi, pag. 118.

II. Vocationem propheticam in ſpecie noſtris non aſſerimus, ſed ſaltem analogice, ſeu quod ad genus, ex illis exemplis colligimus ordinario alicui miniſterio poſſe extraordinarium opus accedere & ſuperaddi, idq; ex hypotheſi & in ordine ad deformationem ingreſſam. Quod quidem opus ſi non explicite, ſaltem implicite & virtualiter, ſi non abſolutè ſaltem hypotheticè ordinaria ordinatione ad miniſteriũ præſcribitur, & ab ordinatoribus ſemper præſcribi debet. Et quidquid formalitates & ſtipulationes Ordinatorum præ ſe ferant; ſemper ad primam inſtitutionem Chriſti, genuinam Cathedræ authoritatem, & naturam ac proprietates miniſterii illæ revocandæ, & ex iis corrigendæ, explicandæ atque accipiendæ.

III. Immediatam vocationem ad extraordinarium ſeu inſolitum opus reformationis in paſtore nos nullam requirimus, immo ne mediatam quidem alicujus ſive ſuperioris ſive inferioris commiſſionem, adhortationem, anteceſſum, aut conſenſum, ſiquidem haberi non poſſit; tanquam ad eſſe emendationis aut reformationis ſimpliciter neceſſarium, neceſſitate medii, aut præcepti divini. Nulla etiam ſecunda, nova, aut ſpecie diſtincta vocatio & ordinatio requiritur ad hoc, ut ordinario miniſtro liceat emendare ſeipſum, miniſterium, & Eccleſiam ſuam, ex præſcripto Euangelii. Immo vero opus hoc, & poteſtatem ita operandi ex ipſa Epiſcopatus & presbyterii natura, atque adeo ex prima ejus inſtitutione & legitima ac canonica ad illud ordinatione derivamus.

IV. Hoc ſaltem hinc inferimus, nec Deum ordini ſemel conſtituto, nec Eccle-

a Pag. 156.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſiam canonibus ſuis ac regimini Eccleſiaſtico ordinario ita eſſe alligatos, ut ſemper in quocunque neceſſitatis caſu ſecundum illa agere debeant. Deus enim in Chriſto eſt rex & Monarcha Eccleſiæ, cui majori ſaltem ratione quàm Principi ſeculari aut Papæ Romano *Ius* aliquod *Regni* ſeu *dominationis* (ut vocant Politici [a]) tribui debet. Eccleſia eſt ſponſa Chriſti, columna & firmamentum veritatis, quæ ſine exceptionibus, diſpenſationibus, *limitatoriis diſpoſitionibus* & *juribus exorbitantibus* à jure Eccleſiaſtico communi ſeu ordinario non tamen à lege divina, cogitari non debet.

Itaq; exempla optimè juvant cauſam noſtram, & quod ad genus (ut ex omnibus Vet. Teſtamenti mutabilibus & ambulatoriis) rectè inde inferimus, Reformatorum opus extraordinarium poſſe conſiſtere cum vocatione ordinaria, eamque minimè ſubvertere. Hoc totum eſt quod volo & ſufficit. Nam in ſpecie omnia illa rebus noſtris ſub Nov. Teſtam. haud applicanda, nec ipſe velit Ianſenius. Alioquin ſacerdotium Aaronicum nobis reduceret; de quo ibi in ſpecie agitur. Sic contra *ordinarios quoſdam* (quos ita ſtylo canonico appellat) inſurrexerunt & divinitus excitati ſunt noſtri, ſed interventu mediatæ *vocationis*, *commiſsionis* & *revelationis* tantum, illi vero etiam immediatæ. Quod diſcrimen notandum.

Tertia eſt. [b] *Extraordinaria illorum vocatio tantum collateralis erat, ut ſcilicet ordinarium miniſterium ſuccurrendo fulcirent; non vero fundamētalis, quæ fons eſſet ordinariæ vocationis, quam ſolus habuit Aaron. Sed Zvvinglius & Lutherus extraordinariam fundamentalem ſibi arrogarunt, ordinarium miniſterium ſubverterunt, jacto fundamento cujuſdam miniſterii, ex quo de novo tota ordinaria vocatio miniſtrorum flueret, ſicut ab Apoſtolis hucuſque fluxerat.*

Reſp. I. Fœcundum caput! Mera commenta, ægrorum ſomnia, admiranda ipſi Carthuſiæ Colonienſi, ubi fabularum ille architectus Surius pro aris & focis ante hac ſomniavit.

II. Diſtinctionum ſubtilitatem & terminorum ἀκρίβειαν multis cribrare non eſt opus, cum tota applicatio falſa ſit: Liceat ſane Ianſenio, quod Philoſopho licet (ex mente Ariſtotelis) ὀνοματοποιεῖν ſcilicet. De Sacerdotio N. Teſt. nunc non inquirimus, ne extra oleas vagemur. Abundè de eo tractatum à noſtris, imprimis à Pleſſæo libr. de Euchariſtia.

III. Quod Aaron ſolus fundamentalem illam vocationem habuiſſe dicitur, non convenit cum Scriptura Levitic. 8. & 9. & 10. quæ cum Aarone, filios ipſius extraordinaria (ut Ianſenius eam definit) ordinatione in Sacerdotio initiatos ſcribit. Vnde Eleazar Aaronis *collateralis* dicitur à Petr. Serrano Complutenſi [c], quamvis excellentiorem locum Aaroni inter filios Sacerdotes, ut & Pontifici inter Epiſcopos, & Petro inter Apoſtolos typica παραβολῇ ibidem aſſignet. Sicut ergo in omnibus Apoſtolis collateraliter fundamentum Novi, ſic etiam in Aarone cum filiis fundamentum Vet. Miniſterii jactum eſt, utrobique per extraordinariam vocationem.

Quarta eſt. [d] *A corpore Eccleſiæ apoſtolicæ qui ſe ſeparat, novam propagationis miniſtrorum ſeriem inchoat, & per conſequens immediatam ſibi arrogat vocationem. Sed Reformatores hoc faciunt, Ergo. Probatur minor. Qui ab Apoſtolica Romana ſe ſeparant, illi à corpore Eccleſiæ apoſtolicæ ſe ſeparant. Sed Reformatores hoc faciunt, Ergo.*

Reſp. I. Minor negatur, & proſyllogiſmi Major; Inconſequens eſt argumentatio à parte ad totum, à particulari ad univerſale. Qui à parte Eccleſiæ, e. gr. Antiochena, aut Conſtantinopolitana, aut Romana propter hæreſin ſe ſeparat, ille ideo non

[a] Clapmarius de Arcanis Rerumpubl. lib. 4. cap. 2. [b] Pag. 156. 157. [c] Commentar. in Leviticum c. 10. [d] Pag. 112.

non ſeparat ſe ab omni Eccleſia; & qui ab una ex apoſtolicis Eccleſiis, e. gr. Smyrnenſi, Corinthiaca, Romana, &c. ſe ſeparat; non ideo deſerit totum corpus apoſtolicæ Eccleſiæ.

II. Proſyllogiſmi Minor diſtinguenda eſt. Separatio dici poteſt, vel ab Eccleſia Romana eique ſubjectis eccleſiis Occidentalibus, vel à corruptione iſtius Eccleſiæ, & factione Papali Eccleſias illas turbante, & particulari ſede Romana ſeu Papa quà tali. Poſteriori modo ſeparatio inſtituta eſt à Reformatoribus; priori vero minime. De quo vide lib. 3. ſect. 3.

III. Cypriani [a] dictum tam appoſitæ hic allegatur, ac reliqua omnia Scripturæ & Patrum. Ille loquitur de Epiſcopo *qui nemini ſuccedit, à ſe ipſo incipit, & à ſe ipſo ortus eſt, idque ordinatione ſuccedanea præſidente in Eccleſia Dei, & manente vero Paſtore.* Nunc applica ad Lutherum, Zvvinglium, Crammerum reliquoſque Epiſcopos Anglicanos, Hermannũ Archiepiſcopũ Colonienſem, &c. An illi ſe ultro ſine divina diſpoſitione præfecere? an nemine dante Epiſcopi nomen aſſumpſerunt? An illi à ſe orti ſunt? an nemini ſucceſſerunt? An illi manente vero paſtore ſedem ejus occuparunt? Ne ipſa quidem impudentia hoc fingeret, quod mox Surii veſtri, omniumque Legendarum (ne dicam hiſtoriarum) teſtimonia exploderent. Vides, Ianſeni, quàm feliciter averſatus Scripturarum tenebras, ad factorum lucem te contuleris. Sed tibi evenit quod ægrotantibus, qui ſemper quę adſunt faſtidiunt, quæ abſunt appetunt, & quemcumque lectum mutent, morbum tamen & dolorem circumferunt. Poſthac credo Scripturas aut Patres aut aliud quid in hac controverſia prætendes, omiſſa factorum luce, quæ oculos tibi tam miſere præſtrinxit.

Ne Cypriani dictum fruſtra deſcripſeris, applica illud Antipapis tuis & ſciſmaticis cujuſque factionis Cardinalibus & Epiſcopis. Et ſi exempla vis eorum qui ſe ipſos *conſtituunt, intrudunt, à ſe oriuntur* (ut noſtris falſo objicis) inſpice modo ſeriem ſucceſſionis Papalis, invenies ibi, qui ſibi ipſis pallium papale injecerint, jure ſcilicet primi occupantis. De quo vide hujus lib. ſect. 3. cap. ult.

Inſtant. I. Qui ad Reformationem, poteſtatem & miſſionem ab eccleſia, neque in prima ordinatione, neque in curſu miniſterii unquam acceperunt: illi ergo immediatam & extraordinariam ſibi arrogarunt ad illud. Sed Reformatores illam poteſtatem non acceperunt, &c. Probatur Minor: Quia neque ordinante, neque dirigente aut præformante Eccleſia, ſive verbis ſive factis ſuis, reformationem inchoarunt, immo & reclamante perfecerunt.

Reſp. I. In Majore limitandum eſt antecedens: *Qui non acceperunt* ſive explicite ſive implicite aut virtualiter. Cum iſta limitatione negatur Minor. Acceperunt enim omnes poteſtatem illam per ordinationem Eccleſiaſticam, ex prima ſcilicet inſtitutione & formula juris Divini & generali intentione Eccleſiæ Catholicæ ſeu Chriſtianiſmi, quæ menſura eſt ad quam Commiſſio omnis & miſſio Eccleſiaſtica inſtituenda, acceptanda, interpretanda; quidquid ſit de mente, aut particulari intentione alicujus Ordinatoris aut ordinandi. Et quicunque inter Epiſcopos ordinatores alicujus ſcientiæ ac conſcientiæ fuerunt, nunquam aliter ordinaſſe putandi ſunt, quam Trajanus ſuum præfectum, cui tradens gladium: *hoc utere pro me aut contra me.* Præterquã quod quidam meliora ſentientes, intentionem ſuam non obſcure

[a] Epiſt. 76. & alterum ex libr. de unitate Eccleſiæ, pag. 88.

ſcure ordinandis potuerunt indicare. Sed ſufficit ex ipſa natura vocationis hoc reſultare, & ab ea nunquam poſſe ſeparari poteſtatem illam, quamvis actus aliquando impediantur aut ſuſpendantur.

Deinde, eſto, quod (caſu deformationis nondum ſatis detecto) conſecrationis formalitates explicite poteſtatem talem aut in genere aut in ſpecie ordinandis non imponerent; at etiam non interdicebant. Alia enim eſt juramenti Epiſcopalis formula antiquior, quam cum mutandi & reformandi intentione conſiſtere & commoda interpretatione in bonam partē accipi poſſe putabat Caſſander[a]; & alia illa recentior Reformationi omni è diametro oppoſita, quam abſolute rejicit ibidem Caſſander. Vide juramentum à Pio IV. præſcriptum. Denique in curſu miniſterii quidam etiam à Presbyterio, aut ab Epiſcopo acceperunt non poteſtatem aut commiſſionem (illa enim ſemel collata eſt per ordinationem) ſed confirmationem & interpretationem commiſſionis, ejuſque promotionem ad actum.

II. Ad Minoris probationem dico, primò mihi videtur iſta niti falſa hypotheſi; Quod Epiſcopi aut Paſtores & paſtoralis poteſtas, ad actus miniſterii ſeu exercitium poteſtatis ſe habeant non aliter ac *inſtrumentum* phyſicum aut artificiale, quod tantum agit in virtute cauſæ principalis, nihil agit abſque ejus præmotione & determinatione, Zvvarez opuſc. Theol. lib. 1. c. 6. quaſi ſcilicet eſſent inſtar aſinæ Bileami, aut prophetarum θεόρτων (quales Bileam, Cajaphas, &c.) qui à Spiritu Romano acti abſque proprio ſenſu, judicio & voluntate prophetias & magnum illum Deum excutiant. Et quod in ſingulis actibus miniſterii jam ſemel collati, dependeant à ſuperioribus, ſive Coepiſcopis, ſive Eccleſia Mathematico-Platonica, tanquam cauſa quadam univerſali, ſine cujus ſpeciali prædeterminatione, præmotione & concurſu nihil agere aut movere poſſint, niſi *ἀνομάλως*, id eſt, *motu enormi*, non aliter ac creaturæ dependent à Deo, tanquam primo motore, à quo & ad ſingularitatem & ad ſpecificationem actus prædeterminantur.

Velim rotundè explicet ſe Ianſenius, an in conſciētia credat, Nulli Epiſcopo aut Paſtori in quocunque corruptionis caſu ſive doctrinæ ſive morum (in utroque enim eadem eſt ordinis & Eccleſiaſticæ juriſdictionis ratio) licere abſqúe ſpecialibus monitis, exemplis, mandatis Eccleſiæ aut ſympresbyterii antecedentibus, à ſeipſo converſionem & reformationem incipere, & deinde reformare, quantum in ſe eſt, Eccleſiam ſibi commiſſam. Confer quæ ſupra cap. 18. diſſeruimus.

Deinde, non omnes abſque directione & præmotione ſuorum ordinatorum aut ſympresbyterorum reformationē tentarunt: ut in Anglia, Germania, Dania, Suecia, &c. Etiam alicubi in Gallia, ubi Epiſcopi reformationi favebant.

[b] Inſtant. 2. Qui divinitus excitatos & *ex Dei placito adhibitos ſe dicunt ad opus Reformationis extraordinarium*, illi immediatam vocationem ſibi arrogant. Sed Reformatores hoc faciunt. Ergo.

Reſp. I. Minorem concedimus. Aut enim à Deo aut à Diabolo excitatos & edoctos ſe dicant neceſſe eſt. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit* Ioh. 8. verſ. 47. II. Sed majoris conſequentia eſt falſiſſima. Non omne divinum aut quod à Deo, eſt immediatum. Ordinationem tuam ad Sacerdotium ut & omnia officia Eccleſiæ veſtræ, tu dicis eſſe divinam, non tamen ideo immediatam. Sic divina vocat Author Ceremonialis ordinaria illa ſpectacula, quæ quotidie exhibet

[a] Vide quæſo epiſtolas Caſſandri & Epiſcopi Monaſterienſis, in Epiſtol. Belg. r. lb. 1. epiſt. 15. 16. 20. 21. 22. 23 ubi egregia multa de Iuramento Epiſcopali. [b] Pag. 155.

bet amphitheatrũ aut ſcena Romana. Quod ſi ita corrigis Majorem : Qui immediatè divinitus excitatos & adhibitos ſe dicunt ad opus reformationis, illi immediatam ſibi arrogant vocationem : Sed Reformatores hoc faciunt, &c. Ergo. Iam negamus Minorem. Nam (ſepoſita nunc controverſia de modo intimæ & immediatæ operationis Dei per gratiam ſuam in & cum mente & voluntate humana) omnia in excitatione & extruſione divina & applicatione primorum reformatorum, ad divinum illud opus fuerunt mediata. Quod ad primum miniſterii ortum, mediante vocatione Eccleſiaſtica, eos conſecravit ut eſſent paſtores. Quod ad mutatum miniſterii curſum, medio ordinario & perpetuo verbi ſui (quod infallibile religionis principium) Deus oculos illis aperuit, ad converſionem adduxit, & converſis confirmationem Fratrum impoſuit. Et hoc unicum ſufficiebat, ſiquidem elogiis illis Pſalm. 19. & 119. aliqua fides. Acceſſit etiam in pleriſq; medium ordinarium priori illi ſuccenturiatũ, lectio patrum & ſcriptorum mediæ ætatis, etiam ſui ſæculi, manuductio præceptorum aut ſympreſbyterorum, aut ſuperiorum Eccleſiaſticorum & Politicorum, quod tanquam Motivum reformationis (non principium infallibile) ad *bene eſſe* eccleſiæ, non autem ſimpliciter *ad eſſe* ſemper neceſſarium fuit. Sic Oecolampadius mediante cõſenſu Patrum in tenebris illis & ἀλύτοις, id eſt, inſolubilibus de Euchariſtia, veritatem deprehendit, & Melanthoni poſtea commonſtravit. Zvvinglius & Leo Iudæ hauſerunt à Thoma Wittenbach, quæ poſtea divulgarunt. Lutherus indulgentiarum abuſu taxato tantum, ab Eccio, Emſero & ſimilibus Antagoniſtis quaſi per ἀντιπερίστασιν quotidie volens nolens fiebat doctior, ut ipſe teſtatur in libro de captivitate Babylonica. Flacc. Illyricus à Baldo Lupatino primum reformationis guſtum hauſit. Clerus Anglicanus, viam monſtrantibus Crammero, Latimero, Hoppero & ſimilibus ejuſmodi religioſis Epiſcopis, reformationem ingreſſi ſunt. Hermanno archiepiſcopo Colonienſi conſilia ſalutaria Reformationis alii ſuggeſſerunt, & hoc perpetuò in eo taxant Surius & Colonienſes. Clero Daniæ & Sueciæ Reges præiverunt, alibi Principes & Magiſtratus adinſtar Ioſaphati, Hiskiæ, Ioſiæ, &c. Alii à teſtibus veritatis ſuperiorum ſæculorum, aut ab Eccleſiis in finibus Galliȩ, Sabaudiæ, &c. Waldenſium reliquiis, in Bohemia, Polonia, tunc ſeparatis à Papatu, exemplum traxerunt. Occaſiones ejuſmodi cogitationũ, divinæ ſollicitudinis, converſionis ſalutaris, atque adeo ſalutis, quas, quo loco, quo tempore Deus cuilibet iſtorum objicere placuerit, non eſt quod ſigillatim enumerem. Legantur Vitæ Melchioris Adami. Præter illa, ſi quæ revelationes immediatæ, aut ſigna & motiva extraordinaria memorantur, ea apud nos fidem non inveniunt, aut ſuo loco relicta pro talibus habentur, ut neutiquam iis reformatio, reformatoreſque ipſi innixi fuerint, ut ſupra, cap. de ſpiritu Zvvinglii, dictum eſt. Aut denique ſi quid iſtorum abſque controverſia ſuſceptum fuiſſet (quod tamen nunquam probabitur) inde tamen non ſequitur, vocationem illius ordinarii presbyteri factam eſſe aut prætendi immediatam & extraordinariam & ſpecie à priori ordinaria ſua diverſam, propter talem revelationem. Poſſet enim quis extraordinario ſigno aut revelatione ad executionem ordinariæ ſuæ vocationis ſic excitari, ut tamen illa prior vocatio maneret ordinaria.

Vt Ianſenius ſeipſum ſemel intelligat, dicat quæſo quodnam hic ſtatuat immediatum. Aut illud immediatum excludere dicitur medium revelationis ordinariæ &

principii fidei, quo mediante examen doctrinæ & deprehenſio errorum peracta eſt; & illi divinitus moniti ſunt, deprehenſos errores & abuſus taxare & corrigere. Aut excludere dicitur omne aliud ordinarium medium auxilii & miniſterii humani, quo tanquam motivo & occaſione ad veritatem & converſionem quis ordinarie manuduci poteſt & ſolet. Prius illud immediatum apertè negamus. Tantum enim mediante infallibili fidei principio (quod eſt in Scriptura) atque adeo ordinaria revelatione Scripturæ divinitus illi in veritatem iſtam (quam annuntiarunt) deducti ſunt; & mediante eadem Scriptura in conſcientia moniti atque extruſi ad animoſam veritatis inventæ confeſſionem & propagationem. Atque in hoc illorum commiſſio, à Prophetarum, & ſimilium Reformatorum diſtincta fuit. Hi enim ecſtaticis viſionibus, ſomniis & quacunque revelatione immediata, *divinitus edocti* & moniti ſunt; noſtri vero Reformatores minime, qui unicam Scripturæ revelationem perpetuo prætendunt & ad eam ſolam provocant. Quod ex diſputatione Tigurina, Bernenſi, & Lutheri reſponſo in comitiis Wormatienſibus, aliiſque dictis, conſiliis, factis, apologiis Reformatorum ad oculum patet. Poſterius immediatum, etſi mediatam & ordinariam vocationem ac functionem non tolleret, aut aliam mediatam vocationem Collateralem non poneret; etiam negamus; & ex factorum luce jam monſtravimus, non ſolos & ſibi ſapuiſſe Reformatores in eruenda ex Scripturis & tradenda iſta veritate; ſed tum ſcriptis Patrum & Doctorum præcedentium; tum exemplis, monitis, & conſiliis Præceptorum, Eccleſiaſticorum ſuperiorum aut Collateralium, Regum, Principum, Politicorum, Eccleſiarum, alibi etjam mandato & Eccleſiaſtica authoritate, arduum illud opus demum aggreſſos.

Inſtantia 3. Vbi aliud & extraordinarium miniſterium in curſu miniſterii accedit & ſuperinducitur, reformandi ſcilicet Eccleſiam, ordinariis reſiſtendi, &c. nulla intercedente vocatione aut miſſione Eccleſiaſtica, neceſſario aut arrogatur immediata, aut nulla eſt omnino. Sed à Reformatoribus tale quid factum, &c. Ergo.

Reſp. I. Minor laborat ambiguo. Aut enim aliud & novum miniſterium proprie ſignificat, ſpecie à priori diſtinctum & ei oppoſitum. Et tale negamus noſtris acceſſiſſe. Aut novum illud miniſterium notat, modum ſeu certum accidens Vocationis ſeu miniſterii; & tale fatemur illis adfuiſſe. Sed jam negamus modum illum ſpecificam facere differentiam. Neque enim inſtaurata & emendata gubernatio Politiæ, per accidens aliquod corruptionis aut turbationis, aliam facit Politiam. Hiſpaniæ regnum erat regnum, quamvis per invaſionem Maurorum aliis cum difficultatibus illud geſtum eſt, quàm antea. Pontificatus Pontificum tempore ſciſmatum fuit ordinarius, quamvis extraordinario modo adminiſtrari debebat. Sic Leonis X. & ſequentium Pontificatus ordinarius, extraordinarius factus eſt propter exortam reformationem.

II. Iam ſæpe diximus, ordinario miniſterio & vocatione tale opus reformationis contineri. Immò eſſe πάθος, id eſt, affectionem & proprium miniſterii actum, quomodo Eclipſis eſt proprium Lunæ, non abſolutum, perpetuum & à cauſa interna promanans, ut riſibilitas eſt proprium hominis; ſed hypotheticum, & à cauſa externa dependens, ut naturale & neceſſarium ſit Lunæ pati Eclipſin, poſita ſcilicet interpoſitione terræ inter Solem & Lunam. Sic Chriſtiani quà talis, eſt

ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſe emendare, ſicubi in curriculo pietatis error doctrinæ aut morum inciderit; & miniſtri quà talis eſt miniſterium ſuum & Eccleſiam ſibi commiſſam reformare, errantes revocare, contra ordinarios clamare, ſi irreformabiles ſe præbeant, ſive monitum aut mandatum aliorum de novo accedat, ſive non accedat, idque vi ſolius vocationis ordinariæ.

In deformatione morum univerſali cum plerique peſſum eunt, non negabit Ianſenius, officium fidelis miniſtri eſſe attendere ſibi & gregi ſuo; & aliter hic agere quàm agunt reliqui ordinarii. Et cum ita agit, non recedit ab ordinario vocationis ſuæ officio: ſed potius ad illud accedit, quamvis multum recedat ab ordinaria reliquorum praxi. De *Groppero* refert [a] Surius, *illum à concubinatu fœdiſsimo abhorruiſſe, quo ſe plerique ex Clero turpiter dehoneſtant.* Simile judicium de Reformatoribus faciendum, qui in curſu doctrinæ, vitæ & miniſterii ſui, non magis extraordinarium & immediatum quid erigunt, quam Gropperus in caſu concubinatus.

Inſtant. 4. Qui mediante & interveniente inſtructione & mandato Eccleſiæ, aut ordinariorum Epiſcoporum ſeu Presbyterorum quibus tum ſuberant, in cogitationem & conſilium illud de Reformatione non devenerunt, illi à ſeipſis ortos, & immediate vocatos ſe prætendunt. Sed primi Reformatores mediante, &c. Ergo.

Reſp. I. Majoris conſequentia negatur & nititur iſta falſa hypotheſi: Nullum ordinarium miniſtrum poſſe aut intus in Deum ſuum recta fide moveri, & ſalutari converſione ad Deum converti, aut extrà ad hanc aut illam neceſſariam reformationem ſe movere, niſi motum præmotione authoritativa ſuperiorum aut Coepiſcoporum, à quibus ut in eſſe Epiſcopali, ita & in operari neceſſario dependeat, tanquam à cauſa principali & architectonica, quomodo Ariſtoteles Politicam aliarum artium & diſciplinarum vocat architectonicam. Sed Epiſcopi & Presbyteri non ſunt inſtar raſæ tabulæ, cui ab alio omnia inſcribi debent; aut ſe habent ad ſuos ſive ſuperiores, ſive collaterales, ut corpora ſublunaria ad cæleſtia, quorum motus ceſſat ceſſante motu cœleſtium; aut ſunt inſtar rotularum in automatis, quorum motus omnis à ponderibus cietur; aut ut gravia corpora ad centrum ſuæ gravitatis, à quo libratio eorum incipit & dependet; aut ut ſervi & ſimilia inſtrumenta moralia ad ſuos Dominos & agentia principalia, quæ Ariſtoteles αἴτια συμβουλευτικὰ appellat.

Cum ergo in aliquo caſu à Deo & conſcientia moti proprios ſuos motus exercent, non magis immediatam & extraordinariam ſibi arrogare vocationem dicendi ſunt, quam Pontifex in *ſuis motibus* propriis. Vt verbo dicam, in caſu ceſſationis aut corruptionis Coëpiſcoporum aut aliarum Eccleſiarum unius ejuſdemque communionis & architecturæ, aut etiam ſuæ propriæ Eccleſiæ, aut proprii ſuperioris Eccleſiaſtici, Epiſcopus aut Presbyter aut Eccleſia aliqua prætenſam prænotionem & concurſum ſive authoritativæ commiſſionis, ſive caritativæ admonitionis, ſive fraterni & communis conſenſus exſpectare non debet, ſed ſtatim ad vocem Domini evigilare, *dum hodie nominatur*, Hebr. 3. verſ. 13. & *ne ad momentum quidem* reclamantibus illis *cedere* Gal. 2. verſ. 5. *Immo, ſi aliter fieri non poſsit, anathema illis dicere. Etiamſi*, inquit Apoſtolus

[a] In Commentar. ad annum 1547.

Galat. 1. verſ. 8. 9. *Ego aut Angelus è cælo, &c. Si quis non diligit Dominum Ieſum, ſit anathema, Maranatha*, 1. Cor. 16. verſ. 22. *Vade poſt me Satana, ſcandalum mihi es*, Matth. 16. verſ. 23. Quia non ſunt illa ad animæ ſuæ ſalutem, ad ædificationem corporis Chriſti, ad ſanctorum coagmentationem abſolute neceſſaria, neque neceſſitate medii, neque neceſſitate præcepti. Ad *bene eſſe* Fidelium, Eccleſiarum, & miniſterii communionem externam & dependentiam illam mutuam atque ordinatam caſtrorum aciem Magiſter eccleſiæ ſancivit; ſed ſic, ut abſolute ſibi tanquam capiti, Imperatori & fundamento, unio, architectura & totus ille militiæ cæleſtis ordo ſubordinetur, ab eo omnem menſuram & limitationem & ordinationem ſuam accipiat. *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex Mortuis, ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens*, Coll. 1. verſ. 18. *Ex quo totum corpus connexum & compactum per omnem commiſſuram ſuppeditationis ſecundum operationem in menſura uniuſcujuſque membri, augmentum corporis facit, in ædificationem ſui in charitate.* Coadunatio & correſpondentia paſtorum aut membrorum, Eccleſiæ externa ſcilicet & Eccleſiaſtica nulla vera & ſalutaris eſt, niſi in ſubordinatione ad caput, & arctiſſima unione cum Chriſto; aliter aut alia ſi ſit, ilico abrumpenda eſt. *Chriſtum enim nemo deſerere poteſt, &c.* ut infra lib. 3. in tractatu de ſeceſſione pluribus oſtendimus.

Corrigenda ergo Major: Qui nullo medio interveniente, aggreſſi ſunt opus reformationis, illi immediatam & extraordinariam ſibi arrogarunt vocationem & miſſionem. Sed Reformatores hoc fecerunt, Ergo.

Negamus Minorem. Oſtendimus ad Inſtant. præcedentem media illa quibus divinitus inſtructi & excitati ſunt.

Vel ſic corrigatur Major: Qui abſque unico, aut cum aliis ſaltem abſolute neceſſario medio, mandato ſcilicet & præmotione canonica, ex ordine in Eccleſia conſtituto, in cogitationem & opus reformationis delati ſunt, illi immediatam & extraordinariam arripuerunt vocationem: Sed miniſtri Reformatores hoc fecerunt. Ergo.

Iam rurſus negatur Major; Et inſtantiæ totidem contra eam adferri poſſunt, quot ſunt exempla ſanctorum, qui in caſu ceſſationis Ordinarii ſuperioris, aut Coepiſcoporum, aut Eccleſiarū aliarum, aut ſuæ matris Eccleſiæ, aut Eccleſiæ Patriarchalis, etiam Romanæ, non deſierunt facere quod in ſe erat. Sic Cyprianus in caſu deformationis (ut quidem putabat) Epiſcopo Romano, aliiſque reclamantibus, reformationem ſuam uſque ad Anabaptiſmum urſit. De quo videatur hiſtoria ab ipſo Baronio luculenter deſcripta: ſi cui forte religio ſit, Centuriatores Magdeburgenſes, aut Pleſſæi Myſterium iniquitatis inſpicere. Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis, & Auguſtinus cum reliquis Africanis non deſierunt ordinario illo Petri ſucceſſore (ut ajunt) reclamante & melius ſentire & Eccleſias ab abuſu illo liberare, quantum in ſe erat, cujus ſupra meminimus. In reformatione morum, exempla infinita ſunt. Quæ æquè ad rem faciunt, ac ſuperiora in reformatione doctrinæ. Quia utrobique æqualiter tenet illud capitulum Ianſenii, Reformationi oppoſitum, pag. 149. *Ordo eſt in Eccleſia noſtra, ſunt certi denique fines, quos quibuſlibet authoritate carentibus, undicunque venientibus, contra quoſcunque inſurgentibus tranſilire nefas, illicitum, ſacrilegium.* Hoc eſt, ut ego accipio, à motu proprio Pontificis, à congregatione Cardinalium, à concilio Epiſcoporum, à capitulo, à ſuperioribus, incipere & ſucceſſive per omnes hierarchiæ gradus uſque ad infimos deſcendere debet Reformationis *commiſſio, formula, praxis*, ſive in doctrina ſive in moribus; ſicut motu diurno moventur orbes cælo-

rum,

rum, primo mobili orbem ſubjectum, & hoc rurſum inferiorem ſecum rapiente & circumvolvente. Aliter aut aliunde ſi incipiat motus aliquis emendationis, anomalus cenſendus erit, deformatio mera, ſacrilegium, Libertiniſmus, facinus abominandum, Eccleſiaſticæ politiæ perturbatio, à qua majus periculum Eccleſiæ quàm ab hæreſibus, ſcandalis, & Babylonica confuſione: ut Ianſenius pag. 178. 179. dictat. Itaque manus non extendenda, etiamſi Eccleſia rueret, ſic enim exemplum illud Vſæ huc applicatum vult, pag. 180. Exſpectandum ſcilicet donec Coëpiſcopi, aut ordinarii corruptores ipſi mandato proprio inſinuerit illud, quod Propheta cuidam, *percute me quæſo*, 1. Reg. 20. verſ. 35. 37. Pereant Myriades animarum, peſſum eat Eccleſia (quod conſultores Cardinales Paulo III. tum fieri aſſeverabant) immoriatur anima & conſcientia cujuſque miniſtri jam meliora edocti, ſordibus & abuſibus miniſterii ſui; dummodo maneat *Ordo in Eccleſia Romana & certi illi fines*, quos ex jure canonico à me prælibatos in Philonio, hic repetere oblitus eſt Ianſenius: [a] *Si Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur inutilis & remiſſus, in ſuis operibus, & inſuper à bono taciturnus: quod magis officit ſibi & omnibus, nihilominus innumerabiles populos catervatim ſecum ducit primo mancipio gehennæ: cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus. Hujus culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe judicaturus, à nemine eſt judicandus, niſi deprehendatur à fide devius: pro cujus perpetuo ſtatu univerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animadvertit propenſius pendere.*

II. Minor etiam non eſt univerſaliter vera. Nam præter media & motiva humani miniſterii, de quibus ad Inſtantiam 2. diximus; etiam pluribus Reformatoribus aut præcedens, aut ſubſequens Eccleſiæ & communitatis ſuæ, cui immediate inerant & ſuberant, authoritas præſto fuit, ut Luthero Wittebergæ, Zvvinglio Tiguri, Reformatoribus in Anglia, in Suecia, in Dania, &c. Reformator aliquis Eccleſiæ puram Euangelii doctrinam propoſuit, Eccleſia ex Euangelio edocta recepit, approbavit, & reformatorem illum judicio & authoritate ſua contra adverſarios munivit, & in legitimo miniſterio confirmavit. Acceſſit poſtea univerſalis conſenſus melioris forte etiam non minoris partis Eccleſiarum Occidentalium, earum ſcilicet quæ antea ſedi Romanæ adhæſerant. Quod ſi aliquibus propriæ Eccleſiæ & Cleri approbatio non obtigit, illi aut inde diſceſſerunt, non aliter ac Apoſtoli, Actor. 13. verſ. 45. 46. & Actor. 19. verſ. 9. 10. aut, ſi quæ ſpes emendationis, partim vi vocationis ſuæ, partim judicio & commiſſione Eccleſiarum, quæ Reformationem jam amplexæ erant, partim authoritate Magiſtratus manſerunt in ſtatione, quamdiu potuere. Et nullum proferet Ianſenius alicujus civitatis, regionis, aut loci reformatorem, qui ceſſante & reclamante irreformabili Clero, etiam plebe per illos concitata, non habuerit ſaltem pro ſe votum, conſilium, mandatum, & approbationem Principum ac Magiſtratuum, qua ſubnixus in impoſito ſibi ordinario miniſterio perſtaret, ſeductæ plebi viam Domini proponeret, ad melioris cultus exercitium invitaret, ſive in eodem corpore eccleſiaſtico, ſive in alio, quod de novo colligebatur. Qualem authoritatem Magiſtratui Ianſenius ſupra à me citatus; & ſocii ipſius large admetiuntur quotieſcunque uſu venit. Exemplum habes in Pio II. cap. 21. à nobis cit. qui Imperatoris Turcici poteſtate contra Eccleſias Orientales ſe uſurum eſſe pollicetur.

[a] Diſt. in c. 40.

tur. Alterum præbent Cadmei fratres de *Immaculata conceptione Mariæ*, de *libero arbitrio*, *&c.* in Hiſpania contendentes. Vbi Regis brachium utrinque ambiunt & extollunt, quo partem adverſam opprimant, dum Papa inſtar Iovis Homerici ad Æthiopum convivium profectus contentioni modum nullum ponit vel minima veritatis determinatæ ſtrictura. Sic enim ibi nunc ſonat modus authentes in B. molli: [a] *Ex dictis ſatis conſtat in ſacerdotum diſcordiis ex zelo religionis intercedere, Regiæ Majeſtatis nobile ac glorioſum munus eſſe, &c. Perge igitur Rex potentiſſime, Eccleſiaſticæ concordiæ procurandæ totus incumbe, & in id vel maximè enitere, ut, ſi fieri poſſit, de Virginis originali juſtitia unam omnes concordibus animis teneamus ſententiam, &c. Nam Pontificis* (Leonis ſcilicet ab illo cit.) *ea plane mens eſt, ut Imperatorem Orthodoxum, &c. cum ſacerdote ita componat, ut inter utrumque id tantum diverſitatis agnoſcat, quod ſacerdos corpus ipſius Chriſti naturale verbis conſecrat & conficit ſuis, Imperator vero ejuſdem Chriſti corpus myſticum, ſanctam nempe Eccleſiam per fidei & concordiæ ſtudium componit atque coagmentat.* Conſonant Anglo-Papiſtæ, ſic enim Biſhopus in refutat. Catholic. Reformati Perkinſii præfat. ad Regem: *Excellentiſſ. tua Majeſtas debet neceſſario revocare Eccleſiam Anglicanam ab extravagantibus illis opinionibus, ut ſe adjungat Eccleſ. Romanæ in illis articulis, &c. & in omnibus aliis, quos in legitima diſputatione corā Majeſtate tua probare non poſſunt,* &c. Vbicunque Presbytero aut Paſtori reformaturo & Clerus & Magiſtratus ſe opponeret, ibi plebis aut piorum ex plebe votis ſatisfaciebat privatim & clanculum; ſola Dei, conſcientiæ ſuæ, plebis ſuæ, & aliarum Eccleſiarum approbatione contentus. Quomodo in caſu perſecutionis ab Infidelibus, Arrianis, aliiſque hæreticis excitatæ, ſemper fieri conſuevit; & etiamnum à noſtris in Brabantia, Flandria, Arteſia, Hannonia, & alibi fieri, & à Pontificiis in Anglia, Hollandia, &c. ſimile quid prætendi nemo ignorat.

[a] Ferdinand. Quirinus de Salaſar, Ieſuita in libr. de Immac. conceptione, præfat. ad Philipp. III.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT XXV.

Non ſemper opportunè hanc quæſtionem de vocatione *moveri; nec tractationem ejus ſufficere ad cauſæ cognitionem & ſubverſionem.*

DECIMA quarta Hypotheſis: Hanc quæſtionem de vocatione, quando cum adverſariis de controverſiis fidei agendum, aut conferendum, aut in quocunque caſu provocationis opportunè moveri.

Ref. I. Quam opportune illa quæſtio moveatur aut non moveatur, diximus ſupra cap. 2. Quidquid canit in laudem methodi ſuæ Ianſenius, cedit in opprobrium omnium, qui unquam vivæ vocis diſputatione aut ſcripto Papatum propugnarunt. Miſeri Lovanienſes & Colonienſes, Epiſcopus Roffenſis, Eckius, Cochlæus, Emſe-

Emſerus[a], Leo X. quantum cauſæ vulnus inflixerunt, qui, aureo hoc compendio poſthabito, Lutheri dogmata à fronte aggreſſi, tam periculoſo controverſiarum mari ſe commiſere. Idem ſtatuendum, de Clero primario & univerſitate [a]Colonienſi, qui, multa diſputantes, ne ſemel quidem lethalem hanc quæſtionem, *Tu quis es, unde veniſti?* Archiepiſcopo ſuo Reformanti objecerunt. Nec minus culpandi boni illi Carthuſiani in Anglia, qui dum Clero Anglicano reformare incipienti repugnant, obliti ſunt ſcutum hoc & ſpatham Ianſenii. Quin ipſe Hadrianus VI. Zvvinglium Reformantem, per Legatum & Epiſtolam ſuam dum divertere ſtudet, capitalem hanc quæſtionem, *Tu quis es? Quis te vocavit?* præterit planè. Importuna certè oblivio, ſiquidem illa in ſcrinium illud utriuſque juris, in primarium vineæ dominum cadere poſſit.

II. Si cum Græcis, Armenis, Æthiopibus agendum eſt, non poteſt talis quæſtio vel ulla ſpecie Papali illis moveri; immo nec Eccleſiis Anglicanis, & pleriſque Germanicis, ubi primam Reformationem inſtituerunt Archiepiſcopi & Epiſcopi. Si quis ergo ex Presbyteris & Doctoribus Anglicanis, aut ex Bucero quæſiviſſet, *Quis tu es, quis te miſit in Meſſem Anglicanam & Colonienſem*, Reſponderet ex voto & conceptu Ianſeniano, *Archiepiſcopus Cantuarienſis, & Colonienſis.* Vides quam opportune omnibus ſectariis & deſertoribus hanc litem moveri dixeris; & hanc unicam quæſtionem ſufficere ad totam Reformationis cauſam ſubvertendam. De quo in ſequenti Hypotheſi.

Decima quinta Hypotheſis. *Hanc unicam quæſtionem de vocatione ſufficere ad totam cauſam noſtram ſubvertendam.*

Reſ. I. Inſerant ergo hoc novè repertis Panzirolli & Salmuthi, ſi qui novam editionem eorum aut appendicem aliquando molientur: Sic tamen ut in antiquis deperditis numerentur. Methodi & machinæ illæ ante hac uſurpatæ, ad cauſæ noſtræ ſubverſionem. Prima fuit Eccii, Cochlæi, Hochſtrati, Latomi, & reliquorum Colonienſium ac Lovanienſium, qui ex Scriptura & Patribus majori animo quam ſucceſſu ipſos articulos de puncto ad punctum, cominus & directè, oppugnabant. Hæc tunc erat methodus *collateralis*, quæ *fundamentali* illi ſacræ Inquiſitionis per faſciculum & laqueum, accedebat. Succeſſit altera, Ieſuitarum (*quos à Deo hoc ſæculo excitatos* [b]teſtatur Corn. à Lapide, *ut Calvino & Luthero ſe opponerent;*) quæ priorem illam periculoſam nimis, & inſtar equi Sejani proprios Dominos perdentem, mutaret in aliam aliquam, qua abducti ab ipſis articulis fidei, languerent homines circa Principia, & diſputationibus ac ſæpè plus quam Lucianicis quæſtionibus circa Scripturæ authoritatem, ab ipſa Scripturarum cognitione averterentur; & in Patrum, Conciliorum Oceanum, & traditionum Vtopicam abyſſum demerſi docti pariter & indocti, ad deſperationem inveniendæ veritatis adigerentur; atque hanc quidem methodum prætendunt, non quod putarent ſe in Patribus & Antiquitate inventuros quos quærerent; ſed quod ſperarent in iis paucos admodum quæſituros, pauciſſimos fraudem ipſorum ἐπ ἀυτῷ φόρῳ deprehenſuros, cum hic, ſi alibi obtineat illud, *Ars longa, vita brevis, occaſio difficilis.* Hanc excepit tertia Ieſuitæ Verroni, Arnoldi & ſociorum in Gallia, qua ad otium, ignaviam, omnis eruditionis contemptum, immo ad Libertiniſmum & Atheiſmum homines tandem adigerentur; ſiquidem

a Vide *Antilidagma Colonienſe, & Iudicium Vniverſitatis & ſecundarii Cleri de doctrina & vocatione Buceri ad Bonnam.*
b Præfat. ad commentar. in epiſtol. Pauli.

ſiquidem illa obtineat. Illa enim omnẽ ratiocinationem & diſcurſum à rebus divinis excludendo, in Pyrrhionium & brutale faſtidium homines conjicit. Brevem hujus machinæ deſcriptionem videre eſt in iis quæ ex Verronio nuper Belgicè edita Antvverpiæ in 8. Atque hæc quidem methodus quamvis noſtris terrori nunquam, credulis Pontificiis admirationi aliquamdiu fuerit, nunc tamen deplumata planè & exploſa à Molinæo, Ferrio, Riveto, Ramburtio, & pleniſſime à Nicolao Vedelio in Rationali Theologico, conquieſcit inter currus falcatos Vegetii[a], qui in bello ut primo terrorem inferebant, ita poſtmodum fuere deriſui. Subſequuta tandem eſt quarta, anno 1630. quæ compendio priores duas, & impendio ſeu emolumento tertiam ſuperare & imperitorum applauſum mereri videtur. Certè author ejus Ianſenius in eo ſibi non minus placet, quam ſi quadraturam circuli, aut medicinam univerſalem per lapidem philoſophicum, aut mirabilem illam artem Lullii (de qua Tholozanus[b]) aut ſimile quid inveniſſet. Siquidem ejus beneficio indocti pariter ac docti abſque Scriptura, abſque Patribus, abſque ſtudio, abſque difficultate *hæreticos* confundere poterunt. Extant in Papatu duo tractatus, *Dormi ſecurè*, & *Theſaurus pauperum concionatorum*; utrumque titulum ſi methodo huic applicare libeat, dicatur *Dormi ſecurè* & *Theſaurus pauperum diſputatorum.* Sed de Methodi hujus uſu & miraculis quid ſtatuendum, jam in Ianſenio oſtendimus. Ita ut miſerrimè cauſæ ſuæ deſperationem prodant, qui hac unica machina, quaſi Archimedis quodam *chariſtio*, aut Architecti noſtratis Stevini *Omnipotente*, totam Reformationis molem ſufficienter ſubverti ſtatuunt. Scilicet δός μοι πȣ̃ ςῶ, καὶ τὴν γῆν κινήσω[c].

II. Mirandum ſane, quod hactenus hoc caput Meduſæ noſtris non oppoſuerint. Ianſenius non obſcure infelices bellatores ſuos perſtringit, cum de Eccio tam tenuiter judicat: *Eccius & ſimiles cauſam Catholicam defenderunt, ſicut pro gratia ſibi data defendendam judicarunt*, cap. 26. p. 124. Quem tamen tam magnifice prædicant Bellarminus & Surius, ut ſi vera dicant, multi Ianſenii in mortario contuſi, aut per concomitantiam uniti ne unum quidem Eccium efficerent. Vide Bellarmin. de Scriptor. Eccleſiaſt. & Surium in commentar. ad annum 1543. pag. 382.

Quod autem excipit Ianſenius pag. 124. *Nihil eſſe ad rem, ſive moverint ſive non moverint noſtris illam litem primi Reformationis Antagoniſtæ.* Satis prodit, ab illis qui lucem factorum propius intuiti ſint quàm ipſe, quique nihil intentatum reliquerint, quæſtionem illam fuiſſe præteritam, quippe quam nullo colore moveri poſſe norant. Tantum hoc facit ad rem, ut inde actionis aut exceptionis Pontificiæ mutationem, atque adeo conſcientiarum fluctuationem colligere quis poſſit. Tam parum cauſæ ſuæ fidunt, ut diſcipulis poſterioribus perpetuò diſpliceant magiſtri priores, ſemperque declinandi & fugiendi novos excogitent modos, dum, aliis ſi fortè ſimplicioribus, ſibi ſuæque conſcientiæ nunquam ſatisfaciunt vertumni. Quod an bonæ cauſæ & conſcientiæ ſignum ſit, judicent qui judicare poſſunt.

III. Non tantum ſtulta & ridicula, ſed apertè falſa eſt hæc aſſertio. Cauſa enim noſtra non ſubvertitur niſi evidenter demonſtretur, *Primo*, eſſe illam cauſam mendacii, hæreſeos, & diaboli; & non eſſe cauſam veritatis ac Chriſti. *Deinde* & conſequenter, cauſam Papatus eſſe cauſam Chriſti ac veritatis. Hæc ubi conſtiterint, ſubverſa plane erit cauſa noſtra. Poteſt bona cauſa indebitè, malè, & ἀτάκτως ab aliquo agi &

a De Re Militari lib. 3. c. 24. b In ſyntax. artis Mirabil. c Id eſt, *da mihi ubi ſtem, & terram movebo.*

agi & inſtitui, ut conſtat ex Philipp. 1.16. 17.18. *Quidam autem ex contentione Chriſtum annuntiant non ſincerè, &c. Quidam vero ex charitate, &c. Quid enim? attamen omni modo ſive ſpecie, ſive veritate Chriſtus annunciatur, & in hoc gaudeo, &c.* Apud Logicos, ex falſo medio vera tamen concluſio ſequi poteſt, neceſſitate conſequentiæ. Iobi bona nihilominus erat & manebat cauſa, quamvis non uſquequaque bene eam tutatus eſt: De utroque extat judicium Dei cap. 42. In Politia poteſt quis nebulo & ἄτακτος malo animo & malis mediis partes actoris ſibi ſumere, aut nimium curioſus eſſe in aliena Republica; cujus tamen accuſatio ideo non ceſſat aut pro nihilo habenda, imprimis ſi Reipublicæ ſalutis, & legum fundamentalium conſervationis plurimum interſit. Vtimur operibus arte factis in commodum noſtrum, etiamſi de artificis legitima immatriculatione & cooptatione in collegium artificum nihil conſtet. Medicorum & Iuriſconſultorum conſilia ſi ſalubria, non rejicimus, etiamſi de promotione & titulo Academico certi nihil conſtet: Præſtat enim nos juvari à non promoto, quam perdi à promoto. Poteſtatis & diplomatis certa ſcientia aut laborioſa inquiſitio ægroto non eſt neceſſaria, conſilium ad ſanitatem eſt neceſſarium. Si quis Medicus intruſit ſe in praxin (ubi per Leges non licet) ipſe præſtet, ipſi uſurpatio & ἀταξία illa nocebit, non ſanitati meæ. Et ſic convicti alicujus de uſurpatione & intruſione cauſa tamen ſeu doctrina poſſet eſſe bona; & per conſequens criminis iſtius convictione nec ſubverſa, nec à quoquam ſubvertenda. Prout ipſe Ianſenius ſibi contradicens diſtinxit iſta cap. 37. pag. 162. *Alia ſunt doctrinæ, alia miſsionis teſtimonia. Diverſis enim cardinibus pendent doctrinæ veritas & miſsionis authoritas. Ex quo fit, ut uſurpator miniſterii vera docere poſsit, & legitimus miniſter falſa: ille inſtitutum à Deo ordinem docendo ſervare, hic turbare. Legitima enim miſsio doctrinam præcedere, non ſequi, vel ex ejus veritate æſtimari debet.*

IV. Si Ianſenii judicio, tota cauſa hac unica quæſtione ſubverſa; & de cætero nihil reſtet quàm ut *clauſis auribus* nos quam longiſſimè fugiant, & ab omni audientia porro removeant, etiamſi antiquam doctrinam tot miraculis à Chriſto ſigillatam proferremus: nunc facilè intelligit lector quo artificio heroes illi præ ſe ferant deſiderium collationum & diſputationum de religione, de quo noſter in Alexipharmaco & in Spongia cap. 58. pag. 273. 274. 275. 276. 277. 279. Et in anti-provocatione tribus linguis edita.

Nam ſola illa exceptione declinatoria in perſonas noſtras putant ſe ſatis ſuperque toto hoc negotio defunctos, ita ut nihil aliud reſtet, quam ſolitum illud, *valete & plaudite.* Ita Sodomitæ clauſis auribus bene monentem Lothum averſantur, quia erat peregrinus; Peccatum eorum ſcilicet non erat peccatum. Et Iudæi quamvis moniti, Chriſti doctrinæ & ſuæ Apoſtaſiæ examen ſecure tranſmittunt, quia neſcirent unde eſſet monitor ille, Iohan. 9. 29. *Hunc neſcimus unde ſit.* Et rex Amazia hac exceptione rejicit fidelem Prophetæ admonitionem: *An conſiliarium Regi dederunt te?* 2. Paral. 25. 16. Sic adverſus Reformatorum & noſtra omnium monita ſecure in peccatis ſuis perſtant Clerici Papales, examen omne rejiciunt, quia nos ſecundum ordinem & formalitates ipſorum non ſumus qualificati ad tale emendationis aut accuſationis officium. In declaratione Belgica monuimus ex regulis & praxi perpetua novæ iſtius Romanæ militiæ ſatis conſtare, quantæ abominationi ſint ipſis diſputationes & collationes, non aliter ac Paſtores olim Ægyptiis. Sed erit aliquando illa dies, quo plurimi armorum & tyrannidis metu liberati, libere & palam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

præſumptionem ſuam Scripturarum lucifugis in os injicient: *Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus*, Iohann. 3. 20. Amen, Amen.

V. Si unica hac quæſtione tota Reformationis cauſa ſubvertitur; ergo eadem quæſtione Papis veſtris in frontem illiſa, tota ſedes & cauſa Romana ſubvertitur, & quidem multo Majori ratione. Fuerunt enim Papæ illegitimi uſurpatores non tantum à ſeipſis intruſi (quod *Sacrilegii* eſt) ſed ab ipſo diabolo per artes Magicas, quod eſt *Diabolorum cultus*, & per Meretrices, quod *Lenocinii* eſt in ſummo gradu; & per brachium ſæculare & ſanguinis fuſionem, quod *Tyrannidis* eſt; & per nummos, quod *Simoniæ* eſt. Dic nunc libere illorum ſpiritum probatum ab omni audientia fuiſſe removendum, & clauſis auribus Paſtores illos, licet veritatem inſtar Pauli (Ianſenii pag. 162.) docentes, fugiendos quàm longiſſimè.

SECTIONIS SECVNDÆ
CAPVT XXVI.
Quæſtio de vocatione ex lege Methodi primò ventilari non debet.

DECIMA ſexta Hypotheſis eſt. *Hanc quæſtionem eſſe primam ordine naturæ, doctrinæ, & caritatis; ideoque primo de illa in diſputando agendum, ut methodum obſervemus.*

Ref. I. Ex qua Logica talem methodum in diſputationibus ſervandam didicerit Ianſenius, equidem divinare non poſſum. Quæſtio illa nec inter præcognita Demonſtrationis Ariſtotelicæ, nec in Topicis uſpiam comparet. Qui poſt Ariſtotelem methodum diſputandi tradidere, cujuſcunque ſectæ fuerint, Lulliſtæ, Ramei, Ariſtotelici, Neutri, nihil tale ſomniarunt. Sed par εὐπορία & ἀγχίνοια hujus viri in regulis juris, ac in terminis & axiomatis diſciplinarum excogitandis. Siquidem celebrem illam [a] quæſtionem de *primo cognito* ſive abſolute, ſive in negotio fidei tractare libet, diſtinguat prius terminos ut ſeipſum intelligat.

II. An ergo peculiaris illa methodus diſputationis aut collationis Theologicæ, ſive ea Scholaſtica & umbratica, ſive publica & ſeria fuerit? Sed quæ Theologia, quibus præceptis & rationibus talem præſcripſit? Scholaſtici & Theologi Pontificii ante tempora Reformationis cauſam heterodoxi aut hæritici alicujus oppugnaturi, ipſâ antitheſin adverſarii directè & cominus aggrediuntur, rem cum re, rationem cum ratione committentes. Iidem poſt exortum Reformationis, in diſputationibus & collationibus eadem methodo cauſam adverſariorum ſubvertere tentarunt. Cujus rei tot ſunt teſtimonia, quot libri editi pro defenſione Papatus, aut collationes & colloquia de religione inſtituta. Videantur Hiſtoriæ, & acta collationis Bernenſis Tigurinæ, Wormatienſis, Ratisbonenſis, Anglicanæ, ſub initium regni Elizabethæ, privatorum colloquiorum in Gallia, Germania, Belgio.

III. Methodus Iuridici proceſſus, tale quid non præſcribit; & ſi præſcriberet in civilibus, aut quibuſcunque hujus ſeculi negotiis, non eſſent tamen *agenda* ſpiritualia ad illam

[a] Vide varias diſtinctiones huc facientes apud Cajet. de *Ente & Eſſentia*, quæſt. 1. Et Tinnalum in viridario Philoſophiæ cap. de *primo cognito*; & Pererium phyſ. lib. 3. cap. 6. 7. 8. 14. 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ad illam formulam exigenda. Eſt ordo in illis, & ſunt certi fines, quos Deus in verbo ſuo præſcripſit: ſufficit ſi his non egrediamur.

IV. Ordinem naturæ & doctrinæ, quam accuratè & ſufficienter explicet ac diſtinguat, exaniment Logicorum filii. Neque enim hujus loci ſunt quæſtiones de Methodo inter [a] Zabarellam & Piccolomineum agitatæ.

V. *Methodus Caritatis* apud Logicos, Philoſophos, & Formaliſtas (quod ſciam) inaudita hactenus. De Methodo *arbitraria*, & Methodo *prudentiæ*, memini Rhetores & poſt eos authorē quendam Logicum[b] præcipere, ſed quam Scriptores exoterici, aut oratores, non diſputatores uſurpent. Potuiſſes eadem opera ordinem *ſpei*, ordinem *miſericordiæ*, ordinem *patientiæ*, ordinem *ſanctitatis*, methodū *ſupererogationis* & *Monachiſmi*, item *prævaricationis, & metus ac fugæ*, & tot Theologicas excogitare Methodos, quot Philoſophicas Galenus, & Iulius Pacius in Compendio ſuo Logico.

Ratiunculas & exceptiones Ianſenii ita profligamus. Prima eſt. *Quod primum in oculos noſtros irruit, ab eo ordine naturæ, veritatis inveſtigatio primum nobis inchoanda. Sed officium Prædicatoris ſeu Doctoris, atque adeo vocatio ad illud officium, quam prætendit, primum in oculos noſtros irruit.* Ergo.

Reſp. Negamus Majorem & Minorem. Ac. 1. quod ad Majorem; dicimus neque in abſtractione à materia ſenſibili & ſingulari, neque in abſtractione à materia ſenſibili univerſali, nedum in abſtractione à materia intelligibili atque adeo rebus ſpiritualibus, illud verum eſſe; in quibus tamen cognitio veritatis verſatur. In illis enim nihil prius aut poſterius incurrit in ſenſus, neque directè illa ſunt objectum cognitionis ſenſitivæ. Addimus ne quidem in cognitione ſenſitiva hoc perpetuo verum eſſe, ut ab eo quod prius incurrit in ſenſus ordine naturæ neceſſario indagatio veritatis ſit inchoanda. Neque enim Anatomica inveſtigatio & cognitio à cute, à manibus, naſo, fronte, & partibus externis neceſſario inchoatur. Sic peregrinantis inveſtigatio Politica & Eccleſiaſtica, non incipit neceſſario à muris, à turribus, à curiis, à campanis, templis, Iudicum & Rectorum ordine, à ritibus, moribus, &c. Quid enim prohiberet ab ipſius religionis placitis, ab ipſis Gentis iſtius legibus ordiri. In Phyſicis inveſtigatio non incipit à motu aut figura, quæ ſunt ſenſilia cōmunia; neque à ſole aut lumine, quæ primò in oculos incurrunt; neq; à mixtis, aut terra, aqua, quæ puto magis in oculos incurrere quam materiam, aut formam, aut cœlum, aut aërem. In Theologia ordine naturæ non diſputatur prius de templis, de ſacramentis, ſacramētalibus ritibus, ceremoniis, de choragio ceremonialis Romani, de taxa pœnitentiaria, de Cancellaria Apoſtolica, de Hierarchia Eccleſiaſtica, de proceſſionibus, de Monachorum cucullis, fibulis, cordulis nodoſis, pedum nuditate, cantillatione, mendicatione, flagellatione, quæ ut ſenſibiliter craſſiora ſunt, ita ſubtilitate ſua difficultatē nō ita pariunt in cognoſcendo.

Sed plane cōtraria Methodus ſervatur, ut patet ex ſumma Theolog. Thomæ, & Summa contra Gentes, Magiſtro ſententiarum, Summa Altiſiodorenſis, Summa Antonini, Bonaventuræ Compendio Theologico & Gerſonis Compendio, & Viguerii Inſtitutionibus, & Eccii Enchiridio, & aliis infinitis, qui ipſos ſequuntur. Patet ergo Axioma hoc Ianſenii abſque uberiori declaratione & probatione inter authoritates Ariſtotelis, aut axiomata Bedæ recipi non poſſe.

II. Probatio Majoris etiam abſurda eſt.

[a] Pererius phyſ. lib. 3. cap. 11. 12. 13. Piccolomin. in Comite Polit. & Zabarell. in apolog. [b] Bertius in Logic. Peripatet. cap. de Methodo. Pereſius à Valdivia de Rat. concionandi.

Quo ordine omnes ſcientiæ inventæ & ad faſtigium perductæ ſunt, eo ordine in diſputationibus Theologicis veritatis inveſtigatio nobis inchoanda. [a]Sed ordine illo, qui procedit à rebus in ſenſum maxime incurrentibus, ſcientiæ omnes ſunt inventæ, Ergo. Cogitare non poſſum ex qua corte aut cavea hæc commenta in ſcenam protraxerit. Major hujus ſyllogiſmi eſt falſiſſima.

Primo, quia alio ordine traduntur ſcientiæ quam primum inventæ ſunt; ſive id fiat poſitivè & dogmaticè, ſive diſputativè ſeu per quæſtiones. Invẽtio procedit per inductionẽ & demonſtrationẽ à poſteriori, h.e. à particularibus ad univerſalia, ab effectis ad cauſas; Methodus ſcientiarũ contrà per demonſtrationẽ *διότι*, & ab univerſalibus ad particularia; Inventio ſcientiæ procedit ab effectibus ad cauſas, à compoſitis ad principia; Scientiæ vero traditio contrà à principiis ad compoſita, ut tu pag. 98. tibi contradicens, rectè ſtatuis. Quomodo aliquid prius ſit *natura* & *quoad nos* explicant Philoſophi,[b] ad Metaph. 5. c. 11. & 1. Poſter. 2. 10.

Deinde, quidquid ſit de ſcientiarum inventione, inepta tamen eſt conſequentia ab ordine inveniendi ſcientiam phyſicam, aſtronomicam, opticam, &c. ad ordinem diſputandi & conferendi de quæſtionibus fidei, ubi de animarum ſalute aut perditione agitur. Cũ fides ſit πραγμάτων ἔλεγχος μὴ βλεπομένων,[c] orta ex principio infallibili verbi & illuminatione ſpiritus ſancti, non vero ἱστορίᾳ Phyſica ex ſenſibilium ſingularium perceptione, obſervatione, experientia, & inductione originem trahens.

Tertio; etiamſi in curſu diſputationum Theologicarum jam receptus eſſet talis ordo, ut quæſtiones facti, & de rebus facilioribus ſemper præmitterentur (quod tamen falſum) nihil hoc faceret ad rationẽ & methodum ejuſmodi collationum, ubi quæſtiones tractandæ jam indefinite præſcriptæ eſſent à provocatoribus, aut ſaltem collocutoribus utriuſque partis, inter conditiones & leges colloquii communi conſenſu præſcribendæ relinquuntur.

Quarto, Siquidem ejuſmodi ſubtilitates tibi placent; quin potius à quæſtionibus *de populo ſeu laicis*, non verò de Doctoribus aut eorum vocatione diſputatio inchoatur, ut ſervetur *ordo naturæ*, ſecundum quem populus præcedit paſtores, ut quidem philoſophantur Thomas & Corn. à Lapide in Philipp. 1. verſ. 1.

III. Minoris falſitas ex eo patet, quod *miniſterium, ſacerdotium, ſacramentum ordinis, ordinator legitimus, vocandi poteſtas & authoritas* ſint relata, quæ per ſe in ſenſus non incurrunt. Neque enim in oculos illa magis irruunt, quam verũ & legitimum conjugium Abrahami & Saræ in oculos regis Abimelechi. Nam ceremoniæ & ritus externi ordinationis licet oculis uſurpari poſſent, tamen ex iis nihil certi de inviſibili & indelebili charactere, de Eccleſiaſtica authoritate, de divina & legitima vocatione ſtatui poſſe nos docuit Ianſenius pag. 115. *Iam enim oſtenſum eſt, non eſſe ſatis, ut ritus ordinationis quoque modo erga quempiam obſerventur: quis enim cujuſcunque religionis apoſtata, vel infamis hiſtrio, vel ſacrilegus non idem poteſt. In qua Republica non poteſt rebellis Principis Magiſtratuum creandorum ritus effingere & imitari.* Si ergo de iſtis in theſi quæris, non ſufficit factorum lux, quæ in ſenſus tam facile illabi poſſit. Sin vero in hypotheſi in relationes illas ſingulariter in Luthero, Zvvinglio, & primis quibuſque Reformatoribus exiſtentes, inque fundamenta earum inquiris, jam non tam facile illud eſt, ut tu dicis. Cum enim ſæculo ſuperiori illa geſta ſint, factorum lux diligenti collatione, hiſtoriis, editis epiſtolis, ſcriptis Theologicis, actis publicis, tum Eccleſiaſticis, tum Politicis, aliiſque

[a] Pag. 97. [b] Zabarell. de Method. lib. 3. c. 19. [c] Id eſt, *Demonſtratio eorum quæ non cernuntur.* Hebr. 11. verſ. 1.

que ſi quæ ſuperſunt monumentis (in quibus omnibus hoſpitem ſe oſtendit Ianſenius) quærenda. Præterea facta cum jure accurate conferenda. Ita demum ſtatuendum, fuerintne legitime vocati, nec ne. Videbis optime falſitatem Minoris, ſi ſub Majori tua ita ſubſumant. Quod prius in oculos noſtros irruit, ab eo ordine naturæ veritatis inveſtigatio inchoanda. Sed vitia corporis (quæ irregularitatem inducunt) prius in oculos incurrunt. Ergo. Vel ſic ſubſumant Iaponenſes, Chinenſes, Græci, Moſcovitæ, Lithuani, Rutheni: Quod prius in oculos noſtros, &c. Sed officium prædicatoris & miſſio prius in oculos incurrit, &c. Quacunque methodo à quæſtione particularis facti ad miſſionem, eccleſiam, & authoritatem Romanam Papiſtæ ibi confugient (quod ſolum ibi poſſunt contra antiquos & priores poſſeſſores) eadem & nobis analogice ad Euangelium, ad Eccleſias Apoſtolicas & antiquiſſimam omniũ Hieroſolymitanam provocare liceret; ſi quidem Clerus Papalis legitimæ vocationi noſtrorum opponeret alicubi illud: *Priores hic poſſidemus*; quod conſtat ex factorum luce.

Secunda eſt. [a] *Nihil juſtius, nihil naturalius quam ut ſpiritus, doctrinæque probationem ab ipſa officii occupatione exploremus. Vt ſi doctrinæ puritas obſervata in ipſa officii occupatione, de reliquo doctrinæ corpore ſecurius præſumamus. Sin vero, &c. occluſis auribus quam longiſſime fugiamus.*

Reſp. I. Notetur manifeſta contradictio. In occupatione officii *doctrinæ puritas obſervatur aut violatur, ibidem etiam exploratur*; Et tamen, *ſola facta externa intuenda ſunt*, pag. 76. *Sine Scripturis, ſine Patribus, ſine rationibus exquiſitis hac ſola armati quæſtione cauſam veſtram docti indoctique ſubvertimus*, pag. 95. *In hac quæſtione non facile cuiquam, quamvis Scripturarum imperito, imponi poteſt. Hæc enim quæſtio non ſcripturis, ſed factis, & extrinſecus accerſitis teſtimoniis decidi debet*: pagina 98.

II. Notetur, omnibus humanis ſcriptis, dictis, teſtimoniis, actis, diplomatis poſtponi ſacras literas: homines ad illa trahi, ab iſtis abduci. Quaſi vero fraudes, mendacia, deceptiones, perplexitates, difficultates, tantum circa ſacras literas, & non itidem circa hominum dicta, facta, & ſcripta locum habeant. Quid ergo Canoniſtæ & Summiſtæ de falſificationibus literarum apoſtolicarum in caſibus Papalibus, & bulla de cœna Domini, &c. deque teſtimoniis falſis tam multa? Quorſum infinitæ illæ Theologorum altercationes de gemino ſenſu Patrum, Conciliorum, decretalium, decretorum etiam nuperi Concilii Tridentini, uſque ad deſperationem, & quidem circa neceſſaria? Vide modo, e. gr. acerbiſſimas querelas Bannez de perplexis & inſolubilibus circa authenticam editionem Scripturæ, & Chriſtophori à Capite Fontium [b] de iiſdẽ circa euchariſtiam in peculiari tractatu, Et Ieſuitæ Ferdin. de Salaſar circa conceptionem B. Virginis, peculiari volumine in fol.

III. Notetur, explorata officii legitima occupatione, præſumi ſecurius de reliquo corpore doctrinæ. Securitas illa Papalis eſt non Chriſtiana. Nam etſi quis legitime vocatus ſit, tamen manet illud Apoſtoli, *Ne credite omni ſpiritui, ſed explorate ſpiritus, an ex Deo ſint.* 1. Ioh. 4. 1. Et Servatoris noſtri, Luc. 8. 18. *Videte quomodo audiatis.* Et tu diſerte docuiſti cap. 37. pag. 162. *Poſſe legitimum miniſtrum falſa docere, & diverſis cardinibus pendere doctrinæ veritatem & miſſionis authoritatem.* Itaque ab uno cardine ad alterum dubius & fallax eſt tranſitus. *Deinde* præſumptio hic non ſufficit, ſed fides. Præjudicium aliquod de perſona Doctoris non anticipat aut facit judicium de doctrina.

a Pag. 97. b Confer libr. 3. ſect. 1. cap. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Iuſte enim hic judicandum eſt, & non ſecundum faciem. Quorum cauſa juſti examinis trutinam non ſuſtinet; illi circa præſumptiones, præjudicia, & perſonalia languere ſolent. Hoc eſt cauponari bellum, non belligerari. In criminalibus præſumptio juris & de jure etiam urgentiſſima non probat ad condemnandum, niſi in delictis occultis & difficilis probationis. Sed tale delictum non eſt hæreſis; ſaltem multo minus, quam uſurpatio miniſterii. Et in genere omnis *præſumptio* definitur, *Quod ſit conceptus in mente, ex probabili cauſatus conjectura.* Vnde à Iuriſconſultis [a] *conjectura, veriſimile, πίθανον, ſuſpicio, probabile, &c.* appellatur. At hoc ad fidei & religionis negotium, & conſcientiarū certitudinē parum aut nihil facit.

IV. Quod eos, qui factis ſuis ſeu moribus *doctrinæ puritatem alicubi violaverint, occluſis auribus quàm longiſsime fugiendos* ſtatuit, quamcunque ſcilicet illi doctrinam adferant; more ſuo oracula fundit & decreta fabricat, tam facile à nobis contemnenda, quàm illa abſque Scripturis adferuntur & propriis authoribus nocent. Quod ſi aberratio & abuſus in facto aliquo (mera enim hic facta intuenda vult Ianſenius) tantam facit conſequentiam, quid fiet in caſu doctrinæ? Illi ergo per regulam juris Ianſeniani audiendi non erunt, qui non tantum factis, ſed conſtanti doctrina tenuerunt Euchariſtiam infantibus dandam, ut Papa Innocentius, Auguſtinus, & plerique alii; aut hæreticorum baptiſmum iterandum, ut Cyprianus cum ſuis Africanis. Pontifices ergo illi Romani tunc à nemine fidelium interea erant audiendi, cum in ipſo limine aut progreſſu ipſo doctrinæ puritatem violatam & ſpiritum ſacrilegio contaminatum conſtaret? Intruſione ſcilicet & illegitima aſcenſione in cathedram Petri per Magiam, meretrices, vim, & tyrannidem, armorum ſæcularium ut illi qui ſæculum illud ferreum Baronii conſignant, aut hæreſi Monothelitarum ut Honorius, aut ſyncretiſmo cum Arrianis ut Liberius, aut errore de animarum dormitione ut Iohannes XXII. aut errore de Infantium Euchariſtia ut Innocentius? Mirum eſt iſtos Pontifices à plebe aut Clero, durante illa præſumptione & præjudicio, in reliquis tamen fuiſſe auditos. Et hodie etiamnum illorum decretis & decretalibus, æque ac aliorum Pontificum applicari illud, *Dic Eccleſiæ, & qui Eccleſiam non audierit.* Concilii Conſtantienſis, Baſilienſis ſpiritus ſciſmate & ſacrilegio contaminatus, & doctrinæ puritas violata deprehenditur à Bellarmino cum reliquis iſtius ſectæ; & tamen Papatus ante exortum Ieſuitarum & novorum Theologorum illa Concilia, in omnibus ſuis decretis & capitulis doctrinam aut diſciplinam concernentibus, occluſis auribus quam longiſſime non fugit. Immo non deſinit Eccleſia & Sorbona Gallicana in Conciliis illis libertatem ſuam fundare. Neque ipſi novi Cenſores Patrum, Conciliorum, ſpiritus illorum in errore aliquo præoccupatos aut deprehenſos cætera inſtar Core & Abyron fugere nos docent. Tu authoritate Tertulliani, Origenis, quorum tamen ſpiritum & doctrinæ violationem notaſti, pag. 361. ad credulitatem Romanam nos revocas. Tu ex Bellarmino Concilii Chalcedonenſis doctrina nos tantopere urges pag. 343. 344. cujus tamen ſpiritum egregie à Bellarmino probatum ignorare non debes, & ego jam indicaveram in Philonio [b]. Libertus tuus Froymundus adverſarios ſuos Lovanii de ſectione continui diſſentientes, ſi non Doctores ſaltem Licentiatos hæreſeos promovere ſatagit, quia ſcilicet Concilium Conſtantienſe non audiunt; cujus tamen ſpiritum diviſibilem & extenſum ad extenſionem materiæ, inſtar formarum materialium, minutim

[a] Mantica de Conjecturis ult. Volunt. tit. 1. n. 8. lib. 1. Farinac. qu. 36. n. 67. [b] Vide quæ in Philonio de Tertulliani condemnatione apud Pontificios notavi.

minutim explorat, ſeparat, ſublimat, calcinat, in atomos redigit, & quid non. Videat, cui otium eſt, mirabiles illos luſus & labyrinthum Froymundi in Labyrintho ſeu de Compoſitione continui, cap. 4. Ieſuita Maldonatus Theodori Mopſveſteni expoſitionibus, tanquam clavi Scripturæ, per ſingulas fere paginas aures ſuorum aperit, cujus tamen ſpiritum hæreſi contaminatum, deprehenderunt patres ante multa ſæcula, fatente ipſo Maldonato. Authorem operis imperfecti in Matthæum, quamvis Arrianum ſuo judicio, cætera tamen quam libentiſſime audit, & ab omnibus audiri vult, idem Maldonatus. Ex vita prædicatoris omnibus flagitiis infamis, & diaboli incarnati alicujus horrendis factis, an non juſtius præſumi queat juxta textum, Pſal. 50. 16. *Quare tu enarras juſtitias meas, &c.* quam ex uno illo uſurpationis vitio? Si annuit Ianſenius, conſideret monſtra Papalia. Sin abnuit, ne poſthac cauſæ noſtræ opponat ex unico illo facto præſumptionem.

V. Quo plura addit Ianſenius, eo magis ſe implicat, & volens nolens recedit in illud, à quo & ipſe abhorret, & ſuos quam longiſſime abducere conatur; in doctrinæ ſcilicet aliquam explorationem & ſpiritus probationem, & quidem ex Scripturis, rationibus, Patribus, &c. Ex quibus ſolis puritas doctrinæ obſervata, aut violata probatur, illæ ad rem iſtam non faciunt tantum, ſed abſolute & neceſſario requiruntur. Sed ex ſolis Scripturis (addunt Pontificii ex Patribus, antiquitate Eccleſiaſtica, &c.) doctrinæ puritas probatur. Ergo ad rem faciunt, immò & abſolute neceſſariæ ſunt. Per conſequens, ſola facta externa non ſunt intuenda, neque ſufficiunt; neque indocti & inermes de nobis armatis facillime triumphant; neque ulla ſolida, evidenti, & ſalutari ſcientia nituntur, ſed tantum nuda ſuſpicione, quæ à judicio, à fide, à ſpirituali ſapientia & prudentia longiſſime diſtat, cum nihil aliud ſit quam *Opinio in alterutrum titubans, magis tamen in alterum vergens*, ut ex Gilberto deſcribit Altiſiodorenſis[a]: *Et vitiū quoddam importet, & quanto magis procedit, tanto magis ſit vitioſū*, ut loquitur Card. Turrecremata[b]; ubi omnes gradus ſuſpicionis peccati arguit, ſecundum Thom. 2. 2. q. 60. art. 3.

Tertia eſt. [c] *Ordo doctrinæ poſtulat ut à principiis ad compoſita, à cauſis ad effectus procedatur; Sed officium prædicatoris eſt cauſa, prædicatio tanquam uſus officii eſt effectus ejus, Ergo prius officium miniſtrorum, & occupatio ſeu generatio ejus, poſtea vero uſus officii, hoc eſt, prædicatio ac doctrina exploranda.*

Reſp. I. Logici hic inculcarent, diſtinctionem ordinis in *ſyntheticum* & *analyticum*; quorum ille à principiis ad compoſita, iſte à fine ad media procedit. Principia etiam diſtinguere docerent in *eſſendi* & *cognoſcendi*. Adderent, ordinem facilioris doctrinæ non raro ab effectis ad cauſas procedere. Ad hæc cognitionem aliam eſſe ſenſitivam, aliam intellectivam; & hanc vel confuſam vel diſtinctam; utramque rurſum vel virtualem vel actualem (Cajetan. in Thom. de Eſſent. & Ente qu. 1.) Sed illis omiſſis, quę non ſunt hujus Scholæ, reſpondeo. *Primo*, Ianſeniū inſtar Prothei, in omnes formas ſe vertere, eadē modo ponendo, modo deſtruendo, idque eodem paragrapho, eodē & uno halitu. De vocatione ad miniſterium, prius agendum, inquit, quia ſcilicet in ſenſus incurrit, & illo ordine omnes ſcientiæ inventæ ſunt. Et rurſus, de eodem miniſterio prius agendū, quia eſt principium & cauſa; hoc eſt, quia non incurrit in ſenſus. Nam principia & cauſas in ſenſus incurrere inauditum in ſcholis Philoſophorum. Eſt ergo eodem reſpectu, idem ſeipſo prius & poſterius, notius & ignotius.

Deindè,

a In Summa aurea libr. 2. tract. 30. c. 3. b In quæſtionibus ſuper Euangel. Dominic. 5. poſt Trinit. c Pag. 98.

Deinde, Major ad integræ alicujus diſciplinæ ſeu ſcientiæ jam inventæ traditionem reſtringenda eſt. Ibi enim ordo doctrinæ *Univerſalis*, quem vocant, obſervari ſolet, ut ille Methodi eximius illuſtrator [a] Zabarella plurimis exemplis docuit. Sed quid hoc ad Methodũ, ſive inveniendæ, ſive tradendæ veritatis, aut ad ſcientiam particularem, de qua pagina præcedenti Ianſenius? Aut illam, aut iſtam hic ſeponat, quia utramq; in una eademque quæſtione ſervari non eſt neceſſe. Sunt enim longe diverſæ illæ methodi, quod ex Zabarella libr. 2. cap. 20. diſcere aut repetere poterit. Mihi enim non vacat iſta nunc inculcare. *Tertio*, Ordo doctrinæ, qualiſcunque ſervetur in traditione diſciplinæ Theoreticæ, aut etiam Practicæ, addo & ipſius Poſitivæ Theologię, nihil tamen inde infertur, de ordine in tractatione controverſiarum Theologicarum, aut demonſtratione veritatis fidei contra adverſarios. Neque enim veſtri incipiendo à vocatione miniſtrorum, tanquam principio & cauſa doctrinæ, cauſam ſuam probarunt, aut alienam refutarunt. Exemplo ſint Bellarminus in tomis controverſiarũ, Becanus in Manuali, Coſterus in Enchiridio, &c. contra noſtros; Smiglecius Ieſuita contra Photinianos; Staniſlaus Solicovius contra Græcos, & Poſſevinus in methodo agendi cum Græcis. Dionyſius Carthuſianus in refutatione Alcorani. Thomas, Eugubinus, Ludovicus Vives, &c. contra Gentiles & Atheos. Charronus in libr. de tribus veritatibus contra omnes. *Quarto*. Etiamſi methodo tali prius & ex profeſſo quis tractaſſet illam quæſtionem de vocatione miniſtrorum; an propterea omnis ſchola, omnis diatribe, omnis collatio publica aut privata ad eam adſtringetur, ubi miſcellaneæ ſelectæ, aut ſeligendæ agitantur quæſtiones? Cedo leges, cedo exempla iſtius ordinis ita præſcripti aut obſervati à noſtris aut veſtris. Extant collationes & colloquia de religione in Germania, Anglia, Belgio, in Gallia imprimis frequentia; ſed video ibi ordinem quæſtionum arbitrarium in diſputando obſervatum, prout occaſio provocationis, aut voluntas collocutorum, aut promotorum, præſidumq; colloquii ferebat. Si quæ quæſtio ad reliquarum omnium inveſtigationem & deciſionem unquam viſa fuit viam munire, ea fuit de principiis fidei ſeu de Scriptura; quæ idcirco etiã primo omnium, & quidem ordine doctrinæ, agitata fuit in Colloquio Bernenſi 1528. in Colloquio Naſienſi in Lotharingia 1598. in Colloq. Ratisbonẽſi 1601. in Colloq. Poſſiaceno 1561. &, quod caput rei, in ipſo Concilio Tridentino ſeſſ. 4. *Aliquando*, inquit Bellarminus [b], *ex hypotheſi ſcriptura notior eſt eccleſia, quando vid. ſcriptura eſt recepta, & clare loquitur, & oritur quæſtio de ipſa eccleſia.*

II. Minor falſa eſt; neque enim doctrinæ principium & cauſa proprie eſt prædicator, ſed verbum Dei. Prædicator eſt motivum, inſtrumentum & συναίτιον tantum. Quo reſpectu miniſter Dei, eccleſiæ, verbi, doctrinæ, fidei, appellari ſolet, 1. Cor. 1. & 3. & 2. Cor. 1. v. ult. Potuiſſet ſimili paradoxo, *juris interpretes* & *forenſes pragmaticos* dicere principium & cauſam legum; & in curia Romana *curſores ſacri palatii* principiũ & cauſam decretorum Papalium; & *nuntios, apparitores, præcones* cauſam & principium diplomatis, reſcripti, decreti, aut ſententiæ Principis aut Curiæ. Et ut ſemel ignorantiæ & acurologię ipſum pudeat; quęro quale principium & cauſam intelligat, Eſſendi an cognoſcendi? Si eſſendi, aliud fingi non poteſt quam effectivum, at jam non eſt doctrina divina aut fidei, ſed humana, quippe quæ vera cauſalitate ab homine proficiſcitur. Sin vero ſtatuitur principium cognoſcendi, jam probationes non eſſent poſtulandæ, nec diſceptatio de eo inſtituenda.

Quia

a Zabarella in Operibus Logic. tract. de Methodis.

b De Eccl. Milit. lib. 4. cap. 2.

Quia principia prima non probantur, ſed ſumuntur. Et contra negantem principia non eſt diſputandum. Vides ergo, Ianſeni, te perperam confudiſſe prædicationem ſeu actum annuntiandi doctrinam, cum ipſa doctrina. Illius cauſa & principium eſt prædicator, hujus vero minime, ſed ipſe Deus in verbo ſuo ſeu ſacra Scriptura. Hinc eſt quod in tradenda Theologia de principiis fidei primo loco agant, qui aliquem ordinem obſervant, ut Thomas aliique, ut jam dictum eſt.

III. Quod concludit *poſtea de doctrina noſtra agendum*; dicis cauſa tantum addit & ſibi contradicit. Nam hac ſola intentione, Quæſtionem iſtam, *tu quis es, unde veniſti?* prius ventilandum contendit; ne unquam ad ipſius cauſæ principalis inquiſitionem deſcendi poſſit. Sic enim pagina anteriori 97. Sin vero *in ipſo limine ſpiritus ſacrilegio contaminatus eſſe comprobetur, tanquam impoſtores vos clauſis auribus quam longiſsimè fugiamus.* Et p. 96. de ſucceſſu diſceptationis circa hanc quæſtionē omnia ſibi pollicitus, ita triumphum canit ante victoriam: *Hac quæſtione ſe ruinam cauſæ noſtræ apertiſsimè demonſtrare: utpote quam in ipſo limine ſine ſcripturis, ſine rationibus exquiſitis, hac ſola armati quæſtione docti indoctique funditus ſubvertamus.* Hæc cum ita ſe habeant ex ſenſu Ianſenii, quid naturalius, quid juſtius, quam ipſius cauſæ examen reſecare & fugere quam longiſſime, idque clauſis auribus, juxta illud; Fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora. Videte ergo ô creduli Papales, quam ἀκριβῶς & ὑπερεκπερισσῶς ædificationem eccleſiarum, converſionem errantium, & confirmationem vacillantium curent veſtri præfecti, & inter eos Ianſenius (ut ipſe de ſe prædicat pag. 508. 509. 510.) qui modo aliquem reformatorem in luto uſurpationis aut ἀταξίας hærentem monſtrare poſſint, ſibi ſuiſque actionibus applaudunt, ſecure tranſmittentes quidquid de doctrinæ, diſciplinæ, morum corruptione opportunè importunè unquam ſuggeſtum eſt aut ſuggeri poſſet. Quomodo olim ſacerdotes nec Iudæ peccatori, nec ſibi attendentes, tantum in Chriſti cæde acquieſcebant. Matth. 27. *Quid ad nos, tu videris.* Scilicet, peccavit Lutherus, Zvvinglius, Zvvalmius, Voetius aut alius aliquis illegitime occupando aut retinendo miniſteriū, ergo tota cauſa (ſcena inquit Ianſenius) Reformationis corruit; ergo Reformationis, doctrinæ, adde & morum, nulla neceſſitas. Nonnemo qui Pontificios accuſat, à crimine immunis non eſt, aut etiam eſt hoſtis, hæreticus, extraneus, infidelis & propter peccata ſua damnatus, ergo nihil in Pontificiis eſt quod emendent? Qua regula conſequentiæ? An illa Rom. 2. v. 24. *propter vos nomen Dei blaſphematur inter gentes.* Et 1. Cor. 10. 32. *ſine offenſione eſtote & Iudæis, & gentibus, & eccleſiæ Dei.* Et Coloſſ. 4. 5. *In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt, tempus redimentes.* 1. Pet. 2. 12. *converſationem veſtram habentes honeſtam inter gentes, ut in quo obloquuntur vobis ut malefactoribus, &c.* Et 1. Tim. 3. 7. *Oportet autem illum* (Epiſcopum) *& teſtimonium bonum habere ab iis qui foris, ut non in opprobrium incidat & laqueum diaboli.* An vero illa Ianſenii cap. 37. p. 162. *Et uſurpator miniſterii vera docere poteſt, & legitimus miniſter falſa, ille inſtitutum à Deo ordinem docendo ſervare, hic turbare.*

Quarta eſt. [a] Ordo caritatis ab hac quæſtione diſputationem inchoandam ſuadet & cogit. Ratio eſt, Qui Cleri & populi Pontificii ſalutem viſceribus caritatis flagrare prætendunt, illi debent auſpicare ab hac quæſtione. Sed miniſtri Sylvæ-ducenſes hæc prætendunt, Ergo. Ratio conſequentiæ Majoris eſt; Quia in hac quæſtione non facile cuiquam, quamvis Scripturarum imperito, imponi poteſt.

Tt Reſp. I.

[a] Pag. 98.

Reſp. I. Ad Majorem, illam retorquendo. Immo qui flagrant ſalutem populi, illi debent ab eo inchoare, quo directe & proxime animæ ſuæ ſalutem curare & operari debet populus, quod eſt fides in Chriſtum per caritatem efficax; ordo enim prudentiæ ſuadet, ab eo incipere quod magis urget. Deinde debent ab iis impedimentis errorum ſeu dubiorum removendis inchoare, quæ magis immediate & præſenti cum periculo animas cujuſque infeſtant, qualia ſunt E. Gr. conſueta & quotidiana idololatria, ſuperſtitio, impietas, quibus actus omnes religionis tam imperati quam eliciti miſere polluuntur, & Dei ira continuo theſaurizatur. Compara nunc quæſtionem, de uſurpatione prædicatoris, & dic in ea majus & præſentius periculum animæ cujuſque ſitum eſſe, quam in quæſtione de propria idololatria, fide in Chriſtum, caritate in Deum, vera pænitentia, &c. Dic & proba ſodes Chryſippeo aliquo acumine magis urgere alienum peccatum & quidem contra ordinẽ poſitivum & canonicum, quam propria quæ immediate & continuo contra primam legis tabulam committuntur. Dic explorationem & liberationem conſcientiæ ab illo prius & potius inchoandam, quam ab iſtis. Vt paradoxa paradoxis, deliria deliriis accumules.

II. Probatio Majoris plane abſurda eſt duplici nomine. *Primo*, quia ſola facilitate & palpabili evidentia quæſtionis aut materiæ Theologicæ neceſſitas & utilitas non eſt æſtimanda; alioquin primæ quæſtiones eſſent, de cordula Franciſci, de cucullorum materia & forma & colore, de carnium & piſciũ differentia, de liquido quod non ſolvit jejunium, de roſario, de Encæniis, de feſto Martini, & trium regum, de præceptis eccleſiæ, de *ſpaſmo virginis* Mariæ, de cruce lapidibus & pavimentis non incidenda, de imaginibus Chriſtophori, de Templorum & altarium formis, de triplici corona Papæ, deque omnibus illis myſteriis ceremonialis Romani. Contrà poſtremæ eſſent de Trinitate, de Chriſto θεανθρώπῳ perſona, naturis & officio, de Iuſtificatione, de Regeneratione, de Sacramentis, de fide, ſpe, caritate, &c. *Secundo*, quia ſi quis fallere aut falli velit, æque iſta ac in aliis fidei quæſtionibus id accidere poteſt. Addo ego tam horrido ſenticeto obſeptam hanc viam à Ianſenio, ut quamvis per ſe alioquin ſatis plana eſſet, tamen nunc ad deprehenſionem & elenchum abſurdorum ipſius judicium & diligẽtia non minor requiratur, quàm in aliis quibuſcunque controverſiis, atque hoc quidem de theſi dictum ſit. In Hypotheſi & factorum luce proclivis etiam deceptio & lapſus, imprimis illis quorum oculi à lectione hiſtoriarum prohibiti ſunt, quorumque aures aſſiduo nil niſi mẽdaces relationes circumverberant. Vide quæ mox de facilitate dicemus cap. 22. ad hypotheſ. 18.

III. Ipſa alioquin Concluſio, quamvis abſurda, nos minime lædit. Nunquam quiſquam noſtrum abhorrere ſe oſtendit ab hujus quæſtionis tractatione. Quis unquam eam tranſmiſit, ubi ea objecta, imo quis abunde ei non ſatisfecit? Provocent etiamnum adverſarii quicunque velint, ut vel primo, vel etiam tantum de illa quæſtione diſceptetur viva voce vel ſcripto, vacui non dimittentur. Ego ſaltem, ſimulac Ianſenius in Alexipharmaco, quamvis importune & per ſophiſticã apagogen mentionem ejus feciſſet, tali præludio eam excipi, ut Ianſenii quocunque ſtrepitu excitato illud nondum evanuerit. An etiam juſta & poſtrema (ni fallor) hac apologia ſubterfugia quæſiverim, penes Ianſenium & lectorem judicium eſto. Obteſtor & provoco adverſarios ut ad quæſtiones de cauſa principali & *corpore doctrinæ* (ut Ianſenius loquitur) quacunque occaſione viciſſim

ciſſim eadem promptitudine ac ſinceritate reſpondeant. Quod ſi, ut vereor, in turpe ſilentium & ſubterfugia ſua ſe abdere pergant, videbunt tandem & judicabunt omnes, qui judicare poſſunt, eſſe ipſos *ſcripturarum lucifugas*, & *Clericos irreformabiles*, quos Deus ex ore ſuo expuet. *Clerici ſi male fecerint inemendabiles ſunt, laici vero delinquentes facile emendantur*. Chryſoſt. ſuper Matth. 23. citante Thoma in Catena.

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT XXVII.

Quæſtionem de vocatione non eſſe capitalem, neque etiam tam facilem ut Idiotæ nullo negotio abſque Scripturis eam tractare queant.

DECIMA ſeptima Hypotheſis. Eſſe tam capitalem, & ita noſtros & omnium novatorum fauces premere, ut illa ſola non tantum à literatis, ſed à quovis Chriſtiano ſuffocemur.

Ref. I. Capitales quæſtiones, quæ ipſius principalis cauſæ viſcera, ſeu corpus illud doctrinæ Papiſticæ penetrant, ſunt illæ quas ego numero 50. ventilandas obtuli. Aut, ut à nobis incipiam, ſunt illæ, quæ corpus doctrinæ noſtræ hæreſeos notant, & cum antiquis hæreticis ſymbolizare clamant, quales tu fortiſſimas & ſelectas fronti noſtræ illiſiſti ſcilicet, cap. 59. pagina 285.

II. Capitales ſunt, quæ Ius divinum, ipſum Deum, ſervatorem Chriſtum, fidem, reſipiſcentiam, ſpem, caritatem, &c. concernunt. Non autem illæ, quæ circa ſtatuta poſitiva, canonica, Eccleſiaſtica & mutabilia pro ratione circumſtantiarum, aut ſaltem in caſu neceſſitatis, juridice magis quam theologice, & ut plurimum in utramque partem diſputari ſolent. Ius humanum & poſitivum ſemper cedit divino, & hoc reſpectu illius ſemper eſt principale & capitale. Vt Chriſtus dicitur in Scripturis unicum fundamentum, 1. Cor. 3. ita ab illo fundamentales denominantur articuli aut errores de ejus perſona & officio. Vt ille dicitur caput peculiari ratione, ita etiam capitales ſunt quæſtiones, quę circa Chriſtum, & membrorum Chriſti myſticam cum ipſo unionem agitantur. Quæſtiones illæ, quæ legitimam vocationem & ordinationem paſtoris aut Epiſcopi mei aut τοῦ τυχόντος Euangeliſtæ concernunt, non poſſunt in illo genere aut ordine capitales appellari, niſi quis quemvis prædicatorem dixerit caput meum, & unionem ac communionem cum ejus perſona & officio æquè mihi neceſſariam, ac cum Domino meo Ieſu Chriſto. Quod abſurdiſſimum eſt. Si enim latiſſima diſtantia eſt inter Moſen famulum in domo Dei, & Chriſtum filium Dei, cujus domus ſumus nos, Heb. 3. v. 3. 4. 5. 6. quanto major differentia erit inter ζητήματα Theologica circa fidelium communionem & coordinationem internam, principalem & myſticam cum Chriſto & ad Chriſtum caput corporis ſui, & Dominum domus; & inter ea quæ incidunt circa communionem externam & coordinationem cum hoc aut illo famu-

lo in domo, cum membro corporis. Hæc communio externa cum miniſtro ad illam internã cum Chriſto ordinata eſt, & quidẽ remotè, non contra. Ergo & quæſtio circa illam eſt capitalis & principalis, non vero circa hanc. Communio noſtri ſpiritualis cum Chriſto proxime reſultat ex fide, & exeritur ac fovetur per cultum naturalem fidei, ſpei, caritatis. Cultus ille naturalis dependet à cultu inſtituto tanquam medio ordinario, qui conſiſtit in exercitiis verbi, ſacramentorum, precum. Exercitia illa promoveri vult Deus externa συναγωγῆ & conſociatione fidelium ad verbi prædicationem, fidei profeſſionem, & mutuam excitationem. Quod ut ordinate & abſque confuſione fiat, voluit Deus eſſe anteceſſores in Eccleſia. Et hunc in finem voluit legitimè ab Eccleſia eligi & conſtitui illos anteceſſores. Circa quorum electionem nunc quæſtio eſt.

III. Capitales ſunt quæſtiones illæ, quæ explorant utrum veritas & divinitas doctrinæ, ad ſalutem neceſſariæ, ſit illud quod proponitur, an vero exitialis hæreſis & impietas. Item, utrum magnus Deus ſit & ſervator Chriſtus, an vero idolum panaceum quod quotidie adoramus; utrum religio ſit an vero abominanda idololatria cultus ille qui exhibetur ſanctis & imaginibus; utrum ſacrificium expiatorium ſit in Miſſa, an vero abyſſus abominationis.

IV. Capitales ſunt illæ quæſtiones, quæ tangunt fidem publicam Eccleſiæ; (ſine qua nullus paſtorum aut ovium ſervatur) & non illæ quæ factum particulare & quidem alienum, hoc eſt, peccatum paſtorum perſonale, ſive illud ſacrilegium, ſive uſurpationem vocare libuerit; in quo licet illi perirent, poſſet tamen populus doctrinam ſuam, & prædicatoris probare, & abrogato errore ad veritatem ſe convertere ac ſalutem ſuam operari, ex conſilio Chriſti, Math. 23. verſ. 1. Imprimis hic notandum eſt, non eſſe quæſtiones Iuris de ipſa ſpecie & forma miniſterii, neque de legitima vocatione in genere (quales nos movemus Clericis Pontificiis) ſed meras quæſtiones facti (ut vult Ianſenius) de ingreſſu hujus aut illius hominis in illud miniſterium, ſeu de applicatione ordinis divini ad hunc aut illum hominem.

V. Capitalis eſt illa quæſtio, quâ evacuatâ altera illa quaſi fundamento ſublato concidit plane, & nullam amplius requirit conſiderationem: Et non illa, quâ evacuatâ, ſtat tamen moles alterius inexpugnata & intacta. Cauſa doctrinæ explorata, & in hæreſi aut apoſtaſia, deprehenſa; jam de miniſterio & vocatione prædicatoris nulla prorſus, aut ſupervacanea eſt quæſtio, quia etiamſi legitima adeſſet vocatio, non tamen illa ex hæreſi veritatem, ex apoſtaſia fidem, ex morum impietate pietatẽ efficeret; aut gravitatẽ mali ſeu contagii aliqua ex parte elevaret. Sed cauſa miſſionis & vocationis prædicatorum explorata, jam in integro adhuc eſt altera illa doctrinæ: curâ & operâ pari in veſtigãda, ac ſi nunquã vocationis mentio incidiſſet. Quia ſi prædicator deprehendatur in crimine, nihil aliud quam præſumptio quædam humana & generalis de doctrina ipſius, nulla vero certa ſcientia aut fides inde generari poteſt. Immo præſumptioni opponi debet illud verbo Dei teſtatiſſimum tuum pronunciatum p. 162. *Diverſis enim cardinibus pendet doctrinæ veritas & miſſionis authoritas. Ex quo fit, ut uſurpator miniſterii vera docere poſſit, & legitimus miniſter falſa: ille inſtitutum à Deo ordinem docendo ſervare, hic turbare.* Quod pronunciatum applica nunc ad ſacerdotem Sylvæ-Ducenſem charactere beſtiæ inſignitum, oleo delibutum, & omnibus Papatus inſignibus cum ſucceſſione ibidem gaudentem, & ad miniſtrum Sylvæ-Ducenſem, de novo (ut tu vis) illic exortum. An non vides illico capitalem illam quæſtionem de magno illo

hiatu inter utriuſque doctrinam firmato ſe offerre nihilominus, *Quænam qualiſque hæc eſt doctrina?*

VI. Capitalis & principalis eſt quæſtio, quæ ſervata proportione circa partem, aut cauſam rei principalem ejuſque bonam aut malam affectionem verſatur; Minus principalis quæ circa rem & cauſam minus principalem. Vt in morbo (ex. gr. peſte) prior & principaliter eſt quæſtio ac conſultatio circa affectionem & conſervationem cordis, quàm externi membri. In politia prior & capitalior conſideratio circa leges regni fundamentales, jura Majeſtatis, ipſumque principem, quàm circa alia quæcunque ſtatuta aut formalitates officiorum & officiariorum. Sic in cauſa ſalutis & perditionis Eccleſiæ, prius & maximè ratio habenda eſt Chriſti, & communionis cum illo per fidẽ, quia ipſe via, veritas & vita, & nemo venit ad patrem niſi per illum, Ioh. 14.6. Ipſe radix, principium, cauſa omnis ſalutis, cuivis credenti in illum. Illius ergo miſſio primam & capitalem facit concluſionem in fide Euangelii; *Hæc enim ſcripta ſunt ut credatis Ieſum eſſe Chriſtum filium Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus*, Ioh. 20. 31. 1. Ioh. 4. 2. *In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei: omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt*, &c. Quæſtiones autem circa ἐυταξίαν & affectionem membri, miniſtri, inſtrumenti, *vaſis teſtacei*, in quo theſaurus fidei & doctrina cœleſtis geſtatur, capitales eſſe & dici non poſſunt, ſiquidem cum ſuperioribus comparentur; niſi quis miniſterium hominis erroribus & peccatis obnoxii, principatui ejus, qui in *omnibus eſt* πρωτεύων, Coloſſ. 1. æquare velit; & infirmitatem ac nullitatem inſtrumenti, cum glorioſa potentia ejus, qui omnia operatur in omnibus; contra Apoſtolum, *Quis igitur eſt Paulus? Quis Apollos? quam miniſtri per quos credidiſtis.* Et, *Itaque nemo glorietur in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt, ſive Paulus, ſive Apollo*, &c. *vos autem Chriſti*, &c. 1. Cor. 3.5.21.22. Et, *quamvis nihil ſum*, 2. Cor. 11. *Vt ſublimitas virtutis ſit Dei & non ex nobis.* 2. Cor. 4.7.

VII. Capitalis & principalis quæſtio plebei cujuſque eſt de propriis ſuis & quidem graviſſimis peccatis: non æque illa de alienis peccatis, licet ille non fugiendo & ſecedendo participaret cum peccato. Proprium & continuum peccatum, eſt idololatria & hæreſis, qua fidem & conſcientiam eorum contaminari contendimus. Peccatum alienum, Lutheri ſcilicet, Cranmeri, Zvvalmii, Vdemanni, &c. eſt uſurpatio miniſterii, ut vos prætenditis. Vtrimque quæſtio movetur. Sed utra quæſo nunc capitalior, ad ſalutem populi Sylvæ-Ducenſis? illane quæ movetur propriæ ipſius conſcientiæ, circa quotidianam & neceſſariam praxin fidei, ſpei, caritatis; an vero altera, quæ movetur non tam ipſorum conſcientiis, quam miniſtrorum, qui hic Domino ſuo ſtant & cadunt. Et ſiquidem culpam ipſi fatentur; an peccati iſtius memoria ab omni audientia removeret jam inſtar Petri converſos, & converſionem ex verbo Dei ſaltem caritative annuntiantes, & proximum ſuum ab errore revocantes? An non populus, ſiquidem dubitaret de legitima miſſione, poſſet tantiſper dicere cum cœco illo, Iohan. 9. verſ. 25. *Si peccator eſt neſcio, unum ſcio quia cœcus exiſtens modo video*, & verſ. 30. *Mirabile eſt, quod vos neſcitis unde ſit, & aperuit meos oculos.* Quo capitali negotio peracto poſtea deſpici poſſet de legitimatione aut confirmatione iſtorum prædicatorum, aut conſtitutione aliorum. Quod ad nos, à populo Sylvæ-Ducenſi nihil aliud petiimus quàm audiret nos cum ſuis Clericis colloquentes, ad apologiam fidei iſtius quam privatim & publicè in cœtu Reformatæ Eccleſiæ ibi tradebamus. Exinde ſtatuerent in conſcientia, an ex nobis ſive privatim, ſive publicè audire vel-

lent doctrinam noſtram; tantum ut omnia probarent, quod bonum eſt tenerent. Quænam hic communio populi cum vitio originis, ſi quid nobis adhæſiſſet? Si Ianſenius tam manifeſtæ veritati pergat obluctari, ſtatuat ergo apertè illam antitheſin: Propius & magis neceſſario fidelium conſcientiam tangit quæſtio de Ianſenii aut Voetii legitima vocatione ad miniſterium, quam de Ieſu Chriſto ſervatore, & fide in illum, ac myſtica per fidem cum illo unione.

Decima octava Hypotheſis.[a] *Eſſe planè facilem & Compendioſam*, quia inermes abſque Scripturis abſque rationibus, &c. armatos deiiciunt, & de iis triumphant.

Ref. I. Poteſt ergo huic Methodo Ianſenianæ aptari quod Lindanus[b] traditionibus: *Salvo traditionis apoſtolicæ fundamento, nihil noxæ inſeretur Eccleſiæ, licet aboleantur ſcripturæ.* Et, *neque princeps, neque primarium in ſcripturarum ſalute poſitum eſt momentum.*

II. *Ego contra* dico difficilem eſſe hujus rei tractationem; ſiquidem architecturam Pontificiam ſequamur. Quod ex tumultuaria & proletaria Ianſenii ſciographia jam diſcere potuit lector. In hoc judicio triplex difficultas exurgit, Prima, circa factum, ejuſque probationem, Secunda, circa Ius. Tertia circa applicationem juris ad factum. Factum, quibus tenebris ſuffundi & involvi poſſit, exemplo ſuo oſtendit Ianſenius, qui nullibi turpius impingit, quam cum de factis Eccleſiæ noſtræ, immo & Romanæ illi aliquid dicendum fuit: vix ſemel potuit verum dicere, Hiſtoricas ipſius hallucinationes jam paſſim annotavimus. Applicatio juris ad factum tam difficilis fuit Ianſenio, ut multas chartas implendo à p. 75. uſque 207. minimum tamen quæſtionis exhauſerit, & contradictionum vorticibus abreptus in eundem lacum (ex quo emergere conatur) reciderit. De jure, tam laborioſa & per tot anfractus circumducta ſpeculatio, ut exercitatum Theologum & Canoniſtam fatigare poſſit. Tertia pars juris[c] Canonici, quæ eſt de Perſonis, tota & propriè huc pertinet, & baſin hujus diſquiſitionis facit. Graviſſima illa & maximè controverſa Theologiæ capita, de Eccleſia ejuſque membris, gubernatione, unitate, magiſterio, Catholiciſmo, capite, ſucceſſione, de Prophetiis & miraculis ſunt hic inſtar Principiorum & hypotheſεων. Ne longè abeam, unus Ianſenius in hunc libellum tot terminos & diſtinctiones ingeſſit, ut Magiſtris inertibus nedum Idiotis facilè hic crucem figat, & ad ſymbolum ipſorum adigat, *De Modalibus non guſtavit aſinus.* Ecce ſyllabum: *Miſsio, vocatio, Electio, Ordinatio, Commiſsio, miniſterium, ſacerdotium, præfectura, rectura, collectio, Architectura Eccleſiæ, univerſum miniſterii corpus, Ordinarii, Cathedra Eccleſiaſtica, doctrinæ; vocatio immediata, mediata; ordinaria, extraordinaria; vocatio immediata fundamentalis, & collateralis; vocatio fundamentalis veteris ſacerdotii & novi. Tertia quædam vocatio quæ nec fundamentalis, nec collateralis. Vocatio illegitima & legitima, uſurpatio & abuſus vocationis. Miſsio ordinaria, vera, diſtincta, ſubſecuta, umbratica, plena. Miſsionis ratio, forma externa, fundamenta. Ordinatio requiſita, Eccleſiaſtica, ejuſque conferendæ poteſtas & ritus: Legitima poteſtatis collatio, collatio poteſtatis per perſonas præditas poteſtate vocandi, authoritatis Eccleſiaſticæ conſignatio; non tam poteſtas quam commiſsio prædicandi. Poteſtas, authoritas, & propria functio, Epiſcopi, Concilii, Papæ, ſedis Romanæ, Paſtoris, Presbyteri ſeu Sacerdotis, concionatoris, Doctoris, Monachi, Canonici. Poteſtas ſeu authoritas illimitata & limitata. Præfectura Eccleſiæ. Facultas exercendi acceptam poteſtatem. Officii occupatio & uſus. Officium authoritatis, caritatis, & eruditionis. Poteſtas miniſtrandi,*

[a] Pag. 75 95 96. [b] Libr. de optimo gen. Interpr. præfat p. 9, in nota margin. [c] Lancelotus in Inſtitut. dividit Ius Canonicum in Perſonas, Res, Iudicia.

ſtrandi, gubernandi, prædicandi, regendi, docendi, vocandi; erigendi, colligendi, & formandi Eccleſias; populum ſpiritualiter gubernandi; populum convertendi, & converſorum Eccleſiaſtica architectura. Miniſterii propagatio, ſucceſſio interrupta, ininterrupta; principium ſucceſſionis & propagationis. Miniſtrum exauthorandi, excommunicandi poteſtas, atque adeo ablatio miniſterii. Hæc ex Ianſenio. Addi debent ex jure Canonico[a], *de poſtulatione, de Electionis canonicæ formis per inſpirationem, per ſcrutinium, per compromiſſum, de Pallio, de Confirmatione Pontificis; de Remotione Epiſcopi per renuntiationem, per degradationem verbalem & actualem; de Inſtitutionibus, collationibus, proviſionibus, præſentationibus; diſpoſitionibus; Iure patronatus Laicali, Clericali; de beneficiis, curatis, non curatis, electivis quæ habent juriſdictionem & chorum, quæ reſidentiam exigunt; de Eccleſiis Cathedralibus, Regularibus, collegiatis, non collegiatis;*[b] *de Perſonis ordinantibus, Epiſcopo, aut ejus vicario, aut capitulo, aut eo, ad quem tum temporis adminiſtratio ſpiritualium noſcitur pertinere; de tempore ordinationis; De Penſionibus temporalibus, ſpiritualibus mediis*, deque *Pẽſionariis* (Tolet.l.5.c.82.) de Epiſcopatuum & beneficiorum *mutatione, reſignatione*, de Epiſcopis *portativis* & *coadjutoribus*, &c. De *præbendis*, de Eccleſiis *titulatis, commendatis, & commendis*, de Prælatis *exemptis & non exemptis*, ad hæc, de *unionibus, regreſſibus*, & reliquis terminis ipſo ſono timendis, teſte Eſpencæo. Quibus adde quæ ſupra cap. 16. indicavimus, quæ æque hic neceſſaria neceſſitate Canonico-Papali, atque illa quæ Ianſenius retulit. Ex Summiſtis immenſæ illæ farragines, de *Irregularitatibus, de Sacramento ordinis* huc traducendæ. Atque hæc quidem à parte Pontificiorum. Quibus ſi noſtra apponimus, ſaltem illa quæ in examine hypotheſεωn Ianſenii mihi neceſſario dicenda fuerunt, videbit lector quantum temporis, laboris, & judicii requiratur ad telam hanc pertexendam, quam Ianſenius exorſus eſt, ſed exemplo Penelopes ut opinor. Mitto nunc artium & diſciplinarũ, hiſtoriȩ imprimis, chronologiæ & computi Eccleſiaſtici cognitionem, ſine cujus auxilio Canoniſta nullus eſt. Vide addition. Fornarii ad lib. 6. Toleti.

III. Quod non eſt facile, neque etiam eſt compendioſum, ut ex definitione facilitatis colligitur, quam vide lib.3.ſect.1.cap. 7. & 8. Accedit quod illud compendioſum dicitur, quo habito aut peracto, longiori operæ aut pluribus mediis parcere poſſumus. Iam vero habita legitima vocatione aut veſtra aut noſtra, compendium non eſt ad veræ fidei & religionis inventionem ac profeſſionem; ſed reſtat nihilominus ordinaria & lucifugis tam moleſta, tã odioſa illa ſcripturarum via, qua ad præſtitutum ſcopum contendamus; A quo, quod ad fidei certitudinem, tantum abeſt ille qui pervenit ad legitimam vocationẽ, quam qui non pervenit. Diverſis enim *cardinibus pendent doctrinæ veritas, & miſſionis authoritas*; & toto cœlo diſtant ille quæſtiones de miniſterii uſurpatione, & de doctrinæ veritate. *Poteſt enim legitimus miniſter falſa docere, & uſurpator vera*, ut jam ſæpius ex Ianſenio monuimus.

Excutiamus nunc Rationes, quibus Ianſenius delirum hoc ſuum paradoxum probare inſtituit.

Prima eſt.[c] *Hac ſola quæſtione armati in ipſo limine ſine ſcripturis, ſine patribus, ſine rationibus exquiſitis cauſam noſtram ſubvertunt, & inermes de armatis tanta facilitate triumphant docti & indocti.*

Reſp. I. Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ. Dolendum eſt aureum hoc compendium, hanc clavem, hanc artem univerſalem Lullii tam diu delituiſſe. Cur quæſo iſta larva nõ abigebas potius Theodorum Simonem, quam occaſionem dares

de te

[a] Vide Inſtitut. Lanceloti lib.1. Et Toleti Inſtruct. Sacerdot. l. 1. & 6. [b] Lancelot. lib.1. cap.2. & ſeqq. [c] Pag. 95.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

de re conquerendi in libello ſuo, & Epiſtola nuper edita, quæ infra ſubjicitur. Cur fortem favorem brachii ſæcularis advocabas? Cur ſolus Ianſenius hic ſapit, reliqui hæreticæ pravitatis debellatores tanquam umbræ volitant, qui iſta Methodo ad tam faciles triumphos graſſati non ſunt?

II. Accipimus auream iſtam confeſſionem, ſine Scripturis ſcil. ſine Patribus, ſine exquiſitis rationibus cauſam noſtram oppugnare velle Pontificios bellatores. Sic eſt. Si ad ſcripturarum lucem eos pertrahas, putant ſe tenebris immerſos, & horrent non aliter ac oculi noctuarum ad ſolem.

III. Falſiſſimum tamen eſt, quod de ſubverſione tali per ſomnium narrat. Sacra & divina vocatio abſque Scriptura explicari & diſcuti non poteſt; nec rationalis cultus politia abſque ratione, niſi in beſtias transformare velit Chriſtianos; nec legitima vocatio Canonica abſque canonibus, & juris Eccleſiaſtici perplexis (de quibus ſupra,) immo nec abſque juris civilis anfractibus, cum utriuſque juris ſcientia connexa ſit, ut quidem [a] ipſi ſtatuunt, juxta illud vulgatum apud Italos [b]: *Il legiſta ſenſa capitulo vale poco, ma il Canoniſta ſenza lege, vale niente.*

IV. Interim contradictionis vertigo notetur. Proteſtatio eſt contraria facto. Luctatur in hac diſceptatione quantum poteſt, ut aliquid ex ſcriptura & patribus huc trahere poſſit, quo quæſtio hæc de vocatione decidatur. Sed æſtus reciprocatio eſt in agitata ipſius conſcientia, quæ quieſcere illum non ſinit.

V. Cauſa tamen non eſt ſubverſa iſto compendio. Quia etiamſi quis peccata proximi, alio peccato reprehendat; etiamſi opponat peccatum peccato, queſtionem queſtioni, cauſa tamen non eſt ſubverſa. Etiamſi quis Chriſtum prædicet, ſed [c] προφάσει, Chriſtum tamen prædicat, & veritas eſt veritas, neque à fallaci aut pravo ejus animo in mendacium convertitur. Sic cauſa noſtra, ſi ſit cauſa veritatis, nõ poteſt ſubverti; & actio Idololatriæ, errorum, in Papatu, non poteſt vitio noſtro ſubverti. Tota cauſa, ut intenditur à noſtra parte, hæc eſt: *quia eſt Idololatricus, hæreticus, reformandum eſſe Papatum.* Hoc verum ſit nec ne inquirendum eſt. A quocunque illud dicatur, ſive à Gentilibus, ſive Iudeis, ſive Mahumetiſtis, ſive Hæreticis, ſive Sciſmaticis. Vides ergo in hac quæſtione non eſſe illud compendium; ſed in quamcunque partem illam determinari contigerit, manere tamen hanc difficultatem: *An ut in moribus,* (quod palam fatentur) *ita etiam in doctrina & cultu alicubi aberratum ſit à primæva integritate.*

Secunda. [d] *Quia ad hanc queſtionem Scripturis nihil opus eſt, ſed factis duntaxat & teſtimoniis legitimam collationem aſſerentibus. Sola externa facta intuenda ſunt.* Et pag. 98. *Non omnes idonei ſunt ut omnes legum civilium anfractus intelligant,* &c. *omnes tamen facilè dijudicant,* &c.

Reſp. I. Si Iuriſconſultos, ſi Logicos, ſi Rhetoras, ſi Theologos conſulas, omnes paradoxum hoc reſpuunt. Iuriſconſulti, [e] *ex facto dicunt jus oriri,* id eſt, *facto, de quo conſtat jus in genere ſcriptum accommodari in ſpecie, & quæſtionem facti eſſe de facti merito. Meritum autem facti eſt jus quod applicatur facto, ſiquidem illud facti in juſtitiam deducti, juſtitiam vel injuſtitiam demonſtrat. Et ſæpe judex dubitat quodnam jus, de quo alias conſtat, facto ſit applicandum.* Ergo judicium abſque juris legumque ſcientia, de *facto* fieri non poteſt. Vt enim in *actione* utraque quæſtio facti & juris conjungitur, ita etiam utraque eſt in judicio; & de utraque conſtare oportet. Et ut verbo dicam, facta, inſtrumenta, teſtimonia, &c. quæ ſint vera & proba, quæ falſa,

a De neceſſitate Iuriſprud. Canonicæ Canus lib. 8. cap. 6. b Apud Canum lib. 10. cap. 8. p. 547. c Philip. 1. d P. 99. e Vultei. Iuriſpr lib. 2. c. 2. 3.

falſa, quæ aliena ad rem nõ pertinentia, unde niſi ex jure & experientia ſagaciter diſcerni poterunt? Rhetores[a], in genere judiciali quæſtiones ſeu ſtatus faciunt, *Conjecturalem* ſeu inficialem, *finitivum*, *qualitatis*, *quantitatis*. At omnes illi ſtatus in hac controverſia de vocatione habent locum. Immo ſi ſolus ſtatus inficialis ſpectetur *ſimpliciter* aut cum *modo*, *abſolute* aut *comparate*, hoc abſque diſcurſu & probatione per argumenta artificialia & inartificialia peragi non poteſt, atque adeo ſine arte, prudentia, labore, & difficultate, niſi fruſtra tam operoſè hæc præceperint Rhetores. Nam *intueri ſola* externa facta, non de ſenſus tantum, ſed etiam de mentis perceptione intelligi debet. Intercurrunt enim hic non raro *colores*, mentientia *enthymemata*[b], ſimileſque luſus, quos evitare aut diſtinctè ſolvere, doctrinæ, peritiæ, & difficultatis eſt non vulgaris. Logicis probatio omnis, quæ fit per diſcurſum, conſtat propoſitione majori & minori. Minor ſola habet hypotheſin (ut Rhetores loquuntur) ex factorum luce; Concluſio, utriuſque conjunctionem. Sed major habet conſequentiam, innixam regulæ ſeu rationi conſequentiæ. At illam vel lumen naturæ, vel principium Scripturæ (adde & conſenſus Patrum, ex ſententia adverſarii) nobis ſuppeditat. Itaque Scripturis & rationibus hic opus eſt, ex. gr. Qui non ſunt vocati ab iis qui poteſtatem habent, hoc eſt à Pontifice & ipſius Epiſcopis, illi non ſunt vocati. Sed miniſtri Sylvæ-Ducenſes non ſunt vocati, &c. Ergò. vel, Qui à ſede Romana aut Papa authoritatem reformandi non habent, ipſorum Reformatio eſt ſacrilegium. Sed Lutherus, & Zvvinglius, &c. Ergò. Theologi & Canoniſtæ nunquã particulares caſus vel conſilio, vel judicio ſuo expediunt, niſi Scripturis, Rationibus, Patrũ & Conciliorũ teſtimoniis adhibitis. Videantur Conſilia Theologica, Canonico-Iuridica, quæſita per epiſtolas, inter alia Conſultatio[c] de diſſolutione matrimonii inter Titium & Sei.i, ubi quæritur, An illud eſſet matrimonium, an eſſet legitimum. Lego Actor. 18. verſ. ult. Iudæos validè fuiſſe convictos ex Scripturis quod Ieſus eſſet Meſſias. Et ſic Act. 17. v. 3. 4. Atqui illa erat quæſtio. *An ſit*, & *quæſtio facti*, quam ſine Scripturis non expediebant. Cujus rationem verbis Bellarmini[d] docebo Ianſenium: *Quæſtio*, inquit, *illa etiamſi de facto eſſet, involvebat tamen quæſtionem de fide graviſſimã; nimirũ, an Ieſus ſit verus Meſſias, atque adeo Dei filius & verus Deus.*

II. Dato, ſola facta intuenda eſſe; tamen non eſt tam facilis hæc controverſia, ut etiam indocti nullo negotio eam enodare queant. Imprimis ſi facta non ſint *notoria*; aut ſaltem non ſint *permanentia*, ſed *tranſeuntia* & *momentanea*, qualia hæc de quibus nunc agitur. Contrarium docet, Iuriſprudentia & Hiſtoria. De Iuriſprudentia audi clariſſimum Philoſophum & Iuriſconſultum Iul. Pacium[e]: *Cum enim jus civile non in rebus ordinis, à ſenſu noſtro remotis, ut multæ aliæ diſciplinæ, ſed in actionibus humanis verſetur, &c. tamẽ eſt omnium ſcientiarum difficillima & obſcuriſſima.* Subjicit *cauſas difficultatis, partim eſſe res varias, earumque mutationes cum ſuis circumſtantiis, partim leges, partim Doctores ſeu Interpretes.* Quod quidem majori ratione de rebus & legibus canonicis dici poſſit. De Hiſtoria judicent Hiſtoriæ Profeſſores, & Scriptores, imprimis Eccleſiaſticæ. Hiſtoria ſuppeditat paſſim quæſtiones perplexitatibus ſuis difficillimas, ſi non inextricabiles, de quibus vide laborantes paſſim Pontificios antiquitatum ſcrutatores, & inter omnes Bellarminum, Baronium de donatione Conſtantini. De Epiſcopatu Romano Petri & Tranſlatione cathe-

[a] Quintilian. lib. 3. cap. 8. [b] Ariſtotel. Rhetor. lib. 1 cap. 44. [c] Subjicitur Epiſtolis Cardin. Oſſati. [d] De Concil. lib. 2. cap. 8. [e] In libello de Methodo Iuris lib. 2. in principio.

cathedræ Antiochiâ Romam. De Liberii Papæ ſyncretiſmo cum Arrianis. De Honorii hæreſi Monothelitica. De Papiſſa Iohanna. De Tranſlatione Imperii Romanorum ad Francos. De Monarchia Siciliæ. De Iacobi apoſtoli adventu in Hiſpaniam, de quo prolixum tractatum edidit Zanctius. De Adventu Barnabæ Mediolanum. De Pontificum Romanorum ſerie & ſucceſſione, in qua explicanda Onuphrio, Baronio, & ſimilibus etiamnum crux fixa eſt. De difficultate probandæ ſucceſſionis Perſonalis, ex factorum luce vide infra l.3. ſect. 1. cap. 7. & 8. Eſſe autem ſucceſſionis iſtius demonſtrationem ex perpetuis antiquitatis monumentis imprimis neceſſariam; eamque demonſtrationi legitimæ vocationis præſupponi & ſubſterni debere à quovis hodierno miniſtro, ut genus ſuũ & ſeriem prædeceſſorũ ab apoſtolo aliquo ad ſe ipſũ abſq; interruptione deducat, pro mirabili ſapientia ſua ſancit ipſe Iãſenius c. 46. ubi vide.

III. Teſtimonia ad canonicam electionem, ordinationẽ, & confirmationem pertinentia examinare, & de iis judicare, nec facile eſt, nec cujuſvis idiotæ. Fruſtra alioqui ſcholæ Decretorum frequentantur & promoventur Doctores Canonici. Et quidquid ſit de facilitate, nõ magis Laici & indocti in Papatu ad factorum præſentium examen, quibus innititur vocatio canonica Pontificum, Cardinalium, Epiſcoporum, &c. admittuntur; quam ad examen controverſiarũ fidei ex ſacris Litteris. In canonicis enim illis judicant, imò & examinant ſoli illi, quibus regimen Eccleſiæ commiſſum eſt. Papa ſive ordinet, ſive ordinetur, ſive quid aliud agat, à nemine judicatur, Diſtinct. 40. Si qui plebei aut idiotæ in facta, dicta, ſcripta, canonicum brodium ingredientia accuratius inquirere iſthic auderent, ut quidem noſtræ vocationis inquiſitionem permittere ipſis videtur Ianſenius, ſimile quid & pejus procul dubio eveniret ipſis quod nuper Theodoro Simonis minimè idiotæ Lovanii eveniſſe ſcit Ianſenius.

Tertia. *Quia populus profundiſſimum ſcripturarum & doctrinæ Oceanum penetrare nequit; ſed facillimè capit utrum Doctoris officium & eccleſiaſticam præfecturam aliquis ſibi uſurpaverit, &c. Ergò ad examen factorum & teſtimoniorum revocandus populus, tanquam ad factorum lucem. Et qui è media illa luce ad ſcripturarum tenebras, nihil ad rem iſtam pertinentes fugiunt, populum obſcuritate fallere volunt.*

Reſp. I. Immo retorquemus, quia Iuris Canonici, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Oceanum, atque adeo origines ſucceſſioneſque eccleſiarum populus exhaurire non valet, ideo ad legem & teſtimonium ablegandus.

II. Quàm difficile ſit origines ſucceſſioneſque Eccleſiarum, Epiſcoporum, ſtatutorũ de doctrina, diſciplina, ritibus per tot ſecula uſque ad hoc tempus aliqua ex parte evolvere, docent harum rerum laborioſiſſimi ſcrutatores [a] Onuphrius, Panuinus, & Baronius. Itaque cum doctiſſimis in Papatu videatur hoc pæne impoſſibile, ſitque opus tam arduum ac longum (ut Ianſenius de Baronio loquitur pag. 49.) in quo tot annos ſudavit, & minimum adhuc præſtitit, ut jam aliqui ex noſtris & Pontificiis cœperunt oſtendere, & porro oſtenſuri ſunt, quæ qualiſque ſit illa facilitas divinare non poſſum. Vide infra lib. 3. ſect. 1. cap. 7. & 8.

III. Cum non ſufficit ſcire, quis ex. gr. Sylvæ-Ducis fuerit primus prædeceſſor & ordinator; ſed etiam ad fundationem iſtius urbis aſcendendũ, & inde ultra, donec aliqua linea communicationis (ita loquar) ad apoſtolum aliquem aut apoſtolicam eccleſiam propago reducta eſſe ad oculũ appareat. Atqui quàm tenuis originum iſtius urbis

[a] Vide Onuphrii præfat. ad librum de Pontific. & Cardinal. Eccleſiæ Romanæ.

bis & eccleſiæ ſit notitia, conſtat ex libello Simonis Pelegromi Prioris quondam Wilhelmitarum, qui Belgicè nunc exſtat. Sic inter Lithuanos & Ruthenos ſunt etiamnum Epiſcopi ritus Romani, ſunt etiam Græci. Legitimam ordinationem & ſucceſſionem prætendunt Græci, ſupra Romanos. Ex quibus archivis quæſo liquidam facient antiquitatem, & ininterruptam ſucceſſionem Romani; & Græcos poſteriores, ſe verò priores probabunt. Quod ſi ſepoſita omni ſucceſſione & prioritate illo in loco (quomodo certè & ibi, & imprimis in Moſcoviam à Latinis ſeponi debet) Græcis opponant per communionem cultus & rituū cum Eccleſia Romana primitatis & ſucceſſionis prærogativam: Iam vide quàm capitales & inter Græcos ac noſtros tam diu agitatæ quæſtiones excutiendæ ſunt de Religionis & Eccleſiæ Romanæ veritate & antiquitate. Iam regero; *Primò*, evanuiſſe facile illud Idiotarum compendium, abſque eruditione, abſque ſcripturis, quod jactabat Ianſenius. *Deinde*; hoc illud eſſe neceſſarium compendium quod nos volumus, ubi linea ſucceſſionis paſtorum, fidelium & rituum in aliqua eccleſia, ab hoc momento uſque ad apoſtolos propter defectum ſcriptorum & monumentorum oſtendi non poteſt, ſicut etiam non eſt abſolutè neceſſarium; ſufficere ſi cum aliqua Eccleſia apoſtolica, ſeu omnibus apoſtolicis communionem ſuam per conſanguinitatem doctrinæ oſtendat, & à poſteriori ex illa communione tanquam effectu demonſtret principium, originem, & ſucceſſionem apoſtolicam. Abſq; hoc compendio cadit miſſio veſtra in Moſcoviam, in Æthiopiam, in Græciam, aliaſque eccleſias apoſtolicis ſedibus Antiochenæ, Alexandrinæ, Conſtantinopolitanæ ſubjectas aut inde propagatas.

IV. *Singularia ſunt infinita*, ait [a] Philoſophus; *facta ſunt varia, infinita, & incerta, quorum interpretatio etiam prudentiſſimos ſæpe fallit*. Quia de facto non conſtat, niſi ſciatur, *An ſit*, & *quale ſit*; quorum illud ad illius ſubſtantiam, hoc ad circumſtantias locorum, temporum, perſonarum pertinet. Vtrumque autem conſtat vel ex rei ipſius notoreitate, vel ex probationibus; quarum uni per *teſtimonia* potiſſimum hic locum aſſignat Ianſenius. Atqui tam facile examen illud expediri poſſe à plebejo & idiota; & inde de facto ſtatui, & jus ad illud applicari ex æquitate quis credat?

V. Examen teſtimoniorum ſi tam facile eſt in tanta hominum perverſitate, in tanta humanæ mentis caligine, mirum eſt non niſi viris eruditis, prudentibus, gravibus, longo rerum uſu exercitatis illud ſolere imponi & quidem peculiari *commiſſione*, qui inde *commiſſarii* dicuntur. Quod ſi id fiat in negotiis hujus ſæculi, quid fiet in Eccleſiaſticis? Scimus quantam juris & judiciorum partem faciat moles illa de teſtium productione, receptione, admiſſione examinatione, &c.

VI. Cum nos dicit *fugere in Scripturarum tenebras nihil ad rem iſtam pertinentes*, maledicit quidem Scripturis ut impleat menſuram patrum; nobis interim benedicit, & ſibi egregie contradicit, retributionem erroris & blaſphemiæ in ſe recipiens. Nos Deo patri luminum gratias agimus toto pectore; quod nobis dederit mentem in hac & in aliis omnibus quæſtionibus ad Scripturarum lucem, ad montes iſtos (ut loquitur Hieronymus) confugiendi. Et ipſe Ianſenius [b] volens nolens ad tenebras iſtas, nos, ſponte currentes, trahit tamen cum ex Rom. 10. Heb. 5. Ioh. 20. Ierem. 23. Epheſ. 4. &c. nos & primos Reformatores uſurpationis ac ſacrilegii redar-

[a] Lib. 2. de jur. & factor. ignorat. lib. 10. & 12. de Legibus I. ult. pro ſuo. L. 3. & ſeq. de Legibus. Confer Philoſoph. Nicomach. lib. 5. c. 10. & ibid. præſtantiſſ. paraphraſtem Græcum Anonym. [b] In Alexipharmaco & in Spongia.

redarguere, intendit. Si Scripturarum tenebræ nihil ad rem iſtam faciunt, viderit ipſe, quàm appoſitè aut quo fine eas allegarit, & an non *laicos ſuos obſcuritate fallere voluerit magis, quàm inſtruere*, ut de nobis loquitur. Interim notet lector Ianſenium eſſe de numero hæreticorum, de quibus Irenæus teſtatur, Quod *cum à Scripturis redarguuntur, vertantur in accuſationem Scripturarum*. Eſt enim Scriptura non *tenebræ*, ut habet ipſius blaſphemia, ſed *lucerna in loco caliginoſo*. 2. Petr. 1. verſ. 19. *donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus noſtris*. Et Pſal. 119. verſ. 105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*. Lucerna eſt, qua fures, qui veniunt ad fodiendum, deprehenduntur. Plura in hanc ſententiam noſtri de Scripturæ perſpicuitate.

VII. Pertinere Scripturas ad rem iſtam, jam ſupra oſtendimus. Et nemo ignorantiam & temeritatem Ianſenii evidentius caſtigare poſſet, quam ipſe ſibi contradicens & Heautontimoroumenos Ianſenius pag. 97. *Quid ergo juſtius, quid naturalius quàm ut ſpiritus veſtri doctrinæque probationem ab ipſa officii quod arripitis occupatione exploremus? ut ſi in ipſa officii vendicatione doctrinæ puritas obſervata, ſpirituſque probatus fuerit, de reliquo doctrinæ corpore ſecurius præſumamus: Sin vero in ipſo limine doctrinæ puritas violata*, &c. Nota hic *explorationem ſpiritus*, & examen *puritatis doctrinæ* (quod ad aliquam partem corporis doctrinæ.) Illud autem abſque Scripturis, Rationibus, à quovis etiam indocto & plebejo facilè poſſe fieri, nemo ſanus dixerit.

VIII. Externa illa facta & teſtimonia temporis præſentis, & ſuperiorum ſæculorum tanta difficultate & obſcuritate laborant, quantam Scripturis unquam affingere poterunt adverſarii. Omnes enim diſceptationes, dubitationes, lites, perplexitates, quas in Scripturam, Scripturæque interpretationem cadere poſſe imaginantur, arcem & nidum ſuum in factis & teſtimoniis humanis ſibi poſuiſſe certiſſimum eſt ex utroque Iure, & experientia univerſali. Vide quomodo Canoniſtæ diſtinguant ambiguitates juris, facti, perſonæ, Gloſſa ad diſt. 34. cap. *habuiſſe*. Et malo illi nullum certum remedium adferri poteſt, ne ab ipſo quidem Pontifice, cujus ſcientia & authoritas hic nulla. Errare enim poteſt in quæſtionibus facti, ut fatentur adverſarii.

[a]Quarta eſt. Quia facta & extrinſecus accerſita teſtimonia, ſi defuerint, nec impudentia facile poteſt nova fingere, nec imprudentia ficta credere: & quilibet facile poteſt à commentitiis genuina diſcernere. Nam quemadmodum non omnes idonei ſunt, &c. ut aut antinomias magno numero in codice occurrentes explicent, omnes tamen facile dijudicant, utrum aliquis officium judicis & interpretis legum privata audacia arripuerit, an Principis authoritate occupaverit. &c.

Reſp. I. Hic iterum luminibus novi iſtius ignis Magorũ, hoc eſt *Verronicæ methodi* officis, quæ tamen tot diplomatis & approbationibus munita & infelicibus chartis illita in mundum exiit, nuper etiam compendioſè in noſtrum idioma traducta & nominatim Sylvæ-Ducenſibus dedicata. Tu tuam, illi ſuam à compendio & facilitate victoriæ ſimplicioribus commendant. Ita poſterior dies apud vos diſcipulus eſt prioris; ita ſepties (ut Iacob Patriarcha conqueritur) mutatis mercedẽ, & merces veſtras, quod faciunt illi qui fallere volunt. Ita, ut poſterius quodq; idolum, aut pſeudo-miraculorum figmentum, aut novæ religionis atque ordinis inſtitutum, aut inſolubilis enodatio, aut opinionis fabrica, aut Patrum aliorumque authorum expurgatio & editio,

[a] Pag 98.

& editio, aut deſenſionis (potius ſubterfugii) methodus; ſic & inſolentior eorum venditatio, & major ad ea accurſus, retruſis prioribus quibuſcunque in priores ſuas tenebras.

II. Sed audiamus, in quo hæc tanta facilitas. An quia facta & teſtimonia ſi deſint, nemo facile nova fingere poteſt. Credam ego, Ianſeni, ubi mihi perſuaſum fuerit, hominem non eſſe amplius animal, impudens & mendax, hominis cor non eſſe amplius perverſum, quod nemo ſcrutari poteſt, Ierem. 17. Diabolum patrem mendacii non agere amplius in filiis inobedientiæ. Bullam de cœna Domini in falſificatores literarum apoſtolicarũ non eſſe amplius promulgandam, & legem Corneliam de falſo cũ lege Solonis de parricidio jamdudum honeſte ſepultam, quia ſcil. falſitatem in dictis, ſcriptis, factis aurea noſtra ætas vix norit. Teſtimonia cum duum ſint generum, Perſonæ & Inſtrumenti: quanta deceptio quotidie circa utraque deprehendatur, norunt judices & pragmatici, nec ignorat *Rota Romana*; nec fruſtra puto Iuriſconſulti Zytas ſuos fatigant tam prolixis dictatis, de crimine falſi.[a] *Crimina enim pœne innumera* &c. *hujus legis* (Corneliæ) *pœna Senatusconſultis, partim Principum reſcriptis, partim etiam Iurisconſultorum reſponſis attributa eſt*, ait Hotomannus in Indic. Leg. Rom. p. 23. Vide & gloſſam in diſt. 19. cap. *memoriam*.

III. Quod facilitas hæc in eo ſtatuitur, quia nemo facile credere poteſt facta illa & teſtimonia quæ fingerentur. Refer hoc inter diluta & phlegmatica illa axiomata quæ magno numero theoretica & practica, à cerebro ſuo diſtillat Ianſenius. Immo ut facillime illa finguntur, ita etiam iis creditur ab imperita plebe, non raro ab eruditioribus & ſanctioribus, & quidem ſub Papatu. Imprimis ubi Clericos & Theologos in emendis & vendendis illis mercimoniis habent anteceſſores. Ianſenius ipſe nimis credula aure bibens ficta illa de *D. Riveti vocatione* Leidenſi, nunc pœnas luit; quod diſcat Lector ex epiſtola Riveti. Quanti dolorum, fraudum, & illuſionum architecti hactenus fuerint Clerici, theatro exemplorum abſolvi vix poſſet. Vnum exhibeo generale teſtimonium Iacobi Pereſii: *Nos*[b], *ut plurimum Theologi, quibus credita eſt erudiendi populi cura, è ſuggeſtu, è cathedra, in colloquiis, in ſcriptis, mille excogitamus modos incredibiles, per quos hujuſmodi hominibus placeamus. Vnde vox illa ingenti lachrymarum vi ex intimo corde lugenda, emanavit in vulgus, Theologorum conſcientia. Quid? quod vel apud homines de media plebe circumfertur: Theologi mundi ſunt confuſio.*

IV. Addit abſurdis abſurdiſſimum, *Quia facile quilibet, idiota ſcil. commentitia à genuinis poteſt diſcernere*, prout in politia rationes facile dijudicant, utrum aliquis officium judicis, &c. arripuerit &c.

Refut. Sed futilis & temeraria eſt aſſertio. An ergo cuilibet idiotę ita libertas ſcrutandi & examinandi Paſtorum, Ordinatorum ſeu Epiſcoporum, Capitulorum, Patronorum, Pontificum conſilia, dicta, facta, diplomata, judicia, proceſſus & formalitates canonicas, circa miniſtrorum electiones, ordinationes, confirmationes, ſuſpenſiones, excommunicationes, depoſitiones? An cuilibet plebeio tam facilis ad archiva, regiſtra, acta eccleſiaſtica Epiſcoporum, Pontificum, curiæ Romanæ, & quinque camerarum Apoſtolicarum, & ad omnia ſecreta ſecretorum patet aditus? Et ſi iſta ita eſſent; an quilibet idiota tam exercitatos habet ſenſus in iſtis, ut facile diſcernere poſſet genuina à falſis, in quo Epiſcopis & ipſis Pontificibus ſæpe imponi poteſt, ut ſupra nota-

[a] Althuſ. Dicaiolog. lib. 1. cap. 104. [b] De ſacra concionandi rat. præfat. ad Theolog. ſtudioſos.

notatū eſt? Quod ſi etiam tam oculatus idiota ex tertio quodam cœlo ceciderit, qui rara quadam facilitate inermis armatas illas fraudes (quas in regno Papali catervatim vagari experientia, & indicio Symmiſtarum edocti ſumus) expugnare poſſit; qua ſponſione indicium tale ipſi tutum & impune præſtabis, ut ſcil. falſa condemnare & deteſtari & longiſſimè fugere ipſi liceat? an Diſtinct. 40. cap. Si Papa?&c.

V. Simile quod adfers ex politia, & diſſimile eſt & manifeſta falſitate laborans: Primò enim circa publicam poteſtatem multipliciter & frequenter falſum committi poſſe tum mediatè, tum immediatè, [a] conſtat ex L. Iulia Majeſtatis & I. C. C. ad Tit. L. Iul. Majeſt. & Paulo Sent. 5. cap. 31. Deinde arcana Rerumpublicarum, & minima rerum humanarum cognitio facile fidem faciunt, non rarò Officiarios ſive regum, ſive regnorum multo plura ſibi ſumere & uſurpare, quam diplomatis commiſſionis ſuæ ipſis præſcribuntur. Legat modo querelas & novellas hoc anno 1632. de rebus Gallicis & ipſius Pontificis Antvverpiæ hebdomatim editas cum approbatione Cenſoris. Sed quid de Officiariorum uſurpatione dico, cum fuerint qui reges & principes non tantum pari jure genuinos, ſed & eoſdem numero ſe fingere & venditare auderent, idque tanta ſpecie ut ipſi prudentiores falſi fuerint, nedum ut idiotę facilè fraudem deprehenderent. *Violatur Succeſſio, quia polluit ſæpe ambitio, quæ vim & fraudem miſcet. Quàm ſæpe ſceptra delata non ad longinquos tantum, ſed indignos? & hic quoque ludi interveniunt*, inquit Lipſius. Nota & publicè edita eſt hiſtoria cujuſdam, qui ſe Sebaſtianum regem Luſitaniæ diceret. Notiſſima hiſtoria nuperi illius infælicis Pſeudo-Demetrii (reverà monachi) in Moſcovia. Quibus adde illos quos ordine deſcribit Lipſius in Monit. & Exempl. Politic. cap. 5. Piſiſtratum, Clementem, Andriſcum, Alexandrum Iudæum, Pſeudo-Fridericum, Voldemarum, Baduinum VIII. Flandriæ comitem, reverà Bernardum Anachoretam, Alphonſum, Muſtafas duos; Quorum aliquos [b] P. Matheus refert loco cit. Botereus plures addit libr. 15. ad ann. 1608. p. 494. cum pag. 122. 302. 303. 305. Lege lector & vide ſtolidum noſtri paradoxon tam frequenti experientia difflatum. Nec minus ejuſmodi fraudes familias & thalamos infeſtant, judicum ſubſellia ſæpe exercent. Quàm ſubdola & pertinax illa fictio Martini cujuſdam in Gallia qui ſe maritum honeſtæ cujuſdam fœminæ diceret. Soſioppii Munſteri Hypobolimæi, qui Scaligerum Ayxobolymæum & fabulam Burdonum cum ſociis commentus erat; fraudes detexit Satyra Manippea Lugdunenſis. Seriò & jure agitata fuit controverſia genealogica Pauli de la Scala Hannorum comitis, de qua Thuanus in Hiſtoria. Nec fruſtra leges exſtant, & Iuriſconſulti commentantur de eo qui familiam & genus ſibi fingit, qui ſe pro alio gerit, pro fratre, affine, conjugeve, qui dignitatem & authoritatem ſibi non competentem uſurpat, &c. Tholoſan. ſyntagm. libr. 36. c. 4. Menochius, Farinacius aliique citati ab Althuſ. lib. 1. c. 104.

VI. De præſenti caſu quidquid hic garrit contra communē ſenſū, & experientiam, & Theologiam ſuorum incurrit. Bellarm. de Pontific. l. 4. c. 14. *Non facile judicari potuit, quis eorū eſſet verus ac legitimus Pontifex, cū nō deeſſent ſingulis doctiſſimi patroni*, loquitur de tribus Papis tēpore Concil. Conſtantienſis. Canus loc. Theol. l. 6. c. 8. p. 409. Quęſtionem facti de Tranſlatione ſedis Petri Antiochiâ Romam, de que ſucceſſione Epiſcopi Romani in locum Petri, difficilem & perobſcuram dicit, quæ quidem doctiſſimos

viros

[a] Althuſ. lib. 1. c. 104. 19. 20. Hotomann. in ind. leg. Rom. p. 40. [b] Vide Hiſtor. P. Mathei de Sebaſtiano, qui tam ingenioſe facta fingebat ut *apud Luſitanos atheiſmus eſſet non credere; & per vitam ac caput ejus jurarent*, lib. 4. narrat. 4 n. 10.

viroſita implicuit, ut ſe expedire non valuerint. Idem aſſerit de legitima vocatione & ſucceſſione tempore Concilii Conſtantienſis, penes quem ex tribus illa fuerit aut non fuerit, *fuiſſe tum & eſſe ſemper ambiguum.* Vbi ergo facilitas Ianſenii? vide & confer l. 3. ſect. 2. c. 1. Sæpe ipſi Pontifices miſere hic decepti, qui tamen ſcriniũ divini & humani juris ſemper circũferunt.[a] De literis, diplomatis, ordinationibus, ſentẽtiis ſeu judiciis, canonizationibus: deniq; miraculorum, reliquiarũ, Conciliorũ, ſcriptorũ, Ordinũ ac religionum approbationibus, ſubreptitiis, obreptitiis, per fraudes extortis, multa eſſẽt dicenda, niſi chartæ & lectori parcerẽ. Deceptores Põtifices tot ſunt, quot ſciſmatici, qui non idiotas modò, ſed & Reges, Principes, populos, Cardinales, Epiſcopos, Cõcilia in naſſam Petri (quã fingebant) fallaciis ſuis traxerunt. Tã difficilis diſcretio fuit iſtis tẽporibus, ut Gerſon fateri coactus ſit, vix potuiſſe ſciri à qua parte eſſet vera Eccleſia, niſi Deus extraordinario alicui revelaſſet. Memorãda imprimis inſignis illuſio, quã ſæpe ab eſuriente aliquo Græculo pati ſolent Pontifices, ſcena fictæ legationis, diplomatis, literarum fidei quaſi à Patriarchis & Eccleſiis Oriẽtalibus, quibus obedientiã Romanę ſedis profiterẽtur ſcil. Credim⁹ an quia amant ipſi ſibi ſomnia fingunt. Hinc tam vanæ jactationes de legato Patriarchæ Alexandrini Romæ homagium præſtante 1565. De legatis Patriarchæ Alexandrini Gabrielis 1593. quam fabulam ut & alterã de Patriarcha Conſtantinopolitano exactã vide apud Georg. Douſam in Itin. Conſtantinopolit. *Franciſco invidiâ rumpantur ut ilia Coſtro*, ut ibi loquitur: De Abdyſu Patriarcha ultra Euphratem, quem Cardinalis Amalius in literis ad Concil. Trident. facit Patriarcham Aſſyriorum, Coſterus Armeniorum; de qua fabula Gentil. in Refut. Concil. Trid. l. 4. ſeſſ. 21. De Davide Patriarcha Armeniorum 1607. De Simone Sulaca Neſtorianorũ Patriarcha 1553. deq; aliis ejuſmodi muſteis fabellis; quas ne Pontifices ipſi ex ſua fabrica deprompſiſſe videantur, fictionibus factorum, diplomatum, teſtimoniorum imputare debent. Norunt enim ipſi, nihil minus verum eſſe quàm ſyncretiſmum Eccleſiarum Orientalium cum Romana. Quod propria confeſſione ſatis produnt, imprimis machinationibus illis, quibus Eccleſias Orientales, ſubornatis aut per fraudem intruſis, aut titulum mentitis Patriarchis ſibi ſubjicere cogitant. Expertus id nuper Cyrillus Conſtantinopolitanus, de quo vide appendicẽ ad Myſteria patrum Ieſuitarum. Sed demus Nationes illas Papæ ſubjectas eadem ratione qua Sueci, Gothi, &c. quos titulari & famelico illo Olao Magno in Epiſcopũ Vpſalenſem per phantaſiam evecto in phantaſtica ſua Catholicæ Eccleſiæ repræſentatione oſtentare voluit tempore Concil. Tridentini. Sed ut Ianſenium ſemel ignorantiæ & temeritatis ſuæ pudeat, ſuggerimus illi has claſſes deceptionum quas ſtruxit impudentia, & quibus capta imprudẽtia ſeu populi, ſeu Cleri, ipſius etiam Papæ, ſeu Principum, Procerum, & Iudicum. *Prima* habeat fictiones rerum geſtarum, & falſas relationes. Vide quæ infra l. 3. ſect. 1. c. 7. de Hiſtoricis notamus. Cogitet etiã Ianſenius de Riveti fuga ex Gallia, diſputatione cum Bayllio, de prohibitis diſputationibus per leges patriæ noſtræ, de exſtincta pæne religione noſtra in Germania, deq; aliis factorum luminibus, quæ paſſim attingimus. *Secunda*, fictiones teſtimoniorũ, inſtrumentorũ, diplomatũ, &c. quibus adde quæ de nothis ſanctis, patribus & patrum ſcriptis, itẽ reliquiis, picturis & imaginibus, infra ſuo loco dicemus. *Tertia*, fictiones miraculorum, revelationum, apparitionum, de quibus ſupra actum eſt; adeo ut Diabolum pro Chriſto adoraverint, cum Diabolo carnalem turpitudinem commiſerint: nonnullæ etiam cum Clericis, qui ſe an-

[a] *Nec enim negatur Romanæ ſedis ſententiam in melius poſſe commutari, cum aut ſurreptum aliquid fuerit &c.* Lancelot. in Inſtit. jur. Can. lib. 3. tit. 18. Confer ſupra cap. 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſe angelos fingebant, cujus exemplum habet Bocacius. *Quarta*, [a] fictiones morborũ, obſeſſionis, &c. cujus inſigne exemplũ exſtat apud Petr. Math. lib. 2. narrat. 3. & Oſſatum in epiſtolis, p. 730. *Quinta*, fictiones gentis, originis, familiæ, perſonæ: imprimis cum quis ſe filium Principis, Principem, legatum, nuntium, patrem, maritum, conſanguineũ, propinquum, hæredem mentitur. Vide Lipſium & Botereum locis cit. & Oſſatum p. 890. ubi de Sebaſtiano, & pag. 1135. ubi de Pſeudo-Baronio. *Sexta*, Fictiones vocationum & miſſionum in Eccleſia. Quo refer omnes Antipapas, præterea ementitos Patriarchas, Epiſcopos, aut eorum legatos quaſi ex Oriente ſcil. Romam adventantes, ibique Pontifici Eccleſias Orientales offerentes, ſed non abſque præmio. Iactura penes emptorem eſto. Exempla ejuſmodi fictionum, inter alia ex diis minorum Gentium præbet *Iacobus Trajectenſis*, qui allatis literis Põtificiis (adulterinis ſcil. literis & ſigillis) fit ſuffraganeus & fungitur officiis Epiſcopi. Et celebris ille Fr. Fava[b] qui ſe fingebat Medicum, negotiatorem, presbyterum, Epiſcopum, Nuncium apoſtolicum. Quamdiu & quibus impoſuerit vide apud Botereum loc. cit. *Septima*, fictiones privatas devotionis, precũ, jejuniorum, operum pietatis & caritatis, &c. (quæ proh dolor nimium frequentes;) & fictiones publicas religionis ſeu cultus, ut cum quis pro hoſtia conſecrata nummum ex ſacro depromptum attollit & Eccleſiæ adorandum proponit; & cum Miſſa ſicca celebratur in Papatu, abſque confectione. Denique ipſe Ianſenius facta illa quæ negat facile fingi poſſe, alibi affirmat ab hiſtrione quovis fingi poſſe, in ipſo hoc caſu vocationis ſeu Ordinationis. Vide ipſum p. 155. & 107. & 78. & 115. Et in Papatu per dolum, ſubreptionem, Simoniam, multiformes Irregulares, non baptizati, fæminæ, ſervi, Hermaphroditi, uxorati, alibi excommunicati *furtivè ad ſacros ordines irrepſerunt*, aut irrepere potuerunt, ni fruſtra Ius canonicum leges de iis tulit. Vide Lancelot. libr. 1. tit. 24. 25. Et quæ ſupra cap. 12. ex Iure Canonico & Canonico-Summiſtis notavimus.

VII. Facta & teſtimonia illa quæ jactat Ianſenius, pro veritate & ſucceſſione vocationum in Papatu, ut ſint *Lux* lucens in obſcuro loco, debebant ſaltem erui, explicari, definiri, notha à genuinis, apocrypha ab authenticis diſcerni; & ſemel infinitæ ſuper iis contentiones Papiſtarum componi, deciſione vel prima, vel ſecunda. Sed ubi cõparent illæ deciſiones? Ne una quidem. Exſtant ſupremæ deciſiones Pontificum, Cõciliorum; exſtant mediæ & quaſi ſupremæ, Congregationis ſcil. ſacræ Cardinalium (de quibus Ianſenii Froymundus;[c]) exſtant infimæ Epiſcoporum & Epiſcopalium Cõciliorũ, Vniverſitatum, Inquiſitorum hæreticæ pravitatis, Cenſorum, &c. Sed inter deciſiones illas nihil omnino de factis & teſtimoniis controverſis, ſaltem nihil tale, quo teneri volunt doctiſſimi inter Pontificios. Quid ergo hic faciet idiota in cymmeriis illis tenebris, in Labyrintho illo conſtitutus? Ianſenio credet an Voetio?

VIII. Concludimus ergo humana facta & extrinſecus accerſita teſtimonia, & [d] diviſionem factorum nihil ad fidei ſoliditatem facere, Scripturas vero maxime facere. Probatur ad rem noſtram propriè non facere, quia neque fidem fundant aut ſcientiam Theologicam, neque controverſias religionis abſolvunt, neque animos fidelium ſolide conſolantur aut ædificant, ſed tantum à melioribus abſtrahunt, & infinitudine ac perplexitatibus ſuis ita irretiunt, ut nonnunquam perditè amantes ad deſpera-

[a] Fictio morbi frequentata eſt in cauſa præcedentiæ. Vide lib. 3. ſect. 2. cap. ult. [b] Chron. Belgicum & ex eo Calviſ. in chronolog. ann. 1392. [c] In Anti Ariſtarcho cap. 4. [d] Confer ſect. 3. cap. 2.

ſperationem fere adigant, quod ſibi eveniſſe Baronius teſtatur: è contra caſtæ deliciæ noſtræ *Lex Domini immaculata, convertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans parvulis. Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum illuminans oculos*, Pſal. 19. cum toto Pſal. 119. Facta & teſtimonia ſi requirimus ſive divina, ſive humana occurrunt ea in Scripturis quantum ad fidem pietatem & ſalutem ſufficit, Ioh. 20. verſ. ult. 2. Tim. 3. In ea ſi inquirimus, ea ſi tenemus & nobis applicamus, non erimus miſeri aut nudi. Habebimus firmiorem propheticum ſermonem, cui bene *facitis attendentes tanquam lucernæ lucenti*, &c. 2. Pet. 1. 19. Viſio factorum, quæ ſola intuenda vult Ianſenius, nobis ad fidem nunc minimè opus. Eſt enim fides *rerum argumentum non apparentium*. Heb. 11. 1. *Quem* (Chriſtum ſcil.) *nō videntes diligitis, in quem nunc nō videntes, credentes autem exultatis lætitia inenarrabili & glorificata. Reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum.* 1. Petr. 1. 8. Quæſtio circa facta & teſtimonia humana nihil ad principium fidei, nihil ad demonſtrationem Theologicam, nihil ad decidendam quæſtionem primam & principalem de puritate aut reformatione religionis; quia eſt quæſtio incidens, quæ extra formulam prioris actionis exoritur, tum quia ut quæſtiones facti, quæ in conjecturali ſtatu poſitæ, à diſciplina Iuris civilis remotæ ſunt, ſic etiā à diſciplina juris divini, hoc eſt, Theologia. Teſtimonium humanum *perſonæ*, ſiquidem de facto haberent Pontificii, non eſſet tamen conferendum cum teſtimonio divino *inſtrumenti*, tum de jure tum de factis divinis & humanis, nedum opponendum *teſtamento patris noſtri* (ut S. Scripturam appellat Auguſtinus) quod nos indubitatò habemus; ſi fallimur aut fallimus, oſtendant adverſarii. In jure civili ſtat hæc ſententia: [a] *Teſtes cum de fide tabularum nihil dicitur, adverſus ſcripturam interrogari non poſſunt*; ex vi conſtitutionis, quę eſt tit. de Teſtibus lib. 4. Codicis: Κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἄγραφος μαρτυρία οὐ προσφέρεται. i. *adverſus ſcriptum teſtimonium non ſcriptum nō producitur.* faceſſant ergo infinita & incerta facta ac teſtimonia humana, revera tenebræ, & non lux idiotis veſtris, quæ difficillime haberi poteſt; & ſi habeatur nec ſcitu neceſſaria eſt, nec fidei ſcientiam pariens: exoriatur illa Scripturarum lux divina, quæ naturæ divinæ nos reddat participes, cui omnis fidei demonſtratio innititur, fatentibus patribus & Scholaſticis, atteſtante conſcientia recentiorum, qui abſque hæreſeos nota Scripturæ hunc honorē detulerunt. Ex pluribus aliquas proferemus. Irenæus lib. 2. cap. 46. Vniverſæ Scripturæ, & propheticæ & Euangelicæ in aperto & ſine ambiguitate & ſimiliter ab omnibus audiri poſſunt. Idem libr. 3. cap. 2. Quum hæretici arguuntur ex ſcripturis, in accuſationem convertuntur ſcripturarum, quaſi non ſint ex authoritate, & quia non poſſit ex his inveniri veritas, &c. Athanaſius contra Arrian. Orat. 2. Ecce nos ex ſacris literis jam fidenter loquimur de religioſa & pia fide, & quaſi candelam ſuper candelabrum collocantes, hæc pronuntiamus. Idem de Incarnat. Domini. Si diſcipuli eſtis Euangeliorum, per Scripturas incedite. Quod ſi diverſa à Scripturis fabulari vultis, cur nobiſcum concertatis, qui nec loqui nec audire ſuſtinemus, quod extraneum ſit ab illis, &c.

Baſilius homil. in principium Pſalm. 1. Scriptura tota divinitus inſpirata & utilis, in eum finem à Spir. S. conſcripta eſt, ut ex ea haud ſecus atque ex communi quadam curandarum animarum officina, omnes homines proprii cujuſque morbi medici-

[a] Citat & explicat Cujacius Obſervat. lib. 13. cap. 38.

nam eligerent. Chryſoſtomus hom. de Lazaro: *Scripturarum ignoratio hæreſes peperit, vitam corruptam invexit, omnia ſurſum deorſum miſcuit. Etiamſi mortuus reviviſcat, etiamſi è cœlo Angelus deſcendat, maximè omnium credendum eſt Scripturis. Barathrum eſt Scripturarum ignoratio. Ne quæramus hæc audire à mortuis, quæ multo nos clarius docent ſacræ literæ.* Hom. 44. *Non abſcondita eſt veritas in Scriptura, ſed obſcura iis qui eam quærere nolunt,* Baſilius in Aſceticis 267. *Quæ ambiguè & quæ obſcurè videntur dici in quibuſdam locis ſacræ ſcripturæ, ab iis quæ in aliis locis aperta ac perſpicua ſunt explicantur.* Chryſoſtomus in Eſai. Cap. 2. *Quod lumen eſt oculo, id eſt lex Dei menti noſtræ.* In acta hom. 23. *Scriptura etiam docet non quærere. Nullus enim quæſtionum finis.* In Prœm. in Ep. ad Rom. *Nam ut qui lucis hujus uſura non fruuntur, rectà ingredi non poſſunt: ita qui ad Scripturarum divinarum radios oculos non intendunt, neceſſario in multos errores incidunt, perinde ac ſi in tenebris periculoſiſſimis ambularent.* Hom. 9. in Epiſt. ad Coloſſenſ. *Audite obſecro ſeculares homines: Comparate vobis biblia, animæ pharmaca.* ibid. *Quicunque uxori præeſtis & liberis, vobis quoque maximè mandat legere Scripturas, & nō leviter; ſed magno ſtudio.* Ambroſius in Pſalm. 118. Serm. 8. *Multa obſcuritas in Scripturis, ſed ſi manu mentis tuæ Scripturarum januam pulſes, paulatim incipiens colligere rationem dictorum; & aperietur tibi non ab alio ſed à Dei verbo: quia ſolus Dominus Ieſus in Euangelio ſuo myſteria legis revelavit.* Ibi. ſerm. 14. *Paſcitur oculus noſter interior lucernæ ſpiritualis lumine quæ nobis in hac mundi nocte prælucet, ne ſicut in tenebris ambulantes incertis titubemus veſtigiis, & veram viam invenire nequeamus. Intelligibilis enim pedum greſſus, intelligibilis & lucerna, quia verbum Dei lucerna eſt.* Hieronymus ad Paulinum: *Totum hoc quod legimus in divinis libris, nitet quidem & fulget, etiam in cortice; ſed dulcius in medulla eſt.* In Symb. Ruff. *Perverſi homines ad aſſertionem dogmatum ſuorum, ſub virorum ſanctorum nomine, interſeruerunt ea quæ illi nunquam ſcripſerunt. Nonnulli hiberras nænias libris authenticis præferunt.* Auguſtinus, Epiſt. 50. *Iſti mirabili cæcitate, quum ipſum Chriſtum præter Scripturas neſciant, ejus tamen Eccleſiam non divinarum literarum auctoritate cognoſcunt, ſed humanarum calumniarum vanitate confingunt:* Lib. 3, de Doct. Chriſt. capite 28. *Per Scripturas divinas multo tutius ambulatur. Controverſia ex eadem Scriptura terminetur* & Cap. 25. *Vbi apertius ſententiæ ponuntur, ibi diſcendum eſt quomodo in locis intelligantur obſcuris:* Contra Maximinum Arrianorum Epiſ. lib. 3. cap. 14. *Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminenſe tanquam præjudicaturus proferre Concilium. Nec ego hujus auctoritate nec tu illius detineris. Scripturarum auctoritatibus, utriuſque communibus teſtibus res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione concertet.* Idem de Paſtorib. cap. 14. *Auferantur chartæ humanæ, ſonent voces divinæ: cede mihi unam Scripturæ vocem pro parte Donati.* Serm. 237. de temp. *Scriptura ſancta ſit tibi tanquam ſpeculum. Speculum hoc habet ſplendorem non mendacem, ſplendorem non adulantem.* Ibid. *Ad lucernam Scripturarum ambulamus:* Sentent. 120. *Sicut ſtellas cœli non exſtinguit nox, ſic mentes fidelium adhærentes firmamento ſanctæ Scripturæ, non obſcurat mundana iniquitas.* Tertullianus de reſur. carnis, *aufer hæreticis quæ cum Ethnicis ſapiunt, ut de Scripturis ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt.* Ibid. *Hæretici ſunt Lucifugæ Scripturarum.* Epiphanius contra Anomoeos in hær. 76. *Omnia clara ſunt in divina ſcriptura iis, qui pia ratiocinatione divinum ſermonem adire volunt.* In Hær. 69. *Omnia ſunt clara & lucida in divina Scriptura.* Cyrillus Hieroſ. *Nam ipſa ſalus fidei noſtræ non eſt ex diſertis dictis & commentis, ſed ex demonſtratione Scripturæ.* S. Hilarius lib. 2. de Trinit. *Quid enim in eodem ſalutis humanæ non continetur? aut quid eſt quod reliquum ſit, aut obſcurum? Plena*

ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſunt omnia & perfecta, ut à pleno & perfecto. Salvianus lib. 3. de Provid. *Humana omnia dicta, argumentis & teſtibus egent: Dei autem ſermo ipſe ſibi teſtis eſt: quia neceſſe eſt quicquid incorrupta veritas loquitur, incorruptum ſit teſtimonium veritatis.* Vide etiam Gregor. Mag. lib. 2. c. 1. in 1. Iob, Theophylactum de Lazaro, Gerſon: *Bibliorum contemptus & faſtidium ad Anti-chriſti impietatem aditus & janua eſt.* Quod dictum Præſes Thuanus[a] Academiæ Pariſienſi inculcabat ann. 1600. Gerſon parte 1. de exam. doctrinarum: *Prima veritas ſtaret, quum aliquis ſimplex non auctorizatus, excellenter eſſet in ſacris literis eruditus, quod plus eſſet credendum in caſu doctrinali, illius aſſertioni, quam Papæ declarationi. Conſtat enim Euangelio plus eſſe credendum quam Papæ. Si igitur doceat talis eruditus veritatem aliquam in Euangelio contineri, ubi & Papa neſciret & ultro erraret, patet cujus ſit præferendum judicium. Talis eruditus deberet in caſu, ſi & dum celebraretur generale concilium, cui & ipſe præſens eſſet, & illi ſe opponere, ſi ſentiret majorem partem ad oppoſitum Euangelii, Malitia vel Ignorantia declinare.* Thomas p. 1. qu. 1. art. 8. *Auctoritatibus Canonicæ Scripturæ Theologia utitur ex neceſſitate: auctoritatibus aliorum doctorum utitur probabiliter arguendo. Innititur autem fides noſtra revelationi Apoſtolis & Prophetis factæ, qui libros Canonicos ſcripſerunt, ut ait Auguſtinus ad Hieronymum.* Scotus in 1. Sent. Quæſt. 2. *Sacra Scriptura tota vera, neceſſaria, ſufficiens viatori ad conſequendum finem ſuum: nec eſt dubia via ſalutis. Harum etiam explicatio & quantum ad credenda, & quantum ad ſperanda, & quantum ad operanda explicatur ex diverſis Scripturæ locis.* Quæſt. 3. *Theologia non eſt niſi de his quæ continentur in Sacra Scriptura. & de iis quæ poſſunt ex his elici.* Durandus in præf. lib. Sent. *Oportet loqui de myſterio Chriſti & univerſaliter de his quæ mere tangunt fidem conformiter ad ea quæ tradit Scriptura.* Bellarmin. de verbo Dei lib. 1. c. 2. *Scriptura regula credendi certiſſima, tutiſſimaque eſt.* Similia ex Ieſuita A Coſta, Chriſtophoro à Capite Fontium, Ariâ Montano, &c. infinita poſſent adferri.

[a] In Oratione habita in reformat. ſtatut. Acad. apud Botereum lib. 7. p. 253.

LIBRI SECVNDI

SECTIO TERTIA.

CAPVT I.

Examinatur reſponſum Ianſenii ad tres primas quæſtiones de legitima vocatione & ſucceſſione Pontificum, Cardinalium, & Sacerdotum Miſſificorum.

ACCEDIMUS ad refutationem reſponſionum ſive effugiorum Ianſenii [a] quibus quæſtiones meas, declinat potius quam ſolvit.

Præmittit generales quaſdam exceptiones, quarum

Prima eſt, *Miſſionem Catholicæ Eccleſiæ loco talionis vellicari à me potius, quam ſolidè aut methodicè refutari.*

Reſp. I. Quis ſanus plura petat, ab eo qui ſubterfugientem & poſt vaſa delitеſcentem adverſarium, atque adeo regnum diviſum Papatus prius in lucem voluit protrahere quam cominus cum eo manum conſerere. Cauſam ſaltem ita vellicavi & animum tuum iſtis quæſtionibus in equuleo ſuo quaſi torſi, ut non leviter miſeriam tuam prodideris. II. Talio hic nulla eſt, ſed methodus illa, qua ex οἰκείοις & à ſe poſitis maniſeſtiſſimè abſurditas adverſarii refutatur, & ipſius ſecuris in propria vineta adigitur. Et Ianſenius, ſiquidem ſucceſſus conatui reſpondiſſet, aliquoties methodo illa talionis in nos aliquid tentavit. p. 106. *Aliter profectò judicavit Lutherus ipſe, cum à novo apoſtolo eadem qua ipſe authoritate ebulliente premeretur, &c: Ita Deus miſericorditer ſuſcitat eis adverſarios, ut factis doceat, qui non poſſunt ad ſanitatem ratione revocari.* Et pag. 104. ubi cum finxiſſet ſtare præ foribus, qui Cathedris deturbati erant in Hollandia, &c. ſubjicit ſuum Epiphonema: *Nimirum ita rebus ipſis ad ſanam mentem revocandi ſunt, qui nullis rationum viribus revocantur.* Nunc applica ad rem preſentem. III. Quod queſtiunculas Ianſenio ſolvendas propono, non facio magis more Voetiano (ut loquitur) quam Ianſeniano; qui circa commune fidei Chriſtianæ principium nõ veritus fuit, 33. quæſtiones pag. 58. proponere, cui bono & quanto cum atheiſmi & libertiniſmi applauſu, aliàs notamus. Sed lata inter iſtas & meas eſt differentia, meis enim quæſtionibus objectiones aut exceptiones continentur, quas ſacris literis & orthodoxa antiquitate ſubnixas, pro cauſa Dei contra Papatũ nos quavis occaſione explicare & in aciem producere ſolemus: pleriſque autem Ianſenii nulla ratio includitur, quam pro ſua in noſtram cauſam armare auſit, niſi apertè in Atheorum, Gentilium, Epicureorum, Libertinorum caſtra velit concedere. IV. Potuiſſet totum hoc ſilentio texiſſe, quia tam parum movet illum multitudo quæſtionũ mearum, ut ad nullas, niſi ad iſtas novem, quaſi reſponſũ aliquod eminus oſtenderit.

Secunda generalis exceptio eſt: [b] *Me relicta cauſa quã tractamus, & hic & paſſim hominũ peccatis*

a Cap 44. Pag. 193. b Pag 193.

peccatis inaniter & ſtrenuè exaggerandis tempus terere. Spirare etiam has quæſtiones ubique virulentiam adverſus Papam & Sacerdotes, quorum probris ex tota antiquitate congerendis,&c.

Reſp. I. Vt appareat te ſemel verum dixiſſe, oſtende unicam ex iſtis quæſtionibus, quæ merum factum aut pravos mores exagitet tantum. Ego contra oſtendam, facta illa omnia aut legem facere in Papatu & partem publicę diſciplinæ ac politiæ, aut ſaltem ita in medio Papatu graſſari, ut ne quidem poſt exortam reformationem à ſede Romana aut Concilio Tridentino, torrenti illi ullus obex ſit poſitus, ſaltem generaliſſimè & pro forma. Provoco ad Capitula Reformationis prædicti Concilii Tridentini.

II. Itaque ut ſorex tuo judicio te prodis, cum fateri cogeris,[a] *Paparum & Sacerdotum probra* jam ab antiquo, & *exulcerata* illa, hoc eſt, vulnera & ulcera Eccleſiæ Romanæ necdum curatæ, quæ quia lege, conſuetudine & authoritate irreformabilis ſedis, curiæ & Cleri Romani defenduntur atque in pejus abeunt quotidie, diſſidii & magni iſtius hiatus inter noſtram & veſtram Eccleſiam cauſa ſunt, de quo rectè Caſſander; cujus aureum dictum infra exhibemus, lib. 3. ſect. 3.

III. Artificium illud veſtrum jam nimis notum eſt, quo ulcera illa publicæ politiæ ac diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & publici cultus, in pravis moribus quorundam ſcilicet; & errores doctrinæ quos volentes nolentes ſubinde corrigere cogimini in mendis librariorum ac typographorum deputare ſoletis, ne ſcil. Eccleſia illa uſquam aberraſſe ſe fateatur. Siquidem Deum iſtis *occultis dedecoris* fallere poſſitis, bene ſe habet. Pergat ita ſedes illa hypocriſeos, cum Saule, 1. Samuel. 15. *Honora me coram populo*, & cum concilio Sacerdotum, Iohann. 11, verſ. 47. 48. *Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum & locum & gentem.* O culina! ô Magiſter artis, ingenîque largitor venter!

IV. Quod in nobis culpas & te nolle facere hic profiteris; *ut relicta cauſa, hominum peccata exaggerentur*, tu ſedulo tamen facis & faciendum doces, tibi contradicens & teipſum refutans, *iſta ſunt facinora, quæ in vobis deteſtamur*, & p. 151. Reformatorum & Lutheri *impudentia & maledicentia*. pag. 101. *Nos autem arguimus vos de peccato graviſſimo, & immani ſacrilegio invaſi ſacerdotii atque officii prædicandæ veritatis, quod vobis etiam vera dicentibus ante omnia abluendum eſt, &* p. 100. *Sed quantumvis etiam puram putamque veritatem diceretis, adhuc non eſt reſecta quæſtio. Doctori quippe veritatis non eſt ſatis veritatem dicere, ſed maximè & ante omnia neceſſe eſt veritatem facere, ne facta verbis pondus detrahant, & reipſa oſtendat ſe non credere, quod ab aliis credi cupit, &c. Alioquin illa verba in frontem veſtram tanquam ſacrilegis illidimus: Quare tu enarras juſtitias meas & aſſumis teſtamentum meum per os tuum*, &c. Adde de Riveti fuga ex Gallia, de Calvini ſtigmatis, de Rebellione illuſtr. Ordd. Hollandiæ, &c. quæ, ſi vera eſſent, hominum vitia proderent tantum, veritatem fidei non attingerent.

Prima quæſtio erat: *Quæ miſſio, quæ vocatio, quæ ſucceſſio legitima ullius Pontificis, Cardinalis, ſacerdotis miſſifici; cum ipſa forma vocationis, & ſucceſſio vocatorum illegitima, mala, & mera creatura humana*; de cujus inſtitu-

[a] Vide Molinæi epiſtol. poſtremam ad Balſacum, & Novit. Papiſmi part 2. controverſ. 8. c. 10. Henrici Stephani tract. præparat. ad apologiam Herodoti. Iac. Capell. de Roman. Eccleſ. ſanctitate. Zegedini ſpeculum Pontificum. Et ex Pontificiis Stellam, Platinam, Theodorum à Nyen, & infinitos quos citat Pleſſæus in Myſterio. Ipſum denique Genebrardum, Baronium, Sadoletum, Eſpencæum, Tapperum, Iovium, Guicciardinum, Eraſmum, Vivem, Oſſati & Perroni epiſtolas, qui antiquam & recentem ſanctitatem Eccleſiæ Romanæ Virtualis, Conſiſtorialis, repræſentativæ, ſeu Paſtorum & Clericorum tam graphicè nobis depingunt, ut à me lineam ullam addi haud ſit neceſſe. In literis fidei, in Orationibus, in concionibus Concil. Trident. nil niſi morbos, ulcera, vulnera, caſum, ruinam Eccleſiæ reperies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tione ne γρῦ quidem in ſacris literis. Hæc eſt quæſtio de fide & non de hiſtoria, qualem nobis illi movent.

Primum & primarium in reſponſione eſt ſilentium & præteritio, Quia Pontificis ſeu idoli Romani ipſum ſuppudet, quem nõ niſi tectè innuit: Cardinalium purpura plane in ruborem ipſum dat, adeo ut nomen ipſorum ne ſemel quidem repetierit, nedũ ut pro ipſorum ſublimi dignitate & munere verbũ ullum fecerit; conſcius ſibi proculdubio novitatis & nullitatis ipſorum, tã jure divino quam antiquo Eccleſiaſtico. Sacerdotis miſſifici nuſquam meminit, ut conſtet illum nihil pro ipſis reſpondere ad propoſitam quæſtionem.

Alterũ in reſponſione eſt:[a] *Sed etſi in Scripturis nihil haberetur, ipſa praxis ab Apoſtolis inchoata, in poſteros propagata, & continuo uſu obſervata ſatis ſuperque nos inſtrueret.*

Refut. I. Si quidem res ſit ad fidei eſſentiam, & animarum ſalutem abſolutè neceſſaria, habetur in Scripturis, quę *ſapientes nos poſſunt reddere ad ſalutem*, 2. Tim. 3. v. 15.; etſi tu fidem catholicam defendis ex Scripturis (ut gloriaris p. 191.) neceſſe eſt & hanc partem defenſionis tuæ ex iis depromptam eſſe. Alioquin non diſputas ex communibus principiis, tantundem faciens, ac ſi ego tecum ex Confeſſionibus Waldenſium, aut Liturgia Anglicana, aut Catechiſmo Lutheri, aut tu cum Iudæo ex Novo Teſtamento, vel ex jure Canonico ageres.

II. Sin verò res illa ſit juris poſitivi Eccleſiaſtici, aut ad mutabilem Eccleſiæ politiam pertineat; jam ut ut illa ſe habeat inter nos, præciſe tamen nõ peribit omnis Eccleſię eſſentia, & animarũ ſalus, quippe ex illa abſoluta & perpetua neceſſitate non ſuſpenſa. Ianſenius[b] diſtinguit inter opiniones doctorum, & dogmata vera quidem, ſed nõ definita, & alia quę ut de fide ſunt definita. Ad quam claſſem nunc referet vocationem Cardinalium? Scilicet inter jura poſitiva & ea quæ Politiam Eccleſiæ concernunt, multa eſſe quę perpetuo uſu ita ſunt obſervata, quædam etiam ab Apoſtolorum temporibus, quæ tamen Pontificiis non ſunt *de fide*, aut ſaltem nunc ut talia non tenentur. Vide quæ ſupra ſect. 2. C. 21. annotavimus.

III. De praxi ab Apoſtolis inchoata & uſq; in hunc diem in Catholica Eccleſia ab omnibus, ſemper & ubiq; obſervata; facilius eſt dicere, quam probare, aut credere. Probationis ſaltem ne umbra quidem comparet: ſed hoc Ianſenio familiare, non eſt itaque quod cum illo ultra expoſtulemus. Provoco iterum Ianſenium, ut circa quæſtionem propoſitam, praxin illam continuam ab Apoſtolis inchoatam ex Antiquitatis conſenſu oſtendat. Sed fruſtra, ſat ſcio, inclamo, ubi nemo audit. Nõ puto ipſum Ianſenium credere, officium Cardinalium ab illo tempore in rerum natura exſtitiſſe, niſi in Idea & per *antecedentem æternitatem*, ut de Eccleſia noſtra ſcopticè loquitur. Noſſe debuit, aut etiamnũ diſcere poteſt, quod domeſtici teſtes, de novitate Cardinaliũ tradidere.

[c] Onuphrius, ex archivis Eccleſiaſticis æram illam Cardinalitiam quærit ſæculis aliquot poſt Apoſtolos; quem propterea reprehendit Bellarm. l. 1. de Clericis, c. 16. Et [d] Petrus Matheus in docta quadã digreſſione de origine Cardinalium, fatetur tempore Apoſtolorum, & ſæculis aliquot poſt ignotos fuiſſe Eccleſiis Cardinales & miniſtros Cardinales. Et poſtquam jam innotuiſſent, Epiſcopos fuiſſe ſuperiores presbyteris & diaconis Cardinalibus, immo Cardinalatum gradum fuiſſe ad Epiſcopatum. Probationes apud ipſum vide. Confer etiam Rudolphi Boterei diſcurſum hiſtoriæ ſuæ intextum, p. 397. & 202. De pontificibus eadem eſt ratio; quamvis Epiſcoporum Romanorum ſucceſſionem altius repetant. Sed alia quæſtio eſt, an in Eccleſia Catholi-

ca

[a] P. 195. [b] C. 4. p. 35. [c] Lib. de Epiſcopat. titul, & diaconiis Cardinal. [d] Hiſtor. lib. 7. nar. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ca Romanus aut Conſtantinopolitanus aut ſimilis Epiſcopus exſtiterit, & alia quæſtio, An exſtiterit Papa univerſalis Vicarius & Magiſter in ſpiritualibus & temporalibus; atque is fuerit ſemper Epiſcopus Romanus. Hic probationem, ſeu potius defenſionem Perroni (quam offers, p.33. eo animo, credo, quo collationem cum miniſtris) capeſſe ſodes contra P. Molineum, quem tã ſolidè & perſpicuè Põtificis veſtri primatui antiquitatem omnem detraxiſſe arbitror, ut verbũ à me aut alio quoquam addi opus non ſit.

Tertium in hac reſponſ. eſt: [a] *Imperitam eſſe quæſtionem, ſi de forma externa vocationis, ſeu verbis loquor: Vocatio enim quibuſcunq; verbis peragatur legitima eſt, ſi nihil in re ipſa deſit.*

Refut. I. Scilicet præſtat nugari quàm plane tacere. An non ipſa antecedentia & conſequentia ſatis explicant, de forma illa quæ dat eſſe rei, hic agi. Sed ita feſtinavit Ianſenius, ut vix unquam quid ego aut ipſe dicat, intelligere videatur. Repeto ergo. Vnde probabit Ianſenius ipſam eſſentiam ſeu formam officii Papalis, Cardinalitii, & miſſatici. Quod ſi hic ſola fuga ſibi conſulit, (ut quidem hactenus fecit) jam vide quam grave præjudicium cauſæ ipſius adferatur; longe gravius quàm illud, quod noſtræ intendit quæſtione illa non de officio paſtorali aut ejus actibus, ſed de ingreſſu & legitima vocatione ad illud, ſeu de diplomatis & factorum luce. Munus aliquod ſpecie poteſt eſſe divinum & actus ejus ſalutares, quamvis ingreſſus hujus aut illius perſonæ ad illud, ſæpe ſit illegitimus. Sed munus ſi non poſſit probari divinum & ſalutare, fruſtra quæcunq; vocatio canonica prætenditur. II. Quod dicit, Vocationem quibuſcunque verbis peractam tamen eſſe legitimam, dubito an ſe ſuaque ſatis intelligat. Cum enim *vocationis, ſucceſſionis & miſſionis Eccleſiaſticæ ratio præcipuè ſita ſit in Ordinatione*, ut quidem ipſe decernit, p. 195. & p. 206. & ordinationis forma ſtatuatur in *verbis ab ordinatore proferendis*, ut communiter tradunt Doctores, & ex iis Fornarius in addit. ad libr. VI. Tolet. c. 2. quomodo tantundem erit, quæcunque verba proferantur? Forma, ex gr. presbyteri ex præſcripto Pontificalis (ut ibid. innuit) eſt: *Accipe poteſtatem offerendi*, &c. & *accipe Spritum ſanctum*, &c. per quam *formam, ut & materiam rite ab ordinatore applicatam, confertur gratia & imprimitur character*: Et ſine qua forma ordinatio aut ordo, eſt *non ens*. Quia forma dat eſſe rei.

Quartum in hac reſponſ. eſt. *Quod ſi ipſam miniſtrorũ vocationẽ & ſucceſſionem malam vocas, & merã creaturam humanã, inſigniter petis principium. Probatũ enim oportuit non ſuppoſitũ.*

Refut. I. Siquidem quæſtionem proponere eſt principium petere, jam tu ter & tricies principium petiiſti, c. 8. p. 58. 59. 60. Et per totum Alexipharmacum, cum quæreres, *Quis tu es? unde veniſti?* Probatum enim à te oportuerat non ſuppoſitum, noſtram vocationẽ illegitimam aut nullam eſſe. Vides jam acumen tuum logicum. 2. Sed ipſe tibi porro reſponde; *Si ſacerdotes ab apoſtolis, & Pagani à prædicatoribus cœleſtis autoritatis probationem petunt, juſtum & æquum petunt. Stultum eſt enim & mille impoſturarum ſeminarium, hominibus ſe Dei præcones & legatos venditantibus, factiſque ſuis divinam authoritatem cœlitus datam prætexentibus citra legitimas probationes credere, &c.*

Hæc tu de ingreſſu ad munus, ſeu modo applicationis ejus ad hanc aut illam perſonam. Quidni ergo mihi, lege talionis (ut tu loqueris) illam non tantum, ſed & aliã longè majoris momenti quęſtionem liceat reponere. Si enim Eccleſia Romana ſeu Papatus à Cardinibus iſtis dependet, ante omnia Cardinales triplicem ſuã poteſtatem (quã ita diſtinguit & explicat Bellarminus) imprimis ſecundam & tertiam probare debebant; deinde & legitimam applicationem Cardineæ poteſtatis ad ſuas perſonas, ut ita ab uſurpatione & ſacrilegio ſe purgent.

[a] P. 194.

II. Mini-

II. Miniſtrorum vocationem malam & meram creaturam humanam ubi ego vocavi? Vtinam ſemel cogites de omni verbo otioſo, nedum de tam apertis mendaciis rationem Deo reddendã. Quæſtio mea inſtituitur, de Pontificibus, Cardinalibus, & miſſificis ſacerdotibus, non verò de miniſtris. Hos in Scriptura per Dei gratiam invenio, illos verò minime. De his ergo nulla eſt quæſtio, ſed de illis.

Quintum in hac reſponſione eſt: *Quod enim de inſtitutione ejus ne gry quidem in ſacris literis contentum aſſeris, falſum eſſe ex ſupradictis claruit, &c. ipſas ſcripturas ſupra vidimus.*

Refut. I. Vbi Ianſenius ſupra Officium Pontificis, Cardinalis & miſſifici ſacerdotis ex Scripturis probaverit, ego hactenus invenire non potui, quamvis librum ejus non perfunctoriè perlegerim, niſi forte Gygis annulo probationes illę incluſæ ſint. Vt ſemel verum dixerit Ianſenius, & ne inſtar agyrtæ lectoribus idola aut fumos vendere videatur, oſtendat quæſo quænam fuerint loca Scripturæ, & quo capite, qua pagina, pro Cardinalibus & Sacerdotibus miſſificis allata: ut lectori conſtet ipſum aperte non mentiri, aut vertigine ac cœcitate percuſſum non eſſe.

II. Pontificis officium ſi ex Scripturis claruiſſe putat, quia tanquam canis è Nilo bibens & aliud agens ad loca Matth. 16. & Iohann. 21.16.17. digitum ſaltem intendit; longe fallitur, aut lectores ſuos ſaltem fallit, quia theſin de Papæ abſoluta Monarchia (pro qua militare velit illa teſtimonia) ibidem nude proponere auſus non fuit.

Sextum in hac reſp. eſt: *Nam & iſtius paſtoralis officii inſtitutio per illa verba, Paſce oves meas, Iohann. 21. ſucceſſionem & vocationem poſtulat.*

Refut. I. Quod ad locum illum *Paſce oves*, Iohann. 21. tam frigidè & leviter illum tangis ὡς ἐν παρόδῳ & refugientis in modum, ut non putem te aliqua ratione non dico credere, ſed opinari, ibi papalem authoritatem à Chriſto inſtitutam. Vtinam argumentum inde formare auſus fuiſſes!

Nos ergo tale inde formamus. Quorũ authoritas & officium in Sacris literis inſtitutum eſt, eorum debet eſſe aliqua vocatio & ſucceſſio legitima. Sed Pontificum officium in ſacris literis inſtitutũ eſt, Ergo. Minor probatur. Quorum officium inſtitutum eſt in Petro Apoſtolo, eorum officium inſtitutum eſt in ſacris literis. Sed Pontificum officium, &c. Ergo. Probatur minor ex Iohan. 21. Nos probationem negamus; ubi adverſariis diſtinctè tres illæ aſſertiones probandæ ſunt. 1. Petro prætenſum Papale munus à Chriſto ibi collatum. 2. Et poſt illum perpetua ſucceſſione aliis, tanquam privilegium reale non perſonale. 3. Et inter ac ſupra omnes Apoſtolos, Euangeliſtas, viros apoſtolicos, Epiſcopos, &c. ſolis Epiſcopis Romanis. 4. ſub tertia etiam hæc quarta continetur, Quod Iohannes Apoſtolus (qui Petro ſupervixit) Clementis & Lini Epiſcopi Romani Monarchicæ poteſtati atq; infallibili Magiſterio ſubjectus fuerit; & per conſequens eſſentiali dignitate iſtis inferior. Probationem tertiæ & quartæ aſſertionis talem adferunt Pontificii: Qui ſoli ſunt ſucceſſores Petri in Epiſcopatu, illorum officium inſtitutum eſt in Apoſtolo Petro. Sed Pontifices ſoli ſunt ſucceſſores Petri, Ergo.

Miſſâ nunc Minore, compendii cauſa negamus Majorem. Probetur ex ſacris literis. Hic eſt principale κρινόμενον. loca nulla attuliſti ad probandam Pontificis Romani authoritatem, niſi Matth. 16. & Iohann. 21. Oſtende nunc te, aut ſodales tuos vel minima probationis umbra acquieſcere in illa opinione, quam ſub pœna damnationis miſero populo imponitis. Sed memineris, Ianſeni,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Ianſeni, Scripturas ad probationem adducere, & quidem eas, ex quibus ſupra Pontificis Romani primatum claruiſſe gloriaris, & de quo, ut de Cardinalibus & miſſificis ego ne gry quidem in illis exſtare dixeram. Vidéo egregium Philoſophum, ſed miſerum Scripturarium, Zvvarezium, dum probationem tertii membri (in quo præcipuã difficultatẽ hujus controverſię ponit) molitur in acie probationis collocare teſtimonia Pontificum & traditionem Eccleſiaſticam, ut rerum divinarum & humanarum peritiſſimum Regem cum tot eruditiſſimis ſuis Theologis convincat ſcil.

Si ille[a] quamvis tam ſubtilis, tam celebris doctor, & qui inter ſtudendũ omnium dubiorum ſolutiones precibus offerre ſolitus erat B. Virgini Mariæ, & pro receptis eidem gratias agere, in tantâ inopia probationum conſtitutum hic ſe vidit, quid de Ianſenio ſperandum erit? Interim offero illi iſta meditanda ad locum citat. ex Iohann. 21, ut diſcat aliud eſſe ſolidam diſputationem, aliud ſtolidam loquentiam.

Dico ergo ex his verbis minimè probari datum eſſe Petro prætenſum illum ſuprematum (ut volunt Pontificii) & quidem ordinarium.

1. Etiamſi Petro ſingularis univerſam Eccleſiam regendi autoritas collata fuiſſet, qualem cæteri Apoſtoli non habuiſſent, non tamen hinc ſequitur *Monarchia* Eccleſiaſtica. Nam Pontifex Iudaicus habuit ſingularem authoritatem, habet & præſes in Curia, & primus Cardinalis inter Cardinales, & Rector Magnificus, ut & Cancellarius in Academia, & Magiſtri generales Religioſorum etiam Provinciales in ordine ſuo, & Priores in conventu, & Præſides Synodorum in Synodis, & Ianſenius cum facultatis Theologicæ Decanum agit in univerſitate Lovanienſi; ſed nemo ex iſta eminentia Monarchiam concludit.

2. Ex verbis illis *Paſce oves*, quis ſenſum hunc exſculpat: *Tu ut paſtor ordinarius univerſam reges Eccleſiam, ſuprema poteſtate Spirituali directa, & temporali indirecta in Principes ac populos ad hoc inſtructus; & habebis tibi Apoſtolos collegas tuos omnes ſubjectos, licet pares in apoſtolatu & legatione extraordinaria?* Qui fingit Chriſtum nullis aliis verbis mẽtem ſuam de ſingulari & fundamentali illa poteſtate (à qua poſt Deum tota unitas, centricitas, & ſalus Eccleſiæ dependet) expreſſiſſe nec hic, nec alibi, ille certe Sphyngem, aut λόξιον Apollinem cogitat non Chriſtum Dei ſapientiam, qui apertè Apoſtolis ſuis elocutus eſt in rebus ad ſalutem neceſſariis. Qui communem ipſorum miſſionem & poteſtatem tam perſpicuè determinavit, Iohan. 20. verſ. 21. 22. 23. & Math. 28. 19. Mirum reliquos apoſtolos & Euangeliſtas inſtitutionem principatus Ordinarii, centri & capitis iſtius, unde omne miniſterium in N. Teſt. neceſſariò derivari debet, & ſine quo Eccleſia ſtare non poteſt, nuſquam attigiſſe, etiam cum ex profeſſo miniſterii inſtitutionem & gradus ſeu ſpecies referunt, ut Epheſ. 4. verſ. 11. 12. &c. & Rom. 12. 4. 5. 6. 7. 8. & 1. Timoth. 3. Magis adhuc mirum ipſum Petrum doctrina aut praxi nuſquam tale quid innuiſſe, cum tamen occaſio eſſet, ut Act. 10. Gal. 2. Act. 8. & 15. 1. Petri 5.

3. Etiamſi Chriſtus Petro hoc dixerit, non ſequitur tamẽ ſingulariter hic conſtitui illum Monarcham ordinarium aut Paſtorem. Nam *paſce oves*, non ſunt verba inſtitutionis, aut conſtitutionis, aut collationis beneficii Eccleſiaſtici, ſed adhortationis, ſicut cum Paulus dicit Timotheo: *prædica ſermonem, opus perage Euangeliſtæ*, 2. Timoth. 4. 2. 5. Et Petrus Presbyteris: *paſcite gregem* cap. 5. prioris. Et Paulus presbyteris Epheſinis: *Attendite igitur ad vos ipſos & totum gregem, in quo vos Spiritus ille San-*

[a] De Zvvarez. refert. Auguſt. VVichtmans in Sabbatiſmo Mariano.

ſius conſtituit Epiſcopos, Actor. 20. 28.

4. Quod ſoli Petro ſubjecerit iſtam monelam: *paſce oves meas*; non magis Petro ſingularē poteſtatem tribuit, quam alloquium Principis aut Heri Conſiliarium vel ſamulum aliquem ſupra omnes conſervos attollit. Quamvis enim compellatione illa ſeorſim & peculiariter eum hortetur, forte etiam redarguat, increpet, officii ſui moneat, minus inceſſat, non tamen putabit famulus ille propterea ſingulare & novum ſibi munus tribui, ac reliquos ſuo imperio ſubjici. Apoſtolus Archippum ſingulariter per Eccleſiam admonet; *Vide ut miniſterium, quod recepiſti in Domino, impleas*. Coloſſ. 4. v. 17. Ergone in Collegas, & Eccleſiam poteſtatem peculiarem ſibi vindicabit Archippus? Thomas certè non putavit trinā iſtam compellationem Petro peculiariter fuiſſe tam honorificam, quidquid alias communi errore præ ſe ferat.[a] *Dominus*, inquit, *utitur quadam importuna* (N.B.) *interrogatione, ter quærens à ſuo ſucceſſore B. Petro, quod ſi ipſum diligit, gregem paſcat.*

Quod ſi interpretationes Patrum audiantur, hujus compellationis cauſam ignorant; Quin & plurium ac pervulgata magis talem cauſam aſſignat, qua Petrus infra reliquos apoſtolos deprimi potius videretur. Chriſtus ter interrogavit Petrum, ut trina confeſſione trinam abnegationem dilueret. Hanc expoſitionem[b] Ianſenius Epiſcop. Gandav. literalem vocat. Hanc in commētario primo poſuit Toletus. Bellarminus de Pontif. l. 1. c. 14. fatetur ſe diſcere ex Auguſtino & Cyrillo Petrum ſolum ter interrogatum, quia ſolus ter negaverat. Habent hanc expoſitionem Cyrillus, Auguſtinus, &c. Omnium verba ſigillatim non exſcribam, cum Maldonatus in Commentar. fateatur, vix ullum eſſe autorem, qui non dicat propterea Chriſtum ter Petrum interrogaſſe, quia ter Petrus ante negaverat. Notandum [c] Cyrillum exſertè addere, Chriſtū Petro *renovaſſe apoſtolatus dignitatem, ne propter negationem labefactata videretur.* Quod nos ita intelligimus; Petrum qui non actu ſed merito (ſiquidem enormis ipſius abnegatio attendatur) apoſtolatu exciderat, debuiſſe peculiariter in illo confirmari. Quomodo Commentaria Hieronymi, Marc. 16. 7. obſervant extra diſcipulos nominatum Petrum, quia ſe indignum judicabat diſcipulatu. Et Gregor. Magnus Homil. 21. in Euangel. *Ne ſi hunc Angelus nominatim non exprimeret, venire inter diſcipulos non auderet. Vocatur ergo de nomine: ne deſperaret ex negatione.* Cum ergo reſtituitur & confirmatur illud, quo merito & ſenſu ſuo juxta alios dignus non erat, non confertur de novo Primatus ſeu Imperium in Apoſtolos.

5. Vox illa metaphorica paſcere (Gr. βόσκειν, ποιμαίνειν) talem abſolutam & Monarchicam ſupra omnes Eccleſias, etiam ſupra Apoſtolos poteſtatem nō ſignificat aut hic aut alibi in ſacris literis, niſi Chriſto tribuatur, qui peculiariter *paſtorum Princeps*, 1. Pet. 5. 4. *& magnus paſtor ovium*, Hebr. 13. 20. De hoc loco Pontificii ipſi (ſed ſibi contradicentes) fatentur, cum hunc ad paſtoralem functionem Epiſcoporum probandam applicant. Sic enim Concil. Trident. Seſſ. 23. c. 1. decret. de Reformat. *Cum præcepto divino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas &c. verbi prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, & bonorum operum exemplo paſcere, &c.* Et paſſim Patres verba illa ad omnes paſtores extendunt, atque iis ipſos ſui officii admonent. Chryſoſtom. lib. 2. de ſacerdot. Auguſtinus lib. de agone Chriſtiano cap. 30. ubi dicit omnibus dici quod Petro dicitur. Et Leo:[d] *Petro hoc ſingulariter creditur, quia cunctis Eccleſiæ Rectoribus Petri forma proponitur.* An omnibus Eccleſiæ

[a] Opuſc. 21. c. 10. citat. Molineus in Novit. p. 2. contr. 7. c. 5. [b] In Concord. Euang. C. 148. [c] In Iohann. lib. XII C. 64. Similia fere habet Iſidor. Peluſiota epiſt. lib. 1. ep. 103. & 356. [d] Citat Bellarmin de Pontif. lib. 1. C. 14.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cleſiæ miniſtris monarchiam dicent [*] proponi? Vide etiam commentar. Ioh. Feri, ubi non pauca quæ à gloſſis recentiorum longè recedunt. Alibi in Scripturis cum de Eccleſiaſticis uſurpatur, paſtoribus omnibus ordinarium, & inter eos Apoſtolis ſingulari-ter extraordinarium munus tribuit. Cum de politicis uſurpatur, munus ipſis conveniens deſignat. Et ſic ſemper analogicè reſtringenda eſt ad ſubjectum de quo agitur. Si ut ergo vox paſcere cum Regibus tribuitur non dicit poteſtatem Euangelizandi & Sacramenta adminiſtrandi; quamvis alibi cum de presbyteris ſermo eſt (1. Petr. 5.) notione ſua iſta comprehēdat: ſic vice verſa cum Eccleſiaſticis ſive Petro, ſive aliis Apoſtolis tribuitur, non dicit poteſtatem coactivam aut Monarchicum Imperium, quamvis tale quid dicat cum de Cyro, Davide, aliiſque Regibus uſurpatur. Non magis, inquam, illa tribuit Petro, quàm primatum Chriſti, qui in omnibus eſt πρωτεύων, Coloſſ. 1. Cur non primatus Chriſti, qui voce *paſcendi* exprimitur, pari conſequentia Petro & Papæ hinc attribui poſſet?

Fiat ratiocinatio Pontificia:

Reges & monarchæ paſcunt Ieſ. 44. 28. & 2. Samuel. 5. 2. & Homerus in Iliade, ποιμένες λάων: Petrus paſcit, Iohan. 21. 16. Ergo Petrus eſt rex & monarcha. Nos alteram illi ſimilem addimus: Chriſtus paſcit Eccleſiā, Ezech. 34. 23. Iohann. 10. 11. 14. Petrus paſcit Eccleſiam, Iohann. 21. Ergo Petrus eſt Chriſtus. Quod ſi paralogiſmum hunc, in ſecunda ſcil. figura ex puris affirmantibus evitare velint, ita neceſſariò argumentatio interpolanda. Cui τὸ *paſcere*. i. *regere* tribuitur, illi tribuitur regimen Monarchicum & quidem ordinarium ac perpetuum, ſed Petro τὸ *paſcere* tribuitur, Ergo. Iam Major tam maniſeſte falſa eſt, ut nemo ex adverſariis eam tueri auderet, eſt enim conſequentia à genere ad ſpeciem affirmativè; quaſi quis diceret, Animal eſt, ergo eſt animal rationale. Papa eſt Lupus, Auguſtinus & alii Epiſcopi, Ergo eſt Papa Monarchicus, ſeu Papa Catholico-Romanus. Norunt enim τὸ *paſcere* omnibus Eccleſiæ Doctoribus communiter tribui, Ierem. 3. verſ. 15. Epheſ. 4. 11. 1. Petr. 5. 2. Aut ergo omnibus Eccleſiæ miniſtris ex vi hujus vocis (*paſcere*) Monarchiam tribuant, aut Petro ſoli ſupra omnes Doctores & Apoſtolos non tribuant, niſi aliis vocibus διακριτικῶς, & aliis Scripturæ locis hoc exprimi docuerint.

6. Inſulſum & barbarum plane eſt quod contra omnem Philologiam comminiſcuntur[a]: Cui τὸ *paſcere* tribuitur, diſtinctis vocibus βόσκειν & ποιμαίνειν, illi competit *ſumma poteſtas* ſeu Eccleſiaſticus principatus: ſed Petro tribuitur τὸ *paſcere*, &c. Ergo. Probatur Major, quia tam clara verborum diſtinctio innuit committi illi paſturam agnorum, id eſt, fidelium per communem doctrinæ cibum (quod eſt βόσκειν) & paſturam ſeu recturam ovium, i. Epiſcoporum & Apoſtolorum, quod eſt ποιμαίνειν. i. regere. Majorem cum ſua probatione negamus. Rationes ſunt iſtæ. *Primò*. Quia familiare eſt Scripturæ unam eandemq; rem vocibus ſynonymis exprimere. Ita ut ex varietate vocum diſtinctio rerum exſtrui ſemper non debeat. Exempla ſunt infinita. Illuſtre eſt in his ipſis vocibus apud 70. Interpr. Ezechiel. 34. 10. καὶ ἀποστρέψω αὐτοὺς, τοῦ μὴ ποιμαίνειν τὰ πρόβατά μου, καὶ οὐ βοσκήσουσι ἔτι οἱ ποιμένες αὐτά. Vbi τοῖς ποιμέσι. i. *paſtoribus* Iſrael tribuitur τὸ ποιμαίνειν & βόσκειν. Ita & elegantię cauſa uſum eſſe Euangeliſtam variatione iſta tradit Ianſenius Gandav. in Concordant. c. 148. Vide l. 1. ſect. 5. *Secundo*, quia Helleniſtæ, Hebr. רעה. i. *paſcere* non tantum cum propriè, ſed & cum Metaphoricè de rectoribus in Eccleſia aut

[a] Sic Stapleton. lib. 6. princip. doctrinal. c. 10.

Politia & Deo principe paſtorum uſurpatur, promiſcue transſerant modò per βόσκειν, ut Ezech. 34. 2. 4. 8. 10. 13. 14. 15. 16. 17. modo per ποιμαίνειν, ibidem verſ. 10. 23. modo per νέμειν, ibid. v. 18. 19. *Tertiò*, quia hoc loco talem diſtinctionem non agnoſcit authenticus textus Pontificiorum, qui eſt verſio vulgata. Nam utrumque vocabulum Græcum transfert τῷ *paſce*; cum tamen ποιμαίνειν alibi verterit *regere*, Act. 20. 28. quod vocabulum alias *Papæ-monarchicomaniacis* valde arridet. Et quid ſi vulgatus interpres haberet *rege*, an eo ipſo Monarchiam ſupra omnes Eccleſias & Apoſtolos innuiſſet? Nugæ. Quaſi Actor. 20. 28. presbyteris Epheſinis ſuo *regere* dominatum in apoſtolos adſcribere cogitaverit. Præter vulgatum, Syrus utramq; dictionem Græcam ſuo רעי & Arabs ſuo ארעי exprimunt, Myſtagogicæ hujus diſtinctionis ignari: Et ſic perpetuo uterque interpres tranſtulit τὸ βόσκειν, Matth. 8. verſ. 30. 33. Marc. 5. 11. 14. Luc. 8. 32. 34. & 15. 15. & ποιμαίνειν quacunque ſignificatione propria aut metaphorica, Matth. 2. 6. Luc. 17. 7. Actor. 20. 28. 1. Corinth. 9. 7. 1. Petr. 5. 2. &c. mirum ſanè à vulgata verſione ad textum originalem hic provocari, contra decret. Concil. Tridentini; mirum etiam Syriaco poſthabito Græcis inſiſti, cum in explicatione Matth. 16. pro hoc ipſo primatu Petri, Græcum textum deſerant, quippe apertè diſtinguentem inter Πέτρον & πέτραν, & in Syriaſmo Papalitatis fundamentum quærant, qui ſcil. una voce כפא indiſtinctè ut putant proponit, quod authenticus textus diſtinguit. Nonnus Panopolites, verſ. 17. βόσκε τὰ πρόβατά μου transfert

Οὐρανίῃ ποίμαινε καλαύροπι μῆλα καὶ ἄρνας, id eſt,

Cæleſti paſce baculo paſtorali oves & agnos.

Vbi oſtendit ſe muſteam hanc diſtinctionem ignoraſſe. Nam quod ſolœciſmum cap. 10. verſ. 3. in confuſione iſtarum vocum à Nonno admiſſum caſtigat Clar. Heinſius[a] noſter, nihil ad Romanam hanc criſin facit, ut cuivis legenti iſta patet.

7. Quod Bellarminus[b] diſſerit de notione vocis ποιμαίνειν tam dilutum eſt, ut reſponſum non mereatur. Neque enim hoc loco, neque alibi in tota Scriptura tam Novi quam Veteris Teſtamenti helleniſtica, neque apud profanos authores ex vi vocis per ποιμαίνειν aut ποιμὴν ſignificatur imperium monarchicum ordinarium, ſive ſæculare ſive Eccleſiaſticum, promiſcue illud vocabulum cum ſynonymis ſuis uſurpatur & exponitur, ubi Helleniſtæ in Pſalmis habent ποιμαίνειν, Apollinaris illud παραφράζει per νέμειν, νομεύειν, ut Pſalm. 23. 1. & 28. 12. & 37. 3. & 78. 77. & 80. 1. aut ἀγελάζειν ut Pſalm. 78. 71. Rurſum ubi habent νέμειν ſeu νομὴν transfert ποιμὴν Pſal. 78. & 94. & 100. Et ſic Helleniſtæ Hebr. רעה per βόσκειν, τρέφειν, νέμειν, ποιμαίνειν explicant. Adeo ut totum hoc argumentum (in quo unicè prætenſus Papatus fundari videtur) ductum ſit ex loco inventionis Pontificiis familiariſſimo, *à genere ad ſpeciem affirmativè*; quem tamen nec in topicis Ariſtotelis aut Ciceronis, immo nec in Fonſecæ, Titelmanni, aut Hunnæi invenio. Nulla enim ex Bellarmini & ſectatorum verbis ratiocinatio in forma exſtrui poteſt, quam talis: Quod dicit regimen, inſpectionem, authoritatem, id dicit regimen monarchicum ordinarium. Sed τὸ ποιμαίνω dicit regimen, &c. Ergo: Vel Petrus eſt ποιμὴν hoc eſt rector Eccleſiæ, Ergo eſt rector Monarchicus & quidem ordinarius præter

a Exercit. Sacr. ad Nonnum Cap. 31. p. 542. b Lib. 1. de Pontific. c. 16.

præter & ſupra reliquos omnes Apoſtolos. Quaſi quis argumentetur: Iohannes Caſa eſt Epiſcopus, Ergo eſt Monarcha Epiſcopus, ſeu Epiſcopus Epiſcoporum. Vel, Ianſenius eſt presbyter, ergo eſt presbyter Cardinalis; Ianſenius eſt doctor, Ergo eſt doctor ſubtilis aut irrefragabilis, ergo eſt doctor monarchicus ordinarius, & competit illi ſumma atque abſoluta poteſtas in omnes doctores. pluribus inſaniam illam non perſequar.

VIII. Cabaliſticam[a] diſtinctionem inter *ἀρνία*, id eſt, agnos & *πρόβατα*, id eſt, oves, jam ſatis contuderunt noſtri, verbum ultra non addam; niſi referendam eam eſſe ad *geſta Romanorum* moralizata, aut *Ovidii expoſitionem allegoricam*, aut *Mammot rectum*. Parallela eſt expoſitio pro monarchia Papæ. Pſal. 8. verſ. 8. ſubjeciſti illi omnia *oves & boves & pecora campi*, ut per *oves* ſignificentur fideles, per *boves* Epiſcopi. Ex quibus lexicis, ex quibus hieroglyphicis hanc ovium & boum notionem finxerunt? An etiam inter oves & boves illos fuit Iohannes Euangeliſta, quippe ſubjectus Lino, Cleto, Clementi?

IX. Diſcrimen inter ἀγαπᾷν & φιλεῖν ridiculè ad Monarchiam trahitur. Tale diſcrimen ubi obſervat lingua Gr. N. T. aut Helleniſtica V. T. Mirum hoc Amonii libello de differentibus vocibus non addi. Ianſenius Epiſcop. Gandav. Toletus, Ribera huic variationi nullum putant ſubeſſe myſterium; iſte etiam rationibus probat idem utraque voce ſignificari. Græci Patres caſcam hanc criſim ignorant, ut & Paraphraſtes Syrus, qui ubique transfert per ſuum רחם. Et Nonnus qui verſ. 16. ἀγαπᾷς με vertit φιλέεις ἐμὲ & verſ. 17. ὅτι εἶπον αὐτῷ τὸ τρίτον φιλεῖς με; transfert per ἀγαπάζεις. Ipſe textus Scripturæ inanias iſtas redarguit. Vbi enim in Chriſti interrogatione eſt ἀγαπᾷν, in Petri reſponſione eſt φιλεῖν, verſ. 15. 16. *Vbi etiam oſtenditur unum idemque eſſe amorem & dilectionem*, ut ait Thomas in Catena. Et ſi Petrus ſupra alios apoſtolos intenſius dilexerit Chriſtum, hoc non ἐξοχὴν Monarchicam, ſed exuperantiam illam indicat, de qua Lucæ 7. in parabola, cujus applicatio eſt verſ. 47. *Remiſſa ei ſunt multa, quia dilexit multum.*

X. Quod porro ex indefinita propoſitione, *Oves meas*, inferunt univerſalem, *Omnes & ſingulas oves meas* ne apoſtolis quidem exceptis; & ex propoſitione abſoluta *Petrus paſcit* inferunt excluſivam *Solus Petrus paſcit*; oſtendunt ſe abſque novâ Logica de *æquipollentiis* & *conſecutionibus* Enuntiationum cauſam ſuam agere non poſſe. Cum qua quidem, ſi ad parva ſua logicalia remitti nolint, Anticyras navigent. Pluribus inſaniam ipſorum nunc non exagitamus; ne lectoris patientia abutamur.

Ad locum Matth. 16. reſpondeo neque ex ipſo textu, aut ullis aliis Scripturis cum eo collatis, neque ex Patrum expoſitione aut antiquitatis conſenſu talem ſenſum elici poſſe, ex quo per aliquam non dico neceſſariam, ſed ne probabilem quidem conſequentiam ſequatur ſupremum, univerſale & infallibile magiſterium Papæ Romani. Ipſa verba in textu, ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ alteri perſonæ quam Petro illa applicanda indicant. Ita & præter Latinam vulgatam Syriaca tranſlatio (ad quam linguam à Græca provocat Bellarminus) quæ habet על הדא כפא id eſt, *ſuper iſta petra*, pro nomine generis fœminini. Et ſexcenti illi Epiſcopi in concilio Oecumenico Chalcedonenſi, quos mihi pag. 225. objicit Ianſenius, ſic explicant: ſuper iſta confeſſione & ſuper iſta fide ſtabilit Eccleſiam. Et ſic Eraſmus, [b]Saſgerus Minorita ex primis reformationis Antagoniſtis, qui eo nomine

[a] Bellarmin. ibid. cap. 16. [b] In traduct. Satan. tit. 3. p. 35. Tubingæ. 1530.

hæreſcos condemnatus nunquam fuit. Tam multa à Pleſſæo, Caſaubono, Archiepiſcopo Spalatenſi, Riveto, Iacobo Capello, Molinæo, Roberto Aboto in prælect. de ſupr. poteſtat. Regia, aliiſque ex Antiquitate huc congeſta ſunt, ut ſupervacaneum ſit verbum amplius addere. Eo lectorem remittimus & fugientẽ adverſariũ non eſt quod hic amplius perſequamur.

Concludimus ergo rectiſſime dici, ne gry de vocatione Papæ Romani in Scriptura occurrere, nec fide divina quidquam de ea credi poſſe, atteſtante Bellarmino[a]: *Non eſt improbabile Dominum aperte juſſiſſe, ut Petrus ſedem ſuam Romæ figeret.* Et, *non eſt de fide, divino & immutabili præcepto, Romæ ſedem Petri eſſe conſtitutam.* Et, *forte non eſt de jure divino Romanum Pontificem Petro ſuccedere.* Et tamen, eodem Bellarm. teſte, *Ius ſucceſſionis Pontificum in eo fundatur, quod Petrus Romæ ſedem ſuam,* &c. Et rurſum, *Quod Epiſcopus Romanus, quia Epiſcopus Romanus eſt, ſit Petri ſucceſſor, ex facto Petri ortum habuit, non ex prima Chriſti inſtitutione.* Et, *Ex prima Chriſti inſtitutione dignitas Pontificalis fuit perſonalis, tamen ex facto Petri facta eſt poſtea localis ſeu potius mixta, neque id ſine divino nutu.* Sed unde conſtat factum illud Petri?[b] *Habetur,* inquit, *ex traditione apoſtolica Petri: non ex prima inſtitutione Pontificatus, quæ in Euangelio legitur.* Contra tamen: *Romanum Pontificem totius Eccleſiæ Pontificem ſive apoſtolicum Pontificem apoſtoli creare non debuerunt, cum id Chriſtus ipſe fecerit.* Et de primatu illo per Petrum facto locali: *Non eſt omnino de fide à Romana Eccleſia non poſſe ſeparari Apoſtolicam ſedem, quia neque Stiptura, neque traditio habet ſedem Apoſtolicam ita eſſe fixam Romæ, ut inde auferri non poſſit.* Eſt ergo Primatus Papæ ſeu Epiſcopi Romani de fide, & tamen non eſt certum an ſit de jure divino Pontificem Petro ſuccedere in illo primatu; pertinet hoc tamen ad fidem Catholicã. Rurſum, Primatum Romanum non inſtituit Chriſtus, ſed factum Petri; & tamen Chriſtus ipſe fecit. Fides de Primatus perpetua ſucceſſione in ſede ſeu Eccleſia Romana, habetur ex traditione & ex probabili conjectura ſeu opinione; & tamen ex Scripturis ſolide probatur. Non eſt de fide ab Eccleſia Romana non poſſe ſeparari Primatum apoſtolicum, & eam non poſſe errare; & tamen credenda eſt perpetua ſucceſſio Eccleſiæ Romanæ, & eam non poſſe errare. Credendum eſt Papam habere Primatum illum ex facto Petri, & tamen factum illud Petri an fuerit certò non conſtat, ſaltem fide divina, multo minus conſtat an de mandato Chriſti & jure divino illud factum ſit. Nondum de fide eſt, Papam non poſſe errare, & eſſe Monarcham Eccleſiaſticum ſupra omnes Eccleſias & Concilia.

Septimum in hac reſponſione eſt. *Exempla vocationum, ſive Epiſcoporum ſive Diaconorum, ſive presbyterorũ & propagationis per Paulum & Titum nemo niſi imperitus ignorat.*

Ref. I. Sic eſt, & nemo etiam de munere & vocatione eorum dubitat aut quærit. II. Sed aliud quid dum hic forte innuere velles, vox faucibus hæſit. Si Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi memorantur in Scriptura, Ergo Cardinales epiſcopi, Cardinales presbyteri, Cardinales diaconi. Iam plus eſt in concluſione quam in præmiſſis. Niſi dixeris, Cardinalem & presbyterum aut diaconum in Lexico veſtro Theologico & Canonico eſſe ſynonyma; aut munus ac poteſtatem presbyteri cujuſq; & Cardinalis eſſe realiter & formaliter idẽ. Tantum nefas non audebis ſcio; & ſi auderes, refutarẽt te tui, & ego ex illis. Cardinales ſecundum Auguſtin. de Ancona Papæ aſſiſtunt, ſicut Apoſtoli Chriſto. Et in illorum Collegio manet poteſtas Papæ, Papa mortuo, dupli-

a De Pontific. lib.2.c.12.lib.4.c.4.lib.2.c.1.& 12. *b* Vide labyrinthum hunc contradictionum apud Bellarm.l. 2.de Pontif.c.12.& li.4.c.4. Confer Zvvarezium in Regem Britanniæ lib.3. *c* Pius V. conſtit. 76.& Leo X.conſtit.8. in Bullario, Auguſtin. Triumphus de poteſt. Eccleſ.qu.8.a.4. Iſidor. Moſcon. de Majeſtate militant. Eccleſ.lib.1.p.1. c.1. Antonin.p.3.tit.21 c.2. & 6. Bellarm. in controv. et in apolog. contra præfat. monitor. Regis Iacobi cap.4.

dupliciter: primò quidem quantum ad radicem proximam &c. Secundò quantum ad materiale in Papatu &c. Sylveſter in voce *Cardinalis*. Confer Antonin. p. 3. tit. 21. & Bellarminum de Clericis lib. 1. c. 16. Poſſevinus veſter in tabella hierarchiam Romanam depingens, inter Eccleſiaſticos *gubernantes* refert Cardinalem, inter *miniſtrantes* Presbyterum. Quæ duæ claſſes toto cœlo ita diſtinguuntur, tuo ſenſu; ut quia Lutherus & Zvvinglius presbyteri, non fuerunt Eccleſiaſtici gubernantes, ideo totum ipſorum miniſterium & noſtrarum Eccleſiarum ſucceſſio, mera uſurpatio, merum ſacrilegium, animarum perditio &c. III. Dum ergo hic manus dat, concludimus; [a] Petrum de Alliaco Cardinalem & Epiſcopum Cameracenſem, inter alios articulos Concilio Conſtantienſi nomine imperatoris Sigiſmundi oblatos, non male conſuluiſſe, ordinem Cardinalium abolendum, quippe ſuperfluum & ſuperadditum. Imprimis cum multis ſæculis Eccleſia primitiva fuerit abſque Cardinalibus, ut fatentur ipſi adverſarii ſupra citati; & nemo ex Theologis aut Canoniſtis inter ordines ſacros Cardinalatum numeret, tanquam diſtinctum jure divino ab aliis ſive ſeptem ſive novem Ordinibus; neque etiam de peculiari ratione Characteris, & formæ Sacramentalis in hoc ordine quidquam definiat. Ad hæc, ſupra eſſentialia miniſterii, meram dignitatem, utilitatem, faſtum & præeminentiam ſæcularem tantum ſuperaddat Cardinalatus, & inde ſolummodo vocatio & æſtimatio ejus menſuram ſumat; quod idem de Papatu etiam intelligi debet. Sic enim ſtylo verè Romano myſteriorum Epoptes Epiſcopus Iovius hiſtor. lib. 1. p. 16. *Aſcanius Cardinalatus honorem fuerat adeptus &c. qui tum propter immenſas opes & animi magnitudinem, ejus ordinis facile princeps habebatur.* Et lib. 32. p. 524. *Clemens VII. dedit tamen omnia vel ſemper nolens &c. & inimicis quidem ſæpius & indignis, qua in re aliquando ſuſpirans ſe miſerum eſſe confeſſus eſt, quum animus aut præſenti utilitate inductus, aut ignobili compulſus metu, ad id inexplicabili neceſſitate, vel reluctante judicio raperetur. Ex uno enim & triginta Cardinalibus quos legerat in ſenatum, vix unum atque alterum probabat, quod eos præteritis honeſtioribus, nequaquam exquiſito decoroque delectu, uti deſideraſſe videri cupiebat, ſed vi ſubita inter impotentes Regum preces armorumque ſtrepitum circumventus & coactus edidiſſet.* Idem in vita Pomp. Columnæ. p. 302. 303. *ad augendas opes, ad corroborandam redivivis opibus familiæ Columniæ dignitatem*, Pompejum militem & militaria ſpirantem gravi judicio patrui Proſperi Columnæ ad Sacerdotium primum compulſum, ita ad Epiſcopatum Reatini & Cardinalatum perveniſſe. Ibid. pag. 308. *Quum Alexander & Iulius aliquot novos homines & ſcelerum infamia notatos in ſenatum* (Cardinalium) *delegiſſent.* Idem hiſtor. libr. 20. in fine. *In ejus locum ſuffectus Hadrianus ſextus, mira & certe pudenda, ſi Italiæ decus reſpiceretur, Senatorum factioſorum ſuffragatione, quum feſtinatis comitiis, hominem apud Batavos extremi Oceani natum & tum in Hiſpania agentem, virtutis nomine, cunctis ſenatorii ordinis prætuliſſent.* Ita ut Cardinales nunc in Romana curia id præſtent Pontifici, Principibus & omnium ordinum ac partium hominibus (qui modo manus eorum oculatas exoſculari volunt) quod procuratores ad Cauſas, & quod marſupia recipiendis nummis deſtinata: ut ex Perronii [b] egregii penſionum proxenetæ relationibus cuilibet conſtare poteſt. Penſiones autem illæ ad aliud quoddam & tertium munus

[a] Petr. Matth. Hiſtor. lib. 4. narr. 1. [b] Vide ejus negot. & ambaſſad. imprimis lib. 3. & Iovium lib. 31. ubi de opulentis penſionibus à Franciſco I. diſtributis.

nus Cardinales porro inſtruunt, ut habeas in illorum munere triplex bonum, honeſtum ſcil. utile, & jucundum: de quo Eſpencæus in Commentar. in Epiſt. ad Titum, & de quo Paulus Iovius in vita Leonis X. p. 188. *Verum hominem* (Leonem X.) *Hilaritati humaniſque ſenſibus facile ſervientem mirum in modum incitabant plerique Cardinales opibus ætateque florentes, qui illuſtri loco nati, ac liberaliter educati, regio luxu vitam in venationibus, conviviis atque ſpectaculis libentiſſimè traducebant, cum his pontifex vetere ſtudiorum conſuetudine & recentibus comitiorum officiis vehementer eſſet obligatus. In his fuere Ludov. Aragonius, Hippolitus Ateſtinus, Sigiſmundus Gonzega, Alfonſus Petrucius, Marcus Cornelius & Fredericus Sanſeverinus, qui decoras domi familias, pleriſque ingenuis ultro ſe in ſervitutem ambitioſe dicantibus, magnumque equorum & venaticorum canum numerum inuſitatis ſumptibus alebant. Acceſſerat & Bibiennæ Cardinalis ingenium cum ad arduas res tractandas peracre, tum maxime ad movendos jocos accommodatum. Poetices enim, & Hetruſcæ linguæ ſtudioſus, comœdias multo ſale, multiſque facetiis refertas componebat: ingenuos juvenes ad hiſtrionicam hortabatur, & ſcenas in vaticano ſpacioſis in conclavibus inſtituebat. Propterea cum forte Calandram comœdiam à mollibus argutiſque leporibus perjucundam in gratiam Iſabellæ Mantuani principis uxoris, per nobiles comœdos agere ſtatuiſſet, precibus impetravit, ut ipſe Pontifex è conſpicuo loco deſpectaret. Erat etiam Bibienna mirus artifex hominibus ætate vel profeſſione gravibus ad inſaniam impellendis, quo genere hominum pontifex adeo flagranter oblectabatur, ut laudando & mira eis perſuadendo, donandoque plures ex ſtolidis ſtultiſſimos & maxime ridiculos efficere conſueviſſet; uti Euangeliſtæ Taraſcono Parmenſi ab Epiſtolis honeſto ſeni accidit, qui ſe repente novo ſtudio ac levi perſuaſione ſummum eſſe muſicum putabat: huic adeo induſtrie & ſuaviter eſt adulatus, ut vana inflatus opinione, incredibilia ac ridenda quædam muſices præcepta commentaretur: citharædis enim lacertos obligari, ut quadam intenſione nervorum in articulis & digitis argutias firmius & clarius exprimerent: cum vero phonaſcorum chorus induceretur, aulæ & detrahi juberet, ut voces nudis parietibus illiſæ, acutius atque ſuavius reſilirent, quæ omnia ad alendam hominis inſaniam probabat Pontifex, quando ipſe in ea arte conſummatiſſimus ſecum de tonis & chordis, totaque numerorum proportione diſputaret, ac ſe omnino ſuperari egregia ſimulatione fateretur. Baraballi quoque Cajetani eximiæ ſtoliditati, procacius quam Sacroſanctum Pontificem deceret, illuſit: quum ille inſulſiſſimos verſus ab omni vocum ac numerorum enormitate ridendos facere, & palam recitare ſoleret, ſeque alterum Petrarcham in Hetruſcis rythmis eſſe prædicaret: eo enim perpetuis adulationibus inflammatum gloriæ cupiditate perpulit, ut meritum geſtandæ laureæ honorem poſtularit: & ſubinde ut inſigni pompa in Capitolium duceretur: quod in Capitolio Petrarcham quondam coronatum fuiſſe audiviſſet. Tanta vero vis ſingularis inſaniæ fuit, ut quum ad famam publici apparatus legatio amicorum & affinium Caietanorum propere in urbem convolaſſet, ut hominem à concepto furore deterrerent, acerbiſſimis verbis eos repulerit, tanquam malignè pontificis benignitatem interpretantes, ac rariſſimi honoris immortali gloriæ ſuæ invidentes. Ergo quod vix credibile foret, niſi ea nos mira cum voluptate vidiſſemus, ſexagenarius ſenex honeſta ortus familia, proceritate, vultu & canicie venerabilis, toga palmata, & lato clavo, auro purpuraque nitenti, cæteriſque triumphi ſumptuoſis inſignibus exornatus in convivium præcinentibus tibiis deducitur, quum de more Pontifex diem feſtum Coſmæ & Damiano Mediceæ familiæ divis tutelaribus dedicatum hilarius celebraret. Ibi quum diu ad oſtentationem abſolutæ artis ineptiſſime multa carmina decantaſſet, omnibus jam in ipſa riſus compreſſione defatigatis, ad extremum in area Vaticana deſpectante pontifice*

elephantem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

elephantem aſcendit, aurato ephippio ſuperſtante triumphali ſella inſtratum. Cæterum inter tympana, & tubas, & voces acclamantis populi, conſternata bellua, ultra pontem Hadriani deduci pompa non potuit, cujus triumphi memoriam lignarii cælatores, quum teſſellato opere laſcivirent, in interioris pontificii cubiculi foribus ſcitiſſime inſcriptam reliquerunt. Mire quoque favit Pogio Seni, Pogii hiſtorici filio, itemque Moro nobili à gulæ intemperantia, articularibus doloribus diſtorto, & Brandino equiti, Marianoque ſannioni cucullato facetiſſimis Helluonibus, & in omni genere popinalium delitiarum eruditiſſimis. Nam inter alia portenta inſanientis eorum gulæ lucanicas conciſis pavonum pulpis farctas commenti fuerant: quod obſonii genus mox ſucceſſor Hadrianus vir Batavæ frugalitatis mirabundus expávit, quum ſumptuarias rationes Leonis inſpiceret. Verum feſtiviſſimis eorum facetiis, ſalſisque & perurbanis ſcommatibus magis quàm ullis palati lenociniis oblectabatur. Ii certis anni temporibus, quum genio liberius eſſet indulgendum, in extrema inferioris menſæ parte ea conditione regnabant, ut contumelias, quas citra valetudinis incommodum architriclini & ſtructores inferrent, æquiſſimis animis paterentur. Multa enim eorum palato ac aviditati aliena cibaria, falſa gratiſſimarum rerum ſpecie concinnata, uti ſimias & corvos cœnantibus apponebant, quæ tametſi jucunda omnibus ac urbano nobilique principe digna erant, in eo tamen qui auguſti Pontificis di gnitatem ſuſtineret, à ſeveris & triſtibus notabantur. Vt vero ea convivia pleniore voluptate exhilararet, Calendis præſertim Auguſti amiciſſimos Cardinales ad ludum pictarum chartularum invitabat: in quo ſeni ſeptenique luſores in coronam ducti verſabantur: nec ulla in re blandius liberalitatem exercuit, quum victor pariter ac victus in circumſpectantium turbam aureos numos benigne diſperderet. Aleam damnavit ſemper, ut rei familiari moribuſque peſtiferam: latrunculis autem adeo ſubtiliter & acute vel cum exercitatiſſimis colludebat, ut nemo ei, vel peritia, vel celeritate committendi conficiendique prælii æquari poſſe videretur. Non caruit etiam infamia, quod parum honeſte nonnullos è cubiculariis (erant enim è tota Italia nobiliſſimi) adamare, & cum his tenerius atque libere jocari videretur. Sed quis vel optimus atque ſanctiſſimus princeps in hac maledicentiſſima aula lividorum aculeos vitavit? & quis ex adverſo tam maligne improbus ac invidiæ tabe conſumptus, ut vera demum poſſet objectare, noctium ſecreta ſcrutatus eſt? At ſi aliqua ex parte eo nomine ſuggillari inclyta virtus potuit, leo certe cum ſuperiorum principum fama comparatus, æſtimatione rectiſſima continentiæ laudem feret. Quod ſi falſò notatus (ut credi par eſt) iniquam ſubiit invidiam, miſerabilem profecto principum conditionem exiſtimaverim, quando eorum mores ad arbitrium paucorum improborum ſævam potius quam benignam interpretationem accipiant. Sed alia principis, alia hominis eſſe vitia, quis neſcit? hæc uni privata conditione quum noceant, etiam aliquibus fortaſſe proſunt: illa vera ab dira poteſtate, & luctum & calamitatem univerſis mortalibus apportant; idque veriſſimum eſſe conſtat præclaro quondam populi Romani teſtimonio, qui neminem ſibi principem Trajano meliorem exoptavit, quanquam eum illicitæ libidinis ac ebrietatis cenſura notaſſet. Sed demus aliquid humanitati Leonis, uti in ſumma licentia fervidæ ætatis ac proſperæ valetudinis æſtum ægerrime ſuſtinenti, poſtquam in magnis ſalutaribuſque virtutibus optimi ac benefici cognomentum facile meruerit. Idem in vita Pompei Columnæ p. 317. *Exinde Pompejus in honore habitus, urbem atque aulam biennio coluit, ita ut æſtate ad Sublaqueum & ſæpius in Tuſculanum ſecederet, nihil intermiſſa Romanæ juvẽtutis familiaritate, amicitiaque ſummorum civium, & eorum præſertim Cardinalium, qui generis nobilitate & magnitudine animi præſtarent. Venationibus enim & aucupiis ſtudebat, ita ut ſæpe ab eo miro apparatu & exquiſitis ſumptibus publica convivia mediis in campis & apud fon-*

tes ſumma comitate atque hilaritate præberentur. Erat enim in omni re quam attingendam tractandamque ſuſcepiſſet, & civili ſplendore perelegans & ſacerdotali copia ſumptuoſus, & ſupra omnes mortales in omni joco atque negotio militari quadam libertate lætiſſimus: ut non ſit mirum plurimos omnium ordinum cives atque externos ejus viri authoritatem & ſtudia alacriter & conſtanter in utraque fortuna fuiſſe ſectatos: quum generoſa admodum fronte atque eximio corporis habitu, cultuque & erudita nobilique facundia, in alloquiis, & in omni divinarum atque humanarum rerum actione præcelleret. Hæc ex ſuperabundanti. Si quid unquam pro Cardinalibus reponere voluerit Ianſenius, habebit reſponſum noſtrum. Sed quieſcet poſthac, ut puto, imprimis ſi viderit Bellarminum Cardinalibus tam miſerè patrocinatum, ut nihil niſi novitatem, hoc eſt, antiquitatem ann. 500. aut 600. humanam conſuetudinem, & ſuorum contradicentium labyrinthum ipſis reliquerit. Conferantur quæ de Cardinalibus libr. 3. ſect. 3. c. 4. Et de Perrono ſect. 2. c. 10. diximus.

Secunda mea quæſtio erat:[a] *Quomodo ſtabit legitima miſſio & ininterrupta ſucceſſio Pontificum, uſque ad modernum Vrbanum VIII. deducta; quum tam multi Pontifices opera & electione Imperatorum ad ſedem pervenerint: qualem electionem legitimam & à Spiritu Sancto factam non dicet Ianſenius?*

Primum quod hic reſpondet eſt: *Opera & Electione Imperatorum ad Epiſcopatum aut Pontificatum pertingere, non magis reddit illegitimam electionem, quam ſi fiat electione plebis. Quam tamen tuus Calvinus tanti facit, ut in electiones ſecus factas velut illicitas debacchetur.*

Refut. I. Si non reddit hoc electionem illegitimam, ergo Imperatori competit poteſtas eligendi Pontificem. Nam legitimam vocationem tu ſupra definis, quæ fit per perſonas poteſtate vocandi præditas. Dic hoc Pontifici tuo. Nos plebi dicimus etiam competere jus eligendi, ideo electio plebis ubi locum habet, non facit illegitimam vocationem. Si tu tantundem, vel plus minuſve Imperatori tribuis in electione Pontificis; jam & tibi & tuis, & canonicæ vocationis ſtipulationi (qualem ſolam reſpicit juramentum quod Papæ præſtatur) contradicis.

II. Quia Calvinus & nos cum illo tanti facimus electionem plebis in vocatione miniſtrorum; & credulitas Romana nullius facit electionem Imperatorum in vocatione Pontificum; ideo nihil hoc cauſam tuam juvat & comparatio eſt imparium. Noſtro ſenſu electio miniſtrorum noſtrorum per hoc non redditur illegitima: contrà Pontificum vocatio veſtro ſenſu redditur illegitima, & recidit Ianſenius in volutabrum ſuum. Quomodo enim ex hypotheſibus ſuis, in Romana Eccleſia inveniet Eccleſiam, ſucceſſionem, ſalutem? Iam vero credulitatem ſuorum de illa vocatione Pontificum diſcere debuiſſet ſaltem ex illo Baronii teſtimonio quod illi in Philonio produxeram: *Quis credat illos ſine lege legitimos fuiſſe Pontifices,* &c. Et ex conſtit. Nicolai II. in Concil. Lateranenſi: *Neminem per Laicos Eccleſiam, aut aliquod beneficium Eccleſiaſticum obtinere poſſe, nec gratis, nec pretio.* Et ex Conſtitutionibus Gregorii VII. (Hildebrandi ſcil.) qui tanquam egregius authoritatis Papalis & Eccleſiaſticæ vindex laudatur eo nomine à Baronio ad ann. 1077. & Onuphrium in ejus vita. Et ex recentiſſimo Iure Canonico:[b] *Laicis,* inquit, *etiamſi principes ſint, nullo neque conſuetudinis, neque præſcriptionis, neque conventionis jure ad electionem aſpirare permittitur. Patroni tamen circa, jam actam electionem, non indecenter poſtulatur aſſenſus.*

Et ex Genebrardo:[c] *Quod papæ eo tempore*

[a] Pag. 195. [b] Lancelot. Inſtitut. lib. 1. tit. 7. c. Laicis. [c] Chronolog. lib. 4. ann. 901. & 1009.

pore non per oſtium, ſed per poſticam ſint ingreſſi. Et turbata hic fuit legitima ſucceſſio, ut olim in Synagoga ſub Antiochis, paulo ante Maccabæos. Et ante omnia ex decreto Concilii Lateranenſis ſub Innocentio III. *Vt electio facta per civilem Magiſtratum in ſacris beneficiis vim nullam habeat.* Ius orientale lib. 3. Interrogatione 59. cum 7. Synodo Oecumenica ſtatuit, *omnem electionem* ([a]Gr. πᾶσαν ψῆφον) *quæ fit à Magiſtratibus, Epiſcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi irritam manere, ex canone dicente, Si quis Epiſcopus ſæcularibus Magiſtratibus uſus, per eos Eccleſiam obtinuerit, deponatur, & ſegregetur, & omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum qui eſt promovendus ad Epiſcopatum, ab Epiſcopis eligi, &c.*

III. Imperatorum quorundam opera non ſtetit in Electione, ſed longe aliud quid eos præſtitiſſe ſcribit Baronius, & authores de vitis Pontificum. *Sciſma,* ait [b]Onuphrius, *in Romana Eccleſia inter hos quatuor Pontifices, in quo omnibus pontificatu abrogatis, in Synodo Sytrina Pontifex Maximus Imp. Cæſaris Henrici III. Auguſti authoritate factus eſt Clemens Papa II. natione Saxo, Germanus.* Idem, *Damaſus II. ex authoritate Henrici III. Auguſti Romanus Pontifex creatus eſt.* Et, *Thuſciæ principes Romana Eccleſia paſſa eſt tyrannos, dominantes ſive armis, ſive pecuniis populo Cleroque Romano, per quos intruſi in Cathedram Petri ſunt homines monſtroſi, vitæ turpiſſimæ.*

Alterum quod reſpondet, eſt; *Nihil ad rem Imperatorum electio. Nec enim in ſola electione, ſed in ordinatione & poteſtatis Eccleſiaſticæ collatione, ſucceſſionis, miſſionis ſive vocationis ratio ſita eſt: quam nunquam vel plebs, vel Imperator cuiquam contulit.*

Refut. I. De ordinationis neceſſitate & efficacia ſupra vidimus ſect. 2. c. 20. Apud Scriptores paſſim æquipollent Electio, Creatio & Conſtitutio. *Pontifex ab Imperatoribus primum creari aut conſtitui ſolitus,* inquit Thuanus lib. 2.

II. Quod ſi in ſola electione non eſt ſita ratio vocationis, ergo ſaltem in ea eſt ſita, & quidem in tantum, ut ubi illa fuit illegitima, totam vocationem illegitimam, & Papas apoſtaticos, ſciſmaticos veſtri pronuntiarint. Sic Conciliorum & Pontificum decreta in Electiones à ſæcularibus factas invehuntur, & ſic veſtri paſſim. Confer quæ infra hujus ſect. cap. 3. dicimus.

III. Etiamſi ordinatio ſeu inveſtitura Pontificum illegitime electorum non fuerit ab Imperatore, hoc eſt, non fuerit mala, manet tamen electionem non canonicam ſeu intruſionem fuiſſe malam, & conſequenter inde vocationem traxiſſe malitiam & fuiſſe illegitimam, juxta vulgatum illud veſtri Thomæ: *Bonum non niſi ex integra cauſa, malum ex quolibet defectu.*

IV. Sola ordinatio facta per perſonam poteſtate præditam omnium intruſorum Pontificum non poteſt tribuere vocationi eſſentialem & neceſſariam bonitatem, aut malitiam electionis, in principio vocationis contractam, tollere, ſive penitus abolendo, ſive alia quacunq; ratione, quomodo lux major dicitur obfuſcare minorem & dolor major minorem. *Vitium enim originis* (ut habet axioma tuum pag. 94. 95.) *nullo temporis lapſu, nulla præſcriptione, &c. ſed ſola abdicatione aboletur.*

Et ſic exſerte cum Ianſenio contra Ianſenium definit Papa Iulius II. [c]*Electus per Simoniam, non apoſtolicus ſed apoſtaticus, & tanquam Simon Magus & Hæreſiarcha & ad prædicta omnia & ſingula perpetuo inhabilis habeatur & ſit. Nec hujuſmodi Simoniaca electio per ſubſequentem ipſius inthronizationem ſeu temporis curſum, aut etiam omnium Cardinalium adorationem ſeu obedientiam ullo unquam tempo-*

[a] Edit. Gr. Lat. Enimundi Boncfidii. [b] Lib. de Roman. Pontif. ad ann. 1045, & 1047. [c] In bulla in Concil. Lateranenſ. Seſſ. 5.

tempore convaleſcat. Additur, ***Eum ut Magũ, Ethnicum, Publicanum, & Hæreſiarcham evitandum.*** Seſſione 9. habita 5. Maii 1514. præſidente Leone X. can. 8. conſtitutiones omnes contra Simoniacos innovatæ. Atq; hæc quidem conformiter Canon. 29. Apoſtolorum; qui repetitur in can. 5. Concil. Niceni II. Et Can. 2. Concil. Chalcedonenſis: &c. ſupra ſect. 2. cap. 8. cit. Et per Extravag. Pauli II. *cum deteſtabile. Simoniaci ſunt ipſo facto excommunicati.* Vide & Sanctionem Pragmatic. cap. de Electionibus, fol. 33. ubi Commentator plurima adfert teſtimonia ex jure Canonico. Quin ipſa ſanctio contra prætenſam approbationem aut acceptationem definit: *A tali reatu & excommunicatione abſolvi non poſſe electos & confirmatos, niſi Eccleſiis & dignitatibus libere reſignaverint, ad quas turpiter aſſumti ſunt, & ad eas obtinendas, quamvis nefario ingreſſu adepti ſint, perpetuo reddantur inhabiles.* Plures Papas per Simoniam intraſſe ſi probare vellem, otio abuterer. Inſpiciat modo lector Scriptores[a] de vitis Pontificum; Si quis recentiorum ingreſſum ſcire avet, legat Epiſtolas Cardinalium Oſſati & Perroni. Bernardum Eugenio ſimoniam exprobrantem li. 4. de conſider. in Philonio adduxeram. Neque conſtat illos (quos per acceptationem & indulgentiam ſubſequentem legitimari velit Ianſenius) renuntiaſſe Papatui, & per viam pœnitentię ac ſatisfactionis canonicæ prætenſam indulgentiam aſſecutos. Vide quam imperite definitioni Orientalium, Occidentalium, Papæ, Concilii, & Eccleſiæ Romanæ ſe opponat Ianſenius dum mihi ſatisfacere ſtudet. Certe fulmen Romanum vix evaderet, niſi infra iram eſſet rudis & ſimplex ipſius zelus.

V. Quod ſi ordinatio Pontificis per manus Epiſcopi alicujus (qui conſuetudinis lege olim erat Hoſtienſis, nunc primas Cardinalis) purgatorium tibi eſt, quo omnia flagitia Simoniæ, Sacrilegii, tirannicę & violentæ occupationis, per meretrices intruſionis, per Magiam, per fraudes (Bonifacii VIII.) ſubreptiones, in pontificum vocatione expurgentur; jam vide quomodo unquam à vobis ſciſmatici, illegitimi, Antipapæ, poſſint dici aliqui Pontifices, ſive illi ferreo illo Baronii ſæculo, ſive tempore reliquorum ſciſmatum ad conſignanda tanta tempora unquam exſtiterint, cum ordinationem à meretrice, aut diabolo, aut armato milite, aut Comite Tuſculano, aut Imperatore, aut principe, aut Rege Galliæ, aut quocunque alio nemo eorum unquam acceperit, ſed ab Epiſcopo, procul dubio etiam aliqui ab Epiſcopo Hoſtienſi aut primo Cardinali.

VI. Papæ primatum ſeu eminentiam, hoc eſt, Papatum quà talem non conferri ab ordinatione aut ordinatore, contra Ianſenium teſtatur Seraphicus Bonaventura in 4. diſtinct. 25. qu. 1. 15. *Dicendum quod inſolubiliter verum eſt quod dicit Apoſtolus, quod minor à majori benedicitur pro ſtatu in quo benedicitur. Nam ſine contradictione verum eſt quod nullus dat alii majorem dignitatem, quàm habeat, &c. & ideo Epiſcopus conſecrans Archiepiſcopum vel Papam, omnino non tribuit ei niſi conſecrationem Epiſcopalem. Sed ille ampliorem habet authoritatem & juriſdictionem à ſubditorum electione ſuo conſenſu, & Domini inſtitutione qui ordinavit Petrum & ejus ſucceſſores ſuper totam Eccleſiam.* Hinc ſequitur vitium in electione Pontificis commiſſum à nulla ſubſequenti approbatione, confirmatione, legitimatione, acceptatione, aboleri aut corrigi poſſe, quia Pontifex nullum in terris ſuperiorem habet, ut credit Ianſenius cum Papæmaniacis; de quo vide diſcurſum Bellarmini in tract. contra Paulum Venetum ad propoſ. 8. p. 174. 175.

[a] Platina in Benedict. IX. Sylveſtr. III.

Tertia

Tertia quæſtio mea erat[a]: *Cardinalium vocatio ſi divina, antiqua Catholica probari non poſſit; quomodo divina & legitima erit electio Pontificum à Cardinalibus facta?*

Prima reſponſio Ianſenii eſt: Eligunt Cardinales, ut Clerici Romanæ Eccleſiæ, hoc eſt, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi: qui omnes cum divinitus inſtituti ſint, nihil habes quod de eorum novitate conqueraris.

Refut. I. Hic cum Cardinalibus ſuis vadimonium deſerit Ianſenius. Nihil eſt ergo quod pro poteſtate & dignitate Cardinalitia (de qua propriè erat quæſtio) ex Scriptura & prima antiquitate adferre poſſit Ianſenius. Ex quo lacu ergo emerſi? Vide in mari Vtopico & conjecturali urinantem Onuphrium[b], ut novas illas & merè humanas creaturas inde extrahat, ſi poſſit.

II. Clericos Eccleſiæ Romanæ Epiſcopos quos dicat, velim explicet. Vna Eccleſia unum tantum habet Epiſcopum, ex determinatione humano-Eccleſiaſtica, Conciliorum, Pontificum, antiquorum, & ſequentium; & mordicus hoc tenet jus Canonico-Romanum, ut ex eo paſſim tradunt Summiſtæ, Quæſtionarii & Commentatores Pontificii in Philip. c. 1. verſ. 1. & omnium Compilator Cornelius à Lapide. Quinam ergo, qualeſque ſunt Epiſcopi illi Eccleſiæ Romanæ? quos actus Epiſcopales illa in Eccleſia exercent? quam poteſtatem in ordinatione ad illud recipiunt? Sed hæc hujus viri teratologia. Nec ſua, nec noſtra intelligit. Cardinales, qui etiam Epiſcopali titulo & poteſtate gaudent, ſunt illud non reſpectu Eccleſię Romanæ, ſed ſuæ quique Eccleſiæ, ut Epiſcopus Auguſtanus, Carpentoractenſis, Prænestinus, Toletanus, Ebroicenſis, &c. Nunquam quiſquam Cardinalis factus titulum Romani Epiſcopi ſibi attribuit, aut prioris Epiſcopatus titulum mutavit (niſi forte ſtipulante id Pontifice, ut alteri illum conferat) aut curam Eccleſiæ Romanæ intra muros ſibi impoſitam putavit, aut in ea, ſive per ſe, ſive per vicarium, ſacerdotes ordinavit, templa, altaria, veſtales conſecravit, Concilium Epiſcopale celebravit, viſitationem & inſpectionem ejus Eccleſiæ aggreſſus eſt, in quibus proprium munus Epiſcopi conſtituitur. Cardinalis[c] Sadoletus cum Româ ad Eccleſiam ſuam ſe recepiſſet, curam Epiſcopalem ita à ſe inſtitui amicis exponit, ut ſi vera dicit Ianſenius, inſignem gregis ſui deſertorem ſe proderet. Cardinalis Iojeuſe & Oſſatus, dum regis ſui negotia ibi curant, quales Epiſcopos & paſtores Eccleſiæ Romanæ ſe geſſerint, ex editis ipſorum Epiſtolis conſtare poteſt.

III. Presbyteros & Diaconos Eccleſiæ Romanæ Pontificem eligere, eo ſenſu dici poteſt, quo Ariſtoteles, *Muſicum ædificare domum*, prædicatione ſcil. per accidens; quam cum quis infert, ubi de cauſa per ſe inſtituitur quæſtio, committit fallaciā accidentis. Vt enim veſtri diſtinguunt in Papa *Epiſcopatum Vrbis, & Primatum Orbis*; ita & hic diſtinguenda poteſtas *Cardinea*, quæ poſt Pontificalem in univerſam Eccleſiam maxima eſt, & *presbyterium ſeu diaconatus* particularis Eccleſiæ Romanæ, quamvis ut plurimum & maxima ex parte titularis. Ex illa dignitate ſeu *poteſtate gubernante*, non verò ex iſto *vulgari miniſterio* Electio Pontificis dependet: alioquin omnibus Curionibus & ſacrificulis intra muros jus electionis tribuendum eſſet.

IV. Quod Ianſenius definit, ut presbyteris aut diaconis Eccleſiæ Romanæ electionem ipſis competere; prodit imperitiam & temeritatem ſuam. Si enim presbyterium Eccleſiæ Romanæ eſt formalis ratio, qua eligendi poteſtas illis competit, jam omnibus aliis pari jure eadem competet, in quibus ratio illa formalis invenitur. Et conſequenter omnes Presbyteri & Diaconi urbis

[a] Pag. 196. [b] Onuphr. in tract. de Cardinalibus. Adde Ceremoniale lib 1. ſect. 1. c. 2. Et Bellarmin. ſupra cit. [c] Vide Epiſtol. Sadol.

bis Romæ in conclave ad electionem cogendi eſſent, etiam Palumbus & ſimilis farinæ. De qua Canonica electione, nihil adhuc inaudivimus. Si enim homo qui gradu perfectionis eſſentialis reliqua animalia ſuperat, ſentire, loco moveri dicitur ut animal; utique aliud quodcunque animal, quamvis non ſit homo, æque ſenſitiva & loco motiva facultate præditum dicetur. Limitatio enim ſeu reſtrictio illa per particulam *ut*, eſt ſpecificativa. Si ergo Cardinalis ut *presbyter* illa poteſtate gaudet, utique presbytero omni, ſoli, & ſemper illa poteſtas per ſe & primò competit. Alterum quod reſp. eſt: *Iterum dico, diſce Electionem à miſſione & ordinatione, & ſucceſſione diſtinguere. Illa non ſolum Cardinalibus, ſed & Imperatori & plebi reſpectu Antiſtitum tribui poteſt, & aliquando tributa fuit; hæc non item.*

Refut. I. Quid de diſtinctionibus illis ſit ſupra vidimus. Tuum erat ſemel explicare & definire tria iſta: *Electionem, ordinationem, miſſionem*, ut nos doceas diſtinguere. Sed non facies; alioquin non ſuppeterent tibi τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης[a], ut in præfatione jam monuimus.

II. Electionem competere Imperatori, *reſpectu Antiſtitum*; explicatum & ex placitis Eccleſiæ Romanæ probatum oportuit. Alioquin nos non credimus, neque ipſi, puto, Imperatores credunt illo ſolo reſpectu in Eccleſia Romana ſibi olim uſurpatam aut conceſſam Pontificis electionem. Sed aliud quid eſt, quod dici hic poſſet: Hodie Imperatoribus, Regibus, Principibus competere etiam electionem ratione Antiſtitum ſeu Cardinalium, ut principii *Quod*; & ratione nummorum, ut principii *Quo*. Videri poteſt ab illis, qui Romam non viderunt, Hiſtoria Guicciardini de Electione Leonis X. Clementis VII. & Iovii Hiſtor. cum vita Leonis X. & Pomp. Columnæ de iiſdem, & Thuani de Electione Adriani VI. & ſequentium Pontificum; & Nicolai Marbeſii ſupplicatio, Imprimis Legationes Perronii lib. 3. ubi conclavis & myſteriorum omnium revelationem habes.

III. Rectè dicis, *aliquando tributa fuit*; quaſi Imperatoribus triumphabundus inſultares, *Fuimus Troes*; &, *ſed iſta tunc fuere*, &c. Petrus Navarrus perſpicuè hoc explicat, loco à nobis alibi citato, & Richard. in 4. diſt. 25.

IV. Si non ſolum Cardinalibus competit Electio; cur alii præter Cardinales ad ſuffragia non admittuntur? Cur Canonica electio à Baronio, Bellarmino & Ceremoniali Romano ad Cardinalium Collegium reſtringitur? Cur poteſtas illa eligendi & regendi propriam formam Cardinalis conſtituit apud Bellarmin. de Cleric. lib. 1. c. 16. Nam Presbyteratus & Epiſcopatus communia ſunt, quæ Cardinalem non magis faciunt talem, quam Ieſuitiſmus Bellarmini & Toleti illos faciebat Cardinales.

[a] Id eſt, occulta dedecoris.

SECTIONIS TERTIÆ

CAPVT II.

Examinatur reſponſum ad tres ſequentes quæſtiones de vocatione legitima miniſtrorum in Papatu.

QVARTA quæſtio mea eſt:[a] *An certitudine fidei conſtare poſſit nullum Papam per Simoniam cathedram conſcendiſſe, ne Eugenium quidem de quo tamen Bernardus conſid. ad Eugen. lib. 4.* Quem dabis mihi de tota maxima urbe, qui te in Papam recepe-

[a] Pag. 195.

receperit pretio ſeu ſpe pretii non interveniente? Si auderem dicere, dæmonum magis quam ovium paſcua hæc. Scil. ſic factitabat Petrus,&c. *Quod ſi juſta probatio aut præſumptio Simoniæ ſubſit: quomodo firmiter credam Papam illum à Spr. S. eſſe electum & legitimum archipoimena, juxta Concil. Nicen. 2. can. 5. & c. 1. quæſt. 1. can. gratia & can. Preſbyter, & can. quiſquis, & Concil. Chalcedon. can. 2. Vbi Simoniacus* ἀλλότριος τῆς ἀξίας, ἢ τοῦ φροντίσματος, ὅπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν, *alienus à dignitate & ſolicitudine quam pecuniis adeptus eſt, declaratur.* Prima reſponſio eſt: *Multa poſſe eſſe legitima, etſi certitudine fidei non credantur legitima. In rebus facti quotidie occurrentibus fides non habet locum. Etiam legitimè baptizatos, & conjugio copulatos eſſe conſtat, etſi fides non interveniat.*

Refut. I. An quis baptizatus ſit, & legitimo conjugio copulatus, apud nos non eſt quæſtio de fide, neque partem ullam veritatis fidei talia faciunt, ſive legitima ſint, ſive non. Nos enim ſtatuimus juſtum ſua fide vivere, quæ fides reſolvitur in ſolum Deum ac verbum ipſius. Sed ininterrupta ſucceſſio Eccleſiæ, & quidem in radice ſeu Cathedra Romana apud vos eſt de fide; nō aliter ac de fide eſt ininterrupta ſucceſſio familiæ Davidis, uſque ad Chriſtum; qui alioqui à nobis credi & agnoſci non poſſet ſalvator mundi. Eſt enim illa ſucceſſio vobis nota Eccleſiæ infallibilis & per conſequens de fide. Longè itaque diſſimile eſt, quod huc trahis de alterius cujuſquam baptiſmo aut conjugio, à quo non ſuſpenditur fides noſtra, neque in illud tanquam ſui objectum fides fertur; ſed ſufficit in illis judicium caritatis & fidei humanæ.

II. In rebus facti quotidie occurrentibus fidem apud vos locum non habere nimis confidenter dicis. Sunt quædam facta quibus articuli fidei veſtræ ſuperſtruuntur. Factum illud Petri, quo ille dicitur Primatum Romæ conſtituiſſe *ad fidem Catholicam pertinet*, teſte Bellar. ſupra cit. In factum conſecrationis per verba creantia, & tranſubſtantiationis, Fides veſtra propriè fertur ſuſpenſo judicio ſenſuum, juxta illud: *Quod non capis, quod non vides, animoſa firmat fides.* Dic ſodes, an in hoſtiæ conſecratione, adoratione, imaginum dedicatione, ſanctorum canonizatione, &c. Fides locum non habet, immediatè aut mediatè; quia ſcil. ſunt facta quotidie occurrentia? An ergo abſque fidei certitudine adoratio & cultus omnis religioſus circa illa à Pontificiis exercetur? contra Iohan. 4. 22. & Rom. 10. 14. & Rom. 14. 5. 23.

III. Sed veniamus ad facta in ſucceſſione Pontificum occurrentia, ſeu ad legitimam electionem Pontificum de quibus quæſtionem moveram. Bene eſt quod Lovanii hæc dicat Ianſenius. Multum intereſt ubi quid dicatur. Locus ſæpe conſervat locatum. Romæ cantilenam alterius modi & toni caneret. Audiat quid ibi factum ann. 1603. *Vn Ieſuite*, inquit P. Mattheus[a], *remua une queſtion bien hardie par toute l'Egliſe Catholique, mais des plus perileuſes à Rome. Que ce n'eſtoit de l'eſſence de la Foy de croire que Clement VIII. fuſt vrai & legitime ſucceſſeur de S. Pierre. Il en fut priſonnier, & ſi l'Ambaßadeur d'Eſpagne ne s'en fuſt meſlè, il eut eu pis, & eſprouvè que le corps à ſouvent raiſon de ſe plaindre de l'eſprit, pour les peines qu'il lui donne.* Vides Romæ haberi illam hypotheſin de fide ſaltem definitum ibi contra diſquiſitionem, *An ſit de fide*; quamvis contrarium teneat Ianſenius. O Libera ſervitus! ô diſcors concordia!

IV. Saltem hoc axiomate tuo reſecas quæſtiones illas, quas tanquam de fide & ex Scripturis ut articulos fidei probandos nobis offertis; ubi ſcriptum ſit, Iudæos V. Teſtamentum non corrupiſſe, &c. vide c. 8. p. 58. 59. quæſtiones Ianſenii de Scriptura. Item qua Scriptura probetur Hermachum

aut

a Hiſtor. lib. 7. narrat. 4. p. 760.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

aut Berta mcredere, & fidem ipſorum eſſe veram fidem & illos ſalvandos per Chriſtum. Item ex nova methodo Verronica, ubi ſcriptum ſit, Pontificios aut alios quoſcunque apoſtataſſe, hoc aut illud caput fidei corrupiſſe, &c.

Altera reſponſio ad 4. quæſt. eſt. *Etiamſi Papa per Simoniam & alias quaſlibet malas artes intraret, poteſt tamen ſedem ut legitimus ſucceſſor retinere. Quia ſola acceptatio, qua Eccleſia Pontificem ſuum recipit & veneratur, legitimum facit Pontificem, &c. & abolet omnem pœnam canonicam humano Eccleſiæ jure conſtitutam. Eccleſia enim eam pœnam ſancire, relaxare & abrogare poteſt. Sicut multi reges & imperatores tyrannicè imperiis potiti, ſolo regni conſenſu accedente legitimè regna poſſederunt.*

Reſut. I. Scilicet intererit multum Davusne loquatur, an Herus. longè aliter catuli olent & ſues. Quæcunque facinora Sacrilegii à Pontificibus commiſſa dicuntur, plumis leviora ſunt Ianſenio, *neque multum,* inquit, *nos turbat iſta quæſtio*: ſimilia ſi noſtris Reformatoribus affingantur, ilico non illorum tantum, ſed omnium Eccleſiarum noſtrarum ſalutem in æternum deſperatam facit; & etiamſi noſtri docerent ut apoſtolus Paulus, malum tamen eſt & merum ſacrilegium quicquid faciunt. Haut aliter ac Caſcellius olim conſultus an nux pinea pomum eſſet, [a] *Si in Vatinium,* inquit, *miſſurus es, pomum eſt.*

II. Notandum, quod non tantum plumam iſtam Simoniæ, ſed & intruſiones per diabolicas artes, meretrices, tyrannidem uno halitu & eadem facilitate difflat Ianſenius. Gloriatur enim ſe *quintæ meæ quæſtioni* hoc reſponſo *etiam ſatisfeciſſe.* O felicitatem hominis! qui tam facille illa contemnit, in quibus averruncandis aut incruſtandis ſanguinem fere ſudarunt Bellarminus, Baronius, &c. Quantum eſt deſipere, & nihil aut parum ſcire! Ebrii, infantes, & mente moti, qui pericula & difficultates animadvertere non poſſunt, ſępe magis animoſos aut ſecuros ſe oſtendunt quàm fortiſſimi quique. Genus illud felicitatis expoſuit ſui temporis Theologis Eraſmus in Encomio Moriæ.

III. Notandum, quod tota illa Machina de legitima vocatione miniſtri, qua cauſam noſtram funditus ſubverti dixit, nunc in ipſius caſam converſa, ex pœnis canonicis & jure humano Eccleſiæ ſuſpenditur, quod Eccleſia ut ſancire, ita & relaxare aut abrogare poteſt. Nunc videt lector, quam ſit illa capitalis quæſtio, & quam prope jus divinum eccleſiæ eſſentiam & ſingulorum ſalutem concernat, *Tu quis es? unde veniſti?* Adeo ut ſi certum eſſet, Lutherum & ſimilem reformatorem (qui tamen non fuit Papa & caput Eccleſiæ) illegitimè intraſſe in miniſterium ſuum per diabolum, per meretrices, &c. hoc tamen non deberet nos turbare, ſi Ianſenium audimus, quia etiamſi ut diabolicus, ut Symoniacus quis intret, poteſt tamen ut legitimus poſſidere.

IV. Quod addit, ſolum ſubſequentem conſenſum Eccleſiæ ex illegitimo facere legitimum Papam; jam uno ictu ſubvertit totum illud quod Reformatoribus oppoſuit. Etiamſi enim reclamante miniſterio & Eccleſia primum intraſſent, vel in miniſterium vel in opus reformationis, (quod tamen non concedimus) ſalvaretur tamen ipſorum legitima poteſtas per acceptationem Eccleſiarum, qua illæ Reformatores ſuos *tanquam antiſtites receperunt & veneratæ ſunt.*

V. Sibi tamen & ſuis hac ſolutione contradicit, quod quarto modo illi proprium. *Vitium originis* (inquit, p. 95.) *nullo temporis lapſu, nulla præſcriptione, nulla etiam ſanguinis fuſione, ſed ſola abdicatione aboletur.* Bellarminus[b], Baronius, & qui eos ſequuntur, factum

[a] Alciat. in Parerg. Iuris lib. 6. c. 2. [b] Bellarm. in. de Pontific. lib.

ctũ negare aut obſcurare ſtudent, hoc tacitè concedentes, illegitimos fore Pontifices, ſiquidem iſto modo intraſſe conſtaret. Verba Baronii & Genebrardi pudet toties inculcare, *intruſos ſine lege legitimos non eſſe dicendos illos Pontifices, ſed apoſtaticos, apotacticos, monſtra.* Generalis etiam eſt ſanctio:[a] *Si verò confirmatores electiones factas per ſimoniacam pravitatem confirmaverint, eorum confirmationes hujuſmodi ſunt nullæ.* Vide ſtatuta Gregorii VII. contra ejuſmodi confirmationes ſeu ordinationes apud Baronium ad ann. 1077. num. 61.

VI. Quod ad deſperationis ſuæ aſylum, ſubſequentem ſcil. Eccleſiæ conſenſum cõfugit, facit more ſolito abſque authoribus, immo contra authores ſuos. Baronius loco toties citato, negat ullum talem adfuiſſe conſenſum: hinc illæ ipſius lachrymæ. *Nuſquam Cleri eligentis vel conſentientis poſtea, aliqua mentio, canones preſſi ſilentio, decreta pontificum ſuffocata, præſcriptæ antiquæ traditiones, &c.* Hæc annalium Papatus conſarcinator. Qua lege, aut fide hiſtorica, Ianſenius conſenſum & acceptationem Eccleſiæ, nobis narret, ipſe viderit. Sed verum illud proverbium ἡ ἀμαθία θρασὺς, id eſt, *inſcitia audax eſt.*

VII. Illud Epithema de conſenſu & acceptatione Eccleſiæ, omnibus ſciſmaticis & Antipapis (quos ipſi vocant) applicari poſſet. Vix enim quiſquam eorum Papa fuit, ſine aliquo conſenſu aut tolerantia Eccleſiæ, hoc eſt, maximæ aut alterius partis, aut ſaltem partis non contemnendæ, ſæpe ipſius particularis Romanæ, cui alioquin Primatus alligatus eſſe dicitur. Ita nimis durè dicerentur *Antichriſti, ejus vicarii, beſtiæ Apocalypticæ, Luciferi, Simones Magi, diaboli incarnati, &c.* Hæc enim elogia tunc ab adverſa parte, & à recentioribus Papiſtis nunc tribui ignorare non debes.

Quinta quæſtio mea eſt: *Quandoquidem omnes fideles ſub pœna damnationis ſubjici debent legitimo Petri ſucceſſori; qua certitudine fidei implicitæ aut explicitæ certi erunt, omnes illos Papas eſſe legitimos Petri ſucceſſores, à Spiritu S. electos, qui per vim, fraudes, artes lenonias, etiam magicas, meretrices, irrepſerunt; ut quidem hiſtorici teſtantur, ex quibus ſucceſſio Pontificum vulgo demonſtratur;* nec diffitetur Cardinalis Baronius, cujus verba cognoſce nobiſcum quiſquis es, Chriſtiane & Catholice lector tom. 10. annal. ann. 912. artic. 8. *Quæ tunc facies eccleſiæ Romanæ? quam fœdiſſima, cum Romæ dominarentur potentiſſimæ æque ac ſordidiſſimæ meretrices? quarum arbitrio mutarentur ſedes, darentur epiſcopi, & quod auditu horrendum & infandum eſt, intruderentur in ſedem Petri, earum amaſii,* &c. reliqua vide in Baronio aut Philonio.

Primò hujus quæſtionis verba exſcribere non eſt auſus. Nimirum luculentum illud Baronii teſtimonium oculos ipſius perſtrinxit nimium. Quid faceret? refutare non potuit, fateri noluit, diffiteri non eſt auſus. Extremum ergo & tutiſſimum ſubterfugium erat, abdere, occultare, quod monſtris modo natis fieri ſolet. Putat tamen ſe reſponſo illo ſatisfeciſſe. Cui addit duo iſta.

Secunda Reſponſ. ad 5. Quæſt.[b] *Etiamſi Pontifex illegitimè ſedem conſcenderet & poſſideret, non magis nos iſta movent, quam ſedis vacatio (vacat enim ſi legitimo ſucceſſore caret) & ejuſdem per ſciſmata laceratio, de quibus alibi dicturi ſumus.*

Refut. I. Nodum rumpere te putas, ſed oblitus eorum quæ nobis objiciebas, *Rupta eſt catena, pons ſolutus eſt.*

Vbi ergo ininterrupta ſucceſſio, quam requiris? ſed vide infra, lib. 3. ſect. 2. cap. 1.

II. Homo homini quid præſtat. Bellarminum & gregales tuos iſta ita movent, ut actum putent de prætenſa ſucceſſione & magiſterio infallibili ſedis Romanæ, ſiquidem

[a] Sanct. Pragmatic. cap. de electionibus, p. 40. [b] P. 198.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

dem perfidiæ labes ad eam potuiſſet habere acceſſum.

Tertia Reſponſio ad 5. Quæſtionem. Quod male aſſero,[a] *conſtare debere fidei certitudine hunc aut illum Papam eſſe legitimè conſtitutum Petri ſucceſſorem, quia omnes fideles ſub pœna damnationis ſubjici debent legitimo Petri ſucceſſori:* Vnde infert me judicare, *neminem ſub pœna damnationis cuiquam eſſe ſubjiciendum, niſi fide conſtet, eum eſſe ſuperiorem ſuum.* Quod triplici inſtantia refellit.

Refut. I. Verba quintæ quæſtionis meæ lectori non exhibuit, ut liberius fide ſolita hic ageret. Non quæro ego indefinitè de hoc aut illo Papa (ut refert Ianſenius) ſed definitè de illis Papis, quos teſtatum eſt fuiſſe intruſos per meretrices, &c. ut Baronii verbis mox ſubjectis probatur. De illis ergo quæritur, qua certitudine fidei certi erimus per illos continuatam & non interruptam fuiſſe prætenſi infallibilis magiſterii legitimam ſucceſſionem, cum Baronius de illis exclamet: *Quis enim à ſcortis hujuſmodi intruſos ſine lege legitimos dicere poſſet Romanos fuiſſe pontifices?* Non quæro de ſingulis Papis ut Theologicè demonſtretur, eſſe eos legitimè conſtitutos; quomodo Pontificii poſtulant à nobis ut demonſtremus hunc aut illum librum, hoc tmema, aut comma Scripturæ eſſe genuinum: ſed tantum quæro, ut eos Pontifices quos dubium immo & certum eſt *monſtra* fuiſſe h.e. ἁμαρτήματα naturæ papalis, doceant continuaſſe & propagaſſe ſucceſſionem ininterruptam Papatus; *atque adeo perfidiam ad Petri ſedem nunquam habuiſſe acceſſum*, quod nobis ſuggerit Ianſenius[b]. Hoc enim cum de illa ſede certa fide ſit credendum; quomodo ſtabit fidei concluſio cum ſua contradictoria? Fides divina & Dei veritas nullam ponit aut involvit contradictionem. Enitendum eſt nobis paſtoribus, ne[c] *verbum noſtrum* apud Eccleſiam non ſit *ita & non.*

Articulus ſeu concluſio fidei Romanæ eſt: Sedes Romana ſemper habet legitimam Primatus Petri ſucceſſionem per Epiſcopos ſuos ordine decurrentem; & conſequenter perfidiæ labes eam nunquam attigit, aut attingere poteſt.

Contradictoria ejus eſt: Sedes Romana non ſemper habuit, &c. & perfidiæ labes eam attingere poteſt & attigit. Prior propoſitio ſi ex Scripturis demonſtretur, nobis ſuffecerit: ſed hoc nunquam fit. Factum ſeu applicationem ex Scripturis demonſtrari non petimus, ſed per inductionem; nõ quidem in ſingulis ſucceſſoribus, ſed tantum in illis, ex. gr. Eugenio, III. Liberio, Benedicto IX. aliiſque monſtris Baronianis, quos ad veritatis fidei Romanæ labefactationem & contradictoriæ probationem in medium adduci videmus. Declarabo exemplo. Fidei concluſio eſt: Davidi nunquam defuiſſe poſteros (ex Dei promiſſione) uſque ad Chriſtum, cui Deus daturus erat ſolium & regnum Davidis. Hanc propoſitionem certitudine fidei divinæ tenebantur omnes tenere, & quidem ex ſolis ſacris literis. Factum autem, applicationem, & complementum iſtius ininterruptæ ſucceſſionis, per inductionem in ſingulis generationibus probare, non erat ſingulis fidelib⁹ abſolutè neceſſariũ, nec de fide; quia generalis & indubitata fides promiſſionis divinæ hactenus ſufficiebat; virtualiter & implicitè ſingula facta complectens. Sed in caſu contradictionis, ex. gr. Maria Mater Chriſti non fuit filia Davidis, & conſequenter ibi rupta eſt ſucceſſio; neceſſe eſt fide explicita teneri & ex factis ſpecialiter evinci, Mariam fuiſſe filiã Davidis. Hic fides illa generalis implicita non ſufficit, ſed explicat ſe & extendit ad illam ſpecialem propoſitionem immediate, Maria eſt filia Davidis; & ad factorum lucem mediatè, unde evincitur eſſe illam filiam Davidis,

a P. 198. 199. b Vide infra lib. 3. ſect. 1. cap. 11. & 12. c 2 Corinth. 1. verſ. 17. 18.

Davidis. Hoc certè pertinet ad fidem Catholicam.

II. Rectè ergo ego quæro, poſita illa contradictoria concluſione ejuſq; ex factis probatione, de interruptione ſucceſſionis, de perfidia ſedis Romanæ, qua certitudine fidei factum & complementum promiſſionis divinę ibi per inductionem monſtrari & conſequenter credi poteſt, ubi contraria experientia & lux factorum contradictoriam iſtius Romanæ credulitatis manifeſtè fundat. Quomodo quis certitudine fidei divinæ ſtatuere poteſt & conjungere illa duo: Succeſſio ſemper fuit continuata per ſeriem legitimorum Pontificum in ſede Romana: Et ſucceſſio non fuit continuata per ſeriem legitimorum Pontificum in ſede Romana.

III. Quod fingit me judicare, neminem ſub pœna damnationis cuiquam eſſe ſubjiciendum, niſi fide conſtet, eum eſſe ſuperiorem ſuum; antiquum obtinet, h.e. calumniatur. Nos tantum agimus de illo ſuperiori, in quem ut in ſupremum & infallibilem judicem reducitur & reſolvitur fides divina omnium Chriſtianorum. De illo conſtare debet non tantum generaliter, quod omnis legitimus ſucceſſor Petri ſit tali obedientia audiendus; hoc enim omnes ſciſmatici in Papatu ſemper tenuerunt, & manſerunt tamen ſciſmatici: ſed quod iſte nunc, ex.gr. Vrbanus VIII. ſit ille judex & magiſter infallibilis, quod etiam in juramentis Epiſcoporum, Doctorum, Notariorum exprimitur. Ad obedientiam Meſſiæ præſtandam, non ſufficiebat credere, Talem & tali modo intrantem eſſe Meſſiam promiſſum; ſed cum jam veniſſet, ſeu poſito facto neceſſe habebat fides illa ſe explicare & extendere, ad illum Ieſum Nazarenum in individuo, & de illo concludere certitudine fidei: *hic Ieſus eſt ille Meſſias*; idque ex factorum luce, ita ut fides ferretur immediatè in illam ſpecialem concluſionem, mediatè in factorum lucem, quæ applicationem promiſſionum, & ex ea ſpecialem illam fidei concluſionem fundabant. Sicut ergo illi ſoli vera fide obediebant Servatori, quibus certa fide conſtabat illum Ieſum eſſe Meſſiam; & nemo illi obedire poterat, cui hoc certa fide non conſtaret. Et ſicut illi verè Chriſtum in Sacramento adorant, qui ſpecialiter credunt eſſe illum in iſta hoſtia, & illum ibi adorant (ut habet credulitas Romana) Ita etiam ad ſalutem non ſufficit profiteri obedientiam Romanæ ſedis (hoc enim Henricus IV. Ludovicus Bavarus, &c. Imperatores; Philippus Pulcher, Ludovicus XII. Galliarum reges, æquè potuiſſent ac alii) ſed requiritur obedientia, ex. gr. Gregorio VII. Bonifacio VIII. &c. præſtanda, tanquam legitimis ſedis iſtius poſſeſſoribus. Hinc eſt quod in Iuramento Epiſcoporum, & Doctorum, & Notariorum nomen Papæ exprimitur. Et Ieſuitæ in Diſputatione Ratiſbonenſi, 1601. Iudicem fidei nominatim profiterentur Clementem VIII. Iam verò quum fides feratur & ferri debeat, ſive immediate ſive mediate, in iſtam concluſionem ſpecialem: *Bonifacius eſt verus Papa*; & in facta veritatem illam fundantia: manet difficultas quæſtionis meæ, I. *qua* certitudine fidei credam, Formoſum, Benedictum IX. aut ſciſmaticum aliquem, aut ſimile monſtrum papale eſſe legitimum Papam; Et 2. *qua* certitudine fidei obedientiam debitam ut legitimo Papæ illi præſtabo aut non præſtabo, (ſiquidem in utroque ſalutis jactura verſatur, ut ex gr. Non obedire Ieſu ut Meſſiæ, & obedire Theudæ, Iudæ Gaulonitæ, Ben-Coſba ut Meſſiæ). 3. *Et qua* certitudine fidei credam in illis Papis continuatam legitimam ſucceſſionem in ſede Petri; cum de contraria illegitimitate multorum conſtet, & in ſingulis hoc evenire poſſit. Adeo ut

de convictis ſtatuendum ſit peremptoriè, non fuiſſe in illis Petri primatum, nec per illos in ſede illa ſucceſſionem continuatã, *Quo ſemel admiſſo ruit alto à culmine Roma*; & nihil eſt quod ſupra alias ſedes apoſtolicas Antiochenam, Hieroſolymitanam, &c. ſe efferat, ad quas perfidia habuit acceſſum. In modernum autem aliosque omnes Papas fides & obedientia ferri debeat cum dubitatione & ſub conditione, Adoro veſtigia tua, ſi per mercaturam hujus aut illius Principis aut factionis Politicæ verus Papa es; quale remedium fluctuantibus conſcientiis quidam ſuggerunt, in adoratione hoſtiæ. An hæc fides ſcil. divina, cui non poteſt ſubeſſe falſum?

IV. Inſtantiæ illæ ſunt extravagantes; quia tantum continent actus religionis imperatos, officia ſcil. erga Magiſtratus, parentes, uxores: Illud autem de quo nos controvertimus, inter actus religionis elicitos debet referri, De obedientia ſcilic. præſtanda in rebus fidei & omnibus ſpiritualibus capiti Eccleſiæ, ſupremo judici, vicario Chriſti, Deo in terris: Qui ſi non agnoſcitur, aut Eccleſia aliqua aut fidelis cum illo non jungitur, immo illi in individuo non ſubjicitur, committitur *ſciſma*, fitque hoc ſolo aliquis ramus ab omni Eccleſia, & ſalute reciſus. Vide lib. 3. ſect. 3. cap. 1.

V. Denique hypotheſin illam; Iulius III. aut Clemens VIII. aut præſens Pontifex Vrbanus VIII. eſt legitimus ſucceſſor Petri, Romæ volunt eſſe de eſſentia fidei, quod probat incarceratio Ieſuitæ illius, de quo ſupra ex hiſtoria [a] Petri Mathæi. Videat ergo Ianſenius quomodo cum credulitate & carcere curiæ Romanæ ipſi conveniat.

VI. [b] Quod de rebellione ab Ordinibus Hollandiæ inchoata ipſe Hollandus transfuga, & doctor umbraticus garrire audet; facit pro prudentia & modeſtia ſua. Dicat hoc Cantonibus Helveticis, qui exemplo ſuo in aſſertione libertatis Ordinibus præiverunt, vidente tunc & probante Eccleſia & credulitate Romana. Vide quo honore & titulo legati ipſorum excepti in Concilio Tridentino. Erit forte aliquando tempus, cum Proceres Belgici alterius partis, hanc formulam dedocebunt Ianſenium, ubi Deo viſum fuerit priſtinæ libertati & decori ipſos reſtituere. Noſtri illi Ordines & verè benigni Domini, gaudent interim in iis, quæ tanto ſudore, & ſanguine ipſis parta, conſcientiæ ſuæ & totius orbis judicio (ſola parte adverſa excepta) contenti. Calumnias Scholaſticas & Clericales flocci faciunt, etiam gratia & benignitate calumniatores illos proſecuturi, quod faciunt quotidie; imprimis ſi, non dico læviſſima culpæ agnitione, ſed vel unico illo ſcediaſmate militis Philippi ſe purgarint: *Niſi lagena* (vini ſcil. Cos) *defeciſſet, etiam occidiſſemus.* Sed cauſam hanc non agimus, tantum arcanum rebellionis Papalis Ianſenio conſiderandum reponimus ex [c] Bellarmini libro contra Barclayum Pariſiis ante paucos annos exuſto: *Non permitto ut Regi non pareas, quod eſſet contra jus divinum: ſed facio, ut qui tibi rex erat, non ſit deinceps tibi rex. Regi rejecto vicarius Chriſti obedientiam exhibere prohibet.* Huic adde alterum arcanum rebellionis Clericalis: *Clerici rebellio in Regem non eſt crimen læſæ Majeſtatis, quia non eſt ſubditus regi.* Imman. Sa aphor. *Clericus.* Syſtema dogmatum rebellionis qui ſcire avet, adeat myſteria Patrum Jeſuitarum, epiſtolam Caſauboni ad Frontonem Ducæum, Anti-Cottonum, Catechiſmum Ieſuitarum, Patefactionem Doctrinæ Ieſuitarum in negotio conſpirationis, Orationem Arnaldi & alteram Martelrie in Ieſuitas, Apologiam Regis Magnæ Britanniæ

[a] Hiſtor. lib. 7. narrat. 2. [b] P. 199. [c] Bellarmin. contra Barclayum de poteſt. tempor. Papæ c. 31.

niæ pro juramento fidelitatis, pleniſſimam refutationem Bellarmini contra Barclayũ per Iohannem Epiſcopum Roffenſem, Torturam Torti, Proceſſum Anglicanum contra proditores, Refutationes apologiæ Garneti, Scriptores pro cauſa Venetâ, &c: Ipſam apologiam Garneti, Scribanii Amphitheatrum honoris, Bellarminum cõtra Barclayum & de Romano pontif. libr. 5. c. 7. Marianæ inſtitutionem Principis, Zvvarezium in Regem Britanniæ lib. 6. c. 4. ſect. 6. & lib. 3. cap. 21. & c. 16. Eundem in Thomæ part. 3. Tom. 4. diſp. 33. ſect. 1. Gregor. de Valentia Tom. 3. diſp. 1. qu. 12. puncto 2. Azorium inſtitut. Moral. libr. 8. c. 13. & part. 2. lib. 10. c. 9. Orationem Cardinalis Perroni refutatam à Rege Magnæ Britanniæ & quæ de oratione illa Perroni refert Molineus in *Nouveauté* part. 2. c. 6.[a] Lucem factorum ſuppeditat Anglia, Hybernia, Gallia, &c. ubi Papæ & papales Cardinales Clerici rebellionibus, conjurationibus, proditionibus ſe permixtos agnoſcunt. Thuanus hiſtor. lib. 51. ann. 1572. & libro 15. p. 570. & lib. 46. p. 348. 352. 342. Boterus lib. 1. ad ann. 1594. p. 51. & 7. De Perſoni Ieſuitæ libro contra legitimam ſucceſſionem Regum Angliæ, Româ in Angliam ſparſo ann. 1594. de Conſiliis Papæ, ut ad regnum Angliæ promoveret Cardinalem Farneſium, deque proditoribus & emiſſariis ex ſacro ordine in Gallia vide Epiſtolas Cardinalis Oſſati lib. 7. Epiſt. 291. 292. Adde parricidas beatorum & martyrum catalogo adſcriptos, inter quos vexilliferi *Iacobus Clemens* Monachus & [b] *Balthazar Gerardus*, cujus glorioſum & triumphale Martyrium Gallicè Duaci 1584. cum approbatione Guil. Eſtii Theolog. Duaceni; & Latinè ab alio quodam anonymo Lovanii cũ approbatione H. Cuyckii, pòſt Epiſcopi Ruræmundenſis, decantatum, exſtat. In poſteriori libello author refert, actum fuiſſe apud Papam de Canonizatione B. Girardi: & cives Delfenſes præſtrictim ad ipſius cultum invitat. In priori tale Mauſoleum exſtat. p. 35.

Cy repoſe Girard, qui d'une dextre forte
Emporta de trois plombs ce tyran orguilleux,
Ouvrant d'un meſme coup, par une meſme porte
L'Eſperance à la Belge, à ſon ame les cieux.

Extat etiam inter poëmata ſacra Lævini Torrentii Epiſc. Antverp. *Hymnus in laudem Baltaſaris Gerardi fortiſſimi Tyrannicidæ,* pag. 308. edit. Ioan. Moreti 1594. ubi inter cætera ſic de infami Sicario loquitur,

Morte inſerendus cælicolum choris,
Æterno ab omni labe puram
Reddis ovans animam parenti.

VII. Exemplum illud de uxoribus miniſtrorum & de debito reddendo, quod inter alia multa ſelegerit p. 199. ad explicationem *fidei*, non mirum. Dici non poteſt, quam frequentes virginales illæ animæ in iſtis ſpeculationibus. Infinitæ & inauditæ quæſtiones, dubia, diſceptationes & reſolutoria in chartas à Symmiſtis & Caſuiſtis conjecta, diffuſam & profundam eorum in illo ſcibili cognitionem arguunt, ſupra omnes ſcurras, ganeones, & impuros quoſque poetas, quos caſtratos in Papatu proſtare videas. Adeo ut Rivetus[c] noſter ſummo jure objecerit hanc ἀκρίβειαν Ieſuitæ cuidam Aquiſgranenſi, à quo reſponſum tulit Romana ſanctitate dignum; Et Epiſcopus Cabillonenſis conqueratur, [d] *Sancti illi Pneumatici, circa peccatorum differentias obſcœna quædam & impudica anquirũt, quæ, ſine interrogati (cujus auribus inauditæ turpitudines & laſciviæ inſtillantur) rubore, & interrogantis inhoneſti appetitus titillatione vix ullis verbis, aut ne vix quidem enuntiari poſſunt.* De Ieſuitarum & Papiſtarum ſpurcitie

 ſic

[a] Vide etiam Gretſerum contra Rempubl. Venetam, Molinam & Leſſium de Iuſtitia & Iur^. [b] Parricidium Balthaſaris laudat idem Eſtius in hiſtoria ſua de martyribus Belgicis. [c] Refert in explic. decalogi ad 7. præcept. [d] Citat Rivetus Iſagog. cap. 13. p. 204.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſic Aurelius Sorbonicus in Vindic. contra Loemelii Spongiã nuper editis p. 516. 517. *Omnium maximè intolerandi ſunt illi Theologiæ Moralis, Inſtitutionum moralium, Præceptorum compilatores, pene omnes Ieſuitæ, inter quos Th. S.* (id eſt, Thomas Sanchez) edidit denſum opus de matrimonio, opus non gloriandum ſed pudendum; tam immani curioſitate, tam inviſa in rebus ſpurciſſimis & infandis, & monſtroſis, & diabolicis perſcrutandis ſagacitate horrendum, ut mirum ſit pudoris alicujus hominem ea ſine rubore ſcripſiſſe, quæ quivis modeſtioris ingenii vix ſine rubore legat. Portenta iſta ſunt, nõ ſcripta: animorum inſidiæ, non mentium ſubſidia; incentiva libidinum, ſchola flagitiorum, non honeſtæ diſciplinę, non ſcientiæ Chriſtianæ inſtrumenta: infelix ſcientia quæ omnes perdere, paucos juvare nata eſt; quæ circa ſordes & ſterquilinia volvenda & revolvenda volutatur.

Sed videat qui poteſt Burchardi Canones pœnitentiales, Aphoriſmos Immanuel Sa, Zanchez tract. de matrimonio, & ſimiles polyiſtoras. Et quæ ex iis annotavit author anonymus de myſteriis patrum Ieſuitarum p. 124, 125, 126. Et Rivetus in Iſagoge ad ſcript. c. 13. ſect. 32. Et Molineus in *Noveauté* part. 2. controv. 6. cap. 5. Inde diſcat, utque thymo paſcuntur apes, & rore cicadæ, ſic profundos iſtos caſuum ſcrutatores, ſacris Matris ſuæ Veneris perrimandis uſque ad mentis carniſque pollutionem, æſtuare. De quo poſtremo ſpecialiter Azorius Inſtit. Moral. tom. 2. part. 3. cap. 28. & Toletus libr. 5. cap. 13.

Et tamen illi carnem, *ut à matre virginem acceperunt, creatori ſuo reddunt*, quod de Bellarmino teſtatur Epigraphe iconi ipſius ſubjecta. Et caſti illi Clerici miniſtris uxoratis illudunt; caſtitatis & virginitatis ſuæ inſignia gloſſis juris Canonici & commentariis [a]Surii depicta prætendentes: *concubinatu ſe plerique ex Clero turpiter dehoneſtant*, ſunt verba Surii. *Communiter autem dicitur quod pro ſimplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci ſine illo vitio inveniantur ad* c. Maximianus. Et, *Vnde dicunt hodie pro fornicatione neminem deponendum, niſi in ea perduret, & immo quia hodie non ſunt fragiliora corpora noſtra quam olim erant, ad* c. presbyter diſt. 82.

Sexta quæſtio mea erat, de juramento Epiſcoporum: *Quænam divinæ miſſionis & ordinationis ſigna præ ſe ferat juramentum Epiſcoporum Papalium, quod habetur in Pontificali Romano cap. de conſecr. electi in epiſcop. p. 23. b. Vbi quidem B. Petri, Romanæ Eccleſiæ, domini noſtri Papæ, Papatus, regalium, S. Petri, & honorum, privilegiorum Romanæ Eccl. poſſeſſionum denique ad menſam epiſcopalem pertinentium, ſit mentio, tanquam objecti formalis & adæquati fidelitatis epiſcopalis &c.* p. 199.

Reſponſio prima Ianſenii eſt: Ipſum Epiſcopatus officium Dei gloriam, Chriſti, Euangelii, ſalutis animarum curam includit. Reliqua illa vel non habent illum arctiſſimum & eſſentialem cum officio Epiſcopali nexum, vel facile ſe rationes offerunt, quibus ea negligenda eſſe creduntur. Hinc eſt quod arctiori vinculo ad ea religandi ſunt.

Refut. I. Ego quæro de formula juramenti, Ianſenius reſpondet de Epiſcopatus officio: quæro quid dicat ſeu contineat formula juramenti, ille reſpondet quid contineat officium Epiſcopatus.

II. Si quidẽ judicium reſponderet inventioni tuæ, non eſſes infelix Aitiologicus. Simile fuit ingenium G. Durantis, qui Rationale divinorum (Papalium ſcilicet) officiorum architectatus eſt. Hęc ergo ſumma, Non eſſe conveniens aut ita neceſſariũ, ut quod officio includitur, aut eſſentialem cũ

illo

[a] Surius ad ann. 1547. Gloſſa in diſt. 81. & 82. Confer quæ lib. 1. ſect. 3. & hujus lib. ſect. 2. cap. 23. annotamus. Legatus Ducis Bavariæ queſtus eſt vix inter centum ſacerdotes tres vel quatuor eſſe repertos in Bavarica viſitatione à concubinatu immunes. Orat. habit. in Concil. Tridentino. p. 194.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

illo nexum habet, formula juramenti promiſſorii in ſuſceptione officii exprimatur. Paradoxa theſis: immo contrà, in omnibus ejuſmodi juramentis promiſſoriis ſeu fidelitatis exſertè ponitur illud quod præcipuum eſt & eſſentiale. Iudicent Politici & Iuriſconſulti, qui iſta tractant, de viri hujus ignorantia. Inſpiciantur etiam omnes juramenti formulæ. Piget perpetuo temeritatem ejus caſtigare. An non legit aut fando audivit juramentum Medicorum Hippocraticum? Annon ſacramentum militare, cujus meminit author rei militaris Vegetius? An Sacramentum illud analogicum, quod in Baptiſmo ſuo præſtabant Veteres Chriſtiani, *Abrenuncio diabolo &c. pompis, ſpectaculis* &c. An ibi accidentalia muneris ſeu vocationis Medicorum, Militum, & vitæ ac profeſſionis Chriſtianæ videt expreſſa, eſſentialia non expreſſa?

III. Immo quia tam arcto vinculo illa non ſunt connexa cum officio Epiſcopali, ideo iniquum eſt *arctiori vinculo Epiſcopos ad ea religari*: ut ſcil. ſi non re ſaltem ſpecie propius exprimant illud: *Qui terrena ſapiunt, quorum Deus venter eſt*, Philip. 3. Et, *omnes quæ ſua ſunt, quærunt, nemo ea quæ Chriſti.*

IV. Epiſcopatus officium includit obedientiam & amplexum Papæ, qui radix, centrum, & principium poteſtatis Eccleſiaſticæ; aut non includit. Si non includit, ut quidem nos volumus, jam vide an non in credulitatem Romanam imprudens ſecurim tuam impingas. Si includit, quam miſer es rationarius, qui ideo reſpectum illum ad Papam exprimendum ſtatuis in juramento, quia non ita includitur officio Epiſcopali; & reſpectum ad Chriſtum ibidem non exprimendum, quia officio includitur.

V. Rationes etiam ex corrupta carne ſe offerunt, quibus procuratio gloriæ Chriſti, ſalutis animarum, negligenda eſſe creditur; immo magis tales rationes ſe offerunt, quam alteræ, de quibus loqueris. Et experientia ſæculorum aliquot ſatis docuit, ab illis rationibus plus tentationis & periculi impendiſſe Epiſcopis, quam ab iſtis. Itaque æqualis, ſi non major, erat neceſſitas illa juramento exprimendi, quæ nos omiſſa conquerimur.

VI. Stultas ejuſmodi conſiderationes non offerres, ſat ſcio, in ſimili caſu Pontifici, aut Regi tuo: *In juramento nuntii apoſtolici, aut regii præfecti ullam regis aut Pontificis mentionem fieri non eſt neceſſe; quia regis & Pontificis ſuprema autoritas ejuſque cura ipſo illo officio includitur, ſed minora quædam, & accidentalia iſtius officii, & Dii minorum gentium ſub Rege & Pontifice juramento exprimendi ſunt, quia non habent cum officio tam eſſentialem nexum, & facile ſe rationes offerunt &c.* Quantum eſt in rebus inane!

VII. Quidquid nugetur Janſenius, nihil reſpondet ad quæſtionem meam: *An eadem & ſimili juramenti formula Apoſtoli & poſt eos Polycarpus, Ignatius, & ſic deinceps inthronizati ſint?* Velim oſtendat nobis hic Ideam antiquæ & primitivæ Eccleſiæ & ſexdecim ſæculorum ininterruptam ſucceſſionem. Sed ſurdo narramus fabulam.

Secunda Reſponſ. Ianſenii eſt.[a] *Sed quid ad rem, quod vel utraque vel neutra jurisjurandi religione ſanciantur? Iurisjurandi appoſitio aut neglectus ad ordinationis, miſſionis aut vocationis quicquam facit?*

Reſut. I. Maxime ad rem. Conſiderandum relinquitur lectori & reſpondendum Ianſenio, an apoſtolicæ vocationes tali modo, forma, & intercedente tali juramento peractæ ſint. Quod ſi non; an ergo in notis Eccleſiæ Romanæ numerari poſſit, Convenientia cum Eccleſia primitiva.

II. Si juramentum illud nihil facit ad rationem Miſſionis & vocationis Epiſcopalis; mirum

a Pag. 200.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

mirum eſt illud Pontificali inſertum & in viridi adhuc obſervantia eſſe apud vos, & reſcripto Papæ Conſecratorem ad ejus receptionem committi, ut habet Pontificale pag. 23. verſa B. & abſque illo juramento non expediri literas apoſtolicas electis Romæ præſentibus, & abſentibus mitti, ut habet Ceremon. libr. 1. ſect. 10. c. 3. ſine quo prius præſtito Archiepiſcopis pallium non conceditur, decretal. lib. 1. tit. 6. c. 4. de pallii poteſtate, vide ceremoniale libr. 1. ſect. 10. cap. 5. Iam aliquoties tam libere judicas & diſpenſas de Papalibus tuis, ut facile tibi eventurum eſſet, quod olim Michaeli Bayo: niſi forte meræ inſcitiæ & delirio tuo indulgeant, quod illius judicio & conſcientiæ indulgere noluerunt.

Tertia reſponſio eſt.[a] *Perquam falſum eſſe, nullam in illo juramento aut Dei, aut Dei gloriæ, aut Chriſti, aut Euangelii, aut animarum ſalutis mentionem fieri. Primo, quia mentio fit, hæreticorum, ſciſmaticorum, rebellium.*

Refut. I. Quæſtio eſt, an ipſius Dei, Chriſti, Euangelii facta ſit mentio; non vero an alicujus, quod ad Deum, aut Chriſtum, ut antecedens, aut conſequens, aut repugnans quoquomodo referri poſſit.

II. Quæſtio eſt, an diſertis & formalibus verbis Chriſti aut Euangelii ibi facta ſit mentio, ſicut Papæ, regalium & privilegiorum Petri atque Eccleſiæ Romanæ, poſſeſſionem & menſæ Epiſcopalis ſatis diſtinctè & prolixe meminit juramentum; non vero an implicite aut occaſionaliter Dei gloria, aut Euangelium, aut Chriſtus tanquam objectum, aut cauſa, aut oppoſitum in rebus illis nominatis intelligi ac cogitari à quoquam poſſit. Iam vide quam appoſite gloſſas tuas juramento illi applices.

Vbi fit mentio hæreſeos & ſciſmatis, ibi fit mentio Dei gloriæ, Chriſti, Euangelii, animarum ſalutis. Sed in juramento illo fit mentio hæreſeos. Majorem probat. Quia nihil magis pertinet ad gloriā Chriſti, aut Euangelii, quam quod veritas ejus adverſus errores illibata conſervetur.

Reſp. ad Majorem ejuſque probationem. I. Diſtinguendo, non fit mentio explicita, directa & in forma, de quali nos hic diſceptamus; etiamſi aliquid dicatur, cui aliud præſupponitur, & ex quo aliud per conſequentiam educi poſſit, tamen illud ſive præſuppoſitum, ſive ἑπόμενον in forma non fuit dictum. II. Poſſet etiam dici in Luciano & Plutarcho hæreſeon & ſectarum fieri mentionem; & de non credendo calumniæ; & in legibus 12. tabularum de puniendis variis delictis, & in Seneca providentiæ Dei; & quid non ubivis? In una Metamorphoſi Ovidii tanta occurrunt Myſteria, ut antehac allegoricis interpretamentis ad Theologiam Chriſtianam ea inflecterent mirabili quadam Metamorphoſi. Sed illa omnia ad Dei, Chriſtique gloriam referuntur ab aliquo, Ergo. Sic nullius peccati peccatoris aut facinoroſi *perſecutio & impugnatio* memorari poſſet, quin eo ipſo Dei mentionem factam diceret Ianſenius. Simili ratione dici poſſet, Menſæ & culinæ pontificis aut Epiſcopi facta fuit mentio, in aliquo juramento & diplomate, ergo Chriſti, Euangelii, & animarum ſalutis; quia Pontifex non poteſt eſſe ſine menſa papali, & Evangelium non poteſt eſſe ſine Pontifice, & mens Pontificis non eſt ſine corpore, nec cerebrum ſine ſtomacho, nec cathedra ſine mola, nec gratiæ & ſpiritualia ſine nummis, nec cœlum venale ſine emptoribus, nec religio ſine commeatu, juxta capitulum Patrum: *Non farina, non lex.* Pirke Avot cap. 3. Et vice verſa, in aliqua confeſſione aut Catecheſi facta fuit mentio Chriſti & Euangelii, Ergo facta fuit mentio Papæ aut Franciſci, quorum ille eſt Chriſtus per repreſentationem ut vicarius, *Iſte eſt Ieſus typicus dux normaque minorum.* Item facta eſt alicubi mentio Chriſti, ergo Mariæ,

[a] Pag. 201.

& vice verſa. Facta eſt mentio nummorum & vivicomburii Lutheranorum, Ergo & gloriæ ſeu coronæ papalis, quia per duo iſta quam feliciſſime exaltatur. Facta eſt mentio reformatorum Zvvinglii, Lutheri, &c. Ergo facta eſt mentio Papæ Romani; quia nihil magis in hac vita pertinet ad gloriam Papæ aut curiæ Romanæ, quam quod privilegia & emolumenta eorum adverſus omnes Reformatores illibata conſerventur. Denique fit mentio animalis, plantæ, & Socrates jurabat per canem & lapidem; ergo in juramento ſuo mentionem faciebat Dei, ſunt enim canis & lapis creaturæ Dei. Ægyptii in precibus ſuis appellant Crocodilum, ergo Deum, quia ex creaturis cognoſcitur creator, Et Cardinalis Turrecremata cum ſociis, ad orationem omnium creaturarum, quia Deum referunt; & Bannes crucis, etiam cum Diabolus ſubeſt, eadem conſequentia concludere poſſet. Iſtæ & ſimiles egregiæ conſequentiæ fiant duce & auſpice Ianſenio, & concludatur tandem quidlibet ex quolibet, nominetur quidvis quod aliquam connexionem aut relationem ad *rem* aliquam habeat, & res illa nominata dicatur.

Quarta Reſponſ. eſt: *Nihil alienius à veritate dici poteſt, quam quod in illo juramento nulla Dei &c. aut ſalutis animarum fiat mentio, quia de ſalute animarum totoque Epiſcopali officio ſic paulo inferius: Domino noſtro aut ſucceſſoribus præfatis rationem reddam de toto meo paſtorali officio, ac de rebus omnibus ad meæ Eccleſiæ ſtatum ad Cleri & populi diſciplinam, animarum denique, quæ meæ fidei traditæ ſunt, ſalutem quovis modo pertinentibus.*

Refut. I. *Animarum ſalutis* non fieri mentionem in illo juramento, ut dixi, ita etiamnum dico, & provoco ad inſpectionem Pontificalis Romani cap. de conſecrat. Electi in Epiſcop. p. 23.B. (ut citavi) editum eſt autem illud Pontificale meum Venetiis apud Iuntas anno 1561. prout illud etiam indicavi in Philonio not. 13. num. 4. Ita ego fidem meam liberavi à verſutiis, calumniis, & falſitate, quam pro pietate & candore ſuo mihi impingit Ianſenius.

II. Addo nunc ex ſuperabundanti; etiam in antiquiori & breviori formula juramenti Epiſcopalis quod extat [a] libr. 2. Decretal. tit. 24. cap. 4. *Ego*; nihil tale contineri; Neque in formula juramenti à Doctoribus Theologiæ & Iuris præſtandi, Ianſenio optimè noti; Neque in juramento Patriarchali aut Archiepiſcopali, quod pag. 36. ejuſdem Pontificalis exſtat.

III. Vbi Ianſenius verba illa uncinulis ſignata, in juramento Epiſcopali legerit, dicere non poſſum. Ipſe librum & editionem indicet. Quod ſi alicubi exſtent, jam ſacra ſua arguat, quæ Chameleontis inſtar modò hos, modò illos colores [b] induunt, non aliter ac in mutatione veſtium fieri ſolet. Biblia emendata ſunt à Sixto V. & Clemente VIII. & porro emendanda ſecundum exſpectationem multorum; Reformatum eſt Miſſale, Paſtorale ſeu Rituale, Breviarium, Officium Mariæ, ex decreto Concilii Trident. & Pontificum; Emendatum jus Canonicum à Gregorio XIII. Hæc omnia ſub prætextu mendarum quæ per Librarios & Typographos irrepſerant, ſcilicet. Caſtrati, expurgati, cenſuris notati fundamentales, quique ipſorum authores; Et etiamnum poſteriores, quique lege talionis idem patiuntur à ſuis coætaneis aut ſucceſſoribus quod Adonibezek Iudic. cap. 1. verſ. 6. *Fugitque Adonibezek, & perſecuti ſunt eum, & apprehenderunt eum & abſciderunt pollices manuum ejus & pedum ejus. Dixitque Adonibezek: Septuaginta reges, pollicibus manuum eorum & pedum eorum abſciſſis, colligebant ſub menſa mea:*

[a] Editionis Baſileenſis in fol. cum Gloſſis an. 1511. [b] Vide in Pontificali tract. de colorum diverſitate part. 3. pag. 228.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

mea: ſicut feci ſic rependit mihi Deus. Ipſum illud Pontificale in conſecratione Epiſcopi mutationem non levem ſubiit, ut quidem teſtatur de ſcrutinio ſerotino, tit. de conſecrat. Epiſcopi pag. 22. cum part. 3. pag. 232. Et de mutatione juramenti Epiſcopalis teſtantur Epiſtolæ Caſſandri ad Epiſcop. Monaſterienſem, in Epiſtol. Illuſtr. Belgarum. Adeo ut in media Roma Romam quærere & in ipſo Papatu Papatũ invenire ſæpe ſit difficile. Hęc cum ſcripſiſſem incidi in authorem, qui meminit *Pontificalis Reformati juſſu Clementis VIII.* Romæ 1595. In eo an Ianſenii verba illa habeantur mihi non liquet, quia liber non eſt ad manum. Quod ſi ſit, manet tamen quæſtio de Iuramento præſtito uſque ad ann. 1595. Addo illâ priori & antiqua editione uſos in Conſecratione Epiſcopi penultimi Sylvæ-Ducenſis Nicolai Soeſii: cujus indicium mihi fecit qui hiſtrioniæ illi interfuit.

Quinta Reſponſ. eſt, *Continuo poſt præſtitum juramentum accuratiſſime de tota Chriſtiana fide & moribus examinatur Electus, ac de ſingulis articulis diſtinctiſſime reſpondet,* & quæ ſequuntur.

Refut. I. Ego de juramento quæro, tu reſpondes de examine. Iterum colloquium ἀπροσδιόνυσον. Manet ergo quæſtio mea, An tali aut ſimili juramenti formula conſecrati ſint apoſtolici & primi Epiſcopi? Mirum eſt nihil hic tibi ſuppetere ex officina Patrum, quam tot annis inſediſti. Sed tripodes conticeſcunt. Author Ceremonialis, animoſius criticum oraculum ſollicitat, dum inde à Petro Apoſtolo myſticum illud pallium (*in quo plenitudo Pontificalis poteſtatis*, ut loquitur) accerſit. Ceremonial. lib. 1. ſect. 10. cap. 5.

II. Dum ab examine electi ad juramentum, & ab illius formula ad hujus apologiam argumentaris, mirabilem te oſtendis Patronum. Ego aio in formula juramenti non fieri mentionẽ *Chriſti, Euangelii,* &c. Hoc totum eſt quod dico; *Examinis* & reliqui choragii conſecrationis non memini. Ianſenius contrà dicit, me calumniari & falſum dicere; probatio inter alias eſt, quia in examine, quod juramentum ſequitur, mentio ſit *Chriſti, Euangelii,* &c. Quid miſero huic facias? tantundem eſt ac ſi quæſtione oborta, ubi Ianſenius habitet, me aſſerentem illum non habitare in vico ſtramineo, aliquis ipſi ſimilis mendacii arguat, & habitare eum in vico prædicto probet hac ratione. Quia habitet in vico proximo. Aut ſi aſſertio de verbo aut conditione in formula juramenti, aut inſtrumenti cujuſque omiſſa, calumniæ & mendacii convincatur, quia ſcil. verbũ illud exprimatur in alia præcedenti aut ſequenti. Addam tertium: In prima pagina Spongiæ (quæ titulum habet) Ianſenius me non onerat plauſtris convitiorum, immo ſacrilegii, hæreſeos, & reliquorum facinorum meorum ne ſemel quidem ibi meminit. Hæc mea aſſertio: Iam parodicè opponat iſta Ianſenius: Falſum & perquam falſum eſt nullam prima pagina ſeu titulo libri mei convitiorum congeriem ibi comparere, quia continuo poſt titulum, paginis ſequentibus in epiſtola dedicatoria & deinceps, omnia illa accuratiſſime in frontem Voetio illido, quæ prima pagina videre ſe negat.

III. *Accuratiſſimum illud de tota Chriſtiana fide & moribus examen*, qua notione intelligat Ianſenius, fateor me nondum capere. Notum eſt ex Ariſtotelica Philoſophia, quid ſit τὸ ἀκριβὲς ſectari in tractatione ſcientifica, aut quid τὸ ἀκριβὲς in Practicis apud Iuriſconſultos; cujus ſynonyma fere ſunt *exactum, exquiſitum*; Et quid iiſdem ſit *accuratum examen*, ſive *inveſtigatio judicii*, ſive *ſcrutinium*, ſeu *depoſitio teſtium.* Tali notione accuratum examen illud, (ſiquidem propriè examen dici

possit)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

poſſit) quod habetur in Pontificali, ab homine mentis compote non vocabitur: Immo contra aſſero: Leve magis, perfunctorium, generale & παχυλῶς (ut loqui amat Philoſophus) de tota fide & moribus examen inſtitui non poſſe; quippe cui ex omnibus Idiotis Chorœbus & caudex quiſque per ſolemne illud *volo* & *credo* ſatisfacere poſſit. Apud nos in catechizationibus Domeſticis, Scholaſticis, & Eccleſiaſticis, decuplo plura de religionis capitibus infantes ſeptennes propriis verbis exponere & reſpondere, pueri decennes & deinceps etiam ſingula ex Scripturis demonſtrare tenentur. Sub diſciplina Ieſuitarum longe accuratius de tota fide & moribus examen haberi fidem vobis faciet Ieſuita Coſterus[a], dum gloriatur cum miniſtris reformatis pueros ipſorum ſæpe congreſſos, quibus etiam os facillime obturaverint. Atque hæc de mundano & infami illo juramento Epiſcoporum, cujus ita puduit Colonienſes,[b] ut ne verbulo quidem nuditatem ejus tegere auſi, ſola diverſione exprobrationem Buceri callide declinaverint.

[a] In Epiſt. ad ordines Confœd. Belgii ann 1598. quæ Belgicè edita & accuratiſſime refutata à VV. Helmichio.
[b] Colonienſ. de vocat. Buceri ad Bonnam fol. 109.

SECTIONIS TERTIÆ
CAPUT III.

Reſponſum ad tres poſtremas quæſtiones de Vocatione Miniſtrorum in Papatu examinatur.

SEPTIMA quæſtio eſt.[c] Quandoquidem in Papatu venalia ſunt teſte Mantuano, *omnia;*

Templa, ſacerdotes, altaria, ſacra, coronæ,
Ignis, thura, preces; cœlum eſt venale Deuſq;.

& Zannazario.

Vendit Alexander, cruces, altaria, Chriſtum, & turpis lucri aucupia maxime dominentur circa electiones; quod indicant Annatæ, exſpectativæ, gratiæ, reſervationes, præventiones, uniones, regreſſus, & ſimilia φλεγμαίνοντα *nomina, ipſo panè timenda ſono, Eccleſiæ olim inaudita, nec à redivivis Petro ac Paulo intelligenda. &c.*

Prima & principalis reſponſio Ianſenii eſt per omiſſionem ſeu præteritionem: *nomina ipſo pæne timenda ſono, Eccleſiæ olim inaudita, nec à redivivis Petro & Paulo intelligenda (ſunt verba Eſpencæi.)*

Refut. I. Hæc, tanquam convitia mea & verba otioſa omittere non potuit aut debuit Janſenius: continent enim teſtimonium domeſtici teſtis omni exceptione majoris, cui optime deformatio Papatus hac in parte fuit perſpecta, & cui vis veritatis & juſtus dolor illud extorſerat. Sed Ianſenii conſcientia gloriam Deo & veritati, mihique innocentiam & fidem tribuere noluit; & tamen reclamare iſti teſti non potuit. Quod ſi feciſſet, in promptu ſunt elogia veſtrorum, quibus hujus viri eminentiam, ſupra proletarios quoſque Theologos, & contra Bellarmini cautelam[d]. Videat, qui volet, Thuanum lib. 16. pag. 643. & Popelin. hiſtor. Gallic. libr. 7. Genebrar. Chronograp. lib. 4. Et Theologi cujuſdam epiſtolam apud Mart. Delrio in diſquiſ. Magic.

[c] Pag. 202. [d] In indice commentatorum ſubjecto lib. de ſcript. Eccleſ.

Magic. ubi meminit tractatus Eſpencæi de Animatione cœli contra Paulum Ricium.

II. Sed hæc fides Ianſenii, ut dicta Bernardi, Eſpencæi & ſuorum, mea convitia appellet, & hoc nomine tutò declinet aut rejiciat.

III. Zannazarium & Mantuanum duos poetas appellat; ſolito ἐξȣθενισμȣ̃ artificio. Quaſi ego Ianſenii titulum & qualitatem (ut vocant) exprimam per *Rhetorem Lovanienſem*; cum conſtet eum profeſſione & officio Theologum eſſe, etiamſi Rhetoricam didicerit & libenter exerceat. Conſtat Mantuanum profeſſione fuiſſe Theologum, nec in ſuo genere ita vulgarem; quod inter alia oſtendit liber ipſius de patientia. Elogia ejus non eſt quod conquiram. Tertullianus, Paulinus, Proſper, Nazianzenus, &c. poetæ fuerunt; ſed tamen appellantur *Patres*, & poſtremus peculiari ratione *Theologus*.

Secunda reſponſio eſt:[a] Omnia hæc eſſe probra morum & abuſus, quæ nemo vehementius deteſtatur, vel ſtrictis canonibus vetat, vel ſeverius plectit quam Eccleſia Romana; cujus diſciplina hic integra & irreprehenſibilis eſt. Itaque nihil iſta nocere legitimæ vocationi, qua à Papa ſive ab alio quocunque Antiſtite legitime ad miniſterium vocantur.

Refut. I. Perverſitatem tuam & cauterizatam (ut vereor) conſcientiam hic nimis prodis. Egone mores & abuſus hujus aut illius circa annatas exſpectationes, uniones, regreſſus, &c. taxavi; ac nō potius ipſas *annatas*, ipſas *uniones* & reliqua nomina cum veſtro Eſpencæo? Ipſa illa (non vero abuſus ipſorum) formaliter & in ſe eſſe turpis quæſtus aucupia ſatis perſpicue dixi. Tetigi illa quæ titulos faciunt in Iure Canonico, & Theologia Practica.

II. Dico iterum in diſciplinam Eccleſiæ Romanę irrepſiſſe illa, & etiamnum publice dominari, ac partem illius diſciplinæ facere; & tanquā vera, bona, canonica, ἔυλακτα illic etiamnum publica authoritate & conſuetudine teneri, obſervari, doceri & defendi. Quæ tamen in diſciplina apoſtolicæ & primitivæ Eccleſię inaudita fuerunt, immo quæ nec Paulus, nec Petrus redivivi intelligerent, ut loquitur Eſpencæus. Oſtendat Ianſenius ex Scriptura & primitiva antiquitate convenientiam diſciplinæ Romanæ cū diſciplina apoſtolicæ aut ſubſecutæ Eccleſiæ. Quomodo Durantes in divinis officiis, & Ceremoniale Romanum in pallio Archiepiſcopali tale quid tentarunt, ſed imperitiſſime & peſſimo ſucceſſu.

III. Vt mendacem me faciat Ianſenius, oſtendat quibus motibus propriis & bullis Pontificum, quibus capitibus Concilii Tridentini, illa ſublata ſunt; quæ pœnę irrogatæ. Oſtēdat, ubi deteſtatione & anathemate proſcripta ſit probroſa illa Taxa Cancellariæ & pœnitentiariæ apoſtolicæ (quam dudum ſuppreſſam oportuiſſet, ut graviſſime proteſtatur Eſpencæus;) Vbi & quando reformata aut mutata Practica Cancellariæ Apoſtolicæ, ubi Mercatura beneficiorum & officiorum in ſacra curia Romana, quæ jam magnam partem & titulum facit in Theologia practica *de ſocietate officiorū, quæ Papa* ſcil. vendere ſolet, ut loquitur [b] Toletus; & quam Pius IV. etiā ſpirans & jactans abuſuum reformationem publice ſancire non erubuit in [c] motu proprio 4. Non. Auguſti, ubi venalia exponit officia Majoris Pœnitentiarii, & Vicarii ſui & Camerarii cameræ apoſtolicæ, ejuſque auditoris (qui ſcil. cenſurarum Vulcanus) item palatii apoſtolici auditorum, &c. *Illa*, inquit, *tanquam per privationem vacantia à Datario noſtro vendi, & à quibuſvis perſonis idoneis pro pretio convenienti emi, liberè, & licitè autoritate noſtra curent, nuncient, decernant, & declarent, prout nos harum ſerie nunciamus*, &c.

Oſten-

a Pag. 202, 203, 204, 205. b Vide Toleti inſtruct. Sacerdotum lib. 5. ca. 40. c Motus ille ſubjectus eſt decretis Concil. Trident. edit. Lugdun. apud Rovilium ann. 1572. p. 318.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Oſtendat abolitionem aut imminutionem *Annatarum*, vel in Gallia quæ alias libertatibus gaudet. Ego contra oſtendam *Annatarum* rationes & ſummas per totam Galliam nuper ab Advocato quodam Gallo ſubductas, & Clero Gallicano dedicatas; in appendice ad ſpiſſum lib. Renati Choppini I. C. de Polit. Eccleſiaſtic. Gallicè in quarto.

IV. Non eſſe illos mores aut abuſus, aut defectum; ſed rem ipſam Eccleſiæ, ipſum ordinem, ipſam diſciplinam tu temet tandem indicas mendacii ſcil. & calumniæ teipſum non obſcurè arguens, poſtquam omnem virulentiam in me ſatis exſpuiſti. Ecce verba tua pag. 205. [a] *Quam verò eximia probatio turpis aucupii eſt, quod Annatæ, exſpectativæ, gratiæ, reſervationes, præventiones, uniones, regreſſus & ſimilia nomina apud nos audiantur? Imperitia vel malitia tibi paſſim ſtomachi everſionem ciet. Nihil enim iſtorum eſt, quod ſine turpi aucupio tempore & loco & cauſis juſtis adhiberi nequeat: nihil etiam quod non abuſu verti in rerum ſacrarum contumeliam. Sed nec ipſa veritas, qua nihil ſanctius, ab iſto probro immunis eſt, qua omnes hæretici abutuntur.*

Vides jam inter rem & modum rei, inter ordinem & abuſum; inter *exſpectativam, præventionem, unionem, regreſſum*, & inter iſtorum, aut hominis alicujus circa iſta abuſum à te manifeſtè diſtingui. Ego illa ut re & nomine ἄτοπα, ataxias meras directè cum Eſpencæo improbavi, & non tantum ataxiam ataxiæ: Tu tantum poſterioris apologiam inſtituis, prioris nullam, itaque hic iterum turpiter deſeris cauſam tuam. Puderet te proculdubio cum Eſpencæo, niſi depuduiſſes. Provoco ut oſtendas *neminem ſanctius & vehementius* illa ex Eſpencæo à me delibata, annatas ſcil. &c. *deteſtari, vel ſtrictius canonibus ſuis vetare, vel inſtantius voce arguere, vel ſeverius pœnis plectere, quam Eccleſiam.* Profer, inquam, bullas & conſtitutiones Pontificum, Decreta Concilii Tridentini de Reformatione. Fac me mendacem, alioquin ego te mendacii arguere non deſinam.

Tertia reſponſio eſt: Si iſtis armis pro catholica veritate dimicare luberet, quanta Satyrarum ſeges in majorum veſtrorum vita geſtiſq; maturuit, ſed gravi admonitione Auguſtini, &c. ſe ab iis abſtinere, &c. & quæ ſequuntur p. 203. 204.

Refut. I. Crederem, niſi veſtrorum & tua ipſius & Cleri Sylvæ-Ducenſis facta, perpetuo huic proteſtationi reclamarent. Lucem ſoli non eſt quod fœnerer. Millenas perſonales calumnias ex dictis & ſcriptis veſtrorum facile eſſet excerpere, ſi hæc camerina eſſet movenda.

II. De me & miniſtris Sylvæ-Ducenſibus jam non dicam, hoc unum modo cogita, qua fronte Riveti libro præterito (de quo fando nunquam videris audiviſſe) in ipſius perſonam tam protervè neſcio quæ dicteria & mendacia ejeceris, quo nomine edita ipſius epiſtola tu ſtigmatias coram doctis in Europa viris factus, pœnas improbitatis tuæ etiamnum circumfers. Applica tibi ergo illud Auguſtini epiſtolâ 137. & poſthac diſce ſapere.

Octava quæſtio mea eſt: [a] *Qua legitima divina aut canonica electione mittuntur Epiſcopi in regno Siciliæ; ubi rex Monarchiam abſolutam tam in temporalibus quã in ſpiritualibus exercet; ubi proreges ipſius beneficia Eccleſiaſtica conferunt inſalutato Papa etiam invito? Qua divina, aut Apoſtolica, aut Eccleſiaſtica traditione juriſdictio Apoſtolica inter Pontificem regem diviſa eſt, atque adeo miſſio illa epiſcoporum Siciliæ legitimata, & Baronii tomus XI. Annalium quem in Hiſpania ultricibus flammis uſtulatum ferunt, cum omnibus ſuis rationibus contra regis Hiſpaniæ injuſtam uſurpationem, pro jure Pontificis, condemnatus?*

a Pag. 205.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Prima reſponſio eſt: *Etiamſi omnes Epiſcopi Siciliæ eſſent illegitimi, ſciſmatici, hæretici ab Eccleſia cum toto regno præciſi, quid ad nos? In Catholica Eccleſia legitimam vocationem ad miniſterium Eccleſiaſticum eſſe ſuſtinemus, non autem omnium vocationes eſſe legitimas. Quo ſolo reſponſo multæ etiam quæſtionum præcedentium ineptiæ ſuffocantur.*

Refut. I. Homo homini quid prȩſtat? Solus Ianſenius inter Pontificios Iovialis temperamenti omnia cum Luciano, Diogene & Menippo ridet, nihil moleſtiæ aut difficultatis uſquam invenit, ne quidem in Charontis cymba. Reliqui barycephali Baronius cum Petro ſuo Clemente VIII. & Epiſcopis Siciliæ, gemitus, lacrymas & ſanguinem fere hic pluunt. Videat quæſo lector, cui otium, faciem quaſi Iovis cujuſdã pluvii in tractatu Baronii de Monarchia Siciliæ; nõ enim vacat omnia exſcribere.

II. Expedire te hic non potes, quin aut regi tuo regnoque & Eccleſiæ Siciliæ, aut rupi Tarpejæ te illidam. Si legitima ibi non eſt vocatio, ſi ſciſma, ſi alterius Monarchiæ Eccleſiaſticæ erectio (ut Baronius conqueritur) jam rex tuus excommunicatus eſt, cum Epiſcopis Siculis, Theologis ſuis & omnibus qui cauſȩ huic involvuntur. Sin vero legitima eſt vocatio, ſequitur poſſe alicubi eſſe veram, legitimam vocationem, abſq; actuali dependentia aut propagatione à Papa. Quod eſt contra unicam & univerſalem ipſius Monarchiam & centricitatem, quam tu illi tribuis. Quia linea iſta Siciliæ ex illo non ducitur, ſed ex ſolo rege veſtro.

III. Quod ſi hoc nihil ad vos; jam rogo: Regnum Siciliæ eſt ne membrum corporis Romani, ſub Capite veſtro Pontifice ſcil. aut non eſt? Dices adhuc eſſe membrum; jam regero corpus & caput Romanũ præſtare teneri ſciſma, ataxiam, iſtius membri (quam tu per conceſſionem ſaltem ponis) quamdiu & dum illi cohæret. Quia in *Eccleſia veſtra eſt ordo, ſunt certi fines,* eſt *acies caſtrorum ordinata,* eſt unio & communio in radice & centro Romano, ad quod perfidia nunquam poteſt habere acceſſum; & ſi alicubi habeat acceſſum ilico illud tanquam membrum putidum aut aridum ſarmentũ concidit. Repete hypotheſin tuam, quam examinavi ſect. 2. c. 13. Vides te regem veſtrum, & regnum ipſius Siciliæ ſecundum iſtam Hypotheſin tuam in communione veſtra retinere non poſſe. Maximè itaque hoc ad vos. Sed fruſtra hæc accumulo, nihil movetur Ianſenii invictus animus, ſed quaſi in latere aliquo navis dormit ſecuriſſimè, non evidentia veritatis, ſed craſſiſſima rerũ ignorantia, puræ negationis ſcil. juxta illud vulgatum: **'t Geene hy niet en weet/ en deert of en ſchadet hem niet/** id eſt, *quod ignorat, nihil ipſi nocet.* Eccleſia veſtra ſi fiat monſtroſa, ſi ſoles gemini ſe oſtendant, ſi duplex monarchia ex mari illo emergat, ſi fiat in Sicilia Pontifici veſtro, quod ille prior fecit unico Capiti noſtro Chriſto, cum monarchiam Eccleſiaſticam contra monarchiam erexit, denique

Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Ianſenium noſtrum, qui quaſi alter Menippus miſero Pontifici Curiæ Romanæ, Epiſcopis Siciliæ, Baronio imprimis οἰμώζειν λέγει, id eſt, *plorare jubet.*

IV. Si non ſuſtines omnium vocationes in veſtra Eccleſia eſſe legitimas (ut exſertè dicis) & ſpecialiter cauſam iſtam Siciliæ in abyſſo miſeriæ & perditionis ſuæ relinquis, jam vide quantum illud ad vos & ad nos faciat. Hinc enim contradictoriã prioribus hypotheſibus tuis elicimus; poſſe ergo alicubi eſſe adhuc rationem aliquam Eccleſiȩ, vocationis & ſalutis, ubi ſive particulare aliquod, ſive univerſale & prædominãs ſciſma, aut ataxia vocationis habet locũ. Et vitium originis miniſtrorum non inficere ita omnes ſubſequẽtes actiones Eccleſiaſticas, ut illæ toto genere & ſimpliciter malæ ſint.

V.Hanc exceptionem tibi reponere poſſẽ in cauſa miniſtrorum reformatorum: Quod ſi conſtaret Lutheri & Zvvinglii vocationẽ fuiſſe illegitimam, (cujus contrarium tamẽ probavimus) quid hoc ad nos? In Catholica Eccleſia nunc per Dei gratiam reformata legitimam vocationẽ eſſe ſuſtinemus, qualis olim in apoſtolica & primitiva Eccleſia obtinuit. Itaq; omiſſa tota umbratica diſceptatione tua, hanc directè & in fronte oppugna ex Scripturis. Sed hic Harpocratẽ agis.

Secunda Reſp. eſt: [a] *Electio illa etiamſi eſſet illegitima, non tamẽ illegitima eſt vocatio. Quia electio non tribuit miniſterium: ſed ordinatio, & eccleſiaſticæ authoritatis aſſignatio. Hæc omnia rex Hiſpaniæ nec habet nec tribuit. Ordinatio incipit tribuere poteſtatem.*

Refut.I. Nos contrà dicimus, electionem illegitimam, facere illegitimam vocationem ex tuis hypotheſibus. Quia ubicunque non fit electio per perſonas poteſtate eligendi præditas, ibi illegitima: immo nulla eſt. Vbi autem non eſt electus, ibi nulla poteſt eſſe ordinatio, quia nõ entis nulla eſt affectio; & in pontificali *Conſecratio* dicitur eſſe *Electi in Epiſcopũ*, Electus autem nullus & recipiendus à conſecratore ad hiſtrioniã iſtam Ordinationis habetur; *niſi conſecratori conſtet de commiſſione Conſecrandi, ſive per literas apoſtolicas, ſi ſit extra Curiam: ſive per mandatum à Camera apoſtolica emanatum in ipſa curia: ſive per commiſſionem vivæ vocis oraculo à ſummo Pontifice Conſecratori factam: ſi Conſecrator ipſe ſit Cardinalis, alioqui ei nõ debet credi.* Põtific. de conſ. electi in Epiſcopũ p.22.

II. Nõ poteſt tali modo electus ab ullo ordinatore Eccleſiaſtico cõſecrari, niſi degradationem à Gregorio VII. interminatam incurrere velit, qui divinitus inſpiratus ſeverè interdixit, ne quis Epiſcopo manum imponeret, qui à laica perſona donum Epiſcopatus ſuſcepiſſet, ut refert Baronius [b] ad ann. 1077. n.61, 62. At Epiſcopi in Sicilia ad minimũ donũ Epiſcopatus à Rege ſuo ſuſcipiunt; olim enim *per regios codicillos ibi conferebantur Epiſcopatus*, & Electiones ac inveſtituræ erant penes ſolos Reges, excluſis Epiſcopis & Papa. Ordinatio talis eſt invalida (niſi quis renuntiet electioni & donationi regis) & nihil confert, per regulã ſcil. juris Ianſenii p.94.95. *Vitium originis ſola abdicatione aboleri poteſt.* Vide & confer. l.2. ſect.2. c.21. & ſect.3. c.1. ad qu.2. & l.3. ſect.2. c.1.

III. Electionem regis veſtri *nihil aliud eſſe quam perſonæ præparationem, cui beneficium, hoc eſt, jus ad reditus conferri poteſt: Ordinationẽ incipere tribuere poteſtatem:* qua fide, qua factorum luce aſſeris? Quin dic hoc Regi aut Conſiliariis ejus, ſi forte iterum ab univerſitate tua in Hiſpaniam contra ſocios Ieſu ablegari te contingat. Regem tuum, hoc tantum intendere Monarchia ſua, aut hoc tantum præparatorium, quod tu vis, poteſtati ſuæ tribuere, ego non credo, nec ipſe Baronius, nec Epiſcopi Siciliæ, quorum acerbiſſimæ querelę quotidie ad ſedem Romanam deferuntur (teſte Baronio.) Et reclamant acta & inſtrumenta, quæ pro hac poteſtate à Regiis allegantur. Hæc enim cõtinet & vendicat ſibi Monarchia, teſte Baronio: [c] *Quod Siciliæ Reges, hæreditarii ſint Legati à latere, omniaque ea efficere poſſint, quæ legati à latere, etiã cum poteſtate ſubſtituendi: nimirũ, quod judicare, punire, abſolvere, excõmunicare poſſint, quos velint, Laicos, Monachos, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Cardinales ibi degentes; appellationes ad ſedem Romanam impedire; nuntios ejus non recipere; & quod reſpectu eccleſiaſticæ juriſdictionis ipſam ſanctam ſedem non cognoſcant ſe ſuperiorem, niſi in caſu præventionis.* Imprimis temeritatem tuam in iſta omnium factorum ignorantia caſtigat, ratio & conſequentia Baronii, qua infert poteſtate iſta Regis inſolitum & alibi inauditum quid committi, h. e. ſecundam & novam (præter Papalem) in Eccleſia ſtatui Monarchiam. Iam verò præparatio illa tantum ad beneficium & jus redituum, aut jus aliquod Patronatus (ut infra loqueris) non eſt tamrarum au tportentoſum in Papatu. Nã & hæc

a P.206. b Baron. de Monarch. p.76.79.80. c P.14.15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

& hæc in Hiſpania atque alibi uſitata eſt: *Quia cum olim*, inquit Petrus à Navarra[a] Theologus Toletanus, *de jure electio Epiſcopi eſſet penes Clerum ejuſdem civitatis Metropolitanæ, aut totius diœceſis, ut paulo ante* (*pag.* 104.) *dicebam, id in ſua integritate ſervatum eſt Romæ uſque hodie. Nam Cardinales Curati Parochiales fuiſſe perhibentur. Unde cum Reges Romæ non fuerint dominati, ſicut in Hiſpania, remanſit electio priſca.* Et paulo ante, *Nam cum olim eligeret populus & Clerus, conveniens erat ne extraneus quæreretur, &c. nunc autem rex eligit, &c.* Atque hæc Poteſtas Regis in Hiſpania. In Sicilia longè alia & multis partibus ac gradibus ſuperior. Dic nunc apertè, ſi audes, Regem tuum habere ibi *Ius patronatus*, aut aliquid illi ſimile; cujus ſcil. tota poteſtas iſtis terminis continetur: *Patroni circa jam actam electionem* (Epiſcopi) *non indecenter poſtulatur aſſenſus:* Lancelot. Inſtit. Iuris Canon. lib. 1. tit. 7.

IV. Ponamus à Rege tantum eſſe electionem, ſed quam nemo Epiſcopus conſecrator in Sicilia mutare aut rejicere poſſit pro arbitrio ſuo: an non neceſſitate conſequentiæ tota vocatio à Rege pendet? An non Rex eſt cauſa principalis & propria, unde derivatur in Epiſcopum illum debita poteſtas; & Epiſcopus tantum eſt: Præco promulgator & completor (ita loquar) ejus quod Rex contulit ac dedit, quodq; ipſo jure jam præexiſtit in Electo? Quomodo ergo Ordinator incipit tribuere poteſtatē? Sicut in Gallia Archiepiſcopus Senonenſis unctione & conſecratione ſua Regi non incipit tribuere poteſtatem, ſed ex ſucceſſionis jure ea jam præſupponitur & invenitur in illo à Conſecratore. Et ſicut Haman non rectè dici poteſt tribuiſſe poteſtatē aut honorem illum Mardochæo, quia complemētorum peractio Hamani quamvis invito relicta aut impoſita fuit, omni alia deliberatione & electione præciſa, Eſther c. 6. v. 10. 11. 13. ita puto rem ſe habere in Sicilia.

V. Vbi non intercedit Electio Eccleſiaſtica aut canonica, ibi electio & ex electione tota vocatio eſt illegitima; ſi enim alicui, certe hic per efficaciam contagii illius quod per *fomitem* & per *contactum* appellant medicorum filii, quaſi cum tota forma & ſubſtantia vocationis pugnet venenū ἀταξίας, ſecundum Philoſophiam Ianſenii, p. 94. 95. *Vitium enim originis ſola abdicatione aboletur.*

Sic Baronius illegitimos vocat illos Pontifices, qui abſque Cleri electione, aut ſequenti conſenſu ſedē Petri conſcenderant. Et Concilium Lateranenſe jam aliquoties à nobis cit. Iam verò Epiſcopi in Sicilia promoveri ſe patiuntur ad illam cathedram, eamq; inſident, quæ nova, monſtroſa, portentoſa eſt, in qua dependent à ſecunda quadam Monarchia Eccleſiaſtica erecta contra unam Catholicam, & perpetuam Monarchiam, Romanam ſcil.

Iam verò nō intercedere, aut ſupervenire tandem hic ullam[b] Electionis canonicę ſpeciem, probari poteſt per partes ex Iure Canonico, ubi nulla talis forma electionis Siculæ comparet. Vide Lancel. Inſtit. Iuris Canonic. lib. 1. tit. 7. c. *laicis*. De conſenſu Cleri ſequente (qui vicarius eſſet electionis) nihil dicere poterit Ianſenius, cum conſenſus extortus & coactus non ſit conſenſus. Talem autem eſſe Epiſcoporum ordinatorum in Sicilia ex gemitibus & querelis ipſorum (quas patheticè depingit Baronius) junctis cum radicali & centrali Pontificum dolore ac deteſtatione ex eodem Baronio conſtat. Vide quam ferale carmen intonet Regi ipſiuſque miniſtris idem Baronius p. 83. *Imperator Frideric. & fil. ejus Conradus & Manfredus, eccleſias omnes & Eccleſiaſticos in ſervitutem deduxere, ſumma tyrannide compreſſerunt cum Pharaone, dicentes, &c.* Neſcio dominum, *&c. quos à Pontificibus condemnatos, &c. horreſcant imitari Principes Orthodoxi. Imitantur plane atque*

ne atque

[a] De ablatorum reſtitutione lib. 2. cap. 2. p. 104. & 105. [b] Vide quæ ſupra de Electione Principum notamus cap. 1. ad quæſt. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ne atque ſectantur, qui iiſdem quibus illi legibus Siculam revocant atque renovant Monarchiā.

VI. Quo regio diplomate aut Regii Conciliiinterpretamento diviſum hoc imperium quaſi decempedâ dimenſus in Regem & Epiſcopos ac Pontificem diſtribuat; ipſe viderit. Saltem Rex qui poſſidet controverſam Monarchiam, aliud intendit, aliud ſibi adſcribit. Iam vero poteſtatem aliquam tantū ſumi & judicari volebat Ianſenius, ſecundum intentionem, ſenſum & uſum poſſidentis; non vero ſecundum poteſt atis ipſius naturam, aut primam originem atq; inſtitutionem, aut conſcientiam ac ſenſum aliter ac melius ſentientiū. Pontifex verò ab altera parte aliud quid hic ſentit, &, dum fata manerent, aliud ſentire fecit Imper. Fridericum, quem propter turbatam Antiſtitum in Sicilia electionem Imperio ſpoliavit, teſte Baronio. [a]

Tertia Reſponſio eſt. [b] *Deniq́; quidquid in hac re ſibi Rex tanquam jure vendicat, ab ipſa Pontificia ſede ſibi collatum eſſe prætendit & gratulatur. Sicut ex eadem Pontificia conceſſione plerique reges per totam Europam jure præſentandi gaudent,* &c. *Non eſt injuria poteſtatis ſeipſam poſſe diffundere, ſed magna gloria. Etiam Deus intelligendi poteſtatem & mirabilia patrandi creaturis ſuis contulit, ſine ulla ſupremæ ſuæ poteſtatis inter ſe & creaturas ſuas diviſione. Sed ut ſæpe dixi imperite & maligne de rebus diſputas, quas non ſatis capis.*

Refut. I. Etiamſi Reges omnes qui per electionem ſunt tales, à proceribus regiam poteſtatem ſibi collatā eſſe fateantur, hoc tamen non minuit aut tollit illam poteſtatem. Sicuti nec terras & ditiones, quas Dominio utili poſſidet Papa, minori jure ſuas dici vellet quam ullius alius Italię Princeps; quamvis omnes fere ab Imperatoribus dono acceperit. Quæſtio non eſt unde orta fuerit olim poteſtas, ſed an ſit, & an Rex veſter habeat & prætendat ſupremā & independentem poteſtatem in Sicilia, circa Eccleſiaſtica. Rex aſſerit hæreditario jure ſibi poſſeſſam illam poteſtatē. Baronius ex vivę vocis Pontificiæ oraculo, contrariū refert, tanquam Cardinalis cui in hoc credendum eſt, ut alio in caſu habet [c] Pontificale. Ianſenius noſter inter utrumque volat, & miros hic ludos edit. Scil. à fronte præcipitium, à tergo lupi; hinc urget Regis authoritas, illinc Pontificis omnipotentia. Quid ergo reſpondet ad prętenſam poteſtatem, quam *Monarchiam Eccleſiaſticam* appellat Baronius? Eſſe illam collatam Regibus Siciliæ ab ipſa ſede Romana, ab ipſo Pontifice? An ergo ἀνυπεύτυνος & ἄνομος ille tam fundamentalem errorem erravit? An tunicam Chriſti, unionē Eccleſiæ à centro & radice ſua diſcidit? an ullum unquam fuit tempus, quo vicarius Chriſti in ſcrinio pectoris caperet & crederet illud:

Diviſum imperium cum Iove Cæſar habet?

Si authoritate *Pontificis* habetur *illa Monarchia, utique non altera dicenda eſt, ſed una Monarchia, & nomen ejus cuſtodiendum eſt illi, quod ipſi impertitum à Chriſto*; ſic ad exceptionem Ianſenii reſpondet Baron. tract. de Monarch. p. 17.

II. De jure patronatus regibus conceſſo, aliena comparatio eſt. Aliud eſt jus Patronatus, aliud Monarchia Eccleſiaſtica, lachrymoſo Baronii ſcripto ventilata; & aliud munus illud, quo Leo X. Franciſco I. *tanquam pignore novam fœderationem obſignabat, ut ſublata veteris Eccleſiæ à Deo & apoſtolis miniſtros eligendi inſtituta conſuetudine, jus eſſet regi, quos vellet, per Oratores ſuos apud Pontificem proponere, & eos in Epiſcopos aut Cœnobiorum præſules diplomate ſuo creare Pontifex obligaretur.* Thuanus hiſtor. libr. 1. In tota Hiſpania poteſtatem illam conferendi omnia officia Eccleſiaſtica, non eſſe *ſolum aut ſimplex jus patronatus, neque ex ſola juris Canonici conceſſione ſed potiſſimum ex ipſomet jure Regali, & ſic ex naturali*, ſtatuit Ferdin. Vaſqius Philippi II. Regis

[a] Baron. libr cit. p. 84, 85. [b] Pag. 206 [c] De Conſecrat. Electi p. 22.

gis Senator lib. 2. controverſ. Illuſtr. cap. 51.

III. Quod dicit non eſſe injuriam poteſtatis, ſe ipſam poſſe diffundere, ſed gloriam; nimis craſſè & crudè axioma hoc ſuum (ut omnia ſolet) extruſit, & longè craſſius ad rem præſentem applicavit. An non legit Ieſai. 42. 8. *Gloriam meam alteri non dabo.* An patria poteſtas in filios ſuos & regia in ſubditos ſe poteſt diffundere; an Epiſcopalis jurisdictio in quemlibet ſubditorum, an Monarchia Eccleſiaſtica ſolis Petri ſucceſſoribus affixa in filium aliquem Eccleſiæ, ſive ille rex ſit, ſive conſul, ſive privatus? Quid? an omnis poteſtas per ſucceſſionem aut electionem alicui collata, habet poteſtatem ſubſtituendi? [a] Politici & juriſconſulti graviſſimis rationibus diſputant *Principes arbitratu ſuo non poſſe minuere regna & ditiones.* Theologi & Canoniſtæ Παπομανοῦντες acriter in Eccleſiaſticos illos invehuntur qui poteſtates, jura & bona Eccleſiæ ad ſæculares Principes transferunt. Vide [b] Baronii Hiſtoriam Papatus paſſim, ubi tragœdias de inveſtituris perſequitur, ſpecialiter Tom. XI. ubi etiam ad ann. 1007. n. 4. 5. laudat zelum & invectivam Fulberti Carnotenſis in Epiſcopum Pariſienſem & alios. Sed audi de iſta ſpiritualium diffuſione ſeu profuſione alio in caſu graviſſimè differentem [c] Thuanum. *Id vero in eo* (Papa ſcil.) *qui ipſe fratrum ſuffragiis eligatur, novum & minime ferendum fuiſſe, quod Epiſcopos & alios præſules eligendi poteſtatem iis, ad quos jure divino & ſacris Patrum decretis pertinet ademptam, ad ſe ſumma injuſtitia traxerit, ut eam pretio accepto & cauſa religionis impia prævaricatione prodita Chriſtiani orbis principibus turpiter divenderet.* Prælati ſunt procuratores, non domini Eccleſiæ aut bonorum Eccleſiæ, ut diſputat Iohannes Major in 4. diſt. 24. qu. 5. Et Baron. de prætenſa illa Papæ donatione: *Ipſe turpiter prævaricationis nomine fuerit arguendus. Abſit, abſit ut Vrbanus Monarchiæ illius dicatur erector, ædificatorque turris Babel in contumeliam Dei & opprobrium apoſtolicæ ſedis, &c.* Quod ſi Ianſenius ad Monarchiæ Siculæ, Electionis Regiæ in Gallia, & Iuris patronatus per totũ orbem nundinationem à Papis peractã applicare velit, per nos licet.

IV. Axiomatis ſui probationem pari ſubtilitate inſtituit; *Quia*, inquit, *Deus poteſtatem intelligendi, & miracula patrandi, &c. abſque ſupremæ ſuæ poteſtatis inter ſe & creaturas ſuas diviſione.* Sed *primò*, Poteſtas intelligẽdi, eſt potentia phyſica; hæc verò eſt potentia Ethica. Potentia intelligendi quæ Dei eſt, non eſt collata hominibus; ſed aliud quid numero & ſpecie diverſum, genere analogico tantum conveniens, ſiquidem mentem divinam aliqua ratione ad genus aliquod referre liceat. Sed poteſtas illa, quam rex prętendit, dicitur quondam fuiſſe ipſius Pontificis, nunc autem non eſſe amplius, quia donatione eã à ſe abalienavit, & in reges Siciliæ tranſtulit. Itaque ex maximè diſſimilibus hic philoſopharis. *Secundò*, poteſtas miracula patrandi quæ Dei ſolius eſt ſe non diffundit in homines; falſiſſimum hoc eſt, niſi dicamus abſolutam omnipotentiam, atque adeo deitatem in homines diffundi. Sed hoc hominibus quibuſdam confert Deus, ut tanquam *inſtrumenta moralia* ad patrationem miraculi concurrant, ut rectè ex veſtris Toſtatus Epiſcopus Abulenſis alicubi hoc obſervat. Vide Thomam in quæſt. diſput. de miraculis. art. 4. & Contra Gentes lib. 4. cap. 55. & libr. 3. cap. 103. ubi ex illo commentator Ferrarienſis duos modos ponit. Vnum *per ſimilitudinem*, quando Deus ſcil. ad ipſorum nutum facit miracula; alterum, quãdo per modum intentionalis formæ virtutem ipſis infundit, quæ non remanet niſi ad præſentiam agentis, ſicut lumen in aëre & motus in inſtrumento. Poſterior hic modus, quamvis mihi non ſatisfaciat, nullam tamen infert communicationem poteſtatis quæ eſt in Deo. Dic nunc in Sicilia regem

veſtrum

[a] Bronchorſt. cent 4. ἐναντιοφανῶν. aſſert. 87. [b] Baron. de Monarch. p. 24. 25. [c] Lib. 1. hiſtor.

veſtrum eſſe tantum *miniſtrum* poteſtatis pontificiæ &*inſtrumentum morale*,agenstantum in virtute &ad nutum cauſæ principalis domini ſcil. Papæ.Longè aliud eſt quod Rex veſter prætendit,& in illo improbabat cum ſuo Baronio Clemens VIII. ultra judicium hoc & excommunicationem *Bullæ de cœna Domini*,plura auſurus,niſi miſerabilis caſus cognominis ſui Clementis VII. illum abſterruiſſet. *Tertiò*,quod abſque diviſione ait Deum poteſtatem aliquam concedere poſſe, nihil ad caſum poſitum. Quia exſertè talem poteſtatis Siculæ uſurpationem & poſſeſſionem abſque diviſione monarchiæ ſeu ſupremæ poteſtatis Eccleſiaſticæ eſſe non poſſe ex vivæ vocis papalis oraculo nobis affirmat Baronius, quippe qui applaudente conclavi,contra querelas proregis Siciliæ ſcriptum de monarchia Siciliæ, *iterato Petri mandato* à ſe compoſitum affirmabat; Immo Petrum (ita perpetuo vocabat Clementem VIII.) [a] *Librum illum vidiſſe, legiſſe, relegiſſe, conſideraſſe & expreſſe editionem ejus mandaſſe. Quarto,* diffuſionem iſtam,h. e. *proditionem Eccleſiæ jurium procul eſſe à Papa affirmat Baronius.*

V.Imperitè & malignè de rebus iſtis non diſputo. Tantundē præſtet Ianſenius ac ego & legat tractatum Baronii de Monarchia Siciliæ,cū apologia, & epiſtola Cardinalis Columnæ; Item l.3. Legationum Perroni, & Thuanum hiſtor. lib.50.p.674.675. Et Baronii epiſtolam ad Regem Philippum III. Id.Iunii 1605. Et pudebit ipſum imperitiæ atq; improbitatis ſuæ, niſi jam depuduerit. Sed ut lenius cum illo agam, forte metuit remos ab una, & excommunicationem ab altera parte. Audivit ſorte antehac à pręſide Concilii Regii bibliopolam ad remos damnatum & per proreges Siciliæ ac Neapolis Tom.XI.annalium Baronii proſcriptum,& viciſſim præſidi illi monitorium à Clemēte VIII. & excommunicationem à Paulo V. *decretam,atque adeo Hiſpanis magnam mortificationem datam*,ut Gallicè ibidem Perronus loquitur,in cauſa Cardinalis Baronii natione quidem Hiſpani,ſed factione Galliciſſimi,quo nomine Regi ſuo eum profuſiſſimè commendat.Ne poſthac Ianſenius imperitè mihi oggánniat,aut imprudenter diſputando in anathema Papale, aut in remos & cōpedes Regias incurrat,habeat breviter controverſiæ ſtatum inter Papalem & Siculo-Regiam Monarchiam.Prima aſſertio Papæ eſt circa quæſtionem Iuris: Tale jus, quale ibi tenent & nunc uſurpant Reges Siciliæ, eſſe contra Monarchiam Eccleſiaſticam & unum illum Primatum quem Chriſtus in Petro inſtituit,&per illū ſedi Romanæ alligavit.Et hinc monſtrū oriri, duas in Eccleſia Monarchias,duo capita,unum Romę,alterum in Sicilia. Secunda aſſertio Papæ eſt circa quæſtionem facti: [b] Siculam Monarchiam nec donatione, nec permiſſione Pontificum, nec diuturna receptione & temporis præſcriptione Regibus Hiſpaniæ competere. Quia omnia illa quæ hic finguntur,cum corrupto & ſuppoſititio diplomate, falſiſſima ſunt. Tertia aſſertio eſt:tantū in hac re eſſe momētum, ut quotannis in ſolemni proceſſu & recitatione bullę[c] de cœna Domini regnū illud anathemate ſibi vindicent Pontifices;Et nulli,qui contra Eccleſiaſticam libertatem fecerint, abſolvi poſſint,niſi prius renuntiarint prætenſo juri,&c. Et quotannis in natali Petri & Pauli in ſolenniſſima & celeberrima illa actione, cum legatus Hiſpaniæ annuū cenſum offert pro regno Neapolitano,Fiſcalis apoſtolicus *terrifica voce perſtrepat*, proteſtās ut *rejiciatur ille cenſus attenta caducitate ſeu devolatione utriuſque regni tam ultra quàm citra Pharum,&c.* Contra Rex Hiſpaniæ cum miniſtris ſuis,& Cardinali Columna rationibus & factis Monarchiam illam tuentur. Hinc tom. XI. Annalium Baronii cenſura

[a] Vide hanc tragico-comœdiam graphicè deſcriptam à Cardinali Perrono lib.3.Ambaſſad. & Negotiat. & ab ipſo Baronio in epiſtol. ad Regem Philippum III. [b] Baron. in apolog. contra Cardin. Columnam p.176.Et tract de Monarch. Silic. [c] Baron. in apolog. p.201.177.178.179.180.

notatur à Conſilio Regio, ut conqueritur Baronius ad annum 1136.n.24. & cauſam iſtam Romæ, in conclavi, Neapoli in ConſilioRegio agitatam referunt epiſtolæ Perroni, uſque ad libri Baroniani[a] proſcriptionem & (ut nonnemo refert) combuſtionem, & bibliopolæ ad remos damnationem. Sed quid hæc ad rem, dices? multum ſane. Hinc enim tale exſtruimus argumentum, ad quod reſponſum Ianſenii exſpectamus.

[b]Vbicunque eccleſia ejuſq; miniſterium, regimen, vocatio, ſucceſſio ab una & ſola Catholica (Romana) Monarchia non dependet, ibi nō eſt ligitima vocatio, nec utut orthodoxa eſſet, vera Eccleſia Catholica, vera ſucceſſio, aut certa animarum ſalus; ſed nil niſi ſciſma, rebellio, perditio:

[c]Atqui Eccleſia Græca, Eccleſia Anglicana, Danica, Germanica, &c. non dependet, &c. Nec ulla reformata, quamvis orthodoxam & veram fidem haberet.

[d] Atqui Eccleſia & regimen in Sicilia non dependet ab una & ſola Monarchia Rom. ſed alia ibi eſt Monarchia à Rom. diverſa, aliud caput, alia Eccleſia Catholica introducitur, &c. Ergo, &c.

Nona quæſtio eſt: *Quæ qualis Apoſtolica & Canonica Electio atque ordinatio Epiſcoporum titularium, puerorum, &c.*

Prima Reſponſio eſt: Neutri ullam habent vocationem plenam vel miſſionem, de qua nos diſputamus.

Refut. I. Ego non diſtinguo inter vocationem & vocationem, illas delitias tibi relinquo; ſed quæro qualiſcunque illa apud vos ſit aut in quocunq; gradu vocatio, ſive ut quatuor, ſive ut ſex, an & qualis illa ſit apoſtolica & Canonica? Ad hoc quia reſpondere nihil auſus, hæres in luto tuo. Iterum quæro, quia apud vos eſt legitima & canonica electio & ordinatio (hæc tua gloriatio) ut eã oſtendas nobis in pueris ſeptennibus, decennibus, quos in Papas, Cardinales, Epiſcopos, Presbyteros electos conſtat. Vide exempla Pontificis pueri, Epiſcoporum, & Cardinalium infra cap.ult. & lib.3. ſect.3.cap.4. Quæſo Theologiam veſtram (quæ iſtam ataxiam ſancit) ex ſacris literis & antiquitatis conſenſu probes.

II. Vocabula illa *vocatio* & *miſſio*, ſi idem tibi ſunt quod electio & ordinatio (quas ego uſurpo) ne diſtinguas amplius quod feciſti[e]. Sin vero Synonyma non ſunt, jam vide quam turpiter verba mea & ſtatum controverſiæ perverteris. Ego diſtincte quæro de Electione & Ordinatione, tu aliquid reſpondes de Miſſione, quam tamen diſtinguis à vocatione & ordinatione, de quo ſect.2.c.17. & c.20. Provoco Ianſeniũ, ut probet ex divino & antiquo jure Eccleſiaſtico, Infantibus ſive pueris minores aut majores ordines poſſe conferri.

III. Diſtinctio illa vocationis in plenã & non plenam; ut nova eſt, Scripturæ & primitivæ antiquitati incognita; ita proculdubio mõſtri aliquid aut dedecoris occultat. Dic, ſi quid dicere vis, eſſe quidẽ Epiſcopis poteſtatem per vocationem collatã, & eos tamen non habere poteſtatem; hoc eſt, eſſe in iis poteſtatem, & non eſſe; eſſe eos vocatos, & non eſſe vocatos; eſſe eos Epiſcopos, & non eſſe. Hæc portenta contradictionũ. Illud plenum, aut plenitudinẽ (hoc eſt, perfectionem) eſſentiæ dicit, aut partium integrantium, aut graduum. Si *Primo* modo nõ ſit plena vocatio, jam nulla omnino eſt. Si *Secundo* modo non ſit plena, jam dic quæ pars integralis deſit, principalis ſcil. an minus principalis. Si *Tertio* modo nõ ſit plena, hoc non facit rem à re diſtinctã realiter, ſed tantũ modaliter; itaq; eſſentialia attributa utrobique conveniunt, ſicut de calore in quarto gradu quando aliquod prędicatum neceſſarium (in quocunque gradu neceſſitatis) affirmatur aut negatur. Idem æquè de

calore

a Author diſcurſus Politici de rebus nuper in Valle Telina geſtis. b Major eſt Ianſenii & παπουανέλων. c Subſumptio eſt Ianſenii & quidem vera. d Subſumptio eſt Baronii in tract. de Monarch. Sicil. & Apolog. e Vide ſupra Sect.2.cap.17.

calore in ſexto gradu affirmari aut negari intelligendum eſt. Quod ſi *pleni* tui æquivocatione ludens, intelligis exercitium ordinis & poteſtatis infantibus non tribui neque competere; jam nihil dicis ad rem. *Primo:* quia actio non eſt de eſſentia facultatis alicujus, neque eſt intrinſeca perfectio agentis, niſi ſignificative, ut loquuntur Philoſophi, per externam ſcil. denominationem. *Deinde*, quia ego non de exercitio ſeu uſu vocationis, ſeu actuali ordinis executione, & applicatione ad hoc vel illud opus Eccleſiaſticum, quæſtionem inſtitui; ſed de ipſa electione atque ordinatione infantis ad Presbyteratum, Epiſcopatum, Cardinalatum, &c. Ordinatio enim eſt quæ propriè poteſtatem confert. Si ergo infantes legitimè ordinati ſunt, habent poteſtatem. Nunc directè ad quæſtionem reſponde, aut turpitudinem cauſæ tuæ ingenue fatere. Si neutrum præſtiteris, ſolum ſilentium deſperationis tuæ ſymbolum nobis erit.

IV. Si plenitudo illa negetur pueris, hoc erit, quia annos & uſum diſcretionis nondum habent. Et tunc neque plenæ neque ſemiplenæ curę paſtoralis ſunt capaces; neque eligi poſſunt aut ordinari ad illam curam; juxta textum 1 Tim. 3. per totum & 1 Timoth. 5. 22. *Manus nemini cito impoſueris*, qui etiam citatur in Pontificali. Et tota diſciplina antiquæ Eccleſiæ, immo & inter Pontificios nonnulli repugnant. *Durandus 4. diſt. 25. qu. 2.* in ordinem ſuſcepturo rationis uſum neceſſarium putavit. *Non placet Durandus* (ait Victorellus[a]) *pro vera communi probata ſententia. D. Thom. addit. 3. par. quæſt. 39. ar. 2. Sot. 4. diſtinct. 25. quæſt 1. ar. 2. Valent. quæſt. 4. part. 1. Angles in 4. de ordine, Capponus in D. Thom. loc. cit. De Coninc dub. 10. loc. cit. concl. 3. & paulo poſt: In Infante uſu rationis nondum aucto intentio Eccleſiæ in hac re ſufficit.* Richardus[b]: *ad ſuſceptionem majorum ordinum requiritur uſus rationis, non tantum de honeſtate, ſed etiam de neceſſitate præcepti, tum propter votum continentiæ annexum, tum quia eis committitur poteſtas tanta, quæ non debet dari niſi illi; à quo cum reverentia & devotione ſuſcipitur.* Bonaventura[c]: *Ad hoc dicunt aliqui quod ad ordinum omnium ſuſceptionem quæritur rationis conſenſus, &c. Sed tamen illud videtur eſſe contrarium decretali, &c.* Amplius, *tota die videmus parvulos ad ordines minores promoveri, qui nec ſciunt quid ſit ordo, nec quid ibi detur.* Concludit *ad Epiſcopatum requiri conſenſum atque adeo uſum rationis & diſcretionis de neceſſitate Sacramenti; ad ordines vero ſacros de neceſſitate præcepti, ad minores ordines de honeſtate,* &c. *Sed tamen quia illi ordines ſunt ad quandam aſſuefactionem, ubi ex aliqua utilitate aut neceſſitate videtur expediens, poſſunt ad minores ordines promoveri, etiam ante annos diſcretionis. Sed quod ita paſſim promoventur & beneficiis Eccleſiaſticis ditentur, vix poteſt eſſe ſine conceptu* (forte, contemptu) *canonum, & ſcandalo hominum, & periculo animarum.*

V. Quæro rurſum de plena aut ſemiplena vocatione infantis nondum nati; ita ut cum nativitate habeat ſummum aliquem Epiſcopatum? An tale quid ſtatuere & probare poſſint Pontificii? Occurrit inter titulos Tridentinos[d]: *Philippus Mocenicus Venetus, regni Cypri Primas & Legatus NATUS.* Quæſo explicet mihi quomodo quis naſcatur Primas; & qua Canonica electione & vocatione intercedente Philippus ille obtinuit Primatum?

VI. Si plenitudo illa negetur Epiſcopis titularibus; aut erit, quia Ordinatio deeſt, aut Miſſio ad aliquam Eccleſiam regendam; aut quia ipſi ordinationis & miſſionis non ſunt capaces. Sed nihil tale. Sunt

 enim

[a] In Addit. ad tit. de Sacr. ord. c. 3. ad Toleti inſtruct. ſacerd. [b] In 4. diſt. 25. art. 4. qu. 2. [c] In 4. diſt. 25. qu. 2. [d] In Catalogo Concil. Trid.

enim ordinati, ut conſtat ex exemplo Olai Magni & unius atque alterius Scoti & Hyberni, quos ordinabat Pontifex tempore Concil. Tridentini. Vide Innocent. Gentiletum in Refut. Concil. Trident. libr. 2. ſeſſ. 1. habent etiam Miſſionem, & quidem κατ' ἐξοχὴν hiſtrionicam, qualem vix ulli alii in Papatu.

Accedit quod illi titulares in Conciliis Oecumenicis locum & ſuffragium habent, ubi complementum & faſtigium Epiſcopalis poteſtatis præcipue eminet. Sic in Concilio Tridentino, habes & Patriarcham Hieroſolymitanum, Epiſcopum Philadelphienſem, Millopotamenſem, Hipponenſem, Naxienſem, Calamonenſem, Aſſaphenſem, Venantium Scotum, Olaum Magnum Vpſalenſem, de quibus Sleidan. libr. 17. & Catalogus Concil. Tridentini decretis ſubjectus. Niſi enim illi numerus fuiſſent aut numerum impleviſſent, plena utique factio Pap-Italica non fuiſſet, nec plenitudinem poteſtatis papalis conſervaſſent illæſam.

VII. *De completo & incompleto ordine* alio in caſu diſtinguunt Pontificii, ſed hoc nihil ad Ianſenii novitates. *Epiſcopatus*, inquiunt [a], *conſideratus incompletè, prout à Sacerdotio ſecernitur, ſejunctum ordinem ac non penitus completum eum appellare poteris. Et ſic alii Doctores omnes ordines in uno Charactere uniri volunt, differente tamen ſecundum majorem completionem & minorem, ſicut ſi ſigillum imprimatur in cera, tenuerit id eam fortius, & amplius paulative procedendo, ſecundum plus & plus, quouſque veniatur ad ſtatum perfectum.* Vt refert Bonaventura in 4. diſtinct. 24. quæſt. 2. Habetur etiam apud Bonaventuram diſtinct. 25. quæſt. 1. diſtinctio perfectionis in perfectionem *ſufficientiæ & redundantiæ.* Illam requiri in Sacerdote, hanc etiam in Epiſcopo, ad generandum filios perfectos, id eſt, producendos & conſtituendos ſibi ſimiles. Iam quæro an in Epiſcopo ſive infantili, ſive titulari ſit utraque illa perfectio; Si non, tum non eſt Epiſcopus; ſi eſt, ergo poteſt uterque & debet ordines conferre, & reliquas Eccleſiaſtici regiminis functiones obire.

VIII. Tota hæc diſtinctio nititur non veritate, ſed conſuetudine Papatus, qua cum poteſtas alicui collata eſt, tamen uſus poteſtatis non conceditur, niſi aliis quibuſdam ceremoniis, ſacramentalibus, & collationibus de novo accedentibus: Quod manifeſtiſſime elucet in Cardinalibus; qui jam creati licet, viſitandi non ſunt niſi galerum acceperint; quibus in conſiſtoriis aut conſiliis loqui non licet, niſi prius ceremonialiter os clauſum & apertum illis fuerit à Pontifice; quibus titulo uti aut annulum portare non licet, ante quam titulum & annulum de novo acceperint à Pontifice; de quibus omnibus accuratiſſime, ut ſolet, Ceremoniale libr. 1. ſect. 8. Et ſic uſu poteſtatis ſuæ interdicuntur Archiepiſcopi, donec pallium mercati ſint. Hic ſcil. eſt ordo, hi certi fines, hæc caſtrorum acies ordinata in emporio Romano.

Secunda Reſponſio eſt: *Nec [b] titulares ullum miniſterium in Eccleſiæ gubernatione gerant, niſi quantum eis ab aliis Epiſcopis conceditur*, &c.

Refut. I. Si Tripolis, Damaſcus, Antiochia, &c. in poteſtatem Papæ deveniret, annon Epiſcopi illi abſque nova electione aut ordinatione Eccleſiarum ſuarum regimen capeſſerent? An ad illud ſerio non ſunt vocati? An non reſpectu iſtius ſive actualis, ſive potentialis præfecturæ in illa Eccleſia ſua, partem faciunt & tenent in regimine Eccleſiæ univerſalis?

II. Quæſtio mea eſt; An illi ſint Epiſcopi,

[a] Victor in append. Cap. 6. ad Inſtru ?. Sacerd. Toleti. [b] Pag 207.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſcopi, & ad Epiſcopatum Eccleſiæ ſuæ (qualiſcunque illa ſit nihil ad rem) legitime ſint vocati. Si negas, jam nobiſcum facis; ſin ais, ad probationem te accinge ex Scripturis & prima antiquitate, ut jus & formam talis vocationis videamus.

III. Axiomata illa tua & parerga ſunt & paradoxa; quæ quia gratis aſſerit Ianſenius, nos eodem pretio illi remittimus.

Ordinatum enim eſſe non ſufficit ad gerendam Eccleſiæ præfecturam.

Ordinatio nullo delicto tolli poteſt.

IV. Quod miniſterium gubernationis in Eccleſia nullum gerunt, qui tamen ſunt Epiſcopi, hoc aperte Babylonicum vertiginis ſpiritum arguit. Deſcribe mihi quæſo Epiſcopum juxta veſtram Theologiam. An non eſt perſona Eccleſiaſtica gubernans, quæ jure divino diſtinguitur à Presbytero & eo ſuperior eſt, per regimen externum & poteſtatem juriſdictionis? Atqui titularis Epiſcopus talis non eſt, Ergo aut eſt tragelaphus, aut in genere *Epiſcopi*, ſcil. ens Epiſcopale cum cauda, hoc eſt, ens rationis, res de mero titulo, chimæricam Eccleſiam umbratice repræſentans; & ſic tandem dum nobis obniteris, in nidum noſtrum inſcius incidis.

SECTIONIS TERTIÆ

CAPVT IV.

Papis & Clericis Papalibus objicitur: Tu quis es, unde veniſti?

POSSENT auctarii loco proponi plurimæ quæſtiones de Vocationibus in Papatu; ſed nunc iſtæ ſufficiant.

Prima ſit, An & qualis ſit electio, cum quis ſeipſum eligit? Quomodo ſuo tempore Mauritius quidam ſe in Epiſcopum Pariſienſem elegit, referente Ianſenii hiſtorico Cæſario & laudante lib. 6. cap. 19. Et Ioannes XXII. aliis Iohann. XXIII. Papa cui cum diſcordes Cardinales detuliſſent arbitriũ, ſeipſum elegit; ut refert Plat.

Secunda; an & qualis ſit *canonica* & *ordinaria* vocatio Bonifacii VIII. qui extraordinario & immediate putabatur à Deo miſſus, poſteà tamen deprehenſus fuit fraudibus & fallaciis ſuis Deo ac hominibus illuſiſſe, electionem inſpirando per tubum? Annon locum hic habet decretum Alexandri III. quo *collationem miniſterii irritam pronuntiat, quæ facta eſt fraude intercedente, quia fraus & dolus nulli debet præſtare patrocinium*. Anton. Auguſtin. in antiq. collect. decretal. collect. 1. tit. 9. cap. 2.

Tertia, An & ubi ſancita ſit illa canonica electio, qua aliquando puer decennis in Papam electus, & an ille Papa à primo creationis momento fuit ſucceſſor Petri, & infallibilis & ſupremus fidei & fidelium omnium Magiſter, qui per ætatem ad ipſam actualem fidem, nedum fidei & Catholicæ Eccleſiæ magiſterium & directionem habilis non erat? Et cur Chriſtus æterna Sapientia Patris, anno demum triceſimo munus ſuum ingreſſus fuerit? Exempla monſtroſæ iſtius vocationis habes in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

in Sylveſtro III. qui 10. aut 12. & Benedicto IX. qui 10. annorũ puer per factionem & mercaturam Alberti Comitis Tuſculani Patris ſui ſedem conſcendit, fatente id impatientiſſimo Papatus patrono *Coufſeteau* in libr. contra Myſter. iniquit. Pleſſæi pag. 625.

Quarta. Ex qua antiquitate & canonibus illa conditio Electionis conſtabit, quæ nunc in conclavi poſtremis ſæculis obtinuit, ut ſcil.[a] decrepitos & deliros aut delirio proximos ſenes in Petri Cathedram evehant, ne diu munere illo gaudeant? Vide liquido myſterium hoc pandentem Guicciardinum lib. 20. in fine.

Quinta. An ordinariæ & mediatæ vocationis, an vero immediatæ & divinæ revelationis eſt, quod poſt noſtratem Adrianum VI. nullus Vltra-montanus ad ſedem illam evehitur, ſed ſolummodo puri puti Itali? An Spiritus Sanctus & cœleſtis amor, an vero mundus & mundana conſideratio [b]*monopolium* hoc invexit, ut electio canonica activè ſumta ſucceſſu temporis à Clero, Imperatore, & populo Romano ad ſolos Cardinales devoluta fuerit; eademque paſſivè ſumpta, à fidelibus ad Clericos, à Clericis ad Cardinales, & quidem ſolos Italos? Quibus canonibus excluduntur peregrini, imprimis Hiſpani & Galli, qui alioquin potentia ſua ruinoſam hanc Papalem Monarchiam ſuſtinent?

Sexta. An Canonicæ & à Spiritu Sancto profectæ ſint electiones illæ, ut nunc legibus conclavis obtinere videntur; de quarum myſteriis Perronus libr. 3. imprimis cum pag. 303. Regi ſuo ſcribit: *Cela, le Pape me l'a raconté de ſa propre bouche, me diſant quant & quant, que les François l'avoyent fait Pape, & qu'il tenoit le Papat de voſtre Majeſtè, & que s'il ſe pouvoit mettre en pieces, pour luy teſmoigner ſon affection & ſa gratitude, il le feroit. Voila l'eſtat preſent de ceſte court, en laquelle le party François a aujourd'huy tant de vogue, que les Eſpagnols n'oſent quaſi comparoiſtre; & que tous les Cardinaux Papables, commencent a courtiſer & careſſer extraordinairement les Serviteurs de voſtre Majeſtè: jugeants bien ne pouvoir parvenir au Papat ſans eux. Que ſi apres ceſte action, voſtre Majeſtè en peut faire encore une autre ſemblable, pour l'election d'un ſecond Pape, lors qu'il aura pleu a Dieu appeller ceſtuicy (ce que nous deſirons arriver fort tard) elle achevera de ſe rendre entierement Maiſtreſſe de la Court de Rome, & du Conclave.* Et pag. 298. *Car comme le Pape porte une bienveullance nonpareille à voſtre Majeſtè, & recognoiſt luy eſtre ſouverainement oblige, nous ayant dict par diverſes fois, que les Françoys avoyent vaincu, que les Françoys l'avoyent fait Pape, qu'il tenoit le Pontificat de voſtre Majeſtè &c.* & pag. 305. *Il porte auſſi une treſgrande affection à la Reyne, ſe reſouvenant d'avoir eſtè pleusjeurs anneés Ambaſſadeur du feu Duc Françoys ſon Pere, & d'avoir eſtè fait Cardinal par ſon moyen: Ceſt a dire en ſomme, de devoir a la Reine, l'obligation du Cardinalat & à V. M. celle du Papat &c.* Etiam pag. 346. *De ſorte que la gloire que voſtre Majeſtè commençoit à avoir acquiſe à Rome, & par toute l'Italie, voire par toute la Chriſtientè, de faire les Papes; qui ne pouvoit eſtre continuée, ſinon en faiſant quelqun, ou exclus ou non deſirè, en premier chef par les Eſpagnols, tombe par terre.* &c. denique pag. 360. *Pour le moins puis je dire a voſtre Majeſtè, qu'en ceſte action, ſes Miniſtres ont eſtè reputez, & proclamez, les gardes & depoſitaires de la foy du College, les Arbitres du Conclave, les liberateurs du Siege Apoſtolique, & les protecteurs de l'honneur de l'Egliſe,* Vindices Eccleſiæ, *les operateurs des Miracles, les faiſeurs & defaiſeurs des*

a Iulium II. *effetum ſenem* vocat Thuanus hiſtor. lib. 1. b Arcanum hoc Electionis non male notavit Arn. Clapmarius in Arcanis Rerumpubl. lib. 2. c. 20.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

des Papes : car ce ſont voix , que j'ay ouyes, de la bouche de divers Cardinaux avec mes propres oreilles. A quoy j'adjouſteray que le Cardinal Baronius proteſte que ſi ſon intereſt n'eſtoit point meſlè en ceſte cauſe , il feroit un traittè de ceſte hiſtoire, en la louange de la France , & des Françoys, pour l'inſerer en ſes Annales, &c.

Septima. Qua Scriptura & antiquitate nitatur lex illa conclavis, Vt nemo eligibilis ſit in Papam niſi ante articulis multis culinaribus & aulicis ſubſignet , inter quos & iſti erant anno 1605.

[a] *Que le Pape procureroit la guerre contre les Turcs:*

Qu'il acheveroit dans un an , d'une façon ou d'autre, l'affaire De auxiliis.

Qu'il donneroit aux Cardinaux pauvres moyen de vivre ſelon leur grade.

Qu'il abſoudroit les Cardinaux, de tous crimes, quelques atroces & enormes , qu'ils euſſent perpetrez.

Quorum ultimum Card. Ioyeuſe removendum cenſebat , quippe in malum ſonantem, ſcandalum multis daturum : verum tantummodo hæc tria præſcindebantur, *atroces, enormes* & *perpetrez*. Addi voluit Card. Aquaviva : *Que les neveux du Pape , ne fuſſent plus Camerlingues. Ce qu'il dit*, inquit hujus Epiſtolæ Author , *pour offenſer le Cardinal Aldobrandin, qui en eſt pourveu, mais il ne fuſt pas ſuivy*. &c.

Octava. [b] Quæ , & qualis ſit illa canonica Electio , cum Pontifex Cardinales in pectore ſibi reſervat, nominandos per Imperatores, Reges, Principes; quod factum à Paulo III. anno 1536?

Nona. An à Chriſto , Petro & antiqua Eccleſia derivari poſſit , requiſitum illud Electionis ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, quod nunc obtinet , ut Magnates , & quidem gente ac cognatione Illuſtres in Papas eligantur , reliquis licet æquè papalibus (ut termino Perroni utar) præteritis. Adeo ut ex raro contingentibus nunc [c] Papa humili loco natus , quo attoniti ſtupeant & ſcandalizentur quaſi , Romani rerum Domini. Vide quid de Adriano VI. P. Iovius ſupra cap. 1. citatus. Cui junge Onuphrium: *Hadrianus Papa VI. natione Gallus , Provincia Batavia , ſive ut nunc dicitur , Flandria , in Belgicis ex urbe Trajecto ortus , Infimæ ſortis homo fuit , quippe cujus Pater Florentius textrinum pannorum ſericcorum exercuit.* Bellarminus Italico juſculo condire maluit : *Hadr. VI. &c. merito doctrinæ & pietatis ex humili loco & domo pauperrima aſcendit ad magnas opes & majores honores.*

Decima. [d] Quomodo illi Papæ legitime ingreſſi ſunt , & per eos ininterrupta ſucceſſio continuata eſt , qui prædeceſſoribus ejectis , & vi depoſitis eorum munus uſurparunt , ut Leo VIII. qui Conſtantini , & Chriſtophorus qui Leonis VIII. & Otho qui Iohann. XXII. locum occupavit ? *Non enim ſucceditur niſi defunctis aut legitime depoſitis.* At illos fuiſſe legitime depoſitos nondum certum eſt in Papatu , & Zelotis pluſquam certum eſt Pontificem nunquam poſſe deponi , quia *non poteſt ullo modo judicari in terris , ab ullo principe Chriſtiano , ſive ſæculari, ſive Eccleſiaſtico, neque ab omnibus ſimul in concilio congregatis.* Quo fundamento depoſitores illos in Concilio Conſtantienſi & Baſileenſi, tanquam ſciſmaticos condemnant.

Vndecima. An ſit canonica electio aut caſſatio cum Bonifacius II. elegit ſucceſſorem Vigilium , ſed caſſavit paulo poſt electionem illam , quam ſentiebat omnibus diſplicere ? Bellarmin. in Chronolog. ad ann. 530.

Duodecima. An Apoſtoli aut antiquæ

[a] Lib. 3. des Ambaſſad. & negotiat. Perroni pag. 321. Epiſt. ad Regem. [b] Onuphrius lib. de Pontific. in Paulo 3. pag. 377. [c] *Cardinal de Peretti a eſtè fait Cardinal a la requeſte de Monſ. Cardinal Montalto & en contemplation du Sang dont il appartenoit au feu Pape Sixte V. qui fit Cardinal celuy qui aujourd'huy eſt Pape.* D'Oſſat. lib. 2. epiſt. 61. [d] Vide Platinam & Baronium. Bellarmin. de Eccleſ. milit. lib. 4. c. 8. Et de Pontifice lib. 2. c. 6.

Eccleſiæ prælati, tali titulo unquam uſi ſunt, qualis Archiepiſcopi Philippi Morenici [a], qui dicitur, *Regni Cypri Primas & Legatus natus*? An ergo quis Epiſcopus aut Primas naſci poteſt? An non ſucceſſio talis jure nativitatis, repugnat omni Electioni & vocationi Eccleſiaſticæ?

Decima Tertia. [b] An Electio Clementis VIII. ann. 1603. fuerit canonica, cum Sylveſtrum Aldobrandinum an. ætatis 14. Cardinalem faceret, quamvis per Reformationem Concilii Tridentini à Pontifice approbati, aliter ſtatutum eſſet, ſeſſ. 24. & Cardinales reclamarent, allegantes prædictum decretum Tridentinum? Vbi aliquis Baronius qui Petro ſuo tunc ſuggereret illud quod ad an. 925. num. 9. 10. 11. Iohanni X. *Illud primum tunc contigit in Eccleſia Dei videri monſtrum, nunquam hactenus in orbe Chriſtiano viſum nec auditum, immo nec puto mente conceptum, cum vid. puer nondum quinquennis, nondum alicujus inferioris ordinis capax, vix ferula prima addiſcens elementa, Remenſis eligitur Archiepiſcopus. Tanta iſta adeo nova, adeo turpia, adeo deteſtanda ſolo auditu horrenda atque pudenda,*&c. *Vidiſti lector cujus authoritate Pontificis (ſi tamen ipſe pontifex dicendus eſt) id primum fuerit introductum in Eccleſia Dei, Iohannes X. quo turpior nullus; cujus ſicut ingreſſus in cathedram Petri infamiſſimus, ita & exitu nefandiſſimus, &c. Opus illo dignum, quem infamis fœmina infami opere in Petri ſolium intruſiſſet,* &c. *Quod in exemplum cito tranſiit aliorum, ut complures hujus ſæculi principes ſibi ſanguine junctos adoleſcentulos in ſummas cathedras curaverint promovendos, quod hoc ipſo ſæculo non ſine magno dedecore factum Romæ, Conſtantinopoli, &c. Atque utinam quod hoc ſæculo ortum cum hoc ſæculo fuiſſet exſtinctum, & non in poſteriora ſæcula propagatum tantum nefas, quo jura omnia Eccleſiaſtica ſauciantur.*

Decima quarta. An ſit apoſtolica & Canonica electio, an vero intruſio; cum Papa ἀέκοντι θύμῳ, id eſt, animo invito Cardinalatum confert *hominibus proprio judicio indignis; idque ignobili metu aut præſenti utilitate atque adeo inexplicabili neceſſitate compulſus*; quando Clementem VII. omnes fere Cardinales à ſe electos conqueſtum ſcribit P. Iovius hiſtor. libr. 32. pag. 524?

Decima quinta. An ſit electio canonicè, & an ſit legitimus Papa, qui à prædeceſſore ſuo ſive ſeipſum abdicante, ſive in articulo mortis conſtituto, in ſucceſſorem electus eſt? An talis electio directe canoni 23. Concil. Antiocheni non repugnet?

Decima ſexta. An apoſtolicè & canonice ad Papatum ſit promotus Paulus V. qui Cardinalis cum eſſet partium Gallicarum, à partibus tamen Hiſpanicis annuam penſionem tulit, idque de conſilio Clementis VIII. ne ſcil. illi aliquando deeſſent ſuffragia Hiſpanica in electione ad Papatum; ut hiſtorice hæc refert Perronus libr. 3. *des Ambaſſades.* An non hoc utriuſque partis ſervitium & ſtipendium, quod civem quemvis facit proditionis reum, immo gregarium militem apud nos infamia & ſuſpendio digniſſimum, præjudicat dignitati & majeſtati ſedis illius? [c] An vero politicè infamis & malus homo, malus civis, malus miniſter, domini ſui proditor, ſub cujus maxillis edit, cujus ſalem lingit, eſt nihilominus bonus Papa?

Decima ſeptima. [d] Si leges de irregularitate tangant electiones Papæ, quippe menſuram reliquarum; quæ regularitas

[a] In Catalogo Concil. Tridentini. [b] Refert Cardinalis D'Oſſat Epiſtol. lib. 9. 356. [c] Talem diſtinctionem fere adfert Iovius in vita Leonis X. *Sed alia Principis alia hominis eſſe vitia quis neſcit?* lib. 4. pag 192. [d] Diſt. 82. cap. *propoſuiſti*, & Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15.

tas ſervata fuit in vocatione Iohannis XI. qui ſpurius erat, ex Papa Sergio, & infami meretrice Marozia?

Decima octava. An Petri ſucceſſio & fides legitime fuerit continuata in Papis illis qui per Magiam ſedem Petri aut conſcenderunt aut tenuerunt? Scilicet ſic factitabat Petrus, tales Chriſtus in ſpiritualibus vellet vicarios, illis ordinariam aſſiſtentiam Spiritus Sancti addiceret? qui alias ex Diabolo vel unam fidei veritatem audiri & propagari noluit, Luc. 4.

Decima nona. An legitima ſit vocatio & ſucceſſio, cum prædeceſſor adhuc vivens propter ſanctum denarium loco cedit; aut cum quis Papatum ſuum quem ipſe emit alteri vendit, & venditum poſt acceptam pecuniam reſumit, pulſo emptore ſuo? Exempla vide in Benedicto IX, & Gregorio VI. & Sylveſtro III.

Vigeſima. An ſucceſſio legitimæ vocationis neceſſario permanere debuit in ſede Romana, etiam cum *officina eſſet Simonis Magi*, ut loquitur Couffeteau libr. cit. pag. 628. Et cum eo deveniſſet, *ut qui plus largitione & ambitione valeret, is tantum dignitatis gradum, bonis oppreſſis & rejectis, obtineret*, ait Platina in Benedicto IX.

Vigeſima prima. An arma jus, victoria bonam cauſam, potentia & violentia major legitimam & potiorem faciant vocationem; atque adeo qui tenet ſedem cum Deo & Petro tenere cenſendus eſt, non vero qui cedit, aut cadit, aut fruſtratur, aut extruditur? ut fere olim in adorandis, & nunc in diſcernendis legitimis Papis, ſolem orientem reſpicere ſolent Pontificii. Platina in Damaſo II.[a] *Per vim pontificatum occupat, nullo Cleri populique conſenſu. Adeo enim inoleverat hic mos, ut jam cuique ambitioſo liceret Petri ſedem invadere.* Rurſum quæro, an per multorum hominum cædem ingredi ſit apoſtolicè & canonicè vocari?

Vigeſima ſecunda. Sintne apoſtolici & canonici illi conſecrationis ritus, quos Aureliis de more recepto & antiquo obtinere ſcribit Botereus[b]? Inter quos imprimis memorandus, quod ordinatus Epiſcopus per tubicinem publicat immunitatem homicidiorum, non modò fortuitorum, ſed cujuſcunque notæ, *vel ſi compoſitis inſidiis*, aliorumque criminum. *Ita ut omnes facinoroſi carcere emiſſi & regionatim latibulis erumpentes latrones, ſicarii, & ne ſcelera omnia perſtringam*, ait hiſtoricus[c], *bipedum nequiſſimi plus quam centum redempti ſint, parentibus, liberis, viduis, de prærepta ſibi legibus indicta ultione frementibus.*

Vigeſima tertia. An ſit divina & canonica illa vocatio, quando aliquis invitus à Papa cogitur Epiſcopatum ſumere, ut quidem fieri poſſe ſtatuunt Magiſtri conſcientiæ: Et circa adorationem Baronii ut Papæ idem factum fuiſſet, niſi ipſe rupto amiculo & prehenſa columna vim inferentes Cardinales eluſiſſet. De quo vide Perroni *des Ambaſſades & Negotiations* librum tertium.

Vigeſima quarta. An divina & canonica vocatione miſſi ſint Epiſcopi aut paſtores ut procedant[d] *contra omne peccatum mortale, niſi eſſet jure permiſſum, ut meretricium. Subduntur enim ei etiam laici quantum ad ſpiritualia, poteſtque eos cohibere à peccatis per pœnam pecuniariam vel exilii.* Et quæ ſint diplomata eorum, quibus practicam criminalem canonicam ſibi commiſſam probare poſſint?

Vigeſima quinta. An ſint legitimè & cano-

 nice

[a] Videatur Ammian. Marcellin. Hiſtor. lib 27. [b] In Commentar. lib. 15. ad ann. 1608. pag. 513, 514. [c] Vide quæ de iiſdem ſacris illis Aurelianenſibus refert Beza concione XXIV. in paſſionem Domini pag. 605. [d] Immanuel Sa in Aphoriſm. voce *Epiſcopus*, confer Tolet. libr. 1. cap. 14. ubi *virga* mentionem facit. Et Diaz. practic. crimin. Canonic.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nice vocati, *qui hodie per amicos promoventur ad Epiſcopatus, Abbatias, Decanatus*, ut teſtatur Ieſuita [a] A Lapide, qualem *miſſionem* dicit eſſe *per hominem ſolum*. An ulla hic ſit vocatio divina, an vero creatura mere humana?

Vigeſima ſexta. Cujus juris & cujus neceſſitatis ad divinam & Eccleſiaſticam Miſſionem, ſit pallium illud à Patriarchis & Epiſcopis *inſtanter, inſtantiſſime petendũ*, abſq; quo non poſſunt Epiſcopos conſecrare, Synodũ celebrare, Chriſma conficere, dedicare Baſilicas, ordinare Clericos, Extravag. de Elect. cap. *per ſic.* De cujus efficacia, uſu, forma, figura, & antiquitate vide Myſticam theologiam in Ceremoniali Romano lib. 1. ſect. 10. c. 5. & apud Antonin. p. 3. tit. 21. cap. 4. paragr. ult. & cap. 3. paragr. 2.

Vigeſima ſeptima. An juxta interpretationem Patrum, Cardinalium vocationem recte probet Divus Antoninus cùm part. 3. tit. 22. qui eſt de Cardinalibus, ſic ait: *Domini ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem I. R. ut dicitur in Catholicon: cardo dicitur illud in quo motus oſtii firmatur in claudendo & aperiendo. Unde dicitur proverb. 26. &c. & dicitur cardo à cardian quod eſt cor: quia ſicut cor hominem movet & regit, &c. Domini ergo Papæ ſunt cardines terræ, quia S. cardinales habet aſſiſtentes ſibi.*

Vigeſima Octava. [b] An Electiones & inveſtituræ Epiſcoporum ſæcularibus conceſſæ: Immo & electiones aut confirmationes Pontificum aliquando populo Romano, aliquando Imperatoribus, ab ipſis Papis (quibus nemo poteſt dicere, quare facis ſic?) Leone VIII. & Adriano I. collatæ, validæ fuerint jure divino; & conſequenter Pontifices illi fuerint legitimi ſucceſſores Petri, nec ne? Et quod inveſtituras Laicales Papæ probarunt aut tolerarunt, quamdiu ſcil. *mercimonio eas non tractarent* principes (ut loquitur [c] Baronius) an fuerit ſecundum jus divinum; & an abuſus principum jus illud eis abſtulerit? Quod ſi ſic, an non æque exciderint Eccleſiaſtici jure illo, quippe mercimoniis non minus infames?

Vigeſima nona. An ordo ille canonicus, & certi fines (quos Ianſenius præciſe ſervari vult & gloriatur in Eccleſia Romana) appareant in Electione Pontificum, quæ fit per ſaltum; cum ſcil. merè Laici eliguntur, quod fieri poſſe affirmat Ceremoniale libr. 1. ſect. 2. p. 21.

Triceſima. An divinæ & canonicæ Electionis adjunctum ſeu modus ille obtinuerit ſucceſſive in Eccleſia, qui nunc in conclavi tenet, [d] ut ſcil. Reges non tantum publice per legatos ſuos certis perſonis reclament, ſed per *Excluſionem* (quam vocant) illos à Cardinalatu aut Papatu procul amoveant, qui tamen maximè digni aut Papabiles judicantur; & quos Pontifex imprimis promotos vellet, dolens de tali oppoſitione & excluſione.

Triceſima prima. An Petrus & Apoſtoli talium vocationum autores aut proxenetę fuerint, ex jure divino ſcil. & canonico, qualis illa per traditionem Eccleſiæ & tranſlationem, in proximos agnatos: cujus divinæ vocationis ratio ſit: Quod deceſſoris aut deceſſuri *fortunarum, & domus & familiæ illæ ſint rationes, ut ſi talem traditionem à Rege* (Galliarum Franciſco) *non impetrent, hæredes & cognatos ſuos in egeſtate & diſcrimine ſint relicturi*, &c. [e] ut loquitur Leo X. talem traditionem pro Cardinali Bibiena emendicans à Rege Gallorum. Vbi addit: *Multæ ſunt cauſæ, quamobrem inducor, id ſummopere ut cupiam*, &c. *Primum, quia Cardinalis ipſe, propterea quod eſt alti profuſique animi, multum æris alieni contraxit, &c.* Deinde. *quod Cardinalis familia, quam quidem ipſe ex ſatis humili certe*

loco

[a] In Epiſt. ad Galat. cap. 1. v. 1. [b] Vide Antonin. part. 3. tit. 22. & Onuphr. in vita Gregor. VII. Richard. de Media Villa in 4. diſt. 25. p. 174. [c] ad an. 1077. n. 60, 61. [d] Vide Epiſtol. Oſſat. lib. 2. ep. 59. Perronus lib. 3. p. 354. [e] Epiſt. Leonis X. lib. 16. ep. 26. p. 678. à Bembo ipſius nomine ſcript.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

loco traxerat ad ſatis altum & ſpectabilem gradum, ſi eum Epiſcopatum retinebit, multum quidem ſplendoris & gratiæ illo etiam mortuo retinebit. Ad hæc accedunt adoleſcentis ipſius, quem honeſtare eccleſia iſta vult, optimi elegantiſſimique mores, egregia bonarum artium doctrina, ſumma virtus, mirificum ingenium, &c. Poſtremo illud, &c. ut ipſe, ſi moriendum ei ſit, hanc ſecum lætitiam, hoc mortis ſolatium ferat, &c. Vides nunc ordine naturæ, doctrinæ, caritatis, canonicas rationes in acie collocatas; propter quas collationes, electiones, ordinationes fiunt in Papatu.

Triceſima ſecunda. An Vſurpatio Papalis, quod ad terras illas, quas poſſidere dicitur dominio utili ſeu immediato, aliter corrigi poſſit quam abdicatione? & an ulla præſcriptione illegitima ejus vocatio ſeu intruſio poſſit legitimari? Regula quidem Ianſenii eſt: *Vitium originis, &c. nulla temporis præſcriptione aboletur.* Sed contra, miſſa aut exploſa donationis Conſtantini fabula, ſoli preſcriptioni Papales armigeri nuncadhæreſcant, & eam ſufficere putant. Sic enim Canus loc. Theologic. lib. XI. cap. 5. diſcurrit. Et Paulus III. ingenue quærenti de jure & titulo tot Principatuum, reſpondit: [a] *O te hominem ſcholaſticum & omnium rerum ignarum, qui Imperii jus quæris, quod jam à tot annis contra omnium vim poſſidemus ac ferro defendimus.*

Triceſima tertia. Cur Papa in ſignum vocationis & miſſionis ſuæ univerſalis, Monarchiam ſuam titularem omnibus modis extendit ad Orientales, & quaſcunque alias Eccleſias ipſi non ſubjectas; & cur eodem jure non prætendit ac titulis formalitatibuſq; aliis præ ſe fert [b] dominium directum & ſupremum in Regna, Siculum, Neapolitanum, Anglicum, Hybernicum, aliaque Eccleſiæ feuda, quæ numerat? Si ibi non pudet ipſum poteſtatis & vocationis ſuæ, cur hic ſimulat; cur *juribus & arcanis* Monarchiæ derelictis, nudis *Imperii ſimulacris & arcanis inanibus* (ut vocant Politici) deludi ſe patitur? ex. gr. equi albi donatione in umbram aliquam homagii pro regno Neapolitano, &c. Immo cur ab omnibus aliis Chriſtianiſmi regnis ne ſimulacra quidem homagii præſtari ſibi facit, cum *omnes Reges ſint Vaſalli Eccleſiæ* juxta [c] Theologiam Papiſticam?

Triceſima quarta. An ibi ſit ſucceſſio apoſtolica, & canonica electio, cum ipſe Pontifex fatetur ſe vi à populo Romano coactũ, ad Pontificatum ſuſcipiendum. Quod de Leone IV. anno 847. refertur [d].

Triceſima quinta. Quo jure continuata fuit ſucceſſio & vocatio legitima Pontificum, in illis qui à duabus partibus Cardinalium electi non fuerunt? hoc enim fieri debere, *& aliter ingredientem Papam eſſe excommunicatum, & ſimiliter talem recipientes,* ſtatuunt Canonici conſcientiarum Magiſtri, inter quos [e] Barthol. Fumus.

Triceſima ſexta. Ex quo jure divino aut antiquo Canonico profluxerit vocatio ſemi-Paſtorum iſtorum qui quaſi *cuſtodes ſunt vel quodammodo depoſitarii,* non verò *proprietarii* Eccleſiæ, *qui dicuntur habere Eccleſiam commendatam*; unde *commendarum nomen vulgo notiſſimum, utinam ſemper ignotum, profluxit, res in jure noſtro* (canonico) *minimè favorabilis, ut quæ mercenarii convitio & probro ſit affinis, ut fuci cognomen prætereamus*; ait [f] Boetius Epo Iuris Conſ. rigidus Papiſmi aſſertor. Quid ſi aliquis illis ζωοφύτοις, id eſt, *plantanimalibus* (ne dicam monſtris) opponat Spongiæ noſtræ quæſtionem univerſalem: *Tu*

[a] Refert Clapmarius de arcan's Rerum publ. lib. 2. cap. 15. [b] Vide dominia utraque *utilia* & *directa* enumerata in practic. Cancellar. Apoſtolic. Et apud Botereum in Relationibus libr. 4. cap. ult. [c] Sic Thomas quodl b. 12. art. 20 fol. 66. [d] Pleſſæus in Myſter. Iniquit. ad ann. 847. [e] In armill. in voce *Papa.* [f] In Commentar. de Iure prevent. Eccleſ. n. 28. pag. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

quis es, unde veniſti, quid reſpondebunt?

Triceſima ſeptima. An nullæ fuerint vocationes Eccleſiaſticæ, & conſequenter nullæ Eccleſiæ, nulla media ſalutis, in parte illâ Occidentis, quæ Antipapis ſubjecta ſive adhærens, à Papis legitimis (ut nunc determinant) diviſa erat; & cujus ordinationes propterea ab illis irritæ ſunt declaratæ. Cujus exemplum dedit decretum Alexandri III. in Concil. Lateranenſi, anno 1180.

Triceſima octava. Vocatio in Eccleſia Ravennate, an fuerit Eccleſiaſtica ordinaria, an verò divina extraordinaria & immediata, an denique tertia quædam ex utraque conflata: & quomodo ſecundum ordinem in Eccleſia N. T. jam conſtitutum ordo & ſucceſſio Epiſcoporum ibi decurrerit, ubi abſque Romana confirmatione, annatis, pallio reliquiſque ſacrorum myſteriis, primus Epiſcopus (Apollinaris) *poſtquam corona martyrii laureatus migravit ad ſydera, duodeni inſtar apoſtolorum, per multa quidem annorum curricula duodecim ſibi ſucceſſores ordinavit, non humana electos induſtria, ſed ſuperna potius accitos clementia: nam ſuper eorum capita demiſſa cœlitus columba delectos eſſe legimus. Aderitum ſcilicet, &c. & Severum, qui ultimus fuit Præſulum, in quorum electione Spiritus Sanctus divina quadam providentia deſcenderet:* Sunt verba Deſid. Spreti Ravennatis in libr. de Amplitudine, de vaſtatione & de inſtauratione urbis Ravennæ.

Triceſima nona. Quandoquidem propria vocatio Pontificis eſt, ut ſit viſibile caput, palpabilis monarcha, loquens, promptus & infallibilis judex quæſtionum fidei ſeu de jure, vexillum erectum in nationibus:[a] cur nunc tam raro definit poſt exortam reformationem, cum tamen ante reformationem tam facile ad deciſiones & anathemata prorumperet, & nunc multo majores occaſiones urgeant hęreſεων ſcil. & ſciſmatum graſſantium in Occidente (ut quidem ipſi pronuntiant) ad hæc controverſiarum, in Papatu, ſuſpirationum & provocationum ad ſacram ſedem, diſputationum coram ipſo Papa, legationum ad ipſum & interpellationum, votorum, obteſtationum, quibus ad deciſionem ſollicitatur? [b] Qua Romana πολιτεία ſuis obtrudit *Quid* pro *Quo*, deciſionem ſcil. ſacræ Congregat. Cardinalium, aut S. Inquiſitionis Romæ? Et cum ſubdolè per illos quaſi deciſionis hoc vadum tentat, cur in quæſtionibus factorum, aut opinionibus privatis unius atque alterius obſcuri homuncionis, aut in opinionibus philoſophicis, ex. gr. Copernici, Aſtunicæ, Foſcarini, anno 1616. (Froimund. in Ant-Ariſtarcho, cap. 4.) & nuperrimè Galilæi Mathematici Florent. de motu terræ & centro mundi, aut in paleis & caſibus canoniſticis decidendis larvam infallibilis magiſterii procul in ſpeculo quaſi oſtentat? Cur attingere non audet controverſias illas graviſſimas & generales, quæ Nationum, Religionum, Eccleſiarum, Academiarum, Regum & Principum acerbiſſimis [c] diſſenſionibus totum Papatum exercent, ſi non concutiunt, quæque omnium Chriſtianorum fidem, pietatem, devotionem, conſolationem, conſcientiam propius tangunt? Controverſias, inquam, de Libero Arbitrio & Gratia, de conceptione B. Virginis, de cultu Imaginum & Sanctorum, de Scriptura authentica, de ſuprema Poteſtate & infallibilitate Papæ, de Poteſtate ejus temporali, de altera Monarchia Papali è mari Siculo exorta, de Iuramento fidelitatis

a Obſervat alicubi Gregor. de Valentia de Analyſi fid. part.7.p.3c4. Papas raro definire: & docet hoc experientia.
b Vide Petr. Matheum obliquè controverſias & deciſiones Papales tidentem hiſt. lib 7. narr. 2. c Vide & confer l.3. ſect.2.c.
3. ubi authores citantur in margine: quibus adde V Viddingthroni Supplicat. ad Paulum V. & Pauli Benii Eugubini de dirimenda controverſia de libero arbitrio, ad Clement. VIII. Patavii 1603. in quarto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

delit atis hæreticis Regibus præſtando, de fide hæreticis & Rebellibus ſervanda, de dolis, & fraudibus per æquivocationes, mentaleſque reſervationes? de poteſtate Magiſtratus in Clericos, de ſanctione pragmatica & libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, de confederationibus Regum & Principum cum hæreticis contra Romano-Catholicos, de genuinis ſanctis publicè abſque hæſitatione conſcientiæ ab univerſa Eccleſia colendis, de conſecratione quando, & per quæ illa fiat in Miſſa, de materia & forma omnium ſacramentorum; de ſtigmatis Catharinæ Senenſis, de ſanctis, ſanctabus eorumque affectionibus plurimis, quæ Religionis & devotionis in Papatu objectum ſeu ratio formalis, aut cauſa, aut occaſio. In his, cur interminalibus diſceptant litibus? & ſi diſceptant, ut quidem in æternum diſceptabunt quamdiu Papatus erit Papatus, cur viſibili & loquente ſuo judice, erecto ſuo vexillo, ad quod reſpiciant, ſe noſtris Eccleſiis beatiores prædicant? Cur non magis liceat mihi Libertiniſmo, & Scepticæ, vagæ, ἡμεροβίῳ Papatus credulitati inſultare, quam blaſphemo Ieſuitæ in Diſputat. Ratisbonenſi anno 1601. ipſi Spiritui S. ſupremo fidei judici: *Ecce diſſentio ego à Ianſenio in articulis de libero arbitrio, de Papæ poteſtate temporali ſive directa, ſive indirecta, de religioſo cultu & adoratione imaginum, de conceptione Mariæ, de præſentis vulgatæ verſionis authentia, de Papæ ſupremo & infallibili Magiſterio, de Urſulæ, Catharinæ, Georgii, & Chriſtophori invocatione, &c. Iudicet nunc Papa de cathedra, inter me & Ianſenium; inter eruditos & inter plebem ſuam, quorum illi diſputant an Sancti illi unquam fuerint, hi verò religioſe colunt.* Sed oracula ceſſant, tripodes Romanæ conticeſcunt, poſt exortam Euangelii prædicationem, ut opinor, & ob Reformatorum præſentiam, quomodo olim diaboli oracula & infanda ſacra, pudore confuſa ſunt ad exortum & præſentiam Chriſtianiſmi & Chriſtianorum. Ex quo ſequitur Papam jam non amplius eſſe neceſſarium Eccleſiis Papalibus, aut majorem neceſſitatem & poteſtatem illius nunc non eſſe, nec à ſuis revera agnoſci, quam primi Patriarchæ aut Metropolitani, aut Præſidis Eccleſiaſtici in illa parte Occidentis, qualis ſcilic. poteſtas eſt *Primatis* alicujus in Gallia aut Anglia.

Quadrageſima. Quandoquidem omnes formalitates & ſacræ ceremoniæ tam accuratè diſtingui & neceſſitas ſingularum ponderari ſolet ab adverſariis cum noſtras vocationes excutiunt, velim ſcire quid differant Pontificum *Conſecratio, benedictio, & coronatio*, & quo jure divino diverſitas, neceſſitas, & efficacia iſtorum ſuffulta ſit?

Quadrageſima prima. Quia Cardinalis Perronus non tantum in fidei neceſſariis & fundamentalibus, ſed etiam in aliis conformitatem noſtræ Eccleſiæ cum antiqua quarti & quinti ſæculi poſtulat; velim Ianſenius, qui procurationem Perroni [a] ſuſcepit, explicet nobis ubi tunc fuerit *privilegium & praxis Cardinalium, qua illi plures Epiſcopatus & Archiepiſcopatus tenere poſſunt*, Item *reſignationes & permutationes Epiſcopatuum*, Et *Epiſcopi portativi ſeu Coadjutores qui impleant omnia Epiſcopalia*, de quibus omnibus κοσμικῶς an κοσμίως (ut ſolet) Theologizat Perronus in epiſtol. ad Villeroy lib. 3. pag. 476. cum venaretur pinguiorem Epiſcopatum.

Quadrageſima ſecunda. Vos qui eſtis, unde veniſtis, Penſionarii [b], cum penſionibus veſtris, h. e. *jure percipiendi fructus ex alieno beneficio*? Ex quo mari, ex quo lacu, aut Tiberi emerſit *Societas Officiorum*, qua *emuntur officia Curiæ & fructus ex*

iis

[a] In epiſtol. ad Magnæ Britanniæ Regem, cui reſpondit Rex per Caſaubonum. [b] De penſionibus Toletus lib. 5. cap. 82. De ſociet. offic. lib. 5. cap. 40.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

iis percipiuntur ab omnibus pro rata, qui ad emptionem officii nummos ſuos contulerunt, quamvis unus ex omnibus gerat ac adminiſtret officium; non aliter ac aleator unus aleam jacit & reliqui qui cum illo contribuunt, de lucro participant.

Quadrageſima tertia. An in Electionibus Eccleſiaſticis dona eligendi, & maxima populi ædificatio ſit ſpectanda? Quod ſi ſic, cur Theologus ambidexter non præfertur Iuriſtæ ſeu Canoniſtæ, ut quidem præferendum acriter diſputat Ioh. Major in 4. diſt. 24. qu. 3. Cur ampliſſimi & pinguiſſimi Epiſcopatus plerumque conferuntur iis, qui in Eccleſia nec pſallere, nec concionari unquam didicerint?

Quadrageſima quarta. Quandoquidem nunc Cardinales Pontificem non eligunt, niſi ſub certis conditionibus ab ipſo ſubſignatis, de quo ſupra quæſt. 7. An Pontifex jam electus, ſi à conditionibus illis reſiliret, aut malè conceptas ad normam juris divini corrigeret, poteſtate & vocatione omni excidiſſet, eaq; à Cardinalibus, eccleſia ſcilicet Catholica conſiſtoriali, aut à Concilio (Eccleſia repræſentativa) privari poſſet, atque adeo ipſe tanquam illegitimus à tota Eccleſia deſeri?

Quadrageſima quinta. An paſtores in Papatu, uſurpatione non peccant, quorum vocatio à Ioh. Fero ita deſcribitur: Longè alia nunc res agitur.[a] *Primò omnium amicis, nepotibus, deinde adulatoribus; poſtremo & coquis & agaſonibus providendum eſt: ſi indoctiores ſint ſtipite, hi paſtores conſtituuntur animarum, cum neſciant quid ſit paſtoris officium, immo ne diſcernere quidem poſſint inter ovem & lupum, &c.* Vos qui eſtis, unde veniſtis?

Quadrageſima ſexta. Quo jure divino aut antiquo Eccleſiaſtico Epiſcopus factus jam Cardinalis à cura Eccleſiæ ſuæ liberatur?

Quadrageſima ſeptima. Quam vocationem habeant Cardinales ad munus illud ſuum, ut jam [b] deſcribitur, & ipſi ſupra Epiſcopos, Principes, Reges omnes exaltantur? Et quo jure Eccleſia Lateranenſis, quæ Papæ *parochialis* eſt, ſit Eccleſia Eccleſiarum & ſanctum ſanctorum? An Petrus qui Romanæ ſedi primatum contuliſſe dicitur; etiam hanc Eccleſiam illi conſecravit.

Quadrageſima octava. Quæ vocatio, miſſio, & ſucceſſio Pontificum eſt, ut ſint aut vocari ſe patiantur,[c] *Agnus Dei qui tollit peccata mundi*: & *Deus, Omnipotens, Vice-Deus, divina Majeſtas*, &c. de quibus titulis lib. 1. ſect. 3. aliquid diximus.

Quadrageſima nona. Tu quis es, unde veniſti? Quæ vocatio divina aut ſaltem canonica, quæ ſucceſſio apoſtolica, antiqua, ininterrupta Epiſcoporum, quod ad adminiſtrationem Reipubl. armorum tractationem, &c. de quo Caſtaneus, Mariana, Baronius infra lib. 3. ſect. 2, cap. ult. citati.

Quinquageſima. [d] *Num Chriſtiano Pontifice dignum ſit ſacra vendere, & profana præbendarum nundinatione ita eſſe occupatum cum tota aula, ut iſtuc peculiare ejus officium exiſtimetur?* Et an apoſtolicum ſit, *vocem Apoſtolicæ, omnibus in curia diplomatis aſſui, perque hanc audaciam adeoque apertam blaſphemiam ſacrilegos obtinere ab omnibus omnia, renitentibus, reclamantibus Petro & Paulo, niſi forte illic alius Petrus & Paulus regnet, quos neſcit Eccleſia Chriſti?*

Quinquageſima prima. Cur Eccleſiæ Archiepiſcopales Ravennas & Mediolanenſis, nunc non habent Cardinales, ut olim?

Quinquageſima ſecunda. Cur Electio Cardinalium nunc fit in conſiſtorio, quæ olim fiebat per populum & Clerum? Vtra fuit divina & canonica electio?

Quinqua-

a Commentar. in Math. 19. p. 241. b Baron. an. 1057. n. 27. Antonin. p. 3. tit. 21. Manfred. tract. de Cardinalibus. c Ita vocatur Martinus IV. à Legatis Siciliæ, ut refert Paulus Æmil. in Philippo 3. d Eſt quæſtio Georg. VVicelii in via Regia.

Quinquageſima tertia. An Cardinales qui erant tempore Gregorii I. ſpeciḙ conveniebant cum hodiernis: ita ut eſſent Principes & cardines Eccleſiæ Vniverſalis, Epiſcopos omnes antecederent, ſoli eligerent Pontificem Romanum, & mortuo Pontifice ipſorum conſiſtorium obtineret authoritatem Papalem ſeu Vniverſalem.

Quinquageſima quarta. Mirari ſubit cum Gallico interprete lectionum Petri Meſſiæ, cur nullus Papa aſſumpſerit nomen *Petri*, cum tamen appellativè ſeu nuncupativè *Petrus* à ſuis paraſitis dici velit, tanquam per ſucceſſionem ipſum repræſentans? Et cur Pontifices aliquot qui anteà *Petri* nomen habebant, in aſſumptione Pontificatus illud depoſuerint?

Quinquageſima quinta. Vnde nobis conſtabit Papas à Deo miſſos & conſecratos ad tantum Magiſterium abſque oleo ſcientiæ; cum Petrum & reliquos Apoſtolos ad facilem & infallibilem veritatis traditionem Spiritu Prophetiæ & linguarum abunde inſtruxerit: cumque ſucceſſores Apoſtolorum, ſancti Patres & Doctores media omnia diligenter conquiſiverint & adhibuerint, quibus divina veritas ex Scripturis erui poſſet? Cum etiam defectus in expoſitione Scripturæ, qui in patribus, imprimis Auguſtino occurrunt, [a] ignorantiæ linguarum, & negligentiæ alicui à Pontificiis ſolent adſcribi; doceant nos ex Commiſſione Papæ, illum ſupra Apoſtolos & ſanctos Patres privilegio non errandi inſtructum, etiam abſque ſcientia linguarum, artium, antiquitatum, Scripturæ; immo abſque adhibita diligentia.

Quinquageſima ſexta. Quod ſi Eccleſiæ, Principes, populi utantur poteſtate à Leone II. conceſſa, abſque nova ſpecialique miſſione aut commiſſione Romana, an erit uſurpatio, ſacrilegium, ſciſma? An erunt judices in propria cauſa, & ſuo judicio reformationem ac ſeceſſionem illam peragent? Eſt autem poteſtas illa: [b] *Si quis pecunia, aut gratia humana, aut populari militarive tumultu ſine concordi & Canonica Electione Cardinalium fuerit in throno Petri collocatus, is non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus*, id eſt, *à ratione deficiens merito vocetur, liceatque Cardinalibus, Clericis, & Laicis Deum colentibus illum ut prædonem anathematizare, & quovis humano auxilio à ſede Apoſtolica depellere, atque quovis in loco, ſi in urbe non liceat, Catholicos hujuſce rei cauſa congregare.*

Quinquageſima ſeptima. An non ipſi Pontifices ſint αὐτοκατάκριτοι, cum poteſtatem ſacrilegè uſurpant non tantum, ſed & per Theologos ac Paraſitos ſuos Canoniſtas promulgant ac promulgari patiuntur ut Papæ ſcilicet, interim propria & privata conſcientia profitentur eſſe errorem. Sic enim de iis teſtatur Cardinalis Turrecremata: [c] *Mirum eſt quod Pontifices loquantur moderate de poteſtate iis data, & quidam Doctorati ſine aliquo vero fundamento, volunt adulando eos quaſi æquiparare Deo.* Et Navarrus teſtatur Pium V. ſibi dixiſſe: *Iuriſconſultos ſolitos eſſe plus ſatis poteſtatis tribuere Papæ.*

Quinquageſima octava. Cum notas ſeu gnoriſmata legitimæ noſtræ vocationis primum apparere velit Ianſenius, priuſquam ad audientiam admittamur: oſtendat nobis unde certitudine fidei aut morali ſaltem conſtare poſſit Papiſtis, Papam ex. gr. Vrbanum VIII. eſſe verum Papam, priuſquam illum audiant tanquam vicarium Chriſti. Niſi enim hæc

[a] Bellarminus, Stapletonus, jam ſæpius cit. & Sadoletus lib. 3. epiſtolar. ad Math. Gibertum Epiſc. Veronenſ. pag 134. *Sed græcæ linguæ ignoratio, qua imperfecta Auguſtinus utebatur, vim in eo maximi ingenii, tanquam virgultis & vepribus impeditam aliquoties detinuit.* [b] Caranza in ſumma Concil. pag. 330. verſâ. [c] Citat. Epiſcop. Roffenſis de Poteſt. tempor. Papæ contra Bellarmin. lib. 1. cap. 2.

præcognitio præcedat, fieri poſſet ut adorarent vicarium Antichriſti, beſtiam Apocalypticam, Luciferum, Simonem Magum (quæ cognomina ſunt Illegitimi Papæ.) Quærit ubique [a]Valentia ubi pedem figat, ſed requiem nullam invenit inſtar ſpiritus immundi perambulantis loca arida.

[a] In Analyſ. part. 7. pag. 309.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIUS, De *Succeſſione & Seceſſione Eccleſiæ.*

SECTIO PRIMA.

De Succeſſione Eccleſiæ in genere.

CAPUT I.

Definitio & diſtinctio Succeſſionis atque ejus neceſſitas examinatur.

LIBRUM hunc in tres Sectiones partimur. Prima abſolvet diſputationem de ſucceſſione Eccleſiæ in genere: Altera de ſucceſſione Eccleſiæ Romanæ & de ſucceſſione Eccleſiæ noſtræ: Tertia de ejuſdem Seceſſione.

In prima Sectione primò occurrit excutienda definitio, & diſtinctiones ſucceſſionis Eccleſiaſticæ: deinde falſæ hypotheſes ſeu pſeudo-axiomata, quibus totam hanc cauſam ſuperſtruit. Interim præmonitum volo lectorem, Ianſenium in tota hac diſputatione à cap. 46. uſque ad cap. 58. nullum omnino adferre Scripturæ locum ad controverſorum probationem, niſi quod ſemel Rom. 10. verſ. 15. in diſputatione de Miſſione aliquoties allegatum, repetit. Iam videmus qua conſcientia glorietur p. 191. *ſe fidem Apoſtolicam ex Scripturis hauſtam defendere.* Ego quia ex principiis noſtris non arguit, poſſem totam hanc diatriben abſque reſponſo rejicere; ſed ut illi & aliis gratificemur, ex ſuperabundanti oſtendemus nihil prę̨ſidii, etiam in iſtis, eſſe deſperatæ cauſæ. Pergimus itaque cum Deo. Ac primò quod ad definitionem Succeſſionis Ianſenius in primo limine hujus diſputationis talem ponit: *Succeſſio non eſt aliud quam ſeries vocantium & vocatorum, à Chriſto Domino primo vocante, uſque in præſentem diem.*

Reſp. I. Quia ſæpe methodicam diſputationem poſtulat, debebat meminiſſe juxta τρόπον παιδείας rem ab ipſo hic nō fuiſſe definiendam, & diſputationi objiciendam ante diſtinctionem nominis (de quo Philoſ. 1. Topic. 18.) imprimis cum ambiguitate nominis maximè laboretur in hac materia; & Ianſenius ipſe pluribus diſtinctiones aliquot inculcet.

II. Definitio debet eſſe adæquata definito, ſaltem nihil in ea omitti, quod rationem eſſentiæ explicet, ut notum eſt ex Philoſopho, & Damaſceno dialect. cap. 14.

Iam vero *doctrinæ veritas*, eſt de eſſentia ſucceſſionis Eccleſiaſticæ: illa ergo in definitione imprimis exprimenda erat, quæ toti diſputationi pręmittitur. Ne longe abeam ipſe Ianſenius inertiam ſuam caſtigat ſatis, ſic infra pag. 235. *Quid eſt*, inquit, *illa doctrinæ ſucceſſio de qua diſputamus (N. B.) niſi continuata quædam prædicatio, ſeu doctrinæ per prædicationem in auditores transfuſio*; cum pag. 229. *Succeſſio enim nullo modo intelligi,* (ergo nec definiri) *poteſt, niſi ſit quidam fluxus & continuatio prædicationis & profeſſionis ejuſdem doctrinæ, uno alteri per manus tradente, jam inde*

ab Apoſtolis, uſque ad illos, qui illius doctrinæ ſucceſsionem ſe habere gloriantur. pag. 50. *Doctrinam & fidem illam inter homines continuata quadam Magiſtrorum ac diſcipulorum ſerie fuiſſe traditam.*

III. Reliqua quæ in definitione ponuntur, quam ſint ſimpliciter priora, notiora, indemonſtrabilia, infra in examine hypotheſeων videbitur.

IV. De conditione illa *in præſentem diem;* breviter notandum, eam plane indefinitam & perpetuo fluentem facere fidem Chriſtianorum, quippe quæ in diem vivat, & perpetuo objectum ac terminum ſuum mutet, non aliter ac de circulo Horizontali loquuntur Aſtronomi. Sed ubi Deus quemque diem hodiernum reſpiciendum & craſtinum continuo exſpectandum vult, ut veram fidem per veram Eccleſiæ ſucceſſionem inveniamus, & certitudine fallibili teneamus. In inextricabiles labyrinthos miſeri idiotæ detruduntur.

V. Nimis παχυλῶς & improprie, *Succeſsio* dicitur eſſe doctrinæ traductio, propagatio, fluxus, transfuſio. Quaſi in phyſicis quis diceret *ſucceſsionem* eſſe *motum*. Diſtingue ergo transfuſionem ſeu fluxum illum, qui eſt motus, actio ſcilicet & paſſio, à ſucceſſione, quæ eſt modus ſeu affectio ejus, de ratione ſua formali dicens *prius & poſterius*, in illo fluxu doctrinæ, quorum unum jam non eſt ſed fuit, alterum jam eſt vel futurum eſt.

Diſtinctio Succeſſionis à me allata & probata erat iſta: Succeſſio alia eſt realis ſeu doctrinæ, alia perſonalis & localis ſeu Cathedræ. Ianſenius prius membrum diſtinctionis iterum ſubdiſtinguit aut potius, longe aliter quam nos, illud explicat, idque ut examen ipſius doctrinæ ex Scripturis declinare, & in tenebras mille ac mille Scriptorum, teſtimoniorum ac monumentorum, quæ à Chriſto uſque in præſentem diem exſtitere, abdere ſe poſſit, quò novit Idiotas ipſum non facile ſecuturos. Sic enim ſolent quibus animus eſt fallere. Sed audiamus ejus diſtinctionem ſeu explicationem prioris membri. [a] *Longe aliud eſt Apoſtolicæ doctrinæ ſimilitudo, & ejuſdem ſucceſsio, immo longe aliud habere doctrinæ apoſtolicæ ſeu rerum credendarum identitatem, & aliud habere ejus ſucceſsionem. Succeſsio ergo illa doctrinæ ſeu realis* (quam tamquam principalem & abſolute neceſſariam requirunt Patres) *nihil aliud eſt quam propago, traductio, transfuſio, & per manus traditio ac tranſmiſsio in poſteriores Eccleſias, ratione cujus ipſæ quoque ſunt ſoboles Eccleſiarum apoſtolicarum.*

Refut. I. Hæc diſtinctio ſeu explicatio egregie petit principium, & gratis adfertur abſque ulla probatione Theologica, ex Theologiæ principio infallibili.

II. Omnis diviſionis & diſtinctionis membra debent eſſe oppoſita, & non coincidere; ſic ſaltem, ut diſtinctas habeant rationes formales, ut notum ex Logica [b]: Sed hæc diſtinctio confundit ſucceſſionem doctrinæ & Cathedræ, atque adeo exſtinguit diſtinctionem illam à me allatam & ab ipſo approbatam, pag. 227. Nam doctrinæ ſucceſſio eſt traditio & tranſmiſſio continua docentium ad diſcentes, quæ nihil aliud eſt quàm ſucceſſio cathedræ & ſucceſſio perſonalis doctorum in eadem cathedra. Succeſſio doctrinæ, prout ab identitate eam diſtinguit, definiente Ianſenio pag. 229. nihil aliud eſt quam quidam fluxus & continuatio prædicationis & profeſſionis ejuſdem doctrinę, uno alteri per manus tradente, &c. Traditio doctrinæ de manu in manum, & Doctrina de manu in manum tradita non differunt realiter. Diſtingui quidem poſſunt, ut in omni motu ipſa res ſeu terminus ad quem; *doctrina* ſcilicet à *rei modo* qui eſt *ſucceſsio*, motus, fluxus, & tendentia abſtractè & præciſè ſumpta; & à *ſubjecto,*

[a] Pag. 227. 232. 271. [b] 6. Topicor. cap. 6. ſect. 2.

ſubjecto, quod eſt *Eccleſia*, ſeu fideles docentes & diſcentes; ſed in exiſtentia ſeparari non poſſunt neq; ut ſeparata concipi. Non enim intelligi poteſt *doctrinæ tradux, propago, traductio, transfuſio & ſucceſſio in poſteriores Eccleſias*, (ut tu definis pag. 232.) niſi *perſonæ* intelligantur docentes ſcilicet & diſcentes, in quas & per quas doctrina illa transfunditur, ſicut in omni motu eſt terminus à quo, terminus ad quem, & ipſum mobile. Et tum habetur ſucceſſio perſonalis. Quid enim eſt rei alicujus ſucceſſio in perſonas & per perſonas quàm ſucceſſio perſonalis? Itaque una eadem ſpecie & numero eſt illa ſucceſſio, quam tu in duas tribuis; quæ quidem geminam ſortitur denominationem ſecundum diverſos reſpectus; reſpectu rei quæ propagatur dicitur *doctrinæ*, reſpectu vero ſubjecti dicitur *perſonalis*. Illam autem ſucceſſionem ſpecifice diſtinguimus ab altera illa quæ *realis* & *doctrinæ* dicitur, qua ſcilicet quis ſucceſſor, filius & hæres alicujus doctoris aut Eccleſiæ dicitur per acceptionem unius ejuſdemq; doctrinæ; etiamſi perſonalis propagatio de manu in manũ, de capite in caput, genealogice explicari non poſſit. Modo in poſteriori jus idem ſeu fides & doctrina eadem quæ fuit in priori, oſtendi poſſit.

De utriuſque ſucceſſionis neceſſitate ita ſtatuimus. *Primo*: Doctrinæ veritatem abſolute ad ſalutem neceſſariam dicimus. *Secundo*: doctrinæ cum Apoſtolica identitatem etiam omnibus probatu neceſſariam aſſerimus, alioqui fidem apud nos non inventuris, Gal. 1. verſ. 8. *Tertio*: doctrinæ ejus traditionem, propagationem & ſucceſſionem per lectionem & auditionem Scripturæ ex Hypotheſi decreti divini (1. Cor. 1. verſ. 18. 21. & Rom. 10. verſ. 15. 16.) etiam dicimus eſſe neceſſariam. *Quarto*: Sed evidentem demonſtrationem propagationis iſtiuſmodi per omnia ſæcula negamus ad ſalutem eſſe neceſſariam. *Quinto*: ad illam propagationem homines ſeu perſonas tanquam ſubjectum in quo & circa quod, dicimus fuiſſe neceſſarios. *Septimo*: ſed negamus ad fidẽ & ſalutem eſſe neceſſarium, aut ad demonſtrationem fidei, ut homines illi docentes & diſcentes cum omnibus circumſtantiis ſuis & actionibus huc ſpectantibus ſucceſſive demonſtrentur, & quaſi in tabella deſcribantur, abſque aliqua lacuna aut defectu.

III. Non probatur etiam hæc diſtinctio ex Patribus illis, quos ego aut Ianſenius adduxit. Nunquam enim ex verbis eorum exprimi poterit, ſucceſſionem doctrinæ ſeu realem, quam à perſonali & locali diſtinguunt, eam eſſe *qua quis in publicam profeſſionem & prædicationem doctrinæ eandem ſuccedit prædeceſſori ſuo immediate eodem in loco, eadem in Cathedrá*. Nam tunc realis non opponitur perſonali, ſed cum ea componitur. Nihil aliud enim hinc exſurgit quam ipſiſſima illa *perſonalis & localis*, quam minus principalem, dicunt Patres; & ſupponitur ea principali (quæ eſt doctrinæ ſucceſſio) aut cum ea ſaltem confunditur. Aut enim præciſè & abſtractè actus propagationis & ſucceſſionis per eam intelligitur, aut doctrina ipſa quæ propagatur & ſuccedit, aut denique & actus & terminus ſeu apoteleſma ipſius, hoc eſt, & doctrina, & ſucceſſio ſeu traditio ejus in individuo. Si actus præciſe intelligitur, eſt pura puta ſucceſſio perſonalis & localis, hoc eſt, minus principalis, quæ à principali diſtinguitur. Si eadem doctrina, jam eſt ſucceſſio principalis, quæ minus principali contradiſtinguitur, quam nos nobis vindicamus: ſin & doctrina eadem, ſeu doctrinæ identitas, & traductio ſeu propagatio ejuſdem doctrinæ intelligitur; jam habetur gemina ſucceſſio; quarum alteram minus principalem, & probatu non neceſſariam, alteram vero probatu neceſſariam putamus, quæ priorem illam præſupponit & includit, ſive eviden-

ter & explicite illa obſervari & demonſtrari potuerit, ſive non potuerit. Hac enim habita, ſucceſſores, hæredes, & propago ſumus Apoſtolorum, non verò Diaboli & hæreticorum. Qui enim poſſident doctrinam apoſtolicam, qui ſuccedunt in veritatis cæleſtis theſaurum & fidei catholicæ hæreditatem, illi ſunt genuini apoſtolici, re non nomine, veritate non titulo. Sed altera illa ſucceſſione minus principali habita & demonſtrata, nihil certi habetur. Non enim juvat prædicatio, traditio, propagatio, auditio, receptio ſucceſſiva, ſed videndum quid illud ſit quod traditur, quod recipitur. Immo nunquam dici poteſt ejuſdem doctrinæ ſucceſſio & propagatio, niſi præcognoſcatur aut præſupponatur, aut probetur eſſe doctrinam propagatam, eandem doctrinam, nulla ex parte adulteratam. Vt enim vina transfuſa vappeſcunt, ſic doctrina de manu in manum tradita.

Vt Ianſenius ſeipſum intelligat, non gravabimur iterum atq; iterum inculcare hypotheſes controverſas, ut ſciat quid ſibi probandum ſit, & quibus diſtinctionibus hic pugnandum.

I. Eſſe à Deo promiſſam *ſucceſsionem Eccleſiæ catholicæ localem*; ita ut neceſſario illa ſucceſſio ſit alligata certæ genti, aut urbi, aut Eccleſiæ, aut ſedi particulari, aut loco alicui. Talemque ſucceſſionem tanquam veræ fidei & eccleſiæ requiſitum eſſentiale & abſolute neceſſarium, ſalvifica fide credendum præſcribi à ſacris literis & catholico Patrum conſenſu.

II. Eſſe promiſſam à Deo, atque adeo neceſſaria fide ex Scriptura & catholico Patrum conſenſu credendam, *Succeſsionem Eccleſiæ perſonalem*, hoc eſt, Paſtorum ininterruptam de capite in caput ſucceſſionem, ab Apoſtolo uſque ad hoc præſens momentum, & ad finem mundi.

III. Eſſe abſolute neceſſariam ad veritatem fidei & Eccleſiæ, ſucceſſionem doctrinæ ininterruptam, hoc eſt, traditionem ejus doctrinæ & propagationē de manu in manum, per ſeriem doctorum ita ſibi localiter & perſonaliter ſuccedentium & quidem ſucceſſione *illa*, quam vocant *in caput*.

IV. Talem ſucceſſionem perſonarum ſeu doctorum, de capite in caput, ut & ſucceſſionem doctrinæ, hoc eſt, traditionem ejus de manu in manum abſque interruptione non tantum generali, & implicita fide tenendam: ſed etiam evidenti demonſtratione & cognitione ex factorum luce præſtandam neceſſario, & explicite credendam; ſine qua alioquin vera doctrina & Eccleſia ad ſalutem ſuſcipi aut agnoſci à nemine debeat aut poſſit.

Atque hæc de prima diſtinctione.

Altera diſtinctio eſt, Succeſſionis perſonalis in eam quæ eſt *in caput* & quæ eſt *in corpus*. *Succeſsio in caput* eſt, cum perſona perſonæ ſubſtituitur & ſubrogatur, atq; ita ſuccedit in functionem & locum. *Succeſsio in corpus* eſt, cum perſona ſuccedit in corpus atque in ordinem corporis aſciſcitur inſtitutione communi. Ita poſſunt eſſe veri paſtores, qui cooptatione ad corpus aliquod vel cœtum legitimum vocantur, quamvis nemo deceſſerit cui ſuccedere poſſint. Talis ſucceſſio erat Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui in corpus patriarchale cooptabatur, cum nullus antea ibi fuiſſet patriarcha. Talis etiam eſſet ſucceſſio Patriarchæ ſeu Papæ Gallicani, ſi aliquando in diſſidio cum Papa Romano nova & inſolenti creatione deligeretur; & Eccleſia Gallicana Roma deſpecta & *irrequiſita jus ſibi dicat*: de quo conſilium an. 1594. in Gallia agitatum, & res in nervum erupiſſet, niſi Papa Regi reconciliatus fuiſſet. [a] Talis eſt omnium Paſtorum, qui eo mittuntur ubi nullæ Eccleſiæ, nulli paſtores unquam fuerunt.

a Vide Boterei commentar. lib. 1. pag. 12. & 8.

runt. Talis fingi debet omnium Ordinum & religionum ſucceſſio, quæ ex ſeipſis ortæ nemini ſuccedunt, ut Ieſuitarum, Capuchinorum, Recollectorum, &c. & ſuperioribus ſæculis Mendicantium, Wilhelmitarum, Præmonſtratenſium, &c.

Tertia Diſtinctio eſt; Succeſsionis perſonalis & localis à continuitate. Neq; enim idem ſunt ſucceſsio & continuitas, neque omnis ſucceſsio qua talis, de ratione ſua formali dicit continuitatem. Sic poteſt eſſe aliqua *perſonalis* Doctorum ſucceſsio quæ non ſit præciſe continua. Poteſt eſſe ſucceſsio *localis* non obſtante interruptione aliqua, ut ex. gr. Eccleſiæ V. T. in terra Canaan, quamvis interceſſerit captivitas Babylonica.

Quarta Diſtinctio eſt; perpetuæ ſucceſsionis Eccleſiæ Catholicæ à perpetua ſucceſsione Eccleſiæ aut Cathedræ alicujus particularis, in recta linea, ut ita loquar. Illam ſucceſsionem concedimus, quia promiſit Deus ſemper fore aliquam in terris Eccleſiam ſuam; hanc minime concedimus, quia nuſquam alicui Eccleſiæ aut ſedi Deus eam promiſit.

Quinta Diſtinctio eſt; Succeſsionis Eccleſiæ, à ſucceſsione Doctorum in Eccleſia. Aliud enim eſt Eccleſia, aliud Doctores ſeu miniſtri Eccleſiæ. Poſſet enim alicubi continuari ſucceſsio Eccleſiæ, hoc eſt, cœtus fidelium, interrupta Doctorum ſerie & ſucceſsione.

Sexta Diſtinctio eſt; Succeſsio alia eſt Eccleſiæ ſeu cœtus fidelium, alia externæ & omnimodo viſibilis communionis & congregationis ad publica & externa exercitia. Illa manente adhuc in rerum natura, hæc ad tempus interrumpi poteſt.

Septima Diſtinctio; Aliud eſt ſucceſſio, aliud ejus probatio. Aliud rei ipſius eſſentia, exiſtentia & veritas in ſe; aliud ejuſdem evidentia & certitudo reſpectu noſtri. Poſita Eccleſiæ perpetuitate, non poteſt non eſſe ſucceſsio; ſed inde non ſequitur manifeſtationem, cognitionem, ac demonſtrationem talis ſucceſsionis ad fidei & Eccleſiæ veritatem eſſe neceſſariam. *Multa enim vera ſunt, quæ probari nequeant*, ait Ianſenius pag. 26. *Innocens erat Suſanna, ſed probare non poterat innocentiam, & innocens erat Ioſeph, ſed quia probationibus deſtitutus fuit, an idcirco etiam innocentia? qua dialexi? quibus regulis?* Et paulo ante: *ab aliis enim principiis pendet poteſtas probandi, ab aliis ipſa innocentia. Illa quippe cauſas externas, hæc internas reſpicere ſolet: illa ſcientiam rei, hæc eſſe tangit. Illa manifeſtationem veritatis, hæc ipſam veritatem.*

Octava Diſtinctio eſt; Succeſsionis in localem & perſonalem; poteſt concipi ſucceſsio perſonalis ſive in caput, ſive in corpus, quæ tamen non ſit localis, id eſt, certo loco affixa.

Nona Diſtinctio eſt; Succeſsionis in eam quę eſt *de facto*, & eam quæ eſt *de jure ſeu legitimam*. Illa eſt cum quis cui ſuccedit, ut fur juſto poſſeſſori; hæc, cum quis legitimè ſuccedit.

SECTIONIS PRIMÆ
CAPVT II.

Quæſtionem illam de prætenſa ſucceſsionis evidentia & demonſtratione, neque neceſſariam eſſe, neque principalem.

PRIMA Hypotheſis eſt. [a] *Notitiam & demonſtrationem ſucceſsionis ininterruptæ de manu in manũ, ab hoc die uſq; ad Chriſtum eſſe neceſſariam.* pag. 255. *Nam ſeries illa & catenatio paſtorum eſt pons nobis neceſſarius, per quem doctrina apoſtolica à primis illis authoribus ad nos trajicere & pervenire debuit.*

Refut. I. Quæ non eſt de fide, illa non eſt

[a] Pag. 254.

eſt neceſſaria; Sed ſucceſſionis illa notitia non eſt de fide; ut quidem Ianſenius ſibi ipſi contradicens ſtatuit eadem pag. 255. Vbi etiam de omnibus notis Eccleſiæ affirmat, earum illam eſſe naturam ut eas inеſſe ſubjecto ſuo hic & nunc, non credatur fide, ſed ſenſu deprehendatur.

II. Abſque qua quis in Chriſtum credere, à peccatis converti, & piè vivere atque adeo ſalvari poteſt, illud non eſt abſolute aut quæſitu, aut cognitu, aut probatu neceſſariũ. Sed abſque notitia illa ſeu ſenſitiva deprehenſione catenationis & ſeriei paſtorum ſeu docentium & diſcentium à Chriſto uſque ad Ianſenium, aut Voetium incluſive poteſt quis credere in Chriſtum, &c. Ergo.

III. Quod neque eſt objectum fidei, neq; motivum Fidei abſolute neceſſarium, illud non eſt quæſitu, aut probatu, aut neceſſarium, aut præcipuum cum de doctrina ſalutari quæſtio eſt. Sed deprehenſio, & humana cognitio, manifeſtatio ac probatio ſucceſſionis prædictæ, neque eſt objectum fidei neque motivum neceſſarium, Ergo.

Minor probatur de motivo. (nam de objecto ipſe adverſarius exſerte concedit pag. 256.) Si ejuſmodi Succeſſionis deprehenſio & manifeſtatio eſſet abſolute ad fidem neceſſaria, tum ſequeretur neminem unquam ad fidẽ & ſalutem perveniſſe abſq; illa deprehenſione & perceptione: Sed poſterius abſurdum, Ergo. Prob. Minor, Si nemo ad ſalutẽ pervenit abſq; tali ſucceſſionis perceptione & notitia, tum ſequitur omnes Idiotas fideles habere principium illud, in quod notitia illa humana tandem reſolvitur, & ex quo orta eſt: Sed poſterius falſiſſimum, Ergo. Probatur Minor. Quia principium illud eſt congeries omnium monumentorum, Hiſtoricorum, Patrum, aliorumque Scriptorum, unde ſucceſſio illa inveſtiganda, ut Ianſenius etiam innuit, pag. 223. 224.

IV. Summa, quod neque objectum fidei eſt ſive ſimplex ſive complexum, neque motivum fidei ſimpliciter neceſſarium, neque principium fidei in quod tanquam infallibile tandem reſolvatur fides noſtra, illud ipſum neque ſolum neque principaliter inveſtigari debet ad animæ ſuæ ſalutem: Sed notitia Succeſſionis Cathedralis Paſtorum in individuo, ſeu notitia factorum illorum neque objectum fidei eſt, neq; motivum neceſſarium, neque principium infallibile, Ergo.

Minor quod ad membrum primum in confeſſo eſt apud adverſarium, pag. 225. Vbi ex profeſſo diſputat non eſſe de fide prætenſam ſucceſſionem.

Secundum membrum jam cœpimus probare, ex abſurdo conſequenti: Si hoc eſſet motivum neceſſarium, ſequeretur neminem unquam abſque illo motivo ad fidem adductum fuiſſe, aut adduci poſſe; neminemque adeo abſque deprehenſione & notitia talis ſucceſſionis fuiſſe ſalvatum; atqui falſum poſterius, Ergo & prius.

Minor probatur. Primo, quia inter motiva, quibus hactenus veritatem religionis Chriſtianæ Gentilibus, Iudæis, Mahumetanis, Atheis & Epicureis perſuadere conati ſunt tam veteres quam recentes, nemo numeravit, nedum in prima acie collocavit, *illam cathedralem in Eccleſia ſucceſſionem*, ſed bene miracula, Eccleſiæ propagationem per Piſcatores, Oraculorum & falſarum religionum defectum & ſimilia, ad factorum lucem pertinentia.

Deinde quia milleni idiotæ ſunt in Papatu, qui de ſucceſſione illa Cathedrali neque in genere neque in particulari aliquid ſciunt: ſed tantummodo in paſtorem ſuum, aut conſuetudinem majorum, ac proximos prædeceſſores ſuos in iſta civitate aut regione ſua recumbunt. Quos nihil aliud tenet in Eccleſia Romana quàm parentum

& avorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

& avorum exemplum, aut publica patriæ ſuæ conſuetudo.

Tertiò quia ipſi adverſarii, quotieſcunque populari perſuaſione, idiotas ſuos retinere & à nobis avertere ſtudent, raro radicalem Pontificum Romanorum ſucceſſionem memorant, nedum ut in prima acie collocent, quod tamen fieri deberet, ſi quidem hoc eſſet neceſſarium aut principale motivum. Videantur Scripta ejuſmodi paræneticа, imprimis vulgaribus linguis edita & Ianſenii noſtri Alexipharmacum, in quo nuſquam aperte mentionem fecit Pontificis. Et ſi ego mentionem faciam, in tantos clamores ilico erumpit, ac ſi in rota aut acuta cruce verſaretur; *Pontificis*, inquit, *ne ſemel quidem mentionem feci.*

Tertium membrum probatione non eget, quia nemo adverſariorum tam abſurdus unquam fuit, ut fidei analyſin in perſonalem ejuſmodi ſucceſſionem tanquam principium fidei faciendam doceret. Nemo etiam eorum defendere audebit, requiri illud motivum experientiæ ad fidem aut tanquam formalem rationem aſſentiendi, aut tanquam principium per ſe efficiens ſeu eliciens actum aſſentiendi.

V. Monſtroſum eſt, quod adverſarii fidem eſſe ignorantiam, & tutius homines ſalvari abſque cognitione myſteriorum fidei ex Scripturis, contendere audent. Et hic tamen tam utilem ſtatuant, tamque neceſſariam notitiam factorum & quidem circa miniſtros, circa ſervos ſervorum, eorumq; Cathedras & ſucceſſiones, ex humanis & fallacibus teſtimoniis. An ergo utilior & magis neceſſaria Hiſtorici aut Scriptoris cujuſcunque è trivio (ſæpe infidi aut hæretici) ſcrutatio, quam verbi divini? An non magis & propius conſcientiam fidelium tangit notitia Domini Chriſti, quam miniſtri alicujus; Chriſti officii & primatus, quam tituli aut prærogativæ Epiſcopi alicujus? An grata & ſalutaris magis lux factorum humanorum, quam Dei & Chriſti?

VI. Aliquam cognitionem naturalem haberi poſſe, immo aliquem poſſe eſſe perfectum artificem ſine experientia rigoroſe ſumpta, hoc eſt, multorum ſingularium intuitione, collatione, ac inductione oſtendunt Philoſophi, neque medium experientiæ per ſe tam eſſe neceſſarium, ad viam diſciplinæ ſaltem, quin aliunde ſuppleri poſſit.[a] Ergo quæſtio illa de ſucceſſione quæ meris factorum experimentis conſtat, non eſt abſolutè neceſſaria ad diſciplinã Theologicam ſeu cognitionem fidei, ſine qua nemo ſalvari poteſt. Poteſt enim fidelis credere in Chriſtum, ex infallibili fidei principio, etiamſi multæ ejuſdem credulitatis recordationes & ſuggeſtiones ex aliorum relationibus fidem illam non præceſſerint. Poteſt quis hanc vel illam veritatem fidei immediatè & primo ex divina revelatione tanquam principio concludere, etiamſi non viderit aut audiverit frequentes aliorum aſſentientium & ita dogmatizantium, veritatis iſtius confeſſiones, atque ex iis inter ſe collatis judicium fecerit.

VII. Diſputat Ariſtoteles Metaphyſ. 1. cap. 1.[b] Sapientiores eſſe expertis non artificibus, non expertos artifices; eos ſcilicet qui ex propriis principiis, concluſiones ſuæ artis habent per viam diſciplinæ; idque hac ratione, quia iſti cauſam ſciant, illi non. A pari argumento, magis principalem & neceſſariam eſſe inquiſitionem, & cognitionem ipſarum veritatum fidei, ſeu concluſionum Theologicarum ex ſuis principiis, quam notitiam experimentalem de ſingularibus factis & fidei profeſſionibus aliorum qui ante nos longa ſerie numerari poſſent. Eſt enim Theologia Chriſtiana habi-

[a] Zvvarez. Metaphyſ. tom. 1. diſp. 1. ſect. 6. Georgius in Metaphyſ. 1. cap. 1. ex profeſſo in illam partem diſputat. [b] Vide Georg. & Zvvarez. locis cit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tus ſapientiæ, hoc eſt, rerum univerſalium & quidem altiſſimarum cognitio per altiſſima principia. A qua obſervatio, experientia, & hiſtoria experientiarum multum differt. Itaque præferendus tantum Theologus & quiſque fidei diſcipulus, hiſtorico Eccleſiaſtico aut ipſius diſcipulo; quantum divina ipſa Theologia, humanæ hiſtoriæ aut relationi de Theologia, de fide, de Theologis, de fidelibus. Sicuti phyſicam, opticam, medicinam, hiſtoriis & relationibus de rebus & doctoribus ac diſcipulis phyſicis, medicis, opticis præferri notum eſt.

VIII. Succeſſio illa perſonalis & localis, quæ ſtatuitur nota Catholicæ Eccleſiæ & quam in idea ex Scriptura probari volunt adverſarii, & Ianſenius p. 241. 242. complectitur omnia loca & tempora, à Chriſto uſque ad finem mundi; Alioquin non eſſet perpetua & ininterrupta ſucceſſio. Atqui illa quod *ad factum* probatu & cognitu impoſſibilis eſt; quia nondum fuit, nondum eſt, nunquam etiam erit, ipſis adverſariis fatentibus. [a] *Non requiri ut hoc fiat ſimul, ita ut uno tempore in omnibus Provinciis neceſſario eſſe oporteat aliquos fideles: ſatis enim eſt ſi fiat ſucceſſivè.*

IX. Succeſſio talis in individuo, ſeu in facto ut oſtendatur & eruatur ex humanis ſcriptis & monumentis nuſquam præcipit Scriptura tanquam ad eſſe fidei, aut Eccleſiæ, aut ſalutis neceſſarium, nuſquam Genealogicas iſtas contemplationes laudat aut commendat ſive Laicis, ſive Clericis; ſed tantum, *attende lectioni,* ὑποτύπωσιν *teneto, permane in iis quæ didiciſti, ſciens à quo didiceris.* 1. Timoth. 4. verſ. 13. 14. 15. & 2. Timoth. 1. verſ. 13. 14. & c. 3. verſ. 14. 15. 16. 17. Et ſufficit tam doctori quam diſcenti, ſi in genere tantum promiſſiones Dei de Eccleſiæ & Doctorum in eâ ſucceſſione ac perpetuitate ex Scripturis probè teneat.

X. Nihil juvat quemquam illa ſucceſſio ſi adeſſe probaretur. Quia ex conſilio Irenæi lib. 4. cap. 43. 44. *Ab omnibus abſiſtendum qui abſiſtunt à principali ſucceſſione.* Nunc applica ad Romanam Eccleſiam. Habeat illa perſonalem ſeu ſecundariam illam ſucceſſionem; an ergo nemini licet ab ea diſcedere ſiquidem conſtet, illam priorem à principali ſucceſſione diſceſſiſſe?

Concludimus, Quod nemini fidem & ſalutem præſtat, ſi adſit, illud non eſt neceſſe fide teneri aut probationis evidentia monſtrari. Sed ſucceſſio localis & perſonalis per ſexdecim ſæcula in omnibus aut in aliqua Eccleſia ſi ponatur, nemini veram fidem aut ſalutem præſtat, Ergo, &c. Minor probatur, argumento à majori ad minus, à Vet. Teſtamento, ubi Deus perſonalem & localem ſucceſſionem ſanciverat, ad Novum ubi omnia illa mutata, Rom. 9. v. 6. *Non enim qui ex Iſrael, ii ſunt Iſraelitæ, neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii.*

Videamus nunc exceptiones & probationes Ianſenii.

Prima eſt, p. 239. p. 255. *Dicimus ſucceſſionem illam perſonarum eſſe notam veræ Eccleſiæ, ſubjecto ſuo latius patentem, ex qua invictè concludimus negativè ſicut ab omni genere ad ſpeciem. Vos caretis ſucceſſione, Ergo & vera Eccleſia.*

Refut. I. Negamus illam ſucceſſionem, qualem ſtatuit Ianſenius eſſe de eſſentiali ratione Eccleſiæ, ita ut ubi illa cœtui alicui fidelium, aut tribus ſaltem in Chriſti nomine congregatis, non adſit, ilico omnis fides, Eccleſia, unio cum Chriſto & communio cum Dei gratia atque æterna ſalute abſit. Probet Ianſenius hoc *primò* ex Scripturis, *deinde* ex univerſali & perpetuo Antiquitatis conſenſu.

II. Conſequenter negamus illam eſſe infallibilem & perpetuam Eccleſiæ notam unde ea certo demonſtrari poſſit ac debeat. Omnis enim demonſtratio debet eſſe ex

[a] Bellarmin. de Eccleſ. milit. lib. 4. c. 7.

ex οἰκείοις & propriis principiis: atqui ſucceſſio localis & perſonalis Ianſenii eſt commune quid, quod Eccleſiæ Malignantium, Cathedræ peſtilentiæ, regno Diaboli convenit: in quo peccatum & malitia à prima mendacii origine, uſque in hunc diem per omnium ſeculorum decurſum locū habuit.

III. Ipſe Ianſenius fatetur pag. 238. eam competere aliis Eccleſiis ut e.gr. Orientalibus, unde cum Bellarmino ſuo de Eccleſ. milit. lib. 4. c. 8. concedere cogitur: *Non colligi neceſſario eſſe Eccleſiam, ubi eſt ſucceſsio.* Ergo non eſt neceſſaria & infallibilis veræ Eccleſiæ nota. Sicut argumentatio omnis ex εἰκότων logicis topica & probabilis tantum eſt, generans opinionem non ſcientiam aut fidem.

IV. Quod addit eſſe certam notam falſæ Eccleſiæ ſi abſit illa ſucceſſio, nunquam tentavit probare. Itaque contemnimus. *Deinde* ad veram fidem directe, neceſſario & per ſe non pertinet negatio & rejectio explicita cujuſcunque falſæ Eccleſiæ. Itaq; γνωρίσματα falſæ Eccleſiæ non tam neceſſariò quærenda aut tenenda, quam veræ; quæ ſimulac deprehenſa fuerit, jam virtualiter cadit omnis falſa, abſq; ulteriori inveſtigatione: *Rectum enim eſt index ſui & obliqui,* teſte Philoſopho. Sed contra nota illa Ianſenii ſi habeatur, abducit quidem à falſa Eccleſia ex ſenſu ipſius: ſed non adducit ad veram, errantes & dubios in bivio æquè ac ante relinquens. *Tertio*, Bellarminus & alii authores cum notas Eccleſiæ inquirunt, intelligunt non falſam, ſed veram & catholicam Eccleſiam. Inter notas autem illas ſtatuunt ſucceſſionem non falſæ, ſed veræ Eccleſiæ. Dicimus *Succeſsionem illam perſonarum eſſe notam veræ Eccleſiæ*, inquit Ianſen. p. 255. Sed omnis nota debet certo notare, &, ut certo notet, cum ſubjecto ſuo converti; Succeſſio prætenſa latius patet quam ſubjectum, vera ſcilicet Eccleſia, fatente Ianſenio: ergo Eccleſiam certo notare non poteſt, nedum ut certius notet quam veritas fidei aut lumē ſacræ Scripturæ. *Quarto*, Ridiculum eſt Eccleſiam veram ſtatuere ſubjectum, & ſucceſſionem ejus adjunctum, quippe notam, & ubi ad examen ventum fuerit, mox tranſilire ad hæreſin ſeu cœtum Malignantium, & dicere, *Privatio ſeu negatio illius ſucceſsionis eſt nota hæreſeos, ſeu falſæ Eccleſiæ.* Iam enim ipſa *ſucceſsio* Eccleſiæ, ne falſæ quidem eſt nota; ſed abſentia ſeu negatio ſucceſſionis, quæ à ſucceſſione tantum differt, quantum tenebræ à luce, mors à vita, cœcitas à viſu.

V. A genere ad ſpeciem negative hic concludi non poteſt, niſi dicatur Succeſſio perſonalis eſſe genus eccleſiæ perfectum ſeu proprie dictum, aut ſaltem locale ut vocant. Sed neutrum eſſe conſtat ex definitionibus Eccleſiæ apud Theologos. Nemo enim hactenus inventus eſt qui pro genere aſsignarit perſonarum ſucceſsionem. *Deinde* ex regulis illis Philoſophi, quas de requiſitis veri generis inculcat, 4. Topicor. cap. 5. parag. 3. 9. 14. 15. quas huc applicare haud opus, quia pueris logicis ignotæ non ſunt. *Tertio*, ex ipſo Ianſenio & ſociis, qui ſucceſsionem numerant inter notas Eccleſiæ; Iam vero notæ & ſigna ſumuntur non ex rei genere, ſed ex antecedentibus, ex cauſis, ex concomitantibus, ex adjunctis vel propriis, ſi ſigna ſint neceſſaria; vel communibus, ſi contingētia. Genus autem & differentia cum ſint ipſa rei eſſentia, ſeu realiter idem cum rei eſſentia, non poſſunt illam notare; alioquin idem notaret ſeipsū, & eſſet ſeipſo notius & ignotius.

VI. Aliud argumentationis genus negativum à communiori ad particulare non occurrit, ex quo invicte concludi poſsit; niſi illud à cauſa remota ad effectum, quod Philoſophus refert ad demonſtrationem ſecundariam. Sed tale hic locum non habet, quia ſucceſsio perſonalis non eſt cauſa remota Eccleſiæ, ne ipſis quidem adverſariis;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

verſariis; ſed adjunctum ſeu conſequens.

VII. Dicimus nullo modo ſucceſsionem poſſe eſſe veræ Eccleſiæ notam; quia omnis nota viſibilis, cognitu facilis, & re notata notior eſſe debet. Sed ſucceſsio Eccleſiæ perſonalis ſcilicet multo difficilius cognoſcitur quam ipſius Eccleſiæ natura & veritas. Quanta ſit genealogiæ illius difficultas vide infra probatum cap. 8.

VIII. Vera fuit Eccleſia tempore Chriſti & apoſtolorum, & veritas ejus poterat demonſtrari abſque ſucceſsione, quæ nondum erat; Ergo ſucceſsio non eſt nota Eccleſiæ. Succeſsio perſonalis & localis tum competebat ſynagogæ Iudaicæ.

IX. Succeſsio perſonalis Epiſcoporum competebat Arianis, Neſtorianis, Donatiſtis. Succeſsio perſonalis & localis etiamnum competit Græcis; Ergo illa nota nihil juvat Eccleſiam Romanam; niſi accedat identitas doctrinæ, ſeu ſucceſsio unius ejuſdemque doctrinæ, quæ non præſupponi ſed probari debet. Nos enim Pontificiis opponentibus ſucceſsionem reponimus, quod Bellarminus, libr. 4. cap. 8. Græcis: *Omnes Eccleſiæ Patriarchales Græciæ habuerunt per longa tempora manifeſtos hæreticos, & proinde interrupta eſt veterum Paſtorum ſucceſsio.*

X. Succeſsio perſonalis & localis nota fuit Eccleſiæ Iudaicæ; ſed non poteſt eſſe nota Eccleſiæ Catholicæ: Immo oppoſitum ejus potius dicendum eſt Eccleſiæ nota, quia proprium hujus Eccleſiæ *nulli loco, nulli genti, nulli urbi, nulli templo aut tabernaculo, nulli tribui aut familiæ, nulli hominum ordini aut ſtatui alligari.* teſte Petro Actor. 10. verſ. 34. 35. Antea quidem erat *Eccleſia* alligata genti Iſraeliticæ, *miniſterium* tribui Leviticæ & familiæ Aaronicæ, & *judicium Eccleſiaſticum* certo hominum ordini, & *cultus, politia, regimen*, loco, ut Tabernaculo, templo, Siloh, Sion, Ieruſalem. Pſalm. 122. verſ. 1. 2. 3. 4. & 76. verſ. 1. 2. & Pſal. 132. verſ. 12. 13. 14. Pſal. 147. verſ. 19. 20. & Pſal. 68. verſ. 17. Sed hoc omne ſublatum per Chriſtum, Iohan. 4. verſ. 21. Epheſ. 2. verſ. 14. Coloſſ. 3. verſ. 11.

Ita ut nulli nationi, urbi, Eccleſiæ, ſedi, ſive Romanæ, ſive Hieroſolymitanæ, ſive Conſtantinopolitanę tale privilegium collatum inveniatur in ſacris litteris: Sed contrà maneat immotum illud Coloſſ. 3. v. 11. *Vbi non eſt Græcus & Iudæus, circumciſio & præputium, Barbarus & Schyta, ſervus & liber: ſed omnia & in omnibus eſt Chriſtus.* Si quis autem tale quid in Eccleſiam N. T. reducere velit, is intergerinum parietem reædificare, crucis Chriſti efficaciam & Eccleſiæ Catholicæ Nov. Teſt. naturam penitus abolere meritò dicendus eſſet. Eſt quidem aliquod Privilegium Eccleſiæ Iudaicæ & Hieroſolymitanæ ſupra Romanam & omnes alias, quod primum ἀνατολὴ ἐξ ὕψους ibi apparuerit, quod ipſis primum prædicari oportuerit tanquam Dei primogenitis & Filiis regni, Actor. 13. verſ. 46. cum Matth. 10. verſ. 5. & 15. 24. Quodque ex illis & per illas propagatio & traductio ad Græcam, Romanam, & omnes alias primum facta ſit, Lucæ 24. 47. Pſalm. 110. verſ. 2. [a] cujus reſpectu Iudaica Eccleſia tanquam radix dicitur Romanam portare, non contra, Rom. 11. verſ. 18. & decem viri ex omni gente apprehenſuri fimbriam viri Iudæi, Zachar. 8. 23. & ipſa tanquam mater fæcunda multorum liberorũ parens, Eſai. 54. & Pſal. 87. deſcribitur; & omnes vere fideles ſeu Chriſtiani, ab illa matre, *Iſraelitæ, Iudæi* myſticè denominantur, Rom. 2. 28. Gal. 6. 16. Philip. 3. 3. Sed hoc tantum quod *ad ortum ſeu originem*, non vero quod ad *progreſſum ſeu ſucceſsionem* Eccleſiæ intelligendum eſt. Illi enim loco, genti, urbi, erat ex divina diſpenſatione prima origo Eccleſiæ Chriſtianæ Catholicæ alligata, non vero ejuſdem continuatio & ſucceſsio.

XI. Quod

[a] Conſc. hujus Section. Cap. 11.

XI. Quod nondum eſt, non poteſt eſſe nota: ſed ſucceſſio perpetua Eccleſiæ, prout illa definitur ex Scripturis, nondum eſt; habet enim pro termino, finem mundi. Iam vero lux factorum futurorum non lucet, non notat, ſed ipſa adhuc latet in cauſis ſuis. Itaque talis ſucceſſio non eſt ſignum, *quod ſeipſum ſenſui, & præter ſe aliud aliquid animo oſtendit*[a]. Ne quid autem hic prævaricetur Ianſenius, recordetur verba ſua pag. 264. *Hac ergo ſede ſtabili & perſpicua permanente, & ſucceſſionem ſuam viſibiliter ab Apoſtolis uſque ad fines ſæculorum omnibus Eccleſiis omnium ætatum & nationum demonſtrante, optimè ſequitur, Catholicam Eccleſiam atque ejus ſucceſſionem ininterruptam eſſe viſibilem & viſibiliter ab omnibus poſſe demonſtrari & inveniri.*

XII. Notæ Eccleſiæ quæ ſint, & cui Eccleſiæ competant, dubium & controverſum eſt inter Pontificios & eos omnes qui extra illos ſunt. Et nemo eſt qui veras Eccleſiæ notas non prætendat & cœtui ſuo applicatas velit. Quo principio & quo lumine notas diſcernemus naturali an ſupernaturali? Si non obſtantibus controverſiis & quorumcumque adulteris interpretationibus ac prætenſionibus, ad Scripturam, ad lumen Spiritus Sancti nos ablegas, habemus ex voto noſtro analyſin fidei, quam alias exploditis: Sin Eccleſiam Eccleſiæque judicium & authoritatem monſtras, jam Eccleſia erit nota notarum Eccleſiæ, notatum erit notæ nota, ignotum erit noto notius, & notum erit ignoto ignotius, idem ſeipſo notius & ignotius. Habebitur enim Eccleſia, quæ quæritur, ante notas ſuas, per quas dicitur quærenda. Et erunt tales notæ aut ſupervacaneæ, aut circulares, & vertiginoſæ.

XIII. Succeſſionem Epiſcoporum ipſi Pontificii notam eſſe nolint, quæ veram Eccleſiam demonſtret. Cum enim eam in Eccleſiis Orientalibus, Germanica, Anglicana in veniant, & quidem abſque interruptionibus & lacunis illis, quæ ſedem Romanam deturpant; ilico prætenſa hac nota abjecta ad unionem cum ſede Romana (tanquam formam & animam ſucceſſionis) confugiunt. Erit ergo unio illa propriè & formaliter nota veræ Eccleſiæ. Atqui unio iſta Eccleſiarum ipſiſſima forma eſt ex ſenſu pontificio, adhæc ignota & negata omnibus Chriſtianiſmi Eccleſiis, excepta Romana cujus cauſa agitur. Quomodo ergo poterit eſſe tam obſcurum, tam dubium ſui ipſius nota?

Secundo, prolixe excipit p. 255. 256. *ſucceſſionem illam non eſſe fide credendam, ſed ſufficere, ſi tanta evidentia conteſtata ſit, ut non niſi pervicacia poſſit adverſus illam contendere. Diſtinguit inter objectum fidei & motivum. Illud fide credendum, hoc humana cognitione præeunte; alioquin nullum fore credendi initium, &c.* per totum caput 54.

Reſp. I. Quo plura addis, eo magis dicta mea confirmas. Non eſſe hanc humanam de ſucceſſione perſonali notitiam talem atque ita ad ſalutem neceſſariam, ut ea divinæ fidei & cognitioni Scripturarum præferri debeat: imprimis cum opinionem, præſumptionem & *credibilitatem aliquam in objecto credendo tantum generet*, ut tu de motivis fidei bene explicas p. 257. Itaque non inſiſtendum fideli aut immoriendum iſtis motivis, quæ fidem non producunt, ſed ad ipſos fidei articulos contendendum, iique ex ipſo verbo Dei immediatè credendi; quia ut tu oculos tibi configens rectè addis, pag. 257. *Sicut ergo ex iſtis evidenter cognitis humana ratione, quanta de talibus haberi poteſt, oritur in objecto credendo credibilitas, qua præeunte objectum propter Deum revelantē immediatè creditur, ita & de iſta ſucceſſione judicandum eſt.*

II. Diſtinctionem illam inter objectum & motivum fidei, jam in Philonio inculcaram. Quandoquidem eam hic repetere vi-

Fff 3 ſum

[a] Vulgata hæc eſt definitio ex Auguſtino.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſum eſt, velim ejus probe memineris in controverſia de Scriptura. Applicationem tuam ad præſens negotium recipimus in quantum pro. Succeſſio tantum eſt motivum fidei, non vero objectum credendum, ergo ſequitur non eſſe eſſentiale Eccleſiæ ſive conſtitutivum ſive cõſecutivum. Quia Eccleſia & eſſentialia Eccleſiæ creduntur fide. Itaque ſucceſſionem talem ſive cognoſcat fidelis ratione humana, ſive non cognoſcat, ſalvari tamen poteſt, modo veram fidem habeat & immediatè ex Scripturis credat.

III. Quando à petulantioribus eandem calumniam omnibus, quæ fidei ſternunt viam, inferri dicis, ne te quæſiveris extra. Tu ille es qui *præſuppoſita* omnia, quæ neceſſariò præeunt fidem, circa principium fidei, Scripturam ſcilicet, quaſi divinitus revelata & ex Scripturis probanda accipis, ut conſtat ex Libertinis & Enthuſiaſticis tuis quæſtionibus cap. 8.

IV. Miraculum tanquam motivum fidei, malè huc adfers ad probandam neceſſitatem ſucceſſionis. Alia enim eſt miraculi, & alia ſucceſſionis ratio. Illud eſt ſignum & ſigillum fidei extraordinarium; hæc vero ſignum Eccleſiæ ordinarium & perpetuum, ex veſtra ſcilicet ſententia. Illud motivum adhibitum ſemper fuit à veritatis præconibus, ut homines ad ipſam veritatis cauſam ex principiis ſuis penitus cognoſcendam adducerentur; hæc vero à vobis tanquam ſæpiæ atramentum cauſæ veſtræ circumfunditur, ne unquam eam examini ſubjicere & ad principia ſua revocare opus ſit. Illud non eſt neceſſarium abſolutè, neque de eſſentia veritatis fidei; hanc tanquam abſolute & ſemper neceſſariam ſtatuitis: nam ubicunque adeſt veritas & abeſt miraculum, nihilominus audienda eſt; quod etiam religioſorum ſuorum revelationibus applicatum vult Mart. Delrio ſupra cit. lib. 2. ſect. 2 cap. 22. Sed veritatem & identitatem doctrinæ apoſtolicæ tu ab audientia omni removendam putas, niſi ſecum trahat ſyrma prætenſæ ſucceſſionis.

V. Facta externa quæ circa patrationem miraculi occurrunt, ſolo viſu & auditu coram percipi poſſunt. Sed ſucceſſio ab Apoſtolis uſque in hunc diem de qua cõtrovertitur, ex humanis teſtimoniis, infinitis monumentis, ſcriptis & relationibus hiſtoricis eruenda eſt. Itaque malè & confuſe comparas illa quæ maximè diſſimilia. Diſtinguenda eſt cognitio ſeu perceptio ſenſitiva alicujus objecti ſenſibilis ab experientia, quæ eſt plurium perceptionum obſervatio, collectio, & ex iis inductio & judicium. Et hæc rurſum diſtinguenda, ab hiſtoria omnium experientiarum. In prima cognitione ſenſus eſt principium proprium; In ſecunda recordatio & intellectus. In tertia itidem intellectus. Neque enim ſtudium hiſtoricum & antiquarium, ſolo ictu oculi peragitur. Vide quantum Lipſius & ſexcenti alii poſt renatas bonas literas, ſolis antiquitatibus Romanorum in luce aliqua ponendis ſudarint. Majus eſt quod Ill. Scaliger omnium Gentium antiquitatibus lucem inferre aggreſſus, arduo illo (ut Lipſius appellabat) opere de Emendatione temporum, & ſubſecutis deinde Euſebianis caſtigationibus. Quid dicam de antiquitatibus Eccleſiaſticis ad quarum explicationem hiſtorici, chronologi, critici ſeu Philologi & Theologi eruditionem concurrere conſtat ex Baronio, & cenſore ipſius Caſaubono, cujus præclarum hac de re extat judicium. In prolegom. ad exercitationes Baronianas. Vides ergo non valere exceptionem à proprio teſtimonio ſenſuum de præſentibus, ad teſtimonia aliena de præteritis; à ſenſu ad intellectum, à ſenſitiva perceptione ad intellectivam, à proprio aliquo experimento, ad alienorum hiſtoriam. Senſus noſter percipiens facta & circumſtantias externas miraculi, non errat circa

proprium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

proprium objectum, ut conſtat ex Dialecticis & Phyſicis: Sed cum mens noſtra difficultatibus & fallaciis multis obnoxia ſit in qualibet veritate invenienda, hic certe in longiſſima illa ſerie & infinita farragine omnis generis ſcriptorum perveſtiganda facillimè falli aut fatigari poteſt, ſi non obrui; quod laborioſiſſimo Baronio accidiſſe teſtes ſunt totidem, quot Criticos & Antagoniſtas ex ſuis (noſtros nunc mitto) nactus eſt, de quibus vide ibidem Caſaubonum, & imprimis præfat. Iuſti Baronii ad annales Baronii: ubi refert *quoſdam huic tam præclaro operi falces ſuas criticas minitari.*

Tertio excipit, contra illud quod dixeram in Philonio: *Nunc vero ſucceßionem doctrinæ & doctorum in Apoſtolicis Eccleſiis, apud Chriſtianos ſcripturarum authoritatem agnoſcentes, anxiè velle exponere, & illis infructuoſum, &c.* Nihil, inquit, *juvat Scripturarum authoritatem agnoſcere, cum ipſe Tertullianus in eodem loco dicat: Si hæreſis aliqua Scripturas recipit integras, nihilominus diverſas expoſitiones commentata convertit. Tantum veritati obſtrepit adulter ſenſus, quantum & corruptor ſtylus.*

Reſp. I. Difficultas & diverſitas quæ circa Scripturarum expoſitionem oriri poteſt, eadem immo & longè major circa explicationem Patrum, hiſtoricorum, & ſimilium Scriptorum quotidie accidit; Docet hoc primò experientia Baronii, Bellarmini, Perroni, Lindani, & quorumcunque Antiquariorum | & Polemicorum, quos ſine modo, ſine fine in iſto Oceano fluctuantes videas. *Deinde* & ratio, Quia Scriptores illi ſunt quaſi infiniti, multi ex iis incertæ & dubiæ authoritatis, plurimorum ſtylus obſcuritate, omnium diverſitate laborat, nonnulli ſuis opinionibus & erroribus infecti, nō pauci ſæpe adverſis frontibus in ſe invicem concurrunt. Alii diverſis ſententiis ita fluctuant, ut prioribus dictis poſteriora nequaquam conſonent. *Tertio*, ipſa praxis adverſariorum: apud quos pauciſſimos, quippe difficultatibus illis abſterritos, ſtudia illa antiquitatis vel per tranſennam ſalutare videas, nedum ut populo ſuo in iis præeant. Sed de difficultate illa infra ex profeſſo agimus.

II. Hoc ſaltem hinc ſequitur; ſiquidem propter difficultates prædictas, inveſtigatio & demonſtratio ſucceſſionis doctrinæ ex antiquitatis monumentis non eſt deſerenda; Ergo multo minus inveſtigatio veritatis Doctrinæ ex Scripturis eſt rejicienda propter ſimiles difficultates, quas prætendit Ianſenius. Valet argumentum à majori ad minus. Quia in illa inveſtigatione major eſt difficultas & minor neceſſitas, quam in iſta. Illa demonſtratione facta, nondum habes veritatem fidei, ſine qua ſalvari nemo poteſt; immo nihil amplius habet Eccleſia Romana, quam Græca hæretica & ſciſmatica, teſte Ianſenio; Iſtâ vero factâ habetur ſaltem veritas fidei. Illa demonſtratio in ſe eſt valde incerta, & ubi certiſſima in ſuo genere haberi poteſt, parit tantum fidem humanam, cui poteſt ſubeſſe falſum, reſolvitur enim in pura puta teſtimonia humana: Iſta vero certa haberi poteſt ex Scripturis, & ubi habetur parit fidem divinam, quæ reſolvitur in principium infallibile patefactionis divinæ, unde primum profluxerat. Denique iſta eſt ſimpliciter ad eſſe fidei neceſſaria, illa tantum ad bene eſſe. Iſta conſcientiam omnium fidelium concernit, quia omnes immediate ex divina revelatione credere debent articulis fidei: Illa non omnium, ſed eorum quibus ingenium, otium & media (hoc eſt libri, præceptores, eruditio) ſuppetunt.

III. Infructuoſum dixi eſſe illam expoſitionem de ſucceſſione doctrinæ & doctorum, non quidem abſolutè, abſit! ſed ſecundum quid. Dico iterum: Majori cum fructu & minori cum difficultate plebi Chriſtianorum à Paſtoribus ſuis, verita-

tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tem fidei ex Scripturis (quas omnes pro infallibili principio habent) exponi poſſe; quam continuam doctrinæ & doctorum per univerſum orbem per ſexdecim ſæcula ſucceſſionem, ex infinitis & perplexis illis antiquitatis monumentis. Fac nunc antitheſin, ſi audes, & ad probationem te accinge. Ne autem excipias, me in Philonio aliam theſin exhibuiſſe, en tibi verba mea: *Erant etiam Irenæus & Tertullianus, vicini Apoſtolicis temporibus, ita ut facile ipſis eſſet antiquitatem & authoritatem Scripturarum, & novitatem hereſeωn hac ratione convincere*, &c. *Nunc vero ſucceſſionem doctrinæ & doctorum in Apoſtolicis Eccleſiis, apud Chriſtianos ſcripturarum authoritatem agnoſcentes anxiè velle exponere & illis infructuoſum, & Paſtoribus vix poſſibile in tanto γνησίων authorum & hiſtoricorum defectu*, &c. *Nobis ergo cum probatio illa ita proclivis non ſit, ut Patribus illis; tutius atque expeditius erit ex Scriptura demonſtrare Eccleſiam, & doctrinæ in ea ſucceſſionem*, ex ſententia Auguſtini & Chryſoſtomi, &c.

IV. Falſum eſt quod dicit: *Nihil juvare quos quis Scripturarum authoritatem agnoſcat. Tametſi enim*, ait Bellarminus de Eccleſ. lib. 4. cap. 3. *articulorum fidei veritas non poteſt nobis evidens eſſe abſolutè, tamen poteſt eſſe evidens ex hypotheſi, ſuppoſita veritate Scripturarum. Quod enim è Scriptura evidenter deducitur, eſt evidenter verum ſuppoſitis Scripturis.* Hoc ergo ſaltem juvat, quod cum Doctore ſuo in principiis conveniat, & implicitè profiteatur omnem veritatem Scripturis contentam, & per conſequens propius ac familiarius cum eo agi poſſit, circa eductionem particularium concluſionum fidei ex illis principiis. Quomodo Apoſtolus putavit multum hoc ad cauſam facere, quam perſuaſum ibat, quod Rex Agrippa *crederet Prophetis*. Actor. 26.27. Ideo etiam à Feſto Scripturæ authoritatem non agnoſcente ad Agrippam provocat. Quod Hebræi eſſent *filii admonitionis*, Hebr. 12. verſ. 5. & filii Prophetarum, Actor. 3.25. Sed quære ex illis quibus res eſt cum Gentilibus, Iudæis, Mahumetiſtis, Atheis & Libertinis, an nihil juvet, ſi Scripturæ authoritatem eis perſuaſerint? Saltem magis juvat, & auditorem & doctorem, quam ſi Libertinico quaſi-Atheiſmo Scripturæ authoritas pomum Eridos & impiorum ludibrium fiat per profanas illas quæſtiones, quales cap. 8. propoſuit Ianſenius. Sic Chryſoſtomus homil.33. in Acta, Ethnico Chriſtianiſmum recepturo, ſed perplexo propter ſectarum diverſitatem: *Hoc multum*, inquit, *pro nobis. Nam ſi quidem diceremus nos rationibus credere, merito turbareris, ſed cum Scripturas accipimus, & illæ ſimplices ſunt ac veræ, facile tibi erit judicare. Si q is iis conſentit, Chriſtianus eſt: ſi quis contra illas pugnat, procul eſt ab hoc canone.*

V. Adulter ſenſus non tollit genuinum, nec prava expoſitio Scripturæ veritatem. Sed Dæmonio huic tuo meridiano, hoc eſt, diluto ſophiſmati Accidentis, quod triarios in hac pugna tibi facit, oppone quæſo tuam ſolutionem pag. 169. *Non idcirco quia diabolus per miniſtros falſa facit, vos Dei ſcilicet miniſtri à veris excuſamini; nec quia impoſtores etiam proferunt rationes & Scripturas veriſimiles, veræ Scripturæ & rationes ablegandæ ſunt.* Niſi toties monitus ſapere velis, ad judicum tribunalia mittendus, ut ſemel diſcas: Ex legibus tamen perpetuo cauſas judicandas, & ad eas recurrendum, etiamſi improbi quique leges allegare & torquere non deſinant. *Multum*, inquit Tertullian. *differt inter cauſam & culpam, inter ſtatum & exceſſum, non inſtitutio bonæ rei, ſed exorbitatio reprobanda eſt.*

VI. Siquidem propter multiplicem Scripturarum expoſitionem, ab iis ad hiſtoricos & Scriptores quoſcunque confugiendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

giendum putas, ut ſucceſſio inde probata ducat in cognitionem Scripturarum; quæro an non viciſſim & majori ratione, à Scriptoribus illis ad Scripturas recurrendum ſit, quotieſcunque defectu, obſcuritate, repugnantia ſua in bivio nos relinquunt? Imprimis cum nec hiſtorici illi, nec Conciliorum & Pontificum deciſiones, circa varias eorum expoſitiones, tali in caſu fidem noſtram fundare aut firmare poſſint, teſte Ianſenio, cap. 54. pag. 255. *Neque Catholici ſucceſſionis iſtius & ordinationis ſeriem tanquam de fide aſſerunt, neque tanquam à Pontificibus definiendam aut definitam.* Quod ſi ad Scripturas tunc recurrendum ſit, iterum quæro, an non (quod perpetuo obtenditur) diverſæ & adulteræ expoſitiones ab iis avertere nos debeant? Quo igitur fugiendum ab illis montibus Scripturarum, quando ibi nullus receptus? An ad relationes hiſtoricas de ſucceſſione doctrinæ & doctorum per totum orbem ab Apoſtolica ætate uſque in hunc diem, ut videamus quid ſit illud verè Catholicum, *quod omnes, quod ubique, quod ſemper* tenuerunt ut loquitur Lyrinenſis? Atqui ille jam eſſet circularis curſus, & ad quietem mentis aut terminum indubitatæ fidei non magis perducere poſſet, quam motus cœli ad quietem aliquam naturalem. Vbi enim fundamentum eſt incertum, ibi notitia & fides quæ in eo fundatur non poteſt accipere certitudinem. Nihil enim dat, quod non habeat formaliter aut eminenter, ut vulgo Philoſophi; ſeu (ut Bonaventura in 1. diſt. 8. quæſt. 1. num. 27.) *formaliter, exemplariter, cauſaliter.* Ad Pontificem dices? Atqui de ejus authoritate jam prius ex Scriptura & perpetuis ſucceſſionis tabulis cognoſci debuerat. Et hic redeunt eædem difficultates, quas Ianſenius contra Scripturam, & ego contra Hiſtoricos alioſque Scriptores attuli.

Deinde, dato quod Pontifex ſit Iudex infallibilis Scripturarum, non poteſt tamen judicare in propria cauſa, & ſi poſſet, nihil tamen nos juvaret in dijudicandis controverſiis de ſucceſſione, quæ ſunt quæſtiones facti in quibus Pontifex errare poteſt, & in quibus ejus deciſio non habet locum, ut tu mecum fateris: cum enim ego in Philonio objeciſſem, *Relationes hiſtoricas de ſucceſſione (cui univerſus Papatus ſuperſtruitur) aut authenticas aut canonicas nullus hactenus Pontifex de Cathedra definivit, neque definire unquam poterit, quia eum ut Papam etjam errare poſſe in quæſtionibus facti, credit Eccleſia Romana.* Tu continuo ſubjicis: *Reſpondeo, neque Catholici ſucceſſionis iſtius & ordinationis ſeriem tanquam de fide aſſerunt, neque tanquam à Pontificibus definiendam aut definitam.* Subſumo ego, Ergo nec præcipua pars, imo caput & initium ſucceſſionis Romæ à Petro factum definiri poteſt tanquam de fide: Quod ſcilicet Petrus fuerit Romæ, quod ibi ſedem primatus fixerit, quod poteſtatem papalem exercuerit, quod in proximum ſucceſſorem & ſic deinceps propagarit, &c. Quia factum illud eſt, æque ac ſucceſſio Lini, Clementis & cujuſcunque alterius Pontificis, aut Iacobi adventus in Hiſpaniam, aut Dionyſii in Galliam, aut Barnabæ Mediolanum, quæ omnia eodem probationis & certitudinis genere conſtent, ut tr. 3. c. 3. Zanctius, & tr. 2. cap. 9. [a] Hic jam primus annulus catenæ ſtramineus eſt, pons ſucceſſionis vacillat, immo crebris ictibus à noſtris ita ſolutus eſt, ut Ianſenio cadendum, aut cum Coclite in Tiberim inſiliendum ſit, ſi forte enatare poſſit.

VII. Vt ſemel populare hoc ἐπιχείρεμα dediſcat Ianſenius, velim conſideret mecum, nihil eſſe in toto Papatu ſive *Principium*

[a] Tract. de Iacobi prædicat. in Hiſpania, ſubjicitur commentar. ipſius in Acta Apoſtol.

cipium ſive *motivum*, ſive *auxilium*, ſive *lumen facilitans* aut *diſponens*, cui fides & Eccleſia Papalis aliqua ratione innititur, quod non tantum ab adverſariis in dubium & controverſiam trahi, aut adultera interpretatione gravari, atque obſcurari poſſit, ſed quod etiam ipſo actu in medio Papatu pugnantibus, & adulteris ſive interpretationibus, ſive exceptionibus quotidie in varias partes non diſcerpatur, adhæc ſecum & cum aliis committatur, & ad cujuſcunque opiniones ſive excogitato commento, ſive obtorto collo, ſive quocunque alio artificio non trahatur. [a] Sunt autem illa, 1. Conciliorum antiquorum & papalium & ipſius Tridentini decreta. 2. Decretales, decreta, bullæ, indulgentiæ, motus proprii, brevia Pontificum, & quæcunque ſcripta atque inſtrumenta ſive Papæ, ſive Camerarum Apoſtolicarum; item quæcunque deciſiones ipſius Papæ, aut rotæ Romanæ, aut approbationes dictorum & ſcriptorum quorumcunque ab ipſo Papa factæ. 3. Farrago illa juris Canonici, cum gloſſis, & Canoniſtis omnibus; quamvis quidam inter ipſos ſint Canonizati. 4. Thomæ, & Doctorum Scholaſticorum dogmata; quamvis ipſius doctrina pænè ſit authentizata à ſede Romana, & cum aliis nonnullis ipſe ſit canonizatus. 5. Hiſtorici omnes Eccleſiaſtici tam veteres quàm recentes, in quibus reſplendere dicitur lux factorum, & ſucceſſio Eccleſiæ. 6. Miracula, revelationes, reliquiæ Sanctorum cum Scriptoribus & monumentis huc pertinentibus, etiam eorum qui canonizati, & quorum miracula, revelationes, & reliquiæ ab Eccleſia Romana aut toleratione & approbatione publici cultus qui illis exhibetur, aut expreſſo judicio ab omni falſitate & deceptione vindicata ſunt. [b] 7. Traditiones divinæ aut Eccleſiaſticæ, ſive ab univerſo Papatu, quin & ipſa ſede & Papa Romano ſive à nationali aliqua Papatus Eccleſia, hactenus creditæ. 8. Apparitiones Spirituum, & dona diſcernendi apparitiones, ac Spiritus: itemque artificia exorcizandi hactenus communi quaſi conſenſu, uſurpata in Eccleſia Romana. 9. Ceremoniale, Pontificale, Miſſale, Breviarium, Officium Mariæ, Pſalterium Mariæ, & ſimilia publica ſcripta, etiam à Concil. Trident. & Papa reformata, aut reformanda adhuc. 10. Decreta & ſtatuta Epiſcoporum & Capitulorum, Synodorum particularium, Univerſitatum, Collegiorum, Inquiſitionis, eorumque omnium propiores & publicæ interpretationes. 11. *Regulæ* religionum ſeu ordinum religioſorum, & capitulorum generalium *ſtatuta*, cum generalibus *interpretationibus*. [c] 12. Catechiſmi, enchiridia, & formulæ doctrinæ publicè præſcriptæ & receptæ, etiam ipſius Concil. Tridentini *catechiſmus ad Parochos*. 13. *Indices librorum prohibitorum, & expurgatorii*, & approbationes quæcunque ab Apoſtolicis librorum cenſoribus factæ. 14. Sacra congregatio Cardinalium ad dijudicationem doctrinalium delegata, cujus definitio facit articulum aliquem, *quaſi de fide*; dum Papa ceſſat ab *articulis fidei definiendis*. [d] 15. Scripta omnia *Patrum* antiquæ Eccleſiæ; Et conſenſus eorum ſive in expoſitione Scripturæ, ſive in tractatione dogmatum. De quo vide infra cap. 7. & 8. 16. Ipſa vulgata Bibliorum verſio authentizata in Concil. Trident. & quidem poſtea per Sixtum V. & Clementem VIII. correcta. 17. Ipſius Pontificis *vivæ vocis oraculum*, ut loquitur Pontificale cap. de Ordinatione Epiſcopi, de quo Cardinali referenti fides habenda. Sic exſtant *officia*

[a] Vide exempla apud Toletum lib. 1. cap. 12. Navarrum pag. 243. 244. [b] Poſſevin. Biblioth. ſelect. tom. 1. lib. 5. cap. 20. 21. [c] Vide de trium iſtorum authoritate Druſium Abbatem Parcenſ. in exhortat. ad Præmonſtrat. cap. 18. [d] Libert. Froymund. in Ant-Ariſtarcho cap. 4. Et Ieſuita Fornar. in addit. ad lib. 6. Toleti paſſim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

officia propria ſanctorum ordinis Minorum, quæ Pius V. viva voce conceſſit. Et ſententia Baronii de Monarchia Siciliæ hauſta dicitur ex vivæ vocis oraculo Petri, hoc eſt, Clementis VIII. [a] An tale oraculum unquam editum ſit, & ſi eſſet, an ita intelligendum, ut vult Baronius; dubitabit aut non curabit Cardinalis Columna, & alii factionis Hiſpanicæ.

His compedibus adverſarii, cum nos aſtringant, *teneri ipſi* nec volunt, nec poſſunt, ſed interminabilibus diſceptant litibus quoties uſu venit. Aliis præteritis, adverſus authoritatem Concilii & Papæ iſtas invenio diſtinctiones. 1. An dicta, facta, ſcripta illa talem habeant authoritatem. 2. An ita intelligenda ſint. 3. An ſint certa & genuina; non ficta, ſuppoſititia, dubia. [b] 4. An ſint de fide definita, & contrariũ ejus abſolutè ſit hæreſis. [c] 5. An ſint fere *de fide*, & contrarium ejus ſit *fere hæreſis*. 6. An quis ſerio & cum attentione, ita dixerit vel ſcripſerit. [d] 7. An cum intentione dogmatizandi & definiendi articulum fidei hoc ita dictum & ſcriptum ſit à Papa aut Concilio, an vero *ex cauſa & ex tempore*, ut loquitur gloſſa in diſt. 30. c. *illud*. & an hiſtoriam tantum narraverit, Bellarmin. lib. 4. de Pontif. cap. 4. 8. An principalis theſis ſolummodo authoritatem habeat, & ſit recipienda, an vero etiam omnes rationes, allegationes, hypotheſes, & conſectaria, eo ſpectantia; immo an omnes ſententiæ & phraſes? 9. An judicium, deciſio, decretum aliquod per obreptionem ſit obtentum, aut extortum; an à Papa aut Concilio malè informato abuſivè factum. 10. An conciliariter ſit decretum, id eſt, more conciliorum re diligenter examinata. [e] 11. An uſu & conſuetudine ab Eccleſia ſint recepta & adhuc teneantur ſtatuta Pontificum aut Conciliorum, an vero deſuetudine aut non receptione ſint abſque vigore, abſque authoritate. [f] 12. An Concilii & Papæ verba, an vero mens jam explicata ſpectanda ſit. [g] 13. An Concilium legitimè convocatum fuerit approbatum à Papa. 14. An tale vel tale decretum, ſeu Concilium in illo actu, & tempore quo faciebat illud decretum, fuerit legitimum & à Papa approbatum. [h] 15. An Papæ definitio Euangelium pro ſe habeat, atque ideo potius amplectenda, quam alterius Papæ, quæ ab Euangelio, à Patrum conſenſu recedit. [i] Habes nunc myſterium diſcordis concordiæ, & licentioſæ ſervitutis in Papatu, ubi nihil & omnia quique judicant, aliis nihil, ſibi vero quidvis libertatis concedunt, ſalva modo culina Romana, ut ibi demum impletum videas illud Protagoræ: *Talia eſſe entia qualia exiſtimantur*; & illud Anaxagoræ: [k] *hominem eſſe rerum omnium menſuram, & quod unicuique videatur, id eſſe verum*. Confer lib. hujus ſect. 2. cap. 3. & ſect. 3. cap. 3.

VIII. Vides nunc, totum illum apparatum de ſucceſſione merum ſpectrum & ludibrium eſſe, quo lectorum judicium diſtrahere aut differre ſperant adverſarii, cui tamen minime ipſi fidant. Ex ſua enim fide debuiſſent illico ad ſacram anchoram naviculæ Romanæ & nauclerum ejus Pontificem confugere, & nos eo ablegare, quotieſcunque controverſia inciderit; non vero ad ſtramineum & phantaſticum illum pontem ſucceſſionis, in quo nec ipſum Pontificis infallibile magiſterium nos ſalvare poſſit, quippe quod ad Scripturæ controverſias ſe quidem extendat, ad facta vero non ita, fatente Ianſe-

[a] Libellus excuſus eſt Antvverpiæ apud Moretos 1617. [b] Delrio in diſquiſ. mag. pag. 919. [c] Bellarm. de concil. lib. 1. cap. 17. [d] Poſſevin. Biblioth. lib. 5. cap. 19. [e] Canus lib. 5. c. ult. [f] Caraura in ſumma. [g] Sic nonnulli ex Thoma 1. p. quæſt. 61. art. 3. apud A Lapide in Tit. 1. [h] Apud Froymundum libr. de Sectione contin. i cap. 4. [i] Chriſtoph. à Capite fontium libr. ſæpius cit. pag. 123. [k] Ariſtot. 10. Metaphyſic. cap. 6.

nio. Vbi ergo rurſum de ſenſuum & expoſitionum Scripturæ varietate, incertitudine, & multiplici errore terrorem injicere placuerit, omiſſis præjudiciis generalibus & amphibiis illis de ſucceſſione, dic quod dicendum tibi eſt, & ſocii tui in diſputatione Ratisbonenſi dicebant, Solum Pontificem eſſe infallibilem judicem. Ita ad rem venies, & habebis à nobis reſponſum. Quod ſi latere pergis, & cum indignatione iſta examen meum retundis, *Pontificem ne ſemel quidem nominavi*, &c. quis non videbit pudorem & deſperationem tuam?

IX. Tota hæc exceptio & fallacia accidentis nititur falſa illa hypotheſi, Nullum aliud omnino medium eſſe, aut ſaltem nullum tutius ac facilius, effugiendi aut convincendi falſas Scripturæ expoſitiones, quam per ſucceſſionem & ſimilia generalia præjudicata ac prædicata, quæ cum latius pateant ſubjecto ſuo, falſæ alicui Eccleſiæ aut ſciſmaticæ (ex. gr. Græcæ) æque competere poſſunt ac Catholicæ, ut fatetur Ianſenius pag. 238. Nos longe aliter edocti ſumus à Chriſto Matth. 4. verſ. 6. & 7. qui Satanæ adultero ſenſui Scripturas oppoſuit; Et Apoſtolis atque Euangeliſtis, qui Iudæis Scripturas pervertentibus ex Scripturis fortiter convincebant, Act. 18. 24.28. & cap. 17. 2.3. Et Eccleſiis primitivis, quæ Scripturis non perſonali ſucceſſioni attendebant, & ex iis doctrinas dijudicabant, Act. 17. 11. & 2. Petr. 1. verſ. 19. Et proximis ab Apoſtolica Eccleſiis, quæ abſque illa longa ſucceſſionis ſerie veritatem fidei amplexæ aliis perſuadebant. Cum enim Romæ ſecundus aut tertius ſederet Epiſcopus, ſive Clemens, ſive Linus, quæ credibilitas veræ fidei conciliari poterat ex illa ininterrupta Cathedræ iſtius ſucceſſione, quæ in omnibus aliis Eccleſiis æquali ratione non fuiſſet inventa? An tunc temporis oborta circa Scripturas controverſia, ad ſucceſſionis aſylum confugiebant fideles?

Quarto, excipit adverſus authoritates Tertulliani & Nazianzeni à me in Philonio num. 15. 4. allegatas, quibus realem doctrinæ, cum perſonarum ſucceſſione conjungendam probabam; *illos urgendo utramque ſucceſſionem tanquam neceſſariam, ut Eccleſia ſit Æpoſtolica, utroque telo cauſam noſtram jugulare, quia utraque æque luculentè in ſynagoga noſtra deſideretur.*

Reſp. I. Hoc ergo manet, Ianſenium perſonalem ſucceſſionem Cathedræ Romanæ detonando, nihil effeciſſe; quandoquidem principalis ſucceſſio (ut Patres eam vocant) hoc eſt, unius ejuſdemque doctrinæ Apoſtolicæ propagatio & traditio in illa Eccleſia nunquam probata eſt, nunquam probari ſuſcepta eſt ab illo; immo hoc tantum agit, ut omnibus perſuadere poſſit, ne talem probationem unquam poſtulent. Videt lector, quomodo ad mentionem propoſitorum articulorū horreat.

II. Patres illi, ſi utramque urgebant, ut probatu neceſſariam, longè diſſimiles ſunt Pontificiis, qui utramque urgeri æquo animo non ferunt. Cum enim dicis cauſa ſtatuunt, ſucceſſionem eſſe notam Eccleſiæ; aut Perſonalem intelligunt, aut Realē, aut utramque: Perſonalem ſi dicant, jam Cathedram Alexandrinam, Antiochenam, & Conſtantinopolitanam juſtificant; ibi eſt enim illa ſucceſſio, ut non obſcurè fatetur Ianſenius pag. 238. Realem ſi dicant, jam nobiſcum conſpirant. Vtramque ſi dicant, capeſſant igitur probationem utriuſque, ut inde nobis conſtet ſynagogam ipſorum eſſe Catholicam illam Eccleſiam. Sed onus hoc detrectant, quia vident probationi realis ſucceſſionis implicari expoſitionem & probationem doctrinæ apoſtolicæ, ex prima ſua origine cujus ſucceſſio quæritur. Ita ad Scripturas, crucem ſuam, veniendum eſſet. Tanti non emunt pœnitere.

III. Neceſſitas ſucceſſionis perſonalis intelligi poteſt, vel ut ſit, vel ut *diſtinctè & expli-*

citâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

citè ut cognoſcatur & demonſtretur. Priorem neceſſitatem admittimus. Debuerunt enim ſemper eſſe homines, & debet credi à nobis fuiſſe perſonas tum docentes, tum diſcentes, per quas ſucceſſio apoſtolicæ doctrinæ conſervata & propagata fuit de ſæculo in ſæculum: Neque enim cum veſtro Franciſco & Anthonio de Padua credere poſſumus ſpargi prædicationem ſeu doctrinam fidei in aſinos, lupos, hirundines, corvos, piſces. Non credimus etiam accidens & quidem ſingulare, qualis eſt doctrina Chriſtiana exiſtere & permanere in hoc mundo extra ſuas cauſas, abſque ullo ſubjecto, perſonis ſcilicet ſingularibus; quomodo Pontificii dicunt accidentia panis Euchariſtici eſſe ſine ſuo ſubjecto. De re ipſa ergo ſeu eſſentia & exiſtentia rei nulla eſt quæſtio. Si enim perpetua eſt doctrina in mundo; perpetuatur illa per propagationem & traductionem, quomodo natura viventium per generationẽ ex ſemine occulto aut manifeſto. Si propagatio & traductio eſt, neceſſe eſt & traduces ſeu propagatores & propagines eſſe. Sed ut traductio & propagatio illa de momento in momentum, de capite in caput, aut de manu in manum, quaſi digito monſtrari & à fidelibus neceſſario cognoſci debeat, & homines illi per totum mundum per omnia ſæcula proſopographicè deſcribi, quomodo vitas Sanctorum Metaphraſtes & vitas Pontificum Platina, Stella, Onuphrius deſcripſere, ita ut abſque illa prævia aut comitante cognitione & demõſtratione nulla doctrina ex Scripturis recipi aut rejici poſſit, hoc eſt quod probari velimus; *primo*, ex Scriptura, *deinde* etiam ex Patrum conſenſu. Hic jam eſt ſtatus controverſiæ, aggredere diſputationem Ianſeni. Sed in Vtopia hactenus latent probationes magis quàm noſtra Eccleſia, ex mente Ianſenii.

IV. Neceſſitatem demonſtrationis huic perſonarum ſucceſſioni ſi vindicaſſent Patres; non tamen unam aut æqualem perſonalis & realis ſtatuunt authoritatem & efficaciam; immo ne ipſi Pontificii. Et conſequenter non poteſt una aut æqualis utriuſque eſſe neceſſitas; ſed unius eſt ad eſſe fidei, alterius ad bene eſſe, aut melius eſſe. Perſonalis enim ut ut evidentiſſime probata tantum motivum fidei præſtat; Realis (quæ veritatem & identitatem doctrinæ cum doctrina apoſtolica includit) recte probata, fidem divinam generat. Hæc ſe contenta, & per ſe ſubſiſtere poteſt, quippe eſſentialem rei perfectionem includens; Illa vero minime. Hac peracta, facile cum adverſariis noſtris de illa tranſigemus, immo totum illud probationis debitum non gravate condonabimus, ſiquidem occaſio ita ferat. Illa vero peracta, manet nihilominus totum illud, quod eſt fidei divinæ, intactum, & à capite ad calcem probandum.

V. Vtroque telo cauſam noſtram jugulari probatum, non buccinatum oportuit. Succeſſionem realem attingere non auſus, Perſonalem quamvis minori cum periculo, & majori cum applauſu, ſaltem eorum quibus centenos hiſtoricos & Patres conferre non vacat, oſtentare te putaſti; tamen ſerio refugis; & objectas demonſtrationes Pleſſæi ac Riveti ne conſpectas quidem, perſonali calumnia declinas. Sed infra dicemus de Eccleſiarum noſtrarum ſucceſſione.

VI. Non poteſt vel minima ſpecie cauſa noſtra tangi, nedum jugulari, niſi prius probetur. *Primo*, Naturam ſeu eſſentiam Eccleſiæ cujuſque, talem ininterruptam & viſibilem ſucceſſionem perſonalem ac localem requirere, ex Dei ordinatione & promiſſione ſcilicet qualem prætendunt Pontificii. *Secundo*, de neceſſitate & certitudine veræ fidei eſſe, ut talis ſucceſſio, à ſingulis Eccleſiis, Doctoribus, fidelibus aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

credatur aut cognoſcatur, & liquidò demonſtretur. Nos utrumque ex Scriptura vel uno apice probari poſſe negamus; immo contra aſſerimus naturæ Eccleſiæ Catholicæ ſeu Novi Teſtamenti, & Sacris literis maxime prætenſam localem ſucceſſionem, repugnare.

Quinto. Vt prætenſam ſucceſſionem faciat neceſſariam, ait pag. 233. *Hanc doctrinæ ſucceſsionem & traductionem ex una Eccleſia in aliam, eſſe illam conſanguinitatem doctrinæ, à qua Eccleſias ſubnaſcentes Tertullianus apoſtolicas appellari docet.*

Reſp. I. Imperite, ſaltem admodum improprie *traductio doctrinæ* dicitur eſſe *ejus conſanguinitas*, quaſi quis diceret *calefactionem*, per quam introductus eſt calor in manum meam, eſſe *ſimilitudinem inter duos calores*, eum ſcilicet qui eſt in manu mea & alterum illum qui eſt in foculo, unde manus mea calefacta eſt. Occurrunt quidem prædicationes illæ cauſales: Ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor, dolor eſt ſolutio continui, Eclipſis eſt interpoſitio terræ, &c. Sed exponibiles & impropriæ, quæ proprie & formaliter acceptæ ſunt falſæ. Quia conſanguinitas doctrinæ neque ipſa traductio eſt, neque immediate reſultat ex doctrinæ traductione ſeu propagatione formaliter ita dicta, ſed ex doctrina ipſa, in qua fundatur tanquam in forma quadam utrumque extremum conſtituente, ſub tali eſſe ſpecifico ſeu graduali, ex cujus unitate in eis conſurgit illa relatio identitatis ſeu ſimilitudinis.

II. Traductio eſt actio, conſanguinitas relatio; ergo traductio non eſt conſanguinitas. Sicuti dealbatio parietis iſtius non eſt ſimilitudo duarum albedinum in hoc & in alio aliquo pariete, ſed eſt tanquam principium activum quod producit alterum extremum, & conſequenter relationem ipſam in utroque conſurgentem: ſic & traductio doctrinæ eſt principium activum, quod inſtrumentali ratione in hac aut illa Eccleſia producit doctrinam talem, quæ cum apoſtolica comparata invenitur eſſe eadem; & conſequenter Eccleſia illa propter iſtam doctrinam invenitur ſimilis ſeù conſanguinea Eccleſiæ apoſtolicæ.

III. Vt ergo accurate & proprie rem exprimas, dic Eccleſias formaliter appellari apoſtolicas, quia identitatem doctrinæ & conſanguinitatem habeant cum apoſtolica Eccleſia; doctrinam dici eandem, quia cum apoſtolica doctrina conveniat, non verò quia ab apoſtolica aliqua Eccleſia tradita ſit. Sicut enim conſpiratio in doctrina cum Eccleſia antiqua adverſariis per ſe facit notam Eccleſiæ, ſic & nobis ipſa conſpiratio cum Eccleſia apoſtolica, quidquid ſit de modo, & de miniſtris & mediis externis per quæ ſucceſſive illa conſpiratio procurata ſit.

IV. Conſanguinitas doctrinæ ad hoc ut Eccleſia ſit apoſtolica, abſolute eſt neceſſaria; neque enim apoſtolica eſt Eccleſia, quæ fidem apoſtolicam non habet. Propagatio, traductio & traditio eſt neceſſaria, ad eſſe veræ doctrinæ, atque adeo identitatis ejuſdem doctrinæ cum apoſtolica in hac aut illa Eccleſia, ſicut calor in manu aut ferro non eſt abſque calefactione, & res motu facta abſque motu, & motus in individuo, abſque hoc movente, mobili, termino à quo, termino ad quem. Demonſtratio identitatis doctrinę & Eccleſiæ cum apoſtolica ſimpliciter ad receptionem doctrinæ & Eccleſiæ cujuſcunque eſt neceſſaria. Demonſtratio & cognitio ſingularium, motuum, traductionum, & ſucceſſionum, per quas res motu facta, hoceſt, vera doctrina omni tempore ab apoſtolis uſque hoc momentum in Eccleſia univerſali ubique exſtitit, & etiamnum exſtat, non eſt neceſſaria ſimpliciter, neceſſitate neque medii, neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

que præcepti, neque doctoribus, neque diſcipulis Chriſtianiſmi.

V. Si conſanguinitas doctrinæ eſſet idem quod Succeſſio & traditio perſonalis doctrinæ, & vice verſa, tum ſane ſucceſſio eſſet ſcitu & probatu neceſſaria, iis qui veram fidem & ſalutem quærunt; quia ut veritas doctrinæ ſic identitas ejus cum apoſtolica, ſcitu neceſſaria eſt. Sed differunt ut cauſa inſtrumentalis & effectũ. Effectum ipſum, *vera* ſcilicet *doctrina* ſeu veritas doctrinæ eique adhærens relatio ſeu modus inſeparabilis, *ſimilitudo & conſanguinitas* cum doctrina apoſtolica, neceſſario probari & cognoſci debet; Sed cauſa inſtrumentalis, per quam nobis tradita fuit illa doctrina, ſive propinque ſive remote, per omnia retro ſæcula uſque ad Apoſtolos, neceſſario ab omnibus non eſt cognoſcenda aut probanda. Sufficit cauſam & traductorem principalem ejus doctrinæ, Deum ſcilicet per Spiritum & Verbum ſuum nobis cognitum ad fidei infallibilitatem atque evidentiam; traductores ſeu cauſæ inſtrumentales, hoc eſt, doctores, & Eccleſiæ omnes ſeriatim exponi, numerari & teneri ſi poſſunt, bene eſt; ſin minus, non vertitur in eo fides aut ſalus noſtra, modo habeamus principalem propagatorem & patrem Chriſtum ſcilicet, & ejus reſpectu ſciamus nos eſſe Dei genus & propaginem.

VI. Siquidem de ſucceſſione Cathedrali ſentire poſſemus cum Papa Symmacho, utique non minus ejus demonſtrationem neceſſariam putaremus quàm ſucceſſionis realis ſeu doctrinæ. Sic enim ille: Diſt. 40. can. *Non nos. Quis ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci prædeceſſore præſtant.* Sed ſanctitatem ex illo traduce, nos cum Scripturis minime agnoſcimus. Hinc tam exigua ſucceſſionis iſtius cura.

SECTIONIS PRIMÆ CAPVT III.

Argumentum à Succeſſione non fuiſſe veteribus primarium aut palmarium.

HYPOTHESIS Secunda eſt: Argumentum à Succeſſione eſſe primarium & palmarium Veteribus, & contra omnes hæreſes & hæreticos tanquam tale ſemper adhibitum fuiſſe, cap. 46. pag. 217. 218. 219. 220.

Nos has rationes opponimus, *Prima ſit*: Argumentum primarium & palmarium pro veritate ab omnibus, ubique & ſemper, & contra omnes hæreticos adhiberi ſolet: Sed hoc argumentum de ſucceſſione ab omnibus Patribus per omnia ſæcula contra quoſvis hæreticos non fuit adhibitum: Scriptura vero fuit adhibita, modo adverſarii ejus authoritatem aliquam agnoſcerent, Ergo argumentum à ſucceſſione non fuit palmarium, ſed argumentum à Scripturarum teſtimonio. Probatur Minor ex inductione & inſpectione omnium librorum qui adverſus hæreticos unquam ſcripti ſunt.

Altera eſt: Argumento palmario poteſt

reſt ac debet diſputator inſiſtere atque in eo quieſcere, quippe defunctus demonſtratione ſua: Sed in argumento à ſucceſſione non ſubſiſtunt aut acquieſcunt Patres; nec legitima veritatis demonſtratione ſe defunctos putant, niſi ex Scripturis eam probaverint, Ergo. Probatur Minor ex inſpectione omnium librorum, quibus unquam fidei veritatem docuerunt Patres.

Tertia. Vbi duo tantum ſunt probationis modi ex Scripturarum veritate, & ex factorum luce ſeu ſucceſſione, neceſſe eſt utrumque eſſe primarium; aut alterum tantum primarium, alterum ſecundarium. Vterque primarius dici non poteſt abſque abſurditate, niſi *factorum lux, & ſucceſsio* ſtatuatur divinum principium & veritas divina æquè ac Scriptura, & authoritas ac fides humana authoritati & fidei divinæ adæquetur. Sed ipſe Ianſenius monuit fidem divinam in ſucceſſione & factorum luce locum non habere, pagina 255. ſed ſufficere ibi fidem humanam. Manet ergo alterum eſſe primarium & alterum ſecundarium. Et quia primarium argumentum Patrum fuit à ſucceſſione, ut ipſis affingit Ianſenius; ſequitur alterum argumentum ex Scripturis, fuiſſe illis ſecundarium & quaſi ſuccenturiatum aut ad hominem, & conſequenter potuiſſe illud abeſſe aut omitti, & in ſolam ſucceſſionem potuiſſe omnem fidem reſolvi. Sed omnia hæc abſurdiſſima, & à mente ac perpetua praxi Patrum aliena, ut ex inductione & inſpectione omniũ librorũ conſtat. Quinimmo diſputationibus omnium Scholaſticorum, etiam recentiorum Pontificiorum, de principiis & analyſi fidei repugnant.

Quarta. Demonſtratio à priori ex ipſa cauſa ſeu principio eſt potior demonſtratione à poſteriori ex effectu ſeu adjuncto; Sed demonſtratio veritatis ex Scriptura eſt à priori (quia Scriptura eſt principium) demonſtratio vero ex ſucceſſione eſt tantum à poſteriori, immo non eſt neceſſaria aut certa demonſtratio divinam fidem pariens: Ergo ex Scripturis argumentum ſolum eſt palmarium, ex ſucceſſione minimè.

Quinta. Duplici poſita ſucceſſione principali & minus principali (juxta diſtinctionem Ierenæi lib. 4. cap. 43. 44.) ab utraq; ſi ducatur probatio minus principalis (qualis Ianſenii pretenſa ſucceſſio) argumentum palmarium non facit, ſed tantum ſecundarium.

Sexta. A teſtimoniis Auguſtini mox citandis, & infra cap. 11. & libr. 2. ſect. 2. cap. ult. Hic unum exhibemus ex libr. de Nupt. & Concupiſc. 2. cap. 29. *Quos ſi colligere, & eorum teſtimoniis uti velim, & nimis longum erit, & de Canonicis authoritatibus, à quibus non debemus averti, minus fortaſſe videbor præſumpſiſſe, quam debui.* Præclare confirmat noſtra Vincentius Lyrinenſis de Hæreſibus cap. 39. *Sed neque ſemper, neque omnes hæreſes hoc modo impugnandæ ſunt, ſed novitiæ recenteſque tantummodo, cum primum ſcilicet exoriuntur; antequam infalſare vetuſtæ fidei regulas ipſius temporis vetantur anguſtiis, ac priuſquam manante latius veneno majorum volumina vitare conentur. Cæterum dilatatæ & inveteratæ hæreſes nequaquam hac via aggrediendæ ſunt, eo quod prolixo temporum tractu longa his fucandæ veritatis patuerit occaſio.*

Exceptiones Ianſenii ſunt.

Prima, *contra omnes hæreticos, & non tantum contra Scripturæ negatores, hoc argumento ſucceſsionis utebantur Tertullianus & Irenæus.*

Reſp. I. Quæcunque citas ex illis Patribus, ne apicem quidem habent de palmario, quod tamen erat probandum; neq; plus dicis quam in Alexipharmaco dictum erat & in Philonio à me refutatum. Itaque coccyſmum committis dum repetis commenta tua, quæ Patribus illis affingis.

II. Ex locis illis à me citatis ex Irenæo l. 3.

cap. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cap. 2. & Tertull. de præſcript. cap. 25. & 32. habetur tamen, quod ego volebam, patres illos hæreticis traditiones jactantibus, & Scripturæ authoritatem elevantibus (quales hodie Pontificii) oppoſuiſſe ſucceſſionẽ, tanquam argumentũ ad hominẽ, quandoquidem alio nullo uti poterant.

III. Quod alibi etiam hæreticis Scripturas admittentibus, argumentum hoc oppoſitum putas tanquam primarium, aut unicum, fruſtraris; & confundit te inſpectio librorum Tertulliani; ibi enim adulteri quorumcunq; ſenſus ex Scripturis confutantur. Si enim ſola ſucceſſione omnis hæreſis facile & in ſolidum revinci poterat, cur ad Scripturas perpetuò provocat? cur operoſe illas allegat? non explicata ſæpe aut etiam memorata ſucceſſione. Vide lib. ejus de *ſpectaculis*, de *Idololatria*, de *Baptiſmo adverſus Quintillã*, *adverſus Praxean*, de *Monogamia adverſus Pſychicos*, *&c.* Et ſic de præſcript. cap. 37. ſucceſſionem ſuam explicat; *habeo*, inquit, *origines firmas ab ipſis authoribus quorum fuit res. Ego ſum hæres Apoſtolorum, ſicut caverunt teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adjuraverunt.* eodem libr. jubet percurrere *Eccleſias ſonantes vocem Apoſtolorum & repræſentantes faciem uniuſcujuſque.*

IV. Irenæi verba dum ita citas, pag. 217. *confundimus omnes eos qui quoquo modo præterquam oportet colligunt*; mala fide detruncas ea, quæ exceptionis vim elidunt: Sic ergo Irenæus: *Confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam præterquam oportet colligunt.* Non omnes hic intelliguntur (ut vult Ianſenius) ſed illi, adverſus quos hic ſcribit, quoſque ex cauſis in certas claſſes diſtribuit. Hanc enuntiationem Irenæi, ita reſtricte ad adverſarios ſuos Scripturis non credentes, & traditionem ſeu revelationem jactantes, exponendam, conſtat ex ſola capitis 2. & 3. inſpectione: Sic enim inchoat cap. 2. *Cum enim ex Scripturis arguuntur, in accuſationem convertuntur Scripturarum, &c. Quia non poſſit inveniri veritas ab his, qui neſciant traditionem. Non enim per literas traditam illam ſed per vivam vocem, &c. Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſsiones presbyterorum in Eccleſiis cuſtoditur, provocamus eos, qui adverſantur traditioni, dicent ſe non ſolum presbyteris, ſed etiam apoſtolis exiſtentes ſapientiores &c. Evenit itaque neque Scripturis jam, neque traditioni conſentire eos. Adverſus tales certamen nobis eſt ô dilectiſsime, more Serpentum lubrici undique fingere conantes. Quapropter undique reſiſtendum eſt illis.* Deinde cap. 3. ſubjicit probationem à ſucceſſione. Vides ergo Irenæum coactum adverſarios ſequi. Scripturas primum & primarium veritatis clypeum, accuſabant, prætendentes traditionem ſuam. Oppoſuit ergo traditionem & ſucceſſionem, apoſtolicarum in toto mundo Eccleſiarum, & inter eas Romanæ, Aſiaticæ Smyrnenſis, & Epheſinæ, ut videre eſt cap. 3. Non oppoſuit autem prior, neque ut primariam defenſionem, ſed poſterior & ut ſuccedaneam, provocatus & tractus ab adverſariorum importunitate & traditionum oſtentatione. Si enim veritatem ex Scripturis à priori demonſtratam fide divina percepiſſent, non fuiſſet abſolute aut ad eſſe fidei neceſſarium ad ſucceſſionem confugere, qua adverſariorum prætenſam traditionem & ſucceſſionem retunderet, & à poſteriori non quidem fidem, ſed ſaltem hoc Motivum fidei fundaret, juxta proverbium: *Qui non poteſt uti prima navigatione, utatur ſecunda.* Adverſarios autem Irenæi non fuiſſe alios quàm accuſatores Scripturarum, & oſtentatores traditionum ac revelationum, contra Ianſenii audacem aſſertionem, conſtat ex verbis cap. 2. jam citatis; & iis quæ cap. 3. *Traditionem itaque apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam in Eccleſia adeſt perſpicere omnibus &c. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent apoſtoli, quæ ſeorſim & laten-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea quibus etiam eccleſias committebant. Et cap. 11. *Hi vero qui ſunt à Valentino iterum exiſtentes extra omnem timorem, ſuas conſcriptiones proferentes, plura habere glorientur quam ſint ipſa Euangelia, ſiquidem in tantum proceſſerunt audaciæ, ut id quod ab his non olim conſcriptum eſt veritatis euangelium titulent.* Et omnes, quotquot Irenæus perſtringit, ad unum hanc inſaniam inſaniiſſe, ex Scriptoribus hereſeωn Euſebio, Epiphanio, Auguſtino, Philaſtrio, Theodoreto, Damaſceno, colligi poteſt, ubi videantur Valentinus, Colurbaſei, Simon Samarites, Menander, Saturninus, Carpocrates, Corinthus, Ebionitæ, Nicolaitæ, Cerdo, Marcio, Tatiani, Ophitæ & Caini, Marcus. Hi ſunt quos Irenæus recenſet lib. 1. De nullo autem iſtorum probabit Ianſenius, quod authoritati Scripturæ abſq; traditionibus & revelationibus ſuis omnia in ſolidū tribuerint, aut genuinum Scripturę canonem admiſerint. Vide quæ de Marcione, Ebione, Cerintho, Valentino & ſimilibus annotavit Ianſenius, cap. 8. pag. 58. 59.

V. Quamvis tali argumento & quidem coacti, imprimis oppugnaſſent adverſarios ſuos; hinc tamen minime ſequitur, genealogiam omnium paſtorum per univerſi orbis Eccleſias nobis ab apoſtolis uſq; ad Reformatores deducendam. Quia nullos paſtores agnoſcimus Patres aut Patriarchas noſtros, neque familiam noſtram ab ullis denominari patimur. Solus Chriſtus & heri & nunc & in ſæcula idem pater noſter eſt, ab illo omnis cognatio nominatur, per illius verbum omnes ſanctificamur; à Chriſto per verbi traducem ortus & nativitas noſtra ſpiritualis, 1. Petr. 1. ab illo principio ſucceſſio noſtra ducta, in illud à nobis infallibili demonſtratione reducitur. Domeſtici, conſortes & concorpores ſanctorum, filii & genus Dei ſumus, hæredes & hæreditas ejus, fratres, cognati, amici, diſcipuli & membra Chriſti, caro de carne ejus, corpus & complementum quotieſcunque vera fide ipſum recipimus, Iohannis 1. verſ. 12. &c. Hæc ſuffecerit ad ſalutem in nobis ipſis ſcire & cognoſcere liquido demonſtrare. In aliis vero deprehendere, etiam de nobis aliis probare abſolute non eſt neceſſarium, niſi quantum opus eſt ad communionem & aggregationem externam in unum corpus Eccleſiaſticum. De cætero, quinam fuerint omnes illi, in quibus ἰσότιμος πίστις jam per 16 ſæcula habitaverit, quinam doctores per quos ad Majores noſtros & nos remote aut propinque *fides* tradita ſit, quid omnes illi, qui ante nos fuerunt, dixerint aut fecerint, nec ſcitu nec probatu neceſſarium eſt.

VI. Illi Patres vixerunt ante hæreſes & ſciſmata illa, quibus Oriens ab Occidente, & Eccleſiæ, κατ' ἐξοχὴν dictæ apoſtolicę à ſe invicem diſtractæ & diviſæ, & Romana inter alias tyrannica uſurpatione, ſuperſtitione, idololatria, pluribus ſciſmatis miſerrime fædata, propriis filiis ac ſociis abominabilis facta, ſuis viribus confici ac ruere cæpit. vixit enim Irenæus anno 180. Tertull. an. 203. Itaque ſuo modo & ad hominem tunc aliquid valebat continuus & perpetuus ille conſenſus Eccleſiarum iſtarum. Iam ab antiquo illo tempore & facie Eccleſiæ ad præſentem nulla conſequentia.

VII. Quæſtio erat hiſtorica inter Patres illos & hæreticos de genuinis Euangeliis & epiſtolis apoſtolicis. Ad ejus deciſionem plurimum faciebant tum αὐτόγραφα, tum conſtans profeſſio earum Eccleſiarum ad quas ſcripta, & penes quas hactenus conſervata erant: Et teſtificatio Doctorum, qui coram apoſtolorum diſcipulos audiverant. At quæſtiones inter nos & Pontificios ſunt de articulis fidei; nos ἀγράφους traditiones, aut alias Scripturarum Originalium editiones pleniores ac perfectiores, aut alias ſive Epiſtolas, ſive Euangelicas hiſto-

rias

rias non jactamus; Nulli etiam nunc in ætate ſuperſunt, qui coràm apoſtolos aut apoſtolicos viros ac diſcipulos viderint ac audiverint; nulla denique αὐτόγραφα apoſtolica amplius oſtendi poſſunt. Ponant Pontificii eandem quæſtionem, faciant nos ſimiles hæreticis, præſtent quod Patres illi & Eccleſiæ apoſtolicæ præſtare poterant; ſucceſſionem talem pari reverentia à nobis ac ab illis recipiendam fatebimur.

Secunda; [a] *nihil repeto de Optato & Auguſtino, quia nimis apertum eſt, eos adverſus Donatiſtas, quibuſcum de Scripturis non erat quæſtio, urgere Romanæ Eccleſiæ ſucceſsionem.*

Reſp. I. Si oculi ulli tibi eſſent, aut conſcientia, rogarem ut hiſtoriam & acta Collat. Carthaginienſis & breviculum Auguſtini, nec non Scripta ejuſdem & Optati contra Donatiſtas, inſpiceres. Videres ibi ex Scripturis collationē inſtitutam; immo in diſputatione Carthaginienſi Catholicos ad ſolas Scripturas provocaſſe, Collat. 3. cap. 155. & cap. 187. & 201. & 214. & 101. 102. & ſic per totum; quæ hic non repetimus, vide ſupra lib. 2. ſect. 2.

II. Addimus nunc ad majorem hominis confuſionem egregia quædam dicta Auguſtini in cōtroverſia Donatiſtica: [b] *Non afferamus*, inquit, *ſtateras doloſas ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio noſtro dicentes; hoc grave, hoc leve eſt: ſed afferamus divinam ſtateram de Scripturis Sanctis, tanquam de theſauris Dominicis, & in ea quid ſit gravius appendamus: immo non appendamus, ſed à Domino appenſa recognoſcamus.* Et [c]: *Iam ne videar humanis argumentis id agere, ex Euangelio certa proferam documenta.* Optati dictum lib. 5. jam exhibuimus in declaratione Belgica: Vbi in controverſia de Anabaptiſmo ſic ait: *Inter licet veſtrum, & non licet noſtrum remigant animæ populorum. Nemo vobis credat, nemo nobis: omnes contentioſi ſumus. Quærendi ſunt Iudices, &c. De cælo quærendus eſt judex. Sed ut quid pulſamus ad cælum, cum habeamus hic in Euangelio teſtamentum.* Qui eodē libro convincens Donatiſtas exclamat: *Adeſt contra vos David, &c. Dignamini ut Prophetæ vos vincant. Erubeſcite B. Paulo clamante, &c.*

III. Sed fac ita eſſe, ut tu ſomnias; nihil tamen hinc ſequitur pro te. Quia nuſquam illi dixerunt præjudicium à ſucceſſione ſumtum, argumentum ſibi eſſe *palmarium* contra Donatiſtas; nedum ut Scripturarum luci cauſam ſuam ſiſtere detrectarint, quod faciunt Pontificii: Nunquam etiam ſceleton illud perſonalis ſucceſſionis adhibendum putarunt abſque fidei ſucceſſione: ſed contra hanc ſemper aut probarunt aut probatam præſuppoſuerunt.

IV. Ab adverſariis Donatiſtis mota primitus tantum quæſtione circa ſucceſſionem Ceciliani (non vero circa articulos fidei) huc tracti ſunt, & non incommode ſucceſſiones apoſtolicarum Eccleſiarum illis repoſuerunt. Prima occaſio diſſenſionis ibi erat, Succeſſio & ordinatio Miniſtri: At inter nos & Pontificios deprehenſa & intentata Idololatria, hæreſis, apoſtaſia. Concludimus ergo Patres obtendiſſe Eccleſiaſticam ſucceſſionem, aut importunitate adverſariorum coactos aut pertractos, aut tanquam argumenti illuſtrationem atque amplificationem, non vero cauſæ probationem per ſe ſufficientem & neceſſariam, non in pugna ſed in triumpho poſt peractam probationem, aut tanquam argumentum ſecundarium primario illi de veritate & identitate fidei apoſtolicæ ſuperinductum, & inſeparabiliter annexum. *Si recedis*, inquit Auguſtinus in collat. Carthaginenſ. 3. cap. 201. *à criminibus quæ non poſſunt niſi geſtis publicis declarari, recedo à publicis geſtis, & ſolis divinis teſtimoniis aſſeram cauſam Eccleſiæ quam defendo.* & cap. 197. *Si à criminibus hominum ceſſatis, & nos ceſſabimus à publicis documentis, & ſolam Eccleſiæ cauſam divinis teſti-*

a Pag. 220. b De Baptiſm. contra Donatiſt. lib. 2. cap. 6. c De Baptiſm. contra Donat. lib. 1. cap. 7.

moniis aſſeremus. Et cap. 187. *Si ergo de Eccleſia quæritur quæ ſit, quãta ſit, qualis ſit, ſola divina teſtimonia ad eam demonſtrandam ſufficient, &c. ſola divina loquetur autoritas; ſola Dei ſcriptura, cui utrique ſubdimur, in medium proferetur.* Et cap. 115. *Quam Eccleſiam probare diſcedimus ſi permittant, non rumoribus humanis neq; errantibus opinionibus, ſed divinis eloquiis declaratã, &c. Nam ſi nollent eccleſiam niſi in ſcripturis adverti, nihil vellemus, nihil aliud optaremus, &c. quando autem velimus & optemus negotium eccleſiæ, non niſi divinis eloquiis terminare.*

SECTIONIS PRIMÆ
CAPVT IV.

Reformatos non fugere examen ſucceſsionis; licet ex Scripturis veram ſucceſsionem quæri velint.

TERTIA Hypotheſis eſt. Nos fugere hujus quæſtionis examen. pagina 211. & 224.

Ref. I. Ianſenius ſibi contradicens mendacium proprium redarguit eadẽ pag. 211. & 488. *Tandem poſtquam ſucceſſionẽ in Indiis, &c. aliquo dicterio vellicaſſes, &c. Velut alter Hippocrates per Aphoriſmos naturam ſucceſſionis tractas mag. ſtraliter. Vbi multa quidem recta ex nonnullis patribus, ſed non recte colligis, quia non recta mente. Eo enim collimas totus ut ſynagogæ tuæ miniſterium, &c. in tuto colloces ab illis Tertulliani verbis, Tu quis es, &c.* & pag. 488. *Nam prolixa illa operoſaque diſputatio, qua in extremo agoniæ ſingultu poſitus, miſsionem ſive vocationem Lutheri ad Euangelium prædicandum, reformandamque Romanam Eccleſiam, non ab alia quapiam tanquam vera Chriſti Eccleſia, ſicut fieri debuiſſet, ſed ab eadem illa Romana derivare conatus eſt, &c.*

II. Immo ad hujus quæſtionis examen te provocavimus, & etiamnũ provocamus; Et quandoquidem coram collatio per vos *lucifugas* haberi non poterat, digitum intendimus ad Pleſſæi & Riveti hiſtoriam Papatus ubi ſucceſſio noſtra luculenter probatur & veſtra plane ſubruitur, & jure refutationẽ à te tentari poſtulavimus, quandoquidẽ nemo veſtrum præoccupavit, nemo telam illam orſus eſt, quamvis prior pars Riveti, anno 1615. & poſterior 1617. in lucem exiverit. Si enim tu aliquo colore, omnem cauſæ tuæ probationem à te amolitus ad Perroni refutationem me ablegas, quæ tamen à Molinæo an. 1628. jam edita erat, cujus te per rumorem ſaltẽ conſcium fuiſſe fateris pag. 33. quidni ego ad Rivetum te mittam, qui intactus etiamnum perſtat. Si manus tibi pruriunt Ianſeni, habes occaſionem, & conſules ſaltem pudori veſtrorum. Quod ſi ſemel miſeriæ tuorum te pudet pigetque, non deerit Rivetus adhuc ſuperſtes per Dei gratiam cauſæ noſtræ; Quomodo ille horreat quæſtionis iſtius examen, ex epiſtola ipſius quam ad me ſcriptam edidit, collige. Illius, ut & Pleſſæi, Chemnicii, Iuelli, Centuriatorũ Magdeburgenſ. Illyrici, Molinæi, Whiti, Marnixii, Aboti, Vsheri, Chamieri, Wittakeri, Perkinſi, Fulconis, Iameſii, Buceri, Martyris, Bullingeri, Calvini, Bezæ, Iac. Capelli aliorumque antiquariorum veſtigiis dum nos inſiſtimus, nihil metuimus, quandoquidem neminem ab hoc ponte detruſum adhuc inaudivimus. Collationes de hac quæſtione habitæ in Gallia inter Monachum Recollectum & Benjaminum Baſnage, inter Doctorem Meſtierum Regis concionatorem & Davidem Home, in Anglia inter Ieſuitas & Fr. Whitum, & rurſus inter Doctorem Featly nihil terribile nobis exhibent, ſed irritos ac deſperatos *lucifugarum* conatus, ut breviter ex *The Fisher cacht in his ovvne net*, id eſt,

Piſcator

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Piſcator captus in propria naſſa. Titulus eſt libelli de Collat. inter Fiſherum & Featly, videre eſt. Edita etiam eſt collatio inter eundem Fiſherum & Epiſcopum S. Davidis de eadem quæſtione.

Quarta hypotheſis eſt: Ex Scriptura non eſſe quærendam Eccleſiæ ſucceſſionem, capite 48. pag. 225. & pag. 241.

Doctrina & Eccleſia, & utriuſque ſucceſſio, quod ad *rationem*, *modum* & *jus ſuum* in Scripturis eſt quærenda; ut ipſe Ianſenius non obſcure fatetur p. 241. 242. Hoc eſt quod volo. Hac inventa, nullo negotio intelligi poteſt in qua Eccleſia, hoc tempore factum & executio illius ſucceſſionis potiſſimum impleta ſit, & cui illa applicari aut non applicari debeat. De Eccleſiis ſuperiorum ſæculorum licet obſcurioribus ſimile eſto judicium; quamvis non ſit de neceſſitate ſalutis & fidei facta infinita ex hiſtoriis eruere & ad unguem tenere, ut inde de quibuſvis omnium ſæculorum Chriſtianis & Eccleſiis ſtatuatur, quid quantum cuique tribuendum ſit. Dico ergo *primo*, Religionum & Eccleſiarum hujus temporis facta hactenus nobis conſideranda, ut ſciamus cujus inter omnes communionem appetere & colere debeamus. *Secundo*, De doctrina & cœtibus ſuperiorum ſæculorum longè alia eſt ratio, quia actualem, ſpecialem & explicitam communionem cum omnibus & ſingulis colere non tenemur aut poſſumus: ſed ſola virtualis & implicita ſufficit. *Tertio*, Veræ religionis, Eccleſiæ, & ſucceſſionis cognitio ex Scripturis ſufficienter haberi poteſt, & abſolutè eſt neceſſaria, ut nos, noſtramque Eccleſiam & religionem (in qua verſamur) ſub ea ſubſumamus & ibi inveniamus, atque adeo quiſque in animo ſuo certus ſit. *Primum* requiritur ad bene eſſe; *Secundum* tantummodo ex ſuperabundanti; *Tertium* ad eſſe fidei & communionis ſanctorum. *Primum* & *Secundum*, ex factis & hiſtoriis tantum & non ex Scripturis, *Tertium* ex Scripturis tantum & non ex hiſtoriis aut Scriptis humanis infallibiliter cognoſcitur. *Tertia cognitio* habet pro objecto ipſam rem in idea ſeu objectivè, *Prima & Secunda* rem in individuo ſeu ſubjectivè, aut potius modum & adjunctum rei, durationem ſcilicet, continuationem & ſucceſſionem. Re autem poſita, ponitur modus & hujus cognitio poſterioritate naturæ ab illius cognitione dependet, & ex ea deducitur. Si ergo doctrinam & Eccleſiam noſtram ex Scripturis demonſtrantes prius nos audiant Pontificii, aut ipſorum doctrinam & Eccleſiam redarguentes; facilius & felicius de duratione & ſucceſſione Eccleſiarum per ſuperiora ſæcula inquiri & ſtatui poterit. Non poſſe autem eos hanc conditionem declinare certum eſt, ſiquidem ſibi credant: *Natura Eccleſiæ, notæ & proprietates, amplitudo, gloriæ, duratio, propagatio, immo & ipſa ejus futura ſucceſſio à prima erectione uſque in ſæculi conſummationem in ſcripturis doctrinaque deſcribitur*, ut habet Ianſenius pag. 241. 242. Scriptura eſt nota notarum Eccleſiæ, & Theologicè demonſtrat notas Eccleſiæ, Ergo & ipſam Eccleſiam, atque adeo ſucceſſionem tanquam Eccleſiæ eſſentiale attributum.

Ad Ratiunculas, ſeu potius ludos Ianſenii ſic reſpondemus.

Prima eſt, Eccleſia noſtra & doctrinæ ſucceſſio in Scripturis quæri & inveniri non poteſt, quia nunquam in mundo fuit ante Calvinum.

Reſp. I. Probatum, non aſſertum hoc oportuit. 2. Si in Scripturis inveniri non poteſt doctrina, tanto facilius eam conviceris. Accedamus modo ad Scripturas, ſed hic rota tua, hic equuleus. Ideo omnem hunc ſtrepitum excitas, ut à Scripturæ examine te eximas. 3. Convertatur ſodes hoc argumentum, Si doctrina & Eccleſia noſtra in Scripturis invenitur, quippe vera. Ergo ea fuit in mundo ante Calvinum. Neceſſe

eſt enim ſemper fuiſſe veram fidem & Eccleſiam. Sed doctrina noſtra & Eccleſia in Scripturis invenitur, Ergo. Hic nihil potes, niſi negare Minorem. Atque ita ſemper volens nolens dilaberis in ipſius doctrinæ & cauſæ examen, quod tamen maximè metuis ac refugis, conquiſitis undique præjudiciis & occultis dedecoris. 4. Eccleſiam noſtram ejuſque in hoc mundo conditionem, quod tam urbanè rides, non eſt quod ægre feramus, cum ne ipſi verbo divino parcas, quod per ἐξουθενισμὸν *Scripturæ membranas* ſpiritu Libertino & phraſi Ieſuitis, Coſtero ac ſociis, uſitata appellare libuit. Longe aliter de illis membranis Prophetæ & Apoſtoli Pſal. 19. & 119. per totum cum 2. Timoth. 3. verſ. 15. 16. 17. 2. Petri 1. verſ. 20. 21. 5. Pura puta mendacia tua ſunt, quæ intertexis *de fuga Eccleſiæ noſtræ ante* 1500. *in deſertum, de eadem in deſerto ab illo tempore latente, ſed ſine grege, ſine lege, ſine Rege, impaſta, inviſibili, inenarrabili.* Nemo noſtrum iſta credidit, aſſeruit, aut dogmatizavit. Accinge te Ianſeni & fac me mendacem. Si taces, quod facturum te ſcio, jam reſipiſce à mendacio tuo & agnoſcant docti in Europa viri quis Spiritus te agat. 6. Parum abeſt à blaſphemia, *quod illud deſertum Apocalypſeos hujuſmodi erraticis ovibus & vervecibus plenum dicis.* Scripturæ pars eſt Apocalypſis, Apocalypſeos pars eſt illa relatio prophetica cap. 12. de muliere (hoc eſt) Eccleſia fugiente in deſertum. Nunc pone in cœlum os tuum Ianſeni & per ludum & jocum nefarium exagita deſertum illud Apocalypſeos.

Secunda eſt: Omnes hæretici Eccleſiam ſuam in Scriptura quærunt & inveniunt, judicio non tam alieno, quam ſuo: Et de eo interminabilibus diſceptant litibus.

Reſp. I Video antecedens, ſed conſequens exprimere non audes. Dic ergo, ſi audes, non eſſe doctrinam aut Eccleſiam in Scriptura quærendam, quia ibi etiam quærant hæretici & habebis reſponſum noſtrum, Eſſe fallaciam accidentis, & abuſum ac peccata hominum non poſſe præjudiciis aut corruptelis ſuis inficere ipſam juſtitiam ac veritatem Dei.

II. Etiam ipſe diabolus ſua quærit ex Scripturis, quomodo malè accepit locum illum Pſ. 91. verſ. 11. 12. Quomodo & poſt eum primogenitus ipſius Alexander III. verba proximè cohærentia, alio in caſu peſſimè accepit, applicans illa Imperatori cujus cervicem conculcabat. Sed Chriſtus propterea non deſtitit ex Scripturis veritatem quærere, & opponere veritatem abuſui, Math. 4. verſ. 7. *Viciſſim ſcriptum eſt, &c.*

III. Idem de Patribus, & Scriptoribus Eccleſiaſticis & martyribus dici poteſt, unde Ianſenius velit ſucceſſionem doctrinæ & Eccleſiæ probari. Omnes hæretici jactant martyres ſuos, teſte Molano in prolegom. ad Vſuardi Martyrolog. cap. 5. Nullus fere heterodoxus fuit qui Patres & antiquitatem pro ſuis opinionibus non allegarit. Noſtri, qui Ianſenio hæretici, quoties antiquitatem & ſucceſſionem doctrinæ ſuæ ex illis probare obtulerunt. Videantur inter omnes imprimis Iuellus, & Pleſſæus & ſimiles qui ex profeſſo in hanc arenam Pontificios provocarunt. Dioſcorus exclamabat in Concil. Chalcedon. act. 1. Μετὰ τῶν πατέρων ἐκβάλλομαι. Ἐγὼ συνίσταμαι τοῖς τῶν πατέρων δόγμασιν, &c. καὶ τούτων τὰς χρήσεις οὐχ᾽ ἁπλῶς ἀλλ᾽ ἐν βιβλίοις ἔχω. Id eſt, *Ego cum patribus ejicior, ego ſto pro patrum dogmatibus, &c. eorum teſtimonia non nudè ſed in libris habeo.* Græci, Armeni, ex Patrum conſenſu, antiquitate & ſucceſſione cauſæ ſuæ patrocinium magis quærunt, quam ex Scripturis. [a] Nulla controverſia unquam orta in Papatu inter Minoritas & Dominicanos, & rurſum inter hos & Ieſuitas, inter Gallo-Francos ſeu Politicos Papiſtas, & inter rigidos

[a] Vide Imper. Manuelis Comneni legationem ad Armenos.

rigidos Paponianiacos, quin utraque pars in Antiquitatis conſenſu & ſucceſſione ſuam ſententiam inveniſſe prætenderit. De Controverſia inter Dominicanos & Ieſuitas Romam ad Pontificem delata, ibique agitata vide paſſim Epiſtolas Perroni. Ipſum Zvvenckfeldii dogma *de perſona Chriſti* ex antiquitatis conſenſu & ſucceſſione animoſe probare contendit Iohannes Langius Patrum admirator, inque eorum lectione verſatiſſimus[a]. Nihil denique tam abſurdum, quod ex *Patribus* & nunc & olim aſſertum non fuerit. Eandem ſortem nactus eſt *Thomas*, Scholaſticorum pater. Et ipſa decreta Tridentina, quæ quiſque pro opinionibus ſuis exponit.

IV. Vis argumenti huc redit; Mahumetani, Iudæi, Gentiles, dicunt ſe eſſe populum Dei; omnes hæretici dicunt ſe eſſe Eccleſiam; Omnes Athei, Epicurei, Pagani ex libro naturæ, omnes hæretici ex libro Scripturæ, plurimi ex Conciliis, Patribus, etiam Romanæ ſedis decretis ſua confirmant. Muhammed æquè ac Papa Romanus jactat infallibilem inſpirationem Dei, atque adeo obedientiam ſui facit æquè ad ſalutem neceſſariam, ac Papiſtæ Pontificis ſui: *Obedite*, inquit, *Deo, & Apoſtolo obedite, & ſi tergiverſemini, utique apud Apoſtolum noſtrum ſufficientia manifeſta*, v. 12. cum v. 6. & 7. Surat. 64. cum quo confer Extravag. Bonifac. VIII. Ergo fideles & Orthodoxi nec Eccleſiæ aut doctrinæ veritatem ſibi aſſerere, neque ex principiis naturæ aut ſupernaturalis revelationis eam deducere debent, hoc eſt, debent in Atheorum, Libertinorum, Scepticorum & Pyrrhoniorum caſtra concedere, & hæreſin multo pejori hæreſi devitare. Nemo etiam poſthac ex antiquitatis conſenſu ſucceſſionem doctrinæ aut Eccleſiæ ſuæ quærat, quia ibidem quiſque hæreticorum ſuum quærit, & invenit judicio non tam alieno quam ſuo. Immo poſthac nemo dicat ſe eſſe Eccleſiam, & ſplendidum Eccleſiæ nomen obtendat. *Quia faciunt & veſpæ favos, & ſimiæ imitantur homines*, ut rectè Cyprianus Epiſtol. ad Iubajanum; Et nullus hæreticorum cœtus unquam prodiit qui *Eccleſiæ* titulo non ſuperbiret, ut oſtendunt Patres & fatentur ipſi Pontificii, Phighius in Hierarch. Eccleſ. in principio, & Moguera lib. 1. de Eccleſia in princip. pag. 1. 2. 3. ubi prolixè per inductionem probat, omnes hæreticos & fanaticos ſibi ſolis nomen Eccleſiæ vindicaſſe.

V. Vt ad abſurdum redigam Ianſenium retorqueo argumentum; ut omnes hæretici in Scripturarum, ita & in ſucceſſionis explicatione falſi ſunt & alios fefellerunt; in ſucceſſione dogmata ſua quæſiverunt, ejus prætextu ea Eccleſiæ obtruſerunt: immo peſtilentiſſimi eorum (contra quos Irenæus, Tertullianus, Auguſtinus ſcripſere) magis ex ſucceſſione & traditione quam ex Scripturis interminabilibus diſceptarunt litibus. Quin & ipſe Irenæus & Tertullianus (quos pro ſucceſſione advocat Ianſenius) in ſucceſſione magis, quam in Scripturis ille ſuum Chiliaſmum, hic Montaniſmum inveniſſe ſe putabant. *Confingant aliquid tale hæretici: ſed etſi confinxerint, nihil promovebunt, ipſa enim doctrina eorum, &c.* inquit Tertullianus. Confingant & ſucceſſionem hæretici, ergone fidei aut Eccleſiæ veritas in ſucceſſione non eſt quærenda? Vides medium nullum diſcernendi inter veritatem & errorem, certius, expeditius, facilius doctis aut indoctis à te hactenus ſuggeſtum, quod æquè aut magis idē fatum non ſubeat quod ſubit Scriptura, quoque iiſdem exceptionibus Pontificis non pateat. Vt à Scripturis certo fidei principio abducant fideles, veræ *Eccleſiæ*, aut ejus *vocationem & ſucceſſionem*, aut *catholiciſmū*, aut

a Vide Langi annot. in Iuſtinum Martyrem; & in Nazianzeni carmina.

aut *antiquitatis*, *& Patrum conſenſum*; aut *Conciliorum authoritatem* (quæ nihil niſi mera vocum nihil ſignificantium ludibria) ipſis commendant tanquam medium & remedium inveniendę veritatis & dijudicandi erroris certiſſimum, præſtantiſſimum & facillimum doctis pariter & indoctis. Atqui omnes hæretici (ut utrimque in confeſſo eſt) eadem illa jactare, prætendere, & ſibi tribuere, atque applicare fucatis rationibus aut adultera interpretatione & poſſunt & ſolent; ita ut difficultatem & aleam inveſtigationis eandem hic ſubire cogatur quiſque, quam in examine doctrinarum ex ex Scripturis: Alterutrum ergo faciendum Pontificiis, ut homines & cauſæ cognitionem iſtis rationibus amplius non abducant à Scriptura; aut ſiquidem rationibus illis inſiſtant, eadem conſequentia abducant à mediis illis ſuis quæ ſcripturæ ſupponunt; atque ita ex ignorantibus faciant Scepticos & Libertinos, ſive formaliter, ſive eminenter. Immo ab omni Philoſophia, à Dialectica, à Rhetorica, à gentilium libris potius perpetuo abſtineant, pro quibus tamen diſtinctione inter *rem ipſam*, *ejuſque rectum uſum*, & *inter abuſum rei* pugnare norunt.

VI. *Non obſtante abuſu hæreticorum, Eccleſiam ſuam in ſcripturis quærere & invenire ſe pro*fitentur Auguſtinus & Catholici in collat. Carthagin. 3. c. 100. & 101. *Scripturæ quippe noſtræ, quarum autoritati utrique ſubdimur, Chriſtum & Eccleſiam tanquam ſanctum commendant conjugium, &c. ubi illum cognoſcimus, ibi & illam invenire debemus. Si itaque nunc exorti eſſemus, & cogitaremus in Africa cui communioni Chriſtianorum ſociari deberemus, procul dubio eam tenere debuimus, quam in ſcripturis inveniremus, &c. & ad ſola eloquia divina, quæ mentiri neſciunt, nos tenere.*

SECTIONIS PRIMÆ

CAPVT V.

Succeſſionem perſonalem Eccleſiæ, ſaltem reſpectu noſtræ cognitionis non debere eſſe neceſſariò continuam, ſeu ininterruptam.

QVINTA Ianſenii Hypotheſis eſt: Succeſſionē perſonalem & localem debere eſſe ininterruptam, & abſolutè continuam.[a] *Hoc omnino neceſſarium eſt ad ordinariam vocationem, ut ab ultimo vocato ad primum vocantem Chriſtum Deum non interrupta ſerie ſive fidei, ſive perſonarum perducatur. Vbicunque enim catena illa fracta diſſiluerit, ibi impoſſibile eſt vocationem ordinariam ſupereſſe, &c. Succeſſio nullo modo intelligi poteſt, niſi ſit quidam fluxus & continuatio prædicationis & profeſſionis ejuſdem doctrinæ, uno alteri per manus tradente, &c. Si enim ullum ſpatium manet vacuum, quo ejuſdem doctrinæ prædicatio & profeſſio interrupta ſteterit; hoc ipſo ſtabit etiam interrupta doctrinæ ſucceſſio.* Et pag. 473. innuit, *nullum indicium ſucceſſionis adferri poſſe, niſi paſtores continuati texantur.*

Nos contrà dicimus, poſſe eſſe veram Eccleſiæ ſucceſſionem etiamſi demonſtratio & cognitio ſucceſſionis perſonalis alicubi deficeret. Addimus, non omnem intercisionem & interruptionem Doctorum ſtatim tollere veram ſucceſſionem, quæ eſt affectio Eccleſiæ neceſſaria. Quamvis nolimus concedere interruptionem perſonalis

a Pag. 20[illegible]. 229. 230. 231, 255.

lis ſucceſſionis Eccleſiæ in mundo unquam fuiſſe, ut nulli eſſent fideles, nulla membra corporis Chriſti, nulli Doctores Orthodoxi. Hæc ergo de continua illa, quam prætendit, ſucceſſione ipſi conſideranda offero.

I. Succeſſio Eccleſiæ non eſt eadem ſpecie cum ſucceſſione & perpetuatione rerum naturalium, quod ad eandem naturam, ubi eodem inſtanti forma corrupti abjicitur & forma geniti introducitur; ubi & materia ſemper eadem, æterna idcirco à Philoſopho dicitur; & formæ æternæ quod ad genus, quia individuæ cuique formæ ſemper alia ſuccedit, abſque ulla temporis mora aut interciſione.

Eſt enim Eccleſia unum & totum quoddam per accidens, quippe de Entium aggregatorum genere, quæ quod ad externam collectionis & aggregationis formam ita dictam, hoc eſt, modum collectionis, adunationis & unionis ſuæ non ſemper quaſi in eodem puncto ſe habent; ſicut in exercitus, Gentis ſeu populi, Reipublicæ, Regni, Senatus, Familiæ, Oeconomiæ, Scholæ, ſeu Vniverſitatis unione, communione, ejuſq; continuata ſucceſſione manifeſtum eſt.

Itaque non debet continuitas & ſucceſſio Eccleſiæ ad phyſicam aliquam rerum naturalium, aut motus aut temporis ſucceſſionem & continuitatem exigi, niſi turpiſſimam μετάβασιν εἰς ἀλλὸ γένος committere velimus.

Immo manifeſtè unionis & formæ externæ Eccleſiaſtici corporis ſucceſſionem à ſucceſſione continua rerum & motuum naturalium diſtinguit Ianſenius, cum neceſſariam conditionem Eccleſiaſticæ ſucceſſionis ſtatuit interruptionem, & intermediam temporis durationem, & cathedræ ſeu loci vacuitatem, quæ perpetuo inter unius corruptionem & alterius generationem intercedere debet, pag. 259. ad modum ſucceſſionis ſcil. in Miſſa, quam ita deſcribit Gabriel, In 4. diſt. 11. qu. 1. A. *Succedere eſt ad deſitionem alicujus de novo incipere, aut in eſſe conſervari; quomodo non inciperet vel in eſſe conſervaretur, niſi aliud deſineret.*

Deinde, latiſſimam hic facit differentiam quod continua ſucceſſio naturæ rerum, aut motus in natura requirit ſeu præſupponit ἐντελεχείας, id eſt, actus continuitatem: Succeſſio autem Eccleſiaſtica cum potentia & ſeminali quadam ratione ſubſiſtere poſſit; quia in unione virtuali ſalvatur & fundatur ſufficienter externa illa forma Eccleſiæ ex ſententia adverſariorum, quorum alii quaſi privilegio quodam Eccleſiæ ſuæ, auferibilitatem Papæ ab Eccleſia cum Gerſone ſtatuunt; Alii Vnionem cum Cajetano Omnipotentiæ Pontificiæ aſſertore aliàs ſtrenuiſſimo, alternativè requirunt, vel cum Papa, vel cum Concilio Vniverſali, Commentar. in 2. 2. quæſt. 39. Alii omnes cum Ianſenio vacuitatem ponere, ab ipſa mortis neceſſitate coguntur, cum videant Papas ſuos mori in ſede ſua, quo tempore actum ſeu ἐντελεχείαν radicalis unionis corpori Eccleſiaſtico adeſſe nemo dixerit; & ne tamen ſucceſſio illius unionis plane tollatur, adeſſe ibi poteſtate & virtualiter talem radicalem unitatem ac unionem quæ ſufficiat ad Eccleſiæ formam & eſſentiam ſalvandam, ſive ea in Curia, ſive in Cardinalibus ſolis, ſive etiam in Epiſcopis interea temporis reſidere dicatur.

Tertio, Monſtrum in natura ſucceſſionem naturalem in aliqua ſpecie non continuat; quia monſtrum (κυρίως ita dictum) ſpeciei ſeu naturæ iſti particulari opponitur: Sed ſucceſſio Eccleſiaſtica ex ſententia adverſariorum per *Monſtra* (ut Baronius aliique plurimos Papas appellant) continuatur nihilominus: Immo monſtra illa ſola ſubſequenti acceptatione Eccleſiæ (ut dicit Ianſenius pag. 197. 198.) in genuinos Papas tranſmutantur, atque inde artificio quodam myſtico

per generationem æquivocam, quaſi ex putri materia, generis hieratici propagatio continuatur. Ita ut corrigatur ſequenti approbatione, quod peccatum fuerat in antecedenti vocatione. In natura autem ſubſequens actio aut paſſio nullum erratum corrigit; quomodo de nutritione pronunciant Phyſici & Medici: *Quod peccatum eſt in prima concoctione, non corrigitur in ſecunda.*

II. Ne in ipſis quidem naturalibus, ſucceſſio omnis neceſſario dicit continuitatem, ſed bene ſtare poteſt cum interruptione aliqua. Nam primo ſufficit ad rationem veræ & poſitivæ ſucceſſionis τὸ prius & poſterius, quorum unum jam non eſt ſed fuit, alterum jam eſt vel futurum eſt. Et illa res dicatur ſuccedere, quæ variationem ſeu innovationem ſubit in eſſe ſive entitativo, ſive modali, ſive accidentali. Zvvarez Metaph. tom. 2. diſp. 50. ſect. 5. Ruvius cap. 6. de Quantitate, quæſt. 5. num. 17. Succeſſivum ut à permanente diſtinguitur, eſt quod ſuum eſſe ſimul non habet in rerum natura, ſed ſucceſſivè; & conſequenter, quod partes ſuas ſimul non habet; ſed unam poſt aliam.

Deinde etiam in natura eſſet ſucceſſio naturalis, licet in aliqua ſpecie fieret interruptio. Ponatur intercifam eſſe formarum in aliqua ſpecie generationem ordinariam, & ſemel eam reproductam per abſolutam Dei potentiam, aut per generationem aliquam æquivocam, qualis eſt omnium ſpontaneorum, & quæ ex putri materia producuntur; an propterea nova ſpecies, nova natura, novus mundus dicetur?

Ponatur etiam, materiam primam per abſolutam Dei potentiam ad tempus aliquod alicubi exiſtere abſque omni forma (quod poſſe fieri Scotus cum aliquot ſectatoribus ſuis & pleriſque Philoſophis modernis ſtatuit[a]) an ergo formarum ſucceſſio in illa parte materiæ nulla eſſet plane, quia per illam Dei conſervationem ad diem aut horam fuiſſet interrupta? Ponatur unam quantitatem eſſe Romæ & Conimbricæ, (quod fieri poſſe argutantur Conimbricenſes[b]) illa quamvis non eſſet continua, quippe loco diſtans, eſſet tamen una numero quantitas; Et quæ implicatio contradictionis, ſi Eccleſia & ſucceſſio non continuata eſſet eadem Eccleſia?

Præterea in ipſo motu, cui eſſentialis eſt ſucceſſio, diſtinguitur illa in continuam & diſcretam: Ita ut de omnis ſucceſſionis ratione non ſit continuitas. Diſcretæ & interruptæ ſucceſſionis exemplum occurrit in augmẽtatione viventium, quæ ſucceſſivè una quidem eſt, ſed interrupta & interciſa multoties, quippe *compoſita ex multis motibus & quietibus*; ut recte ex Averroe Ieſuita Pererius[c]; *ita ut tota accretio viventis non ſit unus motus continuus*; ut idem ex ſententia Peripateticorum. Cum iſta ſucceſſiva augmentatione optimè comparari poteſt Succeſſio & propagatio veræ Eccleſiæ, quæ (ſaltem quod ad noſtram obſervationem) *ab ortu ejus uſque ad ætatem conſiſtentiæ non fit æquabiliter & continuè, ſed ea ſæpe interrumpitur & inæquabilis eſt. Non enim continuè augetur, ſed aliqua ætate plus, alia vero minus, aliqua vero nihil*, ut verba authoris citati huc applicem. Addit idem: *In alterationis motu etiam plerumque interpellari continuationem propter multa contraria & impedimenta, quæ extrinſecus occurrunt; In ſolo motu locali perfecte inveniri, ſeu maxime conſpicuam eſſe illam ſucceſſionem, ſed, niſi quid impediat.* Et, *Continuitatem non eſſe de eſſentia & ratione motus.* Et, *poſſe partes termini ad quem acquiri ſucceſſive dupliciter, vel continenter, & ſine ulla interruptione, vel ſucceſſive*

a Vide Zvvarez Metaph. tom. 1. diſp. 15. ſect. 9. Et Ruvium in 1. phyſic. quæſt. 5. de materia. b Conimbr. in 2. de Generat & Corrupt. cap. 11. q. 3. c Pererius lib. 13. de natura Motus cap. 5. Et lib. de diviſ. mot. c. 6. 8. Ruvius in 4. Phyſic. tract. poſter.

ceſſive quidem, ſed interruptè. Nec deſunt Philoſophi qui affirment nullam alterationem eſſe continuam, ut Capreolus, Iavellus, Soncinas Ferrarienſis. [a] Omnes nunc communiter diſtinguunt Succeſſiva in continua & diſcreta; Et unitatem ſucceſſivorum, in unitatem entitatis & unitatem ordinis; illam tribuunt ſucceſſivis continuis, hanc ſucceſſivis diſcretis; quæ cum unum per accidens ſint, ſecundum entitatem, utpote pluribus entibus in actu conſtantia, ſufficit ordinabilitate aliqua effici unum per ſe. Exemplum ſtatuunt in Oratione, quæ ſucceſſione Syllabarum compoſita eſt, & cujus entitas ac unitas cum humana & moderata interruptione ſtare poteſt, modo fini & ordinanti ſit proportionata. Zvvarez [b] ſucceſſivam paſſionem Phyſicam diſtinguit in continuam & diſcretam; quarũ *iſta fit per interruptas morulas*, ut ſi fingamus aquam paulum calefieri, & ſtatim quieſcere, & poſt breve tempus iterum calefieri, &c.

Accedit, quod in actionibus animæ rationalis & angelorum ſucceſſionem diſcretam, & tempus diſcretum (cum tamen tempus ſit de genere continuorum) excogitavit Thomas par. 1. quæſt. 53. a. 3. & qu. 10. a. 5. Vbi Cajetanus *motum vocat diſcontinuum* & *tempus incontinuum.* Inventum hoc Thomæ ut neceſſarium laudant Thomiſtæ, & cum iis recentiores Zvvarez, Ruvius locis citat. & Pererius lib. 12. cap. ult. Et rurſum Ruvius cap. 6. de Quantitate quæſt. 11. Ex quibus omnibus conficitur, Succeſſivum & ſucceſſionem (prout à permanente & æternitate diſtinguitur) poſſe conſiſtere cum interruptione aliqua.

III. Succeſſio & fluxus perpetuus luminis per emanationem, atque adeo illuminationis ſuper terram eſt in ſole & luna ex lege creationis jam inde ab initio mundi Gen. 1. quamvis Eclipſes ſuas patiantur; & ſol obſcuratus ſit tempore paſſionis Chriſti, ſive quod ad omnes mundi partes, ut quidem ex doctis non pauci ſentiunt [c]; ſive quod ad ſolam Iudæam, ut nos veritati magis conſonum putamus. Illa ergo interruptio illuminationis, non tollit perpetuam ipſius ſucceſſionem.

Præterea, Tempus illud Ariſtotelicum quod ſubjectivè, ſive tantum, ſive principaliter eſt in motu primi mobilis, & maximè in luminaribus magnis, ſole & luna, Gen. 1. per perpetuas dierum & noctium viciſſitudines, ſucceſſive fluxiſſe à principio uſque ad præſens momentum nemo negabit, quamvis tempore Ioſuæ interruptus fuerit curſus ſolis, & tempore Regis Hiskiæ, ut legitur Ioſuæ 10. & 2. Reg. 20. & Ieſai. 38. Quæ, qualis & quanta tunc fuerit naturalis diei mutatio, vide multis diſputantem Lyranum ad loca citata. Quid dicemus? nullum tunc fuiſſe, nunc eſſe tempus, nullam ſeriem temporis, nullam menſuram motus; quia ſcilicet pons ſolutus, calculus turbatus, nobis ſaltem obſcurus & inexplicabilis factus eſt in motu ſolari, *qui maxime omnium regularis & incommutabilis eſt, & omnibus mortalibus conſpicuus, ut nullum aliud poſſit habere mundus totus commune horologium*, ait Valeſius de philoſ. ſacr. cap. 1. Similiter argumentamur; Computi Eccleſiaſtici exacta ratio & calculus iniri non poteſt, nec demonſtrari juſta feſtorum mobilium & immobilium ſucceſſio perpetua, abſque ulla interrumptione obſervata in Eccleſia. Ergo pons ſolutus eſt, computus evanuit, & nulla in Papatu feſta, ad quæ conſcientiæ hominum alligari poſſint, &c.

Antecedens probatur. *Primò* ex ipſa rei evidentia, quia ęquinoctium vernum quod tempore Concilii Niceni retroceſſerat à 25. Martii in 22. tempore Gregorii XIII. ite-

[a] Ruvius in Logic. Ariſtot. cap. de Quantitate, quæſt. 11. c. 937. [b] Metaph. Tom. 2. diſp. 49. ſect. 4. artic. 2. [c] Titelmannus in phyſic. cap. 37. & 38. libr. 7. Clavius, Cirvellus, Petrus de Alliaco cum Magiſtro ſuo Sacroboſco in ſphær. cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

rum retrolapſum erat à reſtitutione Nicenæ Synodi fere per 12. dierũ ſpatium (Lalamãtius de anni ratione p.78.79.) *Secundò* probatur ex correctione Kalendarii, quam Gregorius XIII. per doctorem Lilium inſtituit, ut temporis & feſtorum ſucceſſionem certiorem aliquam daret. *Tertio*, ex diſceptationibus Aſtronomicis & Chronologicis, quibus Kalendarium ab hujus rei peritis hodie vexatur, ſcil. Scaligero, Lydiat, Magino, Keplero, Deckerio, Clavio, &c.

IV. Succeſſio perpetua fluviorum, qui perennes idcirco dicuntur, non tollitur aliqua interruptione, quæ per terræ motum accidere poſſet, ut notum ex hiſtoria naturali[a]: Sicuti nec periiſſe Iordanis perpetua ſucceſſio dici debet, quod ſemel interciſus fuerit fluxus ejus, & aqua aquam immediate non truſerit, de quo legitur Ioſuæ cap. 3. verſ. 15. 16. Cum fluviis per eundem alveum ex eodem fonte aut capite perpetuo labentibus optimè comparari poteſt Eccleſia, quæ ex eodem capite Chriſto, per eundem Scripturæ & veræ fidei alveum perpetuo promanat, ita ut pars parti ſuccedat, ſicut aqua aquæ. Et ſi noſtram cognitionem & ſenſualem perceptionem (de qua hic propriè quæſtio eſt) reſpicimus, fluvii ſucceſſio & continuitas non abrumpitur, etiamſi in terram alicubi ſe condat, aut maris freto lacuve aliquo intercidatur. Vbi ductus ſenſum omnem & cognitionem noſtram fugit, ſufficit ex aquarum ſimilitudine, aut ex injectis in unum & redditis in alio, identitatem utriuſque concludere, ut in Arethuſa & Alpheo, in Phalerico & fonte Æſculapii hoc deprehendi refert Plinius l. 2. c. 103. Saltem de Rhodano, Mincio, aliiſque lacui immerſis, indeque currentibus indubium facit communis experientia. Similiter judicandum eſt de perpetuo motu fluxus & refluxus, intumeſcentiæ, & detumeſcentiæ, item ab oriente in occidentem ad motum primi mobilis, in mari rubro quod ad omnes ſui partes, cujus tamẽ ſucceſſio interrupta eſt, cum per eam tranſirent Iſraelitæ, Exodi 14. v. 21. 22. 27.

V. Vt propius inſtem, Hominum ſucceſſio & propagatio per generationem non tollitur, etiamſi Ianſenius genealogias eorum perpetuas jam inde ex arca Noachi uſque in hunc diem texere non poſſit. Nec puto eum gentes illas novi orbis facere αὐτόχθονας, aut è cælo lapſas, aut per creationes ibi reproductas, aut ex putri materia (ſecundum Cardani Philoſophiam) forte exortas[b], quia non poſſunt demonſtrare, per quem, quo tempore, quibus alis, pennis, aut navibus ex arca Noachi, ex montibus Ararat propagati eo appulerint: & quia nihil aliud poſſent quàm à poſteriori ex natura humana ejuſdem ſpeciei, originem ſuam ex uno illo ſanguine (Actor. 17. v. 26.) qui tunc in ſolo Noacho cum filiis, in ſolo illo Armeniæ angulo ſuperſtes erat, demõſtrare. Si Ianſenio contra placuerit à genere ad ſpeciem (ut loquitur) negativè ita argumentari: Non habetis, hoc eſt, demonſtrare non poteſtis ſucceſſionem humani generis, aut edere origines majorum veſtrorum inde ex Noacho (ex quo ſolo omnes veri homines per generationem propagati) ergo pons ſolutus eſt, rupta eſt ſeries, rupta ſucceſſio, & per conſequens non eſtis veri homines; etiamſi millies identitatem humanæ naturæ cum Noacho probetis. Exſpectet ad ἀρχαῖον hoc ex antiquo & Romano orbe argumentũ, reſponſionem ab illius gentis Philoſophis, quos illic Ruvius & ſimiles Mexicani ac Peruviani patres procul dubio philoſophicis diſciplinis imbuerunt. Vide apud Valeſium de ſacra Philoſoph. cap. 26. quomodo à poſteriori & per experientiam retundatur abſurda illa antiquorũ opinio,

qua

[a] De intercepto Ladonis fluxu Strabo lib. 8. pag. 268. & Eraſini ibid. de quo & Seneca quæſt. Natural. lib. 3. cap. 26.
[b] Scalig. Exercit. 193. ſect. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

qua ſtatuebant impoſſibilem ab Adamo fuiſſe ſucceſſionem & propagationem humani generis, atque adeo ipſius eccleſiæ in mundi illas plagas; inhabitabiles vulgo dictas: quia ſcilicet ex mundi illa parte in qua creatus erat Adamus, per mediam illam regionem, quæ ſub Zodiaco eſt inter tropicos, penetrare nullo modo potuerint, ut quidem ſibi perſuadebant. Quicquid hic coccizet quis, *pons ſolutus eſt, pons iſtic nullus eſt: ergo vos Antipodes, vos Amphiſcii non tranſiiſtis, ergo eo non perveniſtis, ergo ibi non eſtis ex vera humana ſpecie & propagine, nihil aliud relinquitur quam ut monſtra ſitis, aut miraculum.* Facile illi ſtando & manendo in locis ſuis reſpondebunt pro tranſitu ſuo, ut Diogenes olim ambulando pro *Motu*, quem Zeno oppugnabat. *Tempus rerum omnium magiſterium* (ut recte ibidem Valeſius) *evidenter indicabit illum antiquitatis errorem, neque ullam mundi partem cæli cauſa inhabitabilem eſſe, &c. Neque hominum diſperſionem intra tam anguſtos fines ſtetiſſe, ſed in univerſum terræ orbem eſſe factam: atque quamquam alii aliorum ob magna locorum diſſidia ſunt obliti, tamen Dei providentiam eos, more ejus qui ſeminat, hac & illac diffudiſſe, ita ut nulla pars alendis hominibus idonea, ſine Adami ſemine relinqueretur. Hanc diſſeminationem, nulla neque memoria hominum, neque hiſtoria cognitam, nobis in hoc ſæculo velut digito indicabit, hoc eſt, Ieſu Domini noſtri ſeminis, hoc eſt, verbi Dei diſſeminatio. Iam enim Chriſticolæ perluſtrarunt Orientem & Occidentem, &c. videruntque hæc omnia ab hominibus habitari, &c.* Hæc ſapientiſſime ab illo dicta, ad Eccleſiæ ſuperiorum ſæculorum ſucceſſionem, ſed nobis obſcuram, ejuſque Lutheri ſæculo & detectionem & renaſcentiam analogice applicari poſſunt. Antipodum ſucceſſio in ſtirpem humanam ſeu Adami & Noachi à poſteriori, & ex facti præſentis evidentia credi & ſufficienter probari poteſt, contra Papam Zachariam, quamvis & primam ipſorum originem in terra ſua & ſubſequentem continuatam propagationem de ſtirpe in ſtirpem, de capite in caput ignoremus, nec ipſi annotaverint. Ita habent ſe ſucceſſiones omnium fere nationum in terra ſua, quarum origines & propagines difficillime eruuntur, adeo ut hac occaſione nonnullæ ſe à Diis ortas & quaſi æternas cum mundo Ariſtotelico crediderint; aliæ γηγενεῖς & indigenæ dici voluerint cum Athenienſibus. Sabinos antiquiſſimam gentem αὐτόχθονας vocat Strabo libr. 5. pag. 158. Quomodo Polydorus Virgilius Anglos Indigenas aliunde adveniſſe negat, quia ſcilicet ipſe propaginem eorum, & traductionem in inſulam iſtam ignoraret, ut refert & ridet Bodinus in Method. Hiſtor. cap. 9. pagina 482.

VI. In interruptione modi propagationis, aut mutatione originis non abrumpitur aut aboletur ilico natura rei, aut ſucceſſio individuorum in eadẽ ſpecie. Adam ex terra, Eva ex Adamo, Chriſtus ex virgine, alii homines ex generatione maris & fœminæ ſuccedunt in eandem ſpeciem humanam, ut conſtat ex Chriſti Genealogia, Matth. 1. & Luc. 3. Et ſic in aliis ſpeciebus animalium, quorum ſucceſſio eſt per generationem, manet ſucceſſio, etiamſi ſpontaneo ortu ex putri materia aliquando & alicubi intercidatur. De inanimatis, ut metallis & ſimilibus, ſimile eſt judicium. Tritiſſima eſt in ſcholis diſputatio de auro alchymiſtico, de animalibus ex putri materia, quod ſint ejuſdem ſpeciei cum auro per ſolam naturam, & cum animalibus, per univocam generationem producti[a]. Olaus Magnus Archiepiſcopus veſter titulo Vpſalenſis in hiſtor. de Gentib. Septentrionalibus, ex urſo & puella quadam, in ſpeciem hominum ſucceſſiſſe hominẽ refert, quem tantum abeſt, ut ab humana ſpecie per

[a] Vide Pererium lib. 8. qui eſt de cauſis, cap. 18. 19. 20. 21.

ſolam generationem humanam propaganda excludat, ut etiam inde propaginem regum Daniæ derivare non vereatur. Qua fide hoc dixerit, & quo applauſu Regum Daniæ, atque eruditorum idem exceptum ſit, ego non dicam.

VII. Gens aliqua ſucceſſive regionem ſuam inhabitans, eadem ſpecie aut potius numero habetur & dici vult, licet ſucceſſio & propagatio ejus migrationibus, exterorum invaſionibus, & cum ea mixtionibus aliiſque internis & externis mutationibus frequenter & plurimum interrupta ſit: dicitur enim ea gens, ſanguis ille heroibus illis & gentis principibus oriundus, ut e. gr. ſanguis Francorum, ſanguis Germanicus, &c. Quomodo etiam in Sacris filii Lothi (Pſalm. 83.) & Iſmaelitæ, Edumæi dicuntur, quos tamen à prima illa propagine ſæpius & multis modis mutatos indubium eſt. Exempla ex hiſtoria migrationis omnium Gentium non congeram; infinita enim ſunt. Sola Hiſpanica gens in ſucceſſione ſua per inundationem & permixtionem Gothorum, Maurorum interruptiones tantas paſſa eſt, ut non minus difficile ſit ex confuſis illis familiis ſingulos extrahere, & ad genuinam propaginem ac ſucceſſionem ſuam quoſque referre; atque adeo diſtincte per antiquitatis veſtigia ſurſum regrediendo omnes omnium inſignium colores deſignare, quàm in vino Euchariſtiæ aqua permixto, guttas aquæ in vinum mutatas, aut non mutatas diſtinguere.

Sed de quæſtione, Quomodo & quando populus deſinat eſſe populus, Imperium deſinat eſſe imperium, differunt Politici & I. C. C. inter eos Grotius de jure pacis & belli lib. 2. cap. 9. Vbi imprimis notandum quod cum aſſertoribus Imperii Romani unitatem & ſubſiſtentiam ejus & quidem in Populo Romano, in urbe Roma per continuam ſucceſſionem ibi etiamnum reſidere ſtatuit. Quod ſi cum tanta mutatione, luxatione, excuſſione, & diuturna illa per regnum Longobardicum interciſione conſiſtere ibi poteſt ſucceſſio & identitas imperii, quid ni idem dicamus de ſucceſſione Eccleſiæ? Quamvis aliis talis continuata Imperii ſucceſſio difficulter perſuaderi poſſit, inter quos Bodinus in Method. hiſtor. cap. 7.

VIII. In politicis ſucceſſio Regni aut Principatus in aliqua gente aut familia, ilico nulla non eſt, etiamſi intermedio extranei aut uſurpatoris alicujus imperio fuerit interrupta. Regni Gallici in gente Francorum in familia Carlovingiorum, Merovingiorum, Capevingiorum ultr. 1200. annos nunc durat ſucceſſio, licet interrupta illa videatur per Anglos (ex quorum gente Regem Pariſiis aliquando coronatum conſtat) & obſcurata non parum per Hiſpanos, cum tempore Liguæ defenſores coronæ Gallicæ ſe nuncuparent.

IX. Veræ doctrinæ de Deo ab initio mundi ſucceſſio fuit, ut loquitur Eugubinus de Perenn. Philoſoph. libr. 1. cap. 1. & tamen multis modis utramque tam naturalem, quam ſupernaturalem mutatam, corruptam, interruptam conſtat. Saltem ſucceſſio naturalis Theologiæ quam Deus homini revelavit, Rom. 1. verſ. 19. 20. de manu in manum tradita & propagata apud ullam gentem, nedum omnes totius orbis Catholicè monſtrari non poſſet. Tenemus nihilominus contra Gentiles noſtram Theologiam naturalem antiquitate & ſucceſſione præfulgere.

X. Chriſtus in officio ſacerdotali fuit ſucceſſor Melchiſedeci & tamen magnus hiatus ibi interceſſit. Melchiſedec ſucceſſit parentibus ut homo, & fuit revera homo, (non filius Dei, aut Spiritus Sanctus, aut angelus ut perperam quidam opinati ſunt) quamvis ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, Hebr. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

XI. Succeſſio Regni Iſraelitici in tribu Iuda juxta promiſſionem Geneſ. 49. v. 10. In familia Davidis juxta Pſal. 89. 30. & 132. verſ. 11. 2. Samuel. 7. 12. 1. Paralip. 28. 5. uſque ad Chriſtum τεχθέντα Regem Iudæorum, Matth. 2. verſ. 2. debuit eſſe & fuit perpetua, Luc. 1. verſ. 32. Actor. 2. verſ. 30. cum Ezechiel. 21. verſ. 27. & Daniel. 4. & 7. non obſtante multiplici ejus partim obſcuratione, partim interruptione per tyrannicam uſurpationem Athaliæ, 2. Paral. 22. verſ. 10. per Monarchiam Regum Ægypti & Chaldæorum 2. Paralip. cap. ult. per 70. annorum captivitatem Babylonicam, per dominationem Perſicæ & Græcæ Monarchiæ, deinde & Romanæ, atque Herodis, imprimis per dominationem Haſmonæorum, ſeu Maccabæorum, qui Iudæi ſeu Davidici non erant, ſed de tribu Levi.

XII. Apud Iuriſconſultos ſucceſſio generaliſſime accepta eſt; *Quævis in locum alterius conceſſio.* Vultei. Iuriſpr. lib. 1. cap. 72. Quomodocunque enim in locum alterius quis conceſſerit, is ſemper recte dicetur ſucceſſiſſe. Itaque ſucceſsio ut talis non dicit continuitatem, aut neceſſario excludit interruptionem (quod in præſcriptione locum habet, Vultei. lib. 1. cap. 71.) Sic ex. gr. Superſtites filii Galbini Titionis ſuccedere dicuntur progenitoribus ſuis in ampliſſimo cenſu, & gentilitiis bonis, non obſtante intermedia occupatorum aliorum poſſeſsione & præſcriptione longiſsimi tẽporis; ut conſtat ex privilegio Iuſtiniani Imperatoris, ubi vocat *juſtam & meritam inſtaurationem* [a]. Ita ut in locum defuncti juris univerſalis hic facta fuerit conceſsio & conſequenter acquiſitum dominium. *Vnde etjam ſucceſsio juris defuncti continuatio dicitur.* Et ſucceſſor eſt omnis, *in quem jus, dominiumque defuncti tranſit, quique ejus jure utitur* [b]. Nuſquam hic quantulacunque interruptio excluditur. Sic interruptio illa, quam poſſeſſori per captivitatem & ſervitutem evenire dicunt, non tollit ſucceſsionem, ſed manet juris continuatio. Ad hoc enim introductum *eſt jus poſtliminii*, quod non tantum ad perſonas ſed & populos extenditur; ita ut non obſtante illa interruptione, maneat tamen idem populus, eadem jura, quæ in illum reſtituta habentur, ac ſi nunquam ille hoſtium potitus fuiſſet [c].

XIII. Conſtat ſucceſsio familiæ & Genealogiæ, etiamſi in arbore genealogica narratio alicubi deficiat, aut lacunæ omnes propter deperdita monumẽta expleri non poſſint. Veri homines & Romani habiti ſunt illi reges, de quibus Seneca Epiſt. 109. *Cum ad hanc eandem lectionem Philologus acceſſit, hoc ſubnotat, duos Romanos Reges eſſe, quorum alter Patrem non habet, alter Matrem. Nam de Servii matre dubitatur, Anci pater Marcius Numæ nepos dicitur.*

XIV. Succeſsio hæreſios & hæreticorum, atque adeo univerſalis Eccleſiæ Malignantium, interrupta eſt, ſaltem propagatio ejus de capite in caput, de manu in manum demonſtrari non poteſt à Ianſenio, & tamen habet eam pro ſucceſsione: ita ut ipſo teſte, ſed ſibi contradicente, ſucceſsio cum interruptione ſtare poſsit. *Vigilantium, Aerium, Simonem Magum*, alioſq; hæreticos vocat *Majores noſtros, à quibus errorum noſtrorum patrimonium hæreditavimus.* (pag. 208.) utiq; ſucceſsio hæc ab inteſtato, non eſt per traditionem continuam de manu in manũ, à Simone Mago, uſq; ad Lutherũ aut miniſtros Sylvæducenſes, ut ſeries ſive doctrinæ ſive perſonarũ non interrupta fuerit à primo ad ultimum (quod tu requiris p. 209.) *ſed per cognationem & identitatem doctrinæ*; nulla enim alia fingi poteſt. Et ſic Tertullianus Philoſophos *hæreticorũ Patriarchas* appellat, non quod lineam traducis perſonalis & localis

[a] Vide illud privileg. apud Cuijacium. Obſervat. lib. 10. cap. 12. [b] Althuſ. dicæolog. lib. 1. cap. 43. [c] Myaſinger. ad Iuſtit. lib. 1. tit. 12. Grotius de Iure pacis & belli lib. 3. cap. 9. n. 7. 9.

calis ipſe inde deductam videret, *ſed quia hæreſes à Philoſophia ſubornantur*, de Præſcript. cap. 7. Pari ratione Scriptores hæreſæων, ad Simonem Magum, Valentium, &c. poſteriores hæreſes reducunt; quamvis forte hæretici illi hominem aut librum, aut formulam iſtius ſectæ, (à qua denominantur, & cui incorporantur) nec vidiſſent, nec audiſſent, nec per μετεμψύχωσιν Pythagoricam illius genium hauſiſſent. Et ſic de Eccleſiis noſtris, ſintne hæreticæ, an Apoſtolicæ ſeu Catholicæ, ex ipſa fide judicari deberet. Propagatio ejuſdẽ hæreſeos in communione antiquorum hæreticorum ab eodem diabolo etiam hodie viget & deprehenditur, quamvis traductionis aut propaginis neceſsitudine ſe mutuo nõ attingant.

XV. Succeſsio eccleſiaſtica in V. T. *localis* in tabernaculo & templo fuit perpetua ex promiſsione Dei, quamvis interruptio 70. annorum inciderit per captivitatẽ Babylonicam, Pſalm. 68. 17. & Pſal. 132. v. 12. 13. 14. Eadem ratio ſucceſsionis *perſonalis* ſacerdotum, quamvis interruptionem ſubinde fecerit idololatria & apoſtaſia ſummorum & inferiorum Sacerdotum, 2. Reg. 16. verſ. 10. 17. Et 2. Paralip. 15. v. 3. *Dies enim multi aguntur Iſraelitis; ſine vero Deo, & ſine ſacerdote docente, & ſine lege.* Et Pſal. 74. 9. *ſigna non videmus, nec eſt amplius propheta, &c.* Daniel. 9. *auferet hoſtiam & ſacrificium. De temporibus Antiochi.* Quod ſi ibi perpetua fuit nihilominus ſucceſsio, ubi tamen perſonis, locis, certæ genti, tribui, familiæ, templo, altari, alligata erat Eccleſia & Miniſterium; quanto magis tenebit ſucceſsio ſimilis in N. T. ubi alligatio illa ſublata. De viſibili ſucceſsione locali & perſonali ante Abrahamum idem ſtatui poteſt; quæ Eccleſia, qui doctores præceſſerunt in domo idololatrica Patris, in cujus decedentis locum immediatè ille ſuccederet cum puriori cultu, Ioſuæ 24. v. 2. *Aliquando*, inquit Auguſtinus in Pſal. 128. *in ſolo Abraham Eccleſia erat, &c. & in domo Loth in Sodomis Eccleſia erat, &c.* Tempore Iudicum ſæpius in Iſrael quiſque faciebat quod rectum videbatur in oculis ſuis, Iudic. cap. 17.

XVI. Succeſſionem in eccleſiis Æthiopicis & Orientalibus inde ab Apoſtolorum ætate admittunt Pontificii, licet ſeries Cathedralis de capite in caput ab illis oſtenſa non fuerit, nec forte oſtendi poſſit. Neque enim omnibus illis adſunt Bibliothecæ vaticanæ, ex quibus *tanquam ſagenis bonos & malos piſces* (ut loquitur Baronius) omnis ſcilicet generis chartas & libros pro libitu depromere poſſint ad conſignanda tanta tempora; ut factum à Platina, Baronio, in ſerie papatus delineanda.

XVII. Succeſſionem Papatus abolitam non putant Pontificii, licet circa ipſum caput in primo annulo chaſma non exiguum & nodus inciderit inextricabilis: Ita ut nulla factorum lux Andabatis noſtris hic hactenus exorta fuerit, ſed perpetuis atque Ægyptiis dubitationum tenebris immerſi, in ſe invicem incurrant & corruant. Quod Petrus fuerit Romæ, & Pontificatum co translatum illi ſedi alligarit; Quod deſignaverit aut canonicè eligendũ reliquerit ſucceſſorem: Quis ille primus fuerit, à quo & per quem ex Petro uſque ad finem mundi flueret ſucceſſio; oſtendere nemo hactenus potuit, ut fide ſaltem humana & hiſtorica univerſus Papatus hoc crederet.

XVIII. Succeſſionem ſuam in Patrimonio Petri à Conſtantino ipſis donato credere atque aliis perſuadere auſi ſunt & potuere Pontifices cum paraſitis ſuis; ad quod ſolum diploma Conſtantini ſibi ſufficere putabant; quamvis prædeceſſorum ſuorum jam inde à Conſtantino de manu in manum ininterrupta *delatio & acceptatio* patrimonii iſtius (quę duæ de jure ſunt partes ſucceſſionis) nuſquã inventa, nuſquam oſtenſa fuerit [a]. Ne quis autẽ in Baronium, aut recentiorẽ aliquem incidens, Fabulam

illam

[a] L. 39. l. 64. l. 70. de adquir. hæredit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

illam *Donationis Conſtantini* Græculis imputet, moneo ἐν παρόδῳ, exſtare ſummam ejus apud Ivonem Carnotenſem & Gratianum, ſub nomine quidem Paleæ, ſed quæ multum tamen grani Eccleſiæ attulerit, ut joco dici ſolet; *adeo ut cuncti curioſi Canoniſtæ magnum de ea fecerint feſtum*, ut loquitur Paulus Langius, in Chronic. ad ann. 1404. Mentionē ejus fieri apud Adonem, Hincmarum, Burchardum, Anſelmum, Bernhardum, Damianum, Viterbienſem, Friſingenſem, Vincentium Belluacenſem, Cuſanum. Editam eſſe non abſque ſolenni pompa à Martino Polono, Orthuino in faſciculo rerum expet. Alberico de Roſate, Auguſtino Stencho, Herbeto Picernate, &c. Etiam in ipſis tomis Conciliorum Laurentii Surii, & Petri Crabbe, defenſam ſub oculis Pontificis ab Auguſtino Stencho. Allegatam in cauſa Religionis à Leone IX. in Epiſtol. 1. I. Molano de Picturis cap. 65. A Pontificibus diligenter enutritam & ſuſtentatam, teſte Guicciardino lib. 4. qui locus in poſterioribus editionibus expunctus eſt.

XIX. Succeſſionem doctrinæ & Monarchiæ Papalis in Cathedra Romana per tria priora ſæcula abruptam perpetuo deſerto & ſilentio quodam, ingenue poſt Perronum fatetur Ianſenius; quæ quarto & quinto ſæculo demum emergere cæpit; unde etiam pro colluſtratione trium ſæculorum lucem mutuari, atque ita à poſteriori demonſtrationē prætenſę ſucceſſionis confici poſſe contendunt. verba Ianſenii infra cap. 6. citamus. Ita etiam ſucceſſio (fatente Genebrardo) ſæculo decimo revera fuit confuſa in ſede Romana, cum ſucceſsive centum & quinquaginta annis nulli eſſent legitimi Pontifices; & tamen ſucceſsionem Eccleſiæ Romanę illa ſolitudine non putat deperditam Baronius cum ſuis.

Idem dicendum de ſucceſsionis localis interruptione, cum deſerta ſede & Eccleſia Romana (cui primatum alligaſſe dicitur Petrus) Papa 70. annis ſedit Avenione. Et ſedis vacatio per hæreſes, & ſciſmata (quam Ianſenius fingit) quid aliud eſt quam interruptio? Et ſedis Romanæ per Antichriſtum, atque adeo totius Eccleſiæ, omnium templorum, omnium cathedrarum occupatio, cum in paucis latitantibus manebit Eccleſia & religio, non tollit perpetuam ſucceſsionem, ex ſententia adverſariorum. Cor. à Lapide in 2. Theſſal. 2. Sotus in 4. diſt. 46. qu. 1. a. 1. ſentit omnem Eccleſiam, fidem, & religionem tempore Antichriſti Papiſtici defecturam [a]; nec eſt ejus opinio hæreſeos condemnata, aut ipſe ex albo Romano expunctus: Ergo præciſa illa ininterruptio Ianſenii non eſt de eſſentia Eccleſiæ, aut fidei nec quidem Romanæ.

XX. Totam Eccleſiam, totum Miniſterium N. T. non putarunt abolitum Doctores & Divi Papales, atque ideo alterius ſpeciei miniſterium de novo reproducendum; quamvis in primo conceptu ſuo eclipſin & interruptionem aliquam paſſum ſit, ex ipſorum ſententia. In Paſſione Domini, in paſtoribus omnem ſimul veram fidem defeciſſe, cum in ſola matre Chriſti permaneret, tradunt Alexander Ales, & Turrecremata citati à Bellarmino, in Eccleſ. militante, lib. 3. cap. 17. Quibus accedunt Durandus in Rationali, lib. 4. cap. 1. Et Antonin. pag. 4. tit. 15. citati ab aliis. Conſentit Molanus in libr. de pictur. & imagin. Sacris, cap. 79. ubi citat Bernhardum, Auguſt. Wichmans in Sabbathiſmo Mariano, cap. 3. Illorum ſententia nondum condemnata eſt ut hæreſis; ergo contraria non eſt de fide, ſcilicet nullam miniſterii interruptionem admitti poſſe, quin de perpetuo fluxu & ſucceſſione veræ & catholicæ eccleſiæ actum ſit.

XXI. Ianſenius Concilium Sardicenſe dicit eſſe appendicē & ſupplementū Concilii Niceni p. 145. Perronus eſſe idem Concilium

[a] Refert ſententiam hanc Soti Corn. à Lapide loc. cit.

cilium. Vnum & idem aliud fingi non poteſt; quam de genere continuorum ſucceſſivorum. Quomodo oratio dicitur una. Atqui magna hic erat interruptio ab an. 325. quo habitum fuit Nicenum uſq; ad an. 347. quo habitum fuit Sardicenſe. Ergo ipſius ſenſu poteſt continuitas & ſucceſsio conſiſtere cum aliqua interruptione. Concilium Tridentinum etiam unum ſucceſſivum & continuum illis eſt; quamvis non parvas paſsũ ſit Eclipſes & interruptiones, quamvis corpus & caput iſtius Hydræ aliquoties mutata ſint.

Concludimus ergo I. Neque de ratione ſucceſsionis in genere, neque de ratione ſucceſſionis Eccleſiaſticæ eſſe præciſam & prætenſam illam continuitatem. II. Et ſi eſſet; ſaltem continuæ ſucceſsionis perſonalis demonſtrationem, cognitionem, aut ocularem inſpectionẽ non eſſe de ratione veræ ſucceſſionis, aut fidei aut eccleſiæ; Neque ad certitudinem veræ fidei, aut infallibilem Eccleſiarum & dogmatum controverſorum dijudicationem eſſe per ſe & abſolute neceſſariam, ὅπερ ἔδει δεῖξαι. III. Saltem ipſo adverſariorum ſenſu ſubinde nec opportune poſtulandam, nec præſtari poſſe ejuſmodi demonſtrationis architecturã. Tempore Eccleſiæ Romanæ in cryptis, ipſa chartas, antiquitates, monumenta, teſtimonia, omniaque illa argumenta inſita & aſſita quibus nunc luminibus noſtris officere ſe putat Ianſenius, pag. 478. 479. 480. ex toto orbe conquirere & in aciem educere non poterat; quippe cui privata religionis exercitia immanis perſecutio vix concederet. Tempore Antichriſti Papiſtici, pauculi illi errantes & deliteſcentes Papiſtæ omnibus Bibliothecis, & monumentis deſtituti, pleriſque etiam ab Antichriſto deletis, nihil minus quam ex antiquis ſcriptoribus uſq; ad unius ſyllabæ mutationem, doctrinæ, Doctorum, & diſcipulorum continuam concatenationem texere poterant. Niſi ergo ex ſua affirmatione ſucceſſionem ſuam defendere velint, alio ipſis erit confugiendum, quotieſcunque Ianſenii ſpatha & clypeo (*tu quis es, unde veniſti?*) armati adverſarii ipſos invadent.

IV. In antiqua Eccleſia talem ſucceſſionem ab Epiſcopis & Eccleſiis non fuiſſe poſtulatam, cum de ſana doctrina conſtaret. Sive enim interceſſiſſet quis, ſive non interceſſiſſet hæreticus aut ſciſmaticus, inter Marcum & Athanaſium in Eccleſia Alexandrina; inter Petrum & Epiſcopum Antiochæum qui erat tempore Concil. Niceni, Epheſini, Chalcedonenſis, &c. inter Iacobum & Epiſcop. Hieroſolymitanum qui erat eodem tempore & deinceps, recepti ſunt tamen ut Orthodoxi, Catholici, & genuini apoſtolorum ſucceſſores in Concil. Niceno, & ſequentibus: modo conſtaret illos primi ſui prædeceſſoris fidei inhærere, & ab intermedii cujuſcunque prædeceſſoris hæreſi aut ſciſmate (ſi quod interceſſiſſet) procul abeſſe. Et ſic Succeſſionem concipit atque explicat Gregor. de Valentia: Analyſ. fidei part. 7. pag. 296. 297. *Tempore illo quod ab Vrbano VI. uſque ad Martinum V. interceſsit, illos ſane Pontifices cenſeri poſſe legitime fuiſſe receptos, qui in hujus Vrbani locum ſucceſsionis ſerie recepti ſunt, alios vero fuiſſe Sciſmaticos. Nam de electione ipſius Vrbani non videtur dubitandum, quin fuerit legitima, &c. Sed ſive hi, ſive illi durante eo ſciſmate, fuerint legitimi Pontifices, ſive nullus eorum, qui in ſciſmate electi ſunt, ſed tunc ſedes quaſi vacaverit: nihil hoc quidem intereſt: modo conſtet certe ipſunt tandẽ Martinum V. in Concilio poſtea Conſtantienſi legitimo modo receptum fuiſſe in locum Vrbani illius, & anteceſſorum, atque adeo etiam in locum ipſius Divi Petri.* Hic connectit ſucceſſionem non immediato, aut continuo, aut contiguo aliquo contactu, ſed illo ſive contactu ſive contagio, quod poſſumus vocare *per ſaltum*, aut *per diſtans*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

SECTIONIS PRIMÆ

CAPVT VI.

Probatur amplius, Oſtenſionem perſonalis ſucceſſionis de capite ad caput, de puncto ad punctum, non eſſe ad inventionem aut fidem veræ Eccleſiæ per ſe & abſolute neceſſariam.

HYPOTHESIS Sexta. Ad veræ Eccleſiæ ſalutarem fidem, & demonſtrationem, neceſſario requiri Oſtenſionem ſucceſſionis Perſonalis, & localis, cap. 46. & 49. pag. 208. 227. 239.

Refut. I. Poſſumus argumentari ab authoritate negativa, quia nuſquam negat Scriptura, illum cætum eſſe Eccleſiam, qui ſucceſsionem localem & perſonalem ab Apoſtolis uſque ad hoc præſens momentum decurrentem ex factorum luce & antiquitatis monumentis oſtendere non poſsit. Tale argumentum negativum primum facit Zvvarez in vexatiſsima illa quæſtione de Conceptione Mariæ, contra Thomam & ſequaces, in par. 3. tom. 2. qu. 27. diſp. 3. ſect. 5.

II. Vera fides ut ſola conſtituit, ita & à priori infallibiliter demonſtrat veram Eccleſiam, & omnia quæ veram Eccleſiam conſequuntur. Nam quod dat formam dat conſequentia formam; Ergo demonſtratio ſucceſsionis perſonalis, non conſtituit Eccleſiam aut fidem, neque eſt Eſſentiale ejus conſtitutivum aut conſecutivum, neque cum ea reciprocatur. Probatur antecedens ex Iohan. 8. verſ. 31. *Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis*, & Iohan. 10. verſ. 17. 18. 19. *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco illas, & ſequuntur me: & ego vitam æternam do ipſis, & non peribunt in æternum.* Coloſſ. 1. verſ. 23. *Si maneatis fide fundati & firmi, & non dimoveamini à ſpe Euangelii quod audiſtis, quod prædicatum eſt omni creaturæ quæ eſt ſub cælo.* & capite 2. verſ. 6. 7. *Sicut igitur accepiſtis Chriſtum dominum, in ipſo ambulate: radicati & ſuperſtructi in ipſo, & confirmati in fide, ſicut edocti eſtis.*

III. Ad hæreticæ ſucceſsionis rationem & demonſtrationem neceſſariò non requiritur demonſtratio perſonalis ſucceſſionis ex humanis dictis, factis, ſcriptis & teſtimoniis, ergo neque ad ſucceſsionem Eccleſiæ requiritur, &c. Prob. Antecedens, Quia hæreſis eſt hæreſis, & Synagoga hæreticorum demonſtratur talis ſimulac ex principiis divinæ fidei convicta fuerit. Quod adverſarii concedunt [a], & docet quotidiana eorum praxis. Orientales Eccleſias ſe hæreſeos & ſciſmatis convicisse putant, cum ex Scriptura & Patribus illos oppugnant, ſucceſsione ex factorum luce ne quidem in dubium vocata. Sic Anglicanis Eccleſiis aliiſque, quæ ejuſdem corporis Eccleſiaſtici etiam Epiſcoporum localem & perſonalem ſucceſſionem, æque ac ipſi obtendere poſſunt, tantummodo ex mutatione doctrinæ ſucceſsionem hæreticam impingunt. Et talem demonſtrationem ſufficere, & ſolidam eſſe conſtat ex 1. Ioh. 4. 2. *Ex hoc cognoſcatis*

a Sic Bellarmin. lib. 4. de notis Eccleſiæ, cap. 8.

Dei ſpiritum; quicunque ſpiritus profitetur Ieſum Chriſtum in carnem veniſſe, ex Deo eſt. Matth. 7. verſ. 16. *Ex fructibus eorum ipſos cognoſcetis.* Vbi Ianſenius Epiſc. Gandavenſ. in Concord. Euangelic. cap. 43. *Sunt autem fructus eorum, &c. doctrina & opera. Et quidem ex doctrina eorum nonnunquam apertiſsime cognoſcuntur, videlicet cum manifeſte contraria doctrinæ veritatis prædicant. Et de hujuſmodi fructu doctrinæ locutum, &c. patet ex his quæ hoc loco ſubjicit Dominus apud Lucam.* Et Chryſoſtom. cum Thoma in catena: *Fructus etiam ejus ovis eſt confeſsio ejus fidei, qui enim ſecundum Deum vocem humilitatis & veræ confeſsionis emittit, eſt ovis.* Conſequentia argumenti noſtri probatur ex trito illo Philoſophorum axiomate, *Contrariorum eadem eſt ratio*, &, *ſcientia eadem eſt contrariorum.* Bonus fructus eſt nota bonæ arboris, & malus malæ; & falſa doctrina eſt nota falſi doctoris & falſæ Eccleſiæ, & vera doctrina, veri Doctoris & veræ Eccleſiæ.

IV. Argumentum & demonſtratio illa ſucceſſionis, ut neque firma eſt & Theologica, ſic potuit à diſceptationibus & convictionibus Theologicis abeſſe, tum temporis cum Eccleſia eſſet florentiſſima, & Doctores glorioſiſſimi. Tempora Apoſtolorum intelligo, tum enim adverſariis Iudæis & Gentilibus externam & craſſam illam ſucceſſionem perſonalem & localem detrahere, neque ſibi eandem tribuere poterant. Et tamen valide, evidenter, ac facile adverſarios tunc convincebant, ſi unquam. Ergo talis oſtenſio ſucceſſionis ſimpliciter & abſolute non eſt neceſſaria ad detectionem falſæ & veræ Eccleſiæ, neque facit probationem fidei neceſſariam, nedum palmariam.

V. Nuſquam etiam docet Scriptura talem *ſucceſsionem fore ſemper ita viſibilem, aut probationem viſibilis iſtiuſmodi ſucceſsionis omni loco, tempore, & occaſione fore omnibus*, qui veram eccleſiam quærunt aut colunt, ita proclivem & facilem; aut copiam & lucem monumentorum præteriti temporis perpetuò uſque ad finem mundi ſpeciali Dei providentia ita conſervandam, ut per ea ad vivum illud repræſentari poſſit. Quod ipſi adverſarii de antiquiſſimis & illuſtribus illis monumẽtis apoſtolici & trium ſequentium ſæculorum credere non poſſunt (vide querelas illorum cap. præced.) ne quidem de ipſis Scripturæ libris à Spir. S. dictatis & in canonem repoſitis, de quibus tamen ſolis nos pie & libenter illud credimus.

VI. Hinc eſt, quod ſcriptura ad *lucem factorum*, & ad talis *ſucceſsionis probationem* neque mandato neque exemplo aliquo nos ablegat; quotieſcunq; quæſtio de vera aut falſa fide, Eccleſia, Doctore inciderit; ſed potius ad Moſen & prophetas, Luc. 16. ad *ſcripturarum ſcrutationem*, Iohan. 5. verſ. 39. prohibens nos *ſapere ſupra id quod ſcriptum eſt*, 1. Corinth. 4. 6. Confer Act. 17. verſ. 11. 2. Tim. 3. 14. 15. Velimus uno dicto aut exemplo ex Scripturis inſtantiam fieri ab adverſario. Quo doceamur fideles omnes, ſaltem verbi miniſtros ſemper *debere eſſe paratos* ad oſtenſionem talis ſucceſſionis, & *potentes* in iſtis Hiſtoricis & antiquitatibus, aut in *lectione* ejuſmodi Scriptorum inſtare, aut *ſenſus* in iis *exercitatos habere.*

VII. Siquidem talis demonſtratio, & cognitio ſucceſsionis ad veræ fidei & Eccleſiæ poſſeſsionem abſolute aut imprimis eſt neceſſaria, tum ſane ſæculis proximis ante Lutherum miſera aut nulla fuit fidei & Eccleſiæ Romanæ facies; quia difficillima & rara ſucceſsionis tum inveſtigatio, cum barbaries Eccleſias & ſcholas occupaſſet, cum Doctores ita familiariter, ut nunc Lovanii, *patrum officinam* non inſiderent, nec tam libenter Eccleſiam & patres Græcos, hoc eſt, primos omnium & antiquiſsimos *ſua lingua loquentes* audirent, nec ſuppeterent *Onuphrii* & *Baronii* qui nemini tritam ſucceſsionis viam complanarent,

narent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

narent, nec cogniti eſſent in Bibliothecis Occidentis maxima ex parte Scriptores illi, qui poſt renatas bonas literas, & inchoatam Reformationem vel ex Oriente advecti, vel ex ſagena Vaticana aut Hermetica aliqua Vtopia & ſimilibus in lucem protracti, quorum plures forte adhuc exſpectantur; breviter cum linguarum, hiſtoriarum, & antiquitatum Eccleſiaſticarum tam profunda dominaretur ignorantia, ut vix ulla factorum lux ex primis & purioribus illis ſæculis affulgeret; nedum ut phantaſticum illud *facile* Ianſenii tunc locum inveniret. Teſtes ex ipſorum ſinu produco Eraſmum, Vivem, [a] Sadoletum, Beatum Rhenanum, & ſi qui ſunt iſtius commatis. Præterquam quod exſtent Canoniſtarum & Theologorum iſtius ætatis ſcripta, quorum inſpectio arguit antiquitatis craſſiſſimam ignorantiam. Quin immo, in ipſa renati literarum ſtudii ἀκμῇ anno 1555. Marcellus Cardinalis, paulo poſt Papa, *vir omnibus numeris abſolutus*, conqueſtus eſt, ut refert Onuphr. in præfat. ad libr. de Pontificib. *Sacras ſanctiſſimæ Chriſtianæ religionis hiſtorias, & præſertim Latinas in tenebris & obſcuritate* (hæc factorum lux ſcilicet) *latere, neminemque adhuc repertum, qui eas ætate noſtra à temporum & vetuſtatis iniuria vendicandas ſibi propoſuiſſet.* Et Onuphrius ibid. *Nonne jure optimo nobis dolendum eſt ea ignorari, & tenebris vetuſtatis opprimi, quæ tam ante quingenteſimum, quam poſt à Chriſti morte annum in noſtrarum partium Eccleſiis, &c. geſta ſunt? Quot ſanctorum Martyrum agones? quot præclariſſimorum & doctiſſimorum hominum geſta & monumenta ignoramus? è quibus ſacrorum ritus, ſacras ceremonias, rationemque colendi verum Deum accepimus, omnia inſtituta Eccleſiaſtica, quibus nunc utitur Occidens & S. Romana Eccleſia, manarunt. Ex qua rerum obſcuritate, ut alia multa omittam, multæ, immo fere omnes noſtrorum temporum hæreſes exortæ ſunt; dum enim veterum Patrum & antiquæ Eccleſiæ traditiones ignorant* (hi ſcilicet erant Clerici illi, qui facti ſunt primi Reformatores) *novam ſibi comminiſcuntur, & à vero abhorrentem vivendi rationem.*

VIII. Talem ſucceſſionis ex factorum luce demonſtrationem pro cauſa ſua, non adhibuerunt Primi Reformationis Antagoniſtæ; ergo illa non eſt tam neceſſaria aut palmaria, ut vult Ianſenius; aut ſaltem ipſi, eam pro forti brachio aut expeditiſſimo compendio, aut evidentiſſimo lumine non agnoverunt. Antecedens probatur, tum ex ſcriptis illorum, tum imprimis ex teſtimonio Marcelli Cervini poſtea Papæ, & Onuphrii, qui hanc lucem illis tenebris non ſplenduiſſe conqueruntur. Conſequentia probatur, quia illi aut cauſam ſuam juſtis rationibus & documentis tutati ſunt; atque unà noſtram ſubruerunt, & quidem abſque illa luce; aut turpiſſimè & miſerrimè eam prodiderunt, dum tam infelicibus armis Scriptura ſcilicet & Patribus pugnant, & equo Sejano ſtudium illud decurrunt, neglecta principalis, evidentioris, compendiariæ, & omnibus tam proclivis probationis panacæa. Eligat Ianſenius, utrum vult; & applicet ad Eckium, Cochlæum, Staphylum, Latomum, Hochſtratum, Roffenſem, Smythæum, Tapperum, Heſſels de Lovanio, Sonnium, Michaelem Bayum, Democharem, Sainctesium, Pighium, Petrum à Soto, & ſimiles irriformabilis Papatus patronos, quos Scripturarum & Patrum authoritate pugnantes paſſim videas; nonnullos etiam ſolis fere Scripturis chartas implentes, inter quos Cancellar. Lovanienſis Bayus, Nobiliſſ. Domino Sanct-Aldegondio urgenti conceſ-

[a] Vide imprimis egregias Vivis præfationes ad Auguſtin. de civit. Dei. Adde de cauſis corruptarum artium lib. 2. à p. 73. 77. & 91.

ſit, Ex Scripturis fidei controverſias dijudicandas eſſe.

A quo quantum diſcedat ſibi perpetuo contradicens Ianſenius pag. 50. 51. non video: Sic enim ibi philoſophatur: *Latum eſt diſcrimen inter veritatem doctrinæ, & praxim ſeu uſum doctrinæ. Ex quo fit, ut etiam diſtinctæ latoque limite differentes ſint quæſtiones, ut cum ex Scripturis probari poßit doctrinam & fidem eſſe veram, & utrum ex eis probari poßit, Doctrinam & fidem illam inter homines continuata quadam Magiſtrorum, ac diſcipulorum ſerie fuiſſe traditam. Illa eſt quæſtio juris, hæc facti, &c. Illa perdifficilis eſt, ſoliſque Scripturarum peritis reſervata: Hæc facilis & cujuſlibet capacitati expoſita, &c. Ex quo fit ut in illa diſſolvenda ad Scripturas velut ad normam fidei veritatiſque recurratur, ex quorum ſenſu illa dependeat.*

SECTIONIS PRIMÆ

CAPVT VII.

Veram ſucceſſionem non eſſe abſque veritate doctrinæ.

SEPTIMA Hypotheſis; Poſſe eſſe veram ſucceſſionem, abſque reali doctrinæ ſucceſſione: [a] *Et quamvis,* inquit, *deviaſſent* (ſacerdotes, prædeceſſores Zachariæ) *nihil eſt ad rem. Ipſa enim ſanctificatio ſacerdotum in Exodo præſcripta & in libris Paralipom. adminiſtrandum requiſita, quæ carnali conjuncta propagationi quodammodo perficiebat ſacerdotalem vocationem veteris legis, inſerebat eos iterum trunco omnis vocationis ordinariæ, ſummo Pontifici & corpori miniſtrorum, à quo iterum per ſucceßionis lineam complementum iſtud vocationis ordinariæ dimanabat.*

Ref. I. Ex ipſo Ianſenio ſibi contradicente pag. 229. *Succeßio enim nullo modo vel eſſe, vel intelligi poteſt, niſi ſit quidam fluxus & continuatio prædicationis & profeßionis ejuſdem doctrinæ, uno alteri per manus tradente.* Et pag. 235. *Quid eſt enim illa doctrinæ ſucceßio, de qua diſputamus, niſi continuata quædam prædicatio, ſeu doctrinæ per prædicationem in auditores transfuſio.* Et pag. 50. *Ex quo fit ut diſtincta, latoque limite differentes ſint illæ quæſtiones, utrum ex Scripturis probari poßit Doctrinam & fidem eſſe veram, & utrum ex eis probari poßit, Doctrinam & fidem illam* (veram ſcilicet) *continuata quadam magiſtrorum & diſcipulorum ſerie fuiſſe traditam. Illa eſt quæſtio juris, hæc facti: in illa quæritur utrum ſic ſit credendum aut docendum, in hac utrum ſic ſit in Eccleſia ſemper creditum, &c.* Si ergo ſacerdotes prædeceſſores Zachariæ non habuerint eandem doctrinam, quomodo erit ſucceſſio Eccleſiaſtica ſeu Eccleſiæ? Nam ſola ſucceſſio perſonalis ſeu cathedræ non facit ſucceſſionem Eccleſiaſticam, quæ ſit nota veræ Eccleſiæ, ut tu inculcas cap. 51. pag. 238.

II. Ex Scriptura Rom. 9. verſ. 6. *Non omnes qui ex Iſrael ſunt, ii ſunt Iſraelitæ, neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes ſunt filii.*

Et Roman. 2. verſ. 28. 29. *Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque in manifeſto, in carne eſt circumciſio: ſed qui in abſcondito Iudæus eſt: & circumciſio cordis in ſpiritu, non litera, &c.*

Apocal.

[a] Pag. 210.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Apocal. 2. verſ. 9. *Qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſynagoga Satanæ.* & cap. 3. verſ. 9. *Eos qui ſunt ex ſynagoga Satanæ, eorum qui dicunt ſe Iudæos eſſe, nec ſunt, ſed mentiuntur.*

III. Ex illis teſtimoniis Patrum Nazianzeni, Tertulliani, quibus probo non eſſe illam ſucceſſionem, niſi æquivocè dictam, ut homo pictus eſt homo; quæ in Philonio à me adducta probat Ianſenius pag. 227. *Quod autem*, inquit, *addis, Patres antiquos urſiſſe ſucceſſionem illam ininterruptam in Apoſtolicis Eccleſiis, non tantum localem & perſonalem Doctorum & Paſtorum in eadem cathedra, ſed & realem unius ejuſdemque ſanæ doctrinæ, veriſſimum eſt, & Tertulliani & Nazianzeni authoritates à te prolatæ probant.*

IV. Vnica hæreſis, aut ſolum ſciſma, ilico omne ſacerdotium, omnem Eccleſiæ rationem tollit, ex tuo decreto, de quo lib. 2. cap. 13. ſect. 2. ad hypotheſin tertiam, diximus. Iam vero ſi aliam fidem habuiſſent prædeceſſores Zachariæ, utique ſacerdotium & Eccleſia non fuit penes ipſos, & conſequenter vera ſucceſſio ſacerdotii & Eccleſiæ non fuit; quod enim non eſt, non poteſt ſuccedere, neque de manu in manum continua ſerie tradi.

V. Ex tota hac reſponſione manifeſtè infertur, quod ego volo; Alicubi & aliunde poſſe eſſe & ſuppleri rationem veræ ſucceſſionis, etiamſi doctrinæ & profeſſionis ejuſdem, atque adeo legitimæ vocationis continuatio in eadem cathedra & Eccleſia interrupta ſit. Vt enim ſanctificatio ſacerdotum in Exodo præſcripta, ita & vocatio miniſtrorum in N. T. præſcripta, inſerit iterum omnes veritatis præcones legitimè ab Eccleſia vocatos trunco omnis vocationis ordinariæ, & corpori miniſtrorum: Et fluit iterum à corpore illo ſucceſſionis linea, in illam vocationem miniſtrorum, etiamſi prædeceſſores eorum hæreſi ſua ſucceſſionem, quantum in ſe erat, abrupiſſent. Non poterat melius inculcari diſtinctio illa ſucceſſionis in corpus, & in caput, quam ſupra traditam huic negotio applicatam volumus.

Non poterat melius quaſi una litura induci μέγα illud αἴτημα & commentum, de ſucceſſione & propagatione doctrinæ per Doctores in una ſerie, de capite in caput, de manu in manum; ita ut linea nulla ſucceſſionis in aliquem miniſtrum duci poſſit, niſi per capita ordinariorum ejuſdem planè fidei, & per ceremonias ac formalitates eaſdem. Sufficit ergo lineam ſucceſſionis à Chriſto, ab inſtitutione Chriſti, à veritate Scripturarum, & vera Chriſti Eccleſia, quamvis illa ad tempus in noſtro orbe obſcurata fuiſſet per hæreſes & ſcandala, quaſi poſtliminio duci, & per eam, ſi non cum proxime præcedente Eccleſia & miniſterio, ſaltem cum remotiori connexionem haberi, & illi per unum ſpiritum, unam fidem, unam veritatem (in quibus propriè ſanctificatio & complementum Eccleſiæ & paſtorum) reduniri atque inſeri. Vt enim lumen ſolis nunc ad nos propagatur ſucceſſivè per interjectum aërem; propagari tamen poſſet immediatè, ſi aut aër tolleretur aut nos ſupra aërem conſtituti eſſemus: ſic etiam à Chriſto Eccleſiæ capite & radice, ejuſque inſtitutione propagari alicubi poſſet per & in Eccleſiam ſuam vera fides, vera miniſtrorum vocatio, etiamſi ordinarii miniſtri defeciſſent. Et ſicuti nunc nullus motus fit in vacuo, fieri tamen non repugnaret, ſi daretur vacuum: ut etiam motus nullus nunc in inferioribus, niſi dependenter à motu corporum cæleſtium; non tamen ceſſante motu ſuperiorum, ceſſaret motus omnis inferiorum, ut bene determinant ex Philoſophis Recentiores nonnulli.

VI. Potuit ergo Zacharias legitimè ſucceſſioni Eccleſiaſticæ inſeri atque adeo in

corpus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

corpus ſacerdotum ſuccedere, idque ex vi ſanctificationis verbo divino præſcripta; quamvis proximi prædeceſſores ejus ſucceſſione illa excidiſſent & doctrina impura irritum reddidiſſet ſacerdotium ſuum. Quod ſi applicetur ad diſputationem noſtram, abſolvet totam ſimul & ſemel. Tam felix diſputator noſter Ianſenius, ut primo aſpectu & congreſſu plumbeas iras videatur gerere; ſed ubi propius ad rem ventum fuerit, hoc eſt, ad exceptiones, inſtantias, replicas, mox ipſe quaſi Saturnina fame puſiones ſuos devoret. Nihil eſt, quod conſequentiæ huic noſtræ opponere poſſit Ianſenius, niſi forte iſta duo. Primum eſt, fuiſſe illud in Lege veteri, ſed non in N. Teſtamento.

Ad quod Reſp. I. Saltem quod ad genus, habere nos talem ſucceſſionem Eccleſiaſticam quæ definitione Ianſenii non contineatur.

II. Et ſi ſucceſſionem Eccleſiæ N. T. à ſe definitam tantum dicat; probet ergo in V. T. aliam & ſpecificè diſtinctam fuiſſe ſucceſſionem, ex hoc ſcilicet quod ibi fuerit interrupta, hic vero ininterrupta; quod ibi, non obſtante illa interruptione, potuerit eſſe & manere vera Eccleſia ſalvandorum, hic verò minimè. *Alterum* eſt, *Carnalem propagationem*, ibi junctam fuiſſe ſanctificationi illi quæ perficiebat *quodammodo ſacerdotalem vocationem & ſucceſſionem.* Reſpondemus, *Primo*, illud *quodammodo* nihil dicit. Quodammodo enim quidlibet de quolibet affirmari poſſet. *Secundo*, perficere aliquid dupliciter dicitur, vel effectivè, vel formaliter, ut benè diſtinguunt Scholaſtici. Iam verò carnalis generatio nec cauſa proxima, nec forma erat *vocationis* ſacerdotalis, ſed tantum præſuppoſitum quid ſeu conditio ſine qua non. Illa autem cum in N. T. neceſſario non requiratur, & cum in V. T. ſanctificatio prædicta propriè reponere potuerit aliquem in ſucceſſionem ſacerdotalem, abſque prætenſa cathedrali prædeceſſorum ſucceſſione, (ut hic innuit Ianſenius) ſequitur ininterruptam illam ſucceſſionem, quam ad rationem Eccleſiæ & miniſterii rigidè requirit Ianſenius, eſſe ipſius commentum, & rem de mero titulo. Ita cadit fiduciaria illa reſponſio Ianſenii; ita ut nullum refugium illi ſuperſit, niſi in iis, quæ primo opponebat. *Zacharias*, inquit [a], *ordinariam habebat vocationem, quantum ſacerdos de ſemine Aaron.*

Reſp. I. Vis ergo iſta converti. Eſſe de ſemine Aaron, & eſſe ſacerdotem legitimum (nam de legitima vocatione quæſtio eſt.) Ergo ſi Ethniciſmo aut hæreſi ſe dediſſet aliquis ex Aaronis poſteris, fuiſſet ille nihilominus legitimus ſacerdos, aut neceſſario in ſacerdotum ordinem debebat cooptari? Putas ergo carnalem iſtam generationem, tam indelebilem ſacerdotii characterem & formam tunc impreſſiſſe? Hoc repugnat expreſſè ſacris literis.

II. Miniſter in N. T. ut ſit ſexus virilis, conditio eſt neceſſaria, ſed quæ tamen non faciat miniſtrum. Ex ſtatutis veſtris canonicis multa prærequiruntur ut perſona ſit habilis & eligibilis ad ſacerdotium, membrorum ſcil. ſenſuum, & mentis integritas, &c. ſed illa tamen non conſtituunt ſacerdotem. Subjicit Ianſenius: *Nec tu potes oſtendere vel unum è majoribus Zachariæ aſcendendo uſque ad tempora prophetarum, hoc eſt, Babylonicam captivitatem, poſtquam prophetæ deſierunt & ultra, à recta via deviaſſe?*

Reſp. I. Fuiſſe hæreſes & ſectas inter Iudæos, imprimis celebres illas Pharizæorum & Sadducæorum conſtat ex hiſtoria Euangelica, Math. 22. Actor. 4. 17. & Actor. 23. verſ. 8. Ioſepho [b], Epiphanio [c], Iſido-

[a] P. g. 10. [b] Ioſeph. libr. 18. Antiquit. & lib. 7. Bell. Iud. [c] Epiphanius lib. 1. tom. 1.

Iſidoro[a], Tertulliano[b], Euſebio[c], Car. Sigonio[d]. Et ſatis ſuperque de iis diſputatum eſt inter Serrarium & Druſium cum Scaligero, in Elencho trihæreſeων. Eas autem hæreſes invaſiſſe ſacerdotium, adeo ut ex peſſima Sadducæorum ſecta etiam ſummo ſacerdotio functi ſint. *Hieroſolymis populares Phariſæis, Optimates Sadducæis ſe adjunxerunt*, ut ex Ioſepho refert Sigonius loc. cit. Et Iohannes Hircanus ſummus ſacerdos & Rex ad Sadducæos defecit. Chronic. Iudæorum minus. Si quis ergo ex ſacerdotibus ordinis Abiæ fuit Sadducæus negans reſurrectionem; aut Phariſæus fatum Stoicum, & μετεμψύχωσιν Pythagoricam amplexus; ut teſtatur de Phariſæis Ioſephus lib. 18. antiquit. c. 2. & de bello Iudaico lib. 2. cap. 7. ille ſanè à recta fide deviavit. Erunt & aliæ ſectæ Eſſeorum, Doſitheorum, Hemerobaptiſtarum, Nazareorum, Herodianorum, ut quidem veſtri referunt Ieſuita à Lapide in Philipp. 3. & Iuſtinus Martyr [e] ſuo tempore extitiſſe Geniſtas, Meriſtas, Grecanicos, Galilæos, Tinctores Phariſæos. At quam facilè fieri potuit, ut aliquis ſacerdotum ex Claſſe Abia, alicui ſectæ adhæſerit, cum ipſi ſummi ſacerdotes Phariſæi aut Sadducæi, ſaltem ſectarum acerrimi patroni eſſent: Vt de Anania notat Zanctius comentar. in Actorum 23.

II. Hæreſes fuerunt, quas taxat & repurgat Servator noſter, Math. 5. à verſ. 19. uſque ad finem. Et de quibus Matth. 15. verſ. 9. pronuntiat: *fruſtra me colunt docentes doctrinas mandata hominum.*

A quibus dehortatur diſcipulos Math. 16. verſ. 6. 12. *Tunc intellexerunt eum non dixiſſe*, &c. *ſed à fermento doctrinæ Phariſæorum & Sadducæorum.* Quæ loca de hæreſibus & falſa doctrina exponunt interpretes, & cũ iis Maldonatus in comẽtar. ad loca cit.

Octava Hypotheſis: pag. 236. *Succeſſionem doctrinæ interruptam probari non poſſe, niſi oſtendatur hæreſes eâ formâ eſſe revictas, quâ aliæ*; h. e. niſi diſtinctè probetur, quo tandem tempore ſecta Papiſtarum ſurrexerit, ubi primum ſucceſſio doctrinæ catholicæ interrupta ſteterit, ſic ut antea eſſet integra, à quo corpore Chriſtianæ religionis, &c. Vides hujus Hypotheſeos refutationem ſect. 2. cap. 3. & ſect. 3. c. 3. Non eſt quod hic tractetur.

Nona Hypotheſis: cap. 47. p. 221. & cap. 6. p. 50. 51. *Demonſtrationem ejuſmodi prætenſæ ſucceſſionis eſſe facilem, immo nunc faciliorem quam olim fuit in Eccleſia Apoſtolicæ proxima.* Et, *quæſtio illa, utrum ſic ſit credendum aut docendum difficilis eſt, ſoliſque ſcripturarum peritis reſervata: Hæc verò utrum ſic ſit in eccleſia ſemper creditum aut traditum, facilis eſt, & cujuslibet capacitati expoſita. Nam illa internam fidei veritatem aut falſitatem indagat, quæ ſæpe abditiſſima & penetratu difficillima eſt: hæc externam continuitatem & interruptionem praxeos illius doctrinæ, cujus intelligentia non ſuperat captum popularem. Ex quo fit, ut in illa diſſolvenda ad ſcripturas velut ad normam fidei veritatiſque recurratur; in hac ſcriptura non habeat locum, ſed antiquorum patrum teſtimonium, hiſtoriaque Eccleſiaſtica à temporibus apoſtolorum huc uſque conſulenda ſit, ut fideliſſima atteſtatione pateſiat uter ex duobus litigantibus, in continua ſucceſſione & praxi illius doctrinæ fuerit.*

Ref. I. Clariſſ. Caſaubonus, Regi ſuo ſiſcitanti quid ſentiret de Baronio & Bellarmino, cum affirmaret ſe plurimum ab his confirmari, & Rex cauſam ejus quærerет, ſcitè & candidè reſpondit: *Quia nihil non tueri volunt:* Cui Rex: *peſſimè factum, ſed ut de his quid ſentias, ſcripto teſteris, id non fert rerum mearum ſtatus* [f].

Idem ego de Ianſenio meo dicere poſ-

[a] Iſidor. lib. 8. Etymolog c. 4. [b] Tertull. de præſcript. [c] Euſeb. libr. 4. cap. 22. [d] Sigon. de Republ. Hebr. lib. 5. cap. 11. [e] Iuſtin. In Dialog. cum Tryphone. [f] Refert. Iac. Capellus in vindic. Caſauboni contra Roſvveid. in præfat.

ſem, qui omnibus Stoicis palmam præripiens, paradoxa contra communem ſenſum, contra omnium experientiam certatim effuti e non deſinit. Tantum valent deſperatio, & contentionis fervor. Ego contra aſſero, nec per ſe eſſe facilè ſexdecim ſæculorum ſucceſſionem demonſtrare, nec captui populari, & cujuſlibet capacitati eſſe facile, aut ſaltem facilius ex antiquitate ſucceſſionem, quam ex Scriptura veritatem fidei cognoſcere, nedum faciliorem eſſe nobis quã unius atque alterius ſæculi, *cum adhuc in ſæculo ſupereſſent, qui meminiſſent illorum, etiam proprii diſcentes; & ſucceſſores ipſorum, ne poſteriores negare poſſint*, ut ex Tertulliano de præſcript. cap. 36. monebat Philonium meum. Et primò probo difficultatem illam ex ipſo teſtimonio adverſariorum, qui Ianſenium noſtrum optimè docere poſſint veritatem illius. *Dulce ſemper bellum eſt inexpertis.* Primus ſit Onuphrius Panuinus *vir ad omnes & Romanas & eccleſiaſticas antiquitates è tenebris eruendas natus*[a]: *Cœpi*, inquit,[b] *non ſine maximis corporis laboribus, & periculis variis vetuſta monumenta, præter ea quæ in unum jam ante congeſſeram, perquirere, & in ſexcentis libris ſparſas hujus rei memorias magna cum diligentia & ſedulitate in unum colligere. Nihil harum rerum fuit in urbe Roma, &c. nihil in urbis templis, nihil in baſilicis, nihil in archivis & bibliothecis quum publicis tum privatis, &c. quod non diligentiſſime perquiſiverim, &c. peregrinationem quoque hujus rei cauſa longam & laborioſam per diverſa terræ Italiæ loca ſuſcepi:* Et poſtea, *Sed quum videamus Euſebium, & quos citavi Ruffinum ſcil. Socratem, Theodoretum, Sozomenum, Euagriũ, Nicephorum, Caliſtum, Xantopulum & reliquos omnes ſacræ hiſtoriæ ſcriptores, non niſi Græcarum Eccleſiarum geſta, vel præclarorum hominum, qui in Oriente verſati ſunt, eximia facta perſequi, Latinæ verò vel Occidentalis Eccleſiæ actiones aut breviſſimè ſummatimque perſtrinxiſſe, aut omnino omiſiſſe, neque eorum hiſtoriam ultra quingenteſimum à morte Chriſti annum extendi; nonne jure optimo nobis dolendum eſt, ea ignorari, & tenebris vetuſtatis opprimi, quæ tam ante quingenteſimum, quam poſt à morte Chriſti annum, in noſtrarum partium eccleſiis, urbibus, & provinciis à noſtris majoribus geſta ſunt?* Et poſtea, *Quid loquar autem de illis, qui nobis ſuperſunt hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Latinis ſcriptoribus? ſi modo Scriptorũ nomine digni ſunt. Hi enim vel adeo negligenter literarum monumentis, quæ ſcripſere, tradiderunt, ut nihil vel parum memoria dignum, de his præſertim rebus, quas modo cognoſcere valde eſſet neceſſarium,* (N.B.) *in his inveniri poſſit; vel ſi quid hominum commendatione dignum perſcripſerunt, id adeo temere aliquando, præpoſterè, & ineptè, temporumque ordine aut corrupto aut immutato ab illis refertur, ut admodum exiguam lucem* (ô lux factorum ſcripturis præferenda!) *ad cognoſcendas res geſtas adferre poſſint iis qui in hiſtoriis legendis non ita verſati ſunt. Fabulas quoque mendaciorum plenas rebus veris immiſcere non veriti, effecerunt, ut multi vel in varios errores adducti ea crediderint, quæ nulla ratione unquam eſſe potuerunt, vel neque veris poſtea, neque falſis fidem adhibuerint.* Alter ſit Lindanus, quem Baronius in Martyrolog. Roman. ut antiquitatum Eccleſiaſticarum peritiſſimum commendat; qui in epiſtol. dedicator. Panopliæ ſic ait: *Quo mihi liqueret ſemel, ecquid apoſtoli hiſce de rebus, nunc in controverſia poſitis, Eccleſiæ Dei Catholicæ initio tradidiſſent. Quod dum niſi ſtudio prolixo ac indefeſſo confici non poſſet (cum id non ex recentioribus theologis, ſed vetuſtiſſimis tantũ ante annos mille clariſſimis patribus demonſtrare eſſet animus) maximè tanta in veterum ſcriptorum inopia, qua Belgium noſtrum omnium infeliciſſimè laborat, in eam toti incubuimus cogitationem, ut noſtra pro mediocri tum virili, tum ingenio, ſi non quod vellemus, certè quod per tempus, ætatis, opum & librorum*

[a] Ita de illo Thuanus lib 43. [b] In præfat. ad Roman. Pontific.

librorum facultatem liceret, efficeremus. Hanc verò ſtudii noſtri contentionem,&c. vocat etiam ibidem negotium hoc *labyrinthum*. Refert etiam & Lindanus in epiſt. dedicator. ad Panopliam, Tapperum ſolitum dicere, *Huic rei uni perficiendæ non ſufficere ſeptenniū.* Quod tum Lindanus *judicabat haud ita difficile*; ſed poſt *quintum annum re ipſa experiebatur veriſſimum*. Tertius eſt Baronius, qui de prima propagatione, traductione & ſucceſſione Eccleſiarum ab apoſtolis ita conqueritur tom. 1. annal. ad annum 44. n. 41. 42. *Sed de diviſione & profectione apoſtolorum ad prædicandum Euangelium gentibus, hactenus: res ſane eſt perdifficilis inveſtigatu, ac potius (mea ſententia) brevitate tractanda, quam fabulis involvenda atq; commentis exaggeranda. Quod verò pertinet ad res ipſas geſtas, poſtquam ab invicem ſemel ſeparati ſunt, res quidem æquè perobſcura eſt. Cum enim apoſtolorum nomine tam facta quam ſcripta reperiantur eſſe ſuppoſititia; nec, ſi quid de illis à veris ſincerisque ſcriptoribus narratum ſit, integrum & incorruptum omninò remanſerit: in deſperationem plane quandam animum dejiciunt, poſſe unquam aſſequi quod verum certumque ſubſiſtat.* Vides, Ianſeni, facilitatem & factorum lucem, ad quā nihil ſcil. Scripturarum tenebræ. Atque hæc quidem de doctoribus Catholicæ, ſeu mavis Papalis ſucceſſionis. Diſcipulis ejuſdem non minores difficultates in perceptione & dijudicatione occurrunt, quā Doctoribus in inventione & demonſtratione. Quod experientia in Papatu docet, ubi vix centeſimus non dico Idiota, ſed Clericus, Annalium conſarcinatorem Baronium cum continuatore Bzovio legit, aut ad legendum in bibliotheca habet, fortè nec vidit. Et tamen hic non continet ſucceſſionis catholiciſmum, ſed tantum index eſt & manu-ductor. Quomodo ergo judiciū facient de illa ſucceſſione ? quomodo certi erunt certitudine ſaltem tali, qualem hic requirit Ianſenius? Ad difficultates & moleſtias illas ſublevandas à Spondano apoſtata epitome facta eſt Annalium Baronii, ſi forte ingenium, memoria, otium, tenuitas aliquorum huc aſſurgeret, qui mole Boroniana abſterrentur. Sed quotuſquiſque eam legit; & ſi legeret, quid aliud haberet quam ſceleta, quam epitomen? de quorum diſpendio & φιλότητι Critici & Philologi, conqueri ſolent[a]; Et Ianſenius in hoc negotio non admitteret, ſiquidē verbis ejus ulla fides: ſic enim p. 50. 51. *In quæſtione facti quæritur, utrū ſic ſit in Eccleſia ſemper creditum & traditum, &c. ex quo fit ut in hac ſcriptura non habeat locum, ſed antiquorum patrum teſtimonium, hiſtoriaque Eccleſiaſtica à temporibus apoſtolorum huc uſque conſulenda, ut fideliſſima ejus* (non Spondani, aut Baronii) *atteſtatione pateſiat, uter ex duobus litigantibus in continua poſſeſſione & praxi illius doctrinæ fuerit. Nam illa hiſtorica antiquitatis monumenta ante ſubortas lites ſcripta ſunt, atque adeò veraciſſimè ſine favoris vel odii cujuſdam ſuſpicione teſtantur, quo pacto fides illa quæ ab apoſtolis prædicata fuerat & in mundo ſeminata, continua quadam Doctorum ſerie, &c.*

II. Comparativè illa difficultas multis non eſt probanda, ne cum inſaniente inſaniam. Tam enim certum eſt inveſtigationem, collationem, & dijudicationem mille & mille authorum (qui ab apoſtolis uſque in hunc diem ſucceſſionis teſtes ſunt) de millenis ſingularibus dictis & factis majorem in ſe habere difficultatem, quàm certum eſt, *totum eſſe majus aliqua particula*, & 16. plus eſſe quam 2. aut 3. & ſylvam aut deſertum ad 16. milliaria protenſum difficilius pedibus pertranſiri quā aliud aliquod unius atq; alterius milliaris. Accedit quod etiam intenſive circa poſterius quodque ſæculum major ſit difficultas, quam circa

[a] Vide Godeſth. Steuvvechium in epiſtol. dedicat. ad commentar. Vegetianum. Et Scaligerum in epiſtol. dedicator. ad Monluc um Epiſcopum Valentium, quæ præmittitur Feſto de verbor. ſignif.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

primum aut ſecundum. *Primò*, quia originalia, & archiva, & quæcunque alia publici cultus monumenta ex apoſtolorum ævo tunc plura exſtabant in Eccleſiis, aut exſtare poterant quam ſæculis poſterioribus; Vbi enim nunc oſtendi poſſent autographa apoſtolorum, & virorum apoſtolicorum? ubi ſcripta Gentilium, ad quæ Patres in apologiis ſuis ſæpe provocant?

Deinde etiam, quia homines adhuc ſupererant tum amici, tum extranei qui ex avis aut abavis diſcere potuerant, quid in Eccleſia geſtum eſſet, ad quarum teſtimonia remitti poterant, ſi qui lucem factorum deſiderarent.

Tertio, quia magnæ illæ mutationes, diſtractiones, & diviſiones Eccleſiarũ poſterioribus ſæculis, quæ olim uno ſub Imperio una erant per vinculum pacis & mutuæ communionis externæ; adhæc multiplicatio peccatorum, errorum, ſectarum atque inde enata multiplicatio canonum, conſtitutionum & formalitatum in diverſis & diviſis Eccleſiis poſt diſtractionem Imperii, difficultates non parum adaugent.

III. Eſſe talem ſucceſſionis cognitionem abſolutè difficilem, probo iſta ratione: Difficultas in genere eſt, quando res ad rem ſequitur cum magna reſiſtentia. In veritate autem cognoſcenda, reſiſtentia illa oritur tum ex parte rerum, tum ex parte noſtri, ut communis tenet opinio[a]. Quam utramque difficultatis radicem hîc inſigniter locum habere ſic pergo probare. Ac primò quidem, Res illæ cognoſcendæ ſunt in duplici differentia; Aliæ de quibus cognitio quæritur, & aliæ ex quibus quæritur. Rès illæ de quibus cognitio, ſunt omnia & ſingula doctrinæ & diſciplinæ Chriſtianæ capita, de quibus quæritur an illa ubique apud omnes, & ſemper ita habita fuerint. Hic præcognoſcendum eſt de ſubjecto hujus quæſtionis, h.e. de ſingulis capitibus quid nominis & quid rei; & occurrunt in iſta præcognitione omnes illæ difficultates, quas adverſarii circa poſitivã Theologiam obtendere ſolent auditoribus ſuis, ut in aſylum ignorantiæ & carbonariæ fidei ipſos compingant; quas nos tamen ex noſtro ſenſu exaggerare hic nolumus. Res, ex quibus cognitio ſucceſſionis quæritur, quæ ſe habent inſtar principiorum, *Remotè* ſunt dicta & facta ſingularia per univerſi orbis eccleſias, ab apoſtolorum ætate uſque ad noſtram: *Propinquè* ſunt omnes omnium obſervationes & experientiæ ex illis dictis & factis, ubique & ſemper teſtatæ & proditæ ab illis qui experti ſunt: *Proximè* eſt collectio & hiſtoria omnium iſtarum experientiarum & teſtimoniorum, atque ex ea dijudicatio. Ac *primò*, Quod ad dicta & facta ſingularia, quæ quiſque coram, tunc cum exiſterent, ſenſibus propriis uſurpavit; non contendimus fallaciam & errorem magnoperè hic habuiſſe locum: niſi cum præſtigiis & ludibriis fictarum viſionum, revelationum, ecſtaſeon, apparitionum, &c. homines decepti ſunt; ex quarum obſervatione fallax experimentum, & ex fallacibus experimentis falſa inductio & concluſio ſumpta eſt in rebus fidei. Vide quæ alia occaſione ſtrictim de iis notamus lib. 2. ſect. 2. cap. 10. & 22. & 23. & lib. 3. ſect. 2. cap. 3.

Secundò. Difficultas circa experimenta illa non parva eſt. Cum enim Experientia non tantum ſit *apprehenſio*, ſed & *habitus dijudicativus*, quippe, notitia (definientibus Philoſophis)[b] *proveniens ex multis memoriis conſimilium prius ſenſatorum, qua de conſimili conſimiliter judicatur, quæ ſenſu quidem inchoatur, ſed mente & ratione perficitur*; ſequitur præter difficultatem in recordando, maximam adhuc eſſe in collatione multarum perceptionum & recordationum unius

ejuſdemque

[a] Sic Thomas cum ſuis, & ex illis Javellus in 2: Metaphyſ. qu. 2. Zvvarez p. 1. diſp. 9. ſect. 3. [b] Zvvarez tom. 1. diſ. 1. ſect. 6. n. 22. Tartaretus in 1. Metaphyſ. c. 1. Georgius Ibid.

ejuſdemque effectus ſecundum ſimilitudinem & convenientiam circumſtantiarum. *Nam ſi non ſit ſimilitudo ſufficiens, ſæpe videbitur experientia eſſe, & revera non erit. Vnde provenit ut ſæpe experimentum ſit fallax*, inquit Zvvarez, allegans tritum illud Hippocratis, *experientia fallax*. Atque hæc quidem una difficultas circa experimenta. Altera eſt circa teſtimonia aut horum de ſuis experimentis. Cum autem difficultatem illam in experimentis ſuis paſſi ſint quicunque experti ab apoſtolorum ætate uſque ad nos teſtimonia eorum poſt ſe reliquerunt; ſequitur teſtimonia ſingulorum quod ad nos non minori difficultate laborare. Quis enim ſcit, an experimentum ipſorum fuerit *formale* (ut loquuntur [b]) *ex pluribus memoriis & ſenſationibus ejuſdem rei*, & an *virtuali*, hoc eſt, unica ſenſatione & una memoria non contenti fuerint, & ſibi ac nobis impoſuerint? Sicut in naturalibus, *quædam res ſunt tam variabiles, ut niſi multiplicentur earum ſenſationes reſpectu ejuſdem effectus, parva aut nulla poſſit haberi certitudo*, ſic etiam in humanis politicis & eccleſiaſticis iſtis factis tanta eſt variatio, ut plerumque *univerſale* ſeu *Catholicum illud* non tam facile ex iis conſtitui poſſit, niſi multis obſervationibus deprehenſum ſit quid ab *omnibus*, quid *ubique*, quid *conſtanter* & *perpetuo* factum ſit. An tam prolixam diligentiam in obſervatione, & tam ſolidum judicium in collatione adhibuerint ſemper, unde certo nobis conſtabit? cum nec ipſi hoc teſtentur ſemper, &, ſi teſtarentur, in eo tamen potuiſſe decipi non uno exemplo edocti ſumus? Cyprianus cum rebaptizandos ab hæreticis baptizatos contendit, jactat doctrinam Eccleſiæ catholicam, jactat ſucceſſionem ipſe ſcil. expertus. Sed nec veſtri nec noſtri huic ipſius obſervationi & experimento credunt. Ruffinus ex ſua obſervatione & experientia, Catholicæ Eccleſiæ ſenſum expreſſit in interpretatione 6. can. Concil. Niceni, quando Epiſcopo Romano attribuit Eccleſias ſuas *ſuburbicarias*. Sed vos experimento ejus non creditis. Baptiſta Mantuanus & Clenardus ex ſua experientia tandem elicuit hoc univerſale, Romæ *Omnia cum liceant, non licet eſſe pium*. Sed experimentum hoc fallax & carmen eſſe mendax contendebat Archiepiſcopus ille Hiſpanus, qui aliud & inauditum experimentum opponebat & quidem ſerio de nova ſanctitate & Reformatione Romæ tunc dominante, cujus ipſe pars & cauſa non minima; quod ſcil. Cardinales candido ſuperpelliceo, etiam in propatulo uterentur. Hoc ſcil. argumentum vitæ religioſioris apponebat Nic. Clenardo, & ipſe refert in diſſertatione de Mantuani carmine, epiſtol. ad Hoverium 18. Cal. Ian. 1536. *Tertio* difficultas longè maxima & propius nos tangens eſt in hiſtoria & dijudicatione omnium experimentorum & teſtimoniorum, quæcunque decurſu ſexdecim ſæculorum exſtiterunt. Hic enim vere Oceanus eſt, ex quo quotuſquiſque emerget? Cauſæ difficultatum ſunt iſtæ. 1. Tantus ſcriptorum & monumentorum defectus, de quo Baronius, Onuphrius ſupra citati. Imprimis notandum, trium ſæculorum ſucceſſionem ex obſervationibus, experimentis, & teſtimoniis eorum, qui lucem factorum præſentes tunc hauſerunt, Perrono & Ianſenio videri non tantum difficilem, ſed ſimpliciter impoſſibilem. Antiquiſſimi libri à perſecutoribus Eccleſiæ combuſti ſunt, teſtibus Euſeb. libr. 8. cap. 3. Arnob. libr. 4. Auguſtin. contra Creſcon. libr. 3. cap. 27. Prudent. in hymnis de Hemeter. & Chelidonio, Iſidor. in offic. Mozarabic. eodem feſto. Alii neglecti, à carie,

[a] Iavellus in. 1. Metaph. quæſt. 6.

rie, ſitu, blattis eroſi, negligenter habiti, deſcripti, &c. adeo ut ex ſepulcris, cryptis, lapidibus, inſcriptionibus, ſtatuis, picturis, ruderibus, clauſtris, reliquiis, laminis plumbeis eruere & oſtiatim mendicare paſſim videas adverſarios ſacra bulimia rabidos, & pœnam contempti verbi divini in ſe ſuſtinentes. Vide Zanctium tract. 2. de prædic. Iacobi in Hiſpania cap. 5. Quin audiatur ex Perrono ſuo ipſe Ianſenius αὐτοκαλάκριτος: pag. 40. 41. *Sed alterum contra rationem & æquitatem petis, quod eos articulos probari cupis ex patrum catholico, id eſt, univerſali conſenſu, &c. Cujus iniquitatis quatuor cauſæ ſunt. Prima eſt, quod certum ſit tantam factam eſſe cladem monumentorum veterum, quæ tribus primis ſæculis à patribus exarata ſunt, & diluvio perſecutionis omnia vaſtante periere, ut eorum quæ ab iis ſcripta ſunt, vix vigeſima pars ad poſteritatem emanaverit. Conſulat qui volet vel ſolum Divi Hieronymi catalogum de viris illuſtribus, videbit quantus monumentorum theſaurus illorum temporum iniquitate deletus ſit: ut ineptum ſit ex illa librorum paucitate primis duobus ſæculis reſidua, omnes hujus temporis controverſias velle decidere & articulos fidei noſtræ comprobare.* Nec ſtat vaſtitas illa in tribus ſæculis tantum, ſed etiam in omnibus antiquioribus. Sic enim Onuphrius ſupra citatus; Præfat. ad libr. de Pontific. quibus mox ſubjicit ſequentia: *Neque illud negari poteſt, neſcio quo fato quum Catholicæ tum occidentali Eccleſiæ, atque imprimis Romanæ, miſero quidem ac funeſto contigiſſe, ut quanto quiſque de rebus in ea geſtis exactius & diligentius conſcripſerat, tanto magis illius libri hoc tempore aut omnino deſiderentur, aut mutili vel depravati habeantur. Ubi enim ſunt, &c. Omnia prorſus eorum hominum, qui ſuperioribus ſæculis vixerunt, negligentia, vel etiam perſecutionum immanitate interiiſſe, abolita atque obliterata eſſe ſummopere eſt ingemiſcendum.* Perronus in epiſtola ad Regem Magnæ Britanniæ [a]: *Primorum ſæculorum pauciſſima exſtant monumenta.* Et ſic in defenſione iſtius epiſtolæ paſſim, de quo vide Molinæi *Noveauté* in præfat. Baronius prolegom. cap. 3. ad Martyrolog. Romanum, probat *Acta Martyrum per notarios Eccleſiæ Romanæ conquiſita, conſcripta, & per Pontifices probata & recondita, eſſe collapſa, deperdita, vel ſaltem adulterata.*

II. Præter defectum illum circa antiquitates Eccleſiarum in imperio Romano; major adhuc defectus circa antiquitates Eccleſiarum per univerſum orbem extra Imperium; quas eccleſias non feciſſe maximam partē Catholicæ, quis dicet? Quod bene hic notandum. Nam illud *catholicum* quod hodie agitatur ex Patribus, Conciliis, hiſtoricis, Liturgicis & ritualibus, Canonicis, extra limites Romani Imperii vix uſpiam ſe extendit, niſi forte incidenter, ut loquuntur. Si autem fama Romani Imperii tempore Auguſtini ad interiora Africæ nō penetraverat, quid dicemus de Catholiciſmo limitibus Imperii concluſo? Eccleſias in Æthiopiam, Perſiam, Indiam, &c. ab apoſtolis aut apoſtolicis viris propagatas fatētur adverſarii. Atqui earum monumenta & ex iis demonſtratæ ſucceſſiones aut interciderunt, aut ſi exſtant, in noſtrum hunc orbem illata non ſunt. Hic ergo ipſis & nobis exſpectandū donec videamus quid novi & inauditi ex illis mundi partibus adhuc in poſterū adferri poſſit, non minus ac poſt reformationem exſpectarunt, & etiamnum poſt vaſtum illud antiquitatum mare ab altero noſtri ævi S. Chriſtophoro, Baronio ſcil. vadatum, Iudæorum in morem, avidè exſpectant, quid ſerus veſper ex tenebris

[a] Exſtat ſeorſim excuſa cum reſp. Regis per Caſaubonum.

bris bibliothecarum vehat, pro Romana ipſorum Eccleſia, de quo mox dicemus. Exſpectationem autẽ illam non plane fruſtra perſuadet ξενίζων & μετεωρίζων, Card. Perroni ſpiritus, qui rumoribus & jactationibus Canon. Concil. Æthiopici & ſimilibus novellis mirum quam ſe extendat, & tumeat per *Torva Mimalloneis implerant cornua bombis.*

III. Tanta ſcriptorum ſuperſtitum multitudo & varietas: Vide caſtrorum aciem non ordinatam, ſed confuſam in bibliothecis patrum, Geſneri bibliotheca, Sixto Senenſi, Poſſevino, & Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Vt omnis generis Theologos à Bellarmino & Poſſevino in legiones diſtributos prætercam, ſoli hiſtorici vel titulis ſuis volumen implerent, ut conſtat ex arduo illo opere Cl. Voſſii de Hiſtoricis Latinis, & altero de Hiſtoricis Græcis. Et tamen minimum forte religioſa ejus diligentia nobis exhibet. Si enim ſcriptores vitarum accederent quorum catalogum promittit, præterea Hiſtorici omnes vulgaribus linguis ſcripti, quis non inter atomos Democriti aut mixtilia Ægypti ambulare ſe putaret? *Et tamen antiquos patres, hiſtoriamque Eccleſiaſticam ſeu hiſtorica monumenta jam inde à temporibus apoſtolorum, ante exortas lites ſcripta conſuli vult Ianſenius, ut fideliſſima atteſtatione pateſiat uter ex duobus litigantibus in continua poſſeſſione & praxi illius doctrinæ fuerit. pag.* 51. Sed nondum vaſtum illud inane pertranſivimus. Hiſtoria eccleſiæ ſine authoribus juris Romani & Orientalis, ſine notitiis imperii, atque aliis ſcriptis πολιτικωτέροις, ſine Geographicis, Itinerariis, ſine Chronologicis & Computis expediri non poteſt. Ita ut non *ſine tædio & pauco cum fructu Eccleſiaſtica illa in ſexcentis prope vel hiſtoriis vel diverſorum authorum locis legi*, dixerit Onuphrius loco cit. Iam vero illud *cum tædio*, directè *facilitati* opponitur; nam qui *facilè* operatur etiam cum *voluptate* & abſque tædio operatur.

IV. Tanta librorum, chartarum, diplomatum, inſcriptionum quotidie prodeuntium multitudo, & major adhuc exſpectanda; quæ ut infinitum poteſtate, ſemper poteſt augeri, & cujus ſemper aliquid poteſt ſumi extra. Quamdiu ſive capita Monachorum ſive monaſteriorũ & bibliothecarum clauſtra, habebunt ſe inſtar primæ alicujus materiæ infinitæ, æternæ, fœcundæ, quæ poteſtate ſint *omnia*, ſemper de novo ex potentia illa formę ſuſcitari poterunt, & mundus libris impleri, quibus illud Homericum applices πολλὰ λυγρὰ, πολλὰ δὲ ἔσθλα. i. *multa mala, multa quoque bona.* Et decretum illud Cardinalis Baronii: Tom. 8. ad ann. 604. *Execratione inſectanda ſunt, quæ nomine Petri & Iohannis Diaconorum S. Gregorii in medium afferuntur ex codice Vaticano ſcripta, quæ ob id recipienda ſimplices putant tanquam divinum oraculum; quaſi non omnis bibliotheca referat ſimilitudinem ſagenæ miſſæ in mare ex omni genere piſcium congregantis, bonos & malos continens libros, &c.* Cui non malè ſuccinit Ieſuita Zanctius: Tract. 3. cap. 19. pag. 81. *Et interim admoneo eos, qui ex tenebris evocare ſtudent, ſitu jamdudum & tinea corroſos commentarios, videant diligenter, quem uſum aut doctrinæ aut moribus allaturi videantur: quantæ ſint fidei, cujus ingenii fœtus. Nam diu, & eo maximè loco ubi ab aliis legi potuerunt, latuiſſe, argumentum eſt, in illis non multum eſſe eruditionis ac fidei, aut exiſtimatos eſſe ab aliis, qui oculos habuerunt, & mentem, indignos, qui lucem intuerentur publicam, & aliorum oculos & judicium ſubirent.* Non obſtantibus illis admonitionibus, capite exſerto exſpectant adhuc, & rancido atq; improbo labore ſcrutantur Papicolæ ἀρχαϊκῶς ἀρχαΐζοντες, ſi forte mucida

aliqua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

aliqua præda in caſſes incidat. Ita Onuphrii, Zanctii & aliorum ſupercilia, lamenta, ac deſperationes faceſſere jubent recentiores aliqui, nihil non venditantes, nihil non defendentes. Iohan. Molanus in præfat. ad Vſuardum cap. 21. poſt exſcripta verba Onuphrii ſupra à nobis cit. ſubdit: *Ego vero &c. animadverti pleraque martyrum geſta in variis bibliothecis & refectoriis adhuc M. S. ſupereſſe, & quædam excuſa Lovanii ann.* 1485. *inter alias ſanctorum vitas, quarum quædam ejuſdem vel minoris, aliæ vero nullius ſint authoritatis &c. Habentur, inquam, martyrum geſta, ſed latent in quibuſdam bibliothecis, & ſæpe inter obſcuras & apocryphas vitas, ſic ut intercidiſſe putentur* [a]. Putares ſane de altero Judæorum Meſſia filio Ioſeph, inter mendicos & leproſos Romæ latitante, aut de decem tribubus ultra portas Caſpias incluſis, novellas adferri. Pergit Molanus: *Gratiſſimam ergo Catholicis, & iis qui pietatem amant, operam fecerit qui ejuſmodi præclara geſta in Bibliothecis inveſtigare volet, & prælo dare &c. Quæ autem melior eſſe poteſt ratio cuſtodiendæ bibliothecæ Manuſcriptæ, quam ut prælo dentur, quæ excuſa non ſunt, & à doctiſſimis viris digniſſima judicabuntur, quæ in publicum prodeant* &c. Huc uſque nunc antiquitatum Saguntina ſeu Samaritana fames progreditor, ut quaſvis Papiſticarum quarumcunque rerum, conſuetudinum, Ceremoniarum, Sanctorum memorias ſtylo & prælo æternitati conſecrare, laudi ſibi ducat ſimplex pietas, aut vana δοκησισοφία. Infinitum eſſet enumerare ſcripta illa latinè & vernacule de novo quotidie prodeuntia. Vnum non poſſum quin indicem lectori. Eſt illud, *Sabbatiſmus Marianus*, in qua cum author novus & inter ſuos mediocris tantum, ut puto, contra antiquarios Durantem, Baronium, Antoninum, Genebrardum, jam inde ab apoſtolorum temporibus inſtitutionem iſtius Sabbathi acceſſat (cap. 2.) hoc elogium aufert ab Ericio Puteano Hiſtoriæ Profeſſore Lovanienſi [b]. *Sed tibi primum in mentem venit Sabbatiſmum Marianum celebrare &c. in laterculum dierum Maria recepta eſt: cujus ſanctiſſimi ritus originem & utilitatem à te diſcimus, cum jam omnia in ſacra antiquitate eruta, illuſtrata, explicata viderentur. Tibi iſta laus debetur, &c.*

V. Tanta traditionum infinitudo, *quæ pertranſiri non poteſt.* Vbi enim deſinunt Scripturæ & ſcripta Eccleſiaſtica, ſive quæ actu nunc exiſtunt, ſive quæ in cauſis ſuis adhuc latent; ibi incipit traditio, verè Moly Homericum, Panacæa, Quinteſſentia, omnium Magiſtra, omnium malorum antidotum. Atque hic non minima exurgit difficultas circa diſcretionem traditionum, à dogmatis ſcriptis, atque adeo earum numerum innumerum ſubducendum aut non ſubducendum, ne extremo periculo porta effugii claudatur. Altera difficultas eſt circa diſtinctionem traditionum divinarum, apoſtolicarum, eccleſiaſticarum &c. Vide Pereſium ab Ayala, Salmeronem, Bellarminum, aliosque ſudantes, ut aliquid hic præſtent. Ego ſpondeo illis, quod Socrates apud Platonem in Phædro, *Si nacti fuerint* Papiſtæ hic *ducem qui recte partiri ſciat, ejus illos veſtigia ut Dei cujuſdam ſecuturos.* Certe traditionibus ab omni ævo receptis, quibus publicus cultus, nationalis devotio & adoratio hactenus tanquam baſi innixa fuit, recentiores nunc obſtrepunt, & animas ac fidem ſuorum quaſi baleari in funda locatas aſſiduo rotant. Exemplum præter illud de Iacobo Hiſpaniæ Divo, memorabile eſt in *Nueſtra Sennora del pilar*, ſeu

[a] Similia habet Poſſevin. biblioth. ſelect. tom. 1. lib. 5. cap. 22, 23, 24. [b] In Epiſtol. ad Auguſtinum VVichmans lib. præfixa.

ſeu adoratione Mariæ in veſtigiis columnæ ex Iaſpide impreſſis Cæſar-Auguſtæ, quæ fundata fuit antiqua & communi omnium Hiſpaniæ Eccleſiarum traditione, [a] teſte Zvvarezio, cuique *obſiſtere, eſt in dubium trahere omnes aliarum Eccleſiarum traditiones.* Hanc tamen Baronius quaſi conjuratus in regionem & Monarchiam Hiſpanicam, non erubuit convellere, ſic ut tota Hiſpania mox in illum inſurgeret multis contra illum editis libris, pro ſacro illo ſuo columnari [b].

VI. Fraudes & technæ in ſupponendis aut ſubornandis authoribus Eccleſiaſticis, qui nunquam tales fuerunt; quomodo etiam in ſanctis ad adorationem propoſitis & reliquiis ſanctorum turpiter tale quid præſtitum, ſuo loco dicemus. Noſtro, Eraſmi, Grocini & aliorum judicio, [c] talis eſt Pſeudo-Areopagita. Talis & Euſebius Emiſſenus, quem perperam inter Sanctos recenſitum, quippe Arrianū pronuntiant Baronius, Whitus, Poſſevinus. Talia ſunt ſcripta ſub nomine Martialis, Lini Melitonis, Prochori, Hermæ, Clementis, Amphilochii, Iunilii, Eucherii, Philonis Carpathii, Titi Boſtrenſis, Zenonis Veronenſis, Victorini Pictavienſis, Vigilii Martyris, Marci Eremitæ, Canones apoſtolorum, Teſtamentum Patriarcharum, Epiſtolæ & decretales multæ Primorum Pontificum, Donatio Conſtantini, Miſſæ & Liturgiæ; quorum authoritatem pro cauſa ſua toties appellatam, ipſi adverſarii nunc nullam aut dubiam faciunt. De quibus conſulant, qui compendium quærunt, Riveti Criticum, & Coci Cenſuram Patrum.

VII. Centeni tractatus nothi, dubii, incerti, Patrum ſcriptis additi. Quantæ difficultates hic occurrant ut quis genuina à ſpuriis diſcernat, nemo ignorat, qui ſpeculative tantum didicerit, quid ſit *Critica*, imprimis *Critica ſacra*, Vide Riveti prolegom. Crit. ſacri cap. 14. Difficultates illæ non parum augentur, cum Doctores ſtudia in contraria ſciſſi, hoc quiſque agit ut fidem ſcriptis elevando aut aſſerendo nihil non tueantur. Sic Iameſius tractatu 187. recenſet ex confeſſione Papiſtarum: additque duplo plures eſſe ex juſtis noſtrorum præſumptionibus aut probationibus libr. de corrupt. Patrum part. 2. pag. 16. Vide quæſo præter Polemicos ſcriptores, bibliothecas Bellarmini, Poſſevini, Senenſis, imprimis ex noſtris *Riveti Criticum ſacrum*, & *Coci Cenſuram* Patrum, & Iacobi Capelli libr. 3. de fide ſedis Romanæ, &c. Potuerunt etiam Hiſtorici Hypobolimæi & olim & nuper in theatrum hoc produci. Argumento ſit Beroſus, Metaſthenes & ſimiles fabulæ Annii Viterbienſis, à Doctioribus quibuſque tum noſtris, tum Pontificiis nunc ubique exploſæ [d]; Et Ioſeph Ben Gorion cui larvam detraxit Scaliger in Elench. trihæreſ. & poſt illum Caſaubonus in exercitat. & L'Empereur in Middot. Tales nugæ affatim antiquis ſcriptoribus ſuppoſitæ ſunt à ſucceſſoribus, ut magis eſſent canoræ; quales Sophronii Spirituale pratum, Damaſi Pontificale, Abdiæ Certamen apoſtolicum, Hegeſippus, Euodius de miraculis Stephani, aliæque apocryphæ ſanctorum & martyrum Legendæ, quas geſtis martyrum per Romanæ Eccleſiæ notarios conſcriptis admixtas eſſe, teſtatur geſtorum illorum encomiaſtes Molanus: Prolegom. ad Vſuardum: *Quamvis*, inquit, *diligen-*

[a] De columna illa vide Ludovic. Nonium in Hiſpan. cap. 82. Certamen ſuper illa traditione deſcribit Aug. VVichmans in Sabbatiſmo Mariano cap. 8. [b] De Baronio Gallicis partibus contra Hiſpanicas addictiſſ. vide Perron. Ambaſſad. [c] Poſſevinus biblioth. ſelect. libr. 5. cap. 20. 21. [d] Vide Poſſevin. biblioth. c. ſelect. lib. 16. ſect. 4. cap. 1.

tes fuerint Romanæ eccleſiæ notarii & tamen diligens fuit inimicus noſter, qui nedum dormientibus hominibus, ſed & vigilantibus conatur zizania ſuperſeminare in medio tritici. Vnde & eo tempore paſſiones quædam martyrum non ſatis graviter conſcriptæ ſunt per hæreticos aut infideles, aut imperitos quoſdam ſcriptores &c. & paulo ante. *Hoc obiter addo, quod etiam judicio aliquo opus erit in edendis martyrum geſtis.*

VIII. Exemplarium M.SS. (unde omnes editiones expreſſæ) varietas, incertitudo, à ſcriptorum & librariorum ignorantia, incuria, ſæpe etiam falſaria manu aut multiplicatione per eandem illam potentiam, qua reliquias multiplicari videt Papatus[a]. De M.SS. exemplaribus multa præclare Thomas Iameſius Anglus peculiari tract. ſed idiomate gentis ſuæ conſcripto. Refert inter alia[b] nuntiatum ſibi fuiſſe à nobili quodam Anglo, Romæ in bibliotheca Vaticana libros ab Amanuenſibus deſcribi antiquis characteribus ad imitationem eorum, quibus olim ſcripti erant. Vide etiam Riveti Critic. ſacr. prolegom. cap. 12. Sed noſtros mittamus. Fr. Iuretus Canonic. Divinionenſis Obſervation. ad Ivonis epiſtol. 19. & 28. aperuit Surii impoſturas in ſcriptis Veterum edendis. Adverſariis noſtris nihil magis familiare eſt, quam de textu corrupto, de mendis librariorum, de M. S. exemplaris defectu aut præſtantia hujus ſcil. præ illo aliquid dicere, cum rationes ipſorum ita ferunt. In Hiſtoria Mathei Paris, mutationem ab hæreticis factam ſuſpicatur Bellarminus; in hiſtoriam Raymerii teſtimonium illud de Waldenſibus irrepſiſſe vult Gretſerus, Damaſceni hiſtoriæ Barlaam particula *ex filio* ab aliquo addita, Simeoni Metaphraſti multa addita videntur, Bellarmino libros Conciliorum negligenter habitos, & multis vitiis ſcatere teſtatur id. libr. 3. de Concil. cap. 1. Acta Concil. Sinueſſani ann. 317. eſſe ſpuria & nullius ponderis ex ſenſu ſuorum refert Binnius. *Nonnulli ſcriptores*, ait Onuphrius, *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ quum mutili alicubi aut manci ſint, infinitis quoque pæne mendis & erroribus, librariorum negligentia ut exiſtimo ſubortis, adeo ſcatent, ut ea medicina indigere videantur, quam nobis neque Chiron quiſpiam, aut Æſculapius tradere poſſent, quum eorum reſtitutio ſolius veri & germani exemplaris inventioni nitatur.* In præfat. libr. de Pontific. Sed infinitum eſſet omnia enumerare. Concludam Criſibus quatuor Ieſuitarum, prima eſt Poſſevini: [d] *In codices Græcos Baſilii & aliorum Patrum, quos typographi* (in Papatu ſcil.) *ediderunt plura irrepſere è falſatis codicibus M. S. qui ex Oriente advecti.* Vides nunc frenum injectum Primati Vaticanæ, Regiæ Pariſienſi, Mediceæ[e] atque aliis Italiæ bibliothecis, quæ codicibus ex Oriente advectis potiſſimum ſuperbiunt. Altera eſt Caſparis Sanctii: [f] *Manuſcriptos codices ex bibliotheca Toletana levitatis coarguo: quod quidem nullo feciſſem modo, niſi quantum Hiſpanicæ cauſæ attuliſſent incommodi, ante cognoviſſem.* Tertia eſt Ludov. Richeomi: [g] *De conjugio apoſtolorum & Pauli in epiſtolis Ignatii nihil exſtat, niſi in illis quas Græci Sciſmatici in gratiam conjugii ſui corruperunt, quas verſiones Latinæ erroneè imitantur. Sunt nobis exemplaria Græca in biblioth. Vaticana & Sfortiana, quæ fidem faciunt iis quæ jam dixi.* Quarta eſt *Martini* Delrio.

a De cauſis hujus varietatis abunde Critici, & Iohan. Mercer. I. C. in Conciliatore pag. 697. & deinceps. Car. Langius annot. in libr. Ciceron. in prooemio. b In appendic. præfat. ad lectorem. c De ſcriptor. Eccleſiaſt. d Bibliothec. ſelect. tom. 1. lib. 6. cap. 16. Vide de mala fide Græcorum Baron. ann. 324. n. 120. e De Bibliothec. Medicæa Iovius lib. 1. quod tota pæne Græcia rariſſimis libris ſpoliata, aucta ſit. f De prædic. Iacobi in Hiſpan. tract. 3. cap. 10. g In *Le Pantheon Hugenot deſcouvert*, cap. 77. Idem excipiunt Baronius ad ann. 57. Et A Lapide in 1. Cor. 9. verſ. 5.

Delrio. [a] Vbi contra Revelationem Catharinæ Senenſis ſuper Conceptione Mariæ excepturus, *primò* ſolutiones aliorum adfert, Quod decepta fuerit & revelationem falſam (Diabolicam ſcil.) pro vera habuerit. Aut, quod poſt obitum Catharinæ præpoſtero & pertinaci zelo conficta fuerit à defenſoribus illius ſententiæ; quem conatum confirmat ſimilitudo attentatorum Bernæ 1609. *Deinde*, reſpondet ad dictum Divi Antonini, illud *ſe non magni facere*, quia non confirmat ullius authoris teſtimonio, & quia eo pro tempore *uſus fuerat ad ſolutionem argumenti. Tertiò*, ad revelationis S. Catharinæ dictum illud: *Tu ſcis domine, quia iſta eſt veritas*, Reſpondet: *De quo verbo poteſt eſſe non injuſta ſuſpicio*, hoc additum ab illis, qui volebant, ea quæ in præcedenti oratione dicta fuerant, *haberi pro prophetica revelatione, & dicto contrario ſimile dictum B. Birgittæ volebant refutare &c. Suſpicionem facit, quod ſine his verbis tota oratio perfecta eſt. Et quod ſi voluiſſet B. Catharina hæc verba addere, non fuiſſet ei neceſſe ponere illud, ſubjunxit, quod immendiate his verbis videmus à Librario præponi: accedit quod orationum ejus nulla alia ſic terminatur. Quare vel illa hoc non addidit, vel ſi addidit, non addidit ut ſibi à Deo revelatum, ſed ut opinionem ſuam* &c. Sic pater Criticus Revelationes Sanctorum à ſede & eccleſia Romana approbatas falce ſua caſtigat, non aliter ac ſi vineam Senecæ aut Claudiani putaret [b].

IX. Editionum varietas, inconſtantia, fides incerta. Vt enim corpora per rarefactionem, eadem numero, ſub eadem quantitate (ut volunt Philoſophi) alios & minores terminos ſibi acquirunt, ita & libri per novas editiones quaſi per hydrocephaliam extenduntur. Conſiderentur modo tomi Conciliorum à Merlino per intermedios Crabbe, Surium, Nicholinum uſque ad Binnium in molem majorem ſucceſſive excreſcentes, donec tandem ad ætatem conſiſtentiæ pervenerint, & maximum ſuum *quod ſic* attigerint, quod quando futurum ſit, adhuc ignoramus. Comparentur etiam Patres olim Baſileæ editi, cum editionibus Romanis & Pariſienſibus. Non dicam, quod Iunius noſter retulit de editione Ambroſii Lugduni procurata. Quid Iuellus in apolog. Eccleſ. Anglicanæ pag. 118. de Theodoreto, quia ſuſpecti ipſis ſunt teſtes. De editione Auguſtini Veneta in Quarto, Anno Domini 1584. apud Iohannem Baptiſtam Seſſam ſic promittit titulus: *In quo curavimus removeri ea omnia, quæ fidelium mentes hæretica pravitate poſſent inficere, aut à Catholica & orthodoxa fide deviare.* Pariſienſes Auguſtini editores & Correctores apud Nivell. Anno Domini 1571. fatentur ſe nonnulla mutaſſe ac ſuſtuliſſe. Felix Cardinalis de Montalto [c]: *Obſcura explicuimus, manca ſupplevimus, adjecta rejecimus, tranſpoſita repoſuimus, depravata emendavimus, omnia demum ut Germanam Ambroſii phraſin redolerent, ſuppoſititiis quibuſcunque abſciſſis pro viribus ſtuduimus.* Et Ibid. *Præclara hæc patrum monumenta cum Eccleſiæ inimico in medio tritici zizania ſuperſeminante, adeo corrupta ac temerata depromerentur, ut interdum nullam, interdum ineptam, aliquando falſam, nonnunquam vero à fidei inſtitutis & ab ipſorum authorum mente alienam efficerent ſententiam.* Similia habent Præfationes Edition. Roman. operum Gregorii Magni & Cypriani. Ex quib⁹ colligitur, depravationes & falſificationes patrũ à Satana per Pāpiſtas in regno Papali procuratas. Editiones

[a] Lib. 4. cap. 1 quæſt. 3. ſect. 4. [b] Edidit Delrio notas in Senecam & Claudianum. [c] Præfat. ad Gregor. XIII. operibus Ambroſii præmiſſ.

enim priores Patrum iſtorum ab ipſis (non à noſtris) prodierunt, MSS. exemplaria ab ipſis deſcripta, cuſtodita, collata ſunt, non à noſtris; Aut ergo priores Editores & Librarii, quicunque nuperos Romanos præceſſerunt, falſarii ſunt & corruptores Patrum; aut ipſi Romani editores, qui omnes ante ſe negligentiæ & perfidiæ accuſant, ipſiſſimi ſunt corruptores. Nec tamen falſarii illi & falſi teſtes inter ſe conveniunt. *Emendatiſſima patrum ſcripta, ſplendori ſuo reſtituta,* crepant Romani[a], quibus velut *junctis copiis contra hoſtes Eccleſiæ ſecurius decertaretur.* Aderat enim ibi Pontifex, aderant delecti Cardinales & Inquiſitores, aderat MSS. authoritas, quibus *adjungebant authoritatem luculentiſſimorum Scriptorum Petri Lombardi ſcil. Gratiani* (riſum teneatis amici) *& cæterorum, qui cum eruditione præſtant, tum exemplaria longè antiquiora habuerunt, quæ minus corrupta, minuſque vitioſa putantur.* Hic nota tempus, quando exemplaria Patrum corrupta ſint. Poſt Gratianum ſcil. & Lombardum. Et quinam tunc regnabant in Scholis, Eccleſiis, Monaſteriis, Bibliothecis? Papiſtæ an Lutherani? Contra Pamelius in 500. ferè locis editionem Romanam & editores pelle Manutii tectos propter honorem Ordinis ſcil. ſic flagellat: *corruptiſſimè habebatur; non rectè: forte errore ſcripturæ: mutaverunt hanc lectionem Manutius & Morelius: habebat omnia corruptè: miror cur vulgatam lectionem non ſecutus ſit: codex mendoſe: ex hoc loco patet emendatius hic nactum exemplar Morelium quam Manutium, &c.* Hæc revera in quatuor Cardinales & adjunctum ipſis Borromæum nunc canonizatum redundat: Illi enim ad hoc ſpecialiter delegati editioni præfuerunt, non Manutius typographus. Ambroſium Romæ editum quamvis genuinam ſuam phraſin (h.e. Romanã) loqui docuiſſent, & ſeptennio integro, in equuleo typographiæ Vaticanæ miſerum torſiſſent, I. Tom. enim Romæ excuſus eſt ann. 1580. II. tom. 1581. III. tom. 1579. IV. tom. 1582. V. tom. 1585. adeo ut extenſior in longitudinem inde tandem prodiret, auctus ſcil. in Tomo V. plus quam quinquaginta ſermonibus & epiſtolis, quæ priores editiones non agnoſcunt: Editio tamen Pariſienſis, quæ paulo poſt prodiit anno ſcil. 1586. cum Romana minime congruit; & luxationem ac confuſionem V. tomi non ſequitur, nedum additionem quinquaginta ſermonum & epiſtol. Et tamen dum Romana editio excuderetur, *Inquiſitores fidei lectionem* librorum Ambroſii *(ne quæ ad vitam data erant, operarentur mortem) nec omnibus, nec abſque delectu permittebant*[b].

Et hæ corruptiones, expurgationes, correctiones nunquã ceſſant, ſed in infinitum poteſtate procurrunt, adeo ut multis ſcriptoribus, ſiquidem mundus Papalis multis ſæculis adhuc duret, tandem evenire poſſet quod computo ſeu Kalendario Eccleſiaſtico metuebat Gregor. XIII. & quod Athenis navi Theſæi eveniſſe ſcribunt, aut urbi Romæ; quæ quæritur hodiè ſuo loco, nec invenitur. Ecce enim myſterium correctionis:[c] *Obſervo quod hodie video librum non eſſe dignum majori correctione: & craſtina die ex nova conſideratione judico ipſum dignum: & ideo ut non errem, & quod patronus libri tenetur ſemper ad notitiam amplioris correctionis præſentare librum, taliter approbo: Ego N. deputatus in reviſione librorũ, &c. dico poſſe tolerari & legi præſentem librũ ſic correctũ, quouſque ampliori correctione dignus apparebit.* In bibliotheca Scripturali (teſte ibid. Iameſio) hac ſubſcriptione utuntur. *Donec prodeant cenſuræ Romanæ.* Nota dubitationem, rotationem, & libertiniſmum Papatus. Et tamen habent illi certum & viſibilem

a Cardin. de Montalto in epiſt. & argumento in libros Ambroſii. Dominic. Baſa typograph. ad Clement. VIII tom. 5. Gregorii. b Cardin. Montalto in præfat. tom. I. Ambroſii. c Gregor. Capuc. in Enchirid. p. 217. apud Iameſium libr. cit. part. 4. pag. 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

bilem judicem, qui omnibus dubiis & dubitantibus mox præſto eſt. Breviter nec antiquis nec novis ſuorum editionibus ipſi acquieſcunt, nec purgatis nec inexpurgatis; ſed exſpectāt mutationem & mutant, reſtituunt, expurgant denuo Poſteriores quique; quin & ipſos peniculos abſtergendo ſanguini in hoc Bello Papali (Indices, inquam, expurgatorios) ſtudioſè & noſtros & ſuos celant, in tenebris, in myſterio habent, & in lucem protractos audacter aut imprudenter negant, ut Gregor. Capuc. in Enchirid. p. 218. [a] Hinc eſt quod Perronus impreſſis Patrum editionibus cum juvari non poſſet in tuenda cauſa, M.SS. in variis Bibliothecis conſuluerit, & de editionibus impreſſis Patrum, multum conqueratur, in Philippica ſua in Beaulieu Boviu. lib. 1. des Ambaſſad. & Negotiat. p. 121. digna ſane quæ legatur, ut viri hujus typhum & vanitatem inde cognoſcas. Et mirari ſubiit, cur Ianſenii citationes ex Auguſtino tantopere differant à gemina editione Baſileenſi Frobeniana & Amerbachiana, cum quibus contuli. Conferat quis modo authores infinitis locis mutilatos, caſtratos per indices expurgatorios, Belgicum, Hiſpanicum, Luſitanicum, Neapolitanum, Romanum; conferat, inquam, cum prioribus & genuinis editionibus ſuis; & videbit nuſquam magis falſi crimen committi, quam in librorum editione. [b] Quin & ipſi Eccleſiæ univerſæ canones falſarias manus effugere non potuerunt. Suis præivit Papa Zozimus in falſificatione canonis Concil. Niceni, ubi ἐπ' αὐτῷ φόρῳ deprehenſus eſt à patribus Africanis; inter quos S. Auguſtinus, de quo vide Concil. Carthagin. VI. Et Baronium cum Pleſſæo ad ann. 417. Poſteri nihilominus ſtrenuè illum imitati ſunt. Cujus unicum exemplum hic indicare ſuffecerit, in Concil. Laodiceni cap. 35. ubi *Angelos* mutavit in *Angulos*, editio Crabbea & Merlini, & ſumma Carranzæ, contra fidem Græcæ editionis Canonum Tilii Epiſcopi Meldenſis, & Latinæ Wendelſtini, 1525. & Pariſienſis, 1609. apud Petrum Chevalier, & breviationis Fulgentii & Ferrandi, & Theodoreti in Coloſſ. 2. qui ita canonem Laodicenum refert, & cum dicto illo Coloſſ. 2. verſ. 18. angelorum adorationi opponit, ut *Calvino & Bezæ* cum *favere* dicat Ieſuita à Lapide, in Commentar. in Coloſſ. 2. & *Pauli ſenſum haud feliciter aſſecutū*, Baronius tom. 1. ann. 60. Quid ipſorum bibliothecis & editionibus fidendum ſit collige ex præfat. Sixti Senenſis ad Pium V. ann. 1566. *Primum*, inquit, *toto Chriſtianorum orbe conquiri nefariæ doctrinæ libros & publicè exuri juſſiſti. Deinde expurgari & emaculari curaſti omnia Catholicorum, & præcipuè veterum patrum ſcripta, hæreticorum ætatis noſtræ fecibus contaminata, & venenis infecta*. Scribit Poſſevinus lib. 1. biblioth. ſelectæ *ad MS. etiam pertinere purgationem*; & ipſo facto oſtendit hoc index expurgatorius Portugalliæ teſte Iameſio [c].

10. Fluxa fides & exigua authoritas authorum, qui vel maximè ponti ſucceſſionis ſtruendo adhibentur. Euſebius Perronio & Bellarmino Arianus eſt, Socrates, & Sozomenus Novatiani, Tertullianus & Origenes Ianſenio hæretici, aut quaſi hæretici. Mopſveſtenus, author catenæ Græcæ, hæreticus Maldonato; Author operis imperfecti in Matheum Arianus. Severus Patriarcha Alexandrinus (cujus Rituale Syriacè edidit Boderianus ad antiquitatem & ſucceſſionem Papatus demonſtrandam) hæreticus, [d] Petri Gnaphei ſectator, teſte Poſſe-

[a] Vide detectum hoc Myſterium expurgationis à Ianſenio lib. cit. part. 4. p. 12. 13. 14. 15. [b] De omnis generis ſcriptoribus in Papatu per pias fraudes corruptis & mutilatis, vide querelam Laurent. Bochelli in præfat. ad Decret. Eccleſ. Gallic. quam citat Rivetus contra Coufeteau p. 1. p. 601. Et ſpecimen exhibuit Iameſius in libr. Cypriani de Vnitate Eccleſiæ, in appendic. ad catalog. bibliothec. Oxon. & in lib. de Corruptione Concil. patrum, &c. part. 2. à p. 1. uſque 33. Vide infra cap. 10. & 11. [c] De corruptionibus Patrum Thomas Iameſ. in catalog. bibliothec. Oxonienſ. & Cantabrig. epiſt. dedicat. Idem in libro de Corrupt. patrum part. 4. p. 23. 49. & part. 2. Vſſerus in Refutat. Ieſuitæ Hybernici p. 10. 20. Et de Succeſſ. & Statu Eccleſ. p. 45. & 198. [d] Vide præfat. Guid. Fabric. Boderiani ad Rituale Severi.

Poſſevino. Didymus Alexandrinus Origeniſta, Balſamon, Zonaras, Curopalotes, Cedren⁹, Nicephorus, Calliſtus, Theophylactus, Euthymius, & ſimiles Græci, Sciſmatici. Alii indocti & ſimplices ſunt, alii nimis creduli, nonnulli affectui ſuo indulgent, aut partibus nimium ſtudent. Dorotheus Tyrrenſis, Simeon Metaphraſtes, & plures iſtius commatis, hiſtorici fabulatores[a]. Ruffinus *multa mentitur*, erroris quoque notatus à Gelaſio Papa. Severi Sulpitii hiſtoria *cautè legenda*. Decreta Concil. Carthagin. III. ann. 258. *non recipit Catholica Eccleſia*, inquit Binnius in tom. Concil. not. margin. p. 149. Canones VI. Concil. ſcilic. Conſtantinopolitani (quorum ſeptimus citatur à Bellarmino pro invocatione ſanctorum) *falſo ſextæ Synodo aſſcribuntur, & ſunt ficti*, ex ſententia Surii & Caranzæ.[b] Acta VI. & VII. Concilii multos *continent errores*, ut multis argumentis ab Alb. Pighio demonſtratum credit Canus Loc. Theolog. l. 5. cap. 1.

Theodoretus *favit aliquando Neſtorianis. Mopſoveſtenum hæreticum mirificè laudat, & ſcripſit in Cyrillum.* Gennadius Maſſilienſis *Caſſianũ & Fauſtũ Semipelagianos laudat, Proſperum, qui pro gratia Dei fortiſſimè dimicavit, deprimit.* Photius, cujus exſtat Myrobiblos tranſlata à Ieſuita Schotto, *homo magnæ nequitiæ, falſarius*, & quid non Baronio, Bellarmino, & tomis Concil. Romæ editis. Claudius Taurinenſis aliique celebres viri ſub auſpiciis Caroli Magni oppugnabant imagines; Antagoniſtæ ipſorum Ionas Aurelianenſis, Abogardus & reliqui ejus ætatis Galli (teſte Bellarmino) *alio quodam laborabant errore.* Martinus Polonns Archiepiſcopus, & pœnitentiarius Innocentii IV. *fuit vir ſimplex, & fabellas pro hiſtoriis obtrudit.* Gratianus decretorum compilator, *non habuit delectum authorum, ex quibus decreta collegit.* Petrus Comeſtor ſacræ hiſtoriæ *multa ex gloſſis & profanis authoribus, & non raro incertas hiſtorias admiſcet.* Abbas Vrſpergenſis ob *amorem erga Imperatores contumelioſa multa ſcripſit in chronico ſuo, de Innocentio* III. *& Gregorio IX.* Hæc omnia ex Bellarmino. Quibus adde univerſalem cenſuram Onuphrii in omnes hiſtoricos Eccleſiaſticos, ſupra cit. de geſtis Romanorum moralizatis: ſic Ludovic. Vives: De cauſis corruptar. art. lib. 2. *quid erat opus tantis mendaciis?* Idem de hiſtoria ſanctorum: *neſcio cur auream Legendam appellent, quum ſcripta ſit ab homine ferrei oris & plumbei cordis. Quid fœdius dici poteſt illo libro?* Et paulo ante: *Quale eſt in res ſacras hanc quoque mentiendi licentiam irrepſiſſe: ut quæ traduntur de lepra Conſtantini, &c. de lepra Veſpaſiani, de Gamaliele, de Beronice, de actis Chriſti, & Divæ Virginis, &c. Nec in rebus propinquioris memoriæ tradendis ſumus religioſiores, &c. Nec in actis ſanctorum ſcribendis major eſt veritatis cuſtodia, &c, unuſquiſque eorum acta ſcribebat, ut in quemque erat affectus, ita ut animus hiſtoriã dictaret non veritas.* Vide & confer cenſuras *Ioh. Heſſels* de hiſtoriis Sanctorum, excuſis cum Martyrologio Vſuardi. Atque hæ quidem tenebræ, hi tenebriones, unde lux factorum ad ſucceſſionẽ probandam nobis affulgeret. De *Legendis* confer judicium Eſpencæi apud Thuanum lib. 16. p. 642. & Delrio in diſqu. lib. 3. par. 2. qu. 4. Et ut abyſſum ſeu labyrinthum adverſariorum omnes videant; Obteſtor eos ut numerum illum & ſcripta Hiſtoricorum ſemel definiant, unde ſucceſſionem tuto inveſtigari velint, contra quorum teſtimonia ut excipi à nobis nolunt, ipſi quoque excepturi non ſint; aut quibus tantam authoritatem tribuent contra ſe citatis, quantam pro ſe citatis tribui volunt. Sic tamen ut prius condemnent & revincant Onuphrium ſuum, qui contra omnes hiſtoricos Eccleſiaſticos tam Latinos quam Græcos graviſſimè excipit.

Vide

[a] Vide Bellarminum de ſcriptor. Eccleſiaſt. Et Canum locor. Theologic. lib. 11. c. 6 à p. 659. uſque 665.

[b] Surius ad Lectorem; & Caranz. in Summa in Concil VI.

Vide eum ſupra citatum. Si tacent, ego illos ex invictiſſimo ipſorum Campiano recenſebo. Sic enim ille ratione VII. *Priſtinam Eccleſiæ faciem hiſtoria priſca retegit. Huc provoco. Certè antiquiores hiſtorici, quos etiam uſurpant adverſarii, ferè numerantur, Euſebius, Damaſus, Hieronymus, Ruffinus, Oroſius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Caſſiodorus, Gregor. Turonenſis, Vſuardus, Regino, Marianus, Sigebertus, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus.* Poſtea ſubjicit, *Cum his conſidera peculiares certarum regionum hiſtoriographos, qui unius acta cujuſque populi curioſius, operoſiuſque ſcrutati ſunt.* De Euſebio, Ruffino, Socrate, Theodoreto, Zonara, Cedreno, Nicephoco judicium nunc audivimus. De reliquis curſim annotemus. *Damaſi* Pontificale ne libri quidem appellatione ob parvitatem dignum teſte Onuphrio, ſuppoſititium eſt Baronio, Bellarmino, Poſſevino, Onuphrio, Binnio, & aliis. Authorem ejus putat Anaſtaſium Onuphrius (in præfat. ad libr. Pontific.) qui fuit Bibliothecarius, Abbas Romanus & presbyter Cardinalis, à Leone IV. exauctoratus in ſynodo Romana, ann. 801. *Hieronymi* hiſtorica partim eadem ſunt cum Euſebii, quippe quem tranſtulit; partim ſuppoſititia, quæ Euagrio Pontico & aliis tribuenda putant docti, [a] inter quæ merito cenſetur de *Nativitate Mariæ*, à Baronio, Poſſevino, Cano, aliiſque. *Oroſius* Græcæ linguæ imperitus, Græcos ſcriptores non legerat, & in temporibus ſæpe falſus eſt, ut oſtendunt Scaligeri Caſtigat. Euſeb. De *Soſomeno* Gregor. Magnus, lib. 6. epiſtol. 95. *Sozomeni hiſtoriam ſedes apoſtolica recipere recuſat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopſoveſtā nimium laudat, atque ad diem obitus ſui magnum Doctorem Eccleſiæ fuiſſe perhibet.* Bellarminus addit, De ſcriptor. Eccleſiaſt. 440. *eum cum Socrate faviſſe Novatianorum erroribus.* Vide de eodem diſſerentem Canum in loc. Theolog. lib. 11. c. 6. p. 663.

Caſſiodori *Chronicon tantum farrago eſt, quam temulentiæ comparat Onuphrius & Scaliger* in Euſebianis. [b] Nec puto hoc ſceleton, vix ſceleton commendari, ut inde de facie antiquæ eccleſiæ nobis conſtet. Hiſtoria tripartita ab ipſo collecta, eſt Socratis, Soſomeni, & Theodoreti, itaque eadem fidelia cum illis denigranda à Pontificiis noſtris. [c] Gregorius Turonenſis vir fuit *magnæ ut nobilitatis ita & ſimplicitatis*, teſte Sigeberto.

Non ſtuduerunt ad priſcas hiſtorias pro cognitione ejus recurrere: ſed ea quæ auditu collegerunt (ut Gregorius Turonenſis, non votivo errore fallens) videntes inſignia magnifica, atque innumerabilia per eum fieri, prout unicuique ſenſus abundavit curaverunt ſcriptis committere, &c. Cæterum parcendum eſt ſimplicitati viri religioſi Gregorii, Turonenſis epiſcopi; qui multa aliter quam ſe veritas habeat æſtimans, non calliditatis æſtu, ſed benignitatis, ac ſimplicitatis voto literis commendavit. Ecce miſerum ſimul & miſericordem hiſtoricum, verba ſunt Hilduini Abbatis Epiſtola ad Ludov. Pium Imperat. præmiſſa vitæ Dionyſii Areopagitæ, quam annis abhinc octingentis conſcripſit, de quo Molanus in præfat. Vſuardi & Bellarminus ad ann. 830.

Vſuardi martyrologium non improbo, ſed faciem Papiſmi aut martyres Papatus nuſquam illic invenire potui; nec ipſi Papiſtæ ſe invenire dixerint. Pro Domino Chriſto martyrium eos ſubiiſſe ubique lego, nuſquam pro Domino Papa, aut ejus poteſtate ſpirituali ac temporali, aut indulgentiis Papalibus, &c. Rhegino Abbas Prunienſis ann. 908. claruit[d], qui *Chronicon ſcripſit continentem præcipua geſta Francorum* teſte Sigeberto. Ex quo, quatenus facies & ſucceſſio Eccleſiæ catholicæ & quidem primitivæ

a Gerard. Ioh. Voſſius de hiſtor. latin. lib. 2. p. 194. b Citat. Voſſ. de hiſt. lat. lib. 2. p. 225. c Voſſius lib. 2. cap. 22. p. 241. d Voſſ. lib. 2. cap. 39.

tivæ haberi poſſit diſceptandum relinquo.

Marianus Scotus Monachus claruit ann. 1083. ex cujus hiſtoria univerſali facile patimur faciem Eccleſiæ Occidentalis etiam inquiri, qualis ſcil. fuerit ipſius tempore, ea tamen conditione ne illius authoritas elevetur cum de Papiſſa Iohanna teſtatur. Sed hoc parum facit ad ſucceſſionem Eccleſiæ Catholicæ, jam inde à tempore Apoſtolorum. *Marianum Scotum contemnimus*, inquit Bellarmin. de Rom. Pontific. lib. 2. Cap. 5.

Sigebertus monachus Gemblacenſis, qui claruit poſt ann. 1100. cum Rheginone & Mariano admittatur tanquam teſtis intermediæ iſtius ætatis & inclinatæ admodum Eccleſiæ, atque adeo ſedis per Papiſſam Johannam occupatæ. Sed quid illa ſucceſſio ad ſucceſſionem Catholicam, imprimis Eccleſiæ antiquæ: de qua Campianus: *Sigebertus in hoc eſt fide indignus.* Bellarmin. de Pontific. lib. 4. cap. 13.

Ecce nunc ſucceſſionis Catholicæ columnas, quibus ſi nationum hiſtoricos adjungere quis velit, fiat. Fuerint illi licet omnes Pontificii (ut volunt) non verebimur tamen tantum illis tribuere quantum hiſtoricis recentioribus, iſtius ætatis & iſtius commatis ipſi adverſarii tribuere ſolent. In Germania habemus *Abbatem Vrſpergenſem, Aventinum, Scafnabingenſem, &c.* in Anglia *VVeſtmonaſterienſem* & *Matheum Paris*. In Gallia *Aimoinum, Flodoardum, &c.* in Hiſpania *Rodericum Toletanum*, &c.

Reliquos proletarios mediæ ætatis hiſtoricos, aut nullo numero habent ipſi adverſarii, aut ſi in totũ rejicere non audent, tam gravi tamen cenſura, fidem eorum notant, ut nemo ſanus eos hiſtoricorum titulo dignos habiturus ſit. Sic enim inter alios Melch. Canus locor. Theolog. libr. 11 cap. 6. pag. 652.

Sed dum quidam affectui ſuo nimium indulgent & ea ſcribunt, quæ animus ſcribentis dictat non veritas, tales Divos quandoque nobis exhibent, quales Divi ipſi, & ſi poſſent, eſſe tamen noluiſſent. Ecquis enim credat, Divum Franciſcum pediculos ſemel excuſſos, in ſeipſum ſolitum eſſe immittere? Quod ad ſanctitatem viri ſcriptor pertinere putavit, equidem non puto, qui paupertatem ſciam viro ſanctiſſimo placuiſſe ſemper, ſordes nunquam. Illud item quam ridiculum? Diabolum Dominico Patri noſtro, ſemel obſtrepentem, à divo eſſe coactum, ut lucernam haberet in manibus, quoad illa abſumpta non moleſtiam ſolum, ſed incredibilem dolorem etiam afferret. Non poſſunt hujuſmodi exempla numero comprehendi, ſed in his paucis pleraque alia intelligentur quæ divorum clariſſimorum hiſtorias obſcurarunt. Non autem decebat, veras ſanctorum res geſtas falſis & commentitiis fabulis contaminari. Quæ cauſa Gelaſio fuit, ut hujus generis hiſtorias multas in concilio ſeptuaginta Epiſcoporum reprobaret, &c.

Quod ſi prophetias quæ numinis afflatu edi ſolent, Paulus docet non ſpernendas quidem, ſed explorandas tamen; ecquis nos accuſare jam audebit, ſi hiſtorias humano ſenſu editas exploremus? &c. De rebus & hiſtoricis hujus ætatis idem Canus:

Quædam fabulæ prodiere, quarum & auctores & loca adeo longo intervallo diſtant, ut an mentiantur illi non poſſit inveniri, an hæc ſint addubitari etiam poſſit. Sed bene habet, quod totum narrationis corpus commentitium apparet. Vt quod Hiſpanorum ſermone teritur, id quoque in hac re facile probes: De luengas vias, luengas mentiras, &c.

Illud etiam in his Gelaſii verbis equidem animadverto novellas revelationes, ſic enim vocat, nos admirari & ſuſpicere minime oportere. Iam enim paſſim non pro eccleſiæ neceſſitate, ſed pro hominum affectu expromuntur: adeo ut in conceptionis cauſa utrinque, ſi ſuperis placet, revelationes vel contrariæ proferantur, &c.

Id quod haud dubie præſtabit nemo niſi vir probus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

probus, integer, incorruptus, ut ne quid falſi dicere audeat, ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. Quæ cum ad probitatis integritatiſque officia pertinere notum ſit, miror ab uno Suetonio ſervata eſſe omnia, à pleriſque noſtris omnia eſſe deſerta, &c. N.B. Egregium teſtimonium de Hiſtoricis Papalibus & p.657. lib. ejuſdem. *Certe hoc ego pro me ipſo & animi mei ſenſu ac dolore pronuncio, magna eccleſiæ calamitate, atque pernicie id ſolum in libris vulgandis præcaveri, ne erroribus fidei adverſis aſperſi ſint, ne ſint moribus exitiales non item. Nec de fabulis iſtis potiſſimum excrucior, quas modo dixi, quamvis ineruditis & nihil omnino conferentibus, non dico ad bene beateque vivendum, ſed ne ad recte quidem de rebus humanis ſentiendum. Quid enim conferant meræ ac vanæ nugæ ab hominibus otioſis fictæ, à corruptis ingeniis verſatæ? Sed acerbiſſimus eſt dolor, & vix omnino conſolabilis, quod dum quidam utinam tam prudenter quam ferventer incommodum hoc rejicere ac devitare cupiunt, non pro fabulis veras & graves hiſtorias edunt, id quod eſſet plebi utiliſſimum, ſed libros myſteriorum Eccleſiæ plenos, à quibus arcendi profani erant: id quod eſt, mea quidem ſententia, peſtilentiſſimum: eo verò magis, quo vulgus eos libellos ſecurius legit, quia probatos videt, non modo à civili magiſtratu, verum etiam ab iis, qui doctrinæ cenſores ſunt in Chriſti Repub. diffiniti, &c. Quanquam negare non poſſumus, viros aliquando graviſſimos in divorum præſertim prodigiis deſcribendis ſparſos rumores & excepiſſe & ſcriptis etiam ad poſteros retuliſſe. Qua in re, ut mihi quidem videtur, aut nimium illi ſibi, aut fidelium certè vulgo indulſerunt: quod vulgus ſentiebant, non tantum ea facile miracula credere, ſed impenſe etiam flagitare. Itaque ſigna nonnulla & prodigia ſancti quoque memoriæ prodiderunt, non quod ea libenter credidiſſent, ſed ne deeſſe fidelium votis viderentur.* N. B. *Id verò eo magis ſibi licere exiſtimarunt, quo intellexerunt, autoribus nobiliſſimis placuiſſe veram hiſtoriæ legem eſſe, ea ſcribere quæ vulgo vera haberentur. Nec ego hic libri illius auctorem excuſo qui Speculum exemplorum inſcribitur; nec hiſtoriæ etiam ejus, quæ Legenda aurea nominatur. In illo enim miraculorum monſtra ſæpius quam vera miracula legas, hanc homo ſcripſit ferrei oris, plumbei cordis, animi certe parum ſeveri & prudentis, &c.*

Quæ ego eadem de Beda atque Gregorio jure fortaſſe ac verè dicere poſſum. Quorum ille in hiſtoria Anglorum, hic in dialogis quædam miracula ſcribunt vulgo jactata & credita, quæ hujus præſertim ſeculi Ariſtarchi incerta eſſe cenſebunt. Equidem hiſtorias illas probarem magis, ſi earum auctores juxta præfinitam normam ſeveritati judicii curam in eligendo majorem adjunxiſſent, &c. De Vincentio, Valuaceno & Divo Antonino liberius judico, quorum uterque non tam dedit operam ut res veras certaſque deſcriberet, quam ne nihil omnino præteriret, quod ſcriptum in ſchedulis quibuſlibet reperiretur. Ita ad hiſtoriam unamquamque exiſtimandam momentoq; ſuo ponderandam non Artificum ſtatera, ſed ne populari quidem trutina uſi ſunt. Quamobrem boni licet ac minimè fallaces viri, quia tamen nec auctores eos, à quibus ſuos exſcripſere libros, diligenter examinarunt, nec res juſtis libratas ponderibus memoriæ prodiderunt, apud criticos graves atque ſeveros authoritate carent, &c.

Nullos etiam præſtantiſſimos recipiunt, niſi cum iſta cautione: [a] *Hiſtorici, divinis exceptis, non raro mentiuntur, & certe non firmam & infallibilem fidem faciunt,* &, *Præter authores ſacros nullus Hiſtoricus certus eſſe poteſt.* In quo quidem nos habent adſtipulatores, & communem experientiam. Vide exemplum inſigne ſphalmatis hiſtorici, in præſtantiſſimo hiſtorico Thuano, notatum à Ger. Voſſio in libro de hiſtoricis Latinis, præfat. ad lectorem. Alia in eodem ſublegere

[a] Bellarmin. de Concil. lib. 2. cap. 9. Canus locor. Theolog. lib. 11. cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

gere & publicare cæperant Ieſuitæ, ſed affectibus abreptos errores ſuos prodidiſſe monſtrarunt Philo-Thuani in Gallia[a].

Alciatus de Caſſiodori catalogo Conſulum ita cenſet: *Non arbitror quenquam faſtos iſtos ita ad unguem poſſe componere, ut nuſquam fallatur: ea fuit in veteri Republ. annalium confuſio, ea deinde poſt Imperatores creari cœptos, cum plerique minores conſules pro primis ponerentur, & ex uno anno duos facerent, alii aliter deciperentur.* Tandem poſt allata aliquot exempla concludit: [b] *Ut iis exemplis ſatis appareat, haudquaquam omnino certam eſſe harum rerum notitiam, neque ab iiſce chronographis omnia ad obruſſam exigenda eſſe.* Quam cenſuram catalogis Epiſcoporum & ſucceſſionibus Eccleſiarum optimo jure applicandam putamus, præeunte nobis Onuphrio Panuino infra cit.

II. Repugnantiæ ſcriptorum multiplices, quæ quantas difficultates afferant, norunt illi qui modò conciliationem ἐναντιοφανῶν in Iure, philoſophia, chronologia, hiſtoria, aut ſacra ſcriptura unquam tentarunt. Atqui in Scripturis tantum videntur contradictiones; hic autem revera ſunt antinoma & antidoxa tam manifeſta quàm obſcura, adeo ut non raro in apertas conteſtationes contradictionis ille ſpiritus eruperit. Scribit Tertullianus in Orthodoxos, quos Pſychicos appellat; Cyprianus in Cornelium Epiſcopum Romanum; Proſper in Collatorem Caſſianum, Hieronymus in Ruffinum & Auguſtinum; Theodoretus in Cyrillum; Aurelius Carthaginenſis cum Auguſtino & reliquis Africanis in Epiſcopos Romanos. Et ſic Concilia in Concilia, Eccleſiæ in Eccleſias, Doctores in Doctores. Iam verò nec cujuſvis eſt, nec tam facile arbitrio aut judicio ſuo alterutrum repugnantium erroris condemnare, quod fa-

miliare recentioribus Pontificiis.

XII. Obſcuritas ſtyli, ob linguæ aut phraſeos inſolentiam. Nam primò; qui Græcè ſcripſerunt, magna ex parte non leguntur, niſi in verſionibus. Quid autẽ nativo helleniſmo & intelligentię lectoris tunc pereat, ſatis ſuperque Philologi oſtenderunt. Videatur Muretus, Variar. lect. lib. 2. c. 10. apud quem *contortores librorum* appellantur interpretes. Docent etiam controverſiæ quotidianæ ſummam rei ex intelligentia dictionis aut phraſeos Græcanicæ ſæpe pendere; vide quæ de ἐντέχνοις patrum Gręcorum vocabulis nonnullis Caſaubonus eruditè obſervavit in notis ad epiſtolam Nyſſeni; quid de nonnullis cum Richeomio & Perrono expoſtulaverit Molineus, in Novitate Papiſmi: quid de plurimis cum Baronio Caſaubonus, cui cauſam prodens nihil aliud opponit Græculus Eudemon Iohannes, quam *Cogimur*, inquit, *in Italia Græcorum exemplarium penuria, interpretum fidem plerumq; ſequi:* lib. 2. cap. 2. & in præf. Et, *libri Græci typis excuſi vix reperiebantur, ut fontes ipſos conſulere in promptu eſſet,* Baronio ſcil. annales ſcribenti. Perronus interpretes Græcorum Patrum ita faſtidit, ut inter alios Trapezuntium traducat: *Trapezũtius voulant faire le traducteur & l'Epitomiſte enſemble, a abregè, eſtropiè & corrõpu tout le texte de ceſt Autheur:* deſignans Cyrill. Alexandr. Et hęc quidẽ in virum illum natione Gręcum. Veriſſimum ergo illud & ſapientiſſimum Caſauboni monitum omnibus Patribus & Hiſtoricis Græcis jure applicandum eſt: [d] *Quarum dictionum notiones, quæ ſunt pro argumento diverſæ, nemo poteſt ſatis intelligere, qui ad volutandos eorum libros, exquiſitam diligentiam pari judicio junctam non adhibuerit. Nam faciunt ſane quam imprudenter, qui ex uno aut altero loco de uſu horum verborum apud patres putant ſibi poſſe conſtare.* Secundò,

quod

[a] Epiſtola apologet. Ioh. B. Ædui pro Thuano contra Ieſuitam Cellarium. 1626. [b] In Parergis Iuris lib. 5. c. 11. [c] Vide Io. Mercerii I. C. Conciliatorem, ſeu artem concil. eorum quæ in jure contraria videntur. [d] In notis ad epiſtol. Nyſſeni Euſtath. p. 100. confer. p. 65. 90 93.

quod ad Authores Latinè ſcriptos, non leguntur illi, niſi à doctis in Europa viris, ſiquidem legantur. Sed aliud eſt legere, aliud intelligere: Præter Arnobium à Stenvvechio, Meurſio, Elmenhorſtio, Heraldo illuſtratum, unus Tertullianus vulgares animas dejicere, nobiliores fatigare [a] queat. Pamelii, Rhenani, Heraldi labores noti ſunt, & cū nihil non præſtitiſſe videri poſſint, plura tamen adhuc exſpectamus ad tanti luminis illuſtrationem: neque ignotum, quanta naufragia circa unicum libellum de Pallio paſſus ſit Petavius, dictus Anton. Cercœtius, cui propterea miſerè inſultavit Fr. Francus, h. e. Salmaſius, ut opinor. Et videntur hæc tantum præludia dolorum. *Nam quis Polydamas illum Hectora?* ut de Scaligero quondam Lipſius. Latinè ſcripſit Ruffinus, ſtylo non ita difficili, & tamen unica illa ejus vox *Suburbicaria*, tripodes latinitatis ita commovere fecit Salmaſium, ut Ieſuitæ philologi Sirmondi tripodes nunc planè conticeſcant, juxta vaticinium Salmaſii; *Poſt epiſtolam tacere debuit, poſt euchariſticum tacebit* [b].

Tertiò, archaiſmi, καινοφωνίαι, ἀκυρολογίαι, barbariſmi, idiotiſmi, & ſimiles floſculi, in tanta ſcriptorum varietate lectorem, quamvis eximiæ eruditionis & patientiæ, non leviter perturbant.

XIII. Obſcuritas multiplex in rebus ipſis. Quot geſta, ritus, leges, ad quæ alludunt authores, &c. plane nunc ignoramus? quantillum Baroniano labore vix eruimus? Criticorum, Philologorum & Chronologorum ſtudia rident multi, nonnulli deflent, pauci imitantur, quippe difficultate abſterriti. Vident enim ingenium, ætatem, & improbos labores unius hominis vix ſufficere decimæ parti Oceani iſtius exhauriendæ. Vident eos qui magno conatu volumina edidere, de Convivalibus, de Coronis, de Funeribus, Linteis ſepulcralibus & jure Manium, de Crucibus, de Saturnalibus, de Ludis, de Saltationibus, de Sacrificiis, de Feſtis, de Luxu, de Veſtibus. de Emendatione temporum, & perfecto calculo Chronologico, &c. plerumque pati à ſucceſſoribus ſuis quod Inventores Quadraturæ Circuli; ut in errantium claſſem reponantur: & ſi alibi certè in Antiquitatibus eccleſiaſticis hoc locum habet, Quot ibi contradictiones & controverſa, judicio omnium, qui aliquid hic ſapere putant? Eraſmus, Vives, Beatus Rhenanus, Caſſander, Fr. Balduinus, Papyrius Maſſorus, Carolus Molinæus, ſua quiſque ætate eximii erant judicio doctiſſimi cujuſque. Antagoniſtæ ipſorum (quos plurimos habuerunt) aliter de illis ſenſere, immo in indicem librorum prohibitorum nomina ferè omnium & labores intulere. Succeſſit Cæſar Baronius qui omnes illos cum Centuriis Magdenburgenſibus detruſiſſe de ponte videtur, ut contra ſi quis ſentiat, nil ſentiat. Sed ecce vindices exſurgunt, non tantum Caſaubonus, Pleſſæus, Rivetus, Montacutus, ex noſtris; & in procinctu ſtant alii: ſed ex ipſis Pontificiis certatim quaſi avem verſicolorem miſerum hunc circumvolant, & carptim carnem brachii ſui devorant: inter quos non infimus Cardinalis Perronus in decennali opere contra regem Britanniæ. Ita illi μῆλον ἔριδος, id eſt, *malum contentionis* (ut mutuer acumen tuum pag. 226.) dum faciunt, ex Baronio nihil aliud reſtat, quam ut totus mundus applaudat judicio Cl. Pithœi, qui annales eccleſiaſticos, hiſtoriam (rectius apologiam) Papatus appellandos cenſebat. Iam vide mihi difficultatem. Caſſander & Eraſmus tales prætendunt

[a] Vide de Tertulliani difficili illuſtratione Cl. Voſſium præfat. de Hiſtoric. Latin. [b] Euchariſtic. de Eccleſ. & Region. Suburbicar. in præfat.

tenduntantiquitates, Defenſores Monarchiæ Siculæ ſuas, Ieſuita Zanctius talem, ex. gr. de prędicatione Iacobi in Hiſpania, quippe *Hiſpanus pro religione Hiſpanica* certans ut loquitur [a] Steuchus Eugubinus circa donationem Conſtantini, nil niſi genuinã antiquitatem ſpirat; alii alias: Sed contrà Baronius aliiq; antiquitates illas explodunt. An tam facilè nunc eſt judicare, utri magis credendum ſit, Eraſmo, an Alberto Pio; Baronio, an Zanctio; Cardinali Hiſpanico, an ipſi Regi & Concilio ejus; Binnio an Lindano; Caſſandro an Cornelio celeberrimo illi apud Belgas Minoritę Brugenſi, Caſſandri adverſario: huc confer difficultates omnes, quas circa interpretationem Scripturæ paſſim exaggeras, & φλυαρίας illas de *Anabaptiſtis, Arminianis & vervecibus iſtis* (ut modeſtè loqueris) *quibus plenum eſt deſertum Apocalypticum* pag. 226. Omnium tam antiquorum quam recentiorum judicio difficultates & perplexitates hic occurrunt tantæ & tam frequentes, ut Scotiſticæ ſubtilitates & Formalitates, Inſolubilia Alimos Valentini, & Petri de Alliaco, Sophiſmata Hentisberti & Alberti de Saxonia, Svviſſeti Calculatoris Iuveniles conceptus, quos ipſe ſenex non intelligebat, præ illis breves tenebræ & compendioſa intellectus vexatio videri poſſint. De exigua ſed neceſſaria particula antiquitatũ Eccleſiaſticarum, quæ in hæreſibus explicandis verſatur, conqueritur Auguſtinus: De Hæreſib. cap. 89. *Nec ipſum Hieronymum, licet hominem doctiſſimum, omnes hæreſes indagare potuiſſe*, &c. Sunt hæretici, *qui tam multis falſis dogmatibus pleni ſunt, ut ipſi quoque illa numerare non poſſint, aut difficillimè poſſint. Nec ulli alieno ulla hæreſis facile ſic innoteſcit, ut ſuis: unde nec earum, quas commemoravi, omnia dogmata me dixiſſe profiteor. Quis enim non videat quantam res iſta operam, & quam multas literas flagitet?*

XIV. Authoris & Scriptoris cujuſq; multiplex à ſeipſo diſſenſio, & dictorum frequens repugnantia, partim ex humani judicii & memorię infirmitate, partim ex locorum, temporum, conditionum, ſtudiorum, proprii ſenſus diverſitate & mutatione. Atque hic non parvæ difficultates oriuntur in ſcopo & mente dicentis, atq; adeo propria ipſius ſententia percipienda. Accuratè enim & religioſè conſiderandum, *An ſcriptor ille* ſive opiniones, ſive relationes aliorum receperit ut vir bonus, (quod de Platone Iulius Cæſar Scaliger) an verò juſto examine expenderit: An revera hiſtorias ſcripſerit, an tales, quales Heliodori Æthiopicæ hiſtoriæ, Apulei Aſinus aureus, Amadiſus, Barclaii Euphormio & Argenis, & ſimiles, hoc eſt, *an addiderit ex proprio ingenio, nõ ut res geſtæ fuerunt, ſed ut geri potuerunt*, ut ingenuè Bellarminus de Simeone Metaphraſte, quẽ tamen Aloyſius Lipomanus, & laudatus nobis antehac hiſtoricus Surius in tomos ſuos de Vitis ſanctorũ trãſtulerunt: *An pravos & populares iſtius* ſæculi abuſus ex reliquiis Paganiſmo aut aliunde adhęrentes referat tantum, an verò legem ferat quã putet neceſſariò ſequendam: An factũ contineat, an verò jus: An articulos & regulas fidei tradat, an verò *opiniones* præjudicatas & tyrannica conſuetudine prævalentes & practicam communẽ ſequatur, ut de Miſſa dicere ſolet Domitius Calderinus; *Eamus ſane ad communẽ errorem*: An παρέργως ei quaſi aliud agentibus aliquid exciderit, an verò cõſtanter, ex profeſſo, & proprio loco ita dogmatizatũ ſit: [b] An *obiter* dixerint, an *verò in diligenti narratione*: An dubiè, probabiliter, rarò, & tanquam de ſuo hoc dixerint; an verò aſſertivè, confidenter & perpetuo tanquam ex communi & fundamẽtali eccleſię doctrina:

[a] In proœmio tract. de prædicatione Iacobi in Hiſpan. p. 2. [b] Maldonat. in Iohann. 21. verſ. 15 *Bernardus dum aliud agit, & memoriter ac leniter hunc locum carpit.*

na: Diſtinctio eſt Baronii contra Hieronymum ad ann. 69. n. 43. An in practicis & aſceticis ſcriptis; aut in curſu amplificationum aut in exceſſibus encomiaſticis, quid dixerint, an vero in didacticis: An dogmatizent, an vero aliis condeſcendant; quomodo ipſi Patres inter συγκατάβασιν & δόγμα diſtinguunt: *Rurſum* an in ſcripturarum expoſitionibus aut in theticis & nudis Theologiæ conceptibus ſedatè illa tradiderint, an vero æſtus contentionis in eriſticis & apologeticis extruſerit: [a] Quantam autem in poſterioribus licentiam homines ſibi ſumere ſolent, & quam longe à ſeipſis abire, vide in apologia Hieronymi adverſus Iovinianum. Quis verè pius abſque gemitu & tædio iſta legat? Rurſum, An διδακτικῶς, an vero οἰκονομικῶς aliquid tradiderint: Caſaubonus ibid.

An totum ſyſtema opinionis, ſeu rem ipſam & principalem theſin controverſam liquido exprimant; an vero aliquid cum eo ſymbolizans, aut agnatum aut rei hypotheſin tantum, quæ huc trahi poſſit:

An ſolus ille, ſeu unus atque alter hanc opinionem tradat & ut catholicam venditet (quomodo Cyprianus Anabaptiſmum ſuum;) an vero omnes aut ſaltem plerique, reliquis non reclamantibus: Si enim aliqui in dubium vocarunt, & nihilominus ut filii Eccleſiæ tolerati ſunt, ruit prætenſum illud catholicum, *quod omnes, quod ubique, quod ſemper.*

An non proprium ſuum affectum, ſtudium partium, factionem expreſſerint magis, quam communem & indubitatam Eccleſiæ doctrinam: Quomodo de Cypriano, Aurelio, Auguſtino, & reliquis Africanis, item Orientalibus; imprimis Conſtantinopolitanis Epiſcopis, atque adeo Doctoribus & Hiſtoricis hoc reſpondent adverſarii, quotieſcunque ipſorum ſcenæ non ſubſerviunt.

Audi Sanctium tract. 2. cap. 6. *Ex quo veriſimile eſt Toletanum breviarium minus locutum ſtudioſe, atque aperte de Iacobi in Hiſpaniam profectione, contra aliarum Eccleſiarum exemplum, ne Toletanus cauſam de primatu ſuo ſibi teſtimonio jugularet.* An doctrinam & meditationem *immediatam, directam & principalem*, an vero *obliquam, collateralem, acceſſoriam* ad oblectanda ingenia lectorum, depromſerint.

Deniq; an loquuntur ibi ut *vitrici*, an vero ut *patres*; Vtcunq; enim contingere poſſe, conſtat ex nupera Ieſuitarum diſtinctione [b].

Iſtis ac ſimilibus diſtinctionibus familiare eſt adverſariis ad patrum & hiſtoricorum dicta excipere, ut ex ſolo Bellarmino & Baronio abunde conſtat [c]. Exceptiones ad Conciliorum & Pontificum decreta vide ſupra cap. 2. Exceptiones ad Apparitiones, Revelationes, & Miracula, vide libr. 2. ſect. 2. cap. 10. & libr. 3. ſect. 2. cap. 3.

XV. Magna ſcriptionis varietas, quæ locorum & perſonarum *nominibus propriis plerunque accidit, quæ raro in hominum notitiam atque ſermonem veniunt. Hinc crebræ ab eruditis lectiones variæ, hinc notationes, quæ tamen impeditas & peregrinas voces nondum extricarunt*, inquit Sanctius tract. 3. cap. 14. Et paulo ante, *Vocibus præſertim barbaris & ignotis, facile aliquid additur, detrahitur, aut mutatur, quod vim & ſignificationem aut confundat, aut perdat.*

Atque hoc quidem inſigniter difficilem reddit hiſtoriarum, & antiquitatis ſimplicem cognitionem, & quæ circa hanc verſatur facultatem illam, quam vocant Criticam [d].

XVI. Maxima incertitudo, & anxius atque anceps labor in Patrum ſeu antiquitatis

[a] Caſaubon. in not. ad epiſt. Nyſſeni ad Euſtath. Baſiliſſ. pag. 93. & 75. [b] Hæc non minus ſtolida quam profana diſtinctio Perroni, qui p tres ex ſuo ingenio judicavit. Vide eam egregiè caſtigatam à Molin. in Novit. pag. 2. contr. 11. [c] Vide Rivet. prolegom. ad Critic. ſacr. & Iacob. Laurentii Reverent. patrum. [d] Vide Diſſertat. Henr. Stephani de Critica & Criticis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tatis decantato conſenſu formando ex variis teſtimoniis ac ſcriptis. Quod ut difficile eſt in actu exercito, ita inexplicabile adhuc in actu ſignato. Nondum enim Pontificiis conſtare potuit, Quis ſit conſenſus Patrum, & in quo ille exiſtat. Vide fluctuantes & adverſas eorum ſententias apud Canum loc. Theolog. libr. 7. cap. 3. Gregor. de Valentia analyſ. fid. lib. 8. cap. 8. S. Vincentium Lyrinenſem audimus, quem perpetuo crepant adverſarii, non video quomodo hoc tempore omnium ſuperiorum ſæculorum conſenſus, ſecundum longitudinem & latitudinem, (ita loquar) facile haberi poſſit. Sic enim ille : *eorum duntaxat patrum ſententiæ conferendæ ſunt, qui in fide, & communione catholica ſancte, ſapienter, conſtanter viventes, docentes, & permanentes; vel mori in Chriſto fideliter, vel occidi pro Chriſto feliciter meruerunt : Quibus tamen hac lege credendum eſt, ut quidquid vel omnes, vel plures uno eodemque conſenſu manifeſte, frequenter, perſeveranter velut quodam ſibi conſentiente Magiſtrorum Concilio accipiendo, tenendo, tradendo formaverint, id pro indubitato, certo, ratoque habeatur.* Sed quid dico de comparatione omnium univerſalium conſenſuum per ſingula ſæcula aut ætates, quæ præterierunt? cum pænè impoſſibile ſit alicui præſentis ſuæ ætatis conſenſum expiſcari, ex ſententia Gregor. de Valentia, Analyſ. fid. lib. 8. cap. 8.

Raro, inquit, *accidere poteſt ut quæ ſit Doctorum omnium uno tempore viventium de religione ſententia, ſatis cognoſcatur. Sunt enim Catholici Doctores in Eccleſia ubique diffuſa plurimi, qui proinde omnes nec facile congregari, nec interrogari poſſunt quid ſentiant.* Atque hæc difficultas à parte rerum, ſeu ipſius ſucceſſionis atque originis Eccleſiarum, & rerum Eccleſiaſticarum, per catholicam totius Orbis, imprimis per apoſtolicas Eccleſias earumque propagines, inveſtigandæ: cujus quidem archaiologiæ & genealogiæ deſperatum fere laborem, ſimilem puto eſſe illi quo quæruntur origines populorum, de quo præclare Bodinus in Method. Hiſtoriar. cap. 9.

IV. A parte noſtri, ſi alibi, hic certe difficultates interveniunt. *Primo* enim ingenium, judicium, memoria ad tam arduam inveſtigationem, paucioribus ſuppetunt. *Deinde* animæ cura, & devotionum exercitia maximam & meliorem ætatis partem ſibi vindicant, aut ſaltem vindicare debent : quam conſiderationem tanti facit Ieſuita à Lapide, ut ea ab omni commentariorum ſcriptione pæne abſterritum ſe dicat Commentar. in epiſtol. Pauli in dedic. *Tertio*, Charitas proximi & ratio vocationis cujuſque, imprimis ſi ſit Eccleſiaſtica, tempus, & ſtudia iſta non parum accidunt. *Quarto*, Ardor, promptitudo, & indefeſſa conſtantia ad labores iſtos, non omnibus datur; quam pauci enim ſunt inter ipſos Baronii, aut Onuphrii? *Quinto*, Etiamſi aliquibus eſſet animus & voluntas, deſunt tamen illis vires, deſunt inſtrumenta, & præparatoriæ, ac neceſſariæ diſpoſitiones, ut ſunt, Magna & ſolida linguarum; omnis hiſtoriæ ſæcularis difficillimæ Chronologiæ, Philoſophiæ & artium, Scripturarum & Theologiæ cognitio. *Sexto*, Res anguſta domi plurimos antiquitatum ſtudioſos detinet. Eſt enim vere carum & pretioſum (ita loquor) hoc ſtudium; neque omnibus Clericis opes Cardineæ, priſcæ Eccleſiæ monumenta, chartæ & libri Vaticani, & aliunde ex toto orbe advecta cimelia, Amanuenſium & exſcriptorum operæ, collationes cum peritiſſimis antiquariis ita contingere poſſunt. *Denique* premunt aptiſſimos quoſque vitæ hujus brevitas, fragilitas, & moleſtiæ innumerabiles, ita ut de illis vere uſurpari poſſit illud Hebræorum dicterium : *Via longa & Viatici*

parum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

parum; & tritum illud Hippocratis. *Ars longa, Vita brevis, Occaſio difficilis, Experientia fallax.*

V. Itaque multo major facilitas in lectione & collatione Scripturarum, quæ ipſum ſunt fidei noſtræ principium & immediate eam fundant; quæ indubitatæ & certæ ſunt, certo canone (etiam apud Pontificios) circumſcriptæ; quas Deus ita temperavit, ut in iis Elephas natare debeat, *agnus ambulare poſſit*, & ut locis obſcurioribus faſtidium, facilioribus famem detergeret, ut quidem patres de iis loqui ſolent. *Nihil*, inquit Auguſtinus, *de illis obſcuritatibus eruitur, quod non planiſſime dictum alibi reperiatur.* De doctrin. Chriſtian. libr. 2. c. 6. & 9. Quæ *ſunt liber ſacerdotalis* [a] & ſubſtantia ſacerdotii noſtri: *Omne tempus vitæ breve eſt; & ſi eſſet longiſſimum conſumendum foret in ſcientia ſacrarum ſcripturarum.* Hæc ex Patribus ita citat A Lapide in 1. Timoth. 4.

Deploranda cœcitas & impietas adverſariorum, quibus nihil difficile præter Scripturã: nihil nõ evidens & conſpicuũ præter lumen illud (2 Petr. 1. Pſa. 19. v. 8. 9. & 119. v. 105.) quod tamen omnia redderet conſpicua; cujuſvis libri lectio utilior & minus periculoſa fidelibus, quam ſacræ Scripturę, quam tamen alibi extra contentionem iſtã poſiti ſummopere ſuis commendant in ſcriptis practicis & commentariis[b]: Immo ad quam poſt Penelopes illam telã (ſucceſſionem ſcil.) pertextam, retextã neceſſario recurrendum omnes ſtatuunt, aut ſtatuere debent, ſiquidem Doctorem ſuum Angelicum audiant in quæſt. Diſput. de Fide artic. 10. *Succeſſoribus Apoſtolorum non credimus, niſi in quantum nobis annuntiant, quæ illi in ſcriptis reliquerunt.* Et *Gerſonẽ* de vita Spirituali part. 3. *Majoris autoritatis ſunt dicta Apoſtolorum, quã Succeſſorum ſuorũ. Major etiã fuit primitivæ Eccleſiæ autoritas quã hodiernæ &c.*

Hoc eſt ergo facilius quod minori tempore & minori labore acquiri poteſt, & quo habito animus certò quieſcit, implicitâ generali ac virtuali, certâ tamen præſumptione, ἱϛορίᾳ, & fide Succeſſionis contentus, quàm illud quod majori tempore & labore quæri debet, & vix inveniri poteſt, & quo poſt infinitos labores vel ex parte vel in totum (quod tamen impoſſibile) habito, reſtat tamen altera illa inveſtigatio & difficultas Scripturarum, ſine qua ſuperata in caſſum erit omnis labor antegreſſæ inquiſitionis. Sed cognitio Scripturarum ſeu veræ fidei & Eccleſiæ ex Scripturis minori tempore &c. Cognitio vero ſucceſſionis majori tempore &c. Ergo facilior eſt cognitio veræ fidei & Eccleſiæ ex Scripturis, quam cognitio Succeſſionis Fidei & Eccleſiæ ex Antiquitatis monumentis. Addimus hæc Corollaria.

Primum: Tutius, melius & fructuoſius eſt Chriſtianis explicitam habere veritatum fidei & religionis cognitionem ex Scripturis, & conſequenter illam veritatẽ ibi quęrere, Succeſſionis ἱϛορίᾳ & cognitione ad fidem implicitam relegata; Quã habere fidei ac religionis ſucceſſionẽ ex Antiquitate, qualis nunc haberi poteſt, fide maximè explicita, & illam ibi laborioſe quærere; veritatum fidei cognitione ex ipſis Scripturis ad fidem implicitam & carbonariam (quæ per ignorantiam definitur) relegatâ.

Secundum: Illi magis fidunt cauſæ ſuæ, & conſulunt conſcientiæ, ædificationi, ac ſaluti Chriſtianorum, qui Scripturarum onus inquiſitionis, cognitionis, ac diſcretionis inter veritatem & mendacium, inter bonum & malum ipſis imponunt; quàm qui onus illud *antiquariũ* Ætna gravius imponunt, quod ne ipſi portare poſſunt; imo ne minimo digito attingunt. Sed prius faciunt Reformati, poſterius Clerici Papales.

Illi

[a] Ambroſ. lib 3. de Fide cap. 7. Dionyſ. Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 1. Chryſoſtomus hom. 2. de providentia. [b] Videatur inter alios A Lapide in Epiſtol. Pauli. prolegom. c. 5. Vide paſſim Thomæ à Kempis Imitat. Chriſti. Et dicta Patrum ac ſequiorum Scriptor. cit. lib. 2. ſect. 2. cap. 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Illi de plano, ſi per anfractus & ambages procedunt.

Tertium: Illi minus præſumendi ſunt fallere velle ſimpliciores, qui principium fidei indubitatum, hoc eſt, libros Scripturæ in manus ipſis tradunt, ad ipſos perpetuo provocant, ad illos revocari & examinari volunt dogmata ſua, quos libros ſi non perfecte, ſaltem aliquo modo intelligere, legere, circumferre & habere poſſunt ſimpliciores: Quam illi, qui partim ad Traditiones, partim ad Antiquitatis conſenſum, hiſtoriam & monumenta provocant; quæ aut non ſunt, aut ipſi hactenus nulli ex ſimplicioribus tradere nec auſi nec potuere, ſaltem nullus ſimpliciorum diſcernere, inquirere, legere, inſpicere, tractare, portare, circumferre, habere ea viſus eſt, neque in æternum videbitur, ſaltem aliquo cum fructu aut ſucceſſu. Sed prius faciunt Reformati, qui ad inſtumentum certum, præſens, quod præ manibus eſt, quod tractari, legi, videri & audiri poteſt, aſſiduo provocant; poſterius faciunt Clerici Papales, qui viſibili, tractabili illo, & præſenti inſtrumento poſthabito, ex alio inſtrumento cauſæ ſuæ probationem promittant, quod tamen nuſquam eſt, aut ſaltem ab illis non profertur, & ſi ambabus manibus illud ferrent, nemo ex ſimplicioribus & idiotis illud tractare, intelligere, inſpicere, legere aut examinare poſſet. Quis non dicet, eos eſſe planos, agyrtas, præſtigiatores?

Nunc faciat paradoxas Antitheſes ſuas, ſi audet Ianſenius; ſin minus, deſinat tam manifeſtæ veritati tenebras offundere. Interim conferat lector alterius paradoxi, de Facilitate excuſſionem libr. 2. ſect. 2. c. 27.

SECTIONIS PRIMÆ

CAPVT VIII.

Rationes & exceptiones Ianſenii pro dicta Facilitate, refutantur.

Contra hanc veritatem ipſo communi ſenſu & experientia teſtatam nihil quidem ratiuncularum opponit Ianſenius, ſed tantum nugatur, ne videatur tacuiſſe.

Primo, ait: *Quod vero ſubjungis Irenæum ac Tertullianum fuiſſe vicinos apoſtolicis temporibus; ita ut facile ipſis eſſet novitatem hæreſeon hac ratione evincere, verum quidem eſt: at iſta facilitas non ex eo proficiſcitur, quod vicini fuerint apoſtolicis temporibus, ſed ex eo, quod omnis hæreſis ſit veritate poſterior certo loco, & tempore, & cauſa, & authore nata &c.*

Reſp. I. Totus hic diſcurſus laborat non tam paralogiſmo, aut elencho ſophiſtico, quam mera ἀῤῥωστία διανοίας. Te judice verum eſt, quod ego dixi in Philonio loco à te citato Not. Scil. 15. aphoriſm. 3. *Erant etiam Irenæus & Tertullianus, qui inter omnes maximè urgent ſucceſſionem, vicini apoſtolicis temporibus, ita ut facile ipſis eſſet antiquitatem & authoritatem Scripturarum, & novitatem hæreſeon hac ratione convincere.* Tertull. de præſcrip. c. 36. *Percurre Eccleſias apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc cathedræ apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticæ literæ eorum recitantur ſonantes vocem & repræſentantes faciem uniuſcujuſque.* Et cap. 30. *Adhuc in ſæculo ſuperſunt, qui meminerint eorum etiam proprii diſcentes & ſucceſſores*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ceſſores ipſorũ, ne poſteriores negare poſſint. Hęc verba mea, quæ ſi vera ſunt, cur illis cõtradicis? *at iſta facilitas non ex eo proficiſcitur.* Ego dixeram & probaverã ideo illis facile fuiſſe iſtam probationem; tu addis, me verum dixiſſe; & immediatè ſubjicis, non dixiſſe verum, quia inde non erat iſta facilitas. Contradictionum & deliriorum vortices!

II. Cauſam facilitatis iſtius negas eſſe in vicinitate temporis, quo adhuc ſupererant tam multa & tam illuſtria apoſtolicæ Eccleſiæ monumenta, quæ nunc deſunt. Sed nec rationem ullam adfers aſſertionis tuæ, nec meas rationes ex ipſa rei evidentia & teſtimoniis Tertulliani deſumptas vel minimo digito attingis. Stat ergo aſſertio noſtra cum rationibus ſuis.

III. Cauſam cur tam facile Irenæus & Tertullianus ex ſucceſſione in Eccleſiis apoſtolicis hęreſes convincere potuerint, tu alibi quæris in ipſa hæreſeos natura & proprietatibus. Sed eſto, ſit hæc cauſa facilitatis, ex re ipſa ſeu objecto cognoſcibili (hæreſi ſcil.) deſumpta, inde non ſequitur cauſam facilitatis non eſſe in cognoſcente & mediis cognoſcendi. Scis cauſas difficultatis in inveniendo partim in rebus, partim in intellectu hominis conſtitui à Philoſophis. Quidni ergo cauſæ facilitatis ibidem. *Facilitas & difficultas oritur ex proportione & improportione objecti ad potentiam.* Alexand. de Ales 2. Metaphyſ. ut verbo dicam, facilius eſt id *quod minori labore & tempore fit.* At Irenæus minori labore & tempore in Eccleſia Smyrnenſi enumerare poterat ſucceſſionem per paucos jam inde à Polycarpo (quem ipſe juvenis adhuc viderat, ut teſtatur libr. 3. cap. 3.) aut in Eccleſia Romana per duodecim tantum Epiſcopos decurrentem, quam ego aut Ianſenius ſucceſſionem tot ſæculorum per tot Epiſcopos ad nos deductam. Vide quæ ſupra diximus.

IV. Abſurdum & ſtolidum eſt dicere, ideo Irenæo & Tertulliano facilem & proclivem fuiſſe illam ex ſucceſſione probationem, nobis vero non ita; *quia hæreſis veritate poſterior certo loco & tempore & cauſa & authore nata, & à toto corpore Chriſtianæ religionis ſub prætextu veritatis ex Scripturis hauſtæ ſe abrumpens & ſeorſim colligens.* Hæc eſt cauſa non cauſa. Commune enim hoc eſt omni hæreſi, etiam heri aut nudiuſtertius exortæ; ergo propria facilitas aut peculiaris facilitatis cauſa hinc non obtigit Patribus illis, quæ mihi Ianſenio, & cuicunque novo homini æquè non ſit tribuenda. Deinde illud quod αἰλολογία Ianſenii habet, *de abruptione à veritate & toto corpore Chriſtianæ religionis, ſub prætextu veritatis ex Scripturis hauſtæ* manifeſtiſſimè infert illam difficultatem, quam Ianſenius cum ſuis in examine doctrinarum perpetuo prætendit, & immane quantum exaggerat. *Hæreſis ideo*, inquis, *facile evincitur, quia veritate poſterior, & à toto corpore Chriſtianæ religionis ſub prætextu veritatis ex Scripturis hauſtæ, ſe abrumpens.* Subſume: Sed noſtra religio eſt hæreſis, teſte Ianſenio, Ergo noſtra religio facile convincitur ex eo quod veritate poſterior, certo loco &c. & à corpore religionis &c. ſub prætextu veritatis ex Scripturis &c.

Nunc elice Poriſmata.

I. Facile eſt cognoſcere noſtram religionem & Pontificiam, hæc enim præcognitio neceſſaria.

II. Facile eſt probare, noſtram cognitam non eſſe eandem veritatem apoſtolicam (quia tantum una eſt) ſed aliud quid veritate illa poſterius; & Pontificiam eſſe eandem veritatem.

III. Facile eſt probare, noſtram religionem à toto corpore religionis Chriſtianæ abruptam; Pontificiã vero cum ea ſemper manſiſſe & etiamnum manere unitam.

IV. Facile eſt probare noſtram religionem ſubnixam prætextu Scripturarum ſeu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

veritatis ex Scripturis hauſtæ, & non ipſis Scripturis; Pontificiam vero contrà. Hoc eſt, Religionem noſtram ex Scripturarum examine & collatione facile convelli, & omnia quæ pro ea ex Scripturis adferimus facile diſſolvi poſſe.

V. Facile eſt probare ex hiſtoricis & monumentis antiquitatis, quod fuerit corpus Chriſtianæ religionis, & quæ Eccleſiarum de ſingulis ſententia & quidem per ſexdecim ſæcula.

Quid reſtat ergo, quam ut Ianſenius excuſſo metu & ablegatis ſubterfugiis omnibus ac querelis de difficultate & obſcuritate Scripturarum, tollat prætextus noſtros? Equidem nos noſtroſque omnes ad opus illud, ſive facile, ſive difficile promptos ac paratos ſemper inveniet.

Secundo, probat ex Tertulliano, *eo facilius hæreſeon novitatem convinci, quo ſucceſſio iſta & precedens univerſitatis & antiquitatis conſenſio prolixior fuerit.* Vnde poſt deſcriptum locum Tertulliani concludit & triumphat: *Sentin' Voeti, eo firmius convinci hæreſes, quo longius ab apoſtolicis temporibus receſſerint? Nam eo evidentius conſtat novum eſſe, quod tantorum ſæculorum lapſu atque ſucceſſione uſque ad Apoſtolorum tempora inauditum fuit.*

Reſp. I. Inſtituta quæſtio erat de *facilitate*; & Ianſenius poſt probationem ſuam concludit de *firmitate & evidentia.* Quam puerilis elenchi & terminorum ignoratio, oblivio, & confuſio. Sed hoc eſt, quod jam aliquoties monui, illum nec ſua nec mea intelligere, nec quid ego aut ipſe dicat attendere. *Pudet* ſemper terminorum explicationem inculcare. Adeat ipſe Lexica Theologica, Philoſophica, philologica, barbara, & quoſcunque terminorum explicatores, atque inde diſcat, quid ſint & differant, *facile, firmum ſeu certum, evidens*, ne perpetuo de alliis concludat, cum ego immo cum ipſe inſtituerit dicere de cæpis.

II. Negamus iterum ſtolidam, audacem & communi ſenſui paradoxam aſſertionem: prolixiorem illam inquiſitionem prolixioris & tanto ſæculorum lapſu auditæ aut non auditæ conſenſionis per omnes Eccleſias circa omnia religionis capita, nobis nunc eſſe faciliorem, quam contractiorem illam & compendio abſolvendam ætate Irenæi aut Tertulliani, quorum ille diſcipulos apoſtolorum vidiſſe ſe ait; hic, *in ætate adhuc ſupereſſe qui illorum meminerint*, &c. ut ſupra citavimus. Et ne hamaxas rationum hic iterum effundamus, Ianſenio Ianſenium caſtigandum damus. Sic enim ipſe pag. 49. *Non es adeo, opinor, ignarus, ut Scripturam ſacram omnium futurorum eccleſiaſticos annales Spiritu prophetico exiſtimes condidiſſe? alias nunquam profecto in tam arduo & longo opere tot annos ſudaſſet Baronius.* Et pag. 32. *Quas quidem decennii circiter lucubratione incomparabilis ille Cardinalis* (Perronus) *tantæ doctrinæ ubertate & ſoliditate diſſolvit.* Succeſſionem nimirum Papatus per aliquot ſæcula demonſtraverat Cardinalis, ſed labore decennali. Vides *arduum & longum opus, tempus longum.* Et tamen *facile* eſt ad noſtra tempora perpetuam illam ducere ſucceſſionem: Immo multo *facilius* quam Irenæo illud fuiſſet, qui tamen ab apoſtolorum veſtigiis tantundem aberat. Quis deliria & contradictiones iſtas ferat? *Facilia*, inquit philoſophus, Rhetor. lib. 1. c. 6. *quæcunque ſine dolore ſunt, vel brevi tempore. Difficile enim deſinitur vel dolore, vel longitudine temporis.* Hermolai Barbari tranſlatio magis paraphraſtica ita habet: *Factu autem facilia ſunt, quæ ſine ullo labore, ſumptu, moleſtia quam breviſſimo tempore abſolvuntur. Nam labores magni & diuturni ſuſcepti, difficultatem operis atteſtantur.* Nunc applica hoc facile Ian-

ſenianum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſenianũ arduo & lõgo longi temporis operi.

III. Ex Tertulliani teſtimonio tam bellâ conſequentiâ aſſertionem ſuam probat, ac ſi dixiſſet: Baculus ſtat in angulo, ergo Ianſenius fiet Epiſcopus aut Cardinalis. Exhibemus locum integrum, ut Ianſenius deſcripſit pag. 222. *Eligant igitur ſibi tempora universæ hæreſes, quæ quando non fuerint, dum non interſit quæ, quando, dum de veritate non ſint: utique quæ ſub apoſtolis non fuerunt, eas dicere fuiſſe non poſſunt. Si enim fuiſſent, nominarentur & ipſæ.* Et paulo poſt: *Habendo cum eis* (hæreſibus quæ apoſtolicis fuerunt temporibus) *conſortium prædicationis, habeant neceſſe eſt etiam conſortium damnationis: præcedente illo fine ſupradicto poſteritatis, quo & ſi nihil de damnatitiis participarent, de ætate ſola præjudicarentur, tanto magis adulteræ, quanto nec ab Apoſtolis nominatæ. Vnde firmius conſtat has eſſe, quæ adhuc tunc nuntiabantur futuræ.*

Si quis ex lectoribus paulo ſubtilior eſt, videat an hinc elicere poſſit, concluſionem Ianſenii, quam cap. 47. exprimit, & quam porro per pag. 222. explicat. Nam *primo* Tertullianus loquitur de hæreſibus ſui temporis tãtum, quas ex ſucceſſione novitatis redarguit. Sed nihil hoc ad noſtra dogmata quæ in nobis impugnant Pontificii; quæ ipſiſſima eſſe apoſtolica à priori demonſtramus: Si bene, quid probationibus à poſteriori & præjudiciis ac meris præſumtionibus ea percutiunt Pontificii; ſin male, oſtendant hoc & à fronte nos invadant, quomodo Auguſtinus aliique Orthodoxi adverſarios ſuos provocare ſolent. *Res cum re, cauſa cum cauſa, Scriptura cum Scriptura concertet.* *Deinde*, de illis hæreſibus pronuntiat, *eas eſſe magis adulteras: & firmius conſtare has eſſe*, &c. Sed hic ne γρῦ de facilitate. Niſi ita argumentari velis: Hæreſis quæ eſt magis adultera, & firmius convincitur eo quod ab Apoſtolis non fuit nominata, ea facilius convincitur. *Tertio* reponimus, huic convictioni onus Ætna gravius adhęrere (veſtra quidem ſententia) quia prius ex membranis Scripturarum quærendum eſſet, quænam illa ſint quæ apoſtoli nominaſſent aut futura prænuntiaſſent. Itaque velis nolis, ſemper ad Scripturarum ergaſtulum nos ablegas & ipſe compingeris; non obſtante extrema & ſacra tua ſive exceptione, ſive anchora: *Omnes hæretici quærunt in Scripturis* pag. 226. & *ad Scripturas provocant, ut in earum obſcuritate garriendo moliantur latendi locum*, pag. 242. *Quarto*: Duo effata Tertulliani hinc excerpimus contra Ianſenium. Primum eſt, *Non intereſt quæ, quando hæreſes fuerint, dum de veritate non ſint.* At Ianſenio Iudice tantum intereſt, ut demonſtrationem hæreſeos τὸ *Quando* cum reliquo circumſtantiarum choragio, neceſſariò ingrediatur; & hæreſis Pontificiorum nulla ex Scripturis dici poſſit *non eſſe de veritate*, niſi, *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*, accuratè prius commonſtretur. Vide cap. 50. p. 234. Alterum pronuntiatum eſt: *hæreſes quæ conſortium prædicationis habent cum hæreſibus quæ erant tempore apoſtolorũ, habent etiam conſortiũ damnationis.* Ex contrario infero: Doctrina quę conſortium prædicationis habet cum doctrina apoſtolorũ, habet etiam conſortium veritatis, juſtificationis & ſalutis.

Tertio, excipit Ianſenius p. 223. cõtra illud quod reſponderam in Philonio. *Nunc ſucceſſionem doctrinæ & doctorum in apoſtolicis Eccleſiis velle exponere, paſtoribus vix eſſe poſſibile, in tanto γνησίων authorum & hiſtoricorum defectu, in tanta ſuperſtitum contradictione, obſcuritate, incertitudine. Quod cuivis antiquitatis amantiſſimo in apoſtolico & proximis ab illo ſæculis mox patebit, modo periculum faciat.* Primò notare velim lectorem, me dixiſſe, *apud Chriſtianos Scripturarum authoritatẽ agnoſcentes anxie velle exponere*; & iſtis à Ianſenio citatis ſubjeciſſe: *Nobis ergo quum probatio illa ita proclivis non ſit ut Patribus illis; tu-*

tius atque expeditius erit ex Scriptura demonſtrare Eccleſiam & doctrinæ in ea ſucceſſionem. Nolo expoſtulare cum Ianſenio, quod verba illa omiſerit; quamvis in diſputatione Pleſſæi cum Perrono ſuper novem illis allegationibus ex Scoto, Durando, Petro Crinito, Chryſoſtomo, Hieronymo, &c. calumniam ſuam de crimine falſi in omiſſione verborum aliquot (quos Pleſſæus ad ſenſum minime facere putabat, illi facere putabant) potiſſimum quæſiverint Pontificii. Verba mea ita poſita à fronte aggredi non auſus fuit Ianſenius, ſed tantum refingendo mea ſuum inde effingit, in quod incurrat, ne plane ad meam reſponſionem videatur obmutuiſſe. *Deinde* dixi, *vix eſt poſſibile*, non vero *eſt impoſſibile*. Et ſi dixiſſem eſſe *impoſſibile*, quid hoc aliud eſſet quam eſſe *valde difficile*, quod *in legibus humanis reputatur velut impoſſibile*, inquit Imman. Sa. *Tertio*, in tota hac controverſia ita ſe gerit, quaſi problemata ſint abſoluta, cum ſint comparativa de eo quod melius, tutius, expeditius, facilius, tum paſtoribus, tum plebeis, ſive orthodoxis, ſive Heterodoxis, qui quidem omnes Scripturarum authoritatem agnoſcant. Comparatio autem gemina eſt: una, inter Scripturam fidei infallibile principium & certum ejus canonem, & inter innumera ac indefinita adhuc, neque in canonem certum redacta hominum Scripta, quæ cum optime ſe habent, fidei principium non ſunt, nec ſenſu noſtro nec Pontificiorum. Altera comparatio eſt inter Irenæum, Tertullianum vicinos Apoſtolorum temporibus, & inter nos tot ſæculis inde remotos. Nos affirmativam utriuſque problematis tenemus. *Primo*, eſſe ſcilicet tutius, facilius, expeditius & fructuoſius Chriſtianis inter ſe diſceptantibus (quales nos & Pontificii) ex Scripturis quærere veritatem, cum utrique eam pro infallibili principio habeant; quam ex infinitis hiſtoricorum & ſcriptorum monumentis, Eccleſiarum per ſexdecim ſæcula doctrinam, doctores, ſucceſſionem inveſtigare, atque ex iis de veritate fidei ſtatuere: cum neutri ullum ejuſmodi hiſtoricum aut Scriptorem pro infallibili principio recipiant. *Secundo*, ſiquidem aut à poſteriori, aut ex ſuperabundanti, aut ad hominem, aut ad bene eſſe fidei, ex factis, monumentis & ſcriptis præcedentis ætatis ſucceſſio doctrinæ & Eccleſiæ Chriſtianæ in apoſtolicis Eccleſiis quærenda ac demonſtranda ſit, longe facilius, tutius, expeditius id fieri potuiſſe ab Irenæo & Tertulliano, quam à nobis poſt tot ſæculorum decurſum, poſt tantam & tam multiplicem apoſtolicarum Eccleſiarum & totius Chriſtianiſmi nutationem, diſtractionem in doctrina, diſciplina, moribus; poſt tot caſus, ruinas, damna, &c. Quia *quæ aliquando clara, aperta & manifeſta erant, his temporibus obſcuriſſima facta ſunt*, Onuphrius præfat. ſæpius cit. Hoc totum eſt quod in Philonio aſſerui, præterea nihil. Iam fac antitheſes tuas, Ianſeni; ſin minus, ne odio noſtri obluctare amplius veritati, quam intima conſcientia agnoſcere debes.

Addo nunc tertiam aſſertionem: Succeſſionem prædictam doctrinæ perſonalem & localem plenè & accurate in apoſtolicis Eccleſiis, aut ſaltem (δι' ὁμολογίας ex conceſſione) in una apoſtolica Eccleſia à nemine mortalium hactenus potuiſſe demonſtrari, neque etiamnum poſſe ex monumentis quæ nunc exſtant, ut alicubi ingentes lacunæ & labyrinthi non intercurrant, quæ ſuſpenſam, interruptam & pæne deſperatam reddunt credulitatem noſtram. Hic habet Ianſenius in quo ultra ſe exerceat, ubi prioribus aſſertionibus ſatisfecerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Sed audiamus ipſius febricitantes exceptiones, ſeu potius affectuum motus.

Primò habet optationem; p. 223. *Utinam tibi eſſet ſyncerus indagandæ ſucceſſionis illius animus, de nullo hiſtoricorum defectu quererêris: ſed rimas quærunt, qui alibi volunt*

—Centum adde catenas
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Protheus.

Si enim ſucceſſionem perſonarum Romanæ ſedis in illo apoſtolicis temporibus vicino ſæculo quæris, illam Irenæus, Optatus, Epiphanius, Auguſtinus dabunt. Nihil habes quod de contradictione, obſcuritate, incertitudine conquueraris. Si ſucceſſionem doctrinæ poſtulas, & illam dare non eſt difficile.

Reſp. I. Voto tuo & judicio caritatis nihil reponam. Tantum repeto, unam eſſe catenam ſacram Scripturam, qua conſcientiæ noſtræ ligari poſſunt & volunt. Nemo noſtrum unquam illud principium, illum judicem, illud tribunal mutavit, aut declinavit, aut inde ad aliud provocavit. Facile ergo eſt nos noſtramque doctrinam convenire. Sed tribunal fidei veſtræ ubi inveniam? in Papa? aut Concilio? aut patrum univerſali conſenſu ſeu expoſitione? aut traditione, aut ſucceſſione & factorum luce? aut miraculis & revelationibus? aut Spirituum apparitionibus? aut omnibus illis, aut nullis?

II. De Hiſtoricorum & Scriptorum defectu, contradictione, &c. ego quidem jam non conquerar, ſed veſtri non tacent & exclamant ſcripta eorum eriſtica & controverſiæ tam calidè agitatæ, ut aut paucos annos curia & Cathedra Romana Veſuvii inſtar æſtuarit[a]. Non repetam quæ ſupra dixi.

III. De defectu authorum in primis ſæculis ita Ianſenius turpiſſimè ſibi contradicens p. 41. *Quod certum ſit tantam factam eſſe cladem monumentorum veterum, &c. ut eorum quæ ab iis ſcripta ſunt vix vigeſima pars ad poſteritatem emanaverit.* vide locum ſupra citatum. Si de hiſtoricorum defectu mihi queri non licet: ſed Ianſenio licet cum uſu venit, audiant ergo viri docti ipſius querelas, me tacente; audiant & Onuphrii, Baronii. Scio me non conqueſturum de defectu ſi quidem frui vellem, Pratis ſpiritualibus, Cæſariis, Diſcipulis, Catechiſmis hiſtorialibus, Cantipratanis, Vincentii ſpeculis, &c. *fide dignis & eximiis* ſcil. *authoribus, ex quibus exempla in ſcholis & pro concione apud papiſtas adduci ſolent*[b].

IV. Non objeci defectum authorum, quod nullus ad indagandam ſucceſſionem mihi ſit animus, aut quod rimas quæram, aut impoſſibile ducam præſentem Papatum (ex ſuperabundanti ſcil. & ad hominem) primæ antiquitatis ſuffragio deſtitutum oſtendere; ſed tantum ut Scripturarum *tenebras & membranas* (noſti verba tua Ianſeni) à contemptu vindicem, eas humanis ſcriptis præferam, & faciliorem, tutiorem, expeditiorem per eas ad Cœlum viam doctis pariter & indoctis oſtenderem, quam per millena hominum dicta & ſcripta erroribus & contradictionibus obnoxia. Breviter hoc volui, modum illum indagandæ veritatis, quem tu laudas, à Scriptura abducere & non eſſe tam ἐυκατέργαϛον, id eſt, non tam bene in actum deduci poſſe: Cum τὰ ἐυκατέργαϛα ſint facilia teſte philoſopho, Rhetoric. lib. 1. cap. 6. Hæc autem methodus in ipſo limine & primo puncto propagationis ac ſucceſſionis apoſtolicæ, ſit *perdifficilis, obſcura*, in actum non deducenda, ſed in *deſperationem* potius deducens, teſte Baronio.

V. Cum de ſucceſſione Eccleſiarum ab apoſtolis per totum orbem agitur, & quidem uſq; in hunc diem; fateris certe in anguſtum nimis hic coactas eſſe copias tuas, dum

[a] Vide Perroni legationes & Epiſtolas de controverſia inter Ieſuitas & Dominicanos. Imprimis hiſtor. P. Mathæi lib. 4. ubi exhibet querelam Baronii ex epiſtol. ad Epiſcopum aliquem in Gallia. [b] Ita teſtatur Auguſtin. VVichmans in ſabbath. Mariano cap. 9.

dum ſolius Eccleſiæ Romanæ in vicino ſæculo ſucceſſionem ab Irenæo, Tertulliano, &c. explicatam reſpondes. *Cum animadvertiſſem*, inquit Onuphrius, in præfat. libr. de Pontific. *non tam Romanorum Pontificum quam cæterorum quatuor ſedium Patriarcharum ſeries, quorum geſtis omnis Hiſtoriæ meæ ratio niteretur, labantes inconſtanteſque ac multis in partibus imperfectas, apud omnes etiam vetuſtiſſimos ſcriptores eſſe, &c.* Vides ad tantæ rei molimen, omnium apoſtolicarum origines, & ſucceſſiones & geſta deducenda uſque ad quatuor Patriarchas, & inde uſq; ad ſeparationem Orientis ab Occidente. Nam per illa prima ſæcula ſolius Romanæ ſucceſſionem tantum commendare, eſt Patribus ſupra citatis obloqui, & circulariter ex primatu & authoritate Romanæ Eccleſiæ perpetuitatem ac neceſſitatem ſucceſſionis ipſius probare, cum in tota hac diſputatione veritas & authoritas Eccleſiæ Romanæ, ex ſucceſſione probanda inſtituatur. Ecce vertiginem: Eccleſia Romana ſola eſt vera, catholica, magiſtra, radix, centrum. Probatur, quia ſola debet habere & actu ſemper habuit ſucceſſionem Eccleſiaſticam ininterruptam. Vnde probas? Quia ſola eſt magiſtra, radix, centrum. Rotunde ſane peripheriam hanc centro tuo Romano circumduxiſti. *Et ars fortunam ſtabilivit, & fortuna artem, ut eſt apud Philoſophum.*

VI. Auguſtinus, Optatus, Epiphanius ſi primæ ſucceſſionis Romanæ ex geſtorum luce & legibus ſcil. Hiſtoriæ omni exceptione majus teſtimonium tibi ferunt, cum tamen multis annis poſt, illi in Africa, hic in Græcia vixerit; non debes poſthac cum Bellarmino tuo excipere adverſus Martinum Polonum ſeriem Pontificum per Iohannam Papiſſam ducentem. Quamvis enim ille aliquot annis poſt vixerit, fuit tamen intimus ſedis illius archivis & myſteriis, quippe Archiepiſcopus, & pœnitentiarius Innocentii IV.

VII. Succeſſio perſonalis quamvis ab illis eſſet deducta, uſque ad ſuam ætatem; nihil illi tamẽ te juvant, niſi probes *doctrinæ nunc Romanæ* ſucceſſionem ab iiſdẽ ad ſuam ætatem itidem deductam. Ipſe enim fateris ſucceſſionem perſonalem ſeu cathedræ abſq; doctrinæ, ſeu reali, non demonſtrare veram Eccleſiam. Hanc principalem ſucceſſionem à te poſtulavimus, & in hunc finem quinquaginta Romanæ credulitatis articulos propoſuimus. Accinge te, & in illis ſaltem experire, quos pro genuinis habes (reliquis tanquam calumniis aut opinionibus reſectis) experire, inquam, quid ex Auguſtino, Optato, Epiphanio, Irenæo in eorum patrocinium adduci poſſit.

VIII. Negamus ſucceſſionem perſonalem Pontificum, uſque ad ſua tempora ab illis ita eſſe explicatam, ut facilia hic omnia; ut nulla obſcuritas, incertitudo, contradictio Pontificiis noſtris ſit relicta. Primum de Petri ſucceſſore, quis ille fuerit Linus an Clemens: Et, quomodo in ſede Antiochena primatum exercuerit, pòſt exacto ſeptennio Romam propter principalitatem urbis in Imperio Romano Papalem ſedem tranſtulerit, ibique 25. annis occuparit, interminabilibus adhuc diſceptatur litibus à Doctoribus Pontificiis. Baronius ad annũ 39. num. 12. 23. 24. 25. Onuphrium ſuum acerrimè increpat & mendacii arguit, ad annum 44. *rei geſtæ hiſtoriam, quibus itineribus, quibuſve ſociis comitatus Romam advenerit, nullam invenit niſi apud Metaphraſten, cujus ſcripta authore certo carere & in multis fide vacillare, fatetur.* Vide & ride quæſo Andabatas illos in tenebris pugnantes. Author Ceremonialis Romani lib. 1. cap. 2. mirabili conjectura conciliationem molitur: *Ipſe Chriſtus primum denominatione ſucceſſorem inſtituit, &c. Et ea ratione Petrus Clementem etiam nominavit: quod tamen ita creditur ſi à Senatu Romanæ Eccleſiæ admitteretur, &c. Cognoſcen-*

gnoſcentes igitur hujuſmodi denominationis formam graviter in futurum Eccleſiæ poſſe nocere, Senatores non Clementem acceperunt ſed Linum elegerunt, & illum poſt Petrum Pontificatui Romano præeſſe voluerunt: quamvis deinde Clemens decedentibus Lino & Cleto, ab ipſo Senatu electus fuerit.

His ſiliquis paſcuntur miſeri, qui ad *caſtas ſcripturarum delitias* (ut Auguſtinus eas appellat) faſtidiunt.

IX. Quod autem dicti Patres egregiè in bivio aut trivio nos relinquunt, & contradictionum perplexitatibus omnem factorũ lucem obſcurent, ego non dicam; audiatur Baronius tom. 1. ad annum 69. num. 41. *licet plerique ſive vitio ſcriptoris acciderit, ſive alia ex cauſa Anacletum pro Cleto poſuiſſe inveniantur,* &, *Optatus Milevitanus & ipſe retexens Catalogum Romanorum Pontificum uſque ad ſua tempora ſic exorditur:* Cathedra unica, quę eſt prima de dotibus: ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemens, Clementi Anacletus, &c. *Cletum præteriens, utpote quem exiſtimaſſet unum eundemq; eſſe cũ Anacleto. Sed Epiphanius contra prætermittens Anacletum, tantum ponit Cletum,* ſic dicens: Epiſcoporum in Roma ſucceſſio hanc conſequentiã habuit, Petrus & Paulus (N.B.) Linus, Cletus, Clemens, Evariſtus, &c. *S. Auguſtinus ſecutus Optatum, Cletum ratus eundem cum Anacleto, illum prætermiſit. S. Hieronymus Romanæ alumnus Eccleſiæ hæc ait:* Clemens de quo, &c. quartus poſt Petrum Rom. Epiſcopus, ſiquidem ſecundus fuit Linus, & tertius Cletus: tametſi plerique Latini, ſecundum poſt Petrum apoſtolum putent fuiſſe Clementem. *Hæc ille qui ſecundum eorum fortaſſe ſententiam alibi dixit Clementem ſediſſe poſt Petrum. Sed hæc ille tunc obiter, verum cum de Clemente ab eo diligens eſt inſtituta narratio (ut videmus) poſt Linum & Cletum ſediſſe ipſum affirmat.* Habetis jam factorum lucem, Hiſtoriæ ἀκρίβειαν, & facillimam facilitatem apud illos Patres, & quidem de illa ſucceſſione, de qua poſt multas conjecturas, diſtinctiones, & excogitata commenta, concludit Baronius 16. n. 43. *Nam ſi in ordine & tempore primorum Romanorum Pontificum quempiam errare contigerit, in multos errores ferri omnino cogetur.* De frequentibus Patrum hallucinationibus in rebus hiſtoricis vide quid annotarit Caſaubonus Exercitat. ad Baronium 1. pag. 91. 92.

X. De primo illo ſucceſſionis intervallo ejuſque hiſtoria, rectè incomparabilis Scaliger. Prolegom. in Euſebii Chronicon: *Intervallum illud ab ultimo capite Actor. apoſtolic. ad medium Trajani Imperium, quo tractu Quadratus & Ignatius florebant, planè cum Varrone* ἄδηλον *vocari poteſt; in quo nihil certi de rebus Chriſtianorum ad nos pervenit, præter admodum pauca, quæ hoſtes pietatis obiter delibant Suetonius, Corn. Tacitus, Plinius Cæcilianus, quem Hiatum ut expleret Euſebius* ἐκ τῶν ὑποθέσεων *Clementis neſcio cujus (non eſt enim eruditus ille Alexandrinus* ςρωματεὺς*)* & ἐκ τῆς πενταβίβλου *Hegeſippi non melioris ſcriptoris ſine delectu ea deprompſit.* Hæc ille. Quin ipſe Euſebius de rebus iſtius ætatis poſt 300. annos ſcribens, *Hiſtor. lib. 3. cap.* 4. ingenuè fatetur: *Quot verò & quinam veri & genuini horum apoſtolorum imitatores facti, ſatis habiles & idonei ad Eccleſias quas illi fundaverant, paſcendas regendaſque æſtimati fuerint, dictu certe non eſt proclive* (Gr. οὐ ῥᾴδιον ἐστὶν εἰπεῖν) *ſolis illis exceptis, quos aliquis fortaſſe ex Pauli ſcriptis obiter poſſit colligere.* Vides hic explicationem ſucceſſionis nõ fuiſſe ita *proclivem*. Euſebio; ne quis mihi vitio vertat, quod molliſſimè dixerim, *nobis nunc non eſſe ita proclivem.* Cum Baronius pæne ad deſperationem ſe adigi conqueſtus ſit anno 44. num. 42. Et idem ille Euſebius confiteatur opus hoc *majus eſſe viribus ſuis, &c.* Vide quæſo reliqua in prooemio hiſtoriæ ipſius.

XI. Series

XI. Series & enumeratio Pontificum poſt VIII. ſæculum tam prærupta, interrupta, confuſa & ſpinis involuta eſt, ut nullus ſuffecerit iis probabiliter explicandis, niſi omnes fere antiquos ſcriptores & hiſtoricos, qui ſucceſſionis quaſi ſecunda poſt naufragium tabula, doceat ἱϛορεῖν. Audi Onuphrium, in præfat. ad partem 2. de Romano Pontifi. *Horum temporum Pontifices, neque perpetuum quendam habent ſcriptorem, & majorem geſtorum ſuorum partem amiſerunt. Qua ratione factum eſt, ut hæc tempora adeo incerta & obſcura ſint, ut neque quo loco, neque quo ordine aliquot Romanorum Pontificum nomina reponerentur ſatis liqueat; nonnulliq; præterea novi irrepſerint pontifices, quibus, ſtante maximè temporum ratione, locus in hac ſerie eſſe non poteſt, ut Baſilio, Agapito cuidam, & Dommo II. qui vel iidem certe variatis nominibus cum aliquot aliis Pontificibus, vel ſciſmatici fuerunt, vel omnino nunquam exſtiterunt. Vnumquodque autem horum aſſerere dubium & incertum eſt. Illud etiam ſciendum in Iohannis XI. Leonis VI. Stephani VIII. Leonis VII. & Stephani IX. ſerie non vulgatam ſcriptorum opinionem, ſed Luitprandi Ticinenſis Eccleſiæ diaconi, &c. & Gulielmi bibliothecarii qui non longe poſt vixerunt, & vero ſimilia ſcripſerunt, ſententias me ſecutum fuiſſe.* Et poſt dicit, ſe *Stephani II.* in ſerie numeranda *rationem habuiſſe, quod ineptè ab antiquis prætermiſſum eſt.* Et paulo ante: *ſed quod, dixi, malè à majoribus uſurpatum eſt, à poſteris rectiore judicio emendatum eſt.* Et, *In Martinis verò fœde lapſus eſt Martinus ille, quem Quartum appellant, & qui eum ſecutus eſt Martinus V. nam II. & III. Martinos Papas nunquam exſtitiſſe liquet, &c.* Subjicit, *in his verò Pontificibus, qui Iohannis nomen habuerunt, quanta, bone Deus, confuſio exorta eſt, ex veterum hiſtoriarum ignorantia! Primo enim neſcio, qua ratione ducti ſunt, &c. Iohannes* 17. *&* 18. *malè à poſterioribus ſcriptoribus Iohannes* 18. & 19. *dicti ſunt, &c. Si Platina potuit in his qui Iohannis nomen habuerunt numerorum notas falſo & ſine ratione mutare,* &c. *nonne & ego jure eos poſſum mutando in integrum reſtituere? Sed ne propter vulgatum & jam receptum nominandi modum,* &c. *mutationibus res obſcuriores reddam,* &c.

XII. Cum omnia infinito labore exhauſerint Antiquarii Papatus, nihil aliud promittere audent, *quam ſe hiſtoriam Eccleſiaſticam Latinam poſſe ea ratione reſtituere, ut quæ aliquando clara, aperta, & manifeſta erant, quæque his temporibus obſcuriſſima facta ſunt, & ſi non ad priſtinum nitorem, paulo tamen clariora & lucidiora reddere poſſe.* Sunt verba Onuphrii.

Secundò, habet pag. 223. 224. 225. increpationes, exprobrationes, calumnias meras rhetoricè exornatas, intertextis etiam per alluſionem, parodiam & proſopopœjam Scripturæ dictis, Iob 24. *Si ſubito apparuerit aurora* veritatis, *arbitrantur umbram mortis,* & Iob 21. *Recede à nobis,* &c. & Marci 1. *Quid mihi & tibi? ſcio quæ ſis, ſancta* Dei (eccleſia Romana) *Adjuro te per Deum ne me torqueas.*

Reſp. I. Nihil hic eſt quod reſpondeamus, quia logi ſunt & triviales declamationes. De conſenſu Patrum & Conciliorum à nobis poſtulato, de quo ſpongioſus noſter pluribus pag. 40. 41. 42. dicimus ſuo loco.

II. Raras & Monachales illas elegantias in compilationibus & deflorationibus dictorum Scripturæ ad propoſitum thema, Ianſenii triumpho relinquimus; modo ne putet Mailjardo, Menoto, Diſcipulo de Tempore & ſimilibus mellifluis Poſtilliſtis palmam ſe præripuiſſe; quamvis enim in Latinitate ipſo longè inferiores ſint, in hac tamen Alchymia neutiquam cedunt.

III. Ab impiis & profanis longè abſumus, qui Deo, qui Chriſto, qui verbo Dei per Prophetas & Apoſtolos ſcripto dicunt: *Recede à nobis, nolumus ſcientiam viarum tuarũ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Neque enim Scripturas accuſamus, nec fugimus eas tanquam *membranas, tenebras, librum hæreticorum, naſum cereum, regulam Leſbiam;* Nec *corruptelas, contradictiones, paradoxa & ἄτοπα* ex iis colligimus; nec in oculis Atheorum, & Libertinorum 33. quæſtionibus earum neceſſitatem, certitudinem, dignitatem exagitamus; Nulli etiam ſanctæ Eccleſiæ renuntiamus, nullos adverſarios ab audientia excludimus. Sed Antichriſto & Synagogæ Lucifugarum dicimus, *nos ſcientiam viarum ejus præter & contra Scripturas admittere non poſſe.* At hæc de difficultate inveſtigandæ Succeſſionis dicta ſint. Quæ tamen ſic accipi nolo, quaſi ſtudiis Eruditorum, qui poſſunt, quidquam detractum velim. Placuit enim mihi hic ſemper illud: *Ibant quà poterant.* Et, *in magnis voluiſſe ſat eſt.*

SECTIONIS PRIMÆ

CAPVT IX.

Requiſitam Eccleſiæ Succeſſionem in ſola Paſtorum Succeſſione non eſſe ſpectandam.

DECIMA Hypotheſis: pag. 238. 255. 208. 473. 236. perſonalem Eccleſiæ ſucceſſionem tantum in miniſtrorum ſucceſſione abſolutè neceſſariam eſſe, & in ea demonſtrandam. *Succeſſio enim non eſt aliud quam ſeries vocantium & vocatorum.* Et *ſeries illa ac catenatio paſtorum eſt pars quædam nobis neceſſaria, per quam doctrina apoſtolica, &c.*

Refut. Duæ aſſertiones iſta hypotheſi continentur. Vna, ubicunque paſtor eſt, ibi Eccleſiam eſſe. Altera, ubicunque paſtor non eſt, ibi nullam eſſe Eccleſiam.

Vtraque gratis dicitur: Prior ne umbra quidem rationis fundatur, niſi in phrenetico illo delirio, Quod Papa, quod Epiſcopus ſit Eccleſia, de quo vide lib. 1. ſect. 3. & infra Cap. ult. Poſterior aſſertio Theologicè non probatur, ne quidem ad hominem. Nam dictum illud Hieronymi *Eccleſia non eſt quæ non habet ſacerdotem,* & alterum Cypriani, *Illi ſunt Eccleſia, plebs ſacerdoti adunata,* nobis non eſt authenticum. Quia inter principia fidei ſcripta doctorum iſtorum non numeramus. Ipſi Pontificii authoritate iſtorum teneri nolunt, in quæſtione de Epiſcopis & rebaptizandis hæreticis. De illo Alphonſus à Caſtro: *Quandoque bonus dormitat Homerus;* De iſto exclamat Baronius: Ad ann. 58. n. 37. *O infelicem humanæ imbecillitatis conditionem! ſic enim tragicè exclamare libet.* Quia ſcil. inſurrexerat in Stephanum Epiſcopum Romanum.

Deinde reſpondemus, utrumque loqui de Eccleſia aliqua particulari externa, ordinariam integritatem ſuam habente. Aliud autem eſt integritas, & aliud eſſentia rei. Poteſt eſſentia eccleſiæ alicubi eſſe etiamſi mutilatio quædam ſit. Ex jure ergo ordinario & poſitivo ſi non eſſet Eccleſia aut debet eſſe abſque miniſtris; nihilominus aliqua alicubi ex facto poteſt eſſe, quando ſcil. aut vi majori, aut hominum ignavia, improbitate, injuria & perſecutionibus paſtorem non habet, quem habere debebat. Aliud eſt quærere quid Eccleſia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

debeat eſſe neceſſitate præcepti; & aliud, quid ſit neceſſitate medii. Sicut nos recte dicimus, Chriſtianus *non eſt qui non eſt baptizatus, qui non utitur Euchariſtia, qui publicis Eccleſiæ exercitiis ſe non adjungit*; hæc enim eſt neceſſitas præcepti divini; ſed tamen ab omni Chriſtianiſmo nolumus excludere verè fideles, qui alicubi inter infideles diſparſi aut detenti cum Davide Pſalm.42. & 120. ad tempus ab exercitiis illis cum ſuis longè remoti ſunt; quia Euchariſtiæ & publici cultus communio non eſt abſolute & ſimpliciter neceſſaria *neceſſitate medii*; quod adverſarii non diffitentur; Immo aliqui inter ipſos ne quidem de baptiſmo. Aliud nobis eſt cultus divinus tum naturalis, tum inſtitutus, & aliud media ſeu auxilia iſtius cultus. Chriſtianus nemo eſt, aut populus Dei & Eccleſia abſque forma Chriſtianiſmi, quæ eſt cultus Dei & Chriſti. Sed poteſt eſſe Chriſtianus & cœtus Chriſtianorum ſeu collectio fidelium abſq; ordinariis concionum & ſacrorum exercitiis, & conſequenter abſq; miniſtris, eccleſiaſticis conventibus, ad tempus ſcil. & in caſu neceſſitatis. Circa Sacramenta & ſacramentalia diſtinguere ſolent adverſarii inter neceſſitatem ſacramenti & de jure divino; & inter neceſſitatem præcepti & de jure poſitivo, humano & variabili. Confirmatio ipſis ſacramentum eſt, & cuilibet, illud debere conferri contendunt, ſiquidem velit eſſe Chriſtianus: ſed tamen non dicent, nullo modo eſſe Chriſtianum aut presbyterum qui non eſt confirmatus; quia confirmationem non faciunt neceſſariam neceſſitate medii. Sic Doctores communiter in 4.diſt.7. & Theneſvar in 4. voce *confirmatio* art. 3. De Baptiſmo idem affirmant Gerſon ſermon. in nativit. Mariæ part.3. conſiderat. 2. Albertus Magnus de Sacram. Euchariſtiæ diſtinct.6. tract.2.cap. 1. Lombardus lib. 4. diſtinct. 4. Bernhardus Epiſtol. 77. ad Hugonem de S. Victore. Durandus lib. 4. diſtinct. 4. quæſt. 1. Caſſander in conſultatione, art.9. Sic ordo perfectior non eſt, qui non præſupponit imperfectiorem ſecundum ſtatum Eccleſiæ, non tamen iſta præſuppoſitio ita eſt eſſentialis & neceſſaria ut Clericus ſit reordinandus quantum ad illum ordinem, quem per ſaltum ſuſcepit[a].

Tertiò ipſa ratio & communis adverſariorum ſenſus evincit, ibi tamen eſſe Eccleſiam, h. e. cœtum fidelium, ubi non eſt paſtor. Papa mortuo aut per *ſciſma* ſede vacante fuit tamen adhuc Eccleſia Papalis, ejuſque eccleſiæ ſucceſſio, ex ſententia adverſariorum. Et ſi alicubi in remota inſula Epiſcopus, aut parochus Eccleſiæ deceſſerit, aut tempore Antichriſti (quem exſpectant Papiſtæ, ut Iudæi Meſſiam) obtruncati aut fugati ſint paſtores, ut prophetant Scriptores illorum de adventu Antichriſti. Eccleſia Papiſtica Anglicana fuit Eccleſia jam inde ab initio Regni Eliſabethæ ſenſu ſcil. adverſariorum, quæ tamen Epiſcopos non habuit quos illi vel ſolos vel proprie volunt eſſe Paſtores illos per quos continuatur ſucceſſio[b]. In Germania nunc Eccleſiæ Moguntina, Wirtsburgenſis, Bambergenſis paſtoribus ſuis deſtituuntur, quia Epiſcopi earum bello Suecico ejecti ſunt.

Quartò. Eccleſiæ externæ ſeu viſibilis nomen & genus ſaltem analogicè congregationi illi fidelium competit, quæ jam eſt in fieri & colligitur ad ſacra peragenda; multo magis ſi jam ſacra peragant. At talis cœtus aliquando fuit abſque ſacerdote, ut ex. gr. cœtus ille Mercatorum

a Extravag. de Clerico per ſaltum ordin. cap. *tua litera* & diſt.2.cap. *ſolicitudo*. b Vide de Anglicana abſque Epiſcopis actione Martel. in Ieſuitas anno 1611.

ſorum fidelium in India ab Ædeſio & Frumentio coactus, ubi divina myſteria obibant[a].

Quintò. Negamus ullibi in Scripturis ininterruptam miniſtrorum ſucceſſionem promitti, ubicunque ſcilicet eſt Eccleſia; Negamus etiam ullibi in Scripturis doceri: Nullam eſſe aut eſſe poſſe Eccleſiam, aut rationem Eccleſiæ, ubi non ſunt ordinarii paſtores; vel ilico ſublatam eſſe Eccleſiæ eſſentiam, cum morte violenta auferuntur paſtores, aut ipſi per hæreſin & ſciſma ſeparantur. Neceſſitate præcepti debent quidem eſſe paſtores in Eccleſia, ſed hoc ad *neceſſitatem medii* nolimus trahi. Antitheſes iſtarum cum falſo præſupponat Ianſenius, velim unico Scripturæ enunciato aut ratione Theologica probet. Vt nos probè intelligat, diſtinguimus Eccleſiam: Poteſt Eccleſia conſiderari vel ut totum eſſentiale, vel ut totum integrale. Si conſideretur ut totum eſſentiale, conſtat ſua materia hominibus electis, & ſua forma vocatione illorum & unione per fidem cum capite Chriſto, atque adeo cum reliquis membris. Quæ rurſus conſiderari poteſt dupliciter, vel myſticè tantum, ſeu quod ad τὰ ἔσω, & unionem myſticam cum Chriſto, & virtualem cum ejus corpore myſtico per unum ſpiritum & fidem; vel etiam externè, ſeu quod ad τὰ ἔξω, & mutuam unionem ac communionem externam, explicitam & formalem. Illo modo conſiderata Eccleſia aliqua, non tantum non includit in ratione ſua formali Paſtorem aut Presbyterum, ſed nec externam aliquam communionem aut collectionem. Iſto modo conſiderata actualem collectionem aut communionem aliquam externam præſupponit, ſed quæ tamen poſſit eſſe abſque paſtore aut Epiſcopo, ut ſæpe in variis caſibus huic aut illi Eccleſiæ accidit; & tunc quidem eſt *mutila* (quod integro opponitur à Philoſopho) ſed non eſt non eccleſia, ſeu non *Ens hoc*, quod Enti ſeu *eſſe* Eccleſiæ opponitur. Sin verò conſideretur ut totum integrale, bene & pulchrè proportionatum, cui nihil ad plenitudinem externæ perfectionis & εὐταξίας deeſt, fatemur verum eſſe quod dicit Hieronymus, & Cyprianus à Ianſenio citati, & Ignatius quem mox allegabimus. Sicut nullam eſſe civitatem aut populum quis diceret abſque Principe, nullam curiam, nullum ſenatum abſque Præſide, nullam familiam abſque Patrefamilias, nullum collegium abſque Decurione, nullam Vniverſitatem abſque Rectore Magnifico, nullos Monachos abſque Priore.

Sextò. Ordinationes miniſtrorum, ſeu ſucceſſio illa perſonalis miniſtrorum non eſt nota ſeu indicium veræ Eccleſiæ, ſed potius vera Eccleſia eſt nota & indicium Ordinationum ex ſententia Pontificiorum. Quas enim ordinationes Eccleſia pro talibus habet, indicat, notat, illæ ſunt veræ Ordinationes. Sic enim Bellarminus lib. 4. de Eccleſ. cap. 8. *Illi ſoli in Eccleſia ſemper habiti ſunt veri Epiſcopi, qui ab Apoſtolis per legitimam ſucceſſionem & ordinationem deſcendiſſe oſtendebantur.*

Septimò. Si paſtor ſeu ſacerdos, atque adeo ſucceſſio ſacerdotum eſt nota veræ Eccleſiæ, unde illa demonſtrari poſſit, tum ſequitur partem aliquam integralem eſſe notam totius, atque adeò eſſentiæ rei; At conſequens abſurdum, Ergo & antecedens. Hactenus enim inauditum eſt, ad totum per accidens ſeu collectivum ſubſtantiale verum ab adultero internoſcen-

[a] Theodoret. Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 23.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

dum, notam ſeu gnoriſma deſumi ex membro aliquo iſtius aggregationis; quod ipſo toto formaliter ita dicto multo ignotius eſſe poteſt. Deinde ſequitur & aliud abſurdum, ex partis alicujus ſucceſſione ſive interruptione, totius ſucceſſionem ſive interruptionem rectè concludi. Quaſi quis in cœtu aut collegio aliquo ex membri alicujus (etiam primarii) defectu & abſentia, totum collegium ſive cœtum abeſſe & deficere ſuſtineret; aut Iſraelitæ cum ſederent *abſque ſacrificio & altari*, cum *ſigna ſua & prophetas non viderent, nec eſſet inter illos qui cognoſceret*, Hoſeæ 3. & Pſalm. 74. cum 2. Paralip. 15. verſ. 3. inde totalem defectionem & abolitionem Eccleſiæ collegiſſent.

Octavo. Ipſa Scriptura manifeſtè repugnat, quæ *populum Dei* & *Eccleſiam Chriſti* etiam illam agnoſcit, cum paſtoribus percuſſis aut ab ovili avulſis, membra diſparguntur. Vt tempore Eliæ, Rom. 11. verſ. 2. 4. Et tempore Apoſtolorum, Actorum 8. verſ. 1. 2. 3. 4. Vbi exſerte Eccleſia vocatur. Iohannes Altenſtaig in diction. Theolog. [a] *Sumitur enim Eccleſia particularis pro quacunque congregatione fidelium ſive virorum, ſive mulierum, & ſic 1. Petri 5. Salutat vos, &c. Et iſto modo ſumitur in pluribus Sacræ Scripturæ locis. Alio modo ſumitur ſpecialiter pro tota congregatione clericorum, & ſic nunquam accipitur in textu Scripturæ. Sed Clerici nomen Eccleſiæ appropriaverunt ad ſeipſos, vocantes ſe Eccleſiaſticos.* Quin immo Pontificii cum nonnemine ex Patribus, in tribus, aliqui etiam in ſola B. virgine conſiſtere Eccleſiam Catholicam, & aliquando conſtitiſſe credunt. Quidni de Eccleſia particulari dici poſſet, eſſe eſſentialiter Eccleſiam etiam abſque paſtore, quomodo totum eſſentiale eſt abſque parte aliqua integrali, & homo eſt abſque oculis, & quælibet exigua pars aquæ, eſt aqua? Competit enim tali Eccleſiæ, modificatè definitio illa Scholaſticorum: *Eccleſia eſt congregatio omnium fidelium viatorum ſub Chriſto militantium contra diabolum, carnem & mundum.* Brulifer libr. 4. diſt. 2. qu. 3.

Nono. Antiqua Eccleſia Romana erat Eccleſia, cum perſtrictiſſima Imperatorum edicta convenire non poſſet. Immo cum Petro in Britanniam profecto paſtore deſtituti eſſent Romani, ut cum Baronio ad annum 58. ἱςορεῖ A Lapide in argumento Epiſtol. ad Roman. B. Ignatius, quamvis multo ſtrictius quam Hieronymus, nullam Eccleſiam, nullam ſanctorum collectionem eſſe diceret, ſine Epiſcopo, Preſbyteris & Diaconis, tamen Eccleſiam Antiochenam in Syria appellat *Eccleſiam*, quæ pro Ignatio paſtore ſuo tunc abſente, *paſtore uteretur Domino*, ut ipſe loquitur epiſtolâ ad Romanos. Vbi ipſe explicat quo ſenſu ſcilicet abſque Epiſcopo & presbyterio non ſit Eccleſia, integra ſcil. & ordinata, quæ tamen aliquo in caſu eſſentiam & nomen Eccleſiæ retinet, dummodo myſticè unita manet Chriſto. Vt enim in naturalibus cauſa prima & univerſalis defectum cauſæ particularis ſupplere dicitur; ſic in myſticis ſupremus paſtor & Epiſcopus animarum Ieſus Chriſtus omnem ἐπισκοπὴν ſuis præſtare & paſtorum defectum ſupplere credendus eſt in caſu neceſſitatis.

Decimo. Si ſucceſſio Eccleſiaſtica, quæ neceſſaria ſtatuitur, in miniſtrorum ſucceſſione tantum ſpectanda eſt; tum ſequitur vacante ſede Epiſcopali aut Papali nullam eſſe veram Eccleſiam. Sic enim ex Ianſenii hypotheſibus deductio fit ad impoſſibile:

Eccle-

[a] In voce *Eccleſia* Ex Cardinali de Alliaco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Eccleſia quæ paſtorem non habet, non eſt Eccleſia.

Eccleſia quævis diœceſiana, aut ipſa Romana, cum annum aut amplius vacat, paſtorem non habet.

Ergo Eccleſia illa toto illo tempore non eſt Eccleſia.

Concluſio abſurdiſſima eſt, ipſo ſenſu adverſariorum, qui volunt eſſentiam & unionem Eccleſiæ ſubſiſtere abſque Papa. Atqui abſurditas illa non eſt ex Minore, de cujus veritate nemo dubitat; Ergo ex Majore. Atqui illa eſt Ianſenii noſtri. Manet ergo Eccleſiam ſive particularem, ſive diœceſianam, ſive univerſalem ad tempus poſſe ſubſiſtere abſque paſtore Curato, Diœceſiano, Oecumenico; & eſſe nihilominus Eccleſiam, modo uti non ceſſet pro ordinariis paſtoribus (quorum privatio non damnat ſed contemptus) *Domino paſtore*, *qui dixit*, *Ego ſum paſtor bonus*; qui *ſolus* tunc *ipſam curabit viſitabitque*, ut Epiſtol. cit. loquitur Ignatius. Et Biel in expoſit. Miſſæ lect. 23. cũ Romana Eccleſia eſt ἀκέφαλος (quod aliquoties accidit) dicit eam tamen non eſſe ſine capite: *Papa*, inquit, *capitis dignitatem non amittit, niſi in hæreſin lapſus, extra Eccleſiam fieret*, &c. *in quo caſu non eſſet caput Eccleſiæ: nihilominus non eſſet eccleſia ſine capite: quoniam verum caput Eccleſiæ Chriſtus eſt, ait apoſtol. ad Epheſ.* I.

SECTIONIS PRIMÆ

CAPVT X.

Prætenſam Eccleſiæ Succeſſionem in ſolâ Romanâ non eſſe ſpectandam.

VNDECIMA Hypotheſis eſt: Cap. 56. pag. 262. 263. 264. Prætenſam ſucceſſionem non in omnibus Eccleſiis apoſtolicis, ſed tantum in Romana quærendam eſſe, & in ea ſola etiam inveniri poſſe. Ita Bellarminus acturus de notis Eccleſiæ Catholicæ cap. 8. ad Romanam prolabitur: *Quinta*, inquit, *nota eſt ſucceſſio Epiſcoporum in Eccleſia Romana, ab apoſtolis deducta uſque ad nos.*

Refut. I. Mirum eſt *Eccleſiam Catholicam* cum *Romana cathedra* gratis ita permutari. Inſtitutum eſt dicere de vera catholica Eccleſia, terminos illos egredi non licet, niſi prius à nobis conceſſum aut à vobis probatum ſit *Romanam* eſſe *Catholicam*, poteſtate ſeu virtualiter, ſeu radicaliter, ſive quacunque alia ratione ex ſenſu veſtro.

II. Nulla poteſt fingi ſucceſſio Eccleſiæ ſimpliciter neceſſaria, & inſeparabilis, atque adeo ipſi propria, præter continuationem & propagationem *ejuſdem doctrinæ*, quam Chriſtus & apoſtoli Eccleſiis tradiderunt. Atqui ea ſi millies quæratur in hodierna Eccleſia Romana inveniri non poterit. Commonſtrent nobis eam, qui de ea glorianţur. Et ulteriorem continuæ ſucceſſionis demonſtrationem non poſtulabimus.

III. Si ibi perpetuo quærenda eſſet Eccleſiæ ſucceſſio, tum ſequeretur ſucceſſionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nem illi divina ordinatione & promiſſione peculiariter alligatam ; ſed poſterius falſum eſt, Ergo & prius. Falſitas poſterioris, *Primo* patet ex eo, quod talis privilegii Romani nullum ex Scripturis profertur documentum. Quid ſi Conſtantinopolis aut Antiochia tale privilegium ex ſua affirmatione ſibi vindicaret, an acquieſcerent adverſarii? Minime. *Deinde*, quia nihil ultra probabilitatem & opinionem ipſi adverſarii hic prætendunt, vide lib. 2. ſect. 3. cap. 1. *Tertio*, ex iſta ratione, Si Succeſſio Eccleſiaſtica viſibilis, perſonalis & localis alligata eſt Romæ, aut magis Romæ, quam Hieroſolymæ ſeu Antiochiæ, tum alligata eſt aut loco, hoc eſt urbi Romanæ ſeu Eccleſiæ intra muros, aut ipſi genti Latinæ ſeu Romanæ ubicunque illa fuerit, aut eminentiæ urbis & quaſi apici ſeu vexillo Imperii, quod in urbe illa tunc erectum erat. Non alligatam eſſe loco, ſeu hominibus aut Eccleſiæ intra muros, probatur, *Primo* ex Scripturis quæ omnem ejuſmodi locorum ἐξοχὴν & præſcriptionem in univerſum removet ab Eccleſia Chriſtiana, Ioann. 4. verſ. 21. *Venit tempus quando neque in monte hoc, neque Hieroſolymis adorabitis patrem &c.* Et Pſalm. 2. verſ. 8. Quod ſi Romam excipiant à communi regula, probent ex iiſdem principiis & eadem authoritate exceptionem illam, aut communem regulam nobiſcum teneant. Hic eſt cardo controverſiæ. *Deinde*, ex ipſa Adverſariorum confeſſione, qui non audent aſſerere talem unionem ſeu alligationem tanquam de fide, ut Bellarminus, libr. 4. de Pontific. cap. 4.

Immo recentiores Ribera, in 2. Theſſal. 2. Vega, & poſt illos A Lapide ſtatuunt urbem Romanam aliquando occupatum iri ab Antichriſto, ad ſcelera & Ethnicismum redituram, Pontificem cum ſuis expulſuram ac fore Babylonem, Meretricem magnam &c. juxta vaticinium Apocalypſ. 17. 18. Qui etiam negare non poſſunt localem illam ſucceſſionem plane interruptam fuiſſe, cum ſciſmaticis Papis ſedes & Eccleſia illa adhæreret legitimis ſucceſſoribus Petri ab illa ſeparatis, quod factum tempore Leonis IV. anno Domini 847. & cum beſtia apocalyptica in ſede Petri ſederet, teſte Bernardo in Cōſider. quem ſupra lib. 1. ſect. 3. citavimus. Et cum Româ Avenionem tranſlata fuit ſedes, ibique ſubſtitit 70 annis, in gratiam Regis Galliæ ut teſtatur Onuphr. in Clemente V. Et cum à factionis ſuæ Epiſcopis extra Romam in ſede Petri inthronizatur Gelaſius II. anno Domini 1119. Quid ſi Roma caperetur à Germanis, aut Suecis, aut Britannis, aut Gallis, aut Græcis, & iſtarum nationum homines, ſeu earum fautores & beneficiarii, Romanis pleriſque expulſis, Eccleſiam & ſedem ibi conſtituerent, quid tum fieret ſucceſſioni & privilegio locali?

Non eſſe etiam alligatam Eccleſiæ Catholicæ ſucceſſionem genti Romanæ aut Latinæ ſeu Eccleſiæ particulari ex illa gente, ubicunque illa fuerit, probatur. *Primo*, ex Adverſariorum ſolitudine & ſilentio qui ne verbo quidem privilegium illud gentis ſuæ ex Scriptura probant. *Secundo*, quia repugnat tale privilegium naturæ & ſucceſſioni Eccleſiæ Chriſtianæ N. Teſt. quæ indefinite omnes gentes hujus ſucceſſionis ſubjectum facit adæquatum Actor. 10. verſ. 34. 35. *Deum non reſpicere ad perſonam &c. ſed in quavis gente &c.* Colloſſ. 3. verſ. 11. *Vbi non eſt Græcus, Iudæus &c. Barbarus & Schyta &c.*

Tertio, Repugnat exſertè comminationi quæ facta eſt Romanis, Roman. 11. verſ. 21. *Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, time ne forte nec tibi parcat.* Vbi ipſi exponunt [a]: *Expellendo eos à ſua Eccleſia, amicitia & ſalute, time ne forte nec*

tibi

[a] A Lapide in Commentar.

tibi Gentili inſititio parcat , ſi in fidem aut vitam Chriſtianam pecces. Et ſi quis aliquam gentem hic efferret præ alia, ille Deum faceret acceptorem perſonarum, parietem intergerinum reſtauraret, crucis & Spiritus Chriſti efficaciam ignominia afficeret, animam & vitam Eccleſiæ omnes & ſingulas partes permeantem ſecundum eſſe radicatum terminis Occidentis & Italiæ concluderet; quæ omnia abſurda ſunt & blaſphema.

Quarto, Quia ſi gens illa eſſet ſubjectum ſucceſſionis limitatum, ſicut oculus viſus, radix vitæ vegetativæ; & Iſrael, tribus Levi, & familia Aaron olim ſubjectum erat ſucceſſionis & miniſterii Eccleſiaſtici: tum primò deberet probari, certam eſſe permanentiam & ſucceſſionem iſtius gentis uſque ad finem mundi, neque potuiſſe aut poſſe illi genti evenire, quod populus Atlanticæ, antiqui Latii, Sidoniis, Saguntinis aliiſque qui ſine veſtigiis interiere, & quod decem tribubus Samariæ, ut *non ſint amplius Gens.* Quia ſublato ſubjecto tollitur affectio, ſublato mobili tollitur motus, ſublata re tollitur ejus duratio ſucceſſiva. Vt hodie in media Roma quæritur Roma, & nihil minus ibi invenitur quam Roma, ſic & gentem Romanam ibi Diogenes cum laterna ſua quærere poſſet [a]. Quis enim affirmabit bellorum tempeſtate gentem illam non eſſe excuſſam, attritam; cui nova, ex omniũ gentium colluvie ſuccreverit? Et quis in mixtione illa, partes Romanæ aut Italæ gentis tantas fuiſſe probabit, ut potuerint facere populum; aut ſi aliquando major internecio & confuſio illam opprimat à Sueco aut ſimili impietatis flagello, & innocentiæ vindice quem Pontificii in Hiſpania Regem Sueciæ prædicarunt *verum Antichriſtum*, teſte Balzaco epiſt. ad Molen. quis nobis ſpondebit reliquias aliquas fore penes quas ſit Politia & conſequenter Eccleſia (*quæ eſt in Politia* teſte Optat. Milevit.)? Quis dicet novum illum orbem & novos homines, ſi qui ibi ſuccreſcant, eſſe Romanos, ad quos Perfidia non poſſit habere acceſſum, & non eſſe Gothos, Lappinos, Moſchos, Finnonas, Livonos, &c.? Quid ſi ipſa Roma toto mundo judice conqueratur ſe Romam non eſſe, ſed illuviem Nationum, ut olim Piſo apud Tacitum de Athenienſibus? Quid ſi ipſa cum Lipſio ſuo dicat, ſe *falſò eſſe* vocatam *æternam*? Immo quis certũ faciet elementum Romanæ gentis fuiſſe ſemper tam prædominans, ut reliquæ in Romanam & Italam, & non contra Romana & Itala in reliquarum formam conceſſerit? Certe cum Deus Genti alicui Eccleſiã, & privilegia Eccleſiaſtica affixit, impermixtam illam mirabili providentia ſua conſervavit, & mixtionem ac confuſionem omnẽ ſevere interdixit, ut patet in Iudæis. At tẽpore Novi Teſtamenti nulli genti hoc promiſit, nulli præſtitit, ita ut atteſtante experientia & hiſtoria migrationis ac mixtionis gentium verè glorientur Iudæi: R. David Kimchi commentar. in pſ. 108.

שכבר גלי כל האומות ונתערבו אלה באלה גאין היום גוי מיוחד אלא ישראל לבדם וג׳;

Id eſt, *Quia jam migrarunt nationes & aliæ cum aliis permixtæ ſunt, neq; eſt hodie gens peculiaris, ſeu ſeparata, niſi ſolus Iſrael, &c.* Quod non alium in finem à Deo fieri putamus, quam ut aliquando toti mundo pateſiat myſterium illud converſionis Iudæorum, de quo Apoſtolus Rom. 11. v. 25. 26. 27. [b] Aliarum Gentium plenitudo ut intret, non requirit ejuſmodi continuationem aut ſeparationem, nec Deus promiſit. Perinde enim eſt ſive ſint Latini, ſive Longobardi; ſive Romani, ſive Veneti; ſive Hiſpani, ſive Gothi; ſive Galli, ſive Normãni; ſive Britãni, ſive

[a] Vide Lipſ. de conſtant. lib. 1 cap 16. & egregia epigrammata apud Fr. Zv'eertium in Select. Chriſt. orbis Delitiis p. 23. [b] Videantur inter alios Chryſoſtom. Thomas, Cajetanus ad loc.

ſive Saxones; ſive Boii; ſive Illyrici; ſive Catti ſive Batavi; quocunque nomine veniant ad Eccleſiam, impletur ſaltem promiſſio illa de *divitiis mundi & vocatione Gentium*.

Quinto, Si ſola una Provincia retineret veram fidem adhuc proprie & vere diceretur Eccleſia Catholica, dummodo clare oſtenderetur unam eſſe & eandem cum illa quæ fuerit aliquo tempore, vel diverſis in toto mundo. Sunt verba Bellarmini lib. 4. de Eccle. c. 7. Ergo nationi aut Eccleſiæ particulari Romanæ tantum, infallibiliter non eſt annexa prætenſa ſucceſſio.

Sexto, Si non loco ſed genti Romanæ & Eccleſiæ particulari illius gentis alligata eſt ſucceſſio, tum ſequitur quocunque migraverit aut diſparſa fuerit Eccleſia illa, eo etiam migrare ſucceſſionem omnem Eccleſiaſticam, quippe cujus ſubjectum limitatum eſt ſola illa Eccleſia; Sed conſequens abſurdum erit adverſariis noſtris, Ergo & antecedens. Probatur; quia ſi gentem illam & Eccleſiam particularem Romanam verſus Orientem in Græciam, Armeniam &c. aut verſus Septentrionem in Gothiam, Lappiniam, Norvvegiam; aut etiam (quod maximè probabile) in Americam, & Magellanicam, Nomadum atque Arabum inſtar vagari contigerit, jam non eſſet civitas ſupra montem poſita, neque ſol & oculus patriarchalis Occidentis, neque inſignita Apoſtolatu ac Martyrio Petri & Pauli, neque donatione Conſtantini, neque Pontificatu Petri Antiochia Romam tranſlato, neque aliis privilegiis, quæ ex loci, urbis, Eccleſiæ, Martyrum, Doctorum, geſtorum, miraculorum, traductionum & propagationum, monumentorum, reliquiarum veſtigiis, in Patribus, hiſtoricis, & luce factorum adhuc relictis ambitioſe, ut in littore conchas, colligere ſolent adverſarii: Sed eſſet ſimillima ſuperbia ſucceſſionis Romanæ erraticæ illi ovi & deſerto quaſi apocalyptico tantopere deriſis Ianſenio p. 226. ſine antiquis templis, ſine collegiis, ſine Laterano, ſine Bel Vedere, ſine patrimonio Petri, ſine palliis Archiepiſcopalibus quæ Petri ſepulchro imponuntur[a], ſine jubilæo, ſine quæſtu, ſine mercatura. Niſi loca illa omnia & localia quæ conſervant & perficiunt locatum, alibi reproduci aut multiplicari contigerit, ut de reliquiis eccſtatice quidem ſomniarunt.

Non eſſe etiam alligatam ſucceſſionem eminentiæ urbis, aut ibi potius vexillum Eccleſiæ & caput traductionis collocatum, quia urbs erat caput Imperii, ita ut cum Imperio junctum fuerit Imperium ſpirituale. Probatur, *Primò*, ex Scriptura quæ nullam talem conjunctionem ſeu combinationem agnoſcit; ſed contra ſeparationem ut plurimum Regni & faſtigii ſæcularis, à regni Chriſti propagatione inculcat, Geſtamus, inquit Apoſtolus 2 Corint. 4. 7. theſaurum hunc in vaſis teſtaceis, ut hæc hujus potentiæ ſupereminentia ſit Dei & non ex nobis. Immo eminentiam ac robur urbis illius atque Imperii, propagationi Chriſtianiſmi fuiſſe à Diabolo objectum, conſtat tum ex Apocalypſi cap. 13. & cap. 16. 17. 18. tum ex hiſtoria à Chriſto uſque ad Conſtantinum Magnum; tantum abeſt ut propter eminentiam terrenæ Monarchiæ Beſtiam illam ex toto mundo elegiſſet B. Petrus, cui potiſſimum dignitatem Primatus ſui contuliſſet, ut quidem Pontificii, ex magno traditionis inani hoc acceſſunt. *Secundò*, ſi eminentia Imperii ad primatus Eccleſiaſtici prærogativam faceret, quia ibi ſcil. erat draconis poteſtas, & inde aquas perſecutionum evomebat in Eccleſiam; tum ſane non eſſet prætereunda Hieroſolyma, quę Prophetas occiderat, Mat. 33. & ipſum

a De pallio vide Ceremoniale lib 1. ſect. 10. Et Lanceloti inſtitut. juris canon. lib. 1. tit. 11.

& ipſum Dominum gloriæ crucifixerat. *Tertio*, tum ſequeretur, cuicunque urbi conferretur eminentia Imperii, ei etiam eminentiam primatus ſimul conferri, ſiquidem hæc mutuo connexa ſint. Atque ita viciſſet Epiſcopus novæ Romæ, Conſtantinopolitanus ſcil. qui olim primam ſedem ſibi vindicavit & aliquando favore Imperatorum priores partes obtinuit, & decreto Concilii Chalcedonenſis canon. penult. ordinationes Epiſcoporum in Barbarico (hoc eſt, ubique extra Imperium Romanum ut recte obſervat Iuſtellus in notis ad illum canonem) illi ſoli adſignatæ ſunt. Et quæcunque tandem Chriſtianiſmi Monarchia (ut quidem votum & conſilium eſt Barchinonenſis in Practica Cancellar. apoſtolicæ, & Ieſuitæ [a] tanquam Ergodioctæ hujus nomine ſuſpecti ſunt apud ſuos) alicubi erigeretur, diſceptari poſſet, an ut partus ventrem, ita primatus Eccleſiæ primatum politiæ ſequi deberet. Non videmus ergo qua ratione Catholicæ Eccleſiæ ſucceſſio Romæ alligari poſſit jure divino; ne quidem opinione humana. Antiquiſſimi Patres quotieſcunque Eccleſiam Catholicam deſcribunt, nullis locorum terminis, aut nationum privilegiis aut Romanis funibus eam coarctant. Sic enim Irenæus, & Auguſtinus infra cap. 11. & 12. cit. Eccleſiæ ſucceſſionem ſectis hæreticorum opponunt. *Quarto*, tum de *Roma æterna*, ut ſuperbe olim gloriari ſolẽt [b], conſtaret. Sed nil tale. Eccleſiæ antiquiſſimæ & celeberrimæ olim, ſucceſſionem ſuam derivarunt ſeorſim, non vero à Romana, in Romana, & per Romanam. Ex. gr. Hieroſolymitana, Antiochena, Alexandrina, Smyrnenſis, Carthaginenſis, Cõſtantinopolitana, Lugdunenſis, Cordubẽſis, Compoſtellana; immo & vicinæ Aquilejenſis, Mediolanenſis & Ravennas. Quædam enim iſtarum Romana antiquiores, aliæ coævas, nonnullæ authoritate æquales, una ſuperiorem ſe dixit, nulla jure divino aut Eccleſiaſtico ſubjectam ſe faſſa eſt uſque ad Concil. Nicenum, & longo tempore pòſt. Probet Ianſenius, ſi poteſt, Eccleſias illas fide & conſcientia ſua ſponte ſe ſubjeciſſe Eccleſiæ Romanæ tanquam Magiſtræ. Immo probet de Mediolanenſi, Aquilejenſi & Ravennate, ſucceſſive primo, ſecundo, tertio ſæculo, & deinceps: Nos ex Antiquitatis monumentis didicimus illos reſtitiſſe Primatui Romano; imprimis Ravennatem, quæ ſucceſſionem ſuam apoſtolicam, & vocationem divinam atque extraordinariam paſtorum per ſpeciem columbæ à Spir. S. jactare ſolet, jam inde à primo uſque ad duodecimum, [c] cujus *Præſul cum Romano de principatu contendit, quaque tandem à Romani Pontificis ditione ſubtracta prorſus videbatur*, ita ut *Agathonis Pontificis temporibus Romanæ, à qua jam pridem deſciverat, fuerit ſubjecta* per Theodorum præſulem ſuum, *ut non ultra Romano par foret Ravennas præſul.* ut habet Deſiderius Spretus de Amplitudine, &c. Vrbis Ravennæ. Et tamen Eccleſiarum iſtarum veritas & Succeſſio, à Catholica Eccleſia tunc nulla non fuit habita, quamvis à centro Romano non eſſent ſuſpenſæ.

[a] Vide actionem Arnaldi in Ieſuitas. [b] De nomine *Romæ æternæ* (quod nomen illud blaſphemiæ eſſe putat Hier. ad Algaſ. quæſt. 11) Lazius Reip. Rom. lib. 2. cap. 2. De perpetuitate Imperii Romani Corn. à Lapide in 2 Theſſ. 2. [c] Vide Pleſſæi Myſterium ad ann. 556. p. 223. & 271. & de Mediolanenſi ad ann. 1059. p. 528.

SECTIONIS PRIMÆ

CAPVT XI.

In una Eccleſia Romana ſucceſſionem Eccleſiaſticam eſſe ſpectandam fruſtra Ianſenius probare conatur.

PRIMA eſt, ſucceſſio Romanorum Pontificum viſibilis eſt & ſine interruptione continuata, & demonſtrata ab Apoſtolis uſque ad fines ſæculorum, Ergo Eccleſiæ Catholicæ ſucceſſio ininterrupta eſt & huc uſque fluit.

Ratio conſequentiæ eſt, quia neceſſario debet unitatis omnium Eccleſiarum (quæ per aggregationem una ſunt) origo & radix quædam eſſe, per cujus reſpectum atque conjunctionem aliæ Eccleſiæ, una Eccleſia eſſe cenſeantur; At illa origo & radix nulla alia eſt, quam ſedes Romana ſeu Papa Romanus.

Reſp. I. Principalis argumenti antecedens negamus. Fuit interruptio in ſerie Pontificum, de quo infra ſect. 2. *Deinde*, de futuro contingenti non eſt determinata veritas. Cum ab hoc momento uſque ad finem mundi, adhuc exſpectetur ſucceſſio, ex qua luce factorum poterit illa demonſtrari, quæ nondum habet ſuum *factum eſſe*. Adhęc tempora Antichriſti, ſicuti ea deſcribunt Pontificii [a], non ferunt, ut *ſedes Romana perſpicua permaneat & omnibus omnium nationum Eccleſiis ſucceſſionem ſuam demonſtret, ita ut viſibiliter ab omnibus poſſit demonſtrari & inveniri*, ut loquitur Ianſenius. Roma enim everſa, Pontifex expelletur, & Conſiſtorialem ejus Eccleſiam, atque adeo totam Papiſticam factionem immanis perſecutio inundabit.

II. Negamus conſequentiam, ejuſque probationem. Nihil hic niſi mera principii petitio & per coccyſmos repetitio theſeos principalis controverſæ. Sedes aut Pontifex Romanus, eſt radix, eſt centrum, eſt truncus totius arboris, ab ejus unione & communione unitas totius corporis deſumenda eſt; Illa ſedes eſt velut viſibilis quædam teſſera & ſignum conſpicuum in nationibus elevatum, eſt Aquila Chriſtiani exercitus. Has parabolas dum nobis explicas probè te defunctum putas. Sed ſimilitudines illuſtrant, non probant, juxta illud vulgatum: *Theologia ſymbolica non eſt argumentativa.* Notet quæſo lector, ne unicum jota ex Scripturis ad hujus rei probationem hic adferri à Ianſenio, cum tamen in eo cardo totius diſputationis verſetur; & ipſe gloriatus ſit p. 191. ſe apoſtolicam veritatem ex Scripturis hauſtam defendere.

III. Ieſus Chriſtus in Euangelio oblatus & per fidem apprehenſus in ſacris literis dicitur eſſe *ſignum* elevatum Ieſai. 11. ver. 10. 11. 12. cum Iohann. 3. 14. Et radix Apocalypſ. 5. v. 5. In quo fundati & radicati debent eſſe omnes qui ſalvantur, Coloſſ. 1. v. 23. & 2. v. 7. A quo & in quo unio & communio illa per fidem [b]. Nulli fideles, nulli Doctores, nullus cœtus fidelium hic poteſt dici radix aut habere in ſe *eſſe Eccleſiæ radicatum*; à quo & per quem reliqui habeant *eſſe Eccleſiæ*

[a] Vide tempora Antichriſti Papiſtici prophetice deſcripta in comment. Corn. à Lapide in 2. Theſſal. 2.
[b] Conf. ſect. 3. cap. 4.

cleſiæ participatum, quomodo animam eſſe in corde *radicaliter* & in reliquis membris *participate* quidā philoſophantur[a]. Sed ſicut anima informat & animat immediate quālibet partem eamque facit animatam & organicam: ſic Chriſtus quamlibet Eccleſiam per fidem & verbum ſuum ita animat & vivificat, ut inde eſſentiā & nomen veræ Eccleſiæ obtineat, non verò ab alio aliquo membro quo tanquā inſtrumento utitur. *Quis eſt igitur Paulus, quis Apollos, niſi miniſtri per quos crediſtis.* 1. Cor. 3. ubi Theophylactus: *Quid dixerit aliquis de noſtrorum temporum Doctoribus? Miniſtri enim ſumus, non radix & fons bonorum, &c.* Si quæ Eccleſia aliarum omnium antiquitate & ordine prima, & propagatione originalis dici debet, illa eſt Hieroſolymitana & Iudaica, inde enim *illuſtriſſimum exordium*, ut loquitur Auguſtin. collat. 3. c. 230. inde ipſi Apoſtoli egreſſi, inde prædicatio Euangelii incipiens propagata eſt per univerſum orbem, idque peculiari privilegio & promiſſione, Ieſa. 2. verſ. 3. & Michæ 4. v. 2. *prodibit lex è Sione & verbum Domini ex Ieruſalem.* cum Act. 2. per totum & Act. 1. v. 8. Roman. 15. 19. cū Luc. 24. 47. Hinc Rom. 11. v. 18. ipſi Eccleſiæ Romanę dicitur, non portare eam *radicem, ſed portari à radice*, hoc eſt, *inſertam eſſe radici, id eſt, fidei & Eccleſiæ Patriarcharum, apoſtolorum, qui omnes Iudæi fuerunt*[b]. Et Zachar. 8. 23. *prehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, prehendent alam viri Iudæi, &c.* Poſt Iudaicam, antiquior Romana, eſt Græca & illo reſpectu *radix* teſte factorum luce in Actis apoſtolicis, & Auguſtino Epiſtol. 170. & 178. *Non conſiderat ab illa radice Orientalium Eccleſiarum ſe eſſe præciſam, unde Euangelium in Africam venit.* Et, *Græcia ubi fides orta eſt*[c]. Antiquior etiam eſt Antiochena, unde nomen Chriſtianorum cœpit. Quod ſi metaphoram radicis huc applicare volumus, qua analogicè dicitur *os plantæ*, à philoſopho; tum illa convenit *ſalvificæ fidei*, Math. 13. verſ. 21. per quam Chriſti & bonorum ejus participes fiunt omnes, qui guſtarunt quàm benignus ſit Dominus.

IV. Nulla Eccleſia poteſt dici *Centrum*, quacunque notione metaphora illa ſumatur. *Centrum* Geometricum ſeu magnitudinis eſt punctum in figura medium, in circulo eſt punctum, *unde omnes lineæ ductæ ad peripheriam ſunt æquales.*[d] Et eſt circuli *principium, medium, & finis*, ait Simplicius; poteſtate ſcilicet. At hoc ſoli Deo & Chriſto analogice tribuitur, à quo, per quem, & in quem ſunt omnia, Rom. 11. verſ. ult. Principium & finis, Α & Ω, Apoc. 1. verſ. 8. & 21. verſ. 6. primus & noviſſimus, quomodo non nemo, Deum hujus univerſi centrum appellat. Centrum gravitatis in Statica, *eſt punctum illud intra corpus poſitum, à quo ſi grave appenſum mente concipiatur, dum fertur, quieſcit*[e]. Hoc autem in Spiritualibus & quæ animæ ſalutem concernunt, nemini applicari poteſt niſi Deo & Chriſto, in quo per Spiritum & verbum ejus tantum quieſcimus. Apud Anatomicos, centrum corporis humani eſt umbilicus[f]; quia eſt medium magnitudinis. At medium rei ſeu influentiæ eſt *cor*, quod illo reſpectu quidam centrum appellant. Romana ſedes etiamſi ſanum Eccleſiæ eſſet membrum, nulla tamen ratione *cor* ejus dici poſſet, quia neque fuit *primum vivens* (ut quidam de corde) inter omnes partes Catholicæ Eccleſiæ, neque inde Spiritus vitæ & verbum primo diffuſum fuit ad omnes alias: ſed hoc ſoli Iudaicæ & Hieroſolymitanæ competit, quę reſpectu originis & primę propagationis, etiam *mater* catholicæ Eccleſiæ dici poteſt, ex qua omnes natæ juxta prophetiam

a Zabarella cum ſuis. b A Lapide in Comment. ad loc. c Epiſcop. Bizontinus Orat. in Concil. Trid. *Eja igitur, Græcia mater noſtra, cui id totam debet, quod habet Latina Eccleſia.* d Euclides lib. 1. defin. 16. e Ita ex Pappo Clavius in Sacroboſc. c. 1. p. 121. Et Ramus Geometr. l. 4. & Stevin in ponderar. f Andr. Laurentius Anatom, lib. 1. qu. 4. p. 68.

Ieſa. 54. verſ. 1. 2. 3. & Ieſa. 60. à verſ. 1. uſque 15.

Quod vero ad continuatum affluxum & influxum ſpiritus vitæ, ſeu veritatum fidei, nulla Eccleſia ſic cor ſeu medium influentiæ dici poteſt, ſed ſolus Chriſtus per Spiritum & verbum ſuum. Opticis centrum eſt, ubi unitur & concentratur lumen tanquam in puncto, & ita unitum ac validius effectum oculos lucidiores reddit, eoſque facit aptos ad colores rectius percipiendos. At quomodo Pontifex ſeu ſedes Romana oculos mentis confirmat ad intuendum verum; cum nondum de fide ſit aut definitum apud ipſos Pontificios[a], utrum Pontifex & ſedes Romana infallibiliter veritatem influat in catholicam Eccleſiam; an vero Eccleſia in Papam aut ſedem Romanam; utrum in & à Papa ſit lux, qua mediante ſenſum Scripturæ videt Eccleſia Catholica; an vero in & à Catholica ſit lux quæ infallibiliter illuſtrat oculos Papæ ad intuendum & pronuntiandum verum: Item utrum Papá ſit medium inter Scripturam & Eccleſiam, an vero Eccleſia ſeu Concilium univerſale ſit medium inter Scripturam & Papam. Phyſicis centrũ mundi ſeu naturæ, eſt *terra ſeu medium terræ, quo omnia gravia tendunt, & in quo tanquam in puncto omnia coirent, ſi eo pervenirent; quod in medio eſt, & ab omnibus extremitatibus æqualiter remotum.*[b] At tali notione centrum ſedi aut Papæ Romano tribui non poteſt; cum ſit auferibilis ab Eccleſia, & ſæpiſſime actu Eccleſia ſine eo exſtiterit; quotieſcunque ſciſmatis, ſedis vacationibus, hæreſibus, Magia infeſtata fuit. Itaque nulla centri notio huc quadrat. Immo ne concentrica quidem eſt illa ſedes, ſed eccentrica deferens magnum ſuum planetam, Dominum ſcil. Papam. Et Papatus, ſeu Papale chaos informe, ἀόριστον, centrum nullum habet, quomodo omnia corpora irregularia, ut pyramides & ſimilia, centro magnitudinis deſtituta docent Geometræ. Metaphora *radicis* eidem non convenit, ſed contra illud Iudæ verſ. 12. *arbores emarcidæ, infrugiferæ, bis emortuæ, eradicatæ.*

V. Dicta Irenæi, Cypriani, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſii, Optati, Imperatoris Gratiani peſſima fide huc trahuntur, cum nihil dicant pro prætenſa radicalitate & centricitate Romana. Etſi quid dicerent, ea tamen minime facerent fidei principium, immo ne Doctorum quidem unius ſæculi in ſolo imperio Romano, nedum omnium ſæculorum per totum orbem conſenſum. Alium longe conſenſum & Catholiciſmum requirit Lyrinenſis ſupra à nobis citatus. Sed excutiamus ex ſuperabundanti ſingula & Adverſarii ignorantiam & perfidiam in allegandis Patribus detegamus. Irenæus libr. 3. cap. 3. *Ad hanc Eccleſiam* (Romanam ſcilicet) *propter majorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam.*

Reſp. I. Non intelligit principalitatem Eccleſiæ Romanæ, ſed principalitatem urbis Romanæ, propter quam neceſſe erat omnem Eccleſiam ibi convenire. Itaq; propter commoditatem, celebritatẽ & dignitatem urbis, ad Eccleſiam illam magis notam omnibus rectius provocabat, quam ad aliam hæreticis illis non ita notam aut frequentatam. Sic poſſet quis dicere ex. gr. in Gallia neceſſe eſſe omnem Eccleſiam convenire ad Pariſienſẽ, & in Anglia ad Londinenſem, in Dania ad Hafnienſem, in Suecia ad Stockholmenſem, quia ibi ſedes Regia, & in Hollandia ad Hagecomitanam, quia ibi Collegium Illuſtr. Ordinum, in Bohemia olim ad Pragenſem. Sic veſtri provocatione miniſtrorum Sylvæ-Ducenſium & ſupplicatione Capituli ac Cleri ibidem exciti Bruxellis convenere, propter

poten-

[a] Vide & confer ſect. 2. cap. 8. [b] Clavius in Sacrob. Cap. 1. pag. 135. & 132.

potentiorem ſcil. principalitatem, unde etiam de mandato ſuperiorum Ianſenius perſona Pantalonis ornatus, in hanc ſcenam prodiit. Inde tamen non ſequitur Bruxellenſem eſſe Centrum, radicem, dominam, & primatem Eccleſiarum Belgicarum.

II. Hanc eſſe mentem Irenæi tum verba ſatis indicant, quæ expoſitionem Ianſenii ne minima quidem ſpecie admittunt; tum canon 9. Concil. Antiocheni: *Epiſcopos qui ſunt in unaquaque Provincia ſcire oportet Epiſcopum, qui metropoli præeſt, curam & ſolicitudinem totius Provinciæ ſuſcipere: eo quod in metropolim undiquaque concurrunt omnes qui habent negotia. Vnde placuit eum quoque honore præcedere: reliquos autem Epiſcopos nihil magni momenti ſine ipſo agere, &c.* Et ſimiliter Anſelmus in Rom. 1. *Roma tunc erat caput mundi, & de toto orbe conveniebant, atque Romanos ſuſcepiſſe fidem ubique divulgabant*: Et Canon penult. Concil. Chalcedon. *Etenim ſedi ſenioris Romæ, quod urbs illa imperaret, Patres jure privilegia tribuerunt.* Et eadem *conſideratione moti* 150. *Deo amantiſſimi Epiſcopi Conſtantinopoli, quæ olim in Epiſcopatu Heraclea, (ut notat Codinus Curopalates pag. 212.) paulatim evectæ, tandem æqua privilegia tribuerunt, rectè judicantes, urbem quæ & imperio & ſenatu honorata ſit & æqualibus privilegiis cum ſeniore Regia Roma fruatur, etiam in rebus* Eccleſiaſticis *non ſecus ac illa* (ὡς ἐκείνην) *extolli & magnificari, &c.* & canon. 17. *Si qua vera civitas poteſtate Imperiali innovata eſt, vel deinceps innovata fuerit, civiles & publicas formas eccleſiaſticar. quoque paræciarum ordo conſequatur.* Et can. 12. Civitates metropolis nomine honoratæ in ſedes Metropolitanas evehuntur. Ita pro celebritate, præeminentia, & præſidentia locorum in Imperio Romano, ordo inter Eccleſias conſtitui atque obſervari ſolebat. Quomodo ex diviſione reipubl. politica diviſio Eccleſiarum in Diœceſes & eparchias derivata eſt, ut obſervatum à viris doctis Chriſtoph. Iuſtello I. C. in notis ad codic. canon. pag. 221. Vides nunc originem & jus divinum Hierarchiæ Papalis.

III. Irenæus gloſſema hoc Ianſenii reſpuit, cum ad ſucceſſionem Eccleſiarum apoſtolicarum provocans, modo Romanam omittit; modo aliis poſtponit (ut jam oſtenſum eſt) modo indefinitè ad antiquiſſimas recurrendum ſuadet l. 3. c. 4. *Quid enim, etſi de aliqua modica quæſtione diſceptatio orta fuiſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, & ab eis ſumere de præſenti quæſtione quod certum & re liquidum eſt.* Cum etiam Victorem Epiſcop. Romanum excommunicantem Aſiaticos propter obſervationem Paſchæ graviter reprehendit, non cogitavit de prætenſa Romanæ ſedis infallibili principalitate.

IV. Iam ſatis reſpondimus in Philonio, nec verbum repoſuit Ianſenius, & iterum reſpondemus quęcunque fuerit principalitas Eccleſiæ illius dum fidelis eſſet Eccleſia, ea nihil juvat præſentem Romanam, non magis quam caſtitas Eccleſiæ Iudaicæ tempore Davidis, impudicam illam tempore Achas, Manaſſe, Sedekiæ, &c. Illa erat virgo, hęc meretrix. Mutata nunc ſunt omnia. Romana nō tantum non principale membrum eſt Eccleſiæ Catholicæ, ſed quod ad curiam & Papalitatem ne minimum aut abjectiſſimum quidem membrum, non magis quam excrementa, pili, &c. ſunt partes corporis humani juxta Galenicam partis definitionem. Succeſſionis presbyterii facies lurida, cadaveroſa, Æthiopica tota; corpus Eccleſiæ tabidum, exſuccum, moribundū. Semper itaque ad principalem fidei ejuſdē (quæ erat tempore Irenæi) in Eccleſia illa ſucceſſionem reſpiciendum eſt, quod fieri non poteſt niſi inter nos conſtet quæ & qualis ſit Apoſtolica fides. Sed ab hoc examine abhorret Ianſenius.

Cyprianus libr. de Vnit. Eccleſiæ: *Ut*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

unitatem manifeſtaret, unam Cathedram conſtituit & unitatis ejuſdem originem ab uno incipientē ſua authoritate diſpoſuit. Et mox, *Exordium ab unitate proficiſcitur, primatus Petro datur, ut una Eccleſia & cathedra una monſtretur; & hanc eccleſiæ unitatem qui non tenet tenere ſe fidē credit? Qui Cathedrā Petri, ſupra quā fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe cōfidit?*

Reſp. I. Quod ad teſtem hunc, non eſt ille omni exceptione major Pontificiis noſtris, immo tam ſuſpectus, tam inteſtabilis, ut Stephanus Epiſcopus Romanus illum appellarit *pſeudo-Chriſtum*; & *doloſum Operarium* teſte Firmilian. in epiſtol. quæ inſerta eſt epiſtol. Cypriani; & à rebellione in ſedem Romanam (ſiquidem ei de neceſſitate ſalutis ſubeſſe debebat) nullus excogitatis commentis illum hactenus abſolvere potuerint. Vide laborantem Baron. ad ann. 58. n. 35. 36. 37. Quaſcumque conjecturas, quæcunque σοφὰ φάρμακα adhibent, ne unicum quidem Iota proferunt, quo fidem faciant Cyprianum ab illa oppoſitione adverſus ſedem Romanam unquam reſiliiſſe aut reſipuiſſe; aut ab Eccleſia Catholica ad palinodiam compulſum, aut eo nomine memoriam ipſius poſt obitum condemnatam. Opinionem illam de Anabaptiſmo (quæ occaſio erat iſtius oppoſitionis) [a] an unquam mutaverit, non liquet; & ſi mutaſſet (quod nunquam probabitur) inde tamen non ſequeretur mutaſſe illum fidem ſuam de limitata poteſtate ſedis Romanæ, aut nomine iſtius fidei ab Eccleſia æquè aut magis notatum, ac nomine opinionis de Anabaptiſmo.

II. Quod ad tractatum illum de *Vnitate Eccleſiæ*, ſeu *Simplicitate Prælatorum*, quamvis concedamus eſſe Cypriani, quippe illo digniſſimum, & quo tanquam malleo Primatus Romani Papiſtæ noſtri validiſſimè contundi queant; is tamen tot corruptelis & mendis deformis editus eſt, ut cum M.SS. exemplaribus collatus 189. loca exhibeat, in quibus notatæ ſunt additiones, detractiones, mutationes vel *lapſu typographi, vel alio prorſus modo ſuppoſita* à Ieſuita Poſſevino in appar. ſacro tit. *Cyprianus*. Atque hæc mendarum examina in tam exiguo opuſculo. In quo quamvis plagium Ieſuiticum commiſerit Poſſevinus, ſupponens & attribuens ſibi alienum laborem, Thomæ ſcil. Iameſii (qui cū illo expoſtulat in Tract. de Corruptione Concil. Patrum, &c.) quamvis etiam eo nomine fortem purgationem illi propinarit Magiſter ſacri Palatii cum ſocio Gretſero: habent tamen Pontificii domeſticum veritatis teſtem, quem audiant; divino judicio aſinam illam, alias Papomaniacam, adverſus Bileamos excitante, aut linguam ædificatorum Babel confundente. Sunt autem loca diſcrepantia (in quibus etiam ſententiæ majoris momenti) 38. ab quatuor antiquiſſimis M.SS. & 38, à tribus M. SS. & 62. à duobus M. SS. & 51. uno M.S. Siquidem in antiquitatis cauſa, aliquem locum huic tractatui quærant (ut quidem nos non negamus) emendatam prius diligenti & candida collatione facta curent editionem, ut quidem hoc à Theologis Oxonienſibus factum didici ex catalogo Londinenſi: [b] ſed exemplar nondum videre contigit.

III. Dicam falſitatis coram univerſo Criticorum Senatu cujuſcunque ſtudii, facultatis, partis, & religionis ſint, cum Iameſio noſtro ſcribo editoribus Cypriani Romani, anno Domini 1564. ex typographia Pauli Manutii, quem ſequuntur Pamelius, & editio Pariſienſis anno Domini 1607. quod ipſi falſaria manu locum illum à Ianſenio citatum corruperint, aut ſi gloſſema in aliquo exemplari aut exemplaribus

[a] Ita teſtatur Auguſtin. lib. 1. de Baptiſm. c. 18. & 2. c. 4. & epiſt. 48. [b] Edidit & notas addidit Ierem. Stephanus in octavo anno 1631.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

plaribus invenerint, illud in textum intruſerunt; aut ſiquidem exemplar aliquod aut exemplaria locum, ita ut excuſus eſt, exhibuerint (quod quidem Romani editores nunquam dixerunt, nedum ut idoneis documentis probaverint) quod contra M. SS. exemplarium omnium (ut ex ipſorum ſilentio fortiter præſumimus) aut ſaltem multorum & venerandæ antiquitatis (ut noſtri ſciunt & teſtantur, qui ea habent aut viderunt, omnes ad inſpectionem invitant) & contra omnium priorum editionum fidem, textui verba illa addere ſint auſi, imprimis cum tanti momenti ſit locus iſte. Aliquo iſtorum modorum crimen falſi hic commiſſum eſt, & lege Cornelia omnes tenentur[a], etiam aliqua ratione Ianſenius noſter, quia utitur inſtrumento falſificato, & pro antiquitate quaſi ex officina Patrum (quam ſe tot annos inſediſſe gloriatur) nova illa Papiſtica & infarcta Cypriano, nobis obtrudit. Probamus autem illa eſſe ſuppoſititia, ſaltem non fuiſſe in textum reponenda, argumentis illis quibus omnes Critici ſive profani, ſive ſacri hactenus loca corrupta deprehendunt. *Primò*, quia octo M. SS. exemplaria in bibliothecis Anglicanis, quæ contulit & ad quæ omnes provocat Thom. Iameſius, illa verba non habent[b]: *Unam cathedram conſtituit &*; nec illa: *Primatus Petro datus*; Nec illa; *& cathedra una monſtretur*; Nec illa: *Qui cathedram Petri ſupra quam fundata eſt Eccleſia, deſerit.* Conſulant nunc omnia exemplaria M. SS. quæ ſunt in Occidente centena, (ut nonnulli conjiciunt) & plurium ac melioris conſenſum octo illis M.SS. Anglicanis opponant, aut ſaltem ex celeberrimis bibliothecis Vaticanam, (quæ ex Palatina Heidelbergenſi ante paucos annos M. SS. eximiis aucta eſt) Florentina, Veneta, Sfortiana tantum conquirant, ut parem numerum & conſenſum exhibeant, atque ita in æquilibrio aliquo hanc cauſam collocent. Sed quam Lyncei ſint, quam odoriſequi, quam metallifoſſores Antiquitatum Romanarum, nihil hactenus protulerunt nec proferre potuerunt, quam unum M.S. ex Abbatia Cambronenſi, quod Pamelius ſcilicet vidit, quo tamen non juvantur editores Romani. Addit Gretſerus de more & jure prohib. lib. cap. 7. pag. 333. hujus falſitatis advocatus, exemplar in Bibliotheca Bavarica, *quod ſententia quidem, non verbis aut ordine verborum cum Pameliana editione conſentit.*

Sed quæ fides, quæ conſcientia, quæ Critica docuit Pamelium octo aut novem exemplarium M. SS. conſenſu (quibus uſus eſt) poſthabito, ex uno illo exemplari Abbatiæ Cambronenſis textum Cypriani mutare? Cur exemplar illud quod alibi aut in omnibus non ſequitur, & cujus bonitati ipſe non fidit, in loco tam controverſo ſecutus eſt? cur editiones omnes ſuorum & editores tantæ negligentiæ & perfidiæ tacitè inſimulat, quod palmarium illud pro Papæ & Papatus cauſa teſtimonium non exhibuerint?

Secundò, probatur ex omnibus impreſſis Cypriani editionibus, quarum triginta ſibi viſas aſſerit Iameſius. In nulla earum (excepta Romana 1564.) ita ſcriptum invenit Pamelius. Nullæ iſtarum locum illum ita exhibent, ut Ianſenius citat, niſi Romana, Antvverpiana, & Pariſienſis. Omnes corruptionem iſtius loci perſuadent; imprimis prima & antiquiſſima Spiræ 1477. & primæ Baſileenſis, quæ ex probatis M. SS. ab ipſis Pontificiis expreſſæ ſunt. Omnibus illis & antiquioribus

a Farinac. quæſt. 150. num. 79. per L. fin. h. t. & quæſt. 151. num. 1. 2. 3. 4. 65. & ſeqq. b Commendant Codices M. SS. Anglicanos. Iohan. Coſterus præfat. in Ambroſium. Et Poſſevinus in append. 2. ad 1. tom. appar. ſacri.

quioribus recentiores illas tres velle opponere, & quidem, (ut teſtes falſi Math. 26.) minimè inter ſe conſentientes, nec Theologicum, nec Iuridicum, nec Criticum eſt: Cum præſertim conſtet recentiores à piis illis fraudibus, à falſificatione & corruptione Patrum, & quorumcumque autorũ non eſſe tam alienos; ut oſtenſum eſt à noſtris (Iameſius in tract. de corrupt. &c. parte 2. ubi ſpecimen corruptionum in 50. locis exhibuit) in Chryſoſtomo, ſeu authore operis imperfecti in Matheum homil. 49. in Cyrillo Alexandr. commentar. in Ieſa. cap. 1. & 51. in Auguſtino de Geneſi ad literam lib. 10. cap. 23. aliiſque. Et præter praxin fidem facit ars falſificandi, expurgandi publicè à Papis & factione Papali inſtituta, laudata, tradita, & detecta. Poſſevin. biblioth. ſelect. lib. 1. cap. 12. *In bibliothecis Principum cavendum eſt potiſſimum ne unicuique pateant Manuſcripti libri, ſive Græci, ſive Latini, &c. qui ab eccleſia non permittuntur; ad iſtos enim quoque purgatio pertinet.* Gretherus: De Iure & more prohib. libros malos cap. 2. libr. 2. *Eccleſia aut ſummus Pontifex dum filiorum ſuorum* (etiam Patrum & Doctorum poſt mortem) *lucubrationes revidet, & ubi opus eſt corrigit, gratum ipſis autoribus præſtat obſequium, & utilem operam poſteritati, atque adeo veriſſimè tunc exhibet filiis ſuis opus miſericordiæ.* Et cap. 10. *quando pater* (aliter ſcil. docens ac Papa Romanus) *prohibetur, nullus pater prohibetur*; quia tunc eſt *vitricus non Pater.* Idem conclude de expurgatione & correctione Patrum. Poſſevinus libr. cit. pag. 58. *Hæc omnia ſi uno & eodem tempore procurentur, id fiet quod ſæpe vel ingentibus civitatibus accidere vidimus, quæ unica die mundantur, cum quiſque ſpacium viæ quod ad ſe pertinet everri jubet.*

Roger. VViddingthon. in Apolog. pro jure Princip. pag. 343. *Non ſolent Pontifices libenter permittere, ut ſuorum prædeceſſorum res geſtæ, aut opiniones, quæ authoritati Papali ſuffragantur, vel impugnentur, vel in dubium vocentur. Et propterea tam Pontifex ipſe, quam locorum Ordinarii, atque hæreticæ pravitatis Inquiſitores ſatis ſunt ſolliciti, ne libri, qui poteſtati Pontificiæ ullo modo derogare videntur, in publicum prodeant; & ſi prodierint, vel omnino ſupprimantur, vel à nemine abſque facultate ſpeciali, eaque in ſcriptis habita, perlegantur, donec expurgati fuerint. Ita librorum authores non ſemper propriis, ſed iſtorum verbis loqui, ſuamque ſententiam proferre, quamvis inviti, ſæpiſſimè compellantur.*

Nec prætereundum eſt, quod ipſa authentica biblia ſcelere infando corrumpere non ſint veriti in opere Regio Antvverpiano, in bibliis Interlinearibus anno Domini 1572. ubi Geneſ. 3. verſ. 15. pro הוא *ipſe*, ediderunt היא *ipſa*, impoſito circulo tritâ variæ lectionis notâ, contra M. SS. & editorum exemplarium Complutenſ. Venetor. Antvverpianorũ, Pariſienſiũ, Francofurt. Baſileenſ. fidem; contra Maſorum quæ nullum מתיב ibi annotat; contra Targumium Onkelos & Ieruſchalaimi; contra tranſlationem Arabicam & Græcam; contra expoſitionem Hieronymi tom. 3. quæſt. in Geneſ. contra tranſlationem Pagnini, Vatabli, Ariæ Montani, Iſidori Clarii; contra confeſſionem Iohan. Benedicti in notis ad loc. Adami Sasboutii in Orat. quodlibet. de vera Chriſti Eccleſia, ubi monet vulgatos codices Latinæ edit. eſſe corruptos; item Cani, Andradii, Cajetani, Steuchi, Feliſii, Riberæ, Pererii, Lindani, Harti, Franciſci Georgii Minoritæ probl. ſacr. tom. 1. pr. 55. contra analogiam & ſyntaxin linguæ Hebraicæ; contra totius Scripturæ & fidei analogiam. Memini eruditiſſ. Theologum Fr. Gomarum preceptorem quondã meum in Academ. Lugduno-Batava ex ore Franciſci Raphelingii ſenioris referre, à Guidone Fabricio Boderiano hanc corruptionem fuiſſe perpetratã; quod etiam fatetur Hartus in colloq. cum Raynoldo. Et Fr. Lucas

in no-

in Notation. ad Biblia Geneſ.3. *Guido*, inquit, *Fabritius Boderianus Pici Mirandulani Principis authoritate nixus excudi curavit* הוא *licet errore poſitum ſit* היא Et crimine ab uno noſce omnes. Hinc videat prudens lector, quid editionibus & allegationibus Patrum in Papatu credendum ſit.

Niſi Biblia Hebraica in manibus Iudæorum, Teſtamentum Græcum in manibus Græcorum, Vtraque in manibus noſtris & moderatiorum quorundam in Papatu eſſent, nimis metuēdæ eſſent Correctiones, h. e. corruptiones: *ſiquidem Græcos & Hebræos codices per vulgatam verſionem corrigendos & emendandos ſtatuunt, &c.* & *Eccleſia illos per omnia non probavit, ſed rejecit, ſicubi Latinæ editioni forte contradicant, &c.* Gregor. de Valentia in Analyſ. part.8.p.348.349.

Tertiò, Probatur ex eo, quod abſque additionibus Papiſticis contextus verborum Cypriani integer eſt, & ſenſus optimè ſibi conſtat. Nulla lacuna, nihil hiulcum, nihil pendulum, nihil aſperum aut durum relinquitur. Regulam hanc Criticam inculcat Bellarminus lib. 2. de Euchariſt. cap. 22.

Et Ieſuita Delrio in deprehenſione falſitatis, quam à Dominicanis aut ipſorum ſectatoribus commiſſam putat in Revelationibus Catharinæ Senenſis pro maculata conceptione Mariæ, approbatis alioquin ab Eccleſia Romana: De quo verbo poteſt *eſſe non injuſta ſuſpicio, hoc additum ab illis, qui volebant ea quæ in præcedenti ratione dicta fuerant, haberi pro prophetica revelatione & dicto contrario ſimile dictum B. Birgittæ volebant refutare, &c. Suſpicionem facit, quod ſine his verbis tota oratio perfecta eſt*[a].

Quartò, Quia additiones illę manifeſtè repugnant contextui, & ſcopo tum loci, tū totius tractatus. Sic enim ſe habent verba Cypriani in editionibus non corruptis, & Antvverp. apud Iohannem Crinitū 1541. in 8. *Et quamvis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionē ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me pater & ego mitto vos, accipite Spir. S. ſi cui remiſeritis peccata remittentur illi: ſi cui tenueritis, tenebuntur: tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſua autoritate diſpoſuit. Hoc erant utique & cæteri apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut eccleſia una monſtretur: Quam eccleſiam etiam in cantico, &c. Hanc eccleſiæ unitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui eccleſiæ renititur & reſiſtit, in eccleſia ſe eſſe confidit? quando & Beatus Paulus hoc doceat & ſacramentum unitatis oſtendat, dicens: Unum corpus, &c.*

Quintò. Quia repugnant additiones illæ, perpetuæ Cypriani ſententiæ de poteſtate Romani Epiſcopi; quem ut *fratrem*, *collegam*, perpetuo alloquitur[b] non ut Dominum, Magiſtrum, Monarcham Eccleſiaſticum; quem intra terminos ſuos manere & coerceri voluit; quem in doctrina erraſſe, hæreticorum cauſam contra Eccleſiam Dei aſſeruiſſe contendit; à quo nihil in religione ſibi aut aliis Epiſcopis præſcribi paſſus eſt; contra quem Concil. Africanum coegit; breviter cujus prætenſæ in alios poteſtati, verbis, ſcriptis, conſiliis, decretis, factis ſtrenuè ſe oppoſuit. Vtinam impetrare poſſim à lectore meo, ut tractatum de Vnitate Eccleſiæ & epiſtolas ipſas Cypriani, ſpeciatim ad Pompejum, ad Epiſcopos Hiſpaniæ, &c. perlegat: aut ſaltem Pleſſæi Myſter. Iniquit. aut Molinæi *Novitatem* part. 1. lib. 3. cap. 3. Omnia enim deſcribere non vacat. Paucula illa nunc ſufficiant. Libr. de Vnitat. Eccleſ. verbis ſupra citatis ſubjungit: *Quam unitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maximè Epiſcopi qui in Eccleſia præſidemus, ut Epiſcopatum quoque ipſum unum atque indiviſum probemus. Nemo fraternitatem*

[a] Diſquiſ. Magic. lib. 4. cap. 1. qu. 3. ſect. 4. pag. 513. [b] In epiſtolis ad Cornelium, Stephanum, Lucium Epiſcopos Romanos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida prævaricatione corrumpat. Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia una eſt quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo ſolis multi radii, ſed lumen unum, & rami arboris multi, ſed robur unum tenaci radice fundatum, &c. ſic & Eccleſia domini luce perfuſa per totum orbem radios ſuos porrigit, unum tamen lumen eſt quod ubique diffunditur, &c. Falſa additio, aſſerit *unitatem Cathedræ* & *Primatum Petri;* contra Cypriani verba: *unitatem Eccleſiæ unitatem Epiſcopatus, apoſtolorum omnium cum Petro paritatem honoris & poteſtatis*: quæ falſarii eadem arte & manu debuiſſent eradere, ſiquidem aliquo colore additiones ſuas voluiſſent Cypriano affingere. *Oportet enim mendacem eſſe memorem; & dolus non dolus eſt niſi aſtu fiat.* Cyprian. epiſt. 74. ad Pompejum, de Stephano Romano ſcribit; *Magis ac magis ejus errorem denotabis, qui hæreticorum cauſam contra Chriſtianos & contra Eccleſiam Dei aſſerere conatur. Nam inter cætera vel ſuperba, vel ad rem non pertinentia quæ imperitè & improvidè ſcripſit.* Et paulo poſt, vocat illum *hæreticorum amicum & inimicum Chriſtianorum.* Et in epiſt. 72. ad Stephanum: *cum habeat in eccleſiæ adminiſtratione voluntatis ſuæ arbitrium liberum unuſquiſque præpoſitus.*

Sexto, ipſe Poſſevinus depravationem illius loci tacitè agnoſcit; cum Eclogam Oxonio-Cantabrigienſem Iameſii, ſuo apparatui inſerit, & ſibi eam attribuit, tantum eraſis illis quæ in epiſtol. dedicator. & ad finẽ tractatus à Iameſio adjiciuntur. Eſt autẽ in illa ecloga, *Cyprianus Redivivus*, h.e. collatio editionum Cypriani cum M.SS. in libello de Vnitate Eccleſiæ. Ieſuita Gretſerus fatetur ultima verba [qui cathedrã Petri, &c.] eſſe addita. Lib. 2. de Iure & more prohibendi, &c. cap. 7. ubi faſſus Pamelium hæc addidiſſe, excuſare illum conatur.

Septimò, Tres illæ editiones, quæ omnibus aliis, & M.SS. opponuntur, additiones illas Ianſenii pariter non habent. Romana 1564. 1607. addit iſta: *Vnam cathedram conſtituit.* Et, *Primatus Petro datur.* Et, *& cathedra una.* Antvverpiana editio Pamelii, ut perficeret facinus Romanæ, addit: *qui cathedram Petri, ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit.* Vtramq; ſequitur Pariſienſis 1607. omnium recentiſſima. Deinde, nulla editionum iſtarum auſa fuit verba illa detruncare, ex quibus tamen falſitas corrumpens textum manifeſtè deprehenditur: *Ab uno incipientem ſua autoritate diſpoſuit.* [Hoc erant utique & cæteri apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis.] *Sed exordium ab unitate proficiſcitur.* Cum Cypriani verba ex corrupta ſua editione deſcriberet Ianſenius, cur doloſe præterit verba illa uncinulis incluſa? cur locum integrum non exhibuit? de cujus partim deterſione, partim falſificatione noſſe debebat tantam litem à noſtris antehac intentatam[a]? Cur Pleſſæo eo nomine crimen falſi imponunt, quod omnia verba quæ illi ad ſenſum loci citati neceſſario facere putabant, non deſcripſiſſet? Concludimus ergo. *Primò* Editores Romanos, Cardinales ſcil. ad editionẽ patrum ſpecialiter delegatos eſſe falſarios, qui primi additiones illas abſque ulla ratione Critica Cypriani textui aſſuerunt. Falſarium præterea eſſe Pamelium, qui cum ſuam editionem procuderit ex 9. aut 10. M.SS. & 9. excuſis exemplaribus, auſus fuit Veterem & receptam lectionem ſollicitare & verba illa ex fide unius exemplaris M.S. (quod an ſit in rerum natura, penes ipſum fides eſto) textui inſerere: cum tamen exemplar illud non fuiſſe optimę notæ ipſe probè ſciret, quippe quod ſequi auſus non fuit, niſi in quatuor aut

quinque

[a] Litem de loci corruptione moverunt Molineus in Novit. Raynaldum colloqu. cum Harto. Perkinſ. in problem. Catholic. Rivetus in Critic. ſacro. Iameſius in indice Bibliothec. Oxon. Contabrig. Rob. Abatus in prælect. de ſuprem. poteſt. Regia, pag. 145.

quinque locis quæ pro Primatu Papæ facere videntur. Immo ex hoc ipſo loco conſtat librarium illum fuiſſe indoctum & improbum corruptorem, quia omiſit illa verba: *pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis*, contra omnium M.SS. & excuſorum etiam adulteratorum fidem. *Tertio*, falſarios eſſe Gretſerum & ſimiles, qui falſitatis iſtius patrocinio ſuſcepto in auxilium advocant exemplar M.S. Bavaricum; quod an ſit, non alia quam Ieſuitica fide & affirmatione credi poteſt; quodque optimum non eſſe nec cum exemplari Cambronenſi convenire, nec cum editione Romana docet confeſſio Gretſeri, & collatio cum illis & omnibus aliis exemplaribus. *Quartò*, falſarius eſt plenus omni dolo & fraude Ianſenius Profeſſor Theologus, Patrum & antiquitatis Eccleſiaſticæ ſcrutator, qui falſum hoc inſtrumentum & falſos illos teſtes, nec cum aliis nec ſecum convenientes ad cauſæ capitalis probationem adhibuit. Reſpondeat & mẽdacem me faciat, ſi poteſt. Ego hanc litem illi non remittam, niſi fateatur ſe per ignorantiam & ſimplicitatem hæc ex exemplari ſuo quo utitur ita deſcripſiſſe, neſcium cõtentionum ſuper illo loco Cypriani. Videant nunc docti in Europa viri, quibus fulcris ſuſtentetur ruinoſum Papatus coloſſeum, quam ſceleratas manus patribus injiciant, & quomodo ipſorum citationibus poſthac ſtandum ſit. Quis non exclamet cum Baronio: Ad ann. 1097. num. 46. *O fraudem ſolemnem Cornelia lege plectendam! quam non timuit, in quam peccavit qui iſta adeo enormia, &c. perpetravit.* Hæc ille de falſificatis inſtrumentis, quibus cauſam Monarchiæ Siculæ tuetur Rex Hiſpaniarum. Et cum Laurentio Bochello I. C. Gallo ſed Pontificiæ religionis: In præfat. decretor. Eccleſ. Gallic. *Nil crebrius doctorum hominum proclamationibus adverſus ejuſmodi eviratores jure meritoq; pœna legis Corneliæ ex edicto Domitiani, Hadriani, &c. plectendos. Taceo innumeros autores ſacros, profanos, veteres, recentiores ab iſtis quam improbi tam infelicis ingenii hominibus miſerabiliter decurtatos, vel ipſis Regibus non parcere aſſuetis, nedum S. Ludovico, cujus pragmaticæ, ut vocant, Sanctionis articulos nonnullos, maximè ad rei Gallicæ ſtatum pertinentes, ab bibliotheca illa SS. Patrum* [a], *conſtitutionibus regiis & ſtatutis Epiſcoporum quorundam ſynodalibus Reginæ urbium Lutetiæ nuper impreſſis expunxerunt. Væ, iterum væ, ut cum vidente exclamem, nebulonibus, qui tales Muſarum caſtitati & integritati venerandæ non ſolum inſidias ſtruunt, ſed ut Muſas ipſas impudenter & nequiter, ſubdolo religionis zelo, nullius frontis homines devirginant, fucumque iſtum pietatis nomen ementitum inter pias fraudes numerant.*

Vide & confer quæ ſupra cap. 7. de editionibus ſcriptorum notavimus. Auguſtinus libr. contra epiſt. fund. cap. 4. *Tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas poſt reſurrectionem dominus commendavit, uſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum.*

Reſp. I. Iam aliquoties dictum eſt, unicum, aut principale, quod Auguſtinum tenuit, quodque adverſariis oppoſuit, non fuiſſe ſucceſſionem perſonalem & localem Epiſcoporum; ſed ſucceſſionem unius ejuſdemque doctrinæ apoſtolicæ per ſucceſſionem Epiſcoporum Eccleſiis traditam. Oſtendant Pontificii nobis eandem doctrinam, quam contra adverſarios ſuos tunc Auguſtinus tenuit cum Eccleſia Romana. Non enim valet conſequentia, tempore Auguſtini ibi non erat interrupta aut mutata doctrina, Ergo nec hodie, Epiſcopi tunc erant orthodoxi, ergo & nunc ſunt. Antiochiæ uſque ad Demetrianum, decimum quartum Epiſcopum nulla heterodoxia cathedram invaſerat, ergo poſtea non acceſſit.

[a] Bibliotheca Patrum edita eſt à Margarino de la Vigne. Nunc vide, quid illi in reliquis opuſculis tribuendum ſit.

II. Succeſſionem perſonalem advocat in cauſæ ſubſidium non tam ſponte ſua quam per occaſionem, quandoquidem ita vellent adverſarii; tanquam ſecundariam & quaſi auctarii loco adjectam conſiderationem, non verò tanquã primariam aut propriam demonſtrationem. Sic enim exſertè Epiſtol. 165. *Si enim ordo Epiſcoporum ſuccedentium conſiderandus eſt, quanto certius numeramus à Petro, &c.* Catholici *ſolis Scripturis* cauſam ſuam ſiſtere parati erant, ut conſtat ex multis Auguſtini locis, imprimis ex Collat. Carthaginenſi per totum, vide cap. Donatiſtæ abducebant ad illas vitilitigationes, *Quis te ordinavit, quem habuiſti prædeceſſorem, cui ſucceſſiſti?* Illorum ergo importunitati, merito ſucceſſiones & ordinationes Eccleſiarum, imprimis apoſtolicarum & inter eas Romanæ à Donatiſtis alieniſſimæ & extra meridiem, h. e. extra Africam (cui Eccleſiam Donatiſtæ includebant) poſitæ, opponebant. Alioquin omnia illa præjudicia miſſuri, & ſolis Scripturis cauſam commiſſuri, ſiquidem adverſarii illis ſe ſiſtere voluiſſent. Sic enim Auguſtinus in Philonio à me cit. Sic Catholici in Collatione Carthaginenſi, quorum verba ſupra exhibuimus, ſic omnes alii quos vide lib. 2. ſect. 2. cap. poſtrem.

Quaſi (inquit Auguſtinus epiſt. 65.) *voluerit, audiet, & tacebit, & deſinet inſidiari veritati: quanquam nos non tam de iſtis documentis præſumamus, quam de Scripturis ſanctis, ubi hæreditas Chriſti uſque ad terminos terræ promiſſa eſt in omnibus gentibus, &c.* Quam longe ab hac mente abſunt Pontificii?

III. Succeſſionem doctrinæ cum ſucceſſione ſacerdotum conjungens, non in ſola Romana eam quæri vult, ſed etiam in aliis apoſtolicis; ita enim præjudicat adverſarios, Epiſtol. 165. *Cum tu teneas Chriſtianitatem, non civitatis tuæ tantum, nec tantum Aphricæ vel Aphrorum, ſed totius orbis terræ, quæ annuntiata eſt & annuntiatur omnibus Gentibus. Vnde illis parum eſt quod præciſos eſſe non pudet, &c.* Et contra Creſconium lib. 2. cap. 37. ubi habet Antiochenam & Hieroſolymitanam.

IV. Romanam inter alias & præ aliis cum deſignat, cauſa non eſt quod illa ſit radix & centrum (ſenſu Pontificio) ſed tum quod antiquitate, amplitudine, loci eminentia, Epiſcoporum, martyrum, confeſſorum, geſtorum celebritate, orthodoxias ſtudio, inter alias eſſet conſpicua; tum etiam quod Epiſcopum Donatiſtæ Romam ex Africa ordinatum miſerant, *qui ibi paucis præſidens Aphris Montenſium vel Cuzupitarum vocabulum propagarat*, ut loquitur Auguſtinus. Non ineptè ergo illis: qui Catholiciſmum & ſucceſſionem omnibus aliis ereptum ibant, Africanos omnes præjudiciis onerabant, in eodem loco genuinam ſucceſſionem tam realem quam perſonalem opponit. Sic enim Epiſtol. 165. *Si enim ordo epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quanto certius à Petro, &c. Petro enim ſucceſſit Linus, &c. In hoc ordine ſucceſſionis nullus Donatiſta Epiſcopus invenitur. Sed ex tranſverſo ex Africa ordinatum miſerunt, qui ibi paucis præſidens Aphris, &c.*

V. Romanam Auguſtino eſſe partem non totum, particularem non Catholicam, conſtat ex iis, quibus deſcriptionem Catholicæ paſſim exhibet: *Non hæc aut illa, ſed toto orbe diffuſa.* Et, *Majores noſtri Catholicam nominarunt, ut ex ipſo nomine oſtenderent quia per totum eſt.* [a] Quæ quam pulcrè conveniant, cum acceptionibus Eccleſiæ Catholicæ apud ſectam Papiſticam nunc uſitatis, de quibus infra, velim quis explicet.

Ambro-

[a] De Catechiz. rudibus cap. 20. & de Vnit. Eccleſ. cap. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Ambroſius libr. de obitu Satyri, ſcribit fratrem ſuum percunctatum eſſe ex Epiſcopo, ad quem ex naufragio delatus erat: *Vtrumnam Epiſcopis Catholicis, hoc eſt, cum Romana Eccleſia conveniret.*

Reſp. I. Quam authentiam Satyro, ejuſque interrogationi tribuat velim explicet. An vult eſſe declarationem tantum de præſenti, an etiam prophetiam de futura Eccleſia Romana? II. Et ego ſi in Gallia paſtor aut concionator aliquis mihi occurreret, de cujus religione dubitarem, compendioſe & διακρίσεως ἕνεκα ex illo quærere poſſem, an cum Papiſtis, an vero cum Catholicis, hoc eſt, Eccleſia Rupellenſi aut Genevenſi conveniret. Sic Papiſta aliquis non male quærat, an in capitibus de *Libero Arbitrio & Gratia* quis conveniat cum veris Papiſtis, hoc eſt, cum Lovanienſibus. Quæſtiones tales eminentiam, antiquitatis, Zeli, doctrinæ, amplitudinis, & celebritatis innuunt, non vero primatus. Nos Jeſuitis & Lovanienſibus reliquiſque Semi-Pelagianizantibus Papiſtis objicimus, *quod cum Eccleſia Catholica, hoc eſt, cum Auguſtino minime conveniant*: nec tamen Auguſtinum facimus Orthodoxiæ ſupremum, univerſalem, & infallibilem magiſtrum. III. Notiſſimus eſt ille diſſerendi modus, quo à genere ad notiorem aliquem ſpeciem, aut à ſpecie, ad obvium aliquod individuum, aut à toto ſimilari ad quamvis partem ex conceſſo & ex ὑποθέσεως condeſcendimus; ſic quæritur & diſputatur an luna ſit rotunda, & intelligitur eo ipſo quæri ac diſputari an aſtra ſint rotunda, quia ſcilicet luna cum reliquis aſtris in eadem communi natura convenit. Pari ratione voluit Satyros indicari ſibi convenientiam cum Eccleſia Catholica, idque oſtenſa convenientia cum Romana; non quod Romana eſſet ſola Catholica, ſed quod juxta alias & inter alias omnes eſſet fide ac profeſſione Catholica, & ipſi tanquam aliis omnibus notior tunc occurreret. Aliud ſi quid hinc elicit Ianſenius, committit paralogiſmum ſimilem fere illi à non diſtributo ad diſtributum: Planetæ ſunt ſeptem, Sol eſt planeta, Ergo.

Sic pag. 265. 267. Optatus lib. 2. contra Parmen. *Negare non potes, ſcire te, in urbe Roma Petro primo Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, &c. In qua una Cathedra unitas ab omnibus ſervaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderet. ut jam ſciſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram alteram collocaret.* Et libr. 7. *Peccator accipit claves, ut negotium unitatis formaretur &c. ne quæ neceſſaria eſt unitas eſſe non poſſet.*

Reſp. I. Occaſionata erat omnis illa præſcriptio, Quia Donatiſtæ Romæ allegabant Epiſcoporum ſuorum ſucceſſionẽ, Claudii, Luciani, Macrobii, Encolpii, Bonifacii, Victoris; cui Optatus ſucceſſionem longiorem, & probè notam opponit.

II. Cæterum de radice & centro primatus Romani ne per ſomnium in mentem venit ipſi; vocat enim Siricium Epiſcopum Romanum, *Socium noſtrum.* Quid an Ianſenius Vrbanum VIII. diceret ſocium ſuum? Non faciet credo, ſiquidem Romæ fuit, aut ſaltem Ceremoniale, Practicam Cancellariæ, & ſimiles libellos Aſceticos inſpexerit oculo & conſcientia Romana.

Vide quæ ad teſtimonium Auguſtini modo reſpondimus.

Sic pag. 267. *Hoc denique, ut alia multa exempla prætermittam, ſpectarunt Epiſcopi illi, qui ſciſmate ab unitatis radice divulſi, cum ad unitatem ſedis apoſtolicæ reverterentur ante mille annos tempore Gregorii Magni hac forma promittebant: Spondeo me in unitate Eccleſiæ, &c. & communione Romani Pontificis ſemper & ſine dubio permanere.* Gregor. libr. 10. epiſt. 30.

Reſp. I. Factum particulare quorundam, qui quales aut cujates eſſent ignorantur, non

non facit jus aut regulam. II. In communione Patriarchæ Oecumenici (quod nomen tunc omnibus commune) ſi promittunt ſe manſuros, non profitentur tamen primatum. Epiſcopi Orientales non minus unitatis ſuæ ſymbolum faciebant ſedes ſuas Patriarchales; quid tum? III. Oſtendat hos Epiſcopos non fuiſſe lege aut conſuetudine eccleſiaſtica ſubjectos Romano. IV. Ipſe Gregorius epiſt. 37. de Firmini Hiſtriæ Epiſcopi converſione nihil aliud loquitur, *quam fraternitatem, & unus es nobiſcũ, & unitatem Eccleſiæ Catholicæ, quæ toto orbe diffuſa eſt.* Imperator Gratianus, teſte Theodoreto lib. 5. hiſtor. cap. 2. legem tulit, qua *jubebat Eccleſias ſanctas tradi his qui Damaſi communionem amplecterentur.*

Reſp. I. Communio & convenientia cum Eccleſia aut Epiſcopo Orthodoxo (qualis tunc illa in cauſa erat Romanus, loci celebritate & zelo inter alios eminens) non infert Magiſterium, radicem, centrum. Communio, communicatio, & mutua relatio duorum inter ſe & ad ſe, eſt vel collateralis ſeu æquiparantię, vel dominationis ac ſubjectionis ſeu diſquiparantiæ. Illa eſt inter membra ejuſdem corporis Politici ſeu Eccleſiaſtici; hæc inter regem & ſubditos, dominũ & ſervos, patrem & liberos. Rurſum ergo à genere ad ſpeciem affirmativè paralogiſmo Romano diſcurrit Ianſenius. Eſt communio cum Damaſo, ergo eſt communio diſquiparantiæ, communio monarchica, communio Papalis; quaſi dicerem, eſt Doctor Papiſticus, ergo eſt Lovanienſis, eſt Eccleſiaſticus hierarchicus gubernans, ergo eſt Papa; Ianſenius eſt presbyter, ergo eſt presbyter Cardinalis. *Hoc Ithacus velit* &c. II. Noſtri Proceres Belgici & inter eos glorioſæ memoriæ Heros & patriæ Vindex Wilhelmus Arauſionenſium Princeps juſſerunt publicas Eccleſias aperiri & tradi illis qui Gallicanæ Eccleſiæ, aut Genevenſis aut Heidelbergenſis, aut Naſſovicæ, aut Embdanæ communionem amplexarentur; hæc erat in publica illa Reformatione Flandrica, Brabantica, Hollandica tunc nota & ſignatio diacritica, hoc ſymbolum, hæc denominatio compendiaria, ut à contentione illa Sacramentaria in Germania diſtinguerentur. Sed ideo Papatum in Eccleſias Belgicas Genevæ, aut Heidelbergæ nemo tribuit. In Gallia Doctorum titulos & denominationes in ſcholis, ſedes Epiſcopales & capitulares in Eccleſiis Rex illis tradi jubet & tradit, qui communionem Sorbonnæ, & Concilii Baſileenſis amplexantur. Hinc tamen non inferet Sorbonna Primatum Monarchicum. In Anglia Henricus VIII. Eccleſias illis tradi & ab iis teneri voluit, qui communionem Academiæ Oxonienſis (quæ de Papæ auferibilitate judicaverat) amplexarentur; [a] illos autem exigendos judicavit, qui communionem ejuſdem & aliarum Academiarum in cauſa de conjugio Regio non amplexarentur. In Sicilia Rex Hiſpaniarum illis Epiſcopatus tradit, qui communionem ſui & Conſilii ſui in cauſa de Monarchia Sicula amplexantur. In Dania & Suecia, Reges & Regni Proceres, In Germania Principes, In Hungaria, Polonia, Bohemia, Proceres non pauci illis Eccleſias tradi aut ab illis teneri voluerunt, qui communionem Lutheri amplexarentur, hoc eſt, religione & reformatione cum Luthero convenirent. In Anglia Rex Eduardus & Regina Elizabetha, in Scotia Prorex & Regni Proceres, in Polonia, Bohemia, Vngaria Proceres plurimi illis Eccleſias tradi voluerunt, qui Zvvinglii, aut Calvini, aut Buceri, aut Martyris aut alterius cujuſcunque celebris, & noti illis Theologi communionem amplexarentur, tum in aliis tum inprimis in articulo de Euchariſtia. Vbi aliquando maturuerit conſilium illud Gallicanum de Patriarcha

Galliæ,

a Exſtat Inſtrumentum Vniverſitatis Oxonienſis ad Regem & Parlamentum, tranſmiſſum ann 1534. apud Iameſ. Introduct. artic. 37.

Galliæ, Rex proculdubio illis tantum tradi volet Eccleſias, qui communionem iſtius novi Patriarchæ (deſerto verme Romano, curia ſcil. cum Papa) amplecti non dubitabunt. Quod ſi ex facto Regum iſtorum in ſuis Regnis, Papalem & ſupremam authoritatem ſolida conſequentia educi nolis, non eſt quod factum Imperatoris Gratiani in ſuo imperio nobis in hac cauſa obtrudas. III. Imperatorum edictis, conſiliis, factis, legibus, reſcriptis, quam autoritatem in rebus fidei, aut ſaltem circa Eccleſiaſtica attribuas, prius expone. Ita reponemus tibi Edicta Imperatorum de imaginibus ſacris, de æqualitate Epiſcopi Conſtantinopolitani cum Romano, de non provocando à ſententia Conſtantinopolitani, de Inſtitutione aut Confirmatione Epiſcopi Romani ſibi reſervata, de poteſtate & jure ſuo in Clericos & templa, de convocatione Conciliorum, de miniſteriis Eccleſiaſticis, aliaque reſcripta & facta his ſimilia Papatui è diametro adverſa, quibus ſcatent Novellæ Iuſtiniani, atque adeo corpus Iuris, & tota antiquitas Romana. Saltem extra fines Imperii ea non extendes, niſi ad modum exemplaris ſeu exempli, quod alii Principes, ſi velint, prudenter imitentur. Vt enim præſens Regnum & Eccleſia Gallicana aut Anglicana, non tenetur legibus & edictis Imperii, ſic nec Imperium aut Eccleſia in Imperio Edictis Regnum Galliæ aut Angliæ. Hic perpetuus paralogiſmus Romanus à parte una ad totum & omnes alias partes; à particulari ad univerſale; ab Imperio Romano ad totum mundum; ab Eccleſia Imperii ſeu Latina certæ ætatis ſub primis Imperatoribus Chriſtianis ad omnes Eccleſias omni loco, omni tempore; à conditionibus individuantibus iſtius Eccleſiæ hic & nunc, ad Eſſentiam & proprietates neceſſarias Eccleſiæ cujuſvis Chriſtianæ; ab externo & certo ſtatu, forma & facie Eccleſiæ, ad ipſam Eccleſiæ ac Chriſtianiſmi internam formam atque eſſentiam; à facto humano ſive Eccleſiæ, ſive Epiſcopi alicujus, ſive Imperatoris, ad jus divinum perpetuum & permanens. Quaſi quis vellet παραλογίζειν à factis, edictis, legibus, & Reſcriptis Imperii & Imperatorum Conſtantini, Theodoſii, Valentiniani, &c. ad jus Regni & Regum Galliæ, aut Hiſpaniæ qui nunc neminem præter Deum ſe ſuperiorem agnoſcunt, quamvis tunc regna illa Imperio ſubeſſent. IV. Siquidem apud Eccleſias omnes, factum & reſcriptum illud Gratiani ut exemplum, immo apud Eccleſias Imperii nunc Romani ut edictum valebit; detur Epiſcopus Romanus ejuſdem doctrinæ cum Damaſo & abjiciantur illa, quæ poſt introducta, facile communio noſtra cum illo reſarcietur, non minus ac cum Patriarcha Conſtantinopolitano aut alio quovis Orthodoxiam amplexuro. Quicunque aut ubicunq; veritatē fidei tenent, & ab hæreſibus ſe ſeparant, noſtri ſunt. V. Communio illa ab Imperatore in urbis ſuæ Epiſcopo Damaſo tunc ſignata, erat particulari ex cauſa & occaſione, hæreſeos ſcil. Arrianæ tūc graſſantis; à qua immunis erat Epiſcopus Romanus: ſed ab illo particulari caſu & facto, non valet cōſequentia ad jus univerſale ac perpetuū omniū iſtius urbis Epiſcoporū. Sicuti ſucceſſio centralis & radicalis per Imperatorū edictū non alligata fuit ſedi Alexandrinæ, cum volunt omnes ſubditos in tali religione verſari, *quam Pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ Epiſcopum virum apoſtolicæ ſanctitatis: hoc eſt, ut ſecundum apoſtolicam diſciplinam Euangelicamque doctrinam patris, filii, & ſpiritus ſancti unam deitatē ſub pari majeſtate & ſub pia trinitate credamus.* C. 1. tit. 1. l. 1. & t. 5. l. 8. Et cū hęreticos deſignant, *qui ita nō credūt, ut* 318 *ſancti Patres crediderunt, Catholicam fidem in Nicena civitate fundantes: certum quoque & quinquaginta alii venerabiles Epiſcopi, &c. &*

ſicut

ſicut Athanaſius, & Theophilus & Cyrillus ſanctæ recordationis Epiſcopi Alexandrinæ civitatis credebant, quos etiam Epheſina Synodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Neſtorii error expulſus eſt) in univerſis ſecuta eſt, quos & nuper venerabilis Chalcedonenſis ſynodus ſecuta eſt, &c. In quibus edictis Imperatoriis, commentarium & reſponſum planiſſimum habet Ianſenius, ad edictum Gratiani: prius enim illud etiam eſt ipſius Gratiani edictum.

VI. Dicit p. 262. 263. me advocato falſitatis ſubſidio, ſtatum quæſtionis voluiſſe mutare, & à ſucceſſione Romanæ Eccleſiæ, quæ omnium Novatorum oculos ſua claritate ferit, ad ſucceſſionem Catholicæ Eccleſiæ &c. dilabi. addit, *falſum eſt me aliam tibi objeciſſe ſucceſſionem ex Auguſtino quàm ſedis Petri.*

Reſp. Verba mea, ab ipſo citata, reponam, ut judicet lector de hominis hujus mente & conſcientia: *Dato jam probari poſſe ininterruptam ſucceſſionem Pontificum localem in cathedra Romana, an inde conficietur Eccleſiæ Catholicæ per totum orbem diſparſæ (qualem Auguſtinus perpetuo urget contra Donatiſtas, & ex eo nobis objicit Ianſenius) continuata & non interrupta ſucceſſio, viſibilitas, ſplendor, amplitudo, cum populorum omnium conſenſu? Minime, niſi conſtiterit Eccleſiam Romanam eſſe univerſalem, & Pontificem eſſe illam Eccleſiam, ſeu ſtare pro Eccleſia Univerſali, id eſt, eſſe vere & realiter illud myſticum corpus, & πλήρωμα Chriſti, de quo Epheſ. 1. & 4.*

Repeto ergo, *Primo,* Me verè ſucceſſionem Pontificum localem à ſucceſſione Catholicæ diſtinguere, & una probata alteram ideo non probatam dicere. *Secundo* De illa nota veræ Eccleſiæ, *Succeſſione ſcil.* cum controvertitur, ſpectari Eccleſiam Catholicam in genere ſeu in Idea, ut enim definitiones ſunt de Idea, ſic & demonſtrationes de natura, proprietatibus & notis veræ Eccleſiæ. Hac demõſtratione peracta, ordine ſequitur diſquiſitio de hac aut illa Eccleſia in individuo, ut conſtet cui potiſſimum vera ſucceſſio Eccleſiæ applicari queat. Sicut in controverſia de Meſſia cõtra Iudæos, primum diſputandum eſt de Meſſia in genere (ita loqui liceat) qualis ſcil. ſit Meſſias, Homo, an vero θεάνθρωπος, Rex ſpiritualis an ſæcularis &c. Deinde videndũ an Ieſus Nazarenus ſit ille Meſſias. *Tertio* me ſtatum quæſtionis non mutaſſe, ſed Ianſenium perpetuo omnia confundere, modo de Eccleſia Romana, modo de Catholica, incipere, modo per ſedes, modo per ſucceſſiones vagari, mox in Epiſcopũ aliquem vel Papam deſinere, interim mihi perſpicue illa diſtinguenti & dolos detegenti ſuccenſere, nec ſuis nec alienis conſtare, unum aut diverſa illa eſſe, neque aperte concedere neque negare, neque rationibus identitatem aut diſtinctionem de plano probare, ſed circulatoriis præſtigiis & fumis ſe involvere. *Quarto,* Auguſtinum quem tu pro te adduxeras Eccleſiæ Catholicæ ſucceſſionem objeciſſe Donatiſtis certum eſt; non vero *Romani Centri, aut radicis. Catholicam* autem illi non idem eſſe quod *Romanam*, conſtat ex eo quod *partibus Donati* opponit *Chriſtianitatem orbis* epiſtol. 165. *Aphris & Aphricæ* opponit *Catholicam* quæ per *totum terrarum orbem diffunditur* Epiſtol. 170. Quę incipiens à Ieruſalem per omnes gentes diſparſa eſt, & non terminis Africæ coarctata, ſic paſſim conſtat etiam ex actis VI. Concilii Carthaginenſis, cui Auguſtinus interfuit; ubi Romanam Eccleſiam aut ſedem cum aperte poſtponerent Patres Africani, putabant tamen ſe manere in Catholica. Tam valida autem fuit illa oppoſitio, ut Papa Bonifacius judicarit *Aurelium cum Collegis ſuis* (Auguſtino ſcil. &c.) *cœpiſſe ſe ſuperbire contra Romanam Eccleſiam, inſtigante diabolo, & ab ejuſdem communione fuiſſe ſegregatum.* In epiſt. ad Eulaliũ Alexandrin. quæ exſtat in tomis Concilior. Et Hardin-

gus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

gus Reſp. ad Provocat. Iuelli an.4.ſect.19. *Totam Eccleſiam Africanam centum annorum ſpatio in ſciſmate perſeveraſſe, & ſe ab obſequio apoſtolicæ ſedis removiſſe ab Aurelio Carthaginenſe ſeductam.* Vides nunc Auguſtini vexillum, centrum, radicem. *Quinto.* Si Ianſenius nullam aliam ſucceſſionem ex Auguſtino objicit, quam prætenſam Papalem, vim & injuriam facit ſanctiſſimo illi viro; qui in ſcriptis ſuis paſſim, imprimis in VI. Concil. Carthaginenſi oſtendit, ſe ab illo ſenſu alieniſſimum fuiſſe. Legantur modo acta Concilii. *Sexto.* Succeſſio localis & perſonalis Romanorum Pontificum non magis ferit oculos meos, aut infallibiliter veram Eccleſiam mihi demonſtrat, quam ſeries ininterrupta Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Græciæ, Syriæ, Ægypti, Angliæ, Magdeburgenſium, Bremenſium, &c. & qui luminibus veſtris officiunt Patriarcharum Conſtantinopol. & Antiochiæ, quos inde ab Apoſtolis Andrea & Petro numerant Orientales, pari conatu, pari certitudine ex humanis hiſtoriis & monumentis. Supra ipſe adverſarius cap.51.pag.238. cum Bellarmino ſuo confeſſus eſt ex ſucceſſione non poſſe demonſtrari Eccleſiam veram, Ergo neque Romanam eſſe veram Eccleſiam. Quodnam ergo hic lumen eſt, quod oculos meos feriat, cum nulla ſit demonſtratio? Sed miſero huic vertiginem hanc eſſe familiarem ſæpe monui. *Septimo.* Niſi ex utroque *ſucceſſionis capite, doctrinæ & perſonarum*, exemplo Tertulliani, (quod allegat pag. 233.) *invicte* demonſtret Catholiciſmum Papatus, nihil efficiet, unica & propria reſponſiuncula repellendus: *Reſpondeo igitur*, inquit, *non recte colligi: nos habemus paſtorum ſucceſſionem, ergo habemus Eccleſiam; ut in Græcorum perſonali ſucceſſione patet.* De eadem & antiqua doctrina per illam ſucceſſionem continuo propagata, agere noluit Ianſenius, meram perſonalem Epiſcoporum ſucceſſionem oſtentans. Iam cogitet Lector, quam valide me à Romana alieniſſimum, claritate iſtius ſucceſſionis feriat, vel propria opinione.

VII. Explicat & repetit prolixè, quid velit, quid ſentiat. Enuntiationum ſcilicet iſtarum legitimam eſſe conſecutionem, *Romanorum Pontificum ſucceſſio perpetua & viſibilis ſemper debuit eſſe, & fuit ipſo facto; Ergo Eccleſiæ Catholicæ ſucceſſio viſibiliter & ininterrupta huc uſque fluit.* Ratio conſequentiæ eſt, *Quia illa ſedes à Deo in medio Eccleſiæ conſtituta eſt, velut viſibilis teſſera, ſignum, truncus, vexillum, radix, centrum totius Eccleſiaſtici corporis, radix, centrum & origo Eccleſiaſticæ unitatis, à qua omnes Eccleſiæ dependeant, & per cujus reſpectum atque conjunctionem una Eccleſia eſſe cenſeantur.*

Reſp. I. Si ſimilitudines æquè probarent, atque explicant, jam argumenta non pauca attuliſſes, & haberes ad ea reſponſum noſtrum, repoſito ſimili de *verme in pomo*, quo Charronus Eccleſiæ Catholicæ cum Romana ſede conjunctionem exprimit. Sed quandoquidem hypotheſim tuam *tantummodo aſſerendo* & repetendo *probaviſti, ego negando refutavi*, ut tu loqueris pag.269.

II. Hic eſt cardo totius controverſiæ, an centrum, origo, & radix unitatis ſit ſedes ſeu Papa Romanus. Si uſpiam, hic certe Scripturis, rationibus, antiquitatis conſenſu obruendi eramus. Sed nihil tale comparet. Vide & confer ſect.2.c.8. Fateor debere eſſe quaſi centrum, radicem, vinculum unionis Eccleſiaſticæ, in quo omnes conveniant, & à quo dependeant; ſed illud invenio in Chriſto & Spiritu ejus. Epheſ.4.3.4.5. *Studentes ſervare unitatem ſpiritus per vinculum pacis. Vnum corpus, & unus ſpiritus, ſicuti & vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

& verſ. 11.12.13.14.15.16. Legat quæſo lector & conferat omnes Veterum commentarios, an ex textu aut gloſſis radicis Romanæ neceſſitatem & efficaciam, quam toto hoc capite deſcribit Ianſenius, colligere poſſit, cujus ſi uſpiam certe ibi mentio facienda fuiſſet, ſiquidem abſque ea ab hæreſi, & ſciſmate Eccleſia præſervari non poſſet. Percurrat etiam omnia acta Martyrum & quæ ex illis refert *A Lapide* in Commentar. ad loc. cit. & videat an hæc fuerit ipſorum confeſſio, hoc ſymbolum, *Vnus Deus, unus ſervator Chriſtus & Papa Romanus, vicarius ejus,* ſicut Mahometanorum eſt: *Non eſt Deus niſi Deus, & Mahomet apoſtolus ejus.* Quod ſi ex multis millibus per priora ſæcula unum Martyrem Primatus Papæ, prout jam defenditur à Ianſenio, producere mihi quis poſſit tanta hiſtorica certitudine, quanta martyrium unici ſervatoris Chriſti ex antiquis monumentis probatur, profiteor me antiquitatis & prætenſæ ſucceſſionis palmam adverſariis conceſſurum.

III. Adverſarius perpetuo familiari illa imbecillitate laborat, de genere ad ſpeciem affirmativè, & ex genere inferre ſpeciem; univerſale præſtruit & rationibus firmat, ſed particulare ſubſumendum relinquit, aut ipſe precario, abſque ulla probatione ſubſumit, quaſi illud eſſet in confeſſo. *In apertis immoratur ne fateri operta cogatur,* ut mihi ex Auguſtino objicit pag. 263. Ex nomine, ex epithetis Catholicæ Eccleſiæ, unitatis Eccleſiaſticæ, & ſimilibus, ἀεροβατοῦσας diſſertationes magnum per inane extendit; mox de cœlo in Latium ſeu Romaniam lapſus inſenſibili quaſi faltu, ibi latens, inſtar Saturni aut perdicis conquieſcit. Quam fallax, quam ridicula in Logicorum & Iuriſconſultorum ſpatiis ſit illa cum adverſariis agendi ratio, tum maximè apparet, cum coram manus conferendæ [a].

[a] Vide Mynſinger. ad inſtit. libr. 1. tit. 12.

SECTIONIS PRIMÆ

CAPVT XII.

Olim æque ad aliarum ac ad Romanæ Eccleſiæ ſucceſſionem provocatum fuiſſe.

HYPOTHESIS: Non ex æquo olim provocatum fuiſſe ad Eccleſias Apoſtolicas, & ad Romanam. cap. 45. pag. 211.212.213.214.215.216.

Primo perſtringis, *quod ſciſma Græcorum tetigerim nemini luctuoſius, quam ipſis.*

Reſpond. I. Abſolute & in ſe luctuoſus quidem Græciæ caſus, ſed nunc Dei admirabili providentia longe mitior & tolerabilior quam ſi jugo Romano premerentur. Ita periiſſent forte illi, niſi periiſſent. II. Fruuntur Eccleſiæ illic libertate & pace ſua, ringente & invidente Papatu, à quo etiam omnis perturbatio earum, quæ ipſis evenit. Cognoſcat quæſo lector ex appendice Myſteriorum Ieſuiticorum, quas inſidias, quæ pericula Cyrillo Patriarchæ Conſtantinopolitano & Eccleſiis Græcis

[b] Vide Myſter. Patrum Ieſuit. edit. 2. in appendic.

Græcis nuper ſtruxerint Ieſuitæ , & crimine ab uno , Noſce omnes. Vbi non puduit illos Mahumeticum Imperium & gladium in Chriſtianorum cervices acuere, hac delatione , quod Cyrillus libello quodam à ſe edito pro Chriſtiana fide pugnans, Mahumetem refutaſſet.

Secundò fateris , *me multa recta ex nonnullis Patribus , ſed non recte colligere , quia non recta mente. Hoc etiam recte me colligere , quod olim ſucceſſio paſtorum & Eccleſiæ non in una Eccleſia Romana fuerit ſpectata , ſed in omnibus Eccleſiis apoſtolicis.* Sed, quod addo , *ad Eccleſias apoſtolicas ex æquo fuiſſe provocatum, falſiſſimum eſſe.*

Reſpond. I. Accipimus confeſſionem; hac lege ne poſthac eam revocet. II. Quod falſiſſimum dicit eſſe illud , de provocatione ex æquo,&c. diſquiri permittimus: neque enim ventoſis & ampullatis oſtentationibus probatio conficitur. III. Præmonemus lectorem in capitali hoc totius cauſæ puncto, nullum antiquæ Eccleſiæ per omnia ſæcula conſenſum adferri, immo ne ſollicitari quidem à Ianſenio , ut falſitatem meam redarguat. Vnum atque alterum dictum Irenæi & Tertulliani (quem tamen in catologo hæreticorum reponunt) ſtant pro duobus primis ſæculis. Vnicum dictum unius Cypriani pro tertio ſæculo & Eccleſiis totius orbis.

Vnum atque alterum dictum ex Africa Auguſtini & Optati , ex Occidente Hieronymi , è Græcia Epiphanii pro quarto ſæculo. Atque hic totius orbis per omnia ſæcula primitivæ Eccleſiæ conſenſus & Catholiciſmus , hoc teſtimonium de eo, *quod omnes , quod ubique , quod ſemper tenuerunt.* Hæc nubes ſcilicet illa teſtium , à quorum tamen fide cauſam alicujus particularis controverſiæ ſuſpendi nolunt adverſarii , quotieſcunque ipſis viſum fuerit. Tertullianum omnes ut hæreticum , Montaniſtam , Lutheranis ſimilem rejiciunt. De Irenæo, Cypriano , Hieronymo , jam monuimus in Philonio. De Auguſtino ſupra cap. præcedenti diximus. Videte nunc , qualis quantuſque antiquarius ſubito factus ſit Ianſenius ex inſpectione Perroni ſui , cui clitellas demonſtrationis iſtius imponit.

IV. Ex abundanti oſtendemus paucula illa Patrum dicta , falſo & perverſe abſque ullo judicio , ſenſu & conſcientia ad cauſam hanc fuiſſe à Ianſenio adhibita. Quia perpetuo ludit homonymia vocum *honoris , eminentiæ* ſeu *dignitatis* , quaſi omnis dignitas eſſentialem æqualitatem tolleret , aut Magiſterium ac ſupremam abſolutamque poteſtatem in alium inferret. Iſta dictio *dignitas* , quandoque ponitur pro fama , pro conditione , pro poteſtate ſive adminiſtratione honoraria , pro bona opinione vel ſtatu , pro ordine Eccleſiaſtico qui dicitur dignitas ſive honor , pro ordine , pro officio quod habet dignitatem annexam , pro potentia cuilibet naturâ tributa , pro ſæculari poteſtate , pro quadam præeminentia , pro quadam qualitate quæ facit perſonam differre à plebe , pro gradu dignitatis à principe vel ſuperiori collata. Breviter , *dignitas dicitur authoritas alicujus honeſta , cultu & verecundia & honore digna* , ut ex Cicerone Iuriſconſulti , apud Chaſſaneum [a]. Hinc ex placitis ipſorum & coquus Principis habet dignitatem , & Medicus , & omnes famulantes Principi. Vbi diſtincta fuerit vox *dignitatis* ſeu *authoritatis* & certa ejus acceptio conſtituta , videbit Lector Ianſenium nihil probare ex Patribus ,

a Enumerat & probat iſtas acceptiones Chaſſaneus in catalog. glor. mundi part. I. conſid. 66. Fol. 39. 40.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

aut ſi quid probet illud extra controverſiã eſſe inter nos. Nam in relatione illa *dignitatis & eminentiæ* ſpectanda ſunt fundamentum & terminus, per quæ conſurgeret illa ſpecialis Relatio in illo ſubjecto. Quod ad fundamentum, dignitas illa proxime fundatur aut in quibuſdam qualitatibus, quæ in gradu excellentiæ ſeu magis illi Eccleſiæ & ſedi ineſſe putabantur, vel magis inerant, minus vero aliis Eccleſiis; aut in qualitatibus, quæ ſoli illi Eccleſiæ inerant, aliis nullo modo ſive jure, ſive facto. Si priori modo dicas fundatam fuiſſe dignitatem illam, jam nulla eſt controverſia. Quia quidquid nobilitatis & eminentiæ ipſo facto tum præ aliis omnibus obtinebat Eccleſia Romana, quatenus illud ex Patrum teſtimoniis & factorum luce probari poteſt, concedimus; ſed inde ad factum hodiernum, nedum ad jus perpetuum eminentiæ conſequentiam fieri nolimus. Alia eſt nunc ſedis & Epiſcopi Romani facies, quàm Petrus & Paulus, Irenæus, Auguſtinus, Hieronymus, &c. redivivi non agnoſcerent. Quod ſi iiſdem qualitatibus inſignita Eccleſia illa cum Epiſcopo ſuo urbico, πρεσβεῖα, id eſt, *privilegia* antiqua; quæ primum tacita fratrum æſtimatione, deinde & conſtitutiva Epiſcoporũ aut Imperatorum politia obtinuerat [a], repetitum veniret, ex æquo & bono deſpicerent Eccleſiæ quid facto opus. A noſtris ſaltẽ, qui humano jure inæqualitatem miniſtrorum introductam loco non movent, aut tolerant, aut probant, forte illa nõ difficulter impetraret. Vide Epiſtolam Caſauboni ad Perronum nomine Regis Britanniæ ſcriptam ann. 1612. Idẽ fere fuit judicium in prima Reformationis aurora, Melanthonis, Buceri, Hedionis, aliorumque, in tract. de pace Eccleſiæ ad Gul. Bellajum Langlæum ann. 1534. Vide & præfat. monitor. Iacobi Mag. Britan. Regis. Quod ſi eminentia illa fundatur in qualitatibus, ſoli illi Eccleſiæ & ſedi competentibus jam illæ, remoto ambiguitatum & incruſtationum ſupparo, indicandæ & probandæ eſſent prius, quam inde prætenſa ſucceſſio Eccleſiæ Catholicæ exſtrueretur. Quod ad terminum hujus eminentiæ, ille ſtatuitur aut Eccleſia Catholica, aut Eccleſiæ apoſtolicæ ſtricte ſic dictæ, Eccleſię Imperii Romani, aut Eccleſia Patriarchatus Romani, aut Eccleſia Occidentalis, aut quęlibet Eccleſia particularis. Quod ſi terminũ, ad quẽ fit comparatio illa inæqualitatis & præeminentiæ patres illi ſtatuerent, nõ Eccleſiã totius mundi Catholicam, ſed Eccleſias particulares, & limitibus certis concluſas, jam rurſum nihil ipſorum teſtimonium facit ad præſentem controverſiam. Breviter, teſtimonia ejuſmodi ex Patribus adferenda ſunt, quibus liquidum fiat 1 *præeminentiam*, & 2 quidem Magiſtralem ſummæ, & 3 infallibilis poteſtatis, 4 ſupra univerſalem totius orbis Eccleſiam fuiſſe, tum & 5 facto, & 6 jure divino atque 7 Eccleſiaſtico tributam Eccleſiæ & ſedi Romanæ: 8 idque non hujus aut illius Patris opinione privata, aut Concilii factione & ſtudio partium aſſertum, ſed communi & neceſſaria totius Eccleſiæ fide creditum ac definitum; non aliter ac de Deo trinuno, Chriſto ſervatore, & ſimilibus articulis ipſi nobiſcum affirmare ſolent ac poſſunt. Hi enim ab omnibus, & ſemper, & ubique ſic crediti ſunt.

V. Nos cum una atque altera privati doctoris ſententia certo reſpectu, occaſione, ſenſu, ac pro modulo ſuo prolata conferimus publica decreta, publica acta Oecumenicorum Conciliorũ, quæ cum quatuor Euangeliis conferũt adverſarii, quę publice in toto imperio Romano Eccleſiaſtice recepta & Politice approbata, & quorum unum

[a] Vide quæ de privilegiis Eccleſiarum notat Iuſtellus in codic. can. Eccleſ. Afric. pag. 132.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

unum per 600. Epiſcopos celebratum, voluiſſe aut potuiſſe nos fallere pro magno abſurdo ducit Ianſenius pag. 225. In quibus felicius conſenſum aliquem antiquitatis venari poſſumus, quam in paucis illis authoribus à Ianſenio, ſed mala fide, allegatis. Primum ergo ſit Nicenum 1. can. 6. de quo Molineus & Salmaſius à nobis citati, aliique ſatis ſuperque egerunt. Alterum ſit Conſtantinopolit. I. Can. 3.[a] & Chalcedonenſe approbans Conſtantinopolit. can. penult. ubi æqualia privilegia Novæ Romæ Epiſcopo tribuuntur, & ut ſecundum locum à Romano habeat Conſtantinopolitanus; quod etiam confirmat Iuſtinianus in novella 131. cap. 2. Accedat, quod Romanus quatuor illa Oecumenica Concilia neque convocaverit, neque tanquam unus & ſolus Eccleſiæ Monarcha αὐτοκρατορικῶς approbaverit, & approbatione illa decretis infallibilem & competentem authoritatem contulerit, neque in Conciliis illis præſederit, neque ſuper ea elatus aut poſitus ſit, ſed omnia hæc contra evenerint, ut minutim illa notarunt ex noſtris Pleſſæus in Myſterio, & Molineus in *Nouveauté du Papiſme*, quæ hic repetere haud opus. Adverſus decreta, & praxin illorum Conciliorum, nullus Auguſtinus, nullus Occidentalis aut Africanus, nedum Orientalis Vniverſalem & ſupremam Monarchiam in omnes Eccleſias ſoli Romano Epiſcopo adſcribere credendus eſt. Quod ſi Occidentalis aliquis aut meritis ſedis illius in cauſam Dei, aut propiori communione cum Patriarcha ſuo Romano, atque adeo ſpeciali dependentia ab illo, aut privato affectu in perſonam, aut abalienatione ſive ab Orientalibus ſeu Privatis adverſariis ſuis impulſus, præeminentiæ quid tribuere videretur, ille ex Conciliis illis potius explicandus aut corrigendus eſſet, quam Concilia ex illo.

Tertiò, Excipis adverſus locum Tertulliani; *ſubjici ab illo verba illa, unde nobis quoque authoritas præſto eſt. Statu felix Eccleſia, &c.* quæ exclamatio & laus Eccleſiæ Romanæ Lectori aliquid peculiare ſuggerit.

Reſp. I. Exclamatio illa & laus non inferunt quod tu intendis, Eſſe ſcilicet Eccleſiam Romanam ſolam infallibilem, centrum & radicem Eccleſiæ & ſucceſſionis Eccleſiaſticæ; neque tu exſertè huc auſus fuiſti inferre & applicare theſin illam quam hypotheſis ſeu lemma hujus Capitis tui 45. præſcribit. Itaque nihil dicis, & manet immotum quod ego ex Tertulliano inferebam. Velim locum in Philonio à me citatum etiam atque etiam conſiderari.

II. Laus Eccleſiæ aut Academiæ Pariſienſis, Lovanienſis, Moguntinæ, Colonienſis, Compoſtellanæ, &c. quotieſcunque ab amatoribus ſuis decantatur, peculiare aliquid ſuggerit lectori cui credulæ aures, imprimis cum Apoſtoli Iacobi reliquiæ, aut corpora trium regum partem encomii faciunt; ſed tamen hinc nemo ſanus centricitatem aut primatum inferet.

III. Nihil centrale aut radicale eſt ſupra omnes alias, quod duo Apoſtoli *cum ſanguine doctrinam Romæ profuderunt*. Hoc etiam alibi factum, ubi apoſtoli Martyrio affecti. Immo majus privilegium (ſiquidem hoc privilegium) quod Hieroſolymis poſt Prophetas (Matth. 23.) ipſe Dominus Ieſus cum Iacobo apoſtolo doctrinam cum ſanguine ſuo profudit. Sed ſi ſtramineum argumentum in aciem producere auderet Ianſenius, tale eſſet: Illa Eccleſia ſeu illa ſedes habet primatum

[a] Canones 7. Concil. Conſtantinopolit. I. exſtant in Codice can. I. Tilii, & tom. 1. Concil. Oecumenic. Gr. & Lat. Pauli V. authoritate edit. Romæ 1608.

& infallibile magiſterium in omnes Eccleſias, quæ eſt ſtatu felix, & ubi Apoſtoli Petrus & Paulus totam doctrinam cum ſanguine profuderunt; ſed Romana Eccleſia eſt ſtatu felix, &c. Ergo. Majoris conſequentia laborat ἀρρωστία διανοίας, itaque apud homines ſanos riſu tantum excipienda, cum nec Scripturæ, nec rationis, nec Tertulliani ſit.

IV. Vox illa *Authoritas* varias habet ſignificationes, quæ apud Iuriſconſultos quærendæ. Duæ ex illis hic nobis ſolummodo ſpectandæ. Vna eſt, cum ſignificat probationem, firmamentum, robur, validitatem; Et ſic *inſtrumenta autoritatis* ſunt, quibus origo rerum & probatio juris noſtri continetur, quæ vulgo tituli adquiſitionum dicuntur; & *autoritatem præſtare* nihil aliud eſt, quam probare & confirmare id quod agitur [a]. *Altera* cum ſignificat mandatum, edictum, & juſſum judicis, & quidem tanquam ſupremi & infallibilis. Poſteriori ſignificatione hic loqui Tertullianum negamus, & probatio incumbit Ianſenio. Priorem verò hic locum habere conſtat. Primò, ex ipſis verbis Tertulliani *autoritas præſto eſt*, O ſtatu felix, &c. Ex illis ergo teſtibus, teſtimoniis & factis præſtat authoritatem.

Secundò, Ex iis quæ ſubjicit, & mox citabimus. *Tertiò*, etiam aliis ejuſdem locis de præſcript. Cap. 36. *Habeo origines firmas ex ipſis autoribus, quorum res fuit.* Autores autem primi, à quibus jus in poſteros tranſibat, erant Apoſtoli. Ex Apoſtolis habebat origines probationem juris.

V. Ipſa verba Tertulliani à Ianſenio deſcripta maniſeſte redarguunt prætenſum illud magiſterium univerſale atque infallibile. Nam illud quoque non innuit monarchicam ἐξοχὴν, quæ uni & ſoli Romanæ competat ſupra omnes alias; ſed rationem & authoritatem quandam communem ac ſocialem. Eſt enim particula illa copulativa, ſignificans *etiam* vel *ſimiliter* quæ copulat partes inter ſe diſſidentes in ſocietatem alicujus quod omnibus convenit. Vt ergo à reliquis Eccleſiis apoſtolicis jam dictis, ita etiam à Romana autoritas (κῦρος ſcilicet & βεβαίωσις, ut noſter Iunius) præſto erat. Fundamentum iſtius autoritatis ſtatuitur, non in aliquo peculiari primatu & infallibili Spiritus aſſiſtentia (ut Pontificii volunt) ſed in iſtis: *Apud quas*, inquit, *ipſæ adhuc cathedræ apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticæ literæ eorum recitantur, ſonantes vocem & repræſentantes faciem uniuſcujuſque.* Et poſtea de Romana: *Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoque* (nota iterum τὸ quoque) *eccleſiis conteſſerarit.* Hic ergo cum fundamentum relationis (authoritatis ſcilicet) idem ſpecie ſtatuatur à Tertulliano, ſequitur & ipſam relationem eandem eſſe. Vt enim Romæ ſic & in aliis erant ſedes, literæ authenticæ Apoſtolorum, traditio & confirmatio ejuſdem doctrinæ Apoſtolicæ.

VI. Si ex ſenſu & libitu Pontificio intelligenda eſſent verba Tertulliani; tum ſane ſolœciſmus non vulgaris contra Theologiæ veritatem, Romanæ majeſtatem, & orationis τὸ πρέπον admiſſus eſſet, quod primatem & monarchicam ſedem eadem in claſſe cum aliis collocet, & quidem poſtremo loco, unde nobis argumentum ſuppeteret æque validum contra primatum, ac Bellarmino pro primatu ex locis ubi Petrus inter Apoſtolos primus nominatur. Tantundem enim eſt ac ſi veritatem & jus Monarchiæ Siculæ

a Mynſinger. ad inſtitut. lib.1 tit.21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

læ regi ſuo contra Baronium ex ſucceſſione aſſerturus Ianſenius, pro regum, regulorum & officiariorum in regno Siciliæ ſucceſſionem in illud jus enumeraret, & tandem Regis ipſius ſubjiceret, atque ita ſucceſſionis Siculæ demonſtrationem abſolveret. Quam rerum divinarum & humanarum peritum ſe oſtenderet!

VII. Sedis ac Pontificis Romani authoritas veſtro ſenſu ſpecie aut toto genere differt à poteſtate alterius cujuſcunque Eccleſiæ Smyrnenſis, Epheſinæ, &c. Ita ut inæqualitas illa ſit eſſentialis peculiari in gradu Entis conſiſtens, ſicut inæqualitas inter eſſe, vivere, ſentire, intelligere, ſeu inter Minerale & Plantam, & rurſum inter Plantam & Animal, & inter regem ac regulos, Principem aut Conſiliarium ipſi ſubjectum. De tali inæqualitate inter Romanam & alias Eccleſias controvertimus, non verò de aliqua accidentali aut honoraria quacunque, quomodo inæqualitas erat inter Iohannem, Iacobum, Petrum, & inter reliquos Apoſtolos, Galat. 2. verſ. 6. & 9. Qualis inæqualitas & peculiaris excellentia inter Paſtores, Epiſcopos, Doctores, Ordines religioſos, armigeros, ſenatores ejuſdem ordinis & poteſtatis; propter ætatem, fidelitatem, pietatem, prudentiam, eruditionem, cenſum, locum, merita privilegia & indulta peculiaria; quæ omnia minutatim cum *præcedentiis* definita vide apud Chaſſaneum in catalogo parte 4. & 5. Iam vero nec Tertulliani, nec aliorum Patrum, qui hic citantur, dicta inæqualitatem ejuſmodi eſſentialem, h. e. Monarchicum primatum, regalia Petri, infallibile in & ſupra omnes Eccleſias magiſterium, radicem & centrum Eccleſiæ vel minima ſpecie indicant; immo contra apertiſſimè in unum & eundem eſſentialem ordinem & æqualitatem Romanam cum reliquis compingunt, non obſtante accidentali aliqua ἐξοχῇ & peculiari æſtimatione, de quo uſurpare debemus illud: *Magis & minus non variant ſpeciem.* Inter regem Chriſtianiſſimum & regem Catholicum Tridenti in ſynodo, ut & Romæ in Conſiſtorio perpetuo reciprocantur contentiones de præeminentia & præcedentia in Chriſtianiſmo ſeu regno Papali; ſed neuter tamen eſſentialem præeminentiam & primatum in omnes alios prætendit aut admittit[a]. Galli excellentias, claritates, & præeminentias Regibus ſuis ſupra omnes alios multis nominibus vindicant, nemine, ut videtur, reclamante. Vide Chaſſoneum Catalog. glor. part. 5. conſid. 31. Tamen reges alii in Europa ratione poteſtatis regalis & eſſentialium regni ſunt æquales & collaterales; quamvis gradibus & accidentalibus non parum differant, regni ſcilicet antiquitate, amplitudine, potentia. Electorum in Germania poteſtas eſt eſſentialiter æqualis & collateralis quamvis Saxo & Palatinus peculiariter emineant. Eſſentiali & ſpecificè diſtincta poteſtate ſolus ſupra illos effertur Imperator. Eccleſia Compoſtellana & Toletana inter Pontificias eſſentialiter æquales ſunt & unius ordinis, neque una Papatum ideo obtinet in alteram, quamvis alteri caput attollant pro Hiſpanica religione pugnantes Zelotæ, propter Iacobi ſcilicet præſentiam. De qua vide exclamationes Zanctii in lacinioſo illo tractatu jam ſæpius citato. Sic etiam aliæ Eccleſiæ præ aliis eminent Doctorum & diſcen-

[a] Vide Proteſtationem Comitis à Luna Oratoris Philippi Regis Catholici ſuper præcedentia, & Reſponſ. Oratorum Regis Chriſtianiſſ. coram Concil. Trident. 21. Maji 1563.

& diſcentium illuſtri profeſſione & conſtantia, pietate, perſecutionibus, martyriis, fidei ad alias propagatione, antiquitate, duratione & longiori ſucceſſione, loci & gentis celebritate aut ſitu, auditorum frequentia & ſimilibus, ut olim Ravennas, Mediolanenſis, Carthaginenſis, Hipponenſis, &c. Et apud nos Albigenſis, Merindolenſis, Thaboritica, Genevenſis, Veſalienſis, Emdana, Heidelbergenſis, & in Belgio quondam Gandenſis, Antvverpiana. Et apud Pontificios Academia Pariſienſis, Bononienſis, &c. Hanc eminentiam antiquæ Romanæ etiam concedimus. Acceſſit & alia ex conſtitutione humana Eccleſiaſtica, qua poſt tempora Irenæi & Tertulliani in ſedem Patriarchalem cum Antiochena, Alexandrina, Conſtantinopolitana & Hieroſolymitana evecta eſt; ut ex 6. canone Concil. Niceni. Tertiam præeminentiam partim typho & carnali contentione prælatorum, partim urbis excellentia progreſſu temporis adjectam, admiſerunt tandem Eccleſiæ Romani Imperii non omnes, ſed tantum Occidentalium pars coacta, circumventa, reclamantibus Occidentalibus non paucis, & omnibus Orientalibus, imprimis Patriarcha Conſtantinopolitano, & quidem perpetua ſucceſſione uſque in hunc diem.

VIII. Tertullianus optimè ſeipſum explicans, æqualitatem illam Eccleſiarum (quod ad eſſentialem poteſtatem) deſcribit in Apologetico Cap. 20. *Sic omnes primæ, & omnes apoſtolicæ, dum unam omnium probant unitatem communicatio pacis & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis.* Vbi nunc Romanæ ſolius unitas radicalis & centralis?

Quartò. Excipit adverſus dictùm Irenæi. Primò, illum explicare notiſſimam Eccleſiæ Romanæ fidem, quam cum vellet oſtendere unam & invariatam eſſe in cæteris totius orbis Eccleſiis, ab omnibus illis quibus Romana velut mater cingitur, teſtimonium petit. Deinde alia quædam ex Irenæo opponit ex lib. 3. c. 3. ubi relicta Lugdunenſis, Mediolanenſis, &c. Eccleſiarum ſucceſſione ad Pontificum Romanorum ſeriem provocat, atque ita inculcat quanta dignitatis prærogativa hæc Eccleſia cæteris præcelluerit.

Ad primum Reſp. Ianſenium iſta gratis comminiſci & lectori ſuo objicere. Ne γρῦ aut Iota iſtorum ibi comparet. Hominis fidem & conſcientiam appello, ſi quæ ſupereſt. Vtinam à lectore loci ἀυτοψίαν impetrare poſſim! Irenæus Cap. 2. ait, *Eccleſia per univerſum orbem uſque ad fines terræ ſeminata, & ab apoſtolis, & à Diſcipulis eorum accepit eam fidem, quæ eſt in unum Deum, &c.* ſequitur Cap. 3. *Hanc prædicationem cum acceperit, & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, Eccleſia, & quidem in univerſum mundum diſſeminata* (an Eccleſia Romana, & Eccleſia in univerſum mundum diſſeminata, nunc tibi idem eſt; quod tamen eodem hoc Capite videris velle deteſtari tanquam figmentum meum) *diligenter cuſtodit, quaſi unam domum inhabitans, & ſimiliter credit iis videlicet quaſi unam animam habens & unum cor, & conſonanter hæc prædicat & docet & tradit, quaſi unum poſſidens os. Nam etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis una & eadem eſt. Et neque hæ quæ in Germania fundatæ Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ quæ in Hiberis ſunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ: ſed ſicut ſol creatura Dei in univerſo mundo unus & idem eſt, ſic & lumen, prædicatio veritatis, ubique lucet, &*

illuminat

illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire. Et neque qui valde prævalet in ſermone, ex iis quæ præſunt eccleſiis, alia quam hæc ſunt, dicet; Nemo enim ſuper magiſtrum eſt: Neque infirmus in dicendo denumerabit traditionem. Cum enim una & eadem fides ſit, neque is qui multum de ea poteſt dicere amplius, neque is qui minus, denumerat.

Nuſquam hic Eccleſiæ monarcha, centrum, radix, ſol, caput, nuſquam unio, communio, mater Romana comparet. Quære lucernis omnibus Ianſeni, & oſtende te bis falſarium non eſſe, Eccleſiam & unitatem Eccleſiæ ab apoſtolis propagatæ opponit hæreticis, & Romanæ ſedis ne ſemel meminit. Quaſi quis domum ſine fundamento, corpus ſine capite, arborem ſine radice, aciem inſtructam ſine aquila Imperiali vexillo, figuram ſine centro oſtentaret.

Ad ſecundum Reſp. I. Concludere non audes quod inſtitueras de centro, radice, primatu. Nam quod ex dictis Irenæi inferس *dignitatis prærogativam*, ψιλον nimis, mendicitas mera: habet dignitatis prærogativam pręaliis Eccleſiis, Ergo habet primatum. Erubeſcit credo ipſum Enthymema, ſi tu jam depuduiſti. Neque enim *dignitatis prærogativa* eſt primatus, aut ex ſe dicit prætenſum illum primatum h. e. poteſtatem infallibilem & Monarchicam in ſpiritualibus directè, & temporalibus indirectè. In ordine quocunque Politico aut Eccleſiaſtico membra ejuſdem corporis ſeu Collegii admittunt prærogativam dignitatis, non tamen primatum. Ianſenius ſacrarum literarum profeſſione Regia ornatus, dignitatis prærogativa gaudet; tamen non debet primatum theologicum affectare in collegas.

II. Quod Irenæus lib. 3. præteritis aliis Eccleſiis, Romanæ meminit, non magis primatum ejus ſupra alias innominatas confirmat, quam primatum Germanicæ, Ægyptiacæ, Hibericæ, Celticæ, Lybicæ, Orientalis, & in medio mundi conſtitutæ ſupra Romanam, quia idem Irenæus libr. 1. cap. 3. fundamentum ponens communis doctrinæ ab apoſtolis ſucceſſive per Eccleſias propagatæ Romana relicta ad illarum ſucceſſionem provocat. Tertullianus in Philonio citatus, relicta Romana ad Smyrnenſis Eccleſiæ ſucceſſionem provocat, Ergo conclude. Et B. Paulus Gal. 2, Petri, Iacobi & Iohannis meminit præteritis reliquis apoſtolis, ergo illi tres primatum obtinebant in reliquos. Cum Ianſenius in tractatu hoc ſuo relictis aliis Patribus ad 9. aut 10. tantum provocat, & (excepto ſolo Auguſtino) frequentiſſimè ad Tertullianum (hominem ſcilicet non de Eccleſia, hæreticum, ut Pontificii pronuntiant) ergo ipſius ſenſu, primatum pauculi illi obtinent in omnes antiquitatis Doctores & Patres; illi centrum ſunt, radix, aquila, reliqui tanquam umbræ volitant.

III. Irenæus exſertè loco à te citato cauſas adfert, cur potiſſimum Romanæ ſucceſſionis meminerit, quia longum eſſet omnium Eccleſiarum ſucceſſiones enumerare (ex quibus alioquin adæquata & plena probatio:) Itaque per compendium & ex hypotheſi argumentatur, ut ſi quis probaturus aſtra eſſe rotunda, ratiocinatione ex hypotheſi (ut Philoſophus eam vocat libr. 2. prior. analytic.) probet *Lunam eſſe rotundam*. Quod autem Romanam loco citato potius quam alias (quamvis alibi alias præterita Romana) advocet; cauſas aſſignat, non eas, quas Ianſenius de ſuo ei affingere velit, ſed iſtas: Quia erat inter alias Imperii Romani Eccleſias maxima & frequentiſſima; quia ab Apoſtolo & Paulo & Petro fundata, quia omnibus cognita (quippe ibi tunc ſedes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

& caput Imperii) & ad hanc propter potentiorem principalitatem neceſſe erat omnem Eccleſiam convenire, quia Martyriis & certaminibus celeberrima, ibi enim Beſtia habebat thronum ſuum; quia etiam propior, notior & magis frequentata erat Gnoſticis, Baſilidianis in Gallia agentibus, quam Antiochena, Smyrnenſis, Corinthiaca; Denique quia ſucceſſio ejus exactis publicis, negotiorum frequentia, hiſtoriarum ſerie magis teſtata. Reliqua erant communia cum aliis apoſtolicis, quod ab apoſtolis veritas tradita & ſucceſſivè conſervata etiamnum in iis ſonaret.

Quintò, Probat ex Optato, non ex æquo ad omnes Eccleſias, etiam Apoſtolicas fuiſſe provocatum. Sic ergo Optatus lib. 2. *Cum quo* (Pontifice Romano) *nobis totus orbis commercio Formatarum in una communionis ſocietate concordat.*

Reſp. I. Non ſequitur hinc Romanum Pontificem eſſe centrum, primatem, ſupremum infallibilemque Magiſtrum.

Fiat argumentum in forma.

> Cum quo, tempore Optati, totus orbis (Imperii Romani) in una ſocietate communionis concordabat, ille tunc erat & perpetuo erit Eccleſiarum omnium ſupremus & infallibilis Magiſter.
>
> Sed cum Epiſcopo Romano, &c. ex ſenſu Optati tunc concordabat, Ergo.

Majoris ſtraminea conſequentia ubi negata fuerit, quid reſtat Ianſenio?

II. Dari nunc non poteſt talis Epiſcopus, talis Eccleſia Romana, qualis erat tempore Optati, nedum talis totius orbis cum illa communio per Formatas, ergo ab olim ad nunc nulla conſequentiæ umbra.

Sextò, Idem probat ex Auguſtino, lib. contra epiſt. fundam. cap. 4. qui relicta Carthaginenſi ſucceſſione ad Romanam ſucceſſionem Donatiſtarum attollit oculos.

Reſpondeo I. Nihil probatur de peculiari & ſupremo illo Romani Epiſcopi in omnes Eccleſias Magiſterio, quod tamen probandum erat. II. Et quidvis illius Eccleſiæ ſucceſſioni potius adſcripſiſſe Auguſtinum, quam prætenſum Magiſterium ſeu Primatum, conſtat ex actis & canonibus Concilii univerſalis Africani, ann. 418. & alterius ibidem ann. 419[a]. (quibus Auguſtinus interfuit) ubi omnis appellatio ad ſedem Romanam ſub pœna anathematis interdicta, his verbis: *Quod ſi & ab eis provocandum putaverint, non provocent niſi ad Africana concilia, vel ad Primates Provinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur.* Per *tranſmarina* intelligi potiſſimum Romanam, conſtat ex actis illorum Concil. Imprimis literis ad Romanum ſcriptis, & inquiſitione in acta Concil. Niceni, quæ ſuppoſuerat Romanus. Nam & irregulares ab Africanis condemnati Romam confugerant, adeo ut tunc ſola Roma illius decreti occaſio eſſet. Et ſic Auguſtinus epiſtol. 162. per *tranſmarinum judicium* & *Eccleſiam* deſignat *Romanam*; & per Epiſcopos tranſmarinos deſignat *Italos*. Breviter actum omnem, ſpeciem, & prima Monarchiæ lineamenta Africani Patres & cum illis Auguſtinus *fumoſum ſæculi typhum* appellant, epiſtol. Synodic. ad Bonifacium & Cœleſtinum, quæ exſtant in codice Canon. Eccleſi. Rom. & tom. 1. Concilior. III. Quidquid peculiare viderit Auguſtinus in ſucceſſione ſedis Romanæ, nihil tamen prætenſi illius magiſterii agnovit. Nam confirmationem Epiſcopatus

[a] Vide canon. 28, & 125. codic. Eccleſ. Africanæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

patus ſui, & literas inveſtituræ ab Epiſcopo Romano non petiit; annatam pro receptione non perſolvit, juramentum (quod habetur in Pontificali) illi non præſtitit, in dubitatione aut diſceptatione de doctrina fidei illius judicium non exſpectavit, neque ſcripta ſua illi ſubjecit, ex more nunc recepto, cum Africanis approbationem Conciliorum non petiit, appellationes transmarinas non promovit, & regalia Petri non cuſtodivit.

Septimò, Probat ex Epiphanio, hæreſi 75. n. 6. ex ſucceſſione demonſtrandam Eccleſiæ veritatem & rectam fidem, pag. 230. Præceſſerat pag. 223. Succeſſionem Romanæ ſedis cum Irenæo, Optato, Auguſtino dediſſe.

Reſp. I. An tacitè innuere velit Epiphanium ſucceſſionem illam eminentiori quadam ratione collocaſſe in vexillo, centro, & radice Romana; an vero amplificationis gratia illius verba adduxerit, dicere nõ poſſum. Siquidem nudè illa referens in animo habet probationem: dicimus Epiphaniũ in hæreſi contra Aërium (quæ eſt 75.) Eccleſiæ Catholicæ ſucceſſionem, & ſpecialiter Orientalis (in qua cum uterq; eſſet, alter alteri eam facilius & propius monſtrare poterat) deſignare. Romanę ſucceſſionem, quod alibi potius recenſet, quã alterius Eccleſiæ, in cauſa fuit Principalitas Vrbis & inde enata Eccleſię iſtius inter omnes in Imperio Romano eminentia, & quod omnibus illa ratione maximè cognita eſſet. Ad quę accedebant alia quæda dona & privilegia, de quibus in reſponſione ad teſtimonia Irenęi, Auguſtini, Optati ſatis ſuperque dictum eſt. Monarchia Ordinaria aut Papæ, aut Eccleſiæ Romanæ probanda eſt: hic nodus.

II. Quid ſenſerint Orientales & cum iis Epiphanius liquidum nimis ex Concil. Conſtantinopolit. I. & Chalcedonenſi, Canon. 169. & 187. & 195. ubi ſtatuitur, controverſias Epiſcoporum à majori Synodo, aut Patriarcha terminandas, à quib[9] nemini liceat provocare; ut etiam exſerte canonem illum approbat & explicat Iuſtinianus in Novell. Conſtit. 123. c. 22. Novell. p. 185. edit. Gr. Haloandri in fol. *Et ille* (Epiſcopus & Patriarcha diœceſeos) κατὰ τȣ̀ς κανόνας ϗ τȣ̀ς νόμȣς τȣ́τῳ παρεχέτω πέρας. i. *ſecundum canones & leges* (negotio) *illi finem imponat*. Et paulo ante: Patriarcha *ea definiat, quæ Eccleſiaſticis canonibus & legibus conſona ſunt, ita ut neutra pars ſentẽtiæ ipſius poſſit contradicere*. Impp. Leo & Conſtantinus in Eclog. legum, tit. 10. c. 6. patriarchæ ſententia appellationi non ſubjacet, neque retractatur ab alio, utpote quæ ſit Eccleſiaſticorum judiciorum princeps (Gr. ἀρχὴ). Hinc eſt quod Orientales Iulium Epiſc. Rom. accuſant quod Athanaſium ab ipſorum Synodo damnatum ad communionem admittendo commiſiſſet factum *iniquum* ϗ ἐκκλησιαςικȣ̃ θεσμȣ̃ ἀπᾷδον. id eſt, *& ab Eccleſiaſtica lege diſſonum*, apud Sozomen. lib. 3. cap. 7. Vide etiam epiſtolam eorum ad Iulium tom. I. Conciliorum.

III. Accidentali ejuſmodi eminentiæ à patribus illis teſtatę, opponimus aliarũ apoſtolicarum & Patriarchalium privilegia, ab aliis Patribus non minus commendata. De æqualibus privilegiis Conſtantinopolitanę, jam diximus ex Concil. Conſtantinop. I, & Chalcedonenſi; ubi imprimis notandum, quod ordinationes Metropolitarũ in Barbarico. (h. e. quidquid erat ultra limites imperii Romani) Patriarchæ Conſtantinopol. vindicantur. Antiochenam Chryſoſtomus vocat [a] κεφαλαῖον τῆς οἰκȣμένης ἁπάσης. i. [b] *caput totius orbis*. Et *quid nulla civitas totius orbis, nequidem Romuli, hoc habeat, ut diſcipuli ibi primum dicti ſint Chriſtiani*; quodq; propterea poſſet πρὸς ἅπασαν τὴν οἰκȣμένην ἀντιβλέψαι. i. *contra omnem terrarum orbem oculos erigere*, Et hoc Encomium πρὸς ἅπαντας

[a] Homil. ad populum Antiochenum 3, & 17. & Homil. in Act. 25. Et Sermone de Ignatio; Et Homil. 3. ad. pop. Antioch. [b] Sic vertit Sigiſm. Gelenius, & Fronto Ducæus.

στῆναι. i. *cõtra omnes adduci poteſt*. Et quod eſſet τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀντίῤῥοπος. i. *toto orbe æquipollẽs ſeu æquilibris*. Et quod omniũ civitatum *Chriſto eſſet optatiſſima*, tũ propter progenitorum, tum propter prẹſentium virtutem. Et ſicut Petrus inter apoſtolos primus Chriſtum prædicavit, ſic inter civitates, ſicut jam dixi, hæc prima tanquam coronam quandam admirabilem Chriſtianorum tulit appellationem & Homil. 17. ad pop. Antioch. poſt recenſitas ex ſacris literis dignitates hujus urbis, concludit; *Hoc ipſam facit Metropolim non in terra, ſed in cœlo*. Hieroſolymitanæ, Carthaginenſi, Ravennati, Alexandrinæ, aliiſque privilegia, elogia omnia, & verba honoris tributa, ſi quis colligere velit, facilius initium quam finem inveniet.

Octavò, Ex Hieronymo, qui ex Oriẽte clamat: *Si quis cathedræ Petri jungitur meus eſt*. Et, *ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ Petri communione conſocior. Super illam Petram ædificatam eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt*. Epiſt. 57. & 58.

Reſp. I. Prius dictum Hieronymi fere convenit cum Satyri, Imperatoris Gratiani, & Cypriani epiſt. 52. quod habet Ianſenius p. 266. Ad quẹ una illa reſponſio ſufficit, Quod ſcil. loquantur de præſenti, non de futuro, de facto non de jure, de particulari quadam cauſa, in qua quia Romana tenebat veritatem, Romanæ ſe adjungebant. Ianſenius Ieſuitis accedit in quẹſtione de Libero Arbitrio & Gratia, ego Duacenis & Dominicanis ſeu genuinis Thomiſtis: ſi quis illis jungitur in illa cauſa meus eſt, quia veritati, & Catholicæ Eccleſiæ in eo communicant; ſin vero quis Ianſenio ſeu Lovanienſibus & Ieſuitis jungitur meus nõ eſt, quia Scripturæ, Catholicæ Eccleſiæ, Auguſtino adverſantur & cum Semipelagianis communicant. Si quis Academiæ Leidenſi, aut Eccleſiæ Genevenſi jungitur, noſter eſt: hinc tamen non exurgit Primatus Leidenſis aut Genevenſis. II. Ad alterum illud dictum Hieronymi reſpondemus, *Primò* teſtem illum non eſſe omni modo teſtabilem ipſis Pontificiis nedum ut nobis ſit authenticus.[a] Iudicium ipſius de libris apocryphis & hiſtoriis Suſannæ, Draconis, Beli, de presbyteri ẹqualitate cum Epiſcopo ex jure divino, de Bigamis, aliaq; non probant adverſarii. Perronus pronuntiare audet, illum à Iudæis inductum libros canonicos (Tobiẹ ſcil. Iudith, Maccabæor.) rejeciſſe inter apocryphos. *Secundò*, teſtimonio illo Petri prærogativam aliquam aſſeri, & Succeſſoris Petri (qui tunc erat) in agitatis quæſtionibus orthodoxiam; ſed nullo modo omniũ Epiſcoporum Romanor. ſupremum, univerſale, monarchicum & infallibile magiſterium. Hanc enim eſſe mentem Hieronymi nec verba citata, nec perpetua ejus ſententia alibi ſatis expreſſa permittit. Omnes Epiſcopos facit æquales, in epiſtol. ad Euagrium: *Vbicunque*, inquit, *fuerit Epiſcopus, ſive Romæ, ſive Eugabii, ſive Conſtantinopoli*, &c. *ejuſdem meriti, ejuſdem eſt ſacerdotii*. Romam vocat [b] *Babylonem, purpuratam meretricem, ollam* illam ardentem apud Ieremiam; Clerũ Romanum, *ſenatum Phariſæorum*. Romanæ eccleſiæ uſum, per quem Diaconi ſacerdotibus antecellerent, ſatis abjectè perſtringit, & *conſuetudini Vrbis* unius, *leges Eccleſiæ* opponit. *Tertiò*, Quod Petri ſedem appellat, nihil eſt: Epiſcopi Antiochiæ & Alexandriæ ejuſdem Petri ſedem prætendebant. *Quartò*, Excommunione cum Epiſcopo Romano, in illa cauſa, tunc orthodoxo colendã, nihil Monarchiæ infertur: Quia cum quovis Orthodoxo communio in vera fide colenda eſt ſive explicitè, ſive implicitè. *Quin-*

tò.

[a] Præfat. in Danielem, & in libr. Salomonis & in prolog. galeato. Vide Alphonſ. à Caſtro lib. 2. ſect. 1. cap. ult. citatum, & Bellarmin. lib. 2. de Pontific. c. 8. & lib. 1. de Cleric. c. 24. Perronum contra Regem Britanniæ p. 442. [b] In præfat. ad lib. Didymi de Spirit. S. & Epiſtol. ad Marcellam nomine Paulæ & Euſtochii.

tò, Occaſionaliter & ex contentione cum Orientalibus ſuper voce [*Hypoſtaſeos*] ad Eccleſiam & Epiſcopum Romanum (cujus domeſticus & Clericus fuerat) nunc potius confugit, ejuſque orthodoxiam & dignitatem extollit, quam alias fugerat & dictis ſatis aculeatis depreſſerat, cũ æſtus & ſtimulus contentionis alio illũ agitarent. III. Eadem reſponſione ſatisfit objectioni ex dicto Cypriani, epiſt. 73. *Super quem ædificavit Eccleſiam, & unde unitatis originem inſtituit &c.* ut citat Ianſenius p. 265. *Primo* dicimus Petro primitatẽ & prærogativam aliquam tribus inter apoſtolos, ſed non Primatum, ut ſupra demonſtravimus ex verbis Cypr. lib. de Vnitat. Eccleſ. *Hoc erant utique & cæteri apoſtoli, quod Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis.* Dicimus *ſecundo*, ne gry hic occurrere de Papa Romano, aut ejus ſucceſſione in ſupremum, univerſale, perpetuum & infallibile Magiſterium. *Tertio*, dicimus nullum magis adverſari Magiſterio Romano, quam Cyprianum: & inter ejus ſcripta, nulla magis quã Epiſtolas. Hinc eſt quod perfidia & infando ſcelere Editorum Cypriani Romæ 1564 (qui Cardinales erant ad hoc opus à Pontifice Delegati, non vero Manutius typographus, ut vult Gretſerus, epiſtolis Ciceronis & ſimilibus authoribus legendis ac corrigendis potius, quam Patribus natus) 11. aut 12. integras epiſtolas eraſerint, & inter eas 74. & 75. quę eſt Firmiliani ad Cyprian. In quibus Stephanus Epiſc. Rom. dicitur[a] *multas alias Petras inducere, quodammodo abolere Chriſtianæ Petræ veritatem, prodere & deſerere veritatem, ad rem non pertinentia & ſibi ipſi contraria imperite & improvide ſcribere, &c.*

Nono, addit cautelam. pag. 216. *Quod ſi (patres) ad aliorum quoque ſucceſſionem ininterruptam provocabant, non idcirco vel Romanam fallibilem, vel omnes reliquas infallibiles eſſe ſequitur, ſed tantum eas uſque ad illa tempora non erraſſe.*

Reſp. I. Recte ſane. Ita nec ſequitur Romanam infallibilem, & reliquas omnes fallibiles; ſed tantum uſque ad illa tempora non erraſſe Romanam in illis ſcilicet capitibus de quibus cum hæreticis diſceptabant, quod non gravate concedimus.

II. Jmmo addimus non poſſe hoc ex illo ſequi; & bis ſtolidum ac ridiculum eſſe Ianſenium, qui ex ſucceſſionis facto ad jus, qui ex præterito ad futurum, à non eſſe ad non poſſe argumentatur: Patres enim nihil aliud quam de factorum luce teſtantur & ex ſola factorum luce (non ex Scriptura aut principiis fidei) ſucceſſionem Eccleſiæ demonſtrandam acriter contendit Ianſenius p. 225. & 241. In hunc finẽ patres illos adduxit, qui ſi pro ſæculis ſuis & univerſali Eccleſia ſtarent teſtes idonei, nihil aliud quam hiſtorice referrent, quid ſuo tempore Romæ geſtum ſit. Quomodo de Gallicana ſua Galli gloriantur: ut Pithœus in præfat. ad Salvian. *quod per Hilarium Ariminenſis perfidiæ & ὁμοιουσίας dolum vitavit, cum omnes pæne toto orbe Eccleſiæ ſub nomine pacis & Regis Arrianorum conſortio, pollutæ eſſent, uſque eo ut ejus quoque contagionis ac labis non in Græcorum modo Theologorum libris, ſed in ipſis etiam Imperatoriar. legum codicibus hodieque ſuperſint reliquiæ.* Ita Gallia præſtabat tunc temporis Romanæ ſedi, quam perfidia in Liberio occupaverat. Sed hæc erãt in illo tempore. Quidquid ſupra aut præter illud hinc elicit Ianſenius, facit paralogiſmo illo: *plus eſt in concluſione quam in præmiſſis.* Conſiderentur quæſo loca patrum, & facile videbitur illos de præſenti facto teſtari, non de futuro; de tali inquam facto teſtari, hoc eſt, conſtantia in veritate de futuro nihil promittere.

III. Teſtimonia Patrum reſpiciunt peculiare

[a] Papæ, & ab illo Delegatis editiones illas Patrum imputandas colliges ex Manut. lib. 8. epiſt. ad Pium IV. & Præfat. in libr. Poli. de Concilio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

liare aliquod doctrinæ aut diſciplinę Eccleſiaſticæ caput, de quo cum adverſariis contendebant. Nam eos non credidiſſe univerſalem integritatem Eccleſiæ illius in omnibus, conſtat ex Polycarpi & Aſiaticorum judicio in obſervatione Paſchæ: Et Cypriani atque Africanorum in quæſtione de Anabaptiſmo; & S. Firmiliani Archiepiſcopi Cæſarienſis, cui ſanctitatis teſtimonium perhibet Baronius ad ann. 258. qui præſedit Concilio Antiocheno ubi Samoſatenus condemnatus, & cujus nomen menologio Græcorum inſertum. Is in epiſtola ſua ad Cyprianum (Epiſtola eſt inter Cypriani 75.) conqueſtus de Stephani Romani *inhumanitate, audacia, inſolentia, aperta & manifeſta ſtultitia*, & *rebus improbe geſtis*, addit: *Eos qui Romæ ſunt, non ea in omnibus obſervare quæ ſunt ab origine tradita, & fruſtra apoſtolorum authoritatem prætendere*. Et Hieronymus in Epiſt. ad Evagrium improbat morem Eccleſiæ Romanæ, quo diaconus presbytero præferebatur.

IV. Longe illuſtrius teſtimonium Antiochenæ perhibet Chriſoſt. alibi à nobis cit. & Ravennati Imperator Iuſtinianus: *Sancta mater Ravennas Eccleſia: vere mater: vere orthodoxa: cum cæteræ multæ Eccleſiæ falſam propter metum & Principum terrores ſuperinduxerint doctrinam: hæc vero catholicam tenuit fidem: nunquam mutavit, fluctuationem ſuſtinuit, ſed à tempeſtate quaſſata immobilis permanſit.*[a]

Decimo, Probat illud plus in concluſione, hoc eſt, prærogativam infallibilitatis ex Auguſtino, *Ipſa eſt petra quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ*, Et Cypriano Epiſt. 55. *Nec cogitare eos eſſe Romanos ad quos perfidia non poſſit habere acceſſum.*

Reſp. I. Cyprianum, non tantum Epiſcopo Romano ſe oppoſuiſſe in dogmate illo de anabaptiſmo, ſed & doctrinam Romanā publicè per ſynodum Africanam condemnaſſe, & Epiſcopum Romanum *hæreticorum amicum & hoſtem Chriſtianorum* appellaſſe, & quod *hæreticorum cauſam contra Chriſtianos tueretur, & imperite atq; improvide ſcriberet, & propter hæreticos aſſerendos fraternitatē ſcinderet*, quo nomine nihil tale paſſus eſt aut Epiſcopo, aut ſede Romana, quale nunc patiuntur, qui ſedi illi ſe opponunt, anathemata ſcil. perſecutiones; ſed in Cyprianum, ut adverſarius in adverſarium, invectus eſt Epiſcopus Romanus, eumque *pſeudo-Chriſtum, pſeudo-apoſtolum, doloſum operarium dixit*; de quibus omnibus vide Cypriani Epiſt. 74. & 75.

II. Immo hac ipſa Epiſtola, unde Ianſenius hæc verba deſumpſit, nihil agit Cyprianus quam ut Epiſcopo Romano inculcet cauſam in Africa judicatam Romæ non debere judicari, & Africanam Eccleſiam non eſſe minorem Romana: *Oportet illic agere cauſam ſuam, ubi & accuſatores & teſtes habere ſui criminis poſſunt. Niſi ſi paucis deſperatis & perditis MINOR videtur eſſe authoritas Epiſcoporum in Africa conſtitutorum, qui jam de illis judicaverunt.*

III. Quod blando illo proloquio ſe inſinuet Cornelio, encomium quidē eſt & commendatio Eccleſiæ Romanæ, qualis fuerit, qualis adhuc erat, ſaltē porro debebat eſſe niſi degeneraret. Sed nihil de fidei & veritatis divinæ infallibilitate aut juriſdictione in omnes alios eaq; perpetua habent verba citata; tantū dicunt, perfidos & proditores ejuſmodi (qualis Feliciſſimus) ibi nō habere acceſſum & refugium. Non loquitur de perfidia aut fide Eccleſiæ Romanæ, ſed *Feliciſſimi*, qui perfide egerat cum Africanis.

IV. Nihil aliud ex Patribus citatis proferre potes, quam quod adverſariis diſſenſionem ab Eccleſia Romana aliiſq; apoſtolicis objecerint, ſeu diſſenſionem à veritate quæ in Eccleſiis illis ſonabat; nuſquam vero rebellionem adverſus eam ſolam aut ejus ſupremum

[a] In formula donationis Eccleſiæ Ravennati factæ, cujus partem exſtare teſtatur, & hanc ex ea refert Deſider. Spretus Ravennas in hiſtor. de amplit. Vrbis Ravennæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

mum & infallibile Magiſterium, à quo reliquæ omnes eſſent excluſæ.

V. Auguſtini elogium eſt de præſenti; non vero de futuro aut poſſibili. Idem elogium competit Eccleſiis Africanis, aliiſque, ſive antiquis ſive hodiernis quamdiu in veritate perſtant & adverſariis non cedunt. Sicut Eccleſias Aſiæ extollit Chriſtus ſub conditione fidelitatis, ita eoſdē deprimit, iiſque minatur ſub conditione perfidiæ, Apoc. 2. & 3. Pari ratione Romanā tunc laudatā Rom. 1. prophetica illa præmonitione aggreditur apoſtol⁹, Rom. 11. v. 20. 21. 22. *Ne effertor animo, ſed metue. Nam ſi Deus &c. ne tibi quoq; parcat, &c. ſi permanſeris in benignitate: alioquin & tu excideris.* Addimus elogium tam generale tamq; illimitatum non fuiſſe, ut non aliter cum Africanis ſuis de Romanis ſentire & loqui auderet Auguſtinus alio in caſu, de quo jam monuimus & videnda acta concilii Carthaginenſis, anno 418. & alterius an. 419. Et Pleſſæi Myſter. cum Baronio.

VI. Si quid ex Patribus illis probare intendis, unū modo profer ex omnibus qui poteſtatē univerſalem, ſupremā & infallibilem Papæ (prout hodie à Papæ maniacis definitur) diſertis verbis aut per bonā conſequentiā conſtanter affirmet, non ſolū ut Doctor, ſed *ut teſtis eorum quæ ſuis temporibus Eccleſia univerſalis credebat aut faciebat*, ut quidem Patrum conſenſum iſta regula circumſcribit Perronus in Epiſtola ad Regem Magnæ Britanniæ, quam editam & ex ore Regis caſtigatam vide à Caſaubono.

Vndecimo, Exprobrat mihi ignorantiam & calumniam, quod ipſis affingam τὸ *Romanū & Latinum* æquipollere Catholico, Apoſtolico, Chriſtiano, *quaſi ſcil. ſentirent totius orbis Eccleſias non aliud eſſe quā particularē Romanā.*

Reſp. I. Ipſe hic inſigniter calumniatur & prævaricatur. Scimus nos aliud eſſe particularem Romanā & Eccleſias totius orbis; ſcimus etiam adverſarios hoc ſcire, & cum uſu venit ita diſtinguere. Sed hoc impingimus illis, quod ſubdolè & peſſima fide hominibus imponunt, dum quęcunq; in Scriptura aut Patribus legant Eccleſię Chriſtianæ & Catholicæ attributa, ilico Romanæ attribuunt, aut *Romanam* per *Catholicam* & vice verſa exponunt, aut promiſcue illa uſurpant & confundunt, non aliter ac ſi ex Scripturis & Patribus jam aperte conſtaret aut abunde probatum eſſet τὸ *Romanum* & *Catholicum* ſeu *Orthodoxum* converti, quomodo olim *Iſrael, Ieruſalem, Sion*, ęquipollebant *populo Dei* & *Catholicæ Eccleſiæ*. Hoc etiam impingo illis quod ſpecioſis titulis & privilegiis Eccleſiæ ludunt incautos, dum videri volunt Eccleſiæ (hoc eſt, multitudini & univerſitati tam paſtorum quàm auditorum) omnia tribuere, interim ad Pontificem omnia trahunt; quem deteſtanda æquivocatione intelligi volunt per Eccleſiam; ut lib. 1. oſtendimus.

II. Probationē ulteriorem improbæ pręvaricationis, & purgationē calumniæ hic nō adferam; poſtea forte aliquid adhuc de eo dicendum erit. Vnum hoc quod nunc præ manibus habemus ſuffecerit. Cum Irenæus à me citatus, l. 1. c. 3. *Eccleſiæ* fidē explicaret; Ianſenius c. 45. p. 213. hanc adſcribit gloſſā, cujus præſidio ictū declinare ſe putat: *Eundē Irenæo affricas fucū*, qui nō nominat quidē Romanā cum Germanicæ, *inquis*, Celticæ, Orientalis, &c. exſertè mentionem faceret. *Explicat enim notiſſimā Eccleſiæ Romanæ tanquā inter omnes notiſſimæ fidē.* Quin hęc gloſſa falſaria ſit cauſā non dices Ianſeni, niſi præſupponas illā vocem *Eccleſiæ* aut ſemper aut ſtylo Irenæi, aut ſaltē pro ſubjecta materia ibi ſignificare *Romanā*, ſive per ſynechdochē generis & totius, ſive quacunq; alia ratione. Quę e. audacia eſſet diſtinguere ubi lex nō diſtinguit, & ſuppoſitionē talem voci affingere, cum abſolute ab Irenæo ponatur; imo cū talis acceptio excludatur verbis immediatè ſequentib. *Hanc prædicationē cū acceperit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

rit & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, Eccleſia, & quidem in univerſum mundum diſſeminata, & partes iſtius diſſeminationis enumeret, videatur locus ſupra citatus. Vides jam ubicunque legunt Pontificii *Eccleſiam*, ipſos intelligi velle *Romanam*; ubi *Catholicum*, τὸ *Romanum*. Eccleſia Romana, inquit Cardinalis d'Aliaco, apud Altenſteig in Dictionar. Theolog. *quandoque ſumitur pro ſummo Pontifice & quibuſdam presbyteris & diaconis, quos non ex authoritate Scripturæ divinæ, ſed ex conſuetudine obſervantiæ humanæ Papam & Cardinales vocamus* [a]. *quandoque ſumitur pro ſolis Cardinalibus &c. quandoque pro omnibus credentibus fidem prædicatam Romanis, quandoque pro omnibus clericis Romanis, quandoque pro omnibus fidelibus Romanæ diœceſeos. Et ſic univerſalis Eccleſia poteſt vocari Eccleſia Romana, & omnes fideles poſſunt appellari Romani, ut dicunt aliqui.* Et Baronius ex profeſſo hoc agit, adductis locis Patrum ut probet, olim *Romanum* & *Catholicum* fuiſſe unum idemque. [b] *Et tamen*, inquit Bellarminus, *uſque à tempore S. Ambroſii idem erat dicere Romanus, quod Catholicus*; [c] & Becanus: *Hoc ſenſu antiqui Patres pro eodem accipiunt Eccleſiam Romanam & Catholicam* &c. Sic per *Eccleſiam* ipſos intelligere *Pontificem* oſtendimus lib. 1. ſectione tertia; quibus addimus Hadrianum Trajectinum pôſt Papam [d]: *Quod ſi per Eccleſiam Romanam intelligatur caput ejus, puta Pontifex, certum eſt quod poſſit errare &c.* Et Bellarminus [e]: *Licet enim ſecundũ literam per nomen Eccleſiæ nõ intelligatur ſummus Pontifex in ſpecie, ſufficit quod intelligatur in genere.* Zvvarez adverſus Regem Britanniæ lib. 1. c. 12. *Nomen Eccleſiæ Romanæ interdum accipitur pro univerſali Eccleſia, quæ Pontifici Romano tanquam univerſali Chriſti vicario obedit, interdum pro particulari diœceſi &c. In præſenti quidem priori modo loquimur de Eccleſia &c.* Vides *Romanam* Eccleſiam ſignificare *univerſalem*; & vice verſa, *univerſalem* ſignificare *Romanam* dialecto Romana aut Ieſuitica. Huc facit ridicula illa diſtinctio Perroni, qua totum aliud facit *habituale*, aliud *actuale*. Eccleſia, inquit, Catholica, à qua tanquam trunco, hæretici tanquam rami reciſi ſunt, ad hæreticos relata non eſt totũ actuale ſed habituale. Eccleſia autẽ illa Catholica quæ truncus, quæ totum habituale fingitur, nulla alia eſt quã Romana, ut quidẽ explicat Ianſenius in quæſtione de ſciſmate, de qua ſuo loco. Interim vacuam illam & ſtolidam *totius* Catholici explicationem exploſam vide apud Molineum in *Nouveautè du papiſme* part. 1. cap. 30. Canus locor. Theolog. lib. 6. cap. 7. & 8. deciſurus quæſtionem, An Eccleſia in fide errare poſſit; Concludit affirmative, *Eccleſiam Romanam non poſſe errare.* Quod rurſum explicat de Pontifice Romano. Sic Ieſuita Hybernicus apud Vſſerum diſputans de antiqua & Primitiva Eccleſia Catholica *Romanam* nominat; & Schulkenius apud Rob. Abotum de Suprem. poteſt. Regia p. 70. 71. diſputans de *Pontificum* Iuriſdictione in Imperatores, ſubſtituit *Eccleſiam: Deus*, inquit, *poſterioribus ſæculis ſpiritu ſuo docuit Eccleſiam quo loco & tempore poteſtatem ſuam exercere deberet.* Itaque in Calepino Romano κατὰ λέξιν explicatur *Eccleſia*, ſeu *Eccleſia Catholica*, primo & immediate per *Eccleſiam Romanam*: Deinde mediate per *Papam Romanum* tanquam per ſua Synonyma ſeu æquipollentia. Et quotieſcunque ſtatus controverſiæ ponitur, hoc notandum eſt tanquam myſticum *Keri & Ketif*: aliud enim dicitur ſeu ſcribitur, & aliud intelligitur. Quia juxta parva Logicalia, voces exponibiles ſunt intelligendæ & accipiendæ ſecundum ſubjectam materiam. Ibidem cap. 8. pag. 398. Canus per-

a Hanc Eccleſiæ acceptionem obtinere notat Marſil. Patavinus in Defenſ. pacis part. 2. cap. 2. b Ad ann. 45. n. 10. Reſp. ad Theolog. Venet p. 213. c Diſput. de Antichriſt. reformato c ncl. 7. pag. 129. d In 4. ſentent. de Confirmat. ſub finem fol. 23. e Reſponſ. ad Theol. Venetos pag. 146.

perſtringit Pontificios illos *minimè malos, ſed ſatis acutos* (quibus ſe adjungere videri hic vult Ianſenius) qui ad defenſionem Infallibilitatis Eccleſiæ, Eccleſiam Romanam à Pontifice diſtinguunt, ajuntq; hunc in fide errare poſſe, illam non poſſe: ſic ſibi videntur omnia propemodum argumenta diluere, &c. Quos docet ſoli Pontifici, & non Eccleſiæ Romanæ competere infallibilitatem. Caſpar Zaſgerus Minorita: In Traductione Satanæ tit. 3. p. 41. 42. *Romana Eccleſia, ut paſtori univerſalis Eccleſiæ ſpeciali prærogativa & unione familiari copulata eſt* (mulier ſcilicet fulget radiis mariti ſui) *quandam contrahit* GENERALITATEM, *per quam ex conſequenti orationem participat Chriſti, qua pro Petro oravit ut non deficeret fides ejus.* Et paulo poſt: *Romana Eccleſia conſideratur duplici reſpectu, ut Eccleſia particularis, &c. alio modo paſtori univerſalis Eccleſiæ, &c. veluti proprio Epiſcopo copulata. Secundum hanc conſiderationem extenditur ejus intellectus ad univerſalem Eccleſiam, ut* ROMANA ECCLESIA APPROPRIATE *dicatur* VNIVERSALIS. *Et fides Romanæ Eccleſiæ ſit univerſalis Eccleſiæ fides, ſecundum quem intellectum à fide errare non poteſt.*

Sylveſter Prieras in Summa in Voce *Eccleſia* §. 1. &. 3. *Eccleſia militans eſt duplex, catholica ſive Vniverſalis ſc. Dei populus per totum orbẽ diffuſus, &c. & ſpecialis, ſicut Eccleſia Mediolanenſis, & Bononienſis & hujuſmodi, niſi eſſet Romana, quia illa eſt Eccleſia Vniverſalis in virtute.* Et poſt: *Formaliter eſt omnis populus. Secundo dicitur formaliter & repræſentative, & eſt Concilium generale: Tertio dicitur virtualiter & formaliter ſimul, & eſt Eccleſia Romana quæ eſt caput omnium Eccleſiarum virtualiter continens autoritatem totius Eccleſiæ; Quarto, etiam virtualiter & repræſentativè ſimul, & eſt Collegium Cardinalium cum ſuo capite, id eſt, ſummo Pontifice.*

Bellarminus, De Eccleſia lib. 3. c. 2. Eccleſiam diſtinguit in *Eſſentialem, Repræſentativam, Virtualem, Conſiſtorialem.* Virtualem dicit eſſe Papam, Conſiſtorialem Cardinales cum Papa, quam Galli vocant Curiam Romanam. Vide eundem lib. 4. de Eccleſia c. 4. & Baronium ad an. 45. n. 3. & 58. n. 49. Barthol. Fumus in Armilla: In voce *Papa. Authoritas Papæ, univerſalis Eccleſiæ, & generalis Eccleſiæ eſt eadem.* Thom. 2. 2. q. 2. art. 10.

Zvvarez: [a] *Definitio pontificis omnino vera eſt; & ſi dictis omnium ſanctorum eſſet contraria, illis eſſet præferenda.* Et Gretſerus: [b] *Mentitur Calviniſta ſuoſque fumos & nebulas vendit. Per Eccleſiam enim, quando dicimus omnium controverſiarum eſſe judicem, intelligimus Pontificem Romanum, qui pro tempore præſens naviculam militantis Eccleſiæ moderatur.* Bellarminus: [c] *Si Papa erraret, præcipiendo vitia vel prohibendo virtutes, teneretur Eccleſia credere vitia eſſe bona, & virtutes malas, niſi velit contra conſcientiam peccare.* Coſterus in Enchirid. p. 481. *Vt Eccleſia aliquid mandaſſe dicatur, ſatis eſt ſi ſupremus Chriſti vicarius Pontifex legem ferat & Epiſcopis denuntiet.*

III. Ianſenius in omnes formas ſe vertens, pag. 262. 263. in inſtituta quæſtione de ſucceſſione Eccleſiæ Catholicæ, ad Romanam non tantum crypticè dilabitur, ſed & apertè ei unicæ adhæret; ut cum ego ex præſuppoſito utrimque controverſiæ ſtatu de *ſucceſſionibus Eccleſiæ Catholicæ* diſceptarem, falſitatis me arguat, & proteſtetur ſe ibi nullam aliam probare voluiſſe ſucceſſionem quam Eccleſiæ Romanæ ſeu ſedis Petri. Vnde ſole clarius lector colligere poteſt, Quidquid de *Eccleſiæ Catholicæ* vocatione, ſucceſſione, authoritate, &c. magnificè inchoant Pontificii, deſinere in Romanam Eccleſiam, mox in *ſedem Romanam*, denique in Epiſcopum Romanum ſeu Papam.

IV. Iam dixi, & iterum dico omnem authoritatem Sacræ Scripturæ quoad nos, omnium Sanctorum, omnium Patrum, Conciliorum, Eccleſiæ Catholicæ, Eccleſiæ Romanæ, quorum prætenſa ſpecie adverſarios

[a] In 3. part. tom. 1. qu. 2. art. 2. diſp. 44. ſect. 1. [b] In defenſ. Bellarmin. lib. 3. c. 10. [c] De Roman. Pontif. lib. 4. c. 5.

verſarios præjudicant, omnes abominationes ſuas tegunt, infirmiores terrent, in unius Papæ authoritatem reſolvi, colliqueſcere. Si quid fingo, Ianſeni, fac me mendacem. Sic enim Epiſcopus Bizontinus, à me in Philonio citatus. Et Gregor. de Valentia: De analyſi fidei lib. 8. pag. 70. *Non eſt ratio ulla firma quamobrem exiſtimare debeamus ſtudii diligentiam Pontifici neceſſariam eſſe*. Et, *ſive in definiendo ſtudium adhibeat, ſive non adhibeat, &c. infallibiliter certe definiet.* Ergo Conciliis, Patribus eorumq; lectione haut opus omnia ſunt in uno Pontifice. Quod fieri poteſt per pauciora, quid opus eſt fieri per plura? Et Ieſuita Vaſquez. [a] *Licet concederemus hoc fuiſſe Apoſtolicum præceptum, nihilominus Eccleſia & ſummus Pontifex potuerunt illud juſtis de cauſis abrogare: neq; enim major fuit poteſtas Apoſtolorũ quã Eccleſiæ & Pontificis in ferẽdis præceptis.*

Duodecimo, p. 217. objicit me per barbariſmos fel meum exonerare, cum ſcripſi λατεῖνον & *Romanum*, non æquivalere τῷ *Catholico, Apoſtolico, Orthodoxo.*

Reſp. ad objectum barbariſmum. I. Initio conjicere vix poteram quid ſibi vellet: vix enim ſuſpicari audebam Ianſenium tantum Græculum & toties emblemata ex Patribus Grecis oſtentantem, antiquiſſimo illi Irenæo barbariſmum exprobrando in mediam barbariem ruiturum: Præſertim cum Bellarminus, Florim. Ræmundus, imprimis Leſſius de Antichriſt. ad demõſt. 4. p. 23. qui idem ſaxum volverant, jam ὡς ἐν παρόδῳ ab uno atque altero noſtrorum moniti ſint.

II. Inventum illud, ſeu conjectura non eſt mea: ſed antiquiſſimi Patris Irenæi, [b] qui adoleſcens cum viderit Polycarpum Apoſtoli Iohannis diſcipulum, poſſet videri ex Apoſtolis hæc per traditionem accepiſſe, ſi quidem in gratiam Papatus locutus fuiſſet. Verba Irenæi ſunt iſta libr. 5. cap. 5. Sed & *Latinos, nomen ſexcentorum ſexaginta ſex numerum, valde veriſimile eſt, quoniam veriſſimum regnum hoc habet vocabulum. Latini enim ſunt, qui nunc regnant, ſed non in hoc nos gloriabimur.* Ad hanc Irenæi conjecturam de numero nominis Antichriſti ex Apocalypſ. 13. verſ. ult. alludebam, cum Græcè ſcriberem λατεῖνος; quod abſque E ſcriptum, numerum 666. non facit.

III. Patres Græcos, *qualis fuit Irenæus* [c] & quem *Græce ſcripſiſſe* omnes fere conſentiunt, vernaculã ſuam linguam docere, ut paulo inſolentius eſt, ita intolerabile videtur Pontificiis. [d] Henricus Stephanus omnis Græciſmi theſaurus & ἔμψυχος βιβλιοθήκη, cum quo Ianſenius neutiquam comparandus, cum in Nazianzeno licentiam non conceſſam reprehendit, qua primam in (ἀνὴρ) corripit, ſtatim audit à Ieſuita Bayllio: [e] *Miror ab Henrico Stephano tomo primo ſui theſauri, D. Gregorium multis partibus eo doctiorem, & natione Græcum reprehendi.* Liceat etjam nobis mirari Irenæum *Græce quam Latinè peritiorem* (teſte Eraſmo [f]) per latus meum barbariſmi arceſſi.

IV. Sed excutiamus Irenæi barbariſmũ. Ræmundus, Bellarminus, & Leſſius tract. de Antichriſto, quos in criſi ſua proculdubio ſequitur Ianſenius, affirmant Grecè ſcribendum fuiſſe λατῖνος, non vero λατεῖνος, ita ut longe fallatur in cabaliſtica Gematria ſua Irenæus, qui ex voce ita ſcripta numerum 666. colligit. Scimus ita ſcribi, & ſcivit hoc Irenæus; Sed quis inde inferat aliter non poſſe ſcribi? Etiam τῖταν per I ſcribunt Græci, inde tamen non colligitur barbarum eſſe τεῖταν, quod ibidem habet Irenæus. Nunc diſcite ô boni, antiquos I longum aut ſemper, aut ſaltem promiſcue per *E I* ſcripſiſſe. Sic Cicero [g] *Bini* pro Græco βίνει ſcribebat ſua ætate. Vſitata olim

[a] In 3. tom. 3. diſp. 216. cap. 5 n. 60. [b] Irenæus lib. 3. cap. 3. teſtatur ſe Polycarpum vidiſſe. [c] Hieronym. in c. 36. Ezech. [d] Bellarmin. de ſcriptorib. 180. A Lapide argum. in Epiſt. ad Roman p. 27. Feuardent. proœm. in Irenæum. [e] In tractatu de quantitate ſyllabarum qui inſertus eſt Gram. Græc. Scoti pag. 891. [f] In Epiſtol. dedicat. ad Epiſcop. Trident. [g] Lib. 9. Epiſtol. famil. ad Papyr. Pœtum Epiſtol. 22.

lim hæc ſcriptio, *fecei, poſeivi*, deico, & ſexcenta hujus formæ ut loquitur Lipſius. Sicuti Græci *chirik magnum* Hebræorum promiſcuè per I, & per EI exprimunt, ἠλὶ vel ἠλεί, Math.27[a].

Quid mirum ergo ſi Irenæus Græcum λαῖεινος Græcis characteribus ita ſcripſerit; quem ſui ſæculi uſum optimè calluiſſe, & hic Ortographiæ curioſe attendiſſe dubium non eſt, imprimis cum numerum propoſitum 666. hinc eliceret, & de voce τειτὰν tam accurate moneret, *ſcripta*, inquiens, *prima ſyllaba per duas Græcas vocales* E *&* I. Quidquid ſit, tantam ortographia ſubire ſolet mutationem (ut monent Quintil. lib. 1. c. 13. Muretus variar. lect. lib. 6.c.4.) ut ſcriptio *EI* pro *I* facile accidere potuerit abſque barbariſmo: imprimis quando vocabula Græca Latinè, aut Hebraica & Latina Græcè ſcribuntur. Exempla adducere tædioſum eſt. In ſolis ſacris infinitè variantem ſcriptionem & lectionem in nominibus propriis quis non animadvertit? Math. 27. λάμμα Hebraicum, in quibuſdam codicibus λεῖμα, in aliis λιμὰ, in nonnullis λεμὰ ſcribitur. Præterquam quod Græci I ante N pronuntiarēt per diphthongum *EI*, ut Αντονεῖνος, Ζαβεῖνος, Λατεῖνος, Φαυστεῖνα, id eſt, Antoninus, Sabinus, Latinus, Fauſtina, ut videre eſt apud Scaligerum in animadverſ. Euſebianis pag. 106. & Goltzium in theſauro rei antiquariæ. Nec tantum ante N, ſed etiam in aliis ut τεῖταν pro τίταν apud Irenæum, & Μείθρας pro Μίθρας (qui erat Perſarum Deus) & χείλια pro χίλια, id eſt, mille. Vnde dependet intelligentia Hieronymi commentar. in Amos cap.3. & in Zachar. cap. 8. ut conſtet Cabala in ἑπτάκις χειλίους & χριστιανοὺς, quæ utraque eundem facerent numerum; Et altera Cabala in Μείθρας & Αβράξας. Latinum *Idus* Græce Εἰδοὶ ſcribitur à Plutarcho. In Publicola & Camillo. Quod Latini mantile dicunt, Iull. Pollux in Onomaſtic. lib. 7. cap. 16. μαντεῖλαν vocat. In carminibus Sibyllinis apud Euſebium χριστὸς ſcribitur χρειστὸς: Sic autem ut ſcribatur acroſtichis Sibyllina, & Græca apud Euſebium, Latina apud Auguſtinum poſtulant,[b] ut rectè obſervat Obſopœus minime Barbarus[c].

Accedit quod ſcriptio nominum propriorum ſpeciatim gentium & locorum ex una lingua in aliam transfuſorum non ita certam admittit Ortographiam; quod norunt illi qui in antiquis Geographiis & Itinerariis illuſtrandis operam poſuerunt[d]. Ita Μειναῖοι populus in Arabia Felice, Strab. lib. 16. Dionyſio Periegetæ, & Stephano ſcribitur Μιναῖοι & Φαρνάκεια Arrian. in Periplo Pontiſi. Euxin. ſcribunt Φαρνακία Strabo & Ptolomæus. Infinita hujus variationis exempla annotavit Euſtathius Dionyſii Scholiaſtes, & Ortelius in theſauro Geographico, & Druſius in notis ad Sulpitium Severum, ut pag. 146. 147. & ſic paſſim. Grotius ad lib. 6. Mart. Capellæ. Stuckius in Periplos Arriani, Dalerampius in Plin. lib. 3.4.5.6. Surita comment. ad Itinerarium Antonini.

V. Quod ſi philologiæ noſtræ fidem non adhibes, conſule Metkerckium de pronuntiatione linguæ Græcæ cap. 14. & 42. Et Lipſium de pronuntiatione ling. Lat. cap. 8. & 11. Et Angelum Caninium de Dialectis in Diphthongo *EI* Auſon. Popma de uſu antiq. locut. cap. 2. Lucilii reliq. Satyr. lib. 9. cum notis Fr. Douzæ. Scaligeri animadverſ. ad Chronic. Euſeb. Anonymi annotationes in Feſtum & autores ibi citatos in litera *L*, editionis Venetæ.

Decimo tertio, ut eminentē & magiſtralē Eccleſiæ ſeu Epiſcopi Rom. ſucceſſionē,

a Vide Druſii Hebraiſm. N.T. b Auguſtin. de civit. Dei lib. 18. c. 23. Ludov. Vives ibid. c Obſopœus in notis ad Sibyll. orac. pag. 67. Euſebius in vita Conſtantini lib. 4. cap. 18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tanquam magiſtri centri, aquilæ, radicis Eccleſiaſticæ perſuadeat, advocat p. 343. 344. ſexcentos Patres Concilii Chalcedonenſis, (de quibus p. 225. ironicè: *timendum eſt enim ne ſexcenti Epiſcopi mentiantur, & Voetium fallere velint*) quos ait epiſtol. quadam ad Leonem Papam, *unanimi voce conteſtatos, ſe Leoni Pontifici Romano ut Capiti, ut primario vineæ Domino (quod probari à me poſtulas) fuiſſe ſubjectos. Sic enim loquuntur:* Quibus tu quidem ſicut membris caput præeras. *Et Iterum:* Et poſt hæc omnia, inſuper & contra ipſum, cui vineæ cuſtodia à Salvatore commiſſa eſt, extendit inſaniam, id eſt, contra tuam quoque Apoſtolicam ſanctitatem. *Ecce divino judicio ipſa verba profero, quæ in Baronio reprehendis, non per illa ipſa totius orbis Epiſcopi à mille ducentis annis ſuam ſub Romano Pontifice ſubjectionem & Pontificis præfecturam ſupra totam Domini vineam conteſtati ſunt.*

Reſp. I. Ecce divino judicio conſcientiam (ut vereor) cauterizatam, falſitate intolerabili Deo & hominibus mentientem atque illudentem. Vbi ſunt illa ipſa Baronii verba à me reprehenſa: *primarius vineæ Dominus:*) quæ verba à te probari poſtulabam in Philonio, ut ipſe fateris? Nunc purga te à falſitate, perfidia, in allegandis & uſurpandis antiquitatis teſtimoniis.

II. Quod ſi dicis, haberi: *vineæ cuſtodiam* Pontifici *fuiſſe commiſſam*; inde elicere potes juxta locum conjugatorum, *Ergo Papa eſt vineæ cuſtos*; ſed minime, *ergo eſt Dominus:* niſi idem tibi ſint *cuſtodia & Dominium, depoſitarius* & *Dominus*, Eccleſiæ ſupremus ac univerſalis *præfectus*, & Eccleſiæ *cuſtos*, Cancellariæ Apoſtolicæ *cuſtos*, & ejuſdem Dominus. Quàm multis hominibus, agrorum, ædium, utenſilium, theſaurorum, immo & civitatum, Provinciarum cuſtodia committitur, qui tamen Dominium eorum non habent nec utile, nec directum. Non eſt quod ad corpus Iuris excurramus, ſolæ illæ parabolæ de operariis miſſis in vineam, de vinea elocata agricolis, de ſervo quem Dominus conſtituit ſuper familiam ſuam; Math. 20. & 21. & 24. & dicta omnia quæ cuſtodiæ, cuſtodum, & vigilum in rebus ſæcularibus mentionem faciunt, ut Pſal. 127. verſ. 1. & Pſal. 130. verſ. 6. Ieſa. 21. verſ. 11. Math. 27. 65. Actor. 12. verſ. 10. Nehem. 11. 19. & 13. 22. figmentum illud de *Dominio* facile [a] excutient.

III. Omnibus Eccleſiæ paſtoribus communiter vineæ cuſtodia demandata eſt, Ieſa. 62. verſ. 6. *Super muros tuos Ieruſchalaïm, præficio cuſtodes, toto die & tota nocte jugiter non tacituros*; unde communi nomine *cuſtodes, vigiles, ſpeculatores* dicuntur, quibus *concreditum eſt Euangelium*, qui *vigilant pro animabus*, qui *attendunt gregi*, qui *cuſtodiam Domini cuſtodiunt*; qui tamen non ſunt Domini Eccleſiæ ſed *miniſtri per quos crediderunt*, ſed *Dei adminiſtri*; qui nec *fidei*, ne Eccleſiæ *dominantur*, ſed ſunt *miniſtri gaudii*, & *exemplaria gregis*, immo quorum non eſt hæreditas *ſponſa*, ſed ipſi *ſunt Eccleſiæ*, immo *nihil ſunt* [b]. Nihil ergo hic ex commiſſa vineæ cuſtodia Papæ attribui poteſt, quod iiſdem & amplioribus verbis omnibus paſtoribus Scriptura & Patres non attribuant.

IV. Non tantum ſemel, ſed & iterum Ianſenius falſarius eſt: cum Concilio affingit, quod *primarium vineæ cuſtodem* pag. 343. Papam agnoverit. Concilium *primarii* non meminit. Quamvis hac minori falſitate majorem illam de *vineæ Domino* ipſe vertiginis œſtro percitus, manifeſtè elidat.

V. Quod ad verba illa: *tu quidem ſicut membris caput præeras*; ſiquidem illa à Concilio ſcripta ſunt (ut complementis & verbis honoris compellationes Epiſcop. Metropolit. Patriarcharum tunc temporis ſatis abundabant) non poſſunt exponi ex

mente

a *Cuſtodia in cuſtodiente reſpectu cuſtoditi dicit præſidentiam quandam.* Bonavent. in 2. diſt. 11. n. 18. b 1. Corinth. 3. verſ. 5. 6. 7. 9. 2. Corinth. 1. verſ. ult. & 1. Petr. 5. verſ. 2. 3. Iohann. 3. 29. & 1. Cor. 3. verſ. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

mente Patrum illorum, de Primatu Monarchico in Vniverſam Eccleſiam: quia ipſi illi Patres decretum fecerant de *æqualibus privilegiis* Conſtantinopolitani & Romani, ut modo oſtendimus, & eſt decretum illud peculiariter approbatum ab Imperatore in Novellis, ut & omnia iſtius & reliquorum Conciliorum decreta L. 4. C. *de ſumma Trinit.* & l. 8. de hæretic. & ab univerſa Eccleſia, etiam ipſa Romana, nominatim à Gregorio Magno, qui quatuor Euangeliis quatuor Concilia comparat unanimiter recepta. Ad hæc Cõcilium illud omni ſtudio & conatu obſtitiſſe primatui Romano fatentur Baronius, Bellarminus,[a] Perronus, aliique; quo nomine etiam illud traducunt, adverſus Canones & authoritatem ejus multipliciter excipiant. Adeo ut quidvis potius, quam primatum illa adpellatione *capitis* indicarint illi Patres. Notum eſt *caput* denotare nonnunquam eminentiam & primitatem, non vero primatum[b]. Sic civitas aliqua eſt caput Gentis, Provinciæ, &c. Miles caput contubernii, qui decem militibus præpoſitus eſt.

VI. Quidquid ſit de ſenſu iſtius phraſeos; parum nos prætenſa illa & laudata Patrum authoritate (quam ſecundũ artem Romanam nunc ita extollit Ianſenius, mox depreſſurus ubi ſcenæ ſuę non ſubſerviant) parum inquam nos movemur, *Primo*, quia incertũ eſt an ſit genuina illa epiſtola, immo an non ſint quoad maximam partem ſuppoſititia & interpolata acta Conciliorum. *Secundo*, an ſit Conciliariter ſcripta. *Tertio*, an ſit definitio de fide, quidquid in ſcriptis, epiſtolis, & actis Conciliorum occurrit. *Quarto*, an non potius farrago illa actorum ex decretis, quam decreta ex illis ſint explicanda. *Quinto*, quia ipſis Papiſtis [c] Concilium illud in puncto de Papæ Romani authoritate admodum ſuſpectum & moleſtum eſt, & ipſi eo minime teneri volunt, qui alias ſe profitentur Conciliares: inſulsè illud nobis opponunt, quos norant eſſe Scripturarios. *Secundo reſponderi poteſt, hos omnes canones* (Concil. Chalcedonenſis) *non habere robur apud nos, niſi quatenus ſunt renovati à Romanis Pontificibus. Nam Leo in epiſt.* 59. *ad Cõcil. Chalcedon. ſcribit ſe Concilium illud approbaſſe, ſolum quantum ad explicationem fidei. Et Liberatus in Breviario cap.* 12. *teſtatur iſtos omnes canones fuiſſe conſtitutos abſentibus legatis Papæ.* Sunt verba Bellarmin. De Pontific. lib. 2. c. 22. & c. 18: An ergo in canonibus condendis ſexcenti illi Patres falſi ſunt, & nos fefellerunt, in epiſtola ad Leonem non fefellerunt? An canonem 28. à Clericis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ conceptum & ſuggeſtum ex ſua affirmatione dicet Perronus, quamvis Epiſcopi omnes præſentibus Legatis Romanis clamarent, ſe non coactos ſed voluntariè ſubſcripſiſſe? Et epiſtolam illam Concilii ad Leonem (ſiquidem genuina eſſet) à Spiritu ſancto dictatam nobis credendum eſt? An Spiritus Patrum illorũ ita fuit diviſus, ita peregrinatus cũ canones conderent? Qua certa fide hunc ſpiritum explorabo & appendam? Epiſtola an ſcripta ſit incertum eſt; decretum & canonem eſſe factum, quamvis fruſtra reclamantibus Leonis Legatis, apud nos & adverſarios nemo dubitat. Habemus ergo ex decreto 600. Patrum iſtius Concil. *Præeminentiam* ſedis Romanæ ex eminentia Vrbis ortam, eique inniti. *Cõſtantinopolitanum* Epiſcopum Romano non fuiſſe ſubjectum, quia Conſtantinopolis Romæ non erat ſubjecta. *Ordinem* Patriarcharum fuiſſe mutatum, & Conſtantinopolitanum Alexandrino & Antiocheno fuiſſe prælatum. Et hanc Synodi concluſionem obtinuiſſe in Eccleſia Catholica Im-

[a] Qui 30. nullitates infert contra decretum hujus Concil. quas refutavit Molin. in Novit. p. 1. lib. 6. [b] Vegetius lib. 2. c. 8. & ibid. Stevvechii comment. Et lexica Iuris Prat. ac Briſſonii. [c] Vide exceptiones adverſus Concilia apud Canum in loc. Theol. lib. 5. cap. 5 6. Et adverſus Act. Concilior. apud Bellarmin. de Concil. lib. 3. cap. 2. Et Baron. ad ann. 325. num. 62. 63.

perii Romani, authoritate Imperatoris ſtabilitam, quidquid poſtea Romanus Epiſcopus alios nactus dominos contradixerit. Vide Liberati breviar. cap. 13.

Sexto, Siquidem nullitatibus Perroni evinceretur, canonem illũ Chalcedon. non eſſe Conciliariter factum; habemus ſaltem ſententiam & vocem ſexcentorum Epiſcoporum de centrali, radicali & Monarchica illa ſucceſſione Eccleſiæ Romanæ, de qua nobis nunc quæſtio eſt. Non debet Ianſenius metuere, ne omnes illi ex toto orbe congregati nos fefellerint, in hiſtorica ſaltẽ relatione ſuper fide aut opinione quàm & ipſi & eccleſiæ, quarum erant Legati, communiter tunc tenerent. Quod ſi pari pietatis affectu & reverentia recipiamus verba illa à Ianſenio ex epiſtola ſynodica citata, utiq; nihil aliud quàm eminentiam & præſidentiam primæ ſedis Epiſcopi inde concludent, non verò Primatũ Monarchicum & infallibile Magiſterium, ut modo diximus. Probent adverſarii voces illas metaphoricas *cuſtodis & capitis*, ex uſu antiquitatis & Patrum Græcor. aut Latinor. neceſſario ſignificare primatum Monarchicum, & magiſteriũ infallibile. Et nos barbariem atq; inſcitiam ipſorũ probabimus. Ne ſtylo quidem modernæ curiæ *Cuſtos vineæ domini*, dicit Monarchã. Inquiſitores hæreticæ pravitatis appropriate vocantur *cuſtodes vineæ*, à Iul. Cæſare Vanino in Amphitheatr. exercit. 16. pag. 109.

VII. Quidquid certi habemus ex antiquis Conciliis, ſunt canones; quos diligẽter cuſtodivit Eccleſia Orientalis. Acta negligenter habita, confuſa, corrupta, apocrypha mera. Quod ipſi adverſarii diffiteri non poſſunt. Tomus primus & pars ſecundi habent apocrypha multa ad exaltationẽ ſedis Romanæ tam ſolide conficta & intruſa, ut eorum nunc pudeat ipſum Baroniũ & Bellarminũ: qualia ſunt, Clemẽtis Conſtitutiones Apoſtolicę, decretales Pontificum trib. primis ſæculis, Donatio Conſtantini, Acta Concilii Sinueſſani & Rom. ſub Sylveſtro, quæ Concilia nunquã fuerunt in rerum natura. Quotidie refinguntur & augẽtur acta Conciliorum, ex bibliotheca ſcil. Vaticana. Editiones Gręcę cũ Latinis ita conveniunt, ut vix cognoſci poſſit an eadẽ ſint Concilia. Imprimis acta Concilii Chalcedonenſis tam Græca quã Latina eſſe corrupta fatetur Baronius ad an. 451. n. 69. 92. 124. 151. ita ut ſciri non poſſit utrũ Gręca ex Latinis, an Latina ex Græcis ſint corrigenda. Et Græca quærenti mihi, *Tu quis es, unde veniſti?* nihil aliud prætendere poſſint quam *ſagenam illam Vaticanam* continentem bonos & malos piſces (ut loquitur Baron. de biblioth. Vaticana) & *fidẽ Papiſticam*, quæ in propria cauſa plus quam Græca & Punica ſæpius deprehenſa. Ecce mater & pater Actor. ecce dii tui, Ianſeni. Extat in Actis illis ſeſſ. 3. epiſt. ſynodalis, quæ incipit: *Repletũ eſt gaudio os noſtrum*, in qua Patres Concilii Leonẽ Epiſc. Rom. agnoſcunt caput ſuũ, & ipſius judicio decreta ſua ſubjiciunt, petentes ut ea confirmet. Hãc ſæpius allegat Perronus; Imprimis, l. 1. c. 38. ſed falſitas ejus deprehenditur ex fine, ubi habentur hæc verba: *Scripſi pridie Calendas Aprilis, feria tertia, Indictione decima tertia.* Atqui Concil. Chalcedonenſe menſe Oct. cæptum & terminatum erat. Et Imperator Martianus, ſub quo habitum Concil. non vixit uſq; ad indict. 13. ſed indict. 8. mortuus eſt, ut etiã notavit Baronius. Ad an. 451. nu. 146. Sed omnibus illis præteritis, ſi Patres Chalcedonenſes Romanum agnoverunt caput & Primatẽ ſuum, cur illo reclamante decreta fecerunt, & authoritate Imperatoris executioni mandarunt, & Romanus de injuria ſedi ſuæ à ſynodo illata longo poſt tempore queſtus eſt? Eſſe autẽ genuinum & indubitatũ illum 28. can. Concil. Chalced. alibi notavimus, & hic repetimus. Quia exſtat in Nomocanone Eccleſiæ Græcæ, in Zonara, Balſemane, Harmenopulo. Cõcil. VI.

in

in Trullo eundẽ repetiit, & ita inſertus eſt, ſed non abſq; falſificatione decreto Romano Diſt. 22. c. *Renovantes*; nulla cenſura, nulla deciſione Eccleſ. Rom. loco motus aut falſi cõvictus. Capitula & ſcholæ pro parte juris Canon. Pontif. hactenus abſq; contradict. ſuis inde propinarunt. Extſat etiam in edit. Græca canon. Ioh. Tilii Epiſc. Meldenſis.

Atq; hactenus Ianſenius fugiens Scripturas ex ſolis Patribus, ex ſola factorum luce eminentem illã ſucceſſionem Eccleſiæ Romanæ aſſeruit. Vbi, divino judicio tanta cæcitate & ἀδοκίμῳ νοΐ, id eſt, mente judicii experte percuſſus eſt, ut nil niſi apertas falſitates, craſſas ignorantias, aut teſtimonia falſificata, apocrypha, ſuppoſititia, detorta protulerit, contra communẽ ſenſum, cõtra conſcientiam ſuã. Ipſe enim probe novit aut noſſe debet, nec ſe, nec ſuos illis teſtibus, illis teſtimoniis velle teneri, quotieſcũq; uſu venit. Sunt in prætẽſa illa antiquitate Doctorum & Hiſtoricorum ficta nomina & tituli chimærici, ut *S. Euſebii Emyſſeni*, *Divi Severi Patriarchæ Alexandrini*, *S. Theodori Abucares, S. Adelmanni, S. Antonii Magni, S. Algeri, S. Aponii, S. Arnaldi, S. Berengoſi, &c.* qui tales non fuerunt in rerum natura, aut fuerunt hæretici, ut ipſi fatentur, aut ſaltẽ Doctores minime probati. Sunt ſcripta innumera ſanctis Doctoribus ſuppoſita, quorum fide & authoritate hactenus pugnarũt, quorũ judicẽ Bellarmin. Poſſevinus, Sixtus Senenſis, & ex noſtris Rivetus, Cocus, Iameſius ſuppeditãt.

Sunt ſcripta innumera genuina quidem, ſed quæ per cautelas, correctiones, repurgationes (verè falſificationes) prius præparari debent, quam inde Clero ipſorum fiat bolus aut hauſtus. Nullis ferè ſcriptis & ſcriptorib. antiquorum, mediæ ætatis, & recentiorum ſuorum ſtare aut fidere audent.

Omnia ſuſpecta habent, omnia tuta timent, ut ſolent illi qui propriæ conſcientiæ furiis agitantur. Inquirunt, cenſent, fingunt, refingunt à Concilio Tridẽtino uſq; in hunc diem; ut novitatẽ novæ factionis hinc cognoſcas. Syllabum autorũ 323. exhibet Iameſius, [a] qui in Papatum prius editi & approbati, nunc improbantur: quorũ aliquos plane prohibent, alios per cenſurarũ & expurgationum μετεμψύχωσιν ſeu lycanthropiam tamdiu transformant, donec dici poſſit: *Aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat.*

Inter eos ſunt Papæ, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Cardinales, Epiſcopi, &c. Concilia, Breviaria, Liturgiæ, Officia, Ceremonialia, &c. etiam Martyres & Sancti, quorum aliquos ex Sanctorum albo expungunt, inter quos omnes illi quos ſupra nominavi. Et quemcunq; conſenſum genuinorũ Patrum, Doctorum ſuorũ, genuinæ antiquitatis, aut nos proferimus, aut illi jactent, nunquam tamen coram illo tribunali cauſam ſuam candide & liquido exponere audebunt, ut quidẽ myſterium iſtud hypocriſeos Romanæ nobis pandũt inter alios Canus Epiſcop. Canarienſ. & Ieſuita Gretſerus. Sic enim ille: [b] *Sancti omnes, qui in ejus rei mentionem incidere, uno ore aſſeverarunt* B. *Virginem in peccato Originali conceptam, & cum nullus ſanctorum contravenerit, infirmũ tamen ex omniũ autoritate argumentũ ducitur: quin potius cõtraria ſentẽtia & probabiliter & pie in Eccleſia defenditur.* Et iſte: [c] *Eccleſiæ pater ille dicitur, qui Eccleſiã ſalutari doctrina alit & paſcit: ſi pro ſalutari doctrinæ pabulo offerat lolium & zizania & perverſorum dogmatũ lappas & tribulos, catenus non pater eſt ſed vitricus: non Doctor ſed ſeductor: & quod hinc ſequitur, quando prohibetur nullus pater prohibetur.* Ecce jam fidem, conſcientiam & confidentiam Papiſticam in allegandis Patrib. Non procul ab iis abit Ieſuita Salmeron in Epiſt. ad Rom. l. 2. diſp. 51. *Primo quidẽ agunt multitudine Doctorum, quos errare in re tanti momenti non eſt facile admittendũ. Reſpondemus tamẽ*

ex.

[a] Tract. de Corrupt. Concil. Patrum & ſcriptorum &c. part 4. [b] Locer. Theolog. libr. 7. cap. 1. pag. 422. 423. [c] De jure & more prohibendi libros malos, cap. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ex Auguſtini libro 1. *de moribus Eccleſ. cap.* 2. *tum ex* B. *Thomæ doctrina, locum ab authoritate eſſe infirmũ.* Atqui ex unico illo loco per totam Spongiam contra nos pugnavit Ianſenius. Idem Ieſuita ib. *Tertio argumenta petunt à Doctorum* ANTIQVITATE, *cui ſemper major honor eſt habitus, quam novitatibus. Reſpondetur quamlibet ætatem antiquitati ſemper detuliſſe, & quilibet ſenex, ut quidam poeta dixit, laudator temporis acti. Sed illud aſſerimus quo Iuniores, eo perſpicaciores eſſe Doctores.*

Ieſuita Pererius Patrum ſententiam de Prædeſtinatione ex Scriptura refellit in Roman. 8. ſect. 106. & 109.

Quam ſuaviter ipſis cum Patribus conveniat, collige etiam ex Maldonato: Commentar. in Iohan. 6. verſ. 62. *Non nego me hujus interpretationis authorem neminem habere: ſed hanc eo magis probo quam illam alteram Auguſtini, cæterarum alioqui probabiliſſimam; quod hæc cum Calviniſtarum ſenſu magis pugnet: quod mihi magnum eſt probabilitatis argumentum.* Ita illi ex mente Patrum, & non ſuo ſenſu Scripturas exponunt ſcilicet. Stella in Lucam cap. 10. *Bene tamen ſcimus, Pygmæos Gigantum humeris impoſitos, plus quam ipſos Gigantes videre.* Quod apertius explicat Salmeron in epiſt. ad Rom. lib. 2. diſp. 51. *Per incrementa temporum nota facta ſunt divina myſteria, quæ antea multos latuerunt: ita ut hoc loco noſſe, beneficium ſit temporis, non quod nos meliores ſimus, quam Patres noſtri.* Roffenſis contr. Luther. artic. 18. *Neque cuiquam obſcurum eſt, quin poſterioribus ingeniis multa ſint tam ex Euangeliis quam ex Scripturis cæteris, nunc excuſſa luculentius & intellecta perſpicacius, quam fuerant olim. Nimirum aut quia veteribus adhuc non erat perfracta glacies, neque ſufficiebat illorum ætas, totum illud Scripturarum Pelagus ad amuſsim expendere.*

Cajetanus in Geneſ. 1. *Nullus itaque deteſtetur novum ſacræ ſcripturæ ſenſum, ex hoc quod diſſonat à priſcis Doctoribus; ſed ſcrutetur perſpicacius textum ac contextum ſcripturæ: & ſi quadrare invenerit, laudet Deum qui non alligavit expoſitionem ſcripturarum ſacrarum priſcorum Doctorũ ſenſibus.* Quo nomine acerbe perſtringitur à Ieſuita Pererio comment. in Geneſ. Patres illi qui per totam Spongiam à Ianſenio frequentiſſime advocantur, Tertullianus ſcilicet & Auguſtinus, tam miſere nunc vapulant à Papiſtis, ut pæne vitricorum loco habeantur. Tertullianus audit *hæreticus, Montaniſta, non de Eccleſia, Lutheranis ſimilis*, qui in errores tam deteſtabiles incidit, ut loquitur Ianſenius, pag. 361. Auguſtinus accuſatur quod ignorantia linguæ Græcæ, aut oſcitantia, aut malitia Scripturas & dogmata Theologica male expoſuerit. Sic paſſim Bellarminus, Maldonatus, Sadoletus, Azorius, Perronus, Stapletonus, Pighius, Baronius, aliique imprimis cum agunt de Euchariſtia & Libero Arbitrio, ubi requirat lector [a]. Tantum iſta nunc exhibeo. Epiſcop. Bizontin. comment. in ep. ad Roman. cap. 5. *Nos non moveat Auguſtinus vel tantillum.* Alb. Pighius Hierarch. Eccleſ. lib. 3. c. 5. *Nuſquam hæret, nuſquam figit, ſed ubique explorat, ubique tentat, & ſubodoratur omnia, & quidquid probabile occurrit alicubi amplectitur, quod continuo poſt diſplicet & retractatur, &c. otioſè ſecum inquirentis & tentantis omnia.*

Vide & confer exceptiones, quas adverſus Patrum teſtimonia proferre ſolent Pontificii, ſupra cap. 7.

Conciliorum authoritatem cum ad placitum non loquuntur, non majoris faciunt Pontificii.

Illa demum eis videntur edicta & Concilia quæ in rem ſuã faciunt; reliqua nõ pluris æſtimanda, quã conventus muliercularũ in tonſtrina vel thermis [b].

Docent

[a] Bellarm. de Euchar. lib. 1. cap. 11. Azorius Inſtit. Moral. part. 1. lib. 10. cap. 11. Pighius Hierarch. Eccleſ. lib. 6. cap. 4. Maldonat. comment. in Matth. 7. 18. & Iohan. 6. n. 50. Sixtus Senenſ. Biblioth. lib. 5. in præfat. Stapleton. princip. doctrin. lib. 6. cap. 3. Sadoletus infra ſect. 3. cap. 5. cit. Perronus in Regem Britanniæ, quem caſtigat. Molineus part. 2. contr. 11. cap. 14. 15. [b] Ludovicus Vives comment. in Auguſtin. de civit. Dei lib. 20. cap. 26.

Docent hoc caſcæ illæ diſtinctiones quibus adverſus Concilia ſe muniunt, quas vide ſupra, cap. 2.

Et quod fictis, ſuppoſitiis, dubiis, incertis decretis & Conciliis non raro pugnent, ut Antiocheno, Sinueſſano, Romano ſub Sylveſtro, & 60. canonibus Concil. Niceni I. qui præter 20. genuinos canones allegantur. Quod quædam plane rejiciant, ut Concil. Carthaginenſe III. Mediolanenſe an. 355. conſtans 300. Epiſcopis Occidentalibus, Ariminenſe conſtans Epiſcopis 600. Concil. Conſtantinop. dictum VIII. Romanum ſub Othone, an. 963. Piſanum, an. 1409. Quod Concilia à ſe recepta pro libitu tamen contemnant, carpant, corrigant in omnibus quæ in rem ſuam non faciunt, ut Eliberinum in Hiſpania ann. 328. Chalcedonenſe, Conſtantinopolitanũ VI. Nicenum II. Romanum anno 1059. ſub Nicolao II. Turonenſe an. 1120. Romanum ſub Bonifacio VIII. an. 1302. eique oppoſitum Pariſienſe, Conſtantienſe ann. 1414. Baſileenſe ann. 1431. Conſulat cui otium eſt, Binii & Surii annotationes ad tomos Concilior. Gabr. Prateolum de Conciliis, Caranzæ ſummam Concil. Baronium ad ſingula Concilia, imprimis ad ann. 57. num. 121. ubi de Concil. Eliberino, Ludovic. Vivis commentar. ad Auguſtin. de civit. Dei, lib. 20. c. 26. Canum in Loc. Theologic. libr. 5. Pighium in Hierarch. libr. 6. cap. 13. Gloſſam in diſt. 2. de Conſecrat. c. *Ego Berengarius*, Bellarmin. de Concil. lib. 1. cap. 7. & lib. 2. cap. 11. Et de Pontific. lib. 2. cap. 7. & lib. 4. cap. 11. De Euchariſt. lib. 4. cap. 26. De Imaginibus lib. 2. cap. 9. Et ex noſtris, Coci Cenſuram Patrum, Pleſſæi Myſterium, & Molinei Novitatem. Videbit lector nuſquam Papiſtas *figere*, *nuſquam hærere*, ut de Auguſtino Pighius. Quin ipſum illud Concilium Tridentinum naufragi Papatus tabulas colligere, & errones ac Libertinos ſuos certis terminis continere non potuit. Præterquam enim quod ſpiritu meliori afflati durante illo Concilio, & longe poſt in multis reformationem ſuſpirare, poſtulare non deſierint, & multi ejus receptioni ſe oppoſuerint[a]; rigidi quique Papiſtæ ſenſum ejus Concilii in mille ſenſus dividunt, decreta gloſſant, fingunt, refingunt, extrahunt, ſublimant, calcinant, tantum non in antiquum chaos & nihilum ſuum (quod ſucceſſive habuit per antecedentem æternitatem, ut de noſtra doctrina & Eccleſia Ianſenius) redigunt. Breviter ut Patres ita Concilia, ſunt ipſis *nihil* & *omnia*, prout particularis cujuſque ſenſus abundat. Vide & confer quæ de Libertiniſmo Papatus, de diſcordi Concordia, de Proteo, notamus ſupra cap. 2. & infra ſect. 2. cap. 3. cap. 9. ſect. 3. cap. 3.

[a] Vide Thuan. lib. 36. pag. 129. Et Scripta omnia Enotica ſeu Irenica in Papatu edita, ut Caſſandri, Balduini, VVicelii, Bredenbachii, &c. Et Hiſtor. Concil. Tridentin. Et Carol. Molin. Innocent. Gentil. Proteſtant. adverſus Concil. Tridentin.

LIBRI TÉRTII

SECTIO SECVNDA.

De Succeſſione Eccleſiæ Romanæ, & Reformatæ.

CAPVT I.

Refutatur continua Succeſſio Eccleſiæ Romanæ.

NOTAVERAM in Philonio num. 15. 6. Veram Succeſſionem Eccleſiæ Romanæ deeſſe, etiam illam, quam deſcribit Ianſenius. Ad quæ Ianſenius excipit [a], ſed tam forti brachio, ut mihi quidē totam cauſam fortiſſime prodidiſſe & profligaſſe videatur.

Primo excipit: *De Simoniacis & cæteris per vias malas intruſis jam ſupra dictum eſt.*

Reſp. I. Et nos jam ſupra, lib. 2. lect. 3. reſpondimus. II. Tantummodo recordetur Ianſenius & Lector quicunque conditiones omnes vocationis Eccleſiaſticæ, quas ipſe in rigore ita poſuit, ut noſtris omnem vocationem detraheret. Eædem applicentur hierophantis Romanis, fiat judicium abſque proſopolepſia. III. Nodum illum de Simonia cum tam facile & quaſi animoſe rumpit; facit quod ſolet in maximis periculis & difficultatibus; Interim Pontifici ſuo Iulio II. & Concilio Lateranenſi aliiſq; Eccleſiæ ſuæ luminibus apertiſſime contradicens. Vter hic erraverit, Ianſenius an Papa, viderint ſocii ipſius, aut ſi ita placet Froymundus [b] qui in decretorum Papalium & Synodalium authoritate ponderāda Staticum ſuum ingenium egregie oſtendit poſt Canum ſcil. Locor. Theolog. lib. 5. cap. 6. Ne ad contrariam & novellam conſuetudinem, aut praxin Curiæ Romanæ refugiat, opponimus illi Cajetanum: [c] *Licet ſecundum antiqua jura non potuiſſet excipi contra Papam ſimoniace electum (quia quantumcunque Simoniacus, erat verus Papa) poſt hanc tamen conſtitutionem Papa Simoniace electus, non eſt Papa in veritate. Et Cardinales ſede vacante jurant, ſe ſervaturos hanc conſtitutionem.*

Secundo. *De hæreticis non ſumus ſolliciti: Nam ſi qui in hæreſin lapſi ſunt, hoc ipſo, ut Eccleſia, ita & omni papali dignitate exciderunt. Sed non eſt in Voetii poteſtate proferre vel unum, qui hæreticus perſeverans in ſede manſerit. Et quamvis poſſet, nihil penitus nos conturbaret. Nam Papam hæreticum, hoc eſt, qui non eſt membrum Eccleſiæ, locum capitis violenter occupare, non eſt aliud, quam ſedem vacare.* pag. 258.

Reſp. I. Homo homini quid præſtat? Bellarminus, Baronius, cæterique Papatus Anteſignani, hoc unum agunt, ut colore aliquo negent Papas fuiſſe hæreticos. Hanc plagam Papali cauſæ eſſe lethalem non inviti concedunt. Sic enim pro Eccleſia Romana contra reliquos Patriarchales ſeriem ſucceſſionis jactantes argumentantur [d]. *Addo ultimo, quod Eccleſiæ illæ patriarchales per longa tempora habuerunt Epiſcopos manifeſtos hæreticos, unde interrupta eſt ſucceſſio veterum paſtorum.*

Et ipſe Ianſenius, ſibi, ut ſolet, contradicens pag. 137. 139. *vel unica hæreſi aut ſciſmate,*

[a] Cap. 50. & 55. & 57. [b] In tractatu de Sectione continu', cap. 4. [c] Cajet. in Summula de Excommunic. cap. 24. pag. 217. [d] Bellarm. de Notis Eccleſiæ, cap. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

mate, omnem Eccleſiam, omnem vocationem, omnem poteſtatem Eccleſiaſticam aboleri contendit, de quo ſupra libr. 1. ſect. 2. cap. 9. Si ergo hæreſis ſit in centro & radice, quomodo non ceſſabit ordinaria vocatio & ſucceſſio?

II. Epithemata illa, quæ vulneri applicat Ianſenius, exaſperant magis. *Prius* eſt: *Tales Pontifices dignitate papali & Eccleſia excidiſſe.* Atqui hoc ipſiſſimum eſt quod volumus; potuiſſe perfidiam ad ſucceſſores illos Petri habuiſſe acceſſum; & conſequenter prætenſam ininterruptam ſucceſſionẽ, atque adeo totam Papatus cauſam (quæ à centro illo ſuſpenſa eſt) in nihilum ſeu antiquum Chaos ſuum cum Æonibus Valẽtini recidere. *Deinde*, dum ſucceſſionem ſuam imprudenter & nimis audaci conceſſione ſubvertit, more ſuo ſibi apertiſſime contradicit pag. 229. *Si enim ullum ſpatium manet vacuum, quo ejuſdem doctrinæ ſucceſsio & prædicatio interrupta ſteterit, hoc ipſo ſtabit etiam interrupta doctrinæ ſucceſsio, novumque erit initium, quo illa doctrina ſuſcitabitur ut iterum fluat. Hæc eſt igitur quam præter Cathedræ ſucceſsionem etiam doctrinæ ſucceſsionem Patres poſtulant.*

Tertio, illud excidere dignitate Papali; præſupponit judicium aliquod ſupra Papale, de Papæ hæreſi, contra immotum illud juris Papalis axioma: *Iudicat omnes, judicatur à nemine.* Et *Summus Pontifex canonice electus nullum in terris ſuperiorem habet*, aut Bellarminus contra Fr. Paulum Venetum p. 175. Dic quæſo; Quodnam, ubi, & penes quos eſſet illud infallibile judicium, ut fideles omnes Papæ alicujus poteſtati ad ſalutem ſe ſubducere poſſint, cui alioqui ſub pæna damnationis ſubjecti fuere. Quæſo oſtendat hic nobis conſenſum, Catholico-Romanum, ſic tamen, ne fulmen Papale, aut cenſuram Eccleſiæ & Sorbonæ Gallicanæ incurrat. Sed credo, arridebit hic illi: λάθε βιώσας. Nam myſteria non ſunt myſteria, niſi tegantur.

Quarto, σόφον hoc φάρμακον genuinum mihi videtur illi Ieſuitico quod habet Bellarminus[a], quo omnes paricidarum cultri in Reges & Principes mirifice acuuntur: *Non poteſt quidem Papa mandare, ne quis obtemperet Regi ſuo, ſed poteſt facere, ut rex tibi non ſit rex. Non poteſt Patrum ſcripta prohibere, ſed bene judicare Patrem aliquem eſſe vitricum.* Ita nec Reges occiduntur nec Patres prohibentur. Sic non potuit aliquis Papa Romanus in fide errare, ſed bene potuit errando papatu excidiſſe. Itaque Liberius, Honorius & ſimiles non fuerunt Papæ. Quam bene nunc cautum ſecuritati fidei Papiſticæ? Quaſi ego dicerem, Nullus miniſter reformatus poteſt errare, & nulla eorum ſucceſſio turbari, aut interrumpi. Et ſi mihi Agricolam Iſlebum, Ferruerium, Lanoyum, Piſtorium, Victorẽ Cajetanum, Neuſerum, Rotmannum ſimileſq; Apoſtatas objiciat; reſpondeam, Succeſſio non eſt rupta, quia illi non errarunt, neque errare poſſunt miniſtri reformati, ſed dignitate Paſtorali & Eccleſia Reformata exciderunt.

Sed ubi interim infallibilis & ininterrupta illa Spiritus aſſiſtentia ſedi Romanæ, & in ea toti eccleſiæ promiſſa Matth. 28. verſ. ult. ut Pontificii inde nobis objiciunt? Vbi illud Cypriani à Ianſenio, ſed perverſe cit. *Quod perfidia ad Eccleſiam & ſedem Romanam non poſsit habere acceſſum.*

III. Poſterius epithema eſt, pag. 258. 259. *Papam hæreticum in ſede Romana nihil aliud eſſe, quam ſedis iſtius vacationem, quæ ſedis ſucceſsionem non rumpit.* Ad quod reſpondemus.

Primo. Inauditum hoc eſſe & παραδοξώτατον univerſo Tiberi aut torrente Doctorum eluendum. Quis enim intelligat hæreſes ſedem & Eccleſiam occupantes tantum inducere vacuam ſedem? quaſi peccata graſſantia in Eccleſia eam non tangerent aut morderẽt; non magis quam mortui

[a] Vide cit. ſupra lib. 2. ſect. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

mordent, quorum exceſſu vacuum alicubi relictum eſt.

Secundo, Idem applicatum omnibus eccleſiis apoſtolicis ut Antiochenæ, Alexandrinæ, &c. faceret ibi ſucceſſionem continuam uſque ad tempora Cypriani; atq; adeo non fuiſſe tunc proprium ſedis Romanæ privilegium; *Quod perfidia ad ipſam non habuit acceſſum*. Nam nec ad Antiochenam, nec ad ullam aliam Apoſtolicam tunc adhuc ſuperſtitem habuerat acceſſum, juxta exceptionem Ianſenii, quia hæreſi, ſi quę iſtam ſedem occuparat, ſucceſſio non abrupta, ſed tantum ſedes vacaverat.

Tertio, Pro noſtrarum Eccleſiarum ſucceſſione exceptionem eandem retorquemus. Siquidem ante Lutherum aut Waldenſes, in Occidente aliquamdiu, non fuiſſet ita conſpicua fides & Eccleſia noſtra, Eclipſin illam non fuiſſe interitum, aut intercisionem ſucceſſionis, ſed vacationem; Et quicunq; tunc Epiſcopi Idololatrici rerum potiti ſunt in Eccleſia, eos Eccleſia & dignitate Epiſcopali excidiſſe.

Quarto, Exceptione iſta Ianſenius cauſam ſucceſſionis ſuæ jugulat, & oſtendit ſe eſſe αὐτοκατάκριτον, id eſt, à ſeipſo condemnatum, & contradictionis ſpiritu obſeſſum. Serio enim inculcat pag. 271. *hoc eſſe filum ſucceſſionis rumpere, ſi ullus Romanæ ſedis antiſtes ullo temporis articulo doctrinam fidei immutaſſet, & aliter Eccleſiam docuiſſet, &c.* pag. 235. *Quid enim eſt illa doctrinæ ſucceſſio, de qua diſputamus, niſi continuata quædam prædicatio, ſeu doctrinæ per prædicationem in auditores transfuſio?* & pag. 229. *Succeſſio enim nullo modo vel eſſe, vel intelligi poteſt, niſi ſit quidã fluxus & continuatio prædicationis & profeſſionis ejuſdem doctrinæ, uno alteri per manus tradente jam inde ab Apoſtolis uſque ad illos qui illius doctrinæ ſucceſſionem ſe habere profitentur. Si enim ullum ſpatium manet vacuum* (N. B. *ſedis vacationem*) *quo ejuſdem doctrinæ prædicatio & profeſſio interrupta ſteterit, hoc ipſo ſtabit etiam interrupta doctrinæ ſucceſſio, novumque erit initium, quo illa doctrina ſuſcitabitur, ut iterum fluat.* Vide reliqua quæ ſequuntur, pag. 229. 230. 231. & pag. 255. *Ex ſucceſſione perſonarum invicte concludimus, vos caretis ſucceſſione, ergo & vera Eccleſia; quia ſine paſtoribus nullo modo eſſe & multo minus propagari ab Apoſtolis huc uſque poteſt; Nam ſeries illa & catenatio paſtorum eſt pons quidam nobis neceſſarius, per quem doctrina Apoſtolica à primis illis authoribus ad nos trajicere & pervenire debuit.*

Quinto. Illa ſedis vacatio Ianſeniana quali diſtinctione differat, à deſerto apocalyptico (quod nobis objicit) velim in terminis explicet & probet. Neque enim puto durationem ſeu moram longiorem aut breviorem vacationis, quam hæreſis introducit, ad rei eſſentiam facere, aut diſtinctionem realem fundare. Sicuti longitudo aut brevitas imaginarii ſpatii non mutat eſſentiam loci aut vacui, quod ſpatio coextenditur. Quamvis ſatis longum faciat illud vacuum Sigonius, qui 200. & Genebrardus[a], qui 150. annos aſſignat. *Hoc uno* (inquit) *ſæculum infelix, quod per annos fere* 150. *Pontifices circiter* 50. *à virtute majorum prorſus defecerunt, Apotactici, Apoſtaticive potius, quam Apoſtolici.* Qui ideo etiam concludit: *Sed & turbata tum fuit legitima ſucceſſio, ut olim in Synagoga ſub Antiochis paulo ante Maccabæos.*

Tandem timide & Parthorum more fugiens in me jaculatur: *Sed non eſt in Voetii poteſtate, &c. qui hæreticus perſeverans in ſede manſerit.* Reſpondeo, *Primo* ſimplici nimis aſtu illud adjici: *qui hæreticus perſeverans in ſede manſerit.* Sive enim perſeveret, ſive non, hæreſis tamen eſt hæreſis, & hæreticus eſt hæreticus. Niſi velis neminem eſſe hæreticum ante mortem, quomodo ex ſententia Solonis, *Dicique beatus, Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.*

Mirari

a In Chronolog. ad ann. 900. 901.

Mirari ſubit cur nos ut hæreticos gehennæ & debitis ſuppliciis adjudicas, de quorum perſeverantia tibi non conſtat? Quomodo etiam aliquis unquam ejuraſſe dicatur hæreſin, in qua nunquam perſeveravit? *Deinde* illud *in ſede manſerit* inexplicabile vobis eſt, & nihil ſignificans; quaſi Romana civitate donares *τὸ blictri*, *ſcindapſus*, *archipodialiter.* Dic ſincerè, an tu credas aliquem Pontificem Petri ſucceſſorem manere in ſede illa non poſſe aut debere? Si non, cur adfers hanc diſtinctionem. Sin vere credis, oſtende nobis judicium, judices per quos ille infallibiliter hæreſeos condemnari debeat, ut ipſe ſalva Romanæ ſedis & Petri, id eſt, ſua authoritate ſponte cedere in conſcientia teneatur, alioquin brachii ſæcularis executione ex ſede illa, tanquā perfidus protelandus. Quæſo te rerum divinarum & humanarū peritiſſime Ianſeni, doce nos miniſtellos, an Papa, centrum, aquila, radix, fundamentū, Magiſter ſupremus & infallibilis univerſæ Eccleſiæ habeat ſibi authoritate æqualem, imo ſuperiorem aliquem ſive hominem, ſive cætum viſibilem per quem judicium illud formari poſſit, manente nihilominus Monarchia illa Eccleſiæ, pro qua poſtremum Concilium Lateranenſe, & Baronius & Bellarminus, cæterique Papæ-maniaci tam furioſe pugnant; Et quam definierant ipſi Papæ iſtis fundamentalibus legibus[a]. *Sedis Apoſtolicæ, cujus authoritate major non eſt, judicium à nemine eſt retractandum, neque cuiquam de ejus licet judicare judicio. Facta ſubditorum à nobis judicantur, noſtra vero à Domino judicantur. Et aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminare, ſed ſedis iſtius præſulem, ſuo, ſine quæſtione reſervavit arbitrio.* Et, *Si Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens, &c. hujus culpas iſtic redarguere præſumat nullus, quod cunctos ipſe judicaturus, à nemine eſt judicandus.* Et, *Pontifex non poteſt ſeipſum ſubjicere ſententiæ coactivæ Conciliorum, non poteſt ulli Concilio, aut ulli hominū committere ſupra ſe judicium coactivū, ſed tantū diſcretivum,* ut defendit Bellarmin. l. 2. de Concil. c. 18. 19. Vide eundem contra Theolog. Venetos jam aliquoties cit. & Zvvarezium contr. Regē Britanniæ l. 4. a. 7. *Tertio*, facile tales nominari poſſunt, & ipſe nomenclatorem intus habes, qui tibi ſuggerit; Conſcientiam dico, quam trepidatione tua ſatis prodis. *Liberius* perfidè Arrianorum factioni ſe adjunxit. Athanaſ. in Epiſtol. ad ſolitar. Hilarius contra Conſtantium & in fragmentis. Hieron. in Catalog. in Fortunatiano. Alphonſus à Caſtro adverſ. hæreſ. lib. 1. c. 4. Damaſus in vita Liberii. Turrecremata lib. 2. Summ. de Eccleſia cap. 103. Cuſanus de concord. catholic. lib. 2. c. 5. Vincentius in ſpeculo Hiſtorial. Rhegino in ſupplement. Chronic. Platina, Marianus Scotus, Anton. Sabellicus, Faſciculus temporum, Epiſtolæ Liberii apud Baronium.

Zepherinus Montani, Priſcæ, Maximillæ prophetias agnovit, &c. Tertull. adverſ. Praxeam cap. 1. & B. Rhenan. ibid.

Honorius, Monothelita à Concilio Oecumenico VII. & VIII. & VI. Conſtantinopoli damnatus eſt. tom. 2. Concil. artic. 13. ubi exſtat Epiſtola Agathonis Papæ, qua eundem condemnat.

Marcellinus Idolis ſacrificavit, ut refert Papa Nicolaus I. Epiſtol. ad Michaelem Imper. Canſtantinop. Et Damaſi Pontificale, & fatetur Bellarminus, De Pontific. lib. 4. cap. 8. Valla de donat. Conſtantini. exſtat etiam diſt. 21. cap. *Nunc autem*, quem propterea ut hæreticum non tantum in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ excommunicatum ſtatuit Cajetanus in 2. 2. quæſt. 94. artic. 1.

Felix ab Arrianis Epiſcopus factus, Arrianus fuit. Hieronymus in Catalog. in Acacio.

[a] Nicolaus, Innocentius, Gelaſius, Antherius Symmachus Cauſ. 9. quæſt. 3. c. *Patet* & 17. q. 4. c. *nemini* & 9. q. 3. c. *facta* ibidem c. *aliorum* & Diſtinct. 40. c. *Si Papa.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cio. Et dubitatum fuit Romæ 1582. an in novo Martyrologio deberet collocari; Bellarmin.lib.4.c.9.

Anaſtaſius ob communionem cum hæretico Photino à Clero deſertus, à Deo percuſſus eſt. Diſtinct. 19.cap. Anaſtaſ. & Damaſi Pontific. *Quem Neſtorianis faviſſe, qui hiſtorias legerit, non dubitat*, inquit à Caſtro. lib. 1. cap.4.

Cæleſtinus erravit in doctrina de ſolutione matrimonii propter hæreſin. Alphonſ. à Caſtro lib.1.cap.4.

Iohannes XXII. tradidit animas non viſuras Deum niſi poſt reſurrectionem. Eraſmus præfat. ad Irenæi lib. 5. qui ibi citat. Gerſonem[a]. Adrianus Florentius, poſtea Papa in quæſtione de Confirmat. circa finem reſponſ. ult. fol. 23. ubi addit, *ipſum ab omnibus teneri mandaſſe*; & dicitur Pariſienſium univerſitatem ad hoc induxiſſe, quod nemo poterit in Theologia gradum adipiſci, niſi primitus hunc errorem peſtiferum juraſſet ſe denſenſurum, & perpetuo ei adhæſurum. Genebrardus in Chronico ad ann. mundi 5422.

Innocentius I. Statuit Euchariſtiam infantibus dandam. Auguſt. Epiſt.93.& lib. 1.in Iulianum: Maldonatus comment. in Ioh. 6.53.

Innocentius VIII. Qui Norvvegis permiſit ſine vino ſacrificium celebrare, quod nefas nunc ducit Eccleſia Romana. Bellarm. lib.4.c.14.

Approbarunt etiam Pontifices Concilia erronea, aut ſibi invicem repugnantia, ex. gr. Laodicenum & Tridentinum, quorum illud libros Machabæorum in Canonem non recipit, hoc vero recipit.

Adrianus Concil. Nicen.2. approbavit non tantum, ſed & peculiari libro defendit. At in illo Concilio mādatur adoratio imaginum ſub pæna Anathematis; Angeli dicuntur tenui ſive aëreo ſive igneo corpore præditi & plures Scripturæ ibi turpiſſime detorquentur. Decreta decretis, dogmata dogmatis contraria ſtatuerunt, ubi neceſſe eſt alterutrum erraſſe: Sic ex. gr. Nicolaus IV. & Iohannes XXII. de paupertate Chriſti: [b] Bellarm. lib. 4. cap. 14. Et Stephanus, Formoſi, & vicè verſa Romanus, Theodorus II. Iohannes IX. Stephani acta, ſtatuta, ordinationes reſcindunt, Stella in vitis Pontificum.

Bellarminus lib.4. cap. 12. Hic unus Papa cum Concilio ſuo decernit: *Papam non poſſe diſpenſare de juramento, & Papam factum Papam contra juramentum ſuum eſſe illegitimum.* Contradictorium utriuſque decernit Papa Romanus & Iohannes X. Si contradictoria non poſſunt eſſe ſimul vera, aliquis aut aliqui Papæ hic errarunt in quæſtione juris & facti.

Papa Gregorius VII. In Concilio Romano ſtatuit, *Nullum nomen eſſe in mundo, quam Papæ, nullum librum eſſe Canonicum abſque authoritate Papæ*, [c] quæ tamen ut hæretica & blaſphema deteſtatur Ianſenius pag. 16. & 36.

Leo VIII. & Adrianus I. contulerunt Imperatoribus Electionem Pontificum; contra alii Pontifices, imprimis Hildebrandus & qui illum ſecuti ſunt ſtatuunt, nullo modo Imperatores aut ullos Laicos intromittendos in Electionem.

Idem Hildebrandus ſtatuit: *Papam poſſe Imperatores deponere*, quod quaſi hæreticum flammis refutavit hactenus Sorbona & ſuprema curia Pariſienſis; nec credunt plerique Reges & Principes, licet cætera Papæ addicti.

Pius V. dixit: Chriſtum conſecraſſe per illa verba: *Hoc eſt corpus meum.* at illi opponitur Innocentius III. cum Concilio Tridentino. *Nunc ſi unus Pontifex dicit Chriſtum*

per

[a] Locus Gerſonis eſt in ſermon. in feſto Paſchæ. [b] Vide Decr. lib. 5. tit. 12. § *exiit*, ubi de Chriſti paupertate definitum extravag. Iohann. 22. tit. 12 §. *Cum inter*; ubi Iohannes ſententiam Prædeceſſoris ſui Nicolai damnat hæreſeos. [c] Baronius ad ann. 1076. n. 31.

per illa verba conſecraſſe, alter vere dicat, quod non, cui eorum fidem adhibiturus ſum? [a] *Quantum ad naturam, ambo ſunt homines i.e. quantum ad dignitatem ambo ſummi Pontifices, quantum ad authoritatem eadem eſt utriuſque. Ambos verum dicere impoßibile eſt. Cujus ego hic ſententiam ſequar? Ambobus credere non poſſum, cum contraria dicant. Certe video cujus ſententia magis cum ſcriptura vel Conciliorum decretis conveniat, & illam ſequar*,&c. Ita Pii V. authoritatem rejicit, Innocentii III. recipit, quia hæc cum Scriptura Euangelica quadrat, illa minime. *Clemens VII.* anno 1530. petentibus Minoritis inſtituit in toto eorum ordine & Sororum S. Claræ feſtum duplex majus & ſolenne de ſacratiſſimo nomine Ieſu, idemque feſtum apud plebem per multas Eccleſias celebre eſt: Sed ritum illum nominis Ieſu in radiis ſolaribus ante condemnarat *Martinus* Papa. Vide Molanum de Picturis ſacr.c.56. *Martinus V.* cum Concil. Baſileenſi anno 1431. decrevit Concilium eſſe ſupra Papam: *Eugenius IV.* decretum hoc condemnavit, & poſt illum Iulius II. & Leo X. cum Concil. Lateranenſi[b]. *Sixtus V.* Biblia authenticè à ſe correcta, Eccleſiis Papaliter impoſuit, juxta decretum Tridentinum: Clemens VIII. biennio poſt, anno ſcilicet 1592. autenticam illam (ut Sixtus V. definiverat) editionem rejecit tanquam erroneam[c].

Errant etiam in negotio religionis qui Eccleſiam ad errorem manifeſtum & falſos cultus ſeducunt. At hoc faciunt omnes illi Pontifices qui Deorum numero adſcriptos adorandos præcipiunt, qui non ſunt revera ſancti. Probatur ex eo quod Canonizati ſancti ab uno Pontifice, ab alio rurſum ſunt depoſiti, ut Hermannus à Ferraria. Et quod in Canonizatione olim ſolent proteſtari Pontifices, & quodammodo cogebantur ad Canonizandũ quemquam contra ſuam opinionem, de quo vide Ceremoniale Rom. lib.1. ſect.6. p.67. Confer Labyrinthum Cani, de certitudine Divi Canonizati, locor. Theolog. lib.5. pag.339.340. Sunt etiam Papę quidã declarati hęretici ab ipſis Papiſtis, ut Gregorius XII. & Benedictus XIII. anno 1411. in Concilio Piſano; & Iohannes XXIII. in Concilio Conſtantienſi. Quid excepturi ſint adverſus impura & ſtolida dogmata, quæ nomine Clemẽtis, Petri ſcilicet ſucceſſoris feruntur in Papatu, nondum ipſis conſtat. Trigamiam facit *incontinentiam*, & quod ultra trigamiam eſt, *manifeſtam fornicationem*. Communionem Platonicam uxorum approbat, vide lib. 3. Conſtit. Apoſtol. Clementis cap. 2. & Cauſ. 2. quæſt. 1. cap. *Dilectiſſimis*.

Accedunt Papæ omnes magiæ dediti, qui plus ſunt quam hæretici. Eſt enim magia apoſtaſia à Deo, cultu Dei, atque adeo eminenter hæreſis.

Fuerunt autem tales Benedictus IX. qui poſt mortem eremitæ cuidam apparuit in ſpecie aſini, ut teſtantur Petr. Damian. Epiſt ad Nicol. II. Faſcic. tempor. Platina, Coufeteau in refutat. myſterii Iniquitatis pag. 625. & Gerbertus promotus per Imper. Otthonem III. dictus Sylveſter II. de quo Galfrid. in ſupplemẽt. Sigebertus Platina, Stella, Onuphrius, Faſciculus temporũ.

Non prætereundi Papæ, nec humana nec divina docti, blenni, blitei ſive pueri ætate, ſive bis pueri ignorantia. Eſt enim ignorantia error aut erroris mater; Et Papam errare non poſſe dicunt paraſiti ipſius, *quia omnia divina & humana jura in ſcrinio pectoris habere cenſentur*. Dictum eſt Bonifacii VIII. tit. 2. de conſtit. cap. *Licet*. At Benedictus VII. & IX. Sergius III. Eugenius IV. Iohãnes IX. & XXI. ne umbram quidẽ ſcientiæ talis habuerunt; Immo & plurimæ deciſiones, Scripturarum expoſitiones, Patrũ allegationes, quæ

[a] Chriſtophorus de Capite Fontium Archiepiſcopus Cæſar. in variis tractatib. &c. p. 123. [b] Vide Bellarmin. de Concil. lib. 1. c. 7. [c] Thom. Iamesius in Bello Papali, ejuſque Apologia.

quæ nomine Pontificum proſtant, ferulis & virgis expiandæ eſſent, tam turpi & craſſa laborant ignorantia. Vide & Zachariæ Epiſtolas ad Bonifacium Moguntinum tomo 2. Concilior. editione Colon.pag.452. *De quibus flagitaſti à nobis, quæ recipienda ſunt, quæ fugienda, imprimis de volatilibus, graculis, corniculis & ciconiis, quæ omnino cavenda ſunt ab eſu Chriſtianorum; etiam & fibri, atque lepores, & equi ſylvatici, multo amplius cavendi.* Et ibid. *Non oportet lardum mandi, priuſquam ſuper fumo ſiccetur, aut igne coquatur*[a].

Tertio, Excipis pag. 259. contra objectas ſedis vacationes, iis non rumpi ſucceſſionem, *quia non eſt ſucceßio, niſi vacatio interceſſerit.* Quod probas vocationibus Epiſcopatuum, Regnorum, &c.

Reſp. I. Non dixi ego de quacunque vacationis morula; ſed de tali, quæ Eccleſiam deſtituat uſu neceſſario infallibilis & ſupremi magiſterii, quod vos prætenditis ex loco Math. 28. *Ero vobiſcum ad conſummationem ſæculi.* Cum ſedes Romana vacabat integro biennio, cum ſæpe 8. aut 9. menſibus; ubi tum erat continua illa per Primatum Petri aſſiſtentia, ubi radix, ubi centrum, ubi aquila, ubi vexillum, quo fides omnium reſpiceret, & quo omnium Eccleſiarum unio ſuſtentaretur? Si radicalitatem, & centricitatem illam attribuis, aut Eccleſiæ Romanæ particulari, aut Eccleſiæ univerſali, aut Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, aut Cardinalibus tantum, aut alii cuicunque, explica quomodo idem ille primatus in cœtu, aut perſona aliqua biennio fuerit; & per quem canalem aut tubum Bonifacianum ad perſonam Pontificis rurſum migraverit? & an idem numero, an vero idem ſpecie ſaltem, ſit in Papa & in Interregibus? an eadem infallibilitate, evidentia & facilitate fides noſtra utrique illi primatui ſeu primatus exercitio inniti poſſit? Super omnibus iſtis requiro non ſilentium, non præteritionem, non colloquium ἀπροσδιόνυσον, non opiniones aut conjecturas Ianſenii, ſed dogmata credulitatis Romanæ.

II. Vacationes illæ longiores ſedis Romanæ, hæreſibus, ſciſmatibus, contentionibus non fuerunt vacuæ; itaque perperam cum nudis & ordinariis illis vacationibus Regnorum & Epiſcopatuum conferuntur. Neque etiam vacationes Pontificum deſignavimus, quæ per inevitabilem mortis neceſſitatem contingunt, ſæpe bis aut ter uno in anno, ut ſæpe fæcunda eſt Theſſalia. De vacuo quodam Democriti nobis ſermo eſt, quod infinitis litium, & ſciſmatum atomis repletum, ubi οὐδεὶς οὐδενὸς ἀκούει, id eſt, nemo neminem audit. Cum quiſque ſibi partem rapit, quam poteſt maximam, aut res ſuas ſeorſim habet, cum adverſis clamoribus reſonant Cathedræ & ſubſellia, *hic eſt primatus, hic eſt Eccleſia.* Ad illas *vocationes* reſpicere te volo, quibus etiam proprio vocabulo, *vacationum* notatis hiſtorici veſtri cupreſſum adpingunt. Fuerunt autē illę menſ. 9. aut 10. aut 11. frequentes, aliquæ etiam biennii & menſ. 9. qualis illa poſt Clementem IV.[b] Et, ſi Platinæ fides, una annorum octo, menſ. 6. dierum 9. poſt Nicolaum, anno 859. ut ex illo notat Leander Albertus in deſcriptione Ital. p. 24. Quibus longe pejora fuerunt ſciſmata, quæ 36. aut 40. aut 50. annos exercuerunt Papatum, ut ex. gr. illud inchoatum 1377. inter Clementem VII. & Vrbanum.

Quarto, Ad objecta viginti ſex ſciſmata Eccleſiæ Romanæ cum per contentiones Pontificum biceps aut triceps eſſet Eccleſia Romana, duo reſpondes p. 260. Primo *eſſe interregnum & ſedis vacationem.* Secundo, *Vni ex Papatum affectantibus juſtitiam ſuffragari, atque adeo nec Eccleſiam vero capite deſtitutam, nec ejus interruptam ſucceßionem, &c.* Si non

constat

[a] Vide aſininas ejuſmodi conſtitutiones refutatas Rom. 14. verſ. 14. & inde à Baronio ad ann. 622. n. 30. [b] Vide Onuphrii libr. de Papis & Cardinalib. Romanis & Bellarmin. Chronolog.

conſtat de vero ſucceſſore, hoc boni ex illa ignorantia proficiſcitur, quod neutra pars populi, ſive vero ſucceſſori, ſive falſo bona fide adhæreat, ſciſmatis rea ſit. Non enim eſt error ille rebellionis, ſed dilectionis dum neutra vel in communione, vel reverentia, vel amore Apoſtolicæ ſedis diabolica animoſitate fallitur, ſed in perſona duntaxat humana infirmitate hallucinatur. Hic ſenſus antiquorum Patrum, &c[a].

Reſp. I. Commentum illud de interregno & vacatione, ſi valet, jam diſpunge ſolito contradictionis œſtro, quicquid de ſciſmate effutiiſti, pag. 241. *Sciſma* ſcilicet *tollere omnem Eccleſiæ ſucceſſionem*, & pag. 136. *Per ſciſma ab eadem Eccleſia, per anathema iis inflictum ab eadem Eccleſia omnis poteſtas evaneſceret, & certiſſima ſalutis tam ipſorum, quam omnium ſectatorum (quia extra Eccleſiam nulla eſt penitus) jactura ſequeretur.* Sed modo ſatis exploſimus tuam *vacationem*; nec tu ipſe & hic ſatis fidis.

II. Addis igitur, *juſtitiam ſolere uni ex antipapis, ſuffragari. Primò* non auſus fuiſti dicere, *ſemper* juſtitiam alicui ex Antipapis ſuffragari; ita difficultatem omnem & objectionis vim non evacuas. Sed bolus ille de tribus Papis depoſitis per Concilium Conſtantienſe fauces tibi obturavit. Ibi enim ſcis nulli juſtitiam ſuffragatam. Scis etiam Eccleſiæ Gallicanæ aliud eſſe judicium de illo Concilio quàm Curiæ Romanæ & aſſentatorum ejus. Nunc prodi è latebris & dic aliquid.

Deinde, non exprimis judicium & vivum ac loquentem Iudicem, quo juſtitia ſit, aut declaretur talis; ut Conſcientiæ fidelium certo acquieſcant. Si Eccleſiam dicis fuiſſe tunc medium inter nos & Scripturam, jam ludis ambiguo, & vox illa non diſtincta, nihil ſignificat. *Papa, Concilium cum Papa, Concilium abſque Papa*, imo ſupra & contra illum, *Vniverſitas Chriſtianiſmi*, *Eccleſia ſeu Curia Romana*, ſeu mavis *Cardinales Eccleſiæ proceres*, etiam *Epiſcopus* nomine Eccleſiæ intelligi poſſunt. Elige nunc ſignificationem quæ tua ſit.

Tertio, Quicquid indefinitè de vero & legitimo Papa conjicis, nihil magis te juvat, quam ſi veritatem Doctrinæ Scripturis contentæ diceres eſſe pænes Chriſtianiſmum, (non vero Mahumetiſmum, Paganiſmum, Iudaiſmum) quamvis infinitis hæreſibus & ſciſmatis diſceptantem & diſcerptum; ipſe tamen definitè non ſcires, cui litigantium parti juſtitia ſuffragetur. An hoc tibi ad ſalutem ſufficeret? Si dicis non ſufficere, quia vera fides & religio cognitu & obſervatu neceſſaria eſt; regero idē obtinere in obedientia Pontifici debita, quæ de neceſſitate ſalutis præſtanda *eſt vero & legitimo Petri ſucceſſori Canonicè intranti*[b].

Quarto, Vt de ſucceſſione nullo temporis articulo interrupta veſtris ac noſtris conſtet, ex factorum luce ſolide ac liquido demonſtrandum, quinam ex omnibus antipapis fuerint legitimi. Sed Ianſenius hanc camarinam non movebit ſcio; quamvis facillimam jactaverit ſucceſſionis Romanæ probationem. In alium enim legitimum Papam credit Sorbona & Eccleſia Gallicana, & in alium curia Romana; rurſum in alium vulgus Theologorum, qui Bzovium Annalium ſcriptorem ſequuntur; & in alium qui ſtant à parte ducum Bavariæ[c]. Et *neutri tamen ſunt ſciſmatici*, aut recta ſucceſſionis diductione excidunt; quaſi ſcilicet ex antiquis quidam cum Auguſtino & Optato per Vrſcinum, Eulalium, alii per Damaſum, Bonifacium; alii per neutros, aut utroſque confuſè ſucceſſionis Apoſtolicæ Romanæ ſeriem certò & Catholicè numeraſſent.

[a] Ita fere in cauſa Antipaparum de ſciſmate judicat Cajetanus in Summula, in voce *ſciſma*. [b] Ita habet nova formula juramenti quod exigitur ab Epiſcopis, Doctoribus, Notariis, &c. [c] Exſtat ſpiſſus liber Georgii Hayvvarti Conſiliarii Bavarici contra Bzovium, pro cauſa Ludovici Bavari contra Pontificem ipſius Antagoniſtam.

III. Quæ ſubjicit de effectu utili, produnt volaticum hujus viri ingenium, ſed Iudicii omnis expers; Quaſi fungo cum fungis, *aut anſeri cum anſeribus res eſſet*, (ut acumen ipſius hic uſurpem.) Quid audio? bonum eſt *bona fide adhærere falſo & ſciſmatico Papæ, quia eſt error ille non rebellionis, ſed dilectionis?* [a] O peſſimum Conſcientiæ Magiſtrum! Quæ nuditas hoc diſtinctionis folio non tegitur? Quæ rebelliones & factiones regna & reſpublicas omnes hoc prætextu non turbabunt? Quæ ſciſmata hinc apologiam non petent? Quæro ex te, an non ad bonæ conſcientiæ, animarum & pacis conſervationem æquè aut magis neceſſaria ſit legitimi Pontificis agnitio, quàm legitimi Regis. Quod ſi ita, rurſum quæro; cum pars regni Luſitanici injuſta cujuſpiam æmulatione à legitimi regis imperio & ſubjectione divelleretur, (ut tu hic loqueris pag. 261.) an error ille Eccleſiaſticorum & Romano-Catholicorum, Don Antonii, & quidem favente Papa, partes ſequentium, verè & Theologicè (ſecundum Caſuiſtas) dici poſſit *dilectionis & non rebellionis; quia in communione & reverentia coronæ Luſitanicæ falſi non ſunt; ſed in perſonis duntaxat humana infirmitate hallucinati*; putabat enim altera pars Antonium, altera Philippum eſſe legitimum regem, & throni Luſitanici inſeſſorem, etiam non nemo Sebaſtianum etiamnum supereſſe perſuaderi voluit. Idem quæro de Bohemis inter Archiducem Ferdinandum & Fridericum Palatinum diſtractis, unde exarſit luctuoſiſſimum illud bellum, quod nondum extinctum eſt; an ex tua Theologia neutra pars ibi rebellionis rea ſit; ne illa quidem quæ Ferdinando ſe oppoſuit, & Friderico *bona fide adhæſit*, inter quos non pauci Romano-Catholici; imprimis Cardinalis Claſelius? Si ita ſerio ſentis, inſtrue quæſo Regem tuum & Imper. Ferdinandum ex ſummula tua, & imparti nobis, quid reſponſi tuleris. Si quid hic præſtiteris, certe proceres illos Bohemicos infami ſupplicio affectos, & Cardinalis Claſelii vincula, & longas injurias honore non vulgari proſequêris. Atque hæ quidem inſtantiæ ex politicis, ad quæ exceptio tua provocat, pag. 260. 261. Addamus etiam aliquas ex Theologia. Quæro an tempore adventus Chriſti in carnem ex ignorantia illa, qua aliqui Iohannem Baptiſtam, aut Herodem recepiſſent pro Meſſia, hoc boni conſecutum fuiſſet, quod neutra pars, ſive vero, ſive falſo Meſſiæ adhæſiſſet, ſciſmatis aut hæreſeos rea fuiſſet, & error ille fuiſſet non rebellionis ſed dilectionis, quia utraque pars in perſonis tantum hallucinata fuiſſet, neutra tamen in communione, reverentia, & amore Meſſiæ, & officii ipſius? Quod ſi abnuis, ut quidem debes, idem nunc judica de legitimo Papa, *qui Lux venit in mundum* (ſunt verba Romani fori) *& homines dilexerunt tenebras*, &c. Eſt enim Papa, caput, rex, fundamentum, ſponſus Eccleſiæ. At quis ille *bonus error dilectionis* (ut σιδηρόξυλον hoc tuum uſurpem) quo ſponſa rivalem, aut mœchum, aut alienum quemcunque errore per ebrietatem aut inordinatum aliquem affectum commiſſo pro legitimo ſponſo complectitur? Ex ſummula tua tali diſtinctione maritis in Confeſſione bonum illum *dilectionis errorem* ſi ſuades, vix perſuadebis.

Sic ſciſmatis illis Eulalii, Novatiani, &c. Eccleſia Romana fuit lacerata, ut ipſe loqueris pag. 261. Atqui in ejuſmodi laceratione pars aliqua eſt abſciſſa ab altera, tanquam à toto, quippe quæ in trunco remanet, ut tu loqueris; & à Romana vite præcidi, ſciſmatis indubitati ſignum & ar-

[a] Zvvarez contra Regem Britann. lib. 3. cap. 13. *Quomodo poſſent oves ſuum Paſtorem ſequi, vel ad illum recurrere, vel vocem ejus audire & recognoſcere, niſi in particulari talem Epiſcopum in tali ſede vel Epiſcopatu ſedere crederent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

& argumentum, cap. 89. & 90. Pars ergo illa erat ſciſmatis rea, quippe quæ diviſionem faciebat & profitebatur, non quidem à communione Eccleſiæ, ne quidem Romanæ, ſed à legitimo Petri ſucceſſore. Poſteriorum ſæculorum ſciſmatibus delirum hoc paradoxon tuum evidentius convincitur. Ibi enim legitimi Papæ, partem antipapæ adhærentem, Cardinales Epiſcopos, Concilia, Eccleſias, Imperatores, Reges, Populos, anathemate percuſſerunt, tanquam *ſciſmaticos*; cui anathemati innodatos quamplurimos hinc emigraſſe, nemini ignotum eſt, qui non dico hiſtorias & monumenta excuſſerit, ſed vel vulgare aliquod Chronicon modo perlegerit. Quo ſacro furore Ianſenius miſeros quaſi poſtliminio ex inferno evocatos cælo reſtituet? hac ſcilicet Mercurii virgula, *quia non fuerunt illi ſciſmatis rei*? Peremptorie ſane *al deſpetto* Dei ac Domini noſtri Papæ; qui ſupremo & infallibili judicio ſuo aliter judicavit. Et ratio eſt, quia error illorum quo *Beſtiæ apocalypticæ* (ſic ſciſmaticum Papam Bernardus & Vbaldinus lib. 1. citati appellant) adhærebant, *erat error dilectionis*, *non rebellionis*; & conſequenter meritorius non minus quam error in Religione, quem quis tenet, ex dilectione & reverentia erga Epiſcopum, ut ſtatuunt Caſuiſtæ. Certe ſi legitimi Papæ dulciloquium iſtud diſtinctionis tuæ tunc ſciviſſent, utique fulminibus & Vulcano ſuo fulminum architecto potuiſſent parcere, & tantis Chriſtianiſmi cladibus ac ruinis. Sed iſta tunc fuere. Etiam novelli Papatus Theologi hic adverſantur Ianſenio, quibus familiare eſt, ita Concilia & Prælatos diſpungere *Concilium Baſileenſe*, *Conſtantienſe*, &c. *ſciſmaticum eſt*; *Benno Cardinalis erat ſciſmaticus.* [a] Iſtis elogiis ſcatent Bellarmini & ſociorum ſcripta, quicquid reclamet Sorbonna; Et audet adhuc Ianſenius torrenti ſuorum opponere. *Neutra pars ſciſmatis rea eſt.* Quod ſi ad mentem redire nondum poteſt, audiat ſaltem ſeipſum ſibi contradicentem pag. 93. *Quod vero tam confidenter aſſeris, populum tales miniſtros audientem poſſe ſervari, non ſatis maturè verba tua ponderaſti. Nam quemadmodum in republica non ſolum qui Magiſtratum Principe prohibente ac renitente, occupant, ſed etiam quotquot adhærent talibus, criminis adeoque rebellionis rei ſunt.* Quæ examuſſim conveniunt cum decreto Alexandri III. in Concilio Lateranenſi anno 1180. *Quin*, inquit, *quod à prædeceſſore noſtro Innocentio factum eſt innovantes, ordinationes ab Octaviano & Vidone* (Antipapis) HÆRESIARCHIS, *nec non & à Iohanne Strumenſi, qui eos ſecutus eſt, factas, & ab Ordinatis ab eis, irritas eſſe cenſemus.* [b] Conclude hinc, ſodes, immunitatem à ſciſmate, & errorem dilectionis.

Et rigidi Papatus aſſertores & Zvvarezius [c] cum ſuis, cùm ſtatuunt eſſe *de fide*, hunc aut illum Papam eſſe legitimum Papam, omnes Anti-Papales gehennæ adjudicant tanquam hæreticos. Contrariam opinionem cum ſuſtineret Ieſuita aliquis Romæ anno 1597. non tulit Papa, qui alias omnia quodlibeta, omnes Libertiniſmos in regno ſuo fert, quippe quod in diſcordi concordia (ut omnis tyrannis juxta Theologiam Machiavelli) neceſſario fundatur. Præterea, omnes illos quamvis alias maxime Papales qui cum ſciſmaticis Anti-Papalibus colligunt vocant hoſtes. Sic Baronius [d] adverſus Panormitanum excipit: *Quis unquam adverſus Eccleſiam teſtimonium accepit hoſtis Eccleſiæ?* Vbi ergo dilectio, & ex dilectione error?

 Adhæc,

[a] Pighius Hierarch. Eccleſiaſt. lib. 6. Bellarmir. de Conciliis lib. 2. cap. 11. [b] Apud Baronium ad ann. 1180. [c] Zvvarez de tripl. virtute Theolog. ſect. 8. diſp. 5. Petrus Matheus cit. lib. 3. ſect. 3. cap. 1. [d] De Monarch. Sicil. pag. 41. 42.

Adhæc, Quidquid hic pro ſciſmatis Papalibus, pro errore dilectionis agit Ianſenius, id capitalem illam hypotheſim & exceptionẽ ipſius funditus ſubvertit, qua Eccleſias noſtras, ut ut doctrina Apoſtolicas, omni ratione Eccleſiæ, omni ſpe ſalutis deſtitutas clamat, quia ſcilicet unionem & communionem non tenuerunt cum centro, aquila, radice, capite, Magiſtro Romano, tanquam primario vineæ Domino [a]. Contra ſtolidam illam hypotheſin, inſtantia hic in promptu eſt: Poſſe eſſe aliquam Eccleſiam, quæ legitimum Petri ſucceſſorem non agnoſcat, quæ ſupremo & infallibili magiſtro non ſubjiciatur. Fuit itaque Anglicana ſub Henrico VIII. Eccleſia, & manſit in ſucceſſione Eccleſiaſtica, etiam abdicato Papa. Idem de Germanica, Danica, Helvetica, &c. judicandum eſt. Quod ſi ex Ianſenii opinione erraverint, cogitet eſſe errorem dilectionis; dilectionis, inquam, erga Chriſtum, erga Eccleſiam: quia putarunt dilectionem Chriſti ſe implere cum Papam quà talem non diligerent, ſed odiſſent, juxta votum Lutheri in conventu Smalcaldico: *Opto vobis perfectum amorem Chriſti, & perfectum odium Papæ.*

Denique, ſiquidem ſciſma non eſt, ubi error perſonæ tantum eſt, reverentia erga ordinem divinum manente; nunquam ſciſma, ut ab hæreſi diſtinguitur, erit ſciſma, & nemo ſciſmatis erit reus, quamvis Eccleſiæ, ſeu Concilii, Papæ, Epiſcopi judicio, aut imperio ſe ſubducat, modo inter rem & perſonam, inter accidens & ſubjectum diſtinguere didicerit. Proclive enim erit cuivis excipere ſe Eccleſiam, ſedem Romanam, aut primatum Romanum, legitimum Concilium, Epiſcopalem & coactivam poteſtatem, imo & Apoſtolatum agnoſcere quidem, non vero perſonas, quibus putet Eccleſiam, Primatum, Epiſcopatum, Apoſtolatum minime competere; à perſonis ſe quidem ſecedere, non vero à vocatione, ſeu miniſterio, ſiquidem alteri applicatum eſſet. Quaſi vero ſciſma qua tale, cum inchoatur, fiat in idea & in abſtracto à formis ſeu relationibus, & non potius à ſubjecto ſeu ſuppoſito, quibus inſunt iſtæ relationes, ut ex. gr. à B. Paulo, quem quidam negabant Apoſtolum, quamvis non negarent Apoſtolatum à Chriſto inſtitutum. Sic Henrici, Frederici, Ludovici Bavari, Bennones Cardinales, & ſimiles non fuiſſent ſciſmatis rei, nec Philippus Pulcher, Ludovicus XII. Concilium Piſanum, & Wormatienſe; Quaſi etiam fides Chriſtianorum, ubi ei ſuppoſitum & ſingulare aliquod objicitur, ut ex. gr. Ieſus Nazarenus, qui eſt Meſſias, & Vrbanus VIII. qui eſt ſucceſſor Petri legitimus, contenta eſſe poſſit generali & confuſa rei ipſius & formæ abſtractæ à connotatione certi ſubjecti, apprehenſione. Quæro ex Ianſenio, an fidem & communionem loci, Cathedræ, ſedis, tituli, ordinis, ſucceſſionis, vexilli Romani putet conſtituere eſſentialem Catholicæ Eccleſiæ unionem; ſecluſo ſcilicet inſeſſore, vexillifero, & legitimo Petri ſucceſſore. Si annuit; ubi & quomodo pars illa abſcondens ſe, & abſciſſa à legitimo Papa (quod in ſciſmatibus pleriſque factum) immo ubi plerique utriuſque partis ignorantes legitimum Papam, durante illa ſciſmatis fluctuatione habuerunt *fidei ſuæ aquilam*, ad quam reſpicerent, veritatis columnam, & civitatem in monte, caput ſuum viſibile, judicem loquentem, & infallibiliter de Cathedra decidentem, qui promtè, evidenter, & infallibiliter laborantibus ipſis ſuccurreret magis quam mutus noſter judex, leſbia regula, ſacra, inquam, Scriptura; ad quam quia præter Orthodoxos & alii provocant,

provocan-

[a] Vide hypotheſim illam ſæpius à nobis rejectam, inter alia cap. 8. hujus ſectionis & libr. 2. ſect. 2. cap. 3. & 3.

provocandum non cenſet Ianſenius? Vbi tum Eccleſia illa ſive virtualiter, ſive repræſentative accepta, erat media inter fideles & inter Scripturam, ut infra pag. 350. 351. immo media in illa quæſtione de Pontifice, & quidem ſupremo, atque infallibili interpretationis magiſterio? An illud magiſterium tum erat viſibile omnibus in ſede illa Romana, cum aut nullus eſſet inſeſſor ſedis & ſucceſſor legitimus, ut tempore Concilii Conſtantienſis; aut ignoraretur quis eſſet legitimus ſucceſſor? An vero ſedem illam abſque ſuo patedro Romano, inſtar quercus Dodonææ oracula edidiſſe dicet Ianſenius omnibus ſciſcitantibus? etjam tum, cum Gerſon queſtus eſt *vix ſciri poſſe penes quos ſit eccleſia, niſi divinitus revelatum ſit.* Quicquid hic reſponderit Ianſenius, ſeipſum aut ſuos jugulabit, & deſperatam cauſam magis magiſque prodet. Sed non reſpondebit, ut opinor.

IV. Saltem hoc inde conficimus; ſicut tempore ſciſmatum cum utraque pars æquali clamore prætenderet Eccleſiam & ſedem Romanam, Petri ſucceſſionem, aquilam, radicem & centrum Eccleſiæ; vera Eccleſia & ſucceſſio ideo non intercidit, nec cauſa ejus Papæ & Partis deterior fuit cui juſtitia ſuffragatur; hic etiam æterna verbi divini veritas, non deſinit eſſe talis, nec cauſa eorum quibus veritas illa & juſtitia ſuffragatur ideo deterior eſt, quamvis omnes hæretici eam prætendunt; vera enim hic eſt illa Cypriani regula à Ianſenio citata: *Si apud Novatianum eſt Eccleſia, apud Cornelium non fuit.* Et vice verſa; quam parodice ſic applicamus: Si apud nos eſt veritas Scripturarum, in articulis ſcilicet de Miſſa, de adoratione imaginum, &c. utique apud Papatum non fuit; ſi vero apud Papatum fuit, utique apud nos non eſt. Videamus jam utri juſtitia ſuffragetur. Sed hæc loca infeſta; Crudeles has linque terras, ô Ianſeni, & ſcopulo illi tuo adhæreſce: *Etiam hæretici ſcripturas & ſcripturarum interpretationem ſibi vindicant*, Ergo, &c.

V. De ſciſmate illo tempore Concilii Conſtantienſis longe aliter judicabatur à I. C. C. Bononienſibus, qui utramq; partem tunc ſciſmatis ream peragebant; hæc enim eorum II. Concluſio: *In ſciſmate antiquato, Papam etiam legitimum, in exſtinguendo omnem operam adhibeat, nutritorem ſciſmatis eſſe, quod conſequenter deſcendit in hæreſin, ab eoque Cardinales diſcedere debere tanquam incorrigibili & hæretico, ni fecerint, ſciſmatis & hæreſeos fautores eſſe.* [a] Quod multis canonibus & legibus eccleſiaſticis probabant. In alterum extremum contendit Bellarminus, in Chronol. ad ann. 352. cum dicit; *Sciſma ſecundum Felicis cum Liberio: ſed uterque aliquo tempore legitimus.* Ergo Eccleſia tunc temporis fuit biceps & gemina Monarchia. Alii dubitant, quot & qui ſint numerandi in ſerie Pontificum. Sic Onuphrius libr. de Pontif. & Cardinal. in Præfat. *Ab antiquis perperam ſciſmaticorum habita eſt ratio; quod à poſteris emendatum eſt, &c. Propterea ex legitimorum Pontificum albo expungendos nemo non cognoſcit Quintum & Decimum Benedictos, &c. Atque in hiſce numeris, quibus diſtinguuntur, eorum non eſt habenda ratio; ſicut nec ſequentium Honorii II. Clementis III. Gregorii VIII. Celeſtini II. Victoris IV. & aliorum habita eſt; qui forte magis jus habuerunt in Romano Pontificatu, quam illi ſuperiores, Felix ſcilicet II. Benedictus V. & X. Iohannes XX.* Æque certum judicium eſt apud Papiſtas de omnibus reliquis ſciſmatis; per quæ duodecies bini Papæ, quinquies terni, nonnunquam & quaterni (tempore Friderici Barbaroſſæ) Pontifices exſtiterunt.

Diſcuſſis ita inſulſis Ianſenii exceptionibus, concludimus & repetimus, ſeriem & ſucceſſionem Perſonalem Pontificum Romanorum multis modis fuiſſe interruptam.

[a] Citat ex Nemore unionis Pleſſæus in Myſter. Iniquit. ad ann. 1417. pag. 1142. edit. in 8.

I. *Quia* fuerunt hæretici etiam à Papis & Conciliis univerſalibus condemnati. II. *Quia* fuerunt tot ſciſmata. III. *Quia* fuerunt plurimi Simoniaci. IV. *Quia* aliqui per Diabolum, & artes diabolicas irrepſerunt. V. *Quia* aliqui per meretrices fuerunt intruſi. VI. *Quia* aliqui armis & tyrannide ſedem ſibi vindicarunt. VII. *Quia* aliqui ab Imperatoribus, & brachio ſeu factione ſæculari promoti ſunt. VIII. *Quia* aliqui per dolos & deceptiones aſcenderunt, ut Hildebrandus, & Bonifacius VIII. IX. *Quia* aliqui nemine vocante, ſeipſos elegerunt & à ſeipſis orti ſunt ut Iohann. XXII. alias XXIII. X. *Quia* aliqui non fuerunt à tribus Epiſc. ordinati juxta conſtitut. Clementis, ut Pelagius I. XI. *Quia* aliqui fuerunt ordinati pueri, ut Sylveſter III. & Benedictus IX. XII. & *poſtremo. Quia* fuit Papa fæmina Iohannes ſcilicet VIII. de quo ſeu qua vide teſtes Pontificios, ad quorum pleroſque ipſi provocarunt, ſucceſſionem & antiquitatem Romanam demonſtraturi, quales Marianus Scotus, Sigebertus, Faſciculus temporum, Divus Antoninus, Iohannes Stella, Bocacius, Petrarcha, Martinus Monachus in libr. cui titulus *Flores temporum*, Otho Friſingenſis, Fulgoſus, Ranulphus, Platina, Palmerius, Iac. Curio, Sabellicus, Annales Aquitaniæ, Nauclerus, Nic. Ægidius, Philipp. Bergomas, Trithemius in Chronico Hirſangenſi, Baptiſta Mantuanus, Cælius Rhodiginus, Iohan. Lucidus, Roderic. Zanchez, Petrus Meſſias, Alb. Crantſius, Barth. Caranza, Faſciculus Temporum, qui omnes Pontificii, plerique etiam Clerici; & duo Græci, Chalcondylos, Barlaam, à noſtris [a] Pleſſæo, [b] Iacobo Capello, [c] Riveto, & [d] authore tractatûs de Papiſſa Iohanna citati; quibus ego addo vulgo, quod ſciam, non ita nominatos, Fr. Amandum Ziriẓæum in Chronico, edito Antvverpiæ apud Sim. Cocum ann. 1534. Iohannem Marconville in tract. de vituperio & laudibus fæminarum cap. 4. Trithemium de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Roſvida Saxonica, pag. 76. Leandrum Albertum, qui in deſcriptione catalogo Pontificum inſerit: *Gio. Anglico fem.* addit eam fuiſſe ann. 2. menſes 6. [e] Iohannem Tarchagnotam, alias Pontificum Gnathonem qui in *Hiſtorie del mondo* [f] parte ſecunda libr. 10. ſatis fuſe refert hiſtoriam, & addit non numerari eam inter Pontifices, quod fuerit fæmina; Nicolaum Dogliori in compend. Hiſtorico Venetiis 1594. Italice edito, ubi in catalogo comparet *Giovanni femina*, ejuſque hiſtoria deſcribitur ad ann. 856. Achillem Gaſſariam, cujus Chronicon (ſi ipſe forte ſuſpectus) Antvverpiæ editum anno 1533. apud Graphæum, anno 1536. apud Steelſum, præter illos indicat tract. anonymus Papiſſam Iohannam; Richardum Monachum Cluniacenſem in libr. cui titulus. *Romanorum Pontificum ſeries*; Valerium Anſelmum, in Chronico; Librum M. S. cui titulus. *Le donne famoſe*; Guilielmum Iacobum Ecmondenſem Monachum, Laziandum, Iacobum de regis curia Sacerdotem Argentinenſem in Chronic. Germanico M. S. Chronicon Germanicum excuſum Auguſtæ 1487. Chronicon Helvetico idiomate editum Conſtantiæ, Chronicon Germanicum Vlmæ editum 1486. Iohannem Hanaldum in libr. de ſtatu Eccleſ. à Chriſto uſque Carol. V. Iſengrinum in Chronico; Anonymum Compilatorem à Piſtorio editum.

Habent jam domeſticos teſtes. Accedit communis fama & fides in Papatu, quam nullus Papa, nullum Concilium, nulla

[a] In Myſter. Iniqu. [b] Lib. 2. de ſedis Romanæ ſanctitate, pag. 249. [c] Contr. Couffeteau part. 1. ſect. 30. [d] Editus eſt in 4. ann. 1598. [e] In deſcript. Italiæ edita Venet. 1577. Italicè fol. 124. 60. [f] Italice edita eſt Venet. apud Tramezzinum ann. 1573.

nulla univerſitas condemnavit ante Lutheri reformationem, nullus ſcriptor in dubium traxit ante Iohan. Aventinum anno 1533. Nullus Theologus Papalis ex profeſſo oppugnavit aut mendacii coarguit ante Florimundum Ræmundum, Bellarminum, & ſucceſſores eorum, ab anno 1566. & deinceps.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT II.

De interrupta & mutata doctrina in Papatu.

ATQVE hactenus de ſucceſſione, quam vocant, perſonali; nunc iſta addimus de *Reali*, ſeu ipſius doctrinæ ſucceſſione.

Eandem illam doctrinam quæ ab Apoſtolis tradita fuit, non eſſe continua & ininterrupta ſucceſſione ad hęc noſtra tempora tranſmiſſam à ſede Romana, jam millies probatum à noſtris, & mille ſubterfugia quæſita à Lucifugis, quo fulgorem illum veritatis declinarent. Nos Ianſenio quinquaginta articulos exhibuimus, quos ſucceſſione illa ſexdecim ſæculorum deſtitui credimus. De ſucceſſione iſtorum articulorum cur non agimus? cur tergiverſatur Ianſenius? cur exceptiones dilatorias, & declinatorias accumulat? Aut in iis articulis conſiſtit Papiſmus (Chriſtianiſmus, Catholiciſmus Ianſenio dictus) aut non conſiſtit; Si non conſiſtit, dicat aperte, ut ego contrarium probem, aut quieſcam. Si in iis conſiſtit, jam ad rem ipſam, ad cauſæ cardinem ventum eſt; ſi quid Ianſenio confidentiæ & eruditionis ex lectione Scripturarum, ex officina Patrum, ex Perroni decennali, & tricubitali opere adhæſit, faceſſat inanis oſtentatio; hic hic depromat, ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ πήδημα, id eſt, *hic Rhodus, hic ſaltus.* Quod ſi ad Perronum me ableget, à quo abunde hoc præſtitum.

Reſpondeo *Primo*; ridicule ad ſcriptum Gallicum nos ablegari, cum linguam illam paucis noſtrum fortaſſe notam dixerit, pagina quadrageſima nona.

Deinde, Perronum à Molinæo noſtro, jam fractum, delumbatum & exoſſatum; & glorioſo illi Pantaloni omnem antiquitatis & eruditionis larvam ita detractam, ut à tyronibus Theologiæ pedibus trahendus ſit, niſi maturè ſuccurrat Ianſenius.

Tertio, Veſtrum eſt probare ſucceſſionem iſtorum articulorum, quia veſtri ſunt, religionis & poſitivæ Theologiæ veſtræ præcipuæ partes; vos eos nobis & Chriſtianiſmo obtruditis ſub pœna excommunicationis & vivicomburii. Noſtrum non eſt probare quicquam de pleriſque, ſed tantummodo veſtras affirmantium probationes excipere, quia nobis ſunt chimæræ & non entia; non ſunt nobis partes religionis, aut corporis Theologici, ſed excrementa & excreſcentiæ. Veſtrum etiam eſt, jam denuo probare, aut probationes interpolare, aut eas exceptionibus tueri, quandoquidem Perronus ille, quem voluiſti lapſis ſuccurrere rebus, exutus eſt à Molinæo. Hic tu Ianſeni, aut ſimilis Belga, prælium iſtud inſtaures.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſtaures neceſſe eſſe, ſiquidem promiſſi tui memor es, pag. 33. Nos iterum iterumque huc te vocamus.

Sed quandoquidem adverſarii fidei Romanæ, (quam ex Scripturis tueri ſe dicunt) cauſam turpiſſime deſerunt; quod velim notare Lectorem: non pigebit ex ſuperabundanti *veritatis*, *antiquitatis*, *Catholiciſmi*, *ſucceſſionis* larvam ei detrahere, ut per compendium Ianſenio ad probationis laborem tam difficili & Lectori cuivis conſulamus, ſeligemus ex illis 50. tantum 8. articulos, quos neceſſariam & non minimam partem facere Romano-Papiſmi (Chriſtianiſmum, & Catholiciſmum ipſi vocant) certum eſt; quippe ad quorum credulitatem nos & omnes Chriſtiani tenemur & cogimur ſub pæna ignis temporalis & æterni. Quod ſi obſtinato ſilentio & fuga hic conſulere ſibi pergit Ianſenius, & ſolitum illud; *hæc habet Perronus*, occinere, utique epinicion canit nobis, & victoriam relinquit. Sin (quod vix ſperamus) pudore ſuo & ſuorum tandem in hunc campum protractus, arma expediat; meminerit duo ſibi eſſe agenda. Vnum eſt, ut poſitive fidei & theologiæ ſuæ, *veritatem* ex Scriptura & rationibus in illa fundatis; & ejuſdem *antiquitatem*, *catholiciſmum*, *ſucceſſionem* ex Patrum & antiquitatis officina evincat; atque ita elenctice falſitatem, hæreſin, impietatem, novitatem noſtræ perſtringat. Alterum eſt, ut Scripturis, quibus falſitatem, & teſtimoniis authorum, quibus novitatem, & particularitatem Papiſmi nos probavimus, ſincere reſpondeat, abſque præteritione aut tergiverſatione; & quidem conformiter propriæ & Papiſticæ Theologiæ. Ego viciſſim ſpondeo, me argumentis & exceptionibus ipſius de puncto ad punctum reſponſurum. Quin ſi communis fidei noſtræ reformatæ alios quoſcunque articulos, ad quorum profeſſionem & defenſionem, ſecundum formulam confeſſionis & Catechiſmi noſtri, Paſtores & Doctores omnes apud nos tenentur, & teneri volunt, lege talionis proponere, & eorum falſitatem ex Scripturis; & novitatem ex Patrum & antiquitatis officina demonſtrare placuerit, eadem illa methodo, qua nos, aut via breviori ac faciliori; iterum ſpondeo me duo illa fideliter præſtiturum, quæ ab ipſo nunc poſtulo, aliter atque aliud ut à mea parte præſtetur, nulla æquitas, nulla juſtitia poſtulabit. Ecce ergo tibi non opiniones liberas aut privatas, ſed dogmata de fide definita, & quidem talia quæ omnium fidelium continuam & neceſſariam fidei, religionis & pietatis praxim proxime & imprimis attingūt.

ARTICVLVS PRIMVS,

De Papalibus Indulgentiis.

PAPISTÆ docent Pontificem & Epiſcopos indulgentias, id eſt, ſupererogatorias ſatisfactiones ſanctorum in theſaurum Eccleſię congeſtas, mediantibus illis, poſſe deſtribuere: atque adeo ſibi ipſis illas concedere. Eoſque, qui indulgentias has inutiles eſſe aſſerunt: vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant, Anathemate damnant. Vide concil. Trid. Seſ. 25. decret. de Indulgentiis. Iuram. profeſ. fid. in Bulla Pii IV. 1564. Profeſ. fid. à Græcis facienda juſſu Gregorii XIII.

Bellarminum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Bellarminum de hac materia. Immanuel Sa, in verbo Indulgentiæ. Antoninus par. 1. tit. 10. cap. 3. Taxam pænitentiariam. Henricum de Caligis, qui ex mandato Nicolai V. collegit ea quæ ſuper materiam Indulgentiarum determinata erant in curia Romana. Actionem Leonis X. per cauſidicos ſuos in Lutherum Indulgentiarum nundinationem taxantem. Iovium in vita Leonis X. Thuanum hiſtor. lib. 1. Guiceiardinum hiſtor. libr. 13. Surium Commentar. ad annum 1517. & Sleidanum libr. 1.

Actorum cap. 4. verſ. 12. Nec eſt in alio quoquam ſalus, nec enim aliud nomen eſt ſub cælo quod datum ſit inter homines, per quod oporteat nos ſervari.

Ibidem cap. 10. verſ. 43. Huic omnes Prophetæ teſtimonium dant, remiſſionem peccatorum accepturum per nomen ejus quemvis, qui crediderit in eum.

Rom. 3. verſ. 25. Quem propoſuit Deus placamentum per fidem, in ſanguine ipſius.

Ad Hebr. 10. verſ. 14. Vnica oblatione conſummavit in perpetuum eos, qui ſanctificantur.

Iohannis epiſt. 1. cap. 1. verſ. 7. Sanguis Ieſu Chriſti purgat nos ab omni peccato.

Apocal. 7. verſ. 16. Hi ſunt qui venerunt ex afflictione magna, & laverunt ſtolas ſuas, ac dealbarunt in ſanguine agni.

Tertullianus, libr. de Pudicitia, cap. 22. Quis alienam mortem ſua ſolvit, niſi ſolus filius Dei?

Ambroſius in Lucam libr. 10. cap. 22. Lacrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego.

Auguſtinus tractat. 84. in Iohannem. Etſi fratres pro fratribus moriuntur, tamen in fraternorum peccatorum remiſſionem nullius martyris ſanguis funditur, quod fecit ille pro nobis.

Leo Epiſcopus Rom. ad Baleſt. Epiſt. 83. Accepere iuſti, non dedere coronas, & de fortitudine fidelium nata ſunt exempla patientiæ, non dona juſtitiæ: ſingulares quippe eorum mortes fuerunt: nec alterius quiſpiam debitum ſuo fine perſolvit: quum inter filios hominum unus ſolus dominus noſter Ieſus Chriſtus, exſtiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes ſunt etiam ſuſcitati.

Scotus in 4. Sent. diſt. 15. Non poteſt ſatisfieri pro peccato, niſi in virtute paſſionis Chriſti.

Eadem fuit ſententia Doctorum Lovanienſium, quam à Pio V. & Gregor. XIII reprobatam dicit Bellarmin. libr. 1. de Indulgent. cap. 4.

Bernardus epiſt. 190. ad Innocentium de Abailaido. Vt videlicet ſatis-

factio unius omnibus imputetur, ſicut omnium peccata unus ille portavit: nec alter jam inveniatur qui fore fecit, alter qui ſatis fecit: quia caput & corpus unus eſt Chriſtus. Satisfecit ergo caput pro membris, Chriſtus pro viſceribus ſuis, quando &c.

Durandus in 4. ſent. diſt. 20. qu. 3. De Indulgentiis pauca dici poſſunt per certitudinem, quia nec Scriptura expreſſe de iis loquitur. Quod enim dictum eſt Petro Matt. 16. Tibi dabo claves regni cælorum, & quodcunq; ligaveris, &c. intelligitur de poteſtate ei data in foro pænitentiæ: de collatione autem Indulgentiarum, non eſt quo modo debeat intelligi: Sancti enim, Ambroſius, Hilarius, Auguſtinus, Hieronymus minime loquuntur de indulgentiis.

Boetius Epo I. C. quondam Profeſſor Duacenus fatetur nos *nonnullos Scholaſticos* (inter quos Fr. Mayronus, & Durandus) *habere in noſtra ſententia, ſive in univerſum, ſive pro parte duces.* Tract. de Iure Iubil. & Indulgent. pag. 80.

Antoninus in Summa par. 1. tit. 10. cap. 3. De Indulgentiis nihil expreſſe habemus in S. Scriptura, &c. Nec etiam ex dictis antiquorum doctorum, ſed modernorum.

G. Biel in can. Miſſæ. lect. 57. objicit ſibi quod in omni genere ſuffragiorum apud B. Auguſtinum vel Gregorium nulla fiat mentio de indulgentiis. Et reſpondet his verbis: *Dicendum quod ante tempora Gregorii modicus vel nullus fuit indulgentiarum uſus. Nunc autem crebreſcit earum uſus, quia ſine dubio Eccleſia habet Spiritum Chriſti, &c.*

Iohannes Major in 4. diſt. 20. q. 2. Difficile eſt modum indulgentiarum fundare authentice in Scriptura S. in ſignum cujus tres primi doctores Eccleſiæ parum de iſto modo indulgentiarum loquuti ſunt. Sed cum B. Gregorius indulgentias & Eccleſia eas conceſſit, admittendæ ſunt.

Navarrus Papæ pænitentiarius, Alpha Canoniſtarum tom. 3. Comment. de Iubil. & Indulgent. 7. notab. art. 5. & 6. Ex Roffenſi contra Lutherum art. 18. Quod multa de Euangeliis & aliis Scripturis ſunt nunc excuſſa luculentius, & intellecta perſpicacius quam fuerunt olim. Quod nemo jam dubitat orthodoxus an purgatorium ſit, de quo tamen apud priſcos illos nulla vel quàm rariſſima fiebat mentio. Quod non fuit tam neceſſaria, ſive purgatorii, ſive indulgentiarum fides explicita in primitiva Eccleſia atqui nunc eſt, &c. Quod dum nulla erat de purgatorio cura, nemo quæſivit indulgentias, quia ex eo pendet omne indulgentiarum pretium. Ibid. Quæſtores non quærunt commodum animarum ſed pecuniarum, &c. Per eam multum enervatur ſatisfactio pænitentialis, quæ tantopere eſt nobis utilis, &c. Adjuncto item illo quarto, quod concedens indulgentiam de alieno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

no ſolvit alterius debitum, & indecorum eſſe id fuſius efficere ſignificat illud barbarum proverbium de corio alterius corrigiæ longæ.

Cajetanus opuſc. 15. de Indulgentiis cap. 1. De ortu indulgentiarum, ſi certitudo haberi poſſet, veritati indagandæ opem ferret; verum quia nulla Scriptura Sacra, nulla priſcorum Græcorum, aut Latinorum authoritas ſcripta, hunc ad noſtram deduxit notitiam: Sed hoc ſolum à trecentis annis Scripturæ commendatum eſt de vetuſtis Patribus, quod B. Gregorius indulgentias ſtationum inſtituit, ut in 4. ſent. D. Thomæ habetur. Longe ſiquidem poſt Gregorium legimus quod quidam indiſcretas & ſuperfluas indulgentias dabant, ut Innocentius, &c.

A. à Caſtro libro 8. verbo Indulg. Adverſus hunc errorem paucis verbis contendam, quoniam inter omnes res, de quibus in hoc opere diſputatur, nulla eſt, quam minus apertè Sacræ Scripturæ tradiderunt, & de qua minus vetuſti Scriptores dixerint. Neque tamen hac occaſione ſunt contemnendæ, quod earum uſus in Eccleſia videtur ſero receptus.

Roffenſem ipſum vide etiam, qui iis, quæ Navarrus ſupra citat. addit. Quum igitur purgatorium tam ſero cognitum ac receptum Eccleſiæ fuerit univerſæ, quis jam de indulgentiis mirari poteſt, &c. cæperunt igitur indulgentiæ, poſtquam ad purgatorii cruciatus aliquandiu trepidatum erat. Tunc enim credibile eſt ſanctos Patres accuratius cogitaſſe, quibus modis adverſus illos cruciatus ſuis gregibus conſulere potuiſſent, &c.

Petrus de Soto in Inſtruct. Sacerd. de Indulgentiis lect. 1. Etſi de indulgentiis in ſpeciali nulla habeamus Scripturæ S. atque primitivæ Eccleſiæ certa & manifeſta teſtimonia, &c. Primum igitur quod dicimus, non eſſe videlicet aperta teſtimonia Scripturæ de indulgentiis, donamus adverſariis, &c. Addimus etiam ſecundum: quod ſcilicet nec antiquæ & primæ Eccleſiæ habeamus certa teſtimonia.

Sylveſter Prieras contra Lutherum. Indulgentiæ autoritate Scripturæ non innotuere nobis, ſed autoritate Eccleſiæ Rom. & Rom. Pontificum, quæ major eſt autoritas. Vide eundem in Summa in voce *Indulgentia*, in principio.

Bellarminus lib. 2. de Indulg. cap. 10. Atque hoc ſibi volunt Durandus, Roffenſis, Antoninus, Sylveſter nimirum in Scriptura nullam expreſſam mentionem indulgentiarum haberi.

Idem ibid. cap. 17. Neque mirum videri debet, ſi autores antiquiores non multos habeamus, qui harum rerum mentionem faciunt, quoniam plurima ſunt in Eccleſia quæ ſolo uſu ſine literis conſervantur.

Georgius Wicelius in Via Regia juſſu & mandato Ferdinandi & Maximiliani II. inter alias accuſationes hanc format: ut citat Goldaſt. in Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

plicat. pro Imperio. Diſpiciat, num ſit Pontificalis Officii, commentiri indulgentias in purgatorii uſque Vtopiam valentes, & has vendere fatuis nobis, una cum diplomatibus de libertate lacticinii; & excitare jubilarias nundinationes propter turpe lucrum omnia. Harum fatuitatum etſi pudet Simones, tamen exſpectant occaſionem renovandæ pſeudolatriæ, atque ludificandæ plebis. Eatur obviam huic conſceleratæ negotiationi & ſubvertatur hæc nummulariorum menſa tandem, &c. Quis zelum Ieſu cohiberi velit?

Antiquitus jactatum fuit inter Theologos Proverbium, *Indulgentias nihil aliud eſſe quam pias fraudes*, ut referunt Albertus Magnus in 4. diſt. 20. art. 17. Altiſſiodorenſis lib. 4. tr. 6. cap. 9. qu. 1. Refert Boetius Epo I. C. Duacenus tract. de jure Iubil. & Indulg. pag. 80. 81. 82.

Corollarii loco diſce, & cum taxa pænitentiaria compone omnipotentiam & ignitam charitatem Papæ, ex Antonino par. 1. tit. 10. cap. 2.

Et ex hoc oſtenditur, quod non poteſt Papa extrahere omnes animas de purgatorio dando eis indulgẽtias: quia hoc eſſet indiſcretũ & irrationabile.

Et Toleto inſtruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 89.

Dico non eſſe murmurandũ contra Papam, qui exigit pro his pecunias, non per modum pretii, nam iſta ad ſuſtentationem dantur, quia multum indiget tanta in Eccleſia dignitas. Dantur etiam aliquando per modũ pænæ. Dantur etiã per modũ compoſitionis, id eſt, cujuſdã commutationis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De Imaginibus.

PAPISTÆ volunt imagines in templis collocandas, eiſque venerationem & cultum impertiendum, eoſque qui contra docent aut ſentiunt anathemate feriunt. Imo docent eundem honorem deberi imagini & exemplari. Et Chriſti imaginem adorandam adoratione latriæ; & res creatas etiam inanimes, dummodo Deo ſunt ſacratæ, eſſe adorandas. Imagines vere & proprie eſſe adorandas ex intentione eas adorandi, item ſimpliciter & abſolute adorandas, & non tantum exemplaria in ipſis repræſentata, aut tantum rememorative & recordative. Vide Concil. Trident. Seſs. 25. de Imaginibus Concilium Nicenum ſecundum. Et ejus in Concil. Trident. confirmationem. Thom. Aquinatem par. 3. quæſt. 25. artic. 3. Iuramentum profeſs. fidei in bulla Pii IV.

anno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

anno 1564. & Profeſ. fid. à Græcis facienda juſſu Gregorii XIII. Catechiſm. Concil. Trid. part. 3. c. 2. ſect. 14. Petrus de Cabrera in 3. part. Thomas quæſt. 25. art. 3. diſp. 2. num. 15. 32. 35.

Exod. cap. 20. verſ. 3. 4. & 5. *Ne eſto tibi* ullus *Deorum* alienorum ante faciem meam. Ne facito tibi ſculptile, aut ullam imaginem, quæ in cœlis ſupra aut quæ in terra infra, aut quæ in aquis infra terram: Ne incurvans te eis, neque colito ea: nam ego Jehova Deus tuus fortis zelotes, &c.

Levitici cap. 26. verſ. 1. ne facito vobis idola, & ſculptile, aut ſtatuam ne erigitote vobis, neque lapidem figuratum ponite in terra veſtra, ut incurvetis vos ante eum: nam Jehova Deus veſter.

Deuteron. 4. verſ. 15. 16. Quamobrem cavebitis vobis ipſis valde: nam non animadvertiſtis ullam ſimilitudinem, quo die alloquutus eſt Jehova vos in Choreb è medio illius ignis: ut non corrumpatis vos, & faciatis vobis ſculptile, ſimilitudinem ullius ſimulacri, formam maris aut fæminæ.

2. Regum 18. verſ. 4. 5. *Ipſe* (Hiſkias) *amovit excelſa*, fregitque ſtatuas, & excidit lucum: contudit etiam ſerpentem æneum, quem fecerat Moſes, eo quod uſque ad dies illos Iſraelitæ adolerent ei, quem vocavit Nechuſchthan. In Iehova Deo Iſraelis fiduciam habuit, & non fuit ei ſimilis inter omnes reges Iehudæ, qui poſt eum, aut qui ante eum.

Rom. cap. 1. verſ. 23. Mutarunt enim gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem corruptibilis hominis, &c.

Iuſtinus Martyr dialog. cum Tryphone. An non Deus erat, qui per Moſem præcepit, ne ſimulacrum, neque ſimilitudo eorum quæ in cœlo, aut quæ in terra ſunt, penitus fierent?

Tertullianus lib. de Idololatria cap. 3. Idolum aliquando retro non fuit. Priuſquam hujus monſtri artifices ebulliſſent, ſola templa & vacuæ ædes erant, ſicut in hodiernum quibuſdam locis vetuſtatis veſtigia permanent, &c. Vbi artifices ſtatuarum & imaginum, & omnis generis ſimulacrorum diabolus ſæculo intulit, nomen de idolis conſequutum eſt & profectum. Exinde jam caput facta eſt idololatriæ ars omnis, quæ idolum quoquomodo edit. Paulo poſt: Ad hoc neceſſaria eſt vocabuli interpretatio, Εἶδος græcè formam ſonat, ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum æque apud nos formulam fecit. Igitur omnis forma vel formula idolum ſe dici expoſcit. Inde idololatria omnis circa omne idolum famulatus & ſervitus.

Origenes contra Celſum inquit, quod Chriſtiani imagines non haberent quia Scriptum eſt: Non facies tibi ſculptile. Huc reſpicit Caſſander conſult. fol. 168. dicens: Quantum autem veteres initio Eccleſiæ ab omni veneratione imaginũ abhorruerũt declarat unus Origenes adverſus Celſũ.

Lactantius lib.2.c.19. Non eſt dubium, quin religio nulla ſit ubicunque ſimulacrum eſt. (poſt) Non eſt religio in ſimulacris, ſed mimus religionis.

Idem Ibid.c.18. Eſt perverſum, & incongruum, ut ſimulacrum hominis à ſimulacro Dei colatur.

Ambroſius Epiſt. 31. ad Imperatorem Valentinum. Non vult ſe Deus in lapidibus coli.

Epiphanius in Epiſt. ad Iohannem Hieroſolym. Cum intraſſem ut orarẽ, inveni ibi velum pendens in foribus ejuſdem Eccleſiæ tinctum atq; depictũ, & habens imaginẽ quaſi Chriſti, vel ſancti cujuſdã. Non enim ſatis memini, cujus imago fuerit. Cũ ergo hoc vidiſsẽ in Eccleſia Chriſti, contra authoritatem ſcripturarũ hominis pendere imaginẽ, ſcidi illud, & magis dedi conſilium cuſtodibus ejus loci, ut pauperẽ mortuũ eo involverent atq; efferrent.

Amphilochius Iconii Epiſcopus. Non enim nobis ſanctorum corporales vultus in tabulis coloribus effigiare curæ eſt, quoniam his opus non habemus, ſed politiam illorum virtutum memores eſſe debemus.

Theodorus Ancyræ Epiſcopus. Sanctorum formas & ſpecies ex materialibus coloribus formari minime decorum putamus: horum autem virtutes, quæ per Scripta traditæ ſunt, veluti vivas quaſdam imagines reficere ſubinde oportet. Ex his enim ad ſimilium imitationem & Zelum pervenire poſſumus. Dicant enim nobis, qui illas erigunt ſtatuas, quęnam utilitas ex illis ad ſe redit, an quod qualiſcunque recordatio eos habet ex tali ſpeciali contemplatione. Sed manifeſtum eſt, quod vana ſit ejuſmodi cogitatio, & diabolicæ deceptionis inventum.

Concilii Elibert. canon 36. Placuit picturas in Eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.

Auguſtinus de conſenſu Euangeliſt. lib.1.c.10. Sic omnino errare meruerunt, quod Chriſtum & Apoſtolos ejus, non in ſanctis codicibus, ſed pictis parietibus quæſiverunt.

Idem Epiſt.119. ad Ianuarium. Non quia non habet imaginem Deus: ſed quia nulla ejus imago coli debet, niſi illa quæ hoc eſt quod ipſe.

Synodus Conſtantinopol. Septima (cui intererant Epiſcopi 38.) imagines earumque uſum è templis ejecit.

Concilium Francofurtenſe ſub Carolo Magno contra Nicenam Synodum II. imagines è templis remotas voluit.

Et Synodus Pariſienſis. Cum quibus faciebant Epiſcopi & Eccleſiæ in Germania, Anglia, Gallia.

Carolus Magnus contra Synodum Nic.II.lib.2.c.30. Paulus Apoſt. non inquit, quicquid pictum eſt ad doctrinam noſtram pictum eſt, ſed quicquid ſcriptum eſt, ſcriptum eſt ad noſtram inſtitutionem: item, non dicit; omnis

pictura,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

pictura, ſed omnis Scriptura divinitus inſpirata eſt & apta ad docendum: item; Apoſtoli non imagines ſed Epiſtolas ad diverſas mundi partes deſtinaſſe leguntur: nec per picturas genus humanum ab idolorum cultibus ad veræ fidei puritatem revocavere, ſed per Scripturas.

Extat ejuſdem reſcriptum de non adorandis imaginibus apud Goldaſtum in Replica pro Imperio fol.115.

Hincmarus Remenſis contra Hincmar. Laudunenſem Epiſcop. c. 20. Quantum veteres initio Eccleſiæ ab omni veneratione imaginum abhorruerunt declarat unus Origenes adverſus Celſum.

Theodoretus qu.1.in Deuteron.docet vetitum eſſe à Deo in 2.præcepto ne tentarent facere imaginem Dei, quia ſpeciem archetypi non vidiſſent.

Euſebius hiſtor.lib.7.c.17. dicit imagines Chriſti & Apoſtolorum ἐθνικῇ συνηθείᾳ, id eſt, conſuetudine ſeu more Gentilium à quibuſdam eſſe factas.

Gregorius II. in epiſt. apud Baronium ad ann. 726.n.marg. 28. Cur tandem Patrem Domini Ieſu non oculis ſubjicimus ac pingimus, quoniam quis ſit non novimus: Deiq; natura ſpectanti proponi nō poteſt ac pingi. Quod Baronius in margine ita refutat. Poſtea uſu venit ut pingatur in Eccleſia Deus Pater & Spir. S. nō quod ſub aſpectum cadant, ſed ut apparuiſſe in divinis Scripturis leguntur ſub forma ſenioris & ſub imagine colūbę. Quod e. deſcribitur, & pingitur, cū ſit eadem ratio utriuſq; ſtyli nimirum & penicilli.

Idem lib.7. Epiſtol.109. ad Serenum Maſſilienſem, dicit nihil, quod manibus factum eſt, coli debere.

Antiqua Roma gentilis prius 170. annis imaginibus caruit, hac ratione quod putarent numen mente attingi tantum poſſe, ut de Numa refert Clemens Alexandrin. ſtromat. lib. 1. Vide etiam Euſeb. de præparat. Euangel. lib.3.c.3. Auguſt. de civitate Dei lib.4.c.31. & ibid Lud. Vivem. Eandem rationem habet Gregorius II. ſupra.

Nicolaus Clemanges lib. de novis celebr. nō inſtit. tit. *ea ut*. Statuit olim Vniverſalis Eccleſia, legitima occaſione inducta, propter illos qui erant ex gentibus ad fidem converſi, ut nullæ in templis imagines ponerentur.

Polydorus Virgil. de invent. rerum lib.6.c.13. Quem (ſimulacrorum cultum) non modo noſtræ relligionis expertes, ſed, teſte Hieronymo omnes ferme veteres ſancti Patres damnabant ob metum idololatrię.

Papa Iohannes XXII. condēnavit eos qui faciebant imagines Trinitatis.

Eraſmus Catecheſ.6. Vſque ad ætatem Hieronymi erant probatæ relligionis viri, qui in templis nullam ferebant imaginem, nec pictam, nec ſculptam, nec textam, ac ne Chriſti quidem, ut opinor propter Anthropomorphitas. Paulatim autem imaginum uſus irrepſit in templa.

Iohan. Monluccius Epiſcopus Valentinus, cum Epiſcopo Sagienſi & Picherello,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cherello, Butillerio, Eſpencæo Theologis juſſu reginæ matris noſtris obtulit abolitionem imaginum Trinitatis, tanquam S. Scriptura, conciliis & veterum Patrum teſtimoniis prohibitarum: item omnes adorationes aliarum imaginum, geſtationes in ſupplicationibus, cultus omnis per vota, oblationes, genu flexiones, oſcula, ſalutationes, &c. Anno 2562. apud Thuan.lib.29.p.197.198.

Bannes in 2.2. qu. 1. artic. neque expreſſe neque impreſſe ſeu involutè invocationem Sanctorum & cultum Imaginum in Scripturis doceri.

Vignerius inſtitut. c. 15 .p. 140. venerationem imaginum,invocationem ſanctorũ,ſignum crucis, exequias & ſepulturas defunctorũ, conſecrationes Eccleſiarũ, olei S. & Chriſmatis,&c.inter traditiones non ſcriptas numerat.

Barthol. Fumus in armilla verbo adorare: Licet ex Scriptura imaginum uſus non habeatur.

Bellarminus de imag.l.2.c.8. fatetur Durandum, Abulenſem & Pereſium nobiſcum ſentire; quibus adde Heſſelium in explicat. decalogi: c.65.

Caſſander conſultat. fol.163. Certum eſt initio prædicati Euangelii aliquanto tempore inter Chriſtianos, præſertim in Eccleſiis, imaginum uſum non fuiſſe, ut ex Clemente & Arnobio patet.

Maſius comment. in Ioſuæ cap. 24. Ad ſolam enim vitæ bene actæ imitationem, non etiam ad religioſum cultum, quem adorationem vocant Theologi, Divorum monumenta conſervare fas eſt.

Coſterus Ieſuita in compendioſ. Orthodox. fid. demonſtrat. propoſit. 5. c.2. & contra Grevinchovium Belg. fol. 137. fatetur cultum imaginum in S. literis non haberi.

Papirius Maſſonus in libellis de Pictur. & Imaginibus, ut citat. Hamfr. Lynds in Via Devia p. 292. Nullum eſt exemplum in Scripturis aut Patribus pro adoratione imaginum. Debent haberi tanquam ornamenta quę viſum reficiant, non quæ populum inſtruant. Abaſſini hodie imagines habent non ad adorationem (ut refert Alvarez in Navigat. volum. 1. de Æthiopia) ſed ad hiſtoriam. Græci imagines pictas habent (non vero ſculptas) ſed non ad adorationem religioſam. Hieren. Patriarch. Conſtantin. in Cenſur. Oriental. Eccleſ. cap. 21. Idem dicendum de Armeniis.

ARTICVLVS TERTIVS.

De Communione ſub utraque ſpecie.

DOCENT Papiſtæ communicantes euchariſtiæ non obligari, excepto conficiente, ad utramque ſpeciem, ſed unam ſcil. panis: idque ex uſu & decreto Eccleſiæ Rom. licet Chriſtus inſtituerit ſub utraque ſpecie

ſpecie & longo tempore communicatum ita fuerit: iis autem qui dicunt omnes & ſingulos Chriſti fideles ad utramque ſpeciem ex Dei præcepto & neceſſitate ſalutis obligari anathema dicunt. Vide concil. Trid. ſeſ. 21. cap. 1. 2. & Can. 1. 2. Conſtant. ſeſ. 13. Iuram. profeſ. fid. in Bulla Pii IV. 1564. & Profeſ. fidei à Græcis facienda juſſu Gregorii XIII.

S. Matth. c. 26. v. 26. 27. 38. Edentibus autem eis, accepit Ieſus panem: & cum benedixiſſet, fregit, deditque diſcipulis, & ait, Accipite, comedite: hoc eſt corpus meum. Et accepto poculo, ac gratiis actis, dedit eis, dicens, bibite ex eo omnes: hoc enim eſt ſanguis meus, ille novi fœderis, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Confer Marc. 14. verſ. 22. 23. 24. & 25. Luc. 22. verſ. 17. 18. 19. & 20.

S. Paulus 1. Cor. c. 11. v. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 29. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis: Dominum Ieſum ea nocte, qua proditus eſt, accepiſſe panem: & gratiis actis fregiſſe ac dixiſſe, Accipite, edite: hoc meum eſt corpus, quod pro vobis frangitur: hoc facite ad mei recordationem. Itidem & poculum, poſtquam cænaſſent dicendo, Hoc poculum eſt novum illud fœdus per meum ſanguinem: hoc facite, quotieſcunque biberitis, ad mei recordationem. Quotieſcunque enim ederitis panem hunc; & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciate, uſque quò venerit. Itaque quiſquis ederit panem hunc, aut biberit poculum Domini indignè, reus tenebitur corporis & ſanguinis Domini: probet autem quiſque ſe: & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat: nam qui edit, & bibit indignè, judicium ſibi edit & bibit, non diſcernens corpus Domini.

Idem ibid. c. 10. v. 21. Non poteſtis poculũ Domini bibere, & poculũ Demoniorũ: non poteſtis mẽſæ Domini participes eſſe, & menſæ Dęmoniorũ.

Ignatius epiſt. ad Philadelph. Vnus panis omnibus fractus & unus calix, qui omnibus diſtributus eſt.

Iuſtinus Martyr. apolog. 2. Ii qui apud nos diaconi dicuntur, dant unicuique eorum qui adſunt, percipiendum panem vivum, &c.

Cyprianus lib. 1. epiſt. 2. ad Cornelium. Nam quomodo docemus, aut provocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinem denegamus? aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, ſi non eos ad bibendum prius in Eccleſia poculum Domini jure communicationis admittimus?

Chryſoſtomus 2. Cor. c. 8. homil. 18. Eſt autem, ubi nihil differt ſacerdos à ſubdito, ut quando fruendum eſt horrendis myſteriis: ſimiliter enim omnes, ut illa percipiamus digni habemur. Non ſicut in veteri lege, partem quidem ſacerdos comedebat, partem autem populus, & non licebat populo participem eſſe eorum, quorum particeps erat ſacerdos, ſed nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

non ſic, verum omnibus unum corpus proponitur, & poculum unum.

Hieronymus in Sephan.c. 3. Sacerdotes quoque qui Euchariſtiæ ſerviunt: & ſanguinem Domini populis ejus dividunt, impiè agunt in legem Chriſti: putantes,&c.

Auguſtinus quæſt. ſuper Levit.q. 57. Quid ſibi vult, quod à ſanguine ſacrificiorum,quæ pro peccatis offerebantur, tantopere populus prohibetur: Si illis ſacrificiis unicum hoc ſacrificium ſignificabatur, in quo vera ſit remiſſio peccatorum: à cujus tamen ſacrificii ſanguine in alimentum ſumendo: non ſolum nemo prohibetur:ſed ad bibendum potius omnes exhortantur, qui volunt habere vitam.

Idem de conſecrat. diſt. 2. Canon. *Cum Frangitur.* Cum Frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur.

Gelaſius Papa. de conſecrat. diſt. 2. Canon. *Comperimus.* Comperimus autem, quod quidam ſumta tantummodo corporis S. portione, à calice ſacrati cruoris abſtineant:qui proculdubio quoniam neſcio qua ſuperſtitione docentur aſtringi, aut integra ſacramenta percipiant; aut ab integris arceantur. Quia diviſio unius ejuſdemque myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt provenire.

Concilii Tolet. 3. Canon. 2. Et ad Chriſti corpus & ſanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata accedant.

Innocentius III. de Miſſa l. 4. c. 21. Et quamvis ſub ſpecie panis ſanguis ſumatur cum corpore. Et ſub ſpecie vini corpus ſumatur cum ſanguine, tamen nec ſanguis ſub ſpecie panis, nec corpus ſub ſpecie vini bibitur & comeditur, quia ſicut nec ſanguis comeditur nec corpus bibitur, ita neutrum ſub ſpecie panis bibitur, aut ſub ſpecie vini comeditur.

Thomas Aquinas p. 3. q. 76. art. 2. Hoc eſt conveniens uſui hujus ſacramẽti ut ſeorſim exhibeatur fidelibus Chriſti corpus in cibũ, & ſanguis in potũ.

Concilium Conſtant. ſeſ. 13. Quod licet Chriſtus poſt cænam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtraverit ſub utraque ſpecie panis & vini hoc venerabile ſacramentum, &c. Licet in primitiva Eccleſia hujuſmodi ſacramentum reciperetur à fidelibus ſub utraque ſpecie, &c.

Concilium Baſileenſe utriuſque ſpeciei uſum Bohemis conceſſit. Æneas Sylvius Papa Pius II. epiſt. 130. Patres & primitiva Eccleſia populum à communione calicis non prohibebant, nos arcemus.

Orator ducis Bavariæ coram Concil. Trid. Huc accedit, quod utriuſque ſpeciei uſus, non modo in primitiva Eccleſia, ſed etiam nunc omnibus Orientalibus Eccleſiis frequens eſt, & quidem celeberrimus: cum nec Eccleſia Roman. olim ab eodem uſu abhorruit, quemadmodum ex variis diverſiſque hiſtoriarum monumentis edoceri poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Paulus III. Papa edita Bulla conceſſit Germaniæ Epiſcopis poteſtatem communicandi populum, ſub utraque ſpecie. Conſule Thuan. hiſtor. lib. 36.p.130.& orationem Oratoris Ducis Bavariæ coram Concil. Trid. ubi hoc diſerte affirmat. pag.195. addit: illud Papæ decretum urgere ſummos & infimos, Illuſtriſſimumq; ſuum Principem vehementer eam ob cauſam culpare, quaſi (quod abeſt planè) divinam inſtitutionem contra expreſſum Dei verbum invideat ſubditis ſuis. Ea invidia quoniam Illuſtr. ſua Celſitudo vehementer gravatur, &c.

Lyranus in 1.Cor. 11. Fit hic mentio de duplici ſpecie, nam in primitiva Eccleſia ſic dabatur fidelibus: ſed propter periculum effuſionis ſanguinis modo datur tantum ſub ſpecie panis.

G. Biel in Can. Miſſæ lect. 84. *Olim quæſtio illa* (ſcil. an fidelis obligetur ad utramque ſpeciem) poterat eſſe dubia. Sed nunc poſt determinationem Concilii Conſtant. veritatem, &c. dicere communionem ſub utraque ſpecie eſſe de neceſſitate ſalutis omni fideli, eſt hæreſis ibidem publice determinata.

Petrus de Soto in Inſtruct. ſacerd. lect. 10. Non eſt enim dubium primis illis temporibus, & in Rom. Eccleſia, & in omnibus totius fere orbis Eccleſiis ſub utraque ſpecie communicatum fuiſſe, idque certè longo etiam tempore. (poſt) Nec enim dubium eſt in antiquiori Eccleſia utramque ſpeciem ſumpſiſſe etiam laicos.

Caſſander in Conſult. de utraque ſpecie: Satis compertum eſt Vniverſalem Chriſti Eccleſiam mille amplius annis poſt Chriſtum euchariſtiam exhibuiſſe ſub utraque ſpecie, &c.

Cæſar Maximilianus à Carolo Archiduce & Alberto Bajoaro monitus & ſuorum periculo incitatus, inſtanter urgebat ut gratia calicis etiam non-ſacerdotibus à Pontifice fieret, eamq; in rem Vienna ad eum literas dederat XVI. Kal. Martii, cum Non. Februarii Bajoarus itidem ad Pontificem ſcripſiſſet, quibus & calicis uſum petentibus concedi poſtulabat, idque ambo illi Morono & Lotharingo Cardinalibus, & Archiepiſcopis VII. Viris probari ajebant. Thuan. hiſtor. lib.36.pag.129.

Vſum utriuſque ſpeciei etiam habet INTERIM juſſu Caroli V. ab Iſlebio, Sidonio, & Phlugo conſcriptum.

Lindanus Panopl. lib.4.c.56. Quod per Occidentem fuerit populo utraque adminiſtrata ſpecies, in proximum fere uſque Conſtant. Synodi ſæculum, haud prolixa opus habet demonſtratione.

Bellarminus de Euchariſtia lib.4.c.24. Chriſtus quidem inſtituit ſub duplici ſpecie, ſed non juſſit dari omnibus ſub duplici. Eccleſia autem vetus miniſtrabat ſub duplici ſpecie quando Chriſtiani, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Denique omnes alii Chriſtiani præter Latino-Papiſtas, communionem ſub utraq; ſpecie amplectuntur: Vide ipſorum Liturgias, Liturgic. Caſſandri cap.11. & 14.

ARTICVLVS QVARTVS.

De utraque poteſtate Papæ.

PAPISTÆ dicunt Papam Rom. eſſe ſupra Concilium caput totius Eccleſiæ, ipſi ſupremum & infallibile magiſterium in dijudicandis omnibus relligionis & Eccleſiaſticis cauſis ac controverſiis competere: imo omnem poteſtatem non in ſpiritualibus tantum ſed & temporalibus, ita ut ſuperiorem in terris non habeat, & poſſit principes & reges deponere eorumque terras & dominia transferre. Vide concil. Lateranen. ſub Iul. II. & Leone X. Bonifacium VIII. extravag. com. C. de Major. & Obed. Gregorium VII. apud Platinam & Baronium, Bellarminum contra Venetos & Barclaium Iuram. profeſ. fidei in Bulla Pii IV. 1564. Profeſ. fid. à Græcis facienda juſſu Gregorii XIII.

Matth.18.v.18. Amen dico vobis, quæcunque ligaveritis in terra, erunt ligata in cælo: & quæcunque ſolveritis in terra, erunt ſoluta in cælo.

Idem cap.20. verſ. *26. V*erum non ita erit inter vos: ſed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter.

Lucas in Euangelio cap.22. verſ.24.25.26. Orta eſt autem etiam contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maximus. Ipſe vero dixit eis, reges gentium dominantur eis: & qui poteſtatem habent in eas, benefici vocantur, vos autem non ita: ſed qui maximus eſt inter vos, eſto ſicut qui minimus eſt: & qui antecedit, ſicut qui miniſtrat.

S. Paulus ad Rom. c.13.v.1.2. Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto, non enim eſt poteſtas niſi à Deo: & quę ſunt poteſtates, ſunt à Deo ordinatæ. Itaque quiſquis ſe opponit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, pænam ſibi auferent.

Idem ad Cor.1.epiſt.c.3.v.11. Nam fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus.

Idem ibid.c.14.v.32. Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubjiciuntur.

Idem 2.ad Cor.c.1.v.24. Non quod dominemur veſtræ fidei, ſed adminiſtri ſimus gaudii veſtri, nam fide ſtatis.

Idem ad Galatas c.2. verſ. 9. Cumque cognoviſſent gratiam mihi datam Iacobus & Cephas & Iohannes, qui putâtur eſſe colûnæ; dextras dederunt mihi ac Barnabæ ſocietatis: ut nos apud gentes, ipſi vero apud circumciſos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Idem ad Epheſios cap. 4. verſ. 11. Is igitur dedit alios quidem apoſtolos: alios vero prophetas: alios autem Euangeliſtas: alios autem Paſtores & Doctores: ad coagmentationem Sanctorum, &c.

Idem ibid. cap. 5. v. 23. Quoniam vir eſt caput uxoris, ut & Chriſtus eſt caput eccleſiæ.

Apoſt. Petrus 1. epiſt. cap. 5. v. 1. 2. & 3. Presbyteros, qui inter vos ſunt, precor ego una presbyter ac teſtis perpeſſionum Chriſti, atque idem gloriæ patefaciendæ conſors; paſcite Dei gregem, qui penes vos eſt, curam illius agentes non coacte, ſed libenter: non turpiter affectantes lucrũ, ſed prompto animo: neque ut dominantes cleris, ſed ut qui ſitis exemplaria gregis.

Anacletus Papa, p. 1. diſt. 21. Can. In novo teſtam. Cæteri vero Apoſtoli, cum eodem (Petro) pari conſortio, honorem, & poteſtatem acceperunt: ipſumque principem eorum eſſe voluerunt: qui etiam jubente Domino, in toto orbe terrarum diſperſi Euangelium prædicaverunt.

Cyprianus ad Epiſcop. in concilio Carthag. Nemo noſtrum Epiſcopum ſe eſſe epiſcoporum conſtituat, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigat; cum habeat omnis epiſcopus, pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ arbitrium proprium, tanquam judicari ab alio non poſſit, cum nec ipſe poſſit alterum judicare: ſed exſpectemus univerſi judicium domini noſtri Ieſu Chriſti qui unus & ſolus habet poteſtatem, & præponendi nos in eccleſiæ ſuæ gubernatione.

Idem de ſimplicitate Prælatorum. Hoc erant utique & cæteri apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut eccleſia una monſtretur, &c. Epiſcopatus unus eſt cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur.

Eccleſia Africana canon. 28. & 125. Quod ſi (presbyteri, diaconi) ab eis (Epiſcopis) provocandum putaverint, non provocent niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates provinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem qui putaverit appellandũ, à nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur.

Eccleſia univerſalis Imperii Romani in Concil. Oecumenic. Conſtantinop. 1. decernit Canone 169. & 187. & 197. ut cauſa Epiſcopi finaliter determinetur in majori Synodo Epiſcoporum diœceſeos. Et Synod. Chalcedonenſi: Vt controverſia inter Epiſcopum & Metropolitanum ab exarcho diœceſeos, aut ſede Conſtantinopolitana. Quem canonem confirmat & explicat Iuſtinianus Novell. conſtit. 123. cap. 22. Et Impp. Leo & Conſtantin. in Eclog. legum tit. 10. cap. 6. Patriarchæ ſententia appellationi non ſubjacet, neque retractatur ab alio.

Athanaſ. Reſcript. Synodali ad Liberiũ Papã. Ad quã omnes B. Apoſtoli, pari honoris & poteſtatis conſortio præditi, populorũ agmina convertẽtes.

 Epiphanius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Epiphanius Epiſt. ad Epiſc. Hieroſolym. Singuli eccleſiarum Epiſcopi habent ſub ſe eccleſias, &c. Et nemo ſuper alienam menſuram extenditur.

Hieronymus ad Euagrium. Vbicunque fuerit epiſcopus, ſive Romæ, ſive Eugubii, ſive Conſtantinopoli, ſive Rhegii, ſive Alexandriæ, ſive Tanis, ejuſdem meriti, ejuſdem eſt & Sacerdotii. Potentia divitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem, vel inferiorem epiſcopum non facit.

Idem diſt. 95. Can. *Olim*. Olim idem erat presbyter qui & epiſcopus: & antequam Diaboli inſtinctu ſtudia vel Sciſmata in religione fierent; & diceretur in populis: Ego ſum Pauli: Ego ſum Apollo: Ego autem Cephæ: communi presbyterorum concilio eccleſiæ gubernabantur, &c.

Chryſoſtomus in Acta hom. 3. Iam & illud conſidera, quod Petrus egit omnia ex communi diſcipulorum ſententia, nihil autoritate ſua, nihil cum imperio, &c.

Auguſtinus contra Petil. Donatiſtam, ſive de unitat. Eccleſiæ, cap. 2. Caput eſt ipſe unigenitus Ieſus Chriſtus filius Dei vivi: ipſe Salvator corporis: &c.

Idem de Agone Chriſtiano cap. 30. *Et cum ei* (Petro) *dicitur*, ad omnes dicitur: Amas me? paſce oves meas.

Cyrillus Alexandr. in Iohan. lib. 3. c. 20. Quare vetera & nova ſcripturæ mandata fidelibus per apoſtolos appoſita intelligebamus, cujus miniſterii plenam & apoſtoli & eorum in eccleſiis ſucceſſores gratiam poſſidebunt.

Gregorius Magnus lib. 6. cap. 194 Mauritio Auguſto Epiſt. 30. Ego fidenter dico, quia quiſquis ſe univerſalem Sacerdotem vocat, vel vocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit; Vide & lib. 7. epiſt. 30. & lib. 6. epiſt. 24. & lib. 4. epiſt. 32. 34. 36. 38 39.

Concilium Oecumenicum VIII. Conſtantinopoli conſtans 383. Epiſcopis decrevit, Papam Romanũ non poſſe abſolvere aut reſtituere aliquem, quem Conſtantinopolitanus Patriarcha (tunc Photius) depoſuiſſet aut excommunicaſſet.

Theophylactus in Matt. 16. Quamvis autem Petro ſoli dictum ſit: Dabo tibi (claves regni cælorum:) omnibus tamen & apoſtolis conceſſæ ſunt.

Bernardus Conſideratione ad Eugenium Papam lib. 2. Eſto ut alia quacunque ratione hæc tibi vendices, ſed non apoſtolico jure: nec enim tibi ille dare, quod non habuit, potuit. Quod habuit, hoc dedit, ſolicitudinem, ut dixi, ſuper eccleſias. Nunquid dominationem? Audi ipſum: non dominantes, ait, in clero, ſed forma facti gregis. Et ne dictum ſola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini eſt in Euangelio: Reges gentiũ dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Et infert: vos autẽ non ſic. Planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus. I ergo

tu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tu, & tibi uſurpare aude, aut dominans apoſtolatum, aut apoſtolicus dominatũ. Plane ab alterutro prohiberis. Si utrumq; ſimiliter habere voles, perdes utrumque. (pòſt). At ſi interdictum tenemus, audiamus edictum: Qui major eſt veſtrũ, ait, fiat ſicut junior: & qui præceſſor eſt, ſicut qui miniſtrat. Forma apoſtolica hæc eſt, Dominatio interdicitur: indicitur miniſtratio.

Autor Faſciculi tempor. ad annum 1294. De Bonifacio VIII. In tantam arrogantiam erexit ſe ipſum, ut dominum totius mundi ſe diceret, tam in Temporalibus quam Spiritualibus.

Idem circa annum 894. numerat multa vitia quæ ſedem Romanam invaſerant, quibus addit Sectas.

Æneas Silvius Card. pòſt Papa dictus Pius II. Reſponſ. ad Mart. Majer. Quemadmodum factum eſſe videmus ante Concilium Nicenum, dum ſibi quiſque vivebat, & ad Rom. eccleſiam parvus habebatur reſpectus.

Concilium Conſtantienſe, Baſileenſe, Piſanum cum Sanctione Pragmatica, eccleſia Gallicana, & Sorbonna Pariſienſi Papam concilio ſubjiciunt.

Eccleſia Anglicana, Clerus, Reges multoties Poteſtati Papæ ſe oppoſuerunt, tandem eam abrogarunt: Iameſ. ex monumentis Anglicanis in Introductione ad Theolog. artic. 27. ubi inter alia refert Epiſcopos ibi olim cenſuris & pænis fuiſſe ſubjectos, quod Romam appellaſſet.

Lyranus in Matth. 16. Ex quo patet quod eccleſia non conſiſtit in hominib. ratione poteſtatis vel dignitatis Eccleſiaſticę vel Sæcularis, qui multi principes & ſummi Pontifices & alii, &c. inventi ſunt apoſtataſſe à fide.

Iacobus Almain concert. contra Cajetan. cap. 10. Papa poteſt errare errore judiciali: de errore perſonali omnibus notum eſt, probatur iſta propoſitio: Duo ſummi Pontifices determinaverunt contraria etiam in his quæ fidem tangunt, ergo alter eorum erravit errore judiciali, &c. Tertio aliqui ſtatuerunt contra Euangelium, ut Pelagius qui fecit, &c. (pòſt) Mirum eſt enim quod homini hæretico ita aſſiſteret Spir. Sanct. quod non ſineret eum judicare & decidere eſſe vera, quibus aſſentitur, imo ad judicandum oppoſitum compelleret.

A. à Caſtro l. 1. c. 2. At Papam ſolum abſq; congregatione concilii poſſe in iis, quæ ad fidem ſpectant, errare, multi non contemnendæ authoritatis theologi aſſeruerunt: imo aliquos Pontifices ſummos in fide erraſſe compertum eſt.

Articulo huic de Monarchia Papæ deeſt *Antiquitas*, *Catholiciſmus*, *Succeſſio*, & *Veritas*. *Antiquitas*, quia ante Gregorium nemo Epiſcoporum Roman. *profano iſto vocabulo* (Vniverſalis) *uti conſuevit*, *nullus hoc ſingularitatis nomen aſſumſit*, teſte Gregor. lib. 4. epiſt. 76 & 80. *Catholiciſmus*, quia Eccleſiæ Orientales Græcæ, Armenicæ, item Abaſſinæ, Moſcoviticæ, & omnes aliæ

aliæ præter Rom. & paucos Syros, Maronitas, Ruthenos & ſimiles ab Eccleſiis ſuis apoſtatas, unanimi conſenſu poteſtatem Papæ rejiciunt. Hic autem notandum, illas Eccleſias longe maximam Chriſtianiſmi ſive in toto orbe, ſive in Imperio Romano partem facere. *Succeſſio*, quia Græci patres Papæ primatui jam inde ab anno 381. ſtrenuè reſtiterunt, imprimis in Conciliis Oecumenicis Conſtantinopolitano & Chalcedonenſi. Quæ Concilia poſt Euangelia irrefragibilem in univerſa Eccleſia habuerunt authoritatem. Vide Bellarm. præfat. ad lib. de Romano Pontifice. *Veritas*, quia ipſi adverſarii fatentur de Primatu ſedi Romanæ collato, nihil haberi in Sacris literis. Infallibilitas Papæ à magna parte Papatus non creditur.

Marcellinus Papa ſacrificavit idolis.

Liberius Papa infectus fuit hæreſi Ariana, quod teſtantur Athanaſius in Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, Hieronymus in Chronico, & in Catalogo Scriptor. in Fortunatiano, & Damaſus in vita hujus Liberii Papæ. Vide Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 4. cap. 9.

Honorius Papa fuit Monothelita, quod probatur ex epiſtolis ipſius Honorii ad Sergium, ex diverſis Synodis, ex epiſt. Agathonis Papæ, ex epiſtola Leonis II. ad Conſtantinũ, ex variis ſcriptoribus Græcis Lat. & Pontificiis.

Anaſtaſius II. Papa infectus fuit hæreſi Ariana: quod probatur ex autore pontificalis & aliis Scriptoribus, nominatim Baptiſta fulgoſio Duce Genuenſi hiſtor. lib. 9. cap. 12. Ejus hæc ſunt verba: Non inuſitata modo verum prodigioſa quoque Arrii hæreſiarchæ turpis mors fuit, qui, &c. Pariter Anaſtaſius ſecundus Pontifex, cum eadem hæreſi laboraret, levans ventrem, ut Arrius, animam egit.

Iohannes quidam Papa fuit fæmina dicentibus Radulpho Flaviacenſi, Mariano Scoto, Sigeberto, Iohanne de Pariſiis, Martino Polono, Martino Minorita, Franciſco Petrarcha, Ottone Epiſcopo Friſingenſi, Platina, Sabellico, Philippo Bergomenſi, Mattheo Palmerio, Trithemio, Stella, Nauclero, Wern. Roelevinc autore Faſcicul. temporum, Valerio Anſelmo, Crantio, Baptiſta Mantuano, Charanſa, Baptiſta Fulgoſio, Laonico Chalcocondyla, Theodorico de Niem, Iohanne Turrecremata, multiſque aliis, imo ante reformationem nemo huic narrationi obloquutus eſt, ut ſupra dictum eſt.

Couvarruvias 1. tom. 2. part. relect. parag. 9 pag. 421. col. 4 Edit. Francofurt. Iuxta Catholicorum virorum authoritates, & communem omnium traditionem, Apoſtoli parem ab ipſo Domino Ieſu cum Petro poteſtatem ordinis & jurisdictionis acceperunt; ita quidem, ut quilibet Apoſtolorum æqualem cum Petro habuerit poteſtatem ab ipſo Deo, in totum orbem, & ad omnes actus quos Petrus agere poterat.

Chaſpar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Chaſpar Zaſgerus in libro, qui vocatur Traductio Satanæ tit. 3. de Primatu Petri. Prima adſerit omnibus Apoſtolis æqualem à Chriſto eſſe poteſtatem donatam tanquam legatis à ſuo latere miſſis, &c. Quia enim Chriſtus plenariam poteſtatem omnibus apoſtolis dedit.

Bodinus de Republ. libr 3. cap. 3. num. 227. & ſeq. aſſerit, Contrariam ſententiam de Papæ Primatu ſine hæreſeos ſuſpicione defendi poſſe.

Non pauci doctores Pontificii fatentur S. Scripturam nihil habere de Primatu Rom. Pontificis, ideo eũ inter traditionesnon ſcriptas numerant.

Coſterus Ieſuita cap. 3. De ſummo Pontif. Enchirid. object. 1. concedit, quod vetuſtiſſimi Scriptores, Anacletus, Cyprianus, Athanaſius, Ambroſius & cæteri affirment, Apoſtolos omnes pari conſortio præditos eandem poteſtatem accepiſſe. Sed dicit verba aliter intelligenda.

Bellarminus lib. 5. de Rom. Pontif. cap. 4. Chriſtus ut homo dum in terris vixit, non accepit nec voluit ullum temporale dominium.

Baillus Ieſuita catecheſi. qu. 21. Non loquor de laicis, aut civilem politiam gubernantibus, quibus in omnibus bonum & pacem imperiorum ac regnorum concernentibus, obedientiam debemus.

Ianſenius Lovanienſis in Spongia fol. 127. Iam vero quid delirius excogitari poteſt quàm unumquemq; in cauſa ſua judicem conſtituere, fol. 299. Quis tandem in cauſa ſua idoneus judex eſt?

Contra temporalem Papæ poteſtatem Eccleſiarum, Populorum, Univerſitatum, Doctorum tam veterum quam recentiorum infinita teſtimonia adferre poſſem; ſed nolo lectoris patientia abuti. Videantur ex noſtris Iohann. Epiſcopus Roffenſis; ex Pontificiis Angli, Scoti & Galli Scriptores non pauci nec ignobiles.

ARTICVLVS QVINTVS.

De Miſſis privatis.

PONTIFICII Docent celebrandas Miſſas eſſe, in quibus ſolus Sacerdos communicat, & Chriſti carnem & ſanguinem ſub ſpeciebus panis & vini Deo offert in ſacrificium propitiatorium proprie dictum pro peccatis vivorum & mortuorum: iiſque denunciant anathema, qui Miſſas tales illicitas & abrogandas cenſent. Concil. Trid. Seſ. 22. cap. 1. 2. 6. de ſacrificio Miſſæ canon 1. 3. 8. Canonem Miſſæ. Iuram. profeſs. fidei in Bulla Pii IV. 1564. Et profeſs. fid. à Græcis facienda juſſu Gregorii XIII.

S. Paulus 1. Cor. 10. verſ. 17. 18. Quoniam unus panis, unum corpus nos multi ſumus: nam omnes nos ex uno illo pane participamus. *Videte Iſraelem* qui eſt *ſecundum* Carnem: nonne qui edunt victimas conſortes ſunt altaris.

 Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Idem ibid. cap. 11. v. 20. 21. Cum igitur convenitis in unum, hoc non eſt Dominicam cænam edere. Nam unuſquiſq; propriam cænam præoccupat in edendo, & hic, &c.

Idem ad Hebr. cap. 9. v. 24. 25. 26. 27. 28. Non enim in manufactum Sacrarium ingreſſus eſt Chriſtus, quod ſit exemplar vero reſpondens: ſed in ipſum cælum, ut compareat nunc faciei Dei pro nobis, nec ut ſæpe offerat ſemetipſum, ſicut pontifex ingreditur in Sacrarium quotannis cum ſanguine alieno: alioqui oportuiſſet eum ſæpe paſſum fuiſſe à condito mundo. Sed nunc ſemel in conſummatione ſæculorum, ad abolendum peccatum per immolationem ſui ipſius patefactus eſt. Et ſicut illud ſtatutum eſt hominibus ut ſemel moriantur, poſtea vero judicium: ita & Chriſtus ſemel oblatus, ut multorum peccata tolleret; Secundo abſque peccato conſpicietur iis qui ipſum exſpectant ad ſalutem

Idem ibid. cap. 10. verſ. 12. 13. 14. Hic vero una pro peccatis oblata victima, in perpetuum conſedit ad dextram Dei. De cætero exſpectans, donec inimici ipſius pro ſcabello pedum ejus ponantur. Vnica enim oblatione conſecravit in perpetuum eos qui ſanctificantur.

Canon. apoſtol. can. 9. Quicunque fideles eccleſiam ingrediuntur, & Scripturas audiunt, neque apud preces & Sanctam communionem permanent, eos tanquam qui ordinis in eccleſia perturbationem inducant, à communione arceri oportet.

Ignatius ad Philadelph. Vna enim eſt caro Domini Ieſu, & unus ejus ſanguis pro nobis effuſus, unus etiam panis pro omnibus confractus, & unum poculum univerſis diſtributum.

Iuſtinus Martyr Apolog. 2. Poſtquam is qui præeſt, gratias egit, & populus omnis benedixit, ii qui apud nos diaconi dicuntur, dant unicuique eorum, qui adſunt, percipiendum panem & vinum.

Chryſoſtomus in Ioh. hom. 17. Non enim cum paſſus eſt, ſolũ noſtra abſtulit peccata, ſed ex illo hactenus tollit. Non ſemper crucifigitur. Vnum namq; pro peccatis noſtris tulit ſacrificiũ, ſed ſemper per illud nos purgat.

Idem 1. Cor. 11 hom. 27. Quoniam Dominica cæna, hoc eſt, Domini, debet eſſe communis. Quæ enim Domini ſunt, non hujus ſunt ſervi non alterius, ſed omnibus communia. Quod igitur Dominicum eſt, idem eſt commune. Nam ſi Domini tui eſt, quemadmodũ certe eſt, non debes tanquam propria tibi aſſumere: ſed tanquam res Domini communiter omnibus proponere, ſiquidem hoc eſt Dominicum. Nunc autem non ſinis eſſe dominicum, cum non ſinas eſſe commune, ſed tibi comedis.

Idem hom. 3. ad Epheſ. O conſuetudinẽ, ô præſumptionem! fruſtra habetur quotidiana oblatio, fruſtra ſtamus ad altare, nemo eſt qui ſimul participat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cipat. (poſt) Obſecro, ſi quis ad convivium vocatus, & manus quidem laverit, & accubuerit, paratuſq; ac diſpoſitus ad menſam fuerit, & tamen nihil ciborum guſtaverit, non inferet contumeliam convivatori, à quo fuerat vocatus? an non ſatius fuerit eum qui talis eſt, prorſus non comparuiſſe? ita tu quoque adveniſti, hymnum ceciniſti cum omnibus reliquis, ex eorum te numero eſſe qui digni ſunt, hoc ipſo confeſſus es, quod non abſceſſiſti: quomodo cum manſeris, de menſa iſta non participas.

Idem ab Hebræos hom. 13. In eoque ſufficit, quamvis unum eſſet, & ſemel oblatum, & tantum prævaluit, quantum omnia cætera non valebant. (poſt.) Non eſt aliud ſacrificium, unum nos purgavit, poſt illud ignis & gehenna. Etenim propterea ſurſum atque deorſum revolvit, dicens: unum Sacerdotẽ, unũ Sacrificiũ, ne quis putans multa eſſe, ſine timore delinquat.

Videantur & Liturgiæ Veterum, inter alias Baſilii, quæ ait, eos ſimul communicare; & Liturgica Caſſandri.

Hieronymus 1. Cor. c. 11. Dominica cæna debet omnib. eſſe communis.

Auguſtinus Epiſt. 59. ad Paulinum. Sed eligo in his verbis hoc intelligere: quod omnis vel pene omnis frequentat eccleſia: ut precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequam illud quod eſt in Domini menſa incipiat benedici: orationes cum benedicitur, & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur: quam totam petitionem fere omnis eccleſia Dominica oratione concludit.

Idem contra Fauſtum lib. 20. cap. 21. Hujus Sacrificii caro & ſanguis ante adventum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur: in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur: poſt aſcenſum Chriſti per Sacramentum memoriæ celebratur.

Gregorius Dialog. lib. 2 c. 23. Cumq; in eadem eccleſia Miſſarum ſolemnia celebrarentur: atque ex more diaconus clamaret: ſi quis non communicat det locum.

Concilii Antiocheni can. 2. Omnes qui ingrediuntur eccleſiam Dei, & Scripturas Sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperantia ſe à perceptione ſanctæ communionis avertunt, hi de eccleſia removeantur, quam diu, &c.

Albertus Magn. de officio Miſſæ tract. 3. cap. 21. lit. F. Primum enim inſtitutũ fuit quod omnes in eccleſia conveniẽtes omni die cõmunicarent.

Odo Cameracenſis Epiſcopus in expoſ. Can. Miſſæ. Cum primitus ſine collecta Miſſæ non fierent. Poſtea mos inolevit eccleſiæ ſolitarias, & maxime in cænobiis fieri Miſſas.

Durantes Rat. lib. 4. de pacis oſculo. In primitiva eccleſia omnes, qui celebrationi Miſſarũ intererant ſingulis dieb. cõmunicare ſolebant. Eo quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

apoſtoli omnes de calice biberunt, Domino dicente: Bibite ex hoc omnes.

Beleth Rat. divin. offic. Illud certe ignorari non debet, olim in primitiva eccleſia, ſingulis diebus, qui canoni Miſſæ intererant, ſolitos fuiſſe communicare, ſed poſtea, &c. Ac tertia ſubſecuta eſt inſtitutio ut ſaltem ter quoq; in anno Chriſtiani euchariſtiam ſumerent: invento tamen triplici remedio, ut ſingulis nimir. diebus oſculũ pacis daretur ac dominicis diebus eulogia, id eſt, panis benedictus & conſecratus, quod in quadrageſima & temporibus abſtinentiæ deputatis ſalvo jejunio obſervari non potuit. Quare tunc hujuſmodi fuit provulgata inſtitutio, ut collecta diceretur ſuper populum, ſub finem Miſſæ, dicendo, Inclinate capita veſtra Deo, &c.

Innocentius III. l. 6. de Miſſa cap. 5. In primitiva quidem eccleſia, ſingulis diebus, qui celebrationi Miſſarum intererant, communicare ſolebant, ſed excreſcente multitudine, &c.

Beſſarion de ſacr. Euchariſt. an. 1450. Primum conſecrare, deinde frangere, poſtea diſtribuere, quod nos facimus in præſenti. Cito hac fide Nobiliſs. Humfredi Lynde, in Via Devia, *The By-vvay* pag. 189.

Caſſander conſultat. de Solitariis Miſſis. Quod itaque de privatis Miſſis conqueruntur, non omnino præter rationem eſt, ſi privatarum Miſſarum nomine intelligant eas Miſſas, in quib. ſolus Sacerdos, confecta Sacramenta participat, nec ulla diſtributio fit quę aptiore nomine ſolitarię Miſſæ vocantur, quæ veteribus quoq; cum primũ in monaſteriis quibuſdam inoleviſſent, improbatæ fuiſſe vidẽtur, ut patet ex Canone quodam Concilii Nannetenſis, in quo Sacerdos ſolus Miſſam celebrare vetatur, &c. De his ſolitariis Miſſis ſcribit Odo Camerac. in canonẽ, antiquitus eas in uſu eccleſiæ non fuiſſe, &c. Ibid. citat. Iohan. Hofmeiſterum dicentem, rem ipſam clamare in Græca & Latina Eccleſia, quod non tantum conficiens Sacerdos, ſed &c.

Concilium Trid. Seſs. 22. cap. 6. Optaret quidem Sacro-Sancta Synodus, ut in ſingulis Miſſis fideles adſtantes, non ſolum ſpirituali affectu, ſed Sacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicarent, quo ad eos ſanctiſſimi hujus Sacrificii fructus uberior proveniret: nec tamen, &c.

Bellarminus lib. 2. de Miſſa cap. 9. Etiamſi nuſquam expreſſe legamus à veteribus oblatum Sacrificium ſine communione alicujus vel aliquorum præter ipſum Sacerdotem, tamen &c.

Deeſt ergo huic Papiſmo Veritas, Antiquitas, Succeſſio, Catholiciſmus. *Veritas*, quia ex Scripturis nos contrarium probamus, & illi fatentur ſe nihil pro ſe iſtic invenire. *Antiquitas*, ex teſtimoniis Innocentii, Durantis, Belethi, Odonis, Alberti Magni. *Succeſsio*, ex teſtimon. Chryſoſtom. & Lyturg. Baſilii. *Catholiciſmus*, ex teſtim. Caſſandri.

ARTICVLVS SEXTVS.

De Papali Confeßione & Remißione peccatorum.

DOCENT Papiſtæ ſacerdotibus ſuis conceſſam eſſe poteſtatem remittendi peccata, non tantum quoad actum miniſterialem quod concedimus, ſed & judicialem. Proindeq; de jure divino & neceſſitate ſalutis eſſe ut Chriſtiani ſinguli peccata ſua, quę vocant mortalia, eorumque aliquando circumſtantias ſacerdotibus confiteantur. Iis autem, qui aliter credunt vel docent, Anathema dicunt. Concil. Trid. ſeſ. 14. c. 5. de confeſſione Canon. 6. 8. 9. Bellarmin. l. 3. de pœnitentia c. 2. p. 1822.

Eſaias cap. 43. verſ. 25. Ego ego ſum is, qui deleo tranſgreſſiones tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

Pſal. 32. v. 2. Beatus homo cui non imputat Iehova iniquitatem v. 5. Peccatum meum notum faciebam tibi, & iniquitatem meam non tegebam: dicebam, confiteor de tranſgreſſionibus meis Iehovæ, tunc tu abſtuliſti iniquitatem peccati mei.

Matth. c. 6. v. 9. Pater noſter qui es in cœlis, &c. v. 12. Remitte nobis, &c.

Marcus cap. 2. verſ. 7. Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus.

S. Paulus 2. Cor. c. 5. v. 18. 19. 20. Hæc autem omnia ex Deo: qui reconciliavit nos ſibi per Ieſum Chriſtum, deditque nobis miniſterium reconciliationis. Nempe quia Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non imputando eis lapſus ipſorum: poſuitque in nobis ſermonem reconciliationis. Itaque nomine Chriſti legatione fungimur: & velut Deo precante per nos, oramus Chriſti nomine, reconciliamini Deo.

Tertullianus contra Marc. lib. 4. c. 10. Iudæi ſolummodo hominem ejus intuentes, necdum & Deum certi, qua Dei quoque filium, merito retractarent non poſſe hominem delicta remittere, ſed Deum ſolum, &c.

Cyprianus de Lapſis. Nemo ſe fallat, nemo decipiat. Solus Dominus miſereri poteſt: veniam peccatis, quæ in ipſum commiſſa ſunt, ſolus poteſt ille largiri, qui peccata noſtra portavit, &c.

Hieronymus in Matth. c. 16. v. 19. Et dabo tibi claves regni cœlorum, ſic commentatur. Iſtum locum Epiſcopi & Preſbyteri non intelligentes, aliquid ſibi de Phariſæorum aſſumunt ſupercilio: ut vel damnent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbitrentur: cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur. Legimus in Levitico de leproſis: ubi jubentur, ut ſe oſtendant ſacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tunc à ſacerdote immundi fiant: non quo ſacerdotes leproſos faciant & immundos, ſed quo

habeant notitiam leproſi & non leproſi, & poſſint diſcernere qui mundus, quive immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundũ vel immundum facit: ſic & hic alligat vel ſolvit Epiſcopus & Preſbyter: non eos qui inſontes ſunt vel noxii: ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, quive ſolvendus.

Hilarius in Matth. can. 8. Nemo poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus. Ergo qui dimittit Deus eſt, quia nemo remittit niſi Deus.

Ambroſius Epiſt. 76. ad Studium Donaturus peccatum: ſolus remanet Ieſus, &c. ſolus remanet: quia non poteſt hoc cuiquam hominum cum Chriſto eſſe commune: ut peccata condonet. Solus hoc munus eſt Chriſti qui tulit peccatum mundi.

Idem in Lucam lib. 10. c. 22. Petrus doluit & flevit, quia erravit ut homo, non invenio quid dixerit, invenio quod fleverit, lacrymas ejus lego, ſatisfactionẽ non lego. Citantur hæc verba de Pænitent. diſt. 1. can. *Petrus*: & Gloſſa inquit: Probatur in hoc capite exemplo Petri, quod ſola cordis contritione peccata dimittuntur.

Idem de Spir. S. l. 3. c. 19. Peccata quoque nemo condonat, niſi unus Deus; quia æquè ſcriptum eſt. Quis poteſt peccata donare niſi ſolus Deus.

Chryſoſt. in Pſ. 50. hom. 2. Si confunderis alicui dicere quia peccaſti, dicito ea quotidie in anima tua. Non dico ut confitearis conſervo tuo, ut exprobret: Dicito Deo, qui curet ea. (poſt) Quando in lectulum tuum veneris, ut ſopori membra concedas ad tranquillum portũ, nemo tibi moleſtus eſt, nemo pulſat, dicito in corde & in anima tua. (poſt) & reminiſcens peccatorum tuorum effunde lacrymas, poteris in lectulo tuo poſitus ea delere.

Idem ſerm. de Pœnitent. & Confeſſione. Nunc autem neque neceſſarium præſentibus teſtibus confiteri, cogitatione fiat delictorum exquiſitio, ſine teſte ſit hoc judicium, ſolus Deus te confitentem videat.

Idem de Incomprehenſib. eſſentia Dei contra Anomæos hom. 5. Non hominibus peccata tua detegere cogo, repete corã Deo cõſcientiam tuam, & explica. Oſtende Deo præſtantiſſimo medico tua vulnera, & pete ab eo medicamentum, oſtende ei qui nihil opprobret, ſed humaniſſimè curet.

Auguſt. contra Iulianum l. 2. Nemo tollit peccata mundi niſi ſolus Chriſtus, qui eſt agnus tollens peccata mundi. Apud Gratian. diſt. 4. de conſecrat. can. *Nemo tollit*. Rubrica eſt. Solus Chriſtus peccata dimittit.

Idem inter 50. ſerm. 23. Tenete quia homo non poteſt peccata dimittere. (poſt) Futuri erant homines qui dicerent, Ego peccata dimitto, &c. Sed in eo Phariſæus melior, quia cum putaret hominem Chriſtum, non credebat ab homine poſſe dimitti peccata. Melior ergo Iudæis quam hæreticis apparuit intellectus. Iudæi dixerunt, quis eſt hic qui etiã peccata dimittit? Audet

ſibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſibi homo hoc uſurpare? quid cōtra hæreticus, ego dimitto, ego mundo, &c.

Idem confeſſ. lib. 10. c. 3. Quid mihi ergo eſt cum hominibus, ut audiant confeſſiones meas, quaſi ipſi ſanaturi ſint omnes languores meos. Curioſum genus ad cognoſcendam vitam alienam, deſidioſum ad corrigendam ſuam.

Lombardus lib. 4. diſt. 17. lit. B. Sane dici poteſt quod ſine confeſſione oris, & ſolutione pænæ exterioris peccata delentur, per contritionem & humilitatem cordis.

Idem ibid. diſt. 18. lit. D. Non ergo poſt modum per ſacerdotem cui confitetur, ab ira æterna liberatur: à qua jam liberatus eſt per Dominium, ex quo dixit confitebor. Solus ergo Deus hominem interius mundat à peccati macula, & à debito æternæ pænæ ſolvit: qui per prophetam ait: ego ſolus deleo iniquitates & peccata populi. Item Ambroſius. Verbum Dei dimittit peccata, ſacerdos eſt judex. (poſt) Ille ſolus peccata dimittit qui ſolus pro peccatis noſtris mortuus eſt. (poſt) Sacerdotibus tamen tribuit poteſtatem ſolvendi & ligandi, i. e. oſtendendi homines ligatos vel ſolutos. (pòſt) In ſolvendis ergo culpis vel retinendis, ita operatur Euangelicus ſacerdos & judicat, ſicut olim legalis, in illis, qui contaminati erant lepra, quæ peccatum ſignat.

Gloſſa ad diſt. 5. In pænitent. c. *In pænitentia* lit. l. Sed melius dicitur eam inſtitutam fuiſſe à quadam univerſalis Eccleſiæ traditione potius, quam ex novi vel veteris teſtam. authoritate. (poſt) Ergo neceſſaria eſt confeſſio in mortalibus apud nos, apud Græcos non: quia non emanavit ad illos traditio talis ſicut &c.

Adrianus, poſt Papa. Quodlibet. q. 5. Difficultas magna eſt inter doctores, an claves ſacerdotii ſe extendant ad culpę remiſſionem, & certè probatiſſimi Theologi ſenſerunt quod non. Magiſter ſent. diſt. 18. in lib. 4. dicit ſacerdotibus non conceſſit Deus poteſtaten culpam dimittendi ſeu ligandi, ſed oſtendendi homines eſſe ligatos & ſolutos, &c. Item Doctor irrefragabilis (Alexander de Ales) p. 4. q. 80. Sacerdotis poteſtas ſe extendit ad culpam delendam per modū deprecantis. Sed per modum impartientis vel imperantis nequaquam, &c. Ejuſdem ſententiæ videtur Bonaventura 18. diſt. 4. & certe probabile videtur, &c. attamen quia Doctores alii probabiliter oppoſitum ſuſtinent, quod pænitentia ſcilicet Sacramentalis, ut ſecunda poſt naufragium tabula, primam interdum confert gratiam ex opere operato hoc indiſcuſſum tanquam probabile dubium prætereo.

Catharinus in Cajetanum fol. 181. Mirabile eſt illud, quod ubicunq; de peccatorum confeſſione aliquid legitur in Scripturis, ſumma induſtria niti videtur, ut Sacramentalem auricularemque confeſſionem tollat.

Beatus Rhenanus in Tertull. de pænitent. in argumento: Ne quis admi-

retur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

retur Tertullianum de clancularia iſta confeſſione nihil locutus, &c. nec enim uſquam præceptam olim legimus.

Ferus in 20. caput Iohannis. Quamvis Dei proprium opus ſit, remittere peccata, dicuntur tamen etiam Apoſtoli remittere, non ſimpliciter, ſed quia adhibent media, per quæ Deus remittit peccata.

Coſterus Ieſuita in Lucam c. 5. v. 23. Remittere peccata in ſe gravius eſt omni corporali miraculo, quia in anima tantum perficitur, per gratiam Dei, quam ille ſolus poteſt effundere: ſed quia homines, &c.

Petrus de Tarantaſia:[a] Sicut ſufficienter peccatum mortale committitur ſola voluntatis complacentia 15. q. 1. *Non eſt*, ita & ſufficienter diſſolvitur ſeu diſſolvi poteſt per deteſtationem ſolam voluntatis, qui dicitur dolor intellectualis abſque ſenſuali dolore, per regulam juris, ſcilicet: Omnis res per quas contrahitur, per eas diſſolvitur.

[a] Cit. it. Antonin. p. 1. tit. 20. *Omnis res.*

ARTICVLVS SEPTIMVS.

De Lectione S. Scripturæ.

VOLUNT Papiſtæ, omnem lectionem S. Scripturæ in lingua vulgari populo (quem laicum vocant) interdictam: niſi habeant facultatem in ſcriptis ab Epiſcopo aut Inquiſitore: quã Sixtus V. & Clemens VIII. Epiſcopis & Inquiſitoribus denegant: ita ut non legentes tantum ſed & habentes S. Scripturam abſolutionem peccatorum percipere non poſſint, niſi prius Bibliis Ordinario redditis. Regul. 4. Iudicis lib. prohib. ſub Pio IV. Index lib. prohib. ſub Sixto V. & Clemente VIII. Coloniæ 1602. pag. 22. Catecheſ. Sylvæ-ducenſ. lect. 8. Ledeſma de Scripturis quavis lingua non legendis. Bellarmin. de Verbo Dei libr. 2. c. 15.

Deutero. cap. 6. v. 8. 9. Etiam alligabis ea in ſignum manui tuæ, & erunt pro frontalibus, inter oculos tuos: denique inſcribes ea poſtibus domus tuæ, & portis tuis.

Pſ. 1. v. 1. 2. Beatus vir ille qui non ambulat in conſilio improborũ, &c. ſed in lege Jehovæ oblectatio ejus, & de lege ejus meditatur die & nocte. In quę poſteriora verba Hieronymus inquit: Meditatio legis eſt, non ſolum in legendis Scripturis, ſed etiam in his quæ ſcripta ſunt faciendis.

S. Iohannes in Euangelio cap. 5. verſ. 39. Scrutamini Scripturas.

Actor. c. 17. v. 11. Fuerunt autem iſti generoſiores iis, qui erant Theſſalonicæ, ut qui receperint ſermonem cum omni alacritate, quotidie ſcrutantes Scripturas, an hæc ita ſe haberent.

S. Paulus 2. ad Timoth. 3. v. 14. 15. 16. At tu maneto in iis quæ didiciſti, & quæ tibi concredita ſunt, ſciens à quo didiceris: teque à puero S. literas noviſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

viſſe, quæ te poſſunt ſapientem reddere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Tota Scriptura divinitus inſpirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem quæ in juſtitia.

Idem ad Coloſſ. c. 4. v. 16. Et cum perlecta fuerit apud vos Epiſtola, facite ut etiam in Loadicenſium Eccleſia recitetur: & eam quæ ſcripta eſt ex Laodicæa, ut vos quoque legatis.

S. Iohannes 2. epiſt. v. 1. Senior, electæ dominæ, & liberis ejus, quos ego ſincere diligo, nec ego ſolus, ſed & omnes qui norunt veritatem.

Idem Apocalyp. cap. 1. verſ. 3. Beatus qui legit, & qui audiunt verba Prophetiæ hujus: & ſervant ea.

Ignatius ad Philadeph. Patres nutrite filios veſtros in eruditione & diſciplina Domini, & docete eos S. literas, &c.

Origenes in Eſaiam homil. 2. Vtinam faceremus omnes illud quod ſcriptum eſt: Scrutamini Scripturas.

Cyrillus Hieroſolym. catecheſi 4 illum. *Lege ſacras Scripturas (nempe 22. veteris teſtamenti libros) quæ à 72. interpretibus tranſlatæ ſunt.* (poſt) Iſtorum igitur hos viginti libros lege, cum apocryphis verò nihil habeas negotii: has tantum ſtudioſe meditare Scripturas, quas, &c.

Baſilius in Pſal. 1. præfat. Scriptura omnis divinitus inſpirata, & utilis, hac unâ ratione à Spir. S. conſcripta aſtruitur: ut ex ea haud ſecus atque è communi quapiam curandarum animarum officina, medelam ſuo quiſque morbo ſalutarem & accommodam queat ſeligere.

Chryſoſtomus in Geneſ. hom. 29. Obſecro ut ſubinde huc veniatis, & divinæ ſcripturæ lectioni diligenter auſcultetis: Nec ſolum cum huc venitis, ſed & domi Biblia in manus ſumite, & utilitatem in illis poſitam magno ſtudio ſuſcipite: inde enim multum lucri naſcitur. (poſt) Tantum igitur lucrum, oro, ne per negligentiam amittamus, ſed & domi vacemus divinarum ſcripturarum lectioni.

Idem In Matth. homil. 2. Quis enim veſtrum, reſpondete quæſo, qui aſſiſtitis, unum ſi exigatur, Pſalmum poteſt memoriter edicere, aut quamlibet ſcripturarum divinarum portionē? (poſt) Sed eſtne horum criminum tandem aliqua defenſio? non ſum, inquit, ego Monachus, uxorem habeo, ac filios, & curam domus. Hoc unum eſt, quod omnia quaſi una quadam peſte corrumpit, quoniam lectionem divinarum ſcripturarū ad ſolos Monachos pertinere putatis, cum multo magis vobis quam illis ſit neceſſaria.

Idem ad Coloſ. hom. 9. Audite quotquot eſtis mundani, & uxoribus præeſtis ac liberis, quomodo & vobis potiſſimum præcipiat Scripturas legere, idque non ſimpliciter, neque obiter, ſed magna diligentia.

Idem de Lazaro hom. 3. Semper hortor & hortari non deſinam, ut non

 hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

hic tantum attendatis iis quæ dicuntur, verùm etiam cum domi fueritis, aſſidue divinarum ſcripturarum lectioni vacetis, quod quidem & iis, qui privatim mecum congreſſi ſunt non deſtiti inculcare: ne quis enim mihi dixerit, ſunt frigida illa verba, multa inſunt quæ contemni debeant. Ego forenſibus cauſis affixus ſum, publica gero negotia, artificium exerceo, uxorem habeo, alo liberos, familiæ curã gero, mundanus homo ſum, non eſt meum legere ſcripturas, ſed eorũ qui valedixerunt mundo, qui montium vertices occuparunt, qui vitam ejuſmodi continenter agunt. Quid ais homo? non eſt tui negotii ſcripturas evolvere, quoniam innumeris curis diſtraheris? imo tuum magis eſt quàm illorum. Neque enim illi perinde ſcripturarum egere pręſidio, atqui vos in mediis negotiorum undis jactati. (poſtea) Neque nunc fieri poteſt, non poteſt, inquam fieri, ut quiſquam ſalutem aſſequatur, ni perpetuo verſetur in lectione ſpirituali. (poſtea) Maxime quidem etiamſi non intelligas illic recondita, tamen ex ipſa lectione multa naſcitur ſanctimonia. (poſtea) Magna adverſus peccatum munitio eſt, ſcripturarum lectio; magnum præcipitium, profundum baratrum ſcripturarum ignoratio, magna ſalutis perditio nihil ſcire ex divinis legibus. (poſt) Nam fieri non poteſt, non poteſt, inquam, fieri, ut quis ſine fructu diſcedat, qui aſſidua attentaque ſcripturarum lectione fruatur.

Hieronymus ad Demetriadem virginem. Divinas ſcripturas ſæpius lege, imo nunquam de manibus tuis S. lectio deponatur. Ad Salvianam virginem. Divina lectio ſemper ſit in manibus tuis. Ad Furiã. Poſt ſcripturas S. doctorũ hominum tractatus lege. Similia habet in Epiſtolis ad virgines viduas & mulieres. Prolog. in Sophoniam. epiſt. ad Gaudentium, ad Oceanum, &c.

Auguſtinus in Pſalm. 33. Legite ſcripturas: ideo Deus voluit ut ſcriberentur; ut nos conſolaremur.

Concilii Conſtantinop. VI. Canon. 66. A ſancta die reſurrectionis uſque ad novã dominicã tota ſeptimanâ Eccleſiis vacare fideles jugiter oportet, pſalmis & hymnis & ſpiritualibus canticis in Chriſto gaudentes, feſtumque celebrantes, & divinarum ſcripturarum lectioni mentem adhibentes.

Marcus Marullus Spalat. in Euangeliſtario l. 1. c. 24, de ſtudio lectionis. Beati ſunt qui ſitiunt & eſuriunt juſtitiam, ſed niſi Scripturarum lectioni operam impendant, juſtitiæ præceptis nequaquam ſaturari poterunt. (poſt) Veteris igitur novique inſtrumenti literas aſſidue perſcrutemur.

Arias Montanus præfat. in Maſoreth. fatetur vetus teſtamentum datum fuiſſe omnibus juvenibus & ſenibus, viris & fæminis ad legendum.

Coſterus Ieſuita Enchir. c. 1. de S. ſcriptura. ait. Beatus Iohannes Chryſoſtomus multus eſt in adhortandis ſuis civibus ad ſcripturarum lectionem, ut quæ omnibus datæ ſunt ab omnibus legantur.

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Idem edidit novum teſtam. Belg. cum annotationibus, ubi in præfatione dicit conceſſum eſſe, ut illud ab omnibus impunè ematur & legatur. Et in exemplum Eunuchi legentis in via ſcripturam, inquit: Diſcito quod liceat utiliter legere S. ſcripturam.

Vita Franciſci edita eſt Lovanii 1589. lingua Belg. cum præfatione ad Iodocum de Voocht à Rennevelt virum militarem, & in hac præfatione autor inquit: Melior, ex meo judicio, occupatio non eſt nec utilior, quam perlegere S. ſcripturam. Hujus ſententiæ etiam fuit Hieronymus, ideo hęc ſcribit quibuſdã. Diligito S. ſcripturã, & ſapientia te diliget, amato illam, & te amabit, colito, illa te amplectetur. O beati homines qui hoc conſiliũ ſequimini.

Eraſmus Roterodamus Paraphraſi N. T. egregiam parænesin præmiſit, qua omnes hortatur, etiam craſſiſſimos idiotas ad lectionem & meditationẽ Scripturæ. Quo nomine tunc tẽporis à Papa, aut Conſiſtorio, aut Eccleſiis Nationalibus, aut Academiis, aut Epiſcopis reprehenſionem non ſuſtinuit.

ARTICVLVS OCTAVUS.

De Vſu ignotæ linguæ in Sacris.

VOLVNT Papiſtæ officia divina, Sacramenta & Sacramentalia lingua populo ignota peragenda, ut ex praxi conſtat quotidiana & publicis liturgicis ac formulariis Pontificali, Rituali, Miſſali, Breviario, Diurnali, Officio Mariæ, &c. Vide & Concil. Trid. Seſ. 23. cap. 8. Bellarm. lib. 2. de Verbo Dei cap. 15.

S. Paulus 1. ad Cor. c. 14. v. 11. Niſi igitur ſciero vim vocis, ero ei qui loquitur, barbarus: & qui loquitur, apud me barbarus.

Idem ibid. v. 8. 9. Etenim ſi incertum ſonũ tuba dederit, quis apparabitur ad bellum? ita & vos, niſi per linguam edideritis ſermonem bene-ſignificantem; quómodo cognoſcetur quod dicitur? eritis enim in aërem loquentes.

Idẽ ibid. v. 16. Quãdoquidẽ ſi benedixeris Spiritu, is qui implet locũ idiotę, quomodo dicturus eſt Amen ad tuã gratiarũ actionẽ? nam quid dicas neſcit.

Idem ibid. verſ. 19. Sed in Eccleſia malim quinque verba ex intelligentia mea loqui, ut & alios inſtituam, quam decem millia verborum lingua.

Act. c. 2. v. 6. 7. 8. 11. Orto autem hoc ſonitu convenit multitudo, & confuſa fuit, quod audiret unuſquiſque propria lingua ſua eos loquentes. Quomodo igitur nos audimus ſua quiſque lingua in qua nati ſumus. Audimus eos loquentes noſtris linguis magnifica Dei.

Origenes contra Celſum lib. 8. At Græci quidem Græcè hunc nominant, & Latina Romani, & ſinguli item nativa & vernacula lingua Deum precantur, & laudibus pro ſe quiſque extollit.

Commentar. Ambroſ. in 1. Cor. c. 14. Imperitus enim audiens quod non intelli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

intelligit, neſcit finem orationis & non reſpondet Amen. (poſt) Si utique ad ædificandam Eccleſiam convenitis, ea debent dici, quæ intelligant audientes. Nam quid prodeſt, ut quis lingua loquatur, quam ſolus ſcit, ut qui audit, nihil proficiat? Ideo tacere debet in Eccleſia, ut hi loquantur, qui proſint audientibus. (poſt) Cum enim intelligit & *intelligitur* (incredulus aut indoctus) *audiens*, laudari Deum, & adorari Chriſtum, pervidet veram eſſe & venerandam religionem, in qua nihil fucatum, nihil in tenebris videt geri, ſicut apud paganos, quibus velantur oculi, ne quæ ſacra vocant perſpicientes variis ſe vanitatibus cernant illudi. Omnis enim impoſtura tenebras petit, & falſa pro veris oſtendit. Ideo apud nos nihil abditè, nihil ſub velamine.

Chryſoſtomus in 1. ad Cor. cap. 14. hom. 35. Niſi dixero quod percipi facile clareque à vobis poſſit, ſed linguarum munere præditum me eſſe tantum oſtendam, nullum ex his, quæ non intelligitis, fructum facientes abibitis, credo, nam quæ utilitas eſſe ex voce non intellecta poteſt?

Epiphanius in Panario contra hæret. hæreſ. 19. refert hæreticos Oſſenos ſuis preces ignota lingua præſcripſiſſe. Verba Epiphanii ſunt: Quibus porro verbis & inanibus vocibus. (poſtea) In ipſo libro decipit, cum dicit: nemo quærat interpretationem, ſed ſolum in oratione hæc dicat, &c. Abar, Anid, Moib nochile, &c.

Iuſtinianus Imperator in novel. conſtitut. 137. c. 6. Iubemus, ut omnes Epiſcopi pariter & Preſ byteri, non tacito modo, ſed clara voce, quæ à fideli populo exaudiatur, ſacram oblationem, & preces in ſancto baptiſmate adhibitas celebrent, quo majore exinde devotione in depromendis Dei laudibus audientiũ animi efferantur. Ita enim D. Apoſtolus docet, dicens 1. Cor. 14. Enimvero ſi ſolum benedicas ſpiritu, is qui idiotæ locum implet, quomodo dicet ad gratiarum actionem tuam, Amen. Si quidem quid dicas, non novit? Tu quidem pulcrè gratias agis, alter autem non ædificatur. Et rurſus in epiſt. ad Rom. cap. 10. &c.

Thomas Aquinas in 1. Cor. 14. lect. 3. Sed quare non dantur benedictiones in vulgari, ut intelligantur à populo & conformẽt ſe magis eis? Dicendũ eſt quod hoc forte fuit in Eccleſia primitiva, ſed poſtquam fideles inſtructi ſunt, & ſciunt quæ audiunt in cõmuni officio fiunt benedictiones in Latino.

Lyranus in 1. ad Cor. c. 14. Quod ſi populus intelligat orationem ſeu benedictionem ſacerdotis: melius reducitur in Deum: & devotius reſpondet Amen. (poſt) Quid proficit populus ſimplex & non intelligens, quæ dicuntur nihil aut modicum, quoniam neſcit ſe conformare tibi, qui es miniſter Eccleſiæ reſpondendo Amen. Propter quod in primitiva Eccleſia benedictiones & cętera communia fiebant in vulgari.

Gab-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Gab. Biel in Can. Miſſæ lect. 62. Oportet quod vocalis oratio innoteſcat populo, pro quo offertur.

Beleth. Rat. divin. offic. In primitiva Eccleſia prohibitum erat, ne quis loqueretur linguis, niſi eſſet qui interpretaretur. Quid enim prodeſſet, &c.

Cajetanus in 1. ad Cor. 14. verſ. 17. Ex hac Pauli doctrina habetur, quod melius eſt ad ædificationem eccleſiæ orationes publicas, quæ audiente populo dicuntur, dici lingua communi clericis & populo, quam dici Latine.

Hanc ſententiam tuetur Cajetanus in Reſp. ad quoſdam artic. nomine Pariſienſium editos.

Caſſander conſultat. art. 24. de Miſſa. Cajetanus ait, melius eſſe ad ædificationem eccleſiæ, ſi orationes publicæ, quæ audiente populo dicuntur, dicantur lingua vulgari in eccleſia, quam in lingua Latina. Qua de re cum reprehenderetur, reſpondet ſe hanc ſententiam fundaſſe ſuper doctrinam Pauli 1. Cor. 14. Idem in Liturgic. cap. 28. teſtatur preces canonicas, imprimis verba conſecrationis ab antiquis patribus ita lecta fuiſſe, ut omnis populus potuerit intelligere, & dicere, *Amen*.

Eraſmus Præfat. in paraphraſ. Matthæi. Quur indecorum videtur, ſi quiſquã ſonet Euangelium ea lingua qua natus eſt, & quam intelligit: Gallus Gallica, Britannus Britannica, Germanus Germanica, Indus Indica? Mihi magis indecorum vel ridiculum potius videtur, quod idiotæ & mulierculæ, pſittaci exemplo, Pſalmos ſuos & precationem Dominicam Latine murmurant, quum ipſæ quod ſonant, non intelligant.

Idem in 1. ad Cor. cap. 14. Vix à poſterioribus receptus eſt cantus, ſed talis ut nihil aliud eſſet, quam diſtincta modulataque pronunciatio, cujuſmodi ſupereſt etiamnum apud nos, qua ſonamus in canone Sacro precationem Dominicam: & linguam, qua hæc canebantur, vulgus adhuc promiſcuum intelligebat, reſpondens Amen. Nunc vulgus quid aliud audit quam voces nihil ſignificantes? & talis eſt fere pronunciatio, ut nec voces exaudiantur, ſonitus tamen aures feriat.

Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 78. art. 1. Verum hanc labem eccleſiam inde forte contraxiſſe cuiquam videatur, quod quæ nunc paſſim cantantur, non tam ad populi intelligentiam erudiendam, quod priſcos ubique Spectaſſe indubitatum eſt.

Bellarminus libr. 2. de verbo Dei cap. 16. In poſteriori Scriptura, non reprehenditur oratio, quæ non intelligitur; ſed ei anteponitur oratio, quæ intelligitur.

Hardingus contra Iuellum artic. 3. Diviſ. 28. agnoſcit preces in primitiva Eccleſia vulgari lingua fuiſſe peractas, & quidem tunc neceſſario, ad inſtructionem populi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Benedictus Montanus in 1. Cor. 14. Etſi Apoſtolus lingua intellecta preces velit celebrari, tamen ſanctam Eccleſiam juſtiſſimis de cauſis contra ſtatuiſſe. Citat Humfred. Lynd. in Via Devia ſect. 17. pag. 459.

Omnes Liturgiæ & Ritualia omnium Chriſtianorum per totum orbem ſemper uſitata uſq; in hunc diē, confirmant uſum linguę notę ſeu vernaculæ in ſacris. Vt Liturgiæ Græcæ ſub nomine Iacobi, Petri, Marci, Clementis, Chryſoſtomi, Gregorii Romani à Codino Græce edita; Liturgia Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Latine à Leone Theſco edita; Græcorum Euchologium, Menæa, Octoëchum, Anaſtaſimum, Pentecoſtarium; Novum Anthologium Græce editum Romæ an. 1598; Liber precum à Ioach. Camerario editus; Baſilii anaphora Syriaca, ab Andr. Maſio converſa; Rituale Severi à Boderiano Syr. & Lat. edita; Miſſa Angamallenſis Chriſtianorum S. Thomæ ex Syriaco converſa in Itinerario Alexii Meneſii; Armenorum liturgia ab Andrea Lubelczyck Latine converſa; Liturgiæ Ægyptiacæ ſub nomine Baſilii, Gregor. Nazianzeni, Cyrilli Alexandrini, à Victorio Scialac ex Arabico converſæ; Æthiopum ſeu Abaſſinorum liturgica quædam, quæ Scaliger exhibuit in libr. de Emendatione temporum.

HÆc ſit ergo ſummaria probatio noſtra: Verus Chriſtianiſmus & Catholiciſmus ab Apoſtolis & eorum Succeſſoribus per totum orbē primo, ſecundo, tertio, quarto ſeculo & deinceps uno modo, una voce fuit traditus.

Sed iſte Romano-Papiſmus non fuit ita traditus. Ergo iſte papiſmus non eſt verus Chriſtianiſmus & Catholiciſmus. Major probatur ex inductione illorū articulorum, qui utriuſq; partis conſenſu habentur pro Catholicis. Vt e. g. de Deo uno & trino, de Chriſto θεανθρώπω, de ejus ſancta conceptione & nativitate ex Virgine, de reſurrectione mortuorum, &c. ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus per totū orbem ita ſemper fuerunt traditi, nec poteſt dari diſſimile exemplū in ullo articulo neceſſario, Ergo. Minor probatur I. Quorum articulorum Chriſtus, Euangeliſtæ, Apoſtoli in ſcriptura non meminerunt, nec ſucceſſores Apoſtolorum aliquot ſeculis, nedum ut tanquā dogmata neceſſaria & de fide ea Eccleſiis impoſuerint; illi non fuerunt ab Apoſtolis & eorū ſucceſſoribus traditi, & per conſequens non habent veritatē, genuinam antiquitatem, Catholiciſmum, ſucceſſionem. Sed prædicti articuli ſunt tales. Ergo.

Probavimus Min. tum ex ſcripturæ & antiquitatis teſtimoniis, tum ex adverſariorum confeſſione per ſingulos articulos. Vnde conſtat non tantum non eſſe illos ſcripturæ, Apoſtolicæ & antiquæ Eccleſiæ fidei, ſed directe & fortiter illis repugnare. Hic neceſſe eſt Ianſenius ſociis ſuis ſe adjungat, & ita abſolvimus diſputationem noſtram, ſin minus, eos redarguat, & oſtendat illis ac nobis, in qua Vtopia ille viderit, quæ ſocii iſtius eo longe doctiores videre non potuerunt. Iterum dico, oſtendat nobis veritatem, antiquitatē & ſucceſſionem 8. artic. & Eccleſiæ iſtius Catholicæ, quæ tenuit illos. Oſtendat quæſo, ubi fuerit Eccleſia tempore Apoſtolorū, ubi primo, ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto ſeculo, quę imagines fecerit, adoraverit, invocaverit, coluerit juxta decretū Concilii Niceni II. Thomæ Aquinatis, & ipſum ſubſecutæ Scholæ & Eccleſiæ Romanæ? Vbi fuerit totis mille annis, quæ panem Euchariſtiæ Deum putarit,

rit, appellarit, adorarit; quæ per jubilæa, agnos Dei, grana conſecrata, gratiã Dei quæſiverit? Vbi fuerit totis mille ducẽtis annis, quæ Chriſtum ex pane creatum & tranſubſtantiatum inter presbyterii manus ſiſteret, arculæ includeret, in pompa circumgeſtaret, & populo ſpectandum atq; adorandũ exhiberet, ſacrificiũ ejus ſingulis momentis ſexcenties iterandum certo pretio addiceret, ſolitarias Miſſas abſque Communicantibus erepto etiam Laicis Calice ſub pœna anathematis ſanciret.

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT III.

Rejiciuntur exceptiones Ianſenii pro Succeſſione Romana, cap. 50. & 57.

PRIMO, inquit, pag. 269. *nec eſt æquivoca, ſed valde univoca ſucceſsio Romanorum Antiſtitum, non ſolum localis, ſed realis; nec tantum Cathedræ, ſed doctrinæ. Si enim hoc aſſerẽdo probaviſti, ego negando refutavi.*

Reſp. I. Quàm vera & realis fuerit ſucceſſio Romana probaverant Rivetus in refutatione Couffeteau, & Molinæus in refut. Perroni à nobis citati, quibus nemo hactenus reſpondit. Potuiſſemus quidem ipſos de novo deſcribere, niſi libri extarent; ſed hoc fuiſſet operam ludere. Si tu negando illorum probationes (quas noſtras feceramus) refutaſti, fruere ſane artificio tuo.

II. Quod ad meum probandi modum, non erat ille per nudam aſſertionẽ, ſed talis, qualem tu & ſero nimis & ſpatiis excluſus iniquis adhibere conaris, p. 33. *Itaq; ne te deſtitutum moleſte feras, ecce profiteor, me doctrinæ ipſius* (Cardinalis Perroni) *qua quæſtiones illas tuas parergas operi noſtro profligavit, ſine fuco vel exceptione ſubſcribere: & quia veritas eſt commune bonũ, me quidquid in illis diſſolvendis protulit, approbando facere meum; me, ſi tibi pruriunt manus, aut quidquam in eo mancum, aut mutilũ, aut falſum arbitraris, ſine tergiverſatione rationẽ redditurum, &c. Scio non neminem veſtrum ut ex tanti viri oppugnatione clareſceret obſcuritas, ejus Catholicas veritates ab illo eminentiſ. Card. defenſas, &c.*

Secundo, p. 270. 271. *Non intelligis, quid tibi probandum incumbat. Putas enim in hac materia ſucceſsionis doctrinæ, hoc diſputandum ex ſcripturis: Vtra doctrina vera ſit, noſtra an veſtra. Falleris, imperitiſsime falleris. Alia eſt iſta, & longe alia diſputatio. Quam quidem ſimul atq; tibi Reformatoris noſtri officio fungi viſum fuerit libenter aggrediemur. Sed hoc nunc agitur. Vtrũ ipſa ſucceſsio doctrinæ, quæ ſemel ab Apoſtolis in mundo ſparſa, & Eccleſiis tradita fuit, ſucceſſorũ vitio adulterata ſit?*

Reſp. I. Diſputationem ex Scripturis de veritate doctrinæ libenter aggreditur Ianſenius, (ſi credere fas) & tamen perpetuò tergiverſatur, ſubterfugia, diverticula quærit; imo hoc unum agunt omnes exceptiones, dilationes, digreſſiones, diſſertationes à capite Spongiæ uſque ad calcem, ut lectori perſuadeat non eſſe ex Scripturis ipſum principalis cauſæ examen inſtituendum, adeo ut ſi alluſione ipſius pag. 225. liberet παρῳδεῖν, ad mentionem Scripturæ exhorreſcentem & exclamantem inducere eum poſſem: *Quid mihi & tibi? Scio, quæ ſis, Sancta Dei. Adjuro te per Deum ne me torqueas.*

II. Cum de Succeſſione doctrinę agitur, neceſſario de ipſa doctrina, quod talis, & quod ab Apoſtolis ita tradita, ſciendum eſt, aut concomitanter, aut per modum præcognitionis. De ſubjecto enim, doctrina Apoſtolica e. g. Indulgentia, aut Primatu Pontificis, de cujus Succeſſione nunc controvertitur, affectio illa, ſucceſſio ſcilic. demonſtrari non poteſt, niſi præcognoſcatur & quid ſit, & an ſit talis doctrina Apoſtolica ſemel in mundo ab illis ſparſa. Hæc autem præcognitio abſque Scriptura haberi non poteſt. *Deinde* modus quomodo explicari

plicari poteſt abſque re , cujus eſt modus? Succeſſio , ſive continua duratio eſt modus; doctrina eſt res. Imo realiter idem ſunt ſucceſſio doctrinæ , & doctrina ſuccedens. Itaque cum agitur de ſucceſſione, agendum eſt etiam de ipſa doctrina , doctrina ſcilicet fidei , doctrina Chriſti, doctrina Apoſtolica , quæ nulla eſt, niſi vera & veritas. *Sermo tuus Veritas*, Iohan. 17. Et de ejus ſolius Succeſſione quæritur. De doctrinæ Veritate , ſi quis poſtea dicat agendum , aut eam nunc præſupponit , fallitur in utroque. Neque enim abſque turpiſſima principii & totius cauſæ petitione, poteſt hoc præſupponi quod unice quærentis animum tranquillare , & fidem infallibiliter fundare poteſt , demonſtratio ſcilicet veritatis ex ſcriptura. Neque etiam niſi valde præpoſtere & confuſe illud in poſteriorem tecum rejici poteſt , quod ordine naturæ , & diſtinctæ cognitionis (ex lege Methodi didaſcalicæ) prius tractari debet. Subjectum enim affectionem , res Modum, rei entitas , veritas & bonitas ejuſdem diffuſionem,propagationem,durationem & per manus traditionẽ præcedit.

Tertio. Doctrinæ Succeſſio non poteſt tractari , niſi caput & prima ſucceſſionis origo explicetur. Succeſſionem & ductum fluminis ſi quis deſcribit , caput & fontem non excludit. Hæc autem noſtra Succeſſio quærenda primùm in Eccleſia Apoſtolica , in Chriſti & Apoſtolorum miniſterio & prædicatione, & conſequenter non abſque Scriptura. Ibi enim geſta Chriſti & Apoſtolorum conſignata, ibi lux factorum fulget , niſi ad Comeſtorem , Ludolph. de Saxonia , Abdiam Babylonicum, Linum, Prochorum & ſimiles nos ablegare mavis. Sic Irenæus , loco ſupra citato , ſucceſſionem ab Apoſtolis deducit ; & tu ipſe definitione aut deſcriptione tua terminum iſtum à quo comprehendis , (Chriſtum ſcilicet & Apoſtolos) pagina 229. *Succeſſio enim nullo modo intelligi poteſt , niſi ſit quidam fluxus & continuatio prædicationis, &c. Vno alteri per manus tradente jam inde ab Apoſtolis, uſque ad illos qui ullius doctrinæ ſucceſſionem ſe habere gloriantur.* Neque unum poteſt alterum excludere magis , quam relatum ſuum correlatum. Eſt enim in omni ſucceſſione terminus à quo & ad quem. Eccleſia proxima Apoſtolicæ & Apoſtolis erat terminus ad quem : Apoſtoli erant terminus à quo. Eccleſia & doctores erant accipientes; Apoſtoli erant tradentes. Quomodo in primo Succeſſionis annulo ſeu nobiliſſima parte probabo , illos immediate ab Apoſtolis ſic accepiſſe , ut una non probem, Apoſtolos immediate illis tradidiſſe viva voce & ſcripto. Hæc ergo probatio, hiſtorica inquam ſucceſſionis probatio , abſque ſcripturis expediri non poteſt ; imo ex illis ſolis infallibiliter expediri poteſt, ex reliquis Scriptis & monumentis Eccleſiaſticis minime , quæ in hoc ſucceſſionis puncto tam nulla ſunt & tam dubia, ut ipſum Baronium ad deſperationem pene adegerit , ut Sectione 1. capite 7. & 8. notavimus.

Diſce hoc ſemel à Voetio *in iſta palæſtra tyrone*(ut tu loqueris,p.270.)probationem aut improbationem ſucceſſionis & quidem ab Apoſtolis uſque in hunc diem inſtitui non poſſe abſque Scripturis , idque triplici nomine. I. Vt veritas ſeu doctrina ipſa, quæ ſuccedit, ex iis præcognoſcatur. II. Vt prima origo & fons ſeu patriarchia (ita loquor) ſucceſſionis ibidem inveniatur in Chriſto ſcilicet & Apoſtolis. III. Vt denique deſcribatur primum ſucceſſionis intervallum , vel primi intervalli articulus, qui currit ab aſcenſione Domini ſeu pentecoſte , habetque illuſtrem & primariam in Iudæos & primam omnium in gentes doctrinæ atque Eccleſiæ ab Hieroſolymis propagationem. Sicut nulla hiſtoria Vniverſalis , nullum Chronicon ætates mundi

deſcribere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

deſcribere poteſt, niſi incipiat à creatione mundi, & complectatur primum illud intervallum, quo homines jam inde ab Adamo uſque ad diluvium propagati ſunt: Sic etiam nulla Vniverſalis Eccleſiæ hiſtoria, ſeu ſucceſſio Catholicæ Eccleſiæ & doctrinæ contexitur, niſi præmiſſa hiſtoria Chriſti, Apoſtolorum, & primæ Eccleſiæ Apoſtolicæ. Intellexit hæc Baronius, qui annales Eccleſiaſticos ab illo termino per dictum illud intervallum ex Scripturis præcipue deduxit. Quicquid ergo tumultueris, ad Scripturam tamen veniendum eſt, quam horres non aliter ac Hydrophobi aquam & perfoſſores parietum lucernam. Scriptura eſt illa lucerna, qua fur deprehenditur.

Tertio, pag. 271. *Oſtende igitu rullum Romanæ ſedis Antiſtitem ullo articulo temporis per mille ſexcentos annos doctrinam fidei quæ ante ipſum ſub prædeceſſore vigebat, immutaſſe & aliter docuiſſe, quam ante doceretur, ita ut facies doctrinæ publica fuerit immutata. Hoc eſt enim filum ſucceſſionis rumpere, & hæreſes degeneres veritatis grano & mendacio ſilveſtres inducere.* Tertull. de præſcr. cap. 36.

Reſpond. I. Oſtendo in Papa Honorio Monothelitarum hæreſin tradente & Condemnato à Conciliis, à Papis ſucceſſoribus; Liberio cum Arrianis in condemnationem Athanaſii conſpirante: in innocentio infantibus Euchariſtiam adjudicante: Iohanne XXII. dormitionem animarum tenente, condemnato & ad palinodiam ignominioſe adacto à rege Galliæ & Schola Pariſienſi: In Pontificibus Pontificum prædeceſſorum doctrinam condemnantibus (de quibus ſupra Cap. 1.) & ipſos anathemate involventibus. Quorum alterutros erraſſe certum eſt, præterquam quod excommunicatio omnem poteſtatem Eccleſiaſticam tollit, & ſucceſſionem abrumpit, ut canit Ianſenius. *Hæc omnia ex factorum luce, ex monumentis veterum, qui accuratiſſime vel ſyllabæ unius mutationem in doctrina ſemel tradita annotarunt, accerſimus*; imò ex propria confeſſione & domeſticis teſtimoniis adverſariorum. Euge modo ex quibus papatus Succeſſionem demonſtratam vis, ſive patres, ſive hiſtoricos Eccleſiaſticos, ſive doctores & hiſtoricos veſtros, ex iiſdem aut ſimilibus oſtendimus quod poſtulas.

II. Oſtendo indefinite ex Doctorum conſenſu, qui tenent Papas aut erraſſe, aut ſaltem poſſe errare, contra quos tanquam hæreticos hactenus Romano-Catholice non eſt definitum. Sunt autem illi: Communis Poſtillator Lyranus in Matth. 16. ubi dicit: *Multos Pontifices apoſtataſſe.* Hadrianus Florentius poſt Papa Hadrianus VI. Quæſtion. in 4. ſent. de confirmat. ſub finem fol. 23. *Certum eſt quod Pontifex poſſit errare, etiam in iis, quæ tangunt fidem, hæreſin per ſuam determinationem aut decretalem aſſerendo. Plures enim fuerunt Romani Pontifices hæretici.* Melchior Canus libr. 6. cap. 8. pag. 415. 416. Vbi opinationem novam Pighii perſtringit, qui reclamantibus Conciliis hiſtoricis, Pontificibus, doctoribus, & omni antiquitate Eccleſiaſtica, omnes Romanos Pontifices erroris nota liberat. Ius Canonicum diſtinct. 40. C. *Si Papa cum ſuis Canoniſtis.* Quinto Synodus Romana, Anacletus, Iohannes, Calixtus, Clemens, & complures Theologi ſtatuunt in caſu hæreſeos oves de paſtore ſuo Papa ſcilicet judicare poſſe. Et ſic Biel in Can. Miſſæ lectione 23. *papam hæreticum non amplius eſſe caput Eccleſiæ, & tamen Eccleſiam tunc non eſſe ſine capite.* Nicol. Eymericus & Fr. Pegna in Director. Inquiſitor. part. 2. pag. 1482. & part. 3. quæſtio. 25. pag. 359. ſtatuunt, Papam poſſe accuſari de hæreſi, & Inquiſitorem poſſe contra illum procedere, & Generale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

rale Concilium vel Conſiſtorium Cardinalium eſſe Iudicem. Navarrus Manual. cap. 27. num. 13. *Nam neque propter hæreſin incidit in excommunicationem humanam, de qua loquimur, ſed in divinam ſecundum rationes Cajetani de autoritate Papæ & Conciliorum cap. 10. 19. 20. Quicquid dicat S. Antoninus 3. par. tit. 24. cap. 74. §. 1.* Autor Ceremonialis Romani libr. 1. pag. 12. innuit Papam poſſe errare. Concil. Baſileenſe in epiſtol. Synod. *Vniverſalis Eccleſia ſæpe obedientiam Romanis Pontificibus ſubtraxit, Marcellino, Anaſtaſio, Liberio, Iohanni* XII. *Benedicto* IX. & XIII. *Iohanni* XIII. *Certum eſt Papam errare poſſe, ſæpe experti ſumus, & legimus Papam erraſſe.* Adde Gerſonem de exam. Doctr. conſid. 1. Et Durandum, Occanum, Almainum, & cum iis pleroſque Doctores Pariſienſes. Eraſmum annot. in 1. Corinth. 7. Arboreum in Theoſoph. libr. 4. cap. 32. *aſſentatur ſane Romano Pontifici qui facit eum immunem à lapſu hæreſeos & ſciſmatis.* Alphonſ. à Caſtro libr. 1. cap. 4. *Non credo eſſe aliquem adeo impudentem Papæ aſſentatorem ut ei tribuere hæc velit, ut nec errare nec in interpretatione ſacrarum literarum hallucinari poſſit, cum conſtet plures Papas adeo illiteratos eſſe, ut grammaticam penitus ignorent; qui fit ut ſacras literas interpretari poſſint?*

Immanuel Sa in voce *Papa. Papa ob ſolam hæreſin poteſt accuſari, condemnari, excommunicari & deponi.* Omnes vel rigidiſſimi *παπομανῦλες* concedunt Pontificem ſaltem in medio, ſi non in concluſione; in cognitione diſcurſiva, ſi non in prophetica, adhæc in omnibus quæſtionibus facti, (ergo etiam in illa: *An quis ſit legitimus Pontifex*) errare poſſe, & de facto erraſſe, teſte Bellarm. de Pontific. libr. 4. cap. 3. Hinc elicimus nos hoc *πέλσμα*: *Non eſſe judicium ipſius divinum, & apoſtolicum.* Denique propter factorum lucem, quæ magnam Doctorum partem in noſtram ſententiam compellit, nondum tanquam de fide auſi ſunt definire: *Papam non poſſe errare.* Sic enim Bellarm. libr. 4. cap. 7. *Nec Cyprianus fuit hæreticus, nec modo cenſentur hæretici, qui dicunt Pontificem poſſe errare* & cap. 2. *Non eſt proprie hæretica hæc ſententia. Nam adhuc videmus ab Eccleſia tolerari.*

III. Notetur hic inſignis contradictio: *Si ullus Papa aliter docuit, quam prædeceſſor ejus, ruptum eſt filum ſucceſſionis.* pag. 271. Et contra: *De papis hæreticis non ſumus ſolliciti,* &c. *Quamvis Papa hæreticus in ſede manſiſſet, nihil penitus nos conturbaret. Nam Papam hæreticum locum capitis violenter occupare nihil aliud eſt, quam ſedem vacare.* pag. 258. *Quid ineptius excogitari poteſt, quam ſedis vacatione rumpi ſucceſſionem,* pag. 259. Ergo papa hæreticus ſeu mutans doctrinam, aliter docens ac prædeceſſor, rumpit ſucceſſionem: & rurſum, Papa hæreticus non rumpit ſucceſſionem. Si iſta poteſt Ianſenius componere, erit nobis alter conciliator. De ſciſmate ſimilem contradictionem ſupra annotavimus cap. 1.

IV. Cũ prædeceſſores cum ſucceſſoribus confers, non intelligis credo prædeceſſores tantum proximos; ſed etiã propinquos, remotos, remotiſſimos. Hæc latitudo, ubi admittitur, (uti admitti debet) aperta & proclivis eſt iſta probatio. Nam recentiores Pontifices aliter docuiſſe, quam Petrum, ex lectione epiſtolarum Petri facile etiam Idiotis conſtabit. De Leone circa doctrinam de ſatisfactionibus & indulgentiis; De Gregorio I. circa doctrinam de imaginum adoratione & univerſali Epiſcopo: De Innocentio circa doctrinam danda Euchariſtia infantibus. Litem judicabunt Doctiores, qui Scripta ipſorum modo inſpexerint. Vide infra in fine hujus capitis.

IV. Pag. 272. *Proba vel unum articulum fidei à nobis eſſe immutatum, cujus contra-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

rium ante mutationis initium in Eccleſia Chriſtiana traderetur. Res iſta facti eſt, non ex Scripturis, ſed monumentis veterum, qui accuratiſſime vel unius ſyllabæ mutationem in doctrina ſemel tradita annotarunt, arceſſenda eſt.

Reſpond. I. Iam ſupra probavimus in 8. illis articulis. Sed tu probationes fugis. Semel quæſo, toties provocatus, collige te, & præmiſſis probationibus fidei tuæ (tuam enim fidem continent illi articuli non noſtram, niſi negativam & per accidens.) Reprobationes noſtras refuta.

II. Res iſta facti etiam ex Scriptura probari poteſt, ac debet, (ut ſupra oſtendimus) idque triplici nomine. Acta Apoſtolorum deſcripta à B. Luca, epiſtolæ Pauli, &c. etiam hiſtoriam & factorum lucem habent. Nam de primis illis hæreticis Simone Mago, Nicolaitis, Hymenæo, Iudaizantibus ſeu Phariſaicis legis Zelotis, angelorum cultoribus, prohibentibus conjugium, accuratiſſime ea annotavit Spiritus Sanctus, ſi quæ ſcire nos voluit. Vide de doctrinæ mutatione in articulo de reſurrectione, 1 Cor. 15. de juſtificatione ad Gal. 3. & ſic de aliis.

III. Monumenta veterum non ita annotarunt mutationes in unoquoque huc aſſiduis intervallis obortas, quin Scriptura multo accuratius id præſtiterit, abſque ullo errore aut contradictione in primo ſaltem intervallo, quouſque ſcil. hiſtoria ſacra ſe extendit. De accuratione & autoritate veterum Scriptorum ſatis ſuperque diximus ſupra ſect. 1. Cap. 7. & 8.

IV. Perfectionem iſtorum Scriptorum jactas in unius ſyllabæ mutatione accuratiſſime annotata. In quo quidem Scripturis Canonicis lõgè eos præfers quippe quæ ex veſtro ſenſu nec doctrinæ veritatem, nec ejuſdem ſucceſſionem in primo intervallo perfecte tradiderunt. Hinc eſt quod fames Samariæ æmulatrix veſtros in tantam rabiem dederit, ut etiam Apocryphis iſtis ſtercoribus ſe impleverint, in quibus ſecernendis deſperabundus Baronius nec modum, nec exitum invenire potuit. De accuratiſſimis iſtis ſyllabarum annotationibus per ſuccedentia intervalla jam loco citato abunde dictũ eſt. Vnum tantum repetam in gratiam Ianſenii. *Cum tribus primis à Chriſto ſeculis perſecutionum immanitas non dederit Catholicis tantam ſcribendi facultatem atque otium, quod ſequentium ſæculorum patres habuerunt: adhæc, cum tanta monumentorum veterum facta ſit clades, ut vigeſima pars librorum ad poſteritatem ex diluvio omnia vaſtante non enataverit*, (teſte Ianſenio pag. 41.) qua fide certum faciet vel unius ſyllabæ in doctrina ſemel tradita mutationem ex monumentis veterum accerſi poſſe? Ecce ſpiritum levitatis & contradictionis. Perpetuum hoc eſt tectorium, quo Expurgationes, Reformationes librorum, Liturgiarum, Paſtoralium, & totius Augiæ ſtabuli ſpecioſe dealbant: *Hoſtis*, inquiunt, *Eccleſiæ Satan ſuperſeminavit, Multa irrepſerunt, corrupta, fœdata ſunt*, &c. Paradoxum iſtud hiſtoricum ita extendit Anglo-Papiſta Biſhopus, in Refut. Perkinſi epiſtol. ad Regem ſect. 13. *Requiſitas illas circumſtantias mutationis doctrinæ directe probandas, & facile hoc fieri poſſe; quia vigilans cura Paſtorum gregis Chriſti tanta fuit omnino, ut iſtiuſmodi res incognitas aut immemoratas tranſire* (ſeu elabi) *non potuerint permittere.* Anglicè: *as no ſuch things could be vnknovvne let ſlip, or vnrecorded.*

Si per antiquos lata ſignificatione, intelligit majores ante Reformationem, & homines intermediæ ætatis falſiſſimum eſt per omnes caſus: ſin antiquiſſimos, etiam falſum eſt. Vt de prioribus incipiam, an non mutationes & corruptiones

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

plurimæ per ſomnolentiam, lethargum & barbariem ipſorum ingreſſæ ſunt, de quibus nec tunc temporis, neque in hunc diem ulla circumſtantia temporis, loci, perſonarum exhiberi quiverit. De origine communionis ſub una ſpecie incertum eſt, fatentibus Coſtero[a] & Gr. de Valentia[b]. Cur hic iſtius ſyllabæ mutationem non annotarunt? Corruptelæ ſunt in Iure Canonico, Legendis, vitis Patrum, actis Martyrum, actis & decretis Conciliorum, libris Miraculorum, Breviariis, Miſſalibus, Ritualibus, Officiis Mariæ, Patribus & hiſtoricis Græcis, Latinis, vulgaribus; irrepſerunt infinita Pontificum, Patrum, Doctorum, Conciliorum ſcripta, decreta, dogmata ſuppoſititia; item notha & ficta numina ſeu ſancti, monumenta, reliquiæ, imagines, privilegia; Biblia vulgata corrupta, & variis lectionibus ac pugnantibus in pulverem fere diſſecta[c]. Quis ante Reformationem Concil. Tridentini, Pii IV. & V. ac ſequentium Pontificum innumeras ſyllabarum mutationes cum omnibus circumſtantiis annotavit? quis ingredienti corruptioni reſtitit? quis Augiæ illud ſtabulum repurgavit? quis ante indices expurgatorios Autores Papiſticos virgis cenſoriis diſcidit, multos uſque ad carnis notabilem diviſionem, nonnullos uſque ad excoriationem?

Antiquiſſimos Eccleſiæ Doctores ſi reſpicias, quis dubitat eos humanitus quid paſſos? An non Chiliaſmus, Euchariſtia Infantum, pſeudophiloſophemata περὶ αὐτεξουσίας, id eſt, de libero arbitrio; & de Deo non videndo ante diem judicii & ſimiles errores irrepſere; nec tamen innovationis iſtius circumſtantias annotarunt, quin immo ab apoſtolis & à principio illa ſic fuiſſe plerique opinati ſunt. Nulla ætas apocryphis ſcriptis & hiſtoriis quaſi ab apoſtolorum ætate profectis magis infeſta fuit. Ubi tunc erat impoſſibilitas Biſhopi, ubi ἀκριβωτάτη vigilantia Ianſenii? adeo ut poſteriores Doctores, cum iſta ſenſim ſine ſenſu Eccleſias pervaſiſſent, credulitatem multorum occupaſſent, tandem remedium adhibere coacti fuerint[d]. Sic tamen morbus hic non fuit curatus, ut Chryſoſtomus *Itinerario Petri*, Ambroſius & Cyprianus *fabulæ Teclæ*, Origenes *Euangelio ſecundum Hebræos & epiſtolæ Barnabæ*, Clemens Alexandrinus *prædicationi Petri*, univerſæ Eccleſiæ *Revelationi* & *Iudicio Petri, Paſtori*, alii aliis fidem non tribuerent. Quinto. *Interruptio ſucceſſionis, mutatio doctrinæ, hæreſis aut apoſtaſia nulla eſt aut fuit in Papatu; quia oſtendi non poteſt, quando, ubi, per quos facta ſit illa mutatio, quænam & à quibus ſit facta oppoſitio.*

Reſpond. I. Addit Biſhopus in refutat. Perkinſi epiſtol. ad Regem ſectio. 13. *Qui adhæſerint, quique reſtiterint illi, & ſimiles ejuſmodi circumſtantias.* Sed quænam illæ ſunt præter jam numeratas? ne abeamus in infinitum. Stulti iſtius axiomatis, quod hic regulam & rationem conſequentiæ facit, pudere Ianſenium debuiſſet. Eſt enim illud omni Scripturæ, & naturæ lumine deſtitutum, imo utrique adverſum. Nullum apoteleſma, nullus effectus, nullus terminus talis eſt, aut pro tali habendus, niſi actio & motus ad illum terminum per ſingula momenta cum circumſtantiis omnibus ad oculum demonſtretur, aut hiſtoricè deſcribatur. Hoc philoſophema Pontificiorum! Quod quam falſum ſit ex inſtantiis illis cognoſcant. In naturalibus habes mutatum eſſe, etiamſi mutationis initium, progreſſus & ultimum

[a] Coſter. Enchirid. c. 10. [b] Gregor. Valent. lib. de Euchariſt. c. 10. *Conniventia Epiſcoporum primum irrepſit conſuetudo illa, deinde lege confirmata eſt.* Sic fere de Voto cœlibatus Corn. à Lapide mox citand. [c] V de & confer ſect. 3. c. 5. circa finem. [d] Vide Gelaſii decretum de Apocryphis. Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. lib. 3. c. 39. Sixt. Senenſ. Biblioth. lib. 2. Baronium ad ann. 44. n. 41, 42.

mum momentum cum omnibus circumſtantiis demonſtrari nequeat. Res motu facta eſt, & talis cognoſcitur, etiamſi movens, motus initium, tempus, &c. ignota ſint. Animantia vegetabilia e. g. arbor *creſcit occulto ævo*, ut ait poeta, & tamen augmentum ſeu apotelesma, augmentationis illius ibi eſt, & à nobis tale judicatur. Alterationis, ut calefactionis initium, tempus, &c. etiamſi me lateant rectè tamen voco & judico calorem, ubi illum deprehendo in aqua aut quocunque alio ſubjecto. Mixti generatio cum præparatoriis diſpoſitionibus & miſcibilium alteratione, & pleraque naturæ miracula occulta ſunt, dum fiunt. Compoſitum tamen inde productum revera extra ſuas cauſas exiſtit, & ad oculum demonſtrari poteſt. Cœli, aſtrorum, & temporis circumvolutiones, Solis in illo dodecatemorii ſigno ſitum ejuſdem à nobis receſſum, ad nos acceſſum, aliaſque conſtellationes cum deprehendimus, credimus: ſic & gnomonis in horologio indicium: cum ex. gr. indicat horam ſecundam, libenter ſequimur, quamvis non viderimus quomodo ab hora prima ibi ſignata ad ſecundam receſſerit. An ideo dicemus gnomonem in eodem puncto conſiſtere, tempora non eſſe mutata, Solem ſtare, Orbium cœleſtium circumvolutionem diurnam nõ factam, quia tam inſenſibili nobis motu per ſingula minuta peragitur, aut quia nos cum Peripateticis Intelligentiis Orbibus illis affixi non fuerimus; ut primum momentum & ſingula mutata eſſe motus obſervaremus. Et ſic infinita ſunt, quorum actus ſeu factum eſſe facile & evidenter percipitur; ortus vero ſeu τὸ fieri cũ proprietatibus individuantibus difficulter aut nunquam. Quis tamen ſanus negabit contra ſenſuum teſtimonium, rem non eſſe, quæ eſt, eo quod lateat ipſum modus, locus, tempus, quo res illa facta eſt, aut cœpit fieri. Cum conſtet in naturalibus motus primo-primos ſeu prima initia & momenta mutationum eſſe ferè inſenſibilia, & obſervationem fugere. Medicina diagnoſtica pronunciat de morbo & loco affecto, etiamſi ultimum non-eſſe ſanitatis & primum eſſe morbi cum momentis & circumſtantiis omnibus non deprehenderit. Nemo medico ignorantiam exprobrat, quaſi ex hominibus ſanis faciat morbidos, eò quod morbi & cauſæ morbi initium, tempus, progreſſum non divinat, ex ſignis pathognomonicis, & συνδρομῇ, id eſt, coincidentia ſymptomatum. Vani certè ſunt Medici ex *urina hydromantæ* (ut nonnemo loquitur) qui promittunt[a]; & imperiti atque iniqui idiotæ qui ex urinæ inſpectione explicari poſtulant non tantum morbum, ſed & morbi cauſas internas, & externas procatarcticas uſque ad *currum & boves*: quomodo aliquis Papiſtis non diſſimilis, qui ex curru ceciderat, contemſiſſe fertur judicium medici de affectu ſuo, quod nec boves nec currum in urinis animadvertiſſet[b]. De hydrope primum cognitu difficili ſed tractu temporis per ſymptomatum evidentiam, & factorum ſeu potius paſſionum lucem cognitu facillimã credimus Medico & proprio ſenſui, licet punctum temporis & occaſio prima lateat, qua jecur ardere, occalleſcere, & phlegmone vel ſchirro, vel alio affectu oppreſſum perfrigere cœperit. Ita & in V. T. abſque originis cognitione & inveſtigatione de lepra ſtatuebant ſacerdotes, ex certis quibuſdam ſignis. Levitic. 13.

Ovi & pulli generationem cum præparatoriis diſpoſitionibus quod ad prima initia, quotidianos progreſſus, & omnia illa naturæ arcana & miracula quamvis omnes perveſtigare & ad oculum demonſtrare non poſſint (ut quidem hoc tentarunt nu-

[a] Langius epiſtol. Medicin. 83. [b] Petr. Foreſtus de incerto & fall. urinar. judic. lib. 2. cap. 3.

per Phyſici) de ovo tamen & pullo *quod* ſint & *quid* ſint, ruſtico cuilibet pronuntiare licet[a].

Ventum, ejuſque effecta, aliaſque impreſſiones meteoricas, & pleraque in regno minerali, vegetabili, & animali, *quod* ſint, percipere quis poteſt, & tamen *viam* eorum ſapienter Proverb. 30. 19. & Eccleſiaſt. 11. 5. & Iohan. 3. 8. ignorare.

Antiquitatum omnium penus, promus condus, & helluo Baronius, conceptionem & generationem *monſtri, figmenti,* & *piaculi,* iſtius (ut appellat) in Sicilia eruere non poteſt, niſi levi conjectura. Et tamen condemnat & ab omnibus Orthodoxis condemnari, à Rege proſcribi poſtulat. Si quis conditiones illas objiciat; Quis primus autor, quis ſuſceptor, quis inſtrumenti falſificator, quis adverſarius, quo loco, quo tempore, quibus auxiliis & auxiliaribus? De ortu quidem nihil, de nutritione, augmentatione, inſtauratione tenuiter ſaltem reſpondet: *Ita verò cauſam rogante,* unde in bene ſato atq; culto agro zizania? *nihil propius reſpondendum quam illud Euangelici patris familias:* Inimicus homo hoc fecit. *Sed non cum dormirent homines, tantum ſcelus præſumptum? immo ipſis vigilantibus, reclamantibus, exclamantibus, damnantibus pariter, &c.* De Monarch. Sicil. p. 81. 82.

Converſionem in Euchariſtia (quam tranſubſtantiationem appellant) & corporalem corporis & ſanguinis præſentiam, volunt nos credere Pontificii, ex ſcriptura ſcilicet aut traditione eam demonſtrantes: & tamen nemo hactenus ex luce factorum, ex teſtimonio ſenſuum, immo nec ex fidei Papiſticæ certitudine oſtendere mihi potuit, per *quid,* & *quando* fiat illa converſio, h. e. ſucceſſio corporis Chriſti in locum panis, ita ut ad *deſitionem* iſtius illud eſſe aut conſervari *cœperit*[b]: an ſcilicet ad prolationem quinque verborum, an ad ſonum primæ ſyllabæ *hoc*, an ad ſonum in aere paululum adhuc morantem, an verò per actum conſecrationis ante omnem verborum pronuntiationem, &c. Vide ſeptem opiniones de origine & ſucceſſione Chriſti in Euchariſtia apud Chriſtoph. à Capite Fontium ſæpe à nobis cit. Geographi inſulas eſſe obſervant, quæ olim continentes, & rurſum continentes quæ olim fuerant inſulæ: arenoſa & deſerta loca, quæ olim fertilia; & vice verſa fertilia, quæ olim deſerta; idque à poſteriori, ex apoteleſmate ex rei ipſius evidentia & obſervatione, abſque moroſa & ſæpe impoſſibili illa demonſtratione, qualem Janſenius poſtulat. In jure de mutatione & interitu fluminis quod ad *ſpeciem* reſpondent Conſulti, atque adeo de mutatione territorii & Imperii, quod flumine diſterminatum fuit, quamvis primam & ſucceſſivam particularum adjectionem & deceſſionem ex luce factorum, nedum ex legibus demonſtrare queant. In Politicis incrementa & decrementa felicitatis civilis, morbi & ſymptomata regnorum, quibus ex optimis peſſima ſæpe fiunt; mutationes & occaſus gentium, imperiorum, ex facti ipſius evidentia judicantur, quamvis arcana omnia politica, & circumvolutiones Cabaliſticæ, per quas ſucceſſivè ad diminutionis aut interitus terminum illum perventum fuit, omnibus haud pateant, neque etiam commonſtrari neceſſe ſit. Mala tamen ſunt mala, & remedia requirunt; nec obſcuritas cauſarum & circumſtantiarum effectus evidentiam tollit aut tegit. Vt arcana cauſarum inferiorum, ad quas reducuntur magnæ illæ mutationes, nunc prætercam, Deus teſtatur

[a] Her. ab Aqua-Pendente Medic. Patavinus in volum. de Ovo & Pullo. [b] Tale quid ad ſucceſſionem illam & converſionem requiri tradit Biel in 4. diſtinct. 11. qu. 1. A.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſtatur Hoſeæ 5. verſ. 12. *Et ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo (ſeu teredo) domui Iuda.* Vbi commentatur Ieſuita à Lapide. *Ita & hodie Deum videmus inſtar tineæ familias, urbes & provincias ſceleratas ſenſim ſine ſenſu corradere depauperare & conſumere.* [a] Britannos eſſe in Britannia, Athenienſes Athenis, alias omnes Gentes in locis ſuis, & à diluvio atque ædificatione turris Babel diſparſas, totius mundi vacuas regiones impleviſſe, poſtea migrationibus variis alias aliis ſucceſſiſſe certum eſt, quamvis origines & progreſſum propagationum nemo obſervare, nemo nunc demonſtrare poſſit: cum tamen homines illi ſint entia ſatis realia, non minus ac boves in Logica Hieroglyphica Minoritarum Pariſienſium; Errores autem & peccata ſint entia deminuta, cognitu haut ita facilia propter ſui imperfectionem. De mutatione morali verum eſt, poſſe eam deſignari facilius in iis quæ ad religionem & mores pertinent, cum ſcilicet eſt in melius. At de mutationem in pejus non uſquequaque verum eſt. Mutationi enim in melius omnes aut plurimi renituntur, quia mundus in malo poſitus eſt, & odit lucem, quæ apertè & medio cœlo ſe oſtendit; At mendacium obrepit latenter abſque magna ſaltem, ut plurimum abſque univerſali reſiſtentia. Communis querela eſt, ex piis devotiſque Chriſtianis & Clericis (qualibus primitiva Eccleſia ſub cruce gemens abundabat) factos eſſe tepidos, carnales. Vide imprimis Salvianum de providentia, pene cenſura à Bellarmino de Scriptor. Eccleſ. notatum propter acerbiſſimas de corruptione Cleri querelas. Et orationem quandam Magiſtri noſtri Inquiſitoris Ruardi Tappart Lovanii olim habitam, in qua memini me legere locum Ieſa. 1. applicatum Eccleſiæ Romanæ. Et Commentarios Eſpencæi in epiſtolas ad Timotheum & Titum, & infinitos alios ante exortum Lutheri, quos in Pleſſæi Myſterio annotatos vide. Sed cur pari jure contra querelas illas non excipit, & impuritatis atque impietatis omnis patrocinium ſuſcipit Ianſenius iſtis, aut ſimilibus expoſtulationibus, pag. 236. *Agite igitur Ieſuitæ, Capuchini & ſimiles Clericatus Recollecti Reformatores, Salviane Gerſon, Eſpenzæe, Nider, VViceli: Colligite totas vires acuti cordis veſtri & liberæ frontis: Contrahite quicquid aut viribus aut arte valetis, excutite annales, ſcrutamini monumenta veterum, gentilium, hæreticorum, Catholicorum, & dicite nobis, quo tandem tempore primum corruptio in Eccleſia & clero Romano ſurrexerit: ubi primum ſucceſſio Primævæ ſanctitatis & devotionis interrupta ſteterit, ſic ut antea eſſet integra, à quo corpore Chriſtianæ pietatis in ſua radice & unitate permanente diſſolutus ille Clerus divulſus ſit. Oſtendite vos eſſe à quibus defecimus, vos eſſe qui noſtras morum corruptelas orientes accuſaſtis, oppugnaſtis, condemnaſtis. Hoc enim neceſſe eſt, ſi vultis de morum probitate, & Eccleſiæ ſanctitatis ſucceſſione gloriari. Sed ſcio in deſerto errabitis, res hujus mundi neſciebatis, canes muti non valentes latrare.* Quibus reponi poſſet illud Sapientis Proverb. 30. verſ. 18. 19. 20. *Tria iſta occulta à me, immo quatuor hæc non novi: Viam aquilæ in cœlo, viam ſerpentis in rupe, viam navis in alto, & viam viri in virgine. Ita eſt via mulieris ſcortantis: comedit, deinde abſtergit os ſuum; tum dicit non ſum operata iniquitatem.*

De omnibus vitiis & peccatis idem dici poteſt, in quibus ſeminandis, propagandis, augendis profunda Sathanæ, carnis & mundi, omnia ab omnibus animadverti nõ poſſunt. Nihilominus illa diſſuaderi & caveri debent.

[a] Vide Bodin. Method. Hiſtor. cap. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

debent. Pontificii paſſim corruptiones Originalis Scripturæ à Iudæis factas clamant, neque abnuit Ianſenius, Cap. 8. in reliquos omnes Scriptores tum hiſtoricos, tum theologos antiquos & recentiores dictatoriam criſin exercent: *Hoc irrepſit in textum, hoc ab hæreticis infartum, hoc à falſaria manu, codices illi corrupti ſunt.* Sed quis illorum ad oculum unquam oſtendit, aut oſtendere poterit initium, tempus, locum, authores, adverſarios iſtius corruptionis? Sufficit illis, ſi ex Hebraici textus cum verſione Græca aut Vulgata, aut N. Teſt. collatione mutationem & corruptionem illam deprehenderunt & demonſtrarunt. Atque hic quidem proceſſus legitimus in cauſa Scripturæ. Sed in cauſa Eccleſiæ, id eſt, Curiæ & ſedis Romanæ, nec iſte, nec ullus ordinarius, aut de plano procedendi modus lolium habet. Ibi enim non licet ex facti evidentia & clamantibus in cœlum abominationibus cum S. Scriptura collatis exclamare, quod olim de civitate & ſede Dei propheta: *Quomodo facta eſt meretrix civitas fidelis, &c.* Ieſa. 1; *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam*, niſi ultimum eſſe Caſtitatis integræ, & primum non-eſſe ejuſdem Caſtitatis, adhæc primum eſſe fornicationis, cum nominibus, cognominibus lenonum, fornicatorum, atque adeo temporum, locorum, & toto circumſtantiarum choragio in ſcenam produci, aut quaſi in pompa proceſſionis viſibiliter circumduci queat, ut adulteri & adulteræ omnes, quibus oculi pleni ſunt adulterio, limpidè hoc videant. Miror ſanè Pium V. meretrices Romanas ex media urbis luce in vicos aut plateas remotiores coegiſſe (ſiquidem vera referunt de ejus incredibili reformatione: Vide Ornitharii epiſtolam ab urbe ad Fr. Phylacteum miſſã, excuſ. Lovanii apud Velpium 1567. & Thuan. lib. 39. pag. 297.) quæ tamẽ ſub prædeceſſoribus illius antiqua poſſeſſione ſua priores gaudebant: quaſque ille meretrices eſſe præſumere non debebat, quandoquidem ad oculum nondum probatum erat, quando, ubi, quo autore integræ ſeu virgines eſſe primum deſiiſſent. In vulgatam verſionem bibliorum, infinitos errores, in *Officia B. Mariæ*, in *Breviaria, Ritualia*, libros Exorciſticos, multa vana, incerta, erronea, ſuperſtitioſa, immo multa in Miſſarum ſolemnia, in agenda Eccleſiaſtica, in ſacram Politiam irrepſiſſe fatentur adverſarii, & ipſi Pontifices cum Concilio Tridentino: [a] Hinc ante paucos annos Biblia emendata, Ritualia, Pontificalia, Miſſalia, Breviaria, Officia B. Mariæ prodiiſſe, & authoritate Concilii Tridentini ac Pontificum Eccleſiis impoſita eſſe videmus. Hinc omnia illa Reformationis capita in Concil. Trident. Sed monſtrent primùm errorum circumſtantias, locum, tempus, perſonas, &c. ut ſciamus tam multa mala in diſciplinam Eccleſiæ ingreſſa, eam ab antiqua diſciplinæ & primitiva morum facie multùm mutatam eſſe, atq; adeo tam prolixam ſcil. Reformationem uſque ad Cardinalium veſtimenta, fuiſſe neceſſariam. Ius Canonicum cum Gloſſis, Politiæ Romano-Papalis vehiculum & baſis multas corruptiones paſſum, atq; adeo emendandum cum ſuo Gregorio XIII. cenſent omnes Papiſtæ. Proſtant etiam emendationes tum ipſius corporis Canonici, tum Gloſſatorum publico nomine & Papæ judicio editæ. Sed quomodo oſtendent Romano-Critici, per quem, quo tempore, quibus reclamantibus primum chaos corruptionis illuc irrepſerit; & ſpecialiter quis Paſtor, quis Doctor, quod Concilium, quis Papa (quæ omnia diligentiſſimè uſque ad minimum Iota mutationis annotaſſe, nobis perſuaſum velint[a]) hoc monuerit, & corru-

[a] Vide præfationes Pontificum ad Biblia, Ritual. Miſſal. Breviaria, Officia Mariæ emendata & reformata. [b] Vide & confer quæ ſupra hoc cod. cap. diximus.

corruptionem in libro illo legis ſuæ, quem Curia & factio domini Papæ in omnibus negotiis perpetuo in manu & oculis habet, è veſtigio deprehenderit; ne ſcil. abſque monela & reſiſtentia publica per tot ſæcula cum corruptionis ſtigmate in fronte, ad tempus Reformationis & in manus Reformatorum perveniret. Rubrica eſt Iuris Canonici: *Qui non habet uxorem, loco ejus debet habere Concubinam*; Decretum eſt: *A communione non eſſe arcendos, qui habent concubinam.* Aliud decretum eſt: Iuxta Platonis ſententiam, omnia debere eſſe communia, *etiam uxores.* Decretum illud præformârat Clementis epiſtol. 5. ad Iacobum; ut fatetur Bellarmin. de Scriptoribus Eccleſiaſtic. in *Clemente.* Si quis dicat errores iſtos irrepſiſſe in exemplaria vel omnia, vel aliquot M.SS. Vt hoc credamus, oſtendat Ianſenius: quis hujus corruptionis author? ubi, quando, quænam capitula reſtiterint, quænam Rotæ, quænam Scholæ decretorum, quænam Concilia, aut Pontifices, quinam Paſtores, Doctores, quænam exemplaria mutationem illam paſſa ſint? quis Impreſſas editiones Pariſienſem, Baſileenſem cum prodirent & in omnibus Scholis, curiis, capitulis verſarentur, notavit aut corruptionis hujus convicit? Alioqui dicam à principio ſic fuiſſe. In adulterio carnali mulier ſi ἐπαυτοφώρῳ deprehenſa ſit, criminis tenetur & pœnæ ſubjicitur etiamſi primum momentum conſuetudinis cum illo mæcho & reliquis circumſtantiis allegari non poſſint. Vide legem Deut. 22. & Levit. 20. cum Ioh. 8. v. 4. 5. Et jure civili adulterium verum determinatur, quod *ipſo facto conjux cum alio committit*, L. 225. de verb. ſignific. Cur ergo in ſpirituali adulterio idem locum non habeat? Modo Bethel probetur facta eſſe Bethaven, & abominatio ſtare in loco Sancto, nihil refert, per quem, quando, ubi, quomodo illud factum, modò conſtet de facto. Hic enim factorum lux non eſt ableganda, quam alibi Ianſenius advocat. Fur aut latro ſi domum alienam occupavit, ſi incendium partem civitatis vaſtaverit, nemo non factum credit, etiamſi ignotum ſit, qua fur intraverit, quando parietem perfoderit, aut per quem incendiarium, & qua hora, quæ palea aut ſtupa primum ignem conceperit. Si quem in fovea offendimus, non eſt anxie quærendum, an, quomodo & quando quis illuc ceciderit, ſed quomodo inde extrahi poſſit: quam ſimilitudinem Auguſtinus ſcite adhibet ad quæſtionē de propagatione peccati originalis. Samaritanus Luc. 10. hominem illum ut ſaucium & ſeminecem offendit & ut talem curat, quamvis non conſtaret, quis albus an ater, quando, quo mucrone, qua ſpatha, ex quibus inſidiis illum adortus eſſet. 2. Vt propius inſtem, ipſa ratio peccati, hæreſeos, & ſeductionis repugnat. Vt enim regnum Dei non venit cum obſervatione: ita nec regnum Diaboli. Et ut Spiritus Dei quo vult ſpirat, &c. nemo tamen novit, unde venit, aut quo vadat, Ioh. 3. Sic & vetus ſerpens venenum hæreſeos afflat, Scriptura vocat *profunda Sathanæ*, Apoc. 2. 24. & Μεθοδείαν τῆς πλάνης, πανȣργίαν ϗ κυβείαν τῶν ἀνθρώπων, Epheſ. 4. 14. id eſt, deceptionem erroris, verſutiam & nequitiam hominum, κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, 2. Cor. 4. 2. id eſt, occulta turpitudinis, & ſermonem qui paſcit inſtar gangrenæ, 2. Tim. 2. 17. & ſemen quod inimicus ſparſit, cum homines dormiunt, Matth. 13. 25. Et in myſterio peracta fuit Apoſtaſia & iniquitas illa, 2. Theſſ. 2. Et ſic peccatum primum Adæ & originale inde ad nos propagatum credimus, & ex effectibus ſentimus, etiamſi difficulter & vix obſcure explicetur nobis, quomodo Sathan etiam deceperit, quo traduce in nos corruptio derivetur, imo & præciſum tempus defectionis primorum parentum planè nobis incognitum ſit. Eodem modo ſe res habet in de-

fectione angelorum, qui originem ſuam non ſervarunt, & in veritate non manſerunt, Iudæ verſ. 6. Iohann. 8. 44. Tempus, modum, autorem primum tantę Apoſtaſiæ ignorare nos Deus voluit, quia ſcivit nos ab effectu & contagio triſtiſſimi lapſus abſterreri nihilominus poſſe ac debere. Phariſaiſmi originem, authorem, primum momentum etiam hodie quærimus, quem tamen inter ſectas deputare non veremur[a]. Et quot ſunt errores, quorum primum autorem & momentum hactenus nemo adverſariorum monſtravit? Inter illos vide mihi errorem Chiliaſtarum, & de Euchariſtia infantium, quibus doctiſſimi & piiſſimi patres cum impliciti fuerint, nihilo ſegnius à Pontificiis & nobis condemnantur. Itaque ſufficere hic debet, ſi quis oſtendat, à prima inſtitutione, origine & integritate ſua deſciviſſe aliquod dogma Eccleſiaſticum, quomodo Chriſtus, Matth. 19. *A principio non fuit ſic.* Ex actu & effectu de errore aliquo aut rei malitia ſtatuendum eſt, quicquid de ortu nos lateat. Hac methodo Paulus corruptelas in Eccleſiis, Corinthiaca, Galatica, reformat revocãdo eas ſolummodo ad primum veritatis principium ac originem, 1. Cor. 11. Gal. 3. 1. 2. 3. Papiſmus non eſt una hæreſis, uno tempore orta, ſed ſyſtema & corpus & quaſi Encyclopædia ſeu Pandora quædam errorum diverſis temporibus concepta & efformata, idque à diverſis autoribus. Æquè abſurdum eſt ergo, quærere de Papiſmi uno & ſimultaneo ortu, authore & ortus circumſtantiis, loco ſcil. & tempore, ac de ortu Paganiſmi, atque omnium rerum & artium bonarum ac malarum, de prima & inſtantanea mutatione curſus fluminis, & conſequenter de mutatione agri arcifinii, finiumque territorii, aut de efformatione membrorum humani corporis, quam nemo aſſequi & explicare poterit, juxta illud Eccleſiaſt. 11. verſ. 5. & Pſalm. 139. verſ. 14. 15. 16. aut de animatione fœtus tertio die, de quo nuper diſputationem evulgavit Medicus non ignobilis, aut de ortu ſquamarum ſerpentis, cui malitiam eleganter Nyſſenus comparat τὸ πολύτροπον τῆς κακίας. In Ep. ad Euſtath. *Quia varia & multiformis eſt vitioſitas*, &c. *per ſquamarum denſum ſitum vitiorũ multiplices modos ac formas characterizans.* Sufficit ex ſquamis anguem latitantem detegere & clamare: Cave anguem, etiamſi ortus ſquamarum aut ingreſſus in hortum nos lateat. Quod multo magis in Papatu locum habet, in quo ſinguli errores ea forma & gradu corruptionis, in quo nunc ſunt, ſimul haudquaquam apparuerunt (prout nec ſuperſtitiones, nec craſſæ, profanæ, obſcænæ & apocryphæ picturæ atque imagines, nec ſancti apocryphi, ſimul templorum culmen conſcenderunt[b]) ſed ſucceſſivè ex parvis initiis ad conſummationem perducti ſunt[c]. Non aliter ac per appoſitionem partium lapides creſcunt, aut ager occupatorius per alluvionem. Nemo repente factus eſt peſſimus. Adeo ut ridicule de magna illa mutatione philoſophetur Ianſenius pag. 43. Errori partibus ſuis completo ſuperaddita eſt tandem neceſſitatis opinio & coactio, tanquam gradus quidam eminentiæ. Quod in capitibus de cultu imaginum, de poteſtate Papæ, &c. jam ſæpius à noſtris oſtenſum eſt. Poſteri Iapheti, Nachoris, Iſmaelis, Lothi, Abrahami ex Ketura, Eſavi, ſi à populo Dei quæſiviſſent quando, ubi, per quem, qua Eccleſia, qua Synodo obſtante & condemnante Gentiliſmus noſter primùm ortus eſt? Hoc ni oſtenderitis, nos ſumus populus Dei, vos gentiles & alienigenæ. An Ianſenius illam conſequentiam probaret? 4. Papatus præcipui errores, quando concepti aut ſaltem conſummati & in lucem editi ſunt, idque ſub forma

neceſſi-

a Vide Scaligeri Elench. Trihæreſ. cap. 12. Et Druſium de Sectis Iudæor. lib. 2. c. 6. & 7. b Vide de iis Molanum de Picturis ſacris infra ſect. 3. c. 5. cit. c Sic Sadolet. ſect. 3. cap. 5. cit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

neceſſitatis ſeu dogmatis neceſſarii & quis ultimā manū addiderit, *Vltimus* enim *actus ſpecificat*. Iā ſatis ſuperq; ex antiquitatis monumentis obſervatū fuit à noſtris, Magdeburgenſibus, Pleſſæo, Riveto, Bullingero in libro de origine errorū, Chemnitio in examine Concilii Tridentini aliiſque. Et ſpecimen ejus exhibuimus in 8. articulis, ubi vide. Quin imo dicimus diſtributionem cœnæ ſub una ſpecie in dogma neceſſarium & Eccleſiaſticum primo Canonizatum & Eccleſiæ impoſitum fuiſſe à Concilio Conſtant. ann. 1415. Transſubſtantiationem à Concilio Lateranenſi ann. 1212. ut Scotus ingenuè fatetur[a]. Imaginum adorationem à Concilio Niceno ſecundo anno 788. *Primatum* Papæ ſpiritualem à Concilio Romano & Bonifacio anno 607[b]. Papæ poteſtatis in temporalibus uſus primo cæpit ann. 752. eandem poteſtatem tanquam de fide aſſeruit, & contra Imperatores exercuit Gregorius VII. ann. 1075. Quam lata differentia inter poteſtatem ejus limitatam in Concilio Niceno Can. 6. & intra terminos ſuburbicarios coarctatam, ut exponit Iuſtinus; & inter poteſtatem illam ſeculis poſt ſeptimum, cum impudenter nimis fimbrias dilataſſet[c]. 5. Ipſi adverſarii ſive intermediis ſive poſtremis ſeculis doctrinæ aliquam mutationem factam agnoſcunt & commonſtrant in Eccleſiis Imperii Romani, nominatim in Eccleſia Romana & Occidentalibus Romano Patriarchæ ſubjectis. De communione ſub utraque ſpecie Concilium Conſtantienſe, & omnes fere qui decretum Concilii defendunt. De Euchariſtia infantum Maldonatus & omnes recentiores, qui ejus controverſiæ meminerunt.

De vanis & *ſuperſtitioſis* erroribus qui impleverunt Officium B. Mariæ, [d] de multis incertis quæ irrepſerunt in Breviarium Romanum fatentur ipſi Pontifices; De *ſuperſtitionibus* quibus Miſſæ celebratio contaminata fuit, aliiſque quæ *vel avaritia idolorum ſervitus, vel ſuperſtitio induxit*, conqueritur Concil. Tridentinum, Seſſ. 22. cap. 9. de novis, erroneis, & ſcandaloſis dogmatis circa poteſtatem & officium Regum ac Pontificum apoſtolis & antiquitati Eccleſiaſticæ inauditis lux factorum (i. e. Ignes & Carnifices Pariſienſes) docebit Ianſenium, quandoquidem à Scripturarum tenebris abhorret. De autoritate & poteſtate Papæ ſupra Concilium in ſpiritualibus mutationem inſignem in poſtremo Concilio Lateranenſi factam teſtatur Cajetan. ep. dedic. in 2. 2. De voto cœlibatus ſic Ieſuita à Lapide in 1. Tim. 5. 12. *Quando hæc Solennitas voti cœperit eſſe impedimentum dirimens matrimonium, non adeò conſtat. Veriſimile eſt diverſis in locis diverſis temporibus cœpiſſe, ſed generatim à tota Eccleſia receptum eſſe ſub annum Domini* 1139. *quando ſub Innocentio ſecundo in Concilio Romano hoc impedimentum communi Epiſcoporum decreto ſancitum & conſtitutum eſt*. Iohann. Majerius tract. de differentiis ſciſmat. & Concil. in fine, putat in Eccleſia Latina primùm fuiſſe prohibitum matrimonium ſacerdotum à Gregor. VII. in Synodo ſcil. Romæ habita, quæ exſtat tom. 3. Concilior. part. 2. pag. 1285. edit. Binii. De adminiſtratione baptiſmi alligata tempori paſchatis & pentecoſtes per Papam Gelaſium Ep. 1. cap. 12. Vnde dependet dogma de neceſſitate baptiſmi. De creatione angelorum cum viſibili mundo definitum eſt in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. *Itaque cum ante ſine erroris nota licebat opinari contrarium, nunc non licet*, Teſte à Lapide in

a Refert de Scoto Bellarmin. lib. 3. de Euchariſt. cap. 23. b A Phoca primatum hunc Romæ collatum teſtatur Beda in Chronico. c Vide Molinæi *Nouveauté* pag. 1. cap. 7. Et Salmaſii Euchariſticon I. Sirmond. d Præfat. ad Breviar. & Offic. Mariana Reformata.

in Titum 1. Hæc ergo manifeſta mutatio.

De poteſtate Papæ temporali fatentur omnes Pontificii, qui illam doctrinam falſitatis & novitatis arguunt. Immo & defenſores Pontificum *infinitæ* pene poteſtatis, fatentur à Gregorio VII. initium duxiſſe. Onuphr. in vita Gregor. VII. Vide autem inter alios Barclajũ, & Sorbonæ Pariſienſis decreta, cenſuras, apologias, orationes Philippicas. Papa Gregorius VI. in epiſtola ſua, apud Baron. ad ann. 1083. n. 1. *Cum primitiva Eccleſia multa diſſimulaverit, quæ à ſanctis patribus poſtmodum firmata Chriſtianitate & religione creſcente ſubtili examinatione correcta ſunt.* Confer quæ de mutatione & defenſione Romanæ Eccleſ. notamus infra cap. 7.

Ferus in Iudic. cap. 8. *Quam multa inſtituerunt ſancti bona intentione, quæ tamen nunc videmus partim in abuſum, partim in ſuperſtitionem verſa. Exemplo ſint feſta, ceremoniæ, imagines, Miſſa, monaſteria. Nihil horum de intentione inſtitutum fuit, qua nunc habetur, & tamen Gedeones noſtri tacent, non abolent abuſus, non auferunt ſuperſtitiones.*

Reformationem ſuperſtitionum aut abuſuum ſancit, ſaltẽ optat ipſum Concilium Tridentinũ, circa Miſſas, Indulgentias, liturgiam & cantum Eccleſiaſt. Miſſas privatas; Reformationẽ circa multo plura meditabantur & urgebant Epiſcopi aliarum Nationum (præter Italos) imprimis Hiſpani. De quo vide Hiſtoriam Concil. Trident. Denique ſi pontifex poteſt abrogare & mutare Apoſtolica præcepta, credendum eſt illam poteſtatem in ipſo non ſemper fuiſſe otioſam. Ad quid enim illi data eſſet talis poteſtas? Quod autem illi data ſit talis poteſtas præter Canoniſtas & Scholaſticos alibi citatos, tenent recentiores: ſic enim Vaſquez n. 3. tom. 3. Diſp. 216. cap. 5. n. 60. *Licet concedamus hoc fuiſſe Apoſtolicum præceptum, nihilominus Eccleſia & ſummus pontifex potuerunt illud juſtis de cauſis abrogare. Neq; enim major fuit poteſtas Apoſtolorum, quam Eccleſiæ & Pontificis in ferendis præceptis.* Cardinalis Cuſanus in epiſtola ad Bohemos: *Si hodie alia fuerit interpretatio præcepti Euangelici, quam aliquando, tamen hic ſenſus nunc in uſu currens ad regimen Eccleſiæ inſpiratur, uti tempori congruus, & ſalutis via debet acceptari. Item ſi praxis Eccleſiæ uno tempore ſcripturam interpretatur uno modo, & alio tempore alio modo, non eſt mirum: nam intellectus currit cum praxi: intellectus enim, qui cum praxi concurrit, eſt Spiritus vivificans. Eccleſia igitur ſicut relegit Scripturam, ita interpretatur. Sequuntur igitur Scriptura Eccleſiam, quæ prior eſt, &c.*

VI. Quin imo nunquam quieſcit Papatus. Quotidie adhuc mutant, volvunt, revolvunt, adeo ut rectè illi, quod Fortunæ apud Boetium: De conſol. Philoſoph. lib. 2. proſ. 2. applicari queat: *Hi ſemper ejus mores ſunt, iſta natura. Servavit circa te propriam in ipſa ſui mutabilitate conſtantiam.*

Eſt enim Papatus inſtar turbinis, vel Protei aut Chamæleontis; Doctores ipſorum Academici, Sceptici, Pyrrhonii; Curiæ, Rotæ, & Scholæ, Libertiniſmus, contentio, contradictio mera. Adeo ut doctrinæ unitas ibi ſit qualis unitas aquæ fluminis perpetuo labentis; aut qualis loci Peripatetici; quem per *æquivalentiam* Scotus unum faciebat. Conveniunt ſaltem omnia ipſorum dogmata ſeu Mathematica & idealis Eccleſia in uno principio & fine. Principium eſt Papa, Curia. Finis eſt bonus & boni, divitiæ ſc. honores, voluptates. Vel per dichotomiam Eraſmi: *Corona* & *Venter*. Hæc unitas modo ſervetur, cætera non curant. Volumina περὶ τῶν ἀρεσκόντων, id eſt, de placitis non quinque, ſed

ſed infinita confici poſſunt,exemplo Plutarchi. Sed parcimus huic operæ. Cum ſolus Bellarminus circiter 200. variantes ſuorum ſententias annotaverit,& quotidie prodeuntes Commentarii in Thomam nihil fere aliud ſunt, quam Catalogi & labyrinthi contradicentium Theologorum. Ex noſtris jam diu hæc objecerunt Illyricus lib. de ſectis & diſſidiis Papiſtarum, Iuellus in apologia Eccleſ. Anglicanæ, Andreas Craſtovius in bello Ieſuitico,aliique. Et autores illi,qui Papiſtas ex Papiſtis refutarunt ut Mortonus in Apologiis Catholicis, Ferrius in Scholaſtico orthodoxo. Vide infra cap.9.in fine. Nullo obice, nulla compage declarationis aut deciſionis tenente, nec ſuæ nec alienæ;ſed eſt ibi proceſſus in infinitum illud Ariſtotelicum,cujus ſemper aliquid poteſt ſumi extra. Subjicit hic ſe Papæ,alter Eccleſiæ Romanæ ſeu Catholicæ, & tamen deciſionem,ſive Papę,ſive concilii mirabili viciſſitudine quiſque, cum manes opinionis ſuæ aut cauſæ patitur, ſibi & judicio ſuo ſubjicit, & ut ſervi olim die Saturnalium ita Domino ſuo imperant:& revera ex illo ſervum ſervorum faciunt, qui decreta & ſtatuta ſua ad omnium partium, omnium ordinum peculiares opiniones, conſuetudines, ſtatuta,privilegia applicare, aut ab iis abſtrahere cogitur,ut ſemper ſint medium participationis aut negationis extremorum: adeo ut cum quiſque Ieſuita, Minorita, Dominicanus, &c. proprium ſenſum & conſcientiam promit,miſero Papæ id non liceat, neque ut Papæ, neque ut Magiſtro noſtro, ſiquidem iſtorum notitiam aut conſcientiam aliquam habeat. Et ne quis temere hæc dici putet, oſtendat aliquis Papiſta, ſi poteſt, quid ſcilicet definiverit, docuerit, declararit, divulgarit Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV. Vrbanus VIII. de *libero arbitrio*,de Conſecratione in Euchariſtia; de gemina Monarchia Eccleſiaſtica Romana & Sicula; De Sanctis hypobolimæis; de *conceptione B. Virginis*, de *authentica vulgata verſione*, de *poteſtate temporali Papæ*, de *Spaſmo Mariæ*, De ſtigmatis Catharinæ Senenſis, de *Iacobi adventu in Hiſpaniam*. Vide lib. 2.ſect.2.cap. 15.& libr.3.ſect.3. cap.3.& ſect.1.cap.2. & libr.2.ſect.3.cap.ult. Vide ſtipulationem ab omnibus Cardinalibus ſubſignatam, ut futurus Papa controv. de libero arbitrio componeret apud Perron. in Ambaſſ. lib. 3. p. 321. Chriſtoph. à Capite Fontium de neceſſar. correctione &c. Ieſuitæ Salaſar volumen de Conceptione B. Virginis. Baronii tract. de Monarchia Siciliæ. Barclai libr. de poteſt. temporali Papæ ejuſque Antagoniſtam Bellarminum igni expiatum Pariſiis. Waddingum de legatione Philippi III. ad Paulum V. de controverſ. conceptionis Mariæ. Quibus Monaſteria, templa,ſcholæ,curiæ,fora jam annis aliquot perſtrepunt, uſque ad condemnationes,vincula,remos,proſcriptiones,librorum combuſtiones. Componat Papa iſtas lites, ſuccurrat parti laboranti & gementi, audiat querelas, audiat vota ſuorum. Definiat aliquid, ſi poteſt, ſi audet. Monuimus aliquid de ordinariis exceptionibus adverſus Papæ & Conciliorum decreta, hujus libr. ſect. 1. cap. 2. Currentes interpretationes, quibus omnem Patrum doctrinam, omnia antiquitatis & hiſtoricorum teſtimonia vexant & diſtrahunt. vide ibidem Cap. 7.

Reliqua ſive principia, ſive motiva & auxilia,ſive objecta, ſive actus fidei & religionis Romanæ idem fatum ſubeunt. Objectum religioſi cultus ſunt Sancti,reliquię, feſta, imagines,euchariſtia: at illud eſt indeterminatum, quotidie per alluvionem novorum ſanctorum ſe extendit, quotidie novi patroni magis faciles, magis efficaces exſpectantur. Sunt *Sancti,reliquiæ* ſancto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

rum, *imagines & picturæ ſacræ*, de quibus dubitatur, & tamen ad adorationem publicè proponuntur. In adoranda Euchariſtia tam incerti ſunt ac Samaritani, qui *adorabant quod neſciebant*. Iohan. 4. Vide de Idololatria Papatus in adoratione hoſtiæ Theodor. Simonis Berchſted-Holſati pecul. tract. De ipſo actu Invocationis Sanctorum nihil certi habent, ſed ſupernatat tota illa devotio & religio diſputationibus Doctorum, qui *cum mille modis difficultatem illius explicare conentur, novæ quotidie quæſtiones emergunt*, ait Ieſuita Vaſquez. Et ita ſe res habet in adoratione imaginum, ad quam cum compellant plebem ſuam Doctores, ipſi tamen non credunt. De adoratione Imaginum Zvvarezius in 2. 2. diſput. 54. ſect. 4. ad quæſt. 25. artic. 3. Laici ac ſimplices Monachi & moniales imprimis prætenſis miraculis, apparitionibus, revelationibus attendunt. Sed quid ibi certi, vel ſi autores canonizati, & revelationes ab Eccleſia Romana approbatæ eſſent? Excipiunt enim DD. I. An ſint iſtius Sancti ſeu revelationis verba, quæ proferuntur; an vero ab hominibus ſtudio partium adjecta, id eſt, an non falſificarunt dicta Sanctorum. II. An ipſe Sanctus ſeu Sancta revelationibus divinis non addiderit aut miſcuerit opinionem ſuam propriam à Deo minime revelatam. III. An Sancti vel Sanctæ divinis revelationibus aſſueti non putaverint errore quodam hoc punctum etiam fuiſſe ex revelatione, quod tantum eſſet ex propria opinione. IV. An quis non fuerit deceptus à Diabolo; ita ut putaret & prætenderet divinam revelationem aut apparitionem, cum eſſet diabolica illuſio. V. Revelationum iſtarum inveſtigationem eſſe arduam, certitudinem tantum eſſe moralem, diſcretionem conjecturalem, fidem humanam. Vide has exceptiones apud Delrionem lib. 4. cap. 1. quæſt. 3. ſect. 4. per totum, imprimis pag. 510. 511. & Malderum in 2. 2. tract. 10. cap. 8. Toletum lib. 4. cap. 1. Atque hæc tamen eſt unitas & perfecta concordia in Papatu. Quippe cum ſtrenue in ſuggeſtis, in Scholis & dentatis chartis pugnaverunt, judicio tandem Romanæ Eccleſiæ ſe ſubjiciunt, & ad eam omnes provocant. Azorius Inſtitut. Moral. tom. 1. lib. 8. cap. 16. *Si liber ſit hæreſi infectus, quam Titius ex inſtituto probat, ſcienter contra Eccleſiam, tunc tanquam hæreticus poteſt jure damnari, tametſi in eo libro profiteatur ſe credere quidquid docet Eccleſia, & paratum ſe eſſe ad emendandum & corrigendum errorem.* Hoc primarium eſt effugium. Quaſi quis dicat, concordiam eſſe inter Bayum & Dn. Santaldegondium: inter Noſtros & Remonſtrantes, Anabaptiſtas, Photinianos, quia utraque pars Scripturæ tanquam principio & judici ſe ſuaque ſubmittit. Cur Ianſenius objicit hiatum inter Nos & Lutheranos, cum utrique ad Sacram Scripturam imò & legitimum Catholicæ Eccleſiæ Concilium, quando haberi poteſt, controverſiam noſtram referamus? Alterum effugium eſt, quod diſſenſio ſit circa opiniones Doctorum & placita Scholarum; non dogmata fidei & Eccleſiæ, velut Ieſuita Gauda diſtinguit: In furioſo libello contra miniſtros Sylvæ-Ducenſes, Belgica lingua edito. *Diſſentiunt Lovanienſes à me in theologia, ſed non fide.* Sed quis definivit *theologiam* ſeu *opinionem*, ut à *fide* diſtinguitur? Et quis juxta definitionem diſtinxit *opiniones liberas* & *articulos fidei* & utroſque enumeravit, quæ ſententia & deciſio Papæ aut conſenſus ſaltem doctorum hic intervenit? Quis, quomodo verſatilem hunc Proteam ſtringat? quis Mercurium Romanum, argentum hoc vivum fixabit? Modo enim numeroſa faciunt dogmata fidei, articulos neceſſarios uſque ad caudam canis Tobiæ, ut

a Vaſquez diſput. 108. cap. 1.

ut citat Rivetus Cathol. Orthod. tom. 2. pag. 117. Modo maximè neceſſaria ad opinionis balneum detrudunt, uſque ad materiam & formam ſacramentorum. Quam nullam certam, certa fide definitam & ab omnibus receptam monſtrare poſſunt! Vnde infero religionem & Eccleſiam ipſorum non credere aut habere fide divina (cui non poteſt ſubeſſe falſum) aliquod ſacramentum, quia non habent veritatem & eſſentiam alicujus ſacramenti. Probatur, quia non habent materiam & formam, quæ conſtituunt eſſentiam rei. Oſtendat quęſo per omnia ſecula ab Apoſtolis uſque ad Lutherum ſucceſſionem, Catholiciſmum lubricæ, vagæ, deſultoriæ, verſatilis, quæſtionariæ, quodlibeticæ, libertinicæ, omniformis & vexatę ejuſmodi Theologiæ, qualis proximis ante Lutherum ſeculis ſcholas omnes occupabat. Oſtendant etiam antiquitatem Apoſtolicam, Catholiciſmum, ſucceſſionem *faciei* ſeu potius larvæ illius, quæ in publico cultu, agendis Eccleſiaſticis, concionibus, religionis exercitiis & devotionibus tam plebis quam cleri, imprimis monachorum & monialium tunc oſtentabatur, & credemus jam inde ab Apoſtolis Eccleſias Occidentales fuiſſe Papiſticas.

VII. Deniq; ut liberaliter agamus: Dicimꝰ neque ab Eccleſiis Apoſtolicis, neq; ab Eccleſia primitiva primis ſex ſeculis per totum mundum, neque ab Eccleſia Catholica in Imperio Romano, nec quidem ab Eccleſiis Occidentalibus aut maxima earum parte per potiora ſuffragia & talem qualem repræſentationem, Papiſmum formaliter ita dictũ (nam de fundamentali Chriſtianiſmo & Catholiciſmo nulla eſt quæſtio) fuiſſe creditum, traditũ, dogmatizatũ tanquam de fide, & præciſè ad ſalutem neceſſarium, aut ſaltem in iis locum inveniſſe, tanquam currentem paſſivam Theologiã, aut doctorum ac theologorum placita. Provoco Ianſenium cum ſociis, ut oſtendat ſi poſſit, in ullis Imperii Romani Conciliis Oecumenicis (in quibus ſolemnis profeſſio, repetitio & confirmatio Chriſtianæ & Catholicæ fidei facta eſt) dictum Papiſmum fuiſſe definitum, promulgatum, Eccleſiis impoſitum, aut de novo ſtabilitum. Rurſum provoco alium, ut prædicti Papiſmi profeſſionem probet ex Catholico conſenſu patrum & doctorum per ſingula ſecula, aut ſi hoc non poſſit, ſaltem per omnia collectivè. Si hoc fecerit, habebit reſponſum noſtrũ. Quod ſi vel aperte, vel tectè, ſilentio, præteritione, aut caſco effugio impotentiam ſuam faſſus fuerit, jam rurſum illum provoco ut oſtendat confeſſores & doctores, qui viva voce, apologia, ſcriptis; martyres iſtius temporis, qui ſanguine ſuo Papiſmum conſignarint: ullos adverſarios, diſputatores ſive Iudæos, ſive Ethnicos, ſive hæreticos, ſive ſciſmaticos, perſecutores tyrannos, ſive domeſticos, ſive extraneos, qui dictum Papiſmum Chriſtianis & Catholicis objecerint, impugnarint, ut Chriſtiani hoc paſſi ſint, & defenſionem oppoſuerint quomodo Trinitatem perſonarum, Chriſtum θεάνθρωπον ſervatorem, ejuſque vitam, mortem, doctrinam, miracula, reſurrectionem mortuorum, baptiſmi lavacrum, aliaq; Chriſtianiſmi & fidei myſteria ab adverſariis in ludibrium & opprobrium objecta, libenter ab illis ſuſcepta & defenſa videmus. Si adverſarius hoc non audit, ut alio utar compendio & lege talionis retundã confidentem ipſius p. 463; & Ieſuitæ Cãpiani, Coſteri exprobrationẽ dico: NVLLA ECCLESIA, NVLLVS DOCTOR, NVLLVS MARTYR, NVLLVS CONFESSOR, NVLLA FAMILIA, NVLLVM DENIQVE ECCLESIÆ MEMBRVM SIVE IN OCCIDENTE, SIVE EXTRA OCCIDENTEM PRIMIS SEX SECVLIS FVIT PAPISTA: Vbi *tunc erat Papiſtica fides & Eccleſia?*

Ianſenius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Ianſenius, qui doctrinæ & Eccleſiæ Papali antiquitatem & ſucceſſionem aſſerit, hoc probet ex factorum luce, ex antiquitatis monumentis. Si declinat (de quo vix dubito) jam non tantum Scripturarum, ſed & Patrum atque antiquitatis omnis Lucifugam illum proclamo.

Poſſem addere, fiducialem hanc aſſertionem: Nulla Eccleſia Romana, nullus Epiſcopus Romanus non tantum non fuit Papiſticus; ſed nullus fuit Epiſcopus Romanus, cujus ſcripta aut decreta aliqua ſuperſunt, qui non manifeſte in aliquo dogmate Anti-Papiſtam ſe oſtenderit, unde multiplex in ſede Romana mutatio perſpicuè deprehendatur. Anacletus anno 103. improbat Miſſas privatas; Leo Magnus anno 440. ſatisfactiones humanas; Gelaſius ann. 492. contr. Eutych. & Neſtor. tranſubſtantiationem; Idem communionem ſub una ſpecie; Gregorius Magnus ann. 600. adorationem & cultum imaginum; Idem Papæ univerſale Magiſterium, alioſque Papiſmos. Adeo ut Romana Eccleſia nunc Romanam Eccleſiam quærere tantundem ſit, ac Conſtantinopoli nunc quærere antiquum imperium Conſtantini, aut Athenis navem Theſei; quæ cum paulatim inſtaurata eſſet, nihil remanſerat ejus quod ab initio fuerat; & tamen placebat Philoſophis quibuſdam, eandem numero navem qua in Cretam vectus Theſeus, illam dicere. [a] Quod ſi iſta ratione præſens Romana antiquæ ſucceſſiſſe, & abſque mutatione in eodem toto, trunco, ſpecie perſtitiſſe dici debeat, per nos licet. Sic tamen, ut pari ratione in eodem trunco, radice, & religione perſtitiſſe dicantur poſteri Iſmaelis, Eſaui, & filiorum Abrahami ex Cethura, quia primi progenitores eorum veram fidem à Deo acceptam in Eccleſiis ſuæ familiæ & ætatis quique profeſſi erant & tradiderant, & ſucceſſores eorum nucleo deperdito aut putrefacto, corticem ſervaverant.

Poſtremo, quidquid ſit de annotatis ſyllabæ, articuli, capitis uniuſcujuſque mutationibus; annotata, prædicta, & promulgata fuit religionis & Eccleſiæ univerſalis ſucceſſiva defectio & prolapſus in deterius per ſingulas ætates. Imprimis in ipſa Eccleſia Romana exſtitere Clerici qui fideles præmonerent, qui matrem arguerent, qui Antichriſtum venturum metuerent aut adeſſe ſuſpicarentur, qui inſtaurationem eccleſiæ ſuſpirarent. Videantur in Pleſſæi Myſterio, Vſſero, & Catalogo Teſtium Veritatis, nomina Gregorii Magni, Pauli Diaconi, Bedæ, Caroli Magni (in cujus querela in præfat. ad libr. de Imaginibus doctiſſ. quoſq; Imperii Occidentalis Clericos audiri credimus) Walrami Naumburgenſis, Gerhohi Reicherſpergenſis, Bennonis Cardinalis, Theodorici de Nyé, Arnulphi Aurelianenſis, Ioachimi Abbatis, Bernardi, Eccleſiæ Leodienſis, Honorii Auguſtodunenſis, Roberti Galli, Michaelis Ceſænatis, Occhami, Gerſonis, Petri de Alliaco, Gulielmi de S. Amore, Nicolai Clemangis, Savanorolæ, Alvari Pelagii, Petrarchæ, & ſimilium qui poſt ſextum ſæculum uſque ad Lutherum floruerunt. Adde Hiſtoricos ibi paſſim citatos, Faſciculum temporum, Matheum Paris, Iohannem Aventinum, Sigebertum, Vrſpergenſem, Aimonum, Flodardum, ipſum etiam Baronium & Genebrardum de ſæculo decimo teſtantes, Faſcic. temporum, &c. Quod ſi quælibet Natio Occidentis, Gallica ſcilicet, Britannica, Hiſpanica, Germanica, &c. colligat Theologiam ſuam ex domeſticis Doctoribus, Conciliis, Capitulis, Regum & Principum edictis & reſcriptis, hiſtoriis, ἀνεκδότοις adhuc Eccleſiarum & monaſteriorum monumentis, videbunt ne ſequioribus quidem ſæculis ſeptimo, octavo,

[a] Vide de navi Theſei, cumqua optime Romanam Eccleſiam comparamus, Bodinum de Republ. lib. 1. cap. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

octavo, nono, obtinuiſſe apud ſe Romano-Papiſmum; Vide cap. 6. in fine & magnam ab illo tempore in Eccleſiis ſuis per Romani Præſulis uſurpationem, factam eſſe mutationem. Cujus mutationis infallibile indicium eſt, omnium Nationum poſtulata, ſuſpiria, gravamina, clamores de Reformatione in doctrina & moribus, in religione & diſciplina, quam Pontifices & Concilia [a] ſubinde liberaliter promiſere, ſed בלב ולב id eſt, *in corde & corde*, Pſal. 12. ut ſolent operarii doloſi.

VIII. Hæreſes aperte articulis fidei oppoſitæ, & directe eos tollentes, ut Manichæorum, Arrianorum, Sabellianorum, Neſtorianorum &c. facilius obſervantur, quam quæ per hypocriſin, mendacium & iniquitatem myſticam (id eſt, *pietatis nomine palliatam*, ut habet gloſſa in 2. Theſſal. 2.) clanculum irrepunt. 1 Timoth. 4. cum 2 Theſſ. 2. Quamvis etiam tales ab hominibus iſtius ætatis ſatis obſerventur, tamen haut æquè facile demonſtrantur ab illis qui ſæculis aliquot pòſt in alio orbe victuri ſunt, propter ſcriptorum defectum, jacturam, contradictionem &c. ut ſect. 1. cap. 7. oſtendimus. Quod adverſarii mecum fatentur, ſi quæram, Per quos, quando, & ubi ſinguli errores illi ſeu hæreſes, quas ſuo ſenſu deprehendunt & condemnant in Græcis, Moſchovitis, Bulgaris, Armeniis, Syris, Circaſſiis, Georgianis, Cophtitis, Abaſſinis, primum exorti & propagati ſint? Quis Papa eos per legitimum & canonicũ proceſſum condemnaverit tunc temporis, cum in Eccleſiis illis primum innoteſcerent? Rurſum ſi quærã, Cur mutationem illam non obſervarunt, & ex obſervationibus antiquorum nobis non demonſtrant certam originem *Cardinalium, Miſſæ privatæ, Indulgentiarum, Sabbathi Mariani, Cœlibatus Clericorum, Patrimonii Petri, Communionis ſub una ſpecie?* Nihil reſpondere poterunt, quam omnia illa in ſæculo Varronis ἀδήλῳ, in tenebris & cauſis inviſibilis Eccleſiæ, in chao & inani Æonum, aut atomorum (quas de novo Philoſophi quidam Lovanii nunc ſuſcitant [b]) cubare; *pedetentim* (ut loquitur Roffenſis) metum & fidem purgatorii invaluiſſe, inde remedium Indulgentiarum quæſitum. Vide Gregor. de Valent. de legitimo Vſu Euchariſtiæ cap. 10. Roffenſis aſſert. contra Lutherum articul. 18. Cajetan. opuſcul. tom. 1. tractat. 15. de Indulgent. cap. 1. Scriptores de donatione Conſtantini, de Cardinalibus, de Miſſis privatis, de Communione ſub una ſpecie, de Cœlibatu Clericorum quos alibi citamus; Auguſtin. Wichmans de Sabbathiſmo Mariæ. Superioribus illis addo, de lingua ignota in ſacris; quæro quando illa in Italia, Hiſpania &c. primum cœperit, hoc eſt, quando lingua Latina primum ibi vulgaris eſſe deſierit, & vulgaris Italica, Hiſpanica, Gallica ſucceſſerit. Hic non unius ſyllabæ mutatio, ſed infinitarum, non in angulo aliquo ſed in auribus omnium facta eſt. Et, ut recte Eraſmus ad Cenſuras Pariſienſ. tit. 12. ſect. 41. *Lingua vulgaris populo ſubtracta non eſt, ſed populus ab ea receſſit.* Si quis originem tantæ mutationis poſt Lipſii & aliorum generales conjecturas, accurate deſignet, erit nobis Magnus Apollo: nec dubitamus quin nomen ipſius in Mithridate Greſneri, aut Dureti theſauro linguarum rubro ſignandum ſit.

IX. Monſtroſo illo poſtulato aciem noſtram directe & à fronte invadentem ſiſtere aut tardare nequeunt, niſi iſta præſupponant: *Primo*, Papatum unum eſſe errorem, unam ſignatam hæreſin aperte & directe articulo alicui fidei repugnantem, atque adeo uno tempore, ab uno autho-

[a] Alexand. V. & Concil. Piſanum ann. 1411. 1423. [b] Vide Præfat. Froymundi ad libr. de Sectione continui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

authore, certa in ſede & loco exortam. *Secundo*, Hæreſes, apoſtaſias, & corruptelas Chriſtianiſmi, ſimul cœptas & perfectas eſſe, unum eundemque hominem ædificii fundamenta jeciſſe & ad faſtigium perduxiſſe; qui propterea digito monſtrari poſſit: non aliter ac lux in inſtanti ſe diffundens, aut caſtelli, palatiive alicujus ſpectrum à diabolo in aëre ſubito efformatum. *Tertio*, Hæreſes ut hæreſes à fraudulentis ſeductoribus, publicè & apertè coram facie totius Eccleſiæ, aut Concilii aut Capituli, aut Ordinarii Epiſcopi ſemper proponi, abſque ambiguitate, diſſimulatione, tergiverſatione: ut ſtatim ab Epiſcopo aut Papa quovis quamvis indoctiſſimo & ſecuriſſimo hoc animadverti poſſit, & de plano contra hæreticum ejuſmodi proceſſus formari. Atque ita rei geſtæ hiſtoria ab Hiſtoricis fide dignis, extra factionem poſitis accurate conſcribi, & in perpetuam rei memoriam fideliter cuſtodiri. Sic ſcilicet factitabat Arius, ſic Incruſtatores Ariminenſes. Sic Monothelitæ, &c. & ſic paſtores omnes, imprimis paſtor paſtorum Liberius, & Honorius aliique primas unius ſyllabæ mutationes è veſtigio, & quaſi ſimultaneo egreſſu obſervarunt. *Quarto*, Epiſcopos omnes aut pleroſque, imprimis Papas Romanos perpetuo ita vigilaſſe pro grege, & ſtetiſſe in ſpecula, ut nulla mutatio, nulla depravatio Eccleſiæ ipſorum obrepere potuerit, quin illi ilico perſentiſcerent, & ſigno dato Eccleſiam ſuam excitarent, lupos arcerent, & teſtimonium veritati perhiberent, adinſtar militum ſcilicet, qui Chriſti corpus ſe dormientibus à diſcipulis ablatum dicebant. Hanc enim curam & vigilantiam Paſtorum in Occidentem perſuadent nobis Biſhopus & ſocii: non obſtante ferreo & mortifero illo ſæculo, quo Chriſtum dormiiſſe, & à nemine excitatum, & Epiſcopos Papis apotacticis, apoſtaticis, monſtris, nec ſuam, nec aliorum ſalutem curantibus ſimillimos fuiſſe conqueruntur Baronius, Genebrardus, aliique Iannizeri Papales[a]. *Quinto*, nullum moliri mutationem in Eccleſia aut doctrina Eccleſiæ, niſi Doctorem aut alium aliquem Clericum Formaliſtam titulo, colore, ſede, miniſterio, ſtudio, opere, geſtis tam celebrem, tam in luce & oculis omnium poſitum, ut neminem, cujus ſcilicet intereſt, latere poſſit: Nullos obſcuros, nullos tenebriones, nullos ſolo ſimplicitatis, ignorantiæ, plebejæ devotionis ſimulacro illudentes, aut infra curam atque iram Majorum poſitos, cujuſcunque ſexus & ſtatus, unquam Eccleſiæ integritati inſidiatos: Quaſi ſcilicet ipſi non fateantur multos abuſus à paucorum, deinde plurium & maximæ partis in plebe devotione, aut in devotione ſeu negligentia (volentibus nolentibus Paſtoribus) inundaſſe, atque ita in legem nunc tranſiiſſe. Sic enim Miſſas privatas Hardingus contra Iuell. ad articul. 1. ad nullam aliam refert originem quam ad *defectum devotionis in populo*. Sic communionem ſub una ſpecie cœpiſſe *non decreto alicujus Epiſcopi, ſed uſu Eccleſiæ*. Quæ autem illa eſt Eccleſia, quæ nec Epiſcopi ſint, nec Epiſcopos Anteceſſores habeat? *& conſenſu fidelium*, ait Valentia loc. cit. ubi addit: *Minime conſtare quando primum conſuetudo ea vigere cœperit in aliquibus Eccleſiis*. Ita ſenſim ſine ſenſu à multitudine, à prava conſuetudine, à malis ſed doloſis operariis unus poſt alium inclinati, illecti, tracti, & quaſi narcotico quodam ſopiti ſunt Paſtores, ſæpe etiam quaſi torrente nolentes abrepti & coacti. Vides jam vigilantiam paſtorum, vides antiquitatum & originum

a Vide deſcriptionem iſtius ſæculi, infra cap. 7. in fine.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

originum omniſcientiam & facilem ſcientiam; vides ſyllabas omnes minimæ mutationis conſignatas ab antiquis & à recentioribus Pontificiis nunc recenſitas; vides quo jure illi, qui propria ſua ignorant, qui authores tamen & ſcriptores rerum ſuarum ſuperſtites in manibus & clauſtris tenent, à nobis & rerum ſuarum & noſtrarum ſeriem hiſtoricè contexi poſtulent, jam inde à primo prima cujuſque origine, ſic ut dici poſſit

Et gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.

Quibus ſtolidis & inſulſis poſtulatis applicare poſſumus illud Arnobii adverſus Gentes libr. 2. *Nec ſi nequivero cauſas vobis exponere, cur aliquid fiat illo vel illo modo, continuo ſequitur, ut infecta fiant, quæ facta ſunt.*

Ignoſcat quæſo lector, quod ſtolidiſſima hæc effugia & præjudicia, quibus turpitudinem ſuam velare ſolent lucifugæ, tam operoſe perſequar, ut ſimul & ſemel in nihilum ea redigam, atque ita ad juſtum conflictum de capitalibus fidei controverſiis campus nobis aperiatur juxta methodum Tertulliani: Præſcript. adverſ. Hæreſ. cap. 32. *Ipſa doctrina eorum cum Apoſtolica comparata, ex diverſitate & contrarietate ſua pronuntiabit, neque Apoſtoli alicujus eſſe, neque viri Apoſtolici.*

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT IV.

Probatur ſucceſſio Eccleſiæ Reformatæ ante Lutherum, cum in genere, tum etiam in ſpecie, à temporibus VValdenſium.

SVCCESSIONEM diſtinximus * in realem & in perſonalẽ ſeu localẽ, per ſeriem ſcilicet Epiſcoporum ſibi continuo ſuccedentium, ut explicant Pontificii. Hujus demonſtrationem ad veritatem fidei & Eccleſiæ non eſſe neceſſariam jam ſatis probavimus; itaque de ea nobis vindicanda magnopere non laborabimus. Quamvis ininterruptæ ſucceſſiones Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Angliæ, Epiſcoporum Germaniæ ut Magdeburgenſis, Hallenſis, Bremenſis &c. non minus quam Romanorum habeantur, ex parte etiam in vulgus editæ ſint. De reali ergo ſucceſſione Eccleſiæ noſtræ imprimis agendum, quo probetur fuiſſe in mundo Eccleſiam noſtram, neque hodie aut heri in Saxonia, aut è lacu Lemano emerſiſſe. Probationi illi hæc præcognoſcenda præmitto.

Primò. Per Eccleſiam Reformatam ſeu Proteſtantium non intelligo eam quæ expreſſo illo titulo & notione ab aliis cœtibus fuit diſtincta, ſed quæ conſanguinitate, & profeſſione ejuſdem doctrinæ (quod ad fidei articulos) veraque communione Eccleſiaſtica eadem fuit cum noſtra Reformata; quomodo moderna Papalis convenientiam jactat cum Eccleſia antiqua, quamvis Eccleſia tunc temporis titulum Romano-Papalis ſeu Catholico-Romanæ ignoraret.

Secundò. Veram & Catholicam doctrinam cum dico, diſtingui volo diſciplinã & ceremonias à dogmatis; & in dogmatis quæſita & placita Scholarum, ſeu priva-

* Cap. 50. & 52. 53.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tas opiniones Doctorum ab articulis fidei neceſſariis, communi Eccleſiarum fide amplectendis; quomodo adverſarii noſtri, & ipſe Ianſenius ſollicite ea diſtinguit cap. 4. pag. 35. & imprimis in appendice Alexipharmaci Gallicè edita[a]. Rurſum ea quæ præſcribit Eccleſia primitiva, in duplici differentia ſunt. Quædam de jure divino, quædam de jure poſitivo. Alia ut abſolute ad fidem, religionem & ſalutem neceſſaria; alia ut utilia, & ad bene eſſe. In neceſſariis & ex jure divino præſcriptis eſſentia Chriſtianiſmi & Catholiciſmi conſiſtit; in reliquis non item, quæ idcirco ſucceſſu temporis mutari & refingi poſſe Papalis eccleſia concedit, & exemplo ſuo confirmat, ut alibi oſtendimus. *Sanctorum patrum conſenſio non in omnibus divinæ legis quæſtiunculis, ſed ſolum, certe præcipue in fidei regula magno nobis ſtudio inveſtiganda & ſequenda*, inquit Lyrinenſis. Primum argumentum eſt tale:

Vera & genuina Chriſti Eccleſia fuit & debuit eſſe ſucceſſive à temporibus Apoſtolorum, ante & uſque ad tempora Lutheri. Sed noſtra Proteſtantium Eccleſia jam dicta Reformata eſt vera. Ergo.

Major probatur ex perpetuitate veræ Eccleſiæ, quæ utrinque eſt in confeſſo, & quam perpetuo adverſarii urgent. Ergo. Minor adverſario neganda eſt. Aliam in forma reſponſionem adferre non poteſt, etiamſi cœlum terræ miſceat, modo ab oratoriis exclamationibus & extravagantibus ad Logicam diſputandi methodum revocetur, quod noſtro omnium applauſu ſuis imprimis præſcribit Ieſuita Coſterus in proleg. Enchirid. Si nobis coràm cum adverſario agendum, illo argumento firmiſſime conſtrictus tenetur, ut aut in ipſarum controverſiarum tractationem de vera Eccleſia ejuſque notis, &c. porro nobiſcum deſcendat, aut aperte fateatur, ſe ad argumentum propoſitum reſpondere nec velle, nec poſſe: quomodo in diſputatione Anglicana anno Domini 1624. ad argumentum hoc reſpondere detrectarunt Ieſuitæ. Qua confeſſione extorta poſſemus illum triumphatum dimittere, aut ex ſuperabundanti alia ſuccidanea argumenta huic palmario adjungere. Minorem ſi neget, ita probamus.

Eccleſia quæ veram & Catholicam fidem Chriſti & Apoſtolorum tenet ac conſervat, atque adeo primitivæ Apoſtolicæ eſt conformis, eſt vera & genuina Chriſti Eccleſia:

Sed noſtra Eccleſia veram & Catholicam fidem tenet, &c. Ergo.

Major probatur, 1 Timoth. 3. verſ. 16. & Ioh. 10. verſ. 27.

Vel ſic: Eccleſia cui omnes proprietates eſſentiales veræ Eccleſiæ competunt, eſt vera Eccleſia: Sed noſtræ Eccleſiæ competunt. &c. Ergo.

Quicquid hic reſpondebit adverſarius, volens nolens ad doctrinarum examen compellitur.

Idem argumentum hac forma proponi poteſt.

Illa Eccleſia, quæ habet verum Chriſtianiſmum, fuit ante Lutheri tempora.

Sed noſtra Eccleſia habet verum Chriſtianiſmum. Ergo.

Major probatur. Quia ubi eſt verus Chriſtianiſmus ibi etiam eſt vera Eccleſia, neque hæc à ſe invicem ſeparari poſſunt. Minor probatur ex inductione partium veri Chriſtianiſmi, quas poſitive inveniri in Eccleſiis jam inde à tempore Apoſtolorum, ne adverſarii quidem inficias ibunt. Quod ſi excipiant dicendum illis, quinam articuli ad eſſentiam Chriſtianiſmi adhuc

[a] Scholaſtici in Magiſtrum & Thomam de Sufficientia & articulis fidei; & Commentatores in 1 Corinth. 3. Auguſtin. epiſt. 157. & contra Iulianum lib. 1. cap. 6. Vincent. Lyrinenſ. in commonitor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

hic deſiderentur; ſi reſpódeant, ut quidem reſpondere debent, etiam Papiſmos illos, (quos è regione collocamus) ęque aut magis conſtituere Chriſtianiſmum, aut eſſe de ejus eſſentia, quam dictos articulos fidei Chriſtianæ, jam illi tenentur ad probationem. Quod ſi rurſum hic progredi detrectent, aut de ipſis fidei controverſiis examen inſtituere, poſſumus triumphatos illos dimittere. Sed tamen ex ſuperabundanti falſitatem & novitatem Papiſmi in Octo articulis probavimus, in reliquis probaturi, ſiquidem illis ita viſum; modo hoc certamen ſubire auſi in primas illas copias impetum fecerint. Alioquin deficiente ipſis juſta probatione & defenſione, actum eſt de doctrinæ Papalis veritate, antiquitate, ſucceſſione, Catholiciſmo.

SEQVITVR PARALLELISMVS

Chriſtianiſmi & Papiſmi.

Catholico-Chriſtianiſmus Reformatorum, qui ita ſimpliciter ex ſcriptura, & primæ antiquitatis conſenſu probari poteſt, & quem adverſarii rejicere non audent, quique omni tempore fuit & ſucceſſit in Eccleſia tanquam ad ſalutem neceſſarius.

1. Vnus verus Deus, Pater, Filius, Spiritus Sanctus religioſe colendus, invocandus.

2. Vnus Sponſor & mediator noſter apud patrem Chriſtus θεάνθρωπος.

3. Sacrificium Chriſti propitiatorium pro nobis in cruce oblatum in plenam remiſſionem peccatorum.

4. Iuſtificatio peccatoris coram Deo ex mera miſericordia, propter perfectam obedientiam & juſtitiam Chriſti, viva fide apprehenſam.

5. Plena remiſſio peccatorum à Chriſto impetrata reſipiſcentibus & credentibus Euangelio promiſſa, & per fidem ipſis collata atque applicata.

6. Vera reſipiſcentia confitens cum dolore Deo peccatum, deſiderans gratiam Chriſti, & vitam ſerio emendans.

7. Sacra Scriptura infallibilis fidei & vi-

Excreſcentia, ſeu malum accidens, hoc eſt Romano-Papiſmus, qui neque ſimpliciter, prout jacet, neque cum ſolitis diſtinctionibus & limitationibus Pontificiorum ex Scriptura, & primæ antiquitatis aut Eccleſiæ conſenſu probari poteſt tanquam ſimpliciter ad fidem & ſalutem neceſſarius.

1. *Creaturæ, ut angeli, homines ſancti, religioſe colendi, invocandi.*

2. *Sancti mediatores noſtri apud Deum, quorum meritis precibuſque gratiam Dei & precum exauditionem conſequimur.*

3. *Sacrificium Sacerdotis, quo ſub ſpeciebus panis & vini offert Chriſti corpus & ſanguinem ex pane & vino ſubſtantialiter factum per conſecrationem, idque in remiſſionem peccatorum pro viventibus & mortuis.*

4. *Iuſtificatio ex merito propter opera ab ipſo homine ſecundum legem præſtita.*

5. *Remiſſio peccatorum per proprias ſatisfactiones & indulgentias Romani Pontificis impetrata atque applicata.*

6. *Ad eſſentiam veræ pœnitentiæ requiritur confeſſio auricularis, ſatisfactio operis & abſolutio ſacerdotis, ſine qua vera fides ad ſalutem non proficit.*

7. *Traditiones non Scriptæ fidei regula æquè*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

tæ regula, in iis quæ ad ſalutem omnibus fidelibus neceſſaria ſunt.

8. Baptiſmus & Cœna ſacramenta Novi Teſtamenti.

9. Sacramenta exhibent & conferunt gratiam verè fidelibus ex vi promiſſionis divinæ tanquam certiſſima ſymbola & ſigilla.

10. Bona opera ex præſcripto legis præſtita, caritate in Deum & proximum comprehenſa.

11. Precatio in ſpiritu & veritate cum jejunio, medium eſt, quo omnia mala avertimus, omnes benedictiones conſequimur.

12. Deus cultu tum naturali tum inſtituto colendus, idque in ſpiritu & veritate juxta præſcriptum ſacrarum literarum.

13. Eccleſia una, Apoſtolica, Catholica, Sancta, in una fide & Spiritu coadunata, cujus fundamentum, ſponſus, caput Ieſus Chriſtus, extra quam nulla ſalus.

14. Quatuor noviſſima: Mors, Iudicium extremum, Vita æterna & Pœnæ infernales.

VT hæc pars genuini Chriſtianiſmi, quam ex ſcripturis & antiquitatis conſenſu probare parati ſumus, & ex parte ſuprà probavimus.

1. Vera & viva fides certò cognoſcens & cum fiducia apprehendens Ieſum Chriſtum ut ſervatorem ſuum, cum perfecta ejus obedientia & juſtitia.

ac Scriptura, & quidem in articulis fidei neceſſariis.

8. *Matrimonium, ordo, confirmatio, pœnitentia, extrema unctio ſacramenta Novi Teſtamenti.*

9. *Sacramenta merentur & conferunt gratiam ex opere operato.*

10. *Opera & merita ſupererogationis ſeu Conſilia, quæ nec lex, nec Euangelium à nobis poſtulant. Inter quæ primaria ſunt, vota monaſtica, & monachatus per varios ordines & regulas diſtributus.*

11. *Sacramentalia idem præſtant, ut exorciſmi & diabolorum adjurationes, conſecrationes ſalis, olei, agni Paſchalis, aquæ, & reliqua quæ in Rituali & Pontificali.*

12. *Ad cultum Dei fingendæ, colendæ & religioſè adorandæ imagines Patris, Filii, Spiritus ſancti: Item Sanctorum, & Deus & Sancti per eas religioſè colendi.*

13. *Eccleſia & ſedes Romana, centrum, radix, mater omnium Eccleſiarum ſub uno Capite Pontifice Romano, infallibili & ſupremo omnis veritatis magiſtro & judice; omnium Eccleſiarum & Epiſcoporum Monarcha, cui etiam indirectè ſuprema poteſtas in omnes reges, principes, populos convenit. Extra hujus Eccleſiæ, ſedis & Pontificis communionem & ſubjectionem nulla fides, nulla ſalus, ſed nihil niſi hæreſis, ſciſma & perditio æterna.*

14. *Ignis purgatorius & ſtatus animarum in purgatorio, & liberatio ex eo per ſuffragia Eccleſiæ. Item Limbus, & condemnatio infantum non-baptizatorum.*

IN defectu Romano-Papiſmus ſubtrahens directè Chriſtianiſmo.

1. *Fides implicita, ignorantia veritatum fidei, dubitatio & incertitudo de gratia Dei, remiſſione peccatorum & vita æterna.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

2. Cœna exhibet communionem corporis & ſanguinis Chriſti per diſtributionem panis & vini.

3. Scriptura à Laicis & Eccleſiaſticis, doctis & indoctis audienda, legenda, meditanda.

4. Conjugium eſt honorabile inter omnes, ita ut cujuſcunque ordinis homines in Domino illud poſſint contrahere de jure divino.

5. Sacra Eccleſiaſtica ab omnibus intelligi poſſunt & debent, atque adeo lingua vernacula coram populo peragenda.

6. Sacramentum Euchariſtiæ communicandum & diſtribuendum fidelibus. Eſt enim communio.

7. Omnia præcepta Dei moralia nos ad ſui obſervationem obligant, atque adeo præciſa conſcientia & ſolicitudine à nobis capeſſenda ſunt.

8. Omnia præcepta Dei nos obligant ſub mortali: nec Remiſſio ulla hic vel leviſſimæ negligentiæ aut tranſgreſſionis noſtræ obtineri poteſt, niſi per acerbiſſimam paſſionem agni Dei qui tollit peccata mundi, quæ verè reſipiſcentibus & ſecundũ Deum dolentibus atque in Chriſtum credentibus conſcientiis tantum applicatur, ad ſui ſolidam conſolationem in vita & morte.

9. Singula bona opera, ut Deo placeant, à Chriſtianis præſtanda ſecundum legem Dei, ex vera fide, caritate non ficta, idque ad gloriam Dei.

2. *Quicunque ſacerdos exhibuerit Laicis Euchariſtiam ſub utraque ſpecie, aut neceſſariò exhibendum dixerit, anathema ſit.*

3. *Laicis non licet Scripturam legere, abſque magno peccato, niſi habito in ſcriptis conſenſu Epiſcopi ſui.*

4. *Si quis clericus matrimonium contraxerit, aut ſi quis à clerico contrahi poſſe dixerit, anathema. Et præſtat Clericos concubinarios, ſcortatores eſſe, quam uxoratos.*

5. *Sacra vernacula lingua peragi non vult Eccleſia Romana, quicquid poſtularint Imperatores, reges, nationes.*

6. *Etiam Miſſæ privatæ abſque communicantibus peragendæ.*

7. *In plurimis mandatis divinis & præceptis Apoſtolicis locum habent diſpenſationes Pontificum & Prælatorum, qui ab obligatione illa conſcientias hominum liberant, & ex* peccato quodammodo faciunt non-peccatũ. *Quod e xemplis per univerſum Decalogum ex Caſuiſtis, & quotidiana praxi Curiæ Romanæ probari poſſet. Vide quæ ex infinitis delibare cœpimus lib. 2. ſect. 2. cap. 21. Diſpenſationibus iſtis adde innumerabiles caſus, in quibus cogitata, dicta, facta vitioſa faciunt licita. ut ex. gr. ebrietatem, impuritatem, mendacium indirectum ſeu doloſum, perfidiam, rebellionem, &c. per totum decalogum. Quæ nuper colligere cœpit Molinæus in tract. Gallico de Traditionibus.*

8. *Plurima peccata ſunt venialia. Eſt præterea taxa Cancellar. & Pœnitentiar. Apoſtolicæ, ubi* multorum flagitiorum licentia, omnium venia addicto pretio conceditur, *ut fateri cogitur Eſpenſæus Theolog. Pariſienſis, ex. gr.* qui matrem aut ſororem carnaliter cognavit, qui patrem aut uxorem occidit *XVII. Turon.*

9. *Etiam valet opus operatum. Et poſſunt Chriſtiani in variis operibus ad pietatẽ, devotionem, & pœnitentiam pertinentibus ipſi ab actu quieſcere & alios ſibi ſubſtituere, qui vice ipſorum illa peragant.*

Item.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Item, Opera mala, directè legi divinæ adverſa, etiam merentur, ut ex.gr. credere hæreſi, Tolet. de Inſtruct. ſacerd. lib. 4. cap. 3. Item, Opera ſine vera fide & certa conſcientia, immo & ſine ratione, ſine judicio brutaliter præſtita, ſunt bona & placent Deo. Stapleton. Princip. fid. doctrin. contr. 4. l. 8. c. 5. & 9. *Fidelis populus attendere debet non quid, ſed quis loquatur. Ordinarius Eccleſiæ Doctor audiendus eſt, non judicandus.* Cardin. Cuſanus prolixè blaſphemiam hanc exponit, Exiſt. lib. 2. & lib. 2. citante Hamfredo Lynde in via Devia pag. 575. cujus extrema verba hic tantum exhibeo. *Obedientia igitur irrationalis eſt conſummata obedientia & perfectiſſima, ſcil. quando obeditur ſine inquiſitione rationis, ſicut jumentum obedit domino ſuo.* Adde cœcam obedientiam Ieſuitarum, reliquaque iſtius ſectæ myſteria.

Tertium argumentum. Eccleſia quæ non tantum Chriſtianiſmum ſupradictum profeſſa eſt, ſed & exſertè Papiſmum nobiſcum rejecit, illa fuit noſtra proteſtans ſeu reformata. Sed ante Lutheri tẽpora talis fuit Eccleſia. Ergo, ante tẽpora Lutheri fuit proteſtans ſeu reformata Eccleſia. Minor probatur, I. Ex Waldenſibus, Albigenſibus, Bohemicis Eccleſiis. II. Ex variis & pluribus veritatis teſtibus, Eccleſiis ſcilicet, nationibus, Vniverſitatibus, Collegiis, Conciliis, Prælatis, Paſtoribus, Regularibus, Principibus, Magiſtratibus, viris doctis, qui vel ſcriptis vel prædicatione, vel martyrio, vel confeſſione & converſione ſua in vita aut morte Papiſmo explicitè vel implicitè renunciantes, veræ & fundamentali fidei ſe ſuperædificarunt. Fuerunt autem teſtium illorũ alii actu à corruptelis & factione Papatus ſe ſeparantes: alii contra illam proteſtantes; alii reformationem appetentes, ſperantes, & conſulentes, alii tacitè ſuſpirantes. III. Ex Eccleſiis Orientalibus, Æthiopicis, reliquiſque extra Occidentem, Græcis, Armenicis, Ruſſicis; ſeu in Moſcovia, Lithuania, Taurica Cherſoneſo, &c.

Primum probationis membrum perſpicue exponunt autores illi infra cap. 9. citati.

Alterum probationis membrum facit *Catalogus teſtium veritatis* antehac à nobis citatus, & *Myſterium iniquitatis* Plæſſei cum defenſione ejuſdem contra Couffeteau à Riveto edita. Quibus addi poſſunt Centuriæ Magdeburgenſes, Martyrologium Anglicum Foxi, Martyrologium Gallicum, Martyrologium Belgicum tum vulgare, tum imprimis illud plenius ab Abrahamo Mellino conſcriptum, imprimis Vſſerus de Statu & Succeſſione Eccleſiarum in Occidente.

Tertium Probationis membrum faciunt partim Eccleſiarum illarum confeſſiones & ſcripta propria, partim Pontificiorum de iis relationes & teſtimonia, quæ fidem faciunt noſtrum Chriſtianiſmum ibi adfuiſſe, Papiſmum aut ſaltem præcipuas ejus partes ſemper abfuiſſe, & etiamnum abeſſe. Præcipuam partem imo radicem & fundamentum fundamenti Antichriſtiani & Papiſmi ponimus in magiſterio univerſali, ſupremo & infallibili Papæ; ſeu in primatu ſedis Romanæ, quem Radicem, Centrum Ianſenius appellat. At talem primatum Eccleſiæ Orientales non agnoverunt tempore Lutheri, nec etiamnum agnoſcunt. De Orientalium anathemate, quod quotannis in Apoſtaticam Eccleſiam Romanam fulminatur, notum eſt. Extat etiam Nili Archiepiſcopi Theſſalonicenſis tractatus de poteſtate Papæ, & Epiſtola Meletii Patriarchæ Conſtantinopolitani per Georg. Douſam edita, & Douſæ iter Conſtantinopolitanum p. 44. & reſponſum Ieremiæ Patriarchæ ad Doctores Wittebergenſes, & hodierni Patriarchæ Cyrilli confeſſio[a], & quæ Poſſevinus de Græcis & Moſchis habet.

[a] Confeſſio Cyrilli Latinè, & Gallicè M.S. habetur. Belgicè eam edidit D. Paſor Profeſſor Academ. Franequeranus, eam ſcripto ſuo catechetico.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

bet biblioth. ſelect. lib.6. Et quæ noſtri de religione Moſcovitarum Spiræ 1582. edidere, & Staniſlaus Solicovius in libro contra Græcos, & quæ Papa Pius II. in epiſtola apud Imperatorem Turcicum conqueritur de Græcorum non-ſubjectione ad ſedem Romanam, & diſputationes & alia cum Græcis acta in Conciliis Lugdunenſi & Florentino, Sigiſmundus ab Herberſtein in hiſtoria Moſcovitica pag.30.35.40.41.

De Æthiopibus ſeu Abaſſinis, nunc, credo, ſociis ſibi ſomnia fingentibus perſuaſit Nicol. Godignus Ieſuita libr. 1615. Lugduni edito, ubi mendacia & deceptiones ſuorum non leviter perſtringit pag. 175. referens Papiſtas ſeu Romano-Catholicos non tantum hæreticis, ſed etiam pejores Mahumediſtis ab Abaſſinis judicari. Quomodo eoſdem Romanos à Moſchovitis pro Ethnicis haberi refert Ieſuita Scharga, in Theolog. Moſcovitic. p. 224. Spiræ Nemetum edit. in 4. Ann. 1582. Breviter, alios fuiſſe tempore Lutheri Chriſtianos in mundo, alias Eccleſias extra Romano-Papalem conſtat ex vulgata diviſione, qua nationes Chriſtianas in decem partiuntur, ubi Latina una tantum eſt ex decem. Diſtinctiones omnium Epiſcopatuum in Oriente vide apud Georgium Cadinum Curopalatem, in Practica Cancellariæ Apoſtolicæ, & in appendice ad librum Renati Choppini de Politia ſacra. Cum ergo in Oriente fuerint tot Chriſtiani non Papiſtæ, quamvis nonnulli erroribus quibuſdam antiquis adhuc impliciti, qui ſi non noſtri ſaltem quaſi noſtri, & non procul à nobis quod ad fidei dogmata, & cum imprimis in Occidente fuerint Eccleſiæ in Gallia, Pedemontio, Bohemia, Polonia, Moravia à VValdenſibus propagatæ, quæ à doctrina, ceremoniis, diſciplina, totæ noſtræ, qua fronte gloriatur Ianſenius, pag. 110. *Ordo tuus ad originem recenſus in Calvinum ſtabit autorem. Quo ultra fugies?* &c. *Oceanus Eccleſiæ Romanæ omnia occupavit, non poterit ad fontem ſucceſſionis pergere.*

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT V.

Probatur porro Eccleſiæ noſtræ ſucceſſio ante Lutherum ab Apoſtolis uſque ad quartum ſeculum.

POTVISSENT probationes jam allatæ ſufficere contra adverſarii coccyſmum. *Eccleſia veſtra non fuit ante Lutherum.* Sed ut antiquitas noſtra, & novitas Papatus ad oculum magis pateat, Lectori ſubjicimus & iſta:

Eccleſia quæ fuit tribus primis ſeculis à nato Chriſto, illa fuit ante Lutherum. Sed Eccleſia noſtra tum fuit. Ergo. Probatur Minor. Eccleſia quæ Chriſtianiſmum conſtanter noſtrum profeſſa eſt, & Papiſmum non profeſſa eſt, illa fuit noſtra. Sed Eccleſia tribus prioribus ſeculis noſtrum Chriſtianiſmum profeſſa eſt, & Papiſmum non eſt profeſſa. Ergo.

Minor probatur per inductionem omnium Eccleſiarum, quarum quidem monumenta ad nos pervenerunt. Sed reſtringamus probationes ad Eccleſias Imperii Romani ad quas ſolas adverſarii recurrunt. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Chriſtianiſmi à nobis delineati profeſſione non eſt quod laboremus, quia libenter hoc adverſarii concedunt.

Neque de Papiſmo tam difficilis aut operoſa probatio, quia poſt Pertonum ſuum non obſcure Ianſenius hic manus dat p.41. 42.43. Et Papa Pius II. Epiſt. 288.l.1. Ante *Concilium Nicænum parvus reſpectus erat ad Eccleſiam Romanam.* Et Iulius Cæſ. Bulengerus: *Ante ſeculum Conſtantini Eccleſia Dei (Papalis) erat condita ſeu occultata tenebris,* &c. Et Coſterus in lib. contra Caſaubonum pag.21. ac ſimiles cum 1300. annorum antiquitatem prætendentes hiatum ſeu lacunam 300. relinquunt, nullis conjecturis, nullis M.S. Vaticanis explendam, deſperationem ſuam ſatis profitentur.

Eccleſia quæ neque tota, neque cujus aliqua pars maxima, major, minima, ne familia quidem, imo cujus ne unus domeſticus ſive Doctor, ſive Confeſſor, ſive Martyr Papiſmum profeſſus eſt, illa non eſt profeſſa Papiſmum. Sed Eccleſia Catholica ſive Orbis ſive Imperii Romani, quæ extitit tribus prioribus ſeculis, neque tota, neque ex parte, &c. Papiſmum profeſſa eſt. Ergo.

Major manifeſta eſt. Minor probatur. Quia nulla extat, nulla produci poteſt ab adverſariis ſive univerſæ, ſive particularis Eccleſiæ aut Concilii Confeſſio fidei aut catecheſis, nulla doctoris, nulla confeſſoris aut martyris confeſſio, aut Apologia, aut ſynopſis, aut compendium religionis, nulla itidem hiſtoria, quæ Doctoris aut Confeſſoris, aut Martyris talem fidei confeſſionem aut apologiam exhibeat. Itaque quod Eccleſia publicis formulis, quod Doctores & Confeſſores communi conſenſu ubique & ſemper; imo quod ne unus quidem Doctor tanquam publicam Eccleſiæ fidem tradidit pro quo ne unus quidem Martyr ſanguinem fudit, illud non eſt profeſſa Eccleſia. Sed Papiſmus (quem Papiſtæ dicunt eſſe verum Chriſtianiſmum & neceſſariū) non eſt ita traditus. Ergo. Videat lector qui poteſt Ignatium, Irenæum, Iuſtinum Martyrem, Clementem Alexandrinum, Tertullianum, Cyprianū, ſcriptores iſtius ætatis, & nullum ex iis inveniet Papiſmum nec ex omnibus ſimul Papiſmum exprimet. Adde quod nulli Adverſarii Iudæi, Ethnici, Hæretici Chriſtianorum fidei atque Eccleſiæ aut univerſum Papiſmum, aut ſaltem ejus principales articulos objecerint. Nullus Lucianus, Trypheu, Celſus, Porphyrius, Soſimus, Symmachus, Iulianus, (ut etiam ad quartum ſeculū progrediar) tanquam abſurda & monſtra unquam exprobrarunt *tranſubſtantiationes*, & corpus in pluribus locis, ſpecies panis & vini & totum corpus Chriſti ſub illis, *indulgentias, imaginum adorationes, reliquiarum cultus, Hyperduliam B. Virginis juxta Pſalterium Mariale, exaltationem & adorationem crucis juxta liturgiam & Miſſam de Cruce, ſacra ignoto ſermone peracta, poteſtatem temporalem pontificis, ejuſdem neceſſarium, ſupremum & infallibile Magiſterium in omnes Eccleſias*, quæ tamen admirationi, contradictioni & ludibrio ipſorum non minus fuiſſent obnoxia, quam myſteria Trinitatis, Chriſti incarnati, reſurrectionis mortuorum, purgationis per ſanguinem Chriſti, baptiſmi, &c. quæ quia ſtultitia ipſis ſunt, paſſim apud ipſos ſannis & ſcommatis exagitari videmus. Nullus præterea iſtorum, aut alius quiſpiam tales articulos objecerit, qui ἐυκαίρως Iudaicis & Gentilibus ritibus palliandis in præſenti tunc controverſia adhiberi poſſe videbantur, quales articuli ſunt de aqua luſtrali, de agno paſchali, ſale, palmis, granis, globulis, carnibus benedictis, de ſuffitibus templorum, dedicationibus, & encæniis, de imaginibus Dei, Chriſti & Sanctorum, deque earum adoratione, de confeſſione auriculari, de meritis ſupererogatoriis, de limbo infantum, de fide implicita (quę ſit ignorantia) de Laicis à lectione Scripturæ arcendis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cendis, de Miſſis privatis, de diſpenſationibus, gratiis & indultis juxta taxam pœnitentiariam. Quæ ut objecta non ſunt, ſic ob Orthodoxis nuſquam excepta & ſuſcepta ut apologiis & demonſtrationibus aliquod ipſis patrocinium præſtarent. Percurrat mecum, ſi audet Ianſenius, Scriptores contra Gentes, Tatianum, Theophilum, Athenagoram, Iuſtinum, Tertullianum, Clementem Alexandrinum, Cyprianum, Minutium, Arnobium, Lactantium, Euſebium, in præparat. & demonſtr. Euangelica, Auguſtinum de Civ. Dei, Theodoretum de Curationibus, Cyrillum Alexandrinum contra Iulianum, Prudentium contra Symmachum. Et Scriptores contra Iudæos, Iuſtinum, Tertullianum, Cyprianum, Chryſoſtomum, Iſidorum Hiſpalenſem, Iulianum Pomerium.

Sequitur & Eccleſiam illam, quod ad fidei & Chriſtianiſmi eſſentiam, totam fuiſſe noſtram, non Papiſticam. Putavit enim eadem fide articulis Chriſtianiſmi comprehenſa ſalvari ſe, qua nos; neque in æternum probabitur illos voluiſſe ſalvari fide Papiſtica articulis Papiſmi comprehenſa, æquè ac fide Chriſtiana. Quod ad ipſum Principium, ſupremum magiſterium, radicem, centrum, aquilam (à quo totus Papiſmus dependet, & in cujus ruptura maximum flagitium reformationis conſiſtit) non papiſtica fuit, ſed noſtra. Noſtra ubique ſe oſtendunt inſignia. Pervolve Patres, & hiſtoricos, antiquitatis omnes angulos perrepta, & vide an primatum, magiſterium infallibile, Monarchiam Papæ aut communi doctrina aſſertam, aut perpetua praxi Eccleſiæ Vniverſalis per totum mundum diſperſæ, non ſolius Imperii Romani, receptam deprehendere poſſis. Si quid potes nobis oſtende.

I. Vbi ſunt tituli Papales, Monarchici ab Eccleſiis & Epiſcopis ex toto orbe ipſi attributi?

II. Vbi confirmatio Epiſcoporum, & inſtitutio Archiepiſcoporum per pallium ex toto orbe inſtanter petita, & canonice ab illo peracta, abſque quo Archiepiſcopi eſſe, ſaltem abſq; ſacrilegio munus exercere, non poſſunt?

III. Vbi provocatio & quidem ultima Epiſcoporum & Eccleſiarum, Orientis, Occidentis, Africæ in negotiis ſuis Eccleſiaſticis ad ſupremum & infallibile judicium Papæ?

IV. Vbi ſunt citationes ſeu evocationes omnium Epiſcoporum & negociorum ad hanc ſedem, ſiquidem ipſi nos provocaſſent?

V. Vbi ſunt leges Eccleſiaſticæ Eccleſiis omnibus in Syria, in Ægypto, in Perſia, in Armenia, in tota denique Aſia & Africa à Pontifice magiſtraliter & monarchicè præſcriptæ, & ab illis Catholicè receptæ, adeo ut communione fidei & Eccleſiæ excidiſſent & excidiſſe ab Eccleſiis orthodoxis judicarentur, ſi qui jugo huic ſe non ſubjicerent?

VI. Vbi hæreſes & hæretici hoc ſolo nomine ab Eccleſiis notati, condemnati, quod ſententiæ & magiſterio hujus Aquilæ, hujus Vicarii Chriſti ſe abſolutè non ſubmiſerint; aut quod ab illius ſenſu & praxi in doctrina aut diſciplina alicubi deflexerint? Hæc enim hæreſis hæreſeων, injuſtitia univerſalis, Apoſtaſia generalis ſeu totalis, malorum omnium lerna, (ad quam reliqui particulares errores tantum guttulæ aut pulviſculi eſſent) imprimis & exſerte in hæreticis condemnari debuiſſet.

VII. Vbi convocationes conciliorũ, præſidentia in illis, confirmatio & ratificatio authoritativa decretorum & actorum omnium, abſque quibus illa eſſent corpus inanimum, lex muta & mortua neminem obligans?

VIII. Vbi ſententiæ peremptorię, cenſurę & excommunicationes non collateraliter, ſed tanquam de ſurſum & monarchicè ful-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

minatæ in Eccleſias aut Epiſcopos per totum orbem, ita ut tanquam tales ab Eccleſiis orthodoxis receptæ & executioni mandatæ fuerint.

IX. Vbi caſus Papales reſervati (juxta bullam de caſibus, Canoniſtis & Caſuiſtis ad faſtidium & fœtorem millies expoſitam) ex toto orbe ad ſolum Papam deferendi, & delati.

X. Vbi gabellæ annatarum, indulgentiarum, abſolutionum, juxta taxam pœnitentiariam, Denarii S. Petri & ſimiles exactiones jure non communi aut Epiſcopali, ſed ſpeciali à ſolo Papa Clericis & Eccleſiis impoſitæ, & ab illis Catholicè receptę, quia ſcil. ad illum ſolum pertinerent theſauri & mercimonia Eccleſiæ, quod de indulgentiarum nundinatione exſertè ita determinant.

XI. Vbi poteſtas temporalis directa, indirecta, ſi non exercita, communi ſaltem fide & confeſſione Eccleſiarum, & conſtanti prætenſione ipſius Papæ illi ſedi aſſerta.

Exceptio prima. *Eccleſia quæ non rejecit Papiſmum ut Reformati eum rejiciunt, non poteſt dici eadem eſſe cum Reformata. Sed Eccleſia primorum trium ſeculorum non rejecit Papiſmum.* Ergo.

Reſp. I. Major poſſet abſolutè negari. Primo, quia fides & Theologia per ſe ſeu eſſentialiter non eſt negativa, ſed poſitiva. Negatio enim omnis & rejectio eſt per accidens, graſſantis ſcilicet & evidenter cognitæ & ἐυπεριςάτȣ hæreſeos. Itaque ſufficit ad eſſentialem fidei & Eccleſiæ unitatem Theologia poſitiva. Deinde quia tum Papiſmus nondum natus erat, nedum ut titulo veri Chriſtianiſmi Eccleſiam occuparet, & genuinum Chriſtianiſmum extruderet; ideo Eccleſia illius temporis fide quidem noſtra, nobiſcum tamen exertè non rejecit Papiſmum. Et ſic Ianſenius, rationem dans, (ſed abſque ratione) quare ex primis ſeculis non poſſit probare poſitivam Papiſmi profeſſionem, nobis juſtam ſuppeditat rationem cur explicita ejuſdem Papiſmi reprobatio ibi non compareat. pag. 41. *Primis inquit ſeculis totos ingenii nervos intenderunt adverſus Iudæos, &c. vel adverſus gentiles, &c. vel adverſus hæreſes illius ævi, ab erroribus hujus ætatis diverſiſſimas. Ex quo effectum eſt, ut reliqua religionis & fidei facies in quotidiana praxi uſitata vix per tranſennam delibata fuerit, quod longè accuratius ac uberius quarti & quinti ſeculi patres, &c.*

II. Rejectio eſt vel explicita, vel implicita ſeu virtualis: cum hac diſtinctione negamus Minorem, quia poſteriori modo ſatis rejecit Papiſmum, dum unica illa fide Chriſtianiſmi ſalvari ſe diceret, dumque exertè eadem ſpecie aut analogia rejiceret, quæ nos in Papiſtis rejicienda dicimus. Vnde conſtat illos non fuiſſe Papiſtas, neque Papiſmum aut aliud quid ad ſalutem neceſſarium credidiſſe. Hic Scriptura dicitur rejicere omnes errores, hæreſes, peccata & flagitia, cum in ſpecie tum in individuo, ſive ea tunc temporis illa forma & titulo cognita fuerint, qua nunc, ſive poſtea demum exorta, quomodo illa quæ Petro & Paulo non intellecta, ut loquitur Eſpencæus. Modo per legitimam conſequentiam particulare ſub univerſali ſubſumi, aut principiata ex principiis verè educi, aut paria & ſimilia ex paribus & ſimilibus analogicè colligi, aut in genere per rectum ibi traditum cujuſcunque obliqui indicium fieri poſſit. Aliter & præterea in hoc negotio nihil opus, cum veritas una ſit & falſitas multiplex. Ieſuitiſmum quem tuentur Lovanienſes, ab Auguſtino, Proſpero, Hilario, Thoma, & poſt illos à præcipuis Eccleſiæ Romanæ Columnis rejectum affirmant Dominicani & Duaceni,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ni [a], non quidem eo titulo & forma Scientiæ Mediæ, Concurſus atque egreſſus ſimultanei & ſimilium καινοφωνιῶν, quibus in ſcenam producitur à Molina, Zvvaretzio & ſociis, ſed tanquam Pelagianiſmum aut reliquias ejus pravitatis. Pari ratione contra Ieſuitas totam antiquitatem pro libertate Eccleſiæ Gallicanæ & poteſtate regia concitant Sorboniſtæ, quamvis animal illud orbi Chriſtiano ignotum fuerit, uſque ad tempora Ignatii Loyolæ. Cum hac diſtinctione puto Ianſenium intelligi velle cum dicit, noſtram reformationem ab antiquiſſimis Patribus fuiſſe rejectam, quam tamen alibi contendit ante Lutherum & Calvinum non extitiſſe.

III. Dicimus inſuper directe & explicite eos rejeciſſe adorationem imaginum, invocationem angelorum, magiſterium ſupremum & infallibile Domini Papæ, &c. ut ſupra oſtendimus cap. 2.

IV. Retorqueri poſſet hoc argumentum. Eccleſia quæ non anathematizavit Reformationem, ſeu articulos fidei reformatæ, ut Papiſtæ eam nunc anathematizant, illa non fuit Papiſtica: ſed Eccleſia primitiva, hoc non fecit. Ergo. Probatur ex hypotheſi in 8. articulis. Et rurſum Eccleſia quæ 1. profeſſa eſt fidem Chriſtianam eandem cum Reformatis, 2. Neque inſuper profeſſa eſt Papiſmum, 3. Aut condemnavit Reformationem, directe & proprie Papiſmi articulis oppoſitam, imo papiſmum aut præcipuos papiſmi articulos rejecit ea ratione, qua num. 2. jam dictum eſt, illa non eſt papiſtica, ſed reformata; ſaltem majori jure noſtra dicenda eſt, quam Papiſtica; cum Papiſtæ in primo puncto ejus conſanguinitatem tantum prætendere poſſint aliquo modo, in reliquis nullo modo. Noſtri autem in quatuor illis punctis conſanguinitatem non tantum prætenderint, ſed ſatis ſuperque jam ſæpius demonſtrarint, & nuper Molinæus in Novitate Papiſmi contra Perronum, & Rivetus in Defenſione myſterii iniquitatis contra Couffeteau, ad quæ adverſarii tacent non aliter ac impurus ille ſpiritus, cui Chriſtus dixerat, *Obmuteſce*.

Secunda exceptio eſt: *Quæ Eccleſia multa habuit poſitive tunc tradita, ab Eccleſiis reformatis nunc non recepta nec recipienda, illa non eſt reformata Eccleſia, aut eadem cum illa. Sed Eccleſia primitiva trium ſeculorum multa habuit talia.* Ergo.

Reſpond. I. Aliud eſt quærere quid publice & communiter tota illa Eccleſia profeſſa ſit, tanquam indubitatam omnium Chriſtianorum fidem, ſine qua nemo ſalvari poteſt; & aliud, quid in Eccleſia illa à Doctore aliquo, ſive Doctoribus aut parte Eccleſiæ traditum ſit, ut E. G. de Chiliaſmo, de Anabaptiſmo hæreticorum de Celebratione Paſchæ, &c. Aliud eſt etiam dogma fidei & aliud ſtatutum Eccleſiaſticum, politiam, agenda & ceremonias Eccleſiæ concernens, quod inter adiaphora & mutabilia numerari, numerarunt, aut ſaltem numerari paſſi ſunt ipſi authores. Diſputationes & opiniones Doctorum, aut Eccleſiarum praxis in diſciplina & ceremoniis illico aliam Eccleſiam non facit.

II. Cum iſta diſtinctione negamus Minorem, & provocamus Ianſenium cum toto Papatu, ut vel unum fidei articulum oſtendat, in quo prima, primitiva Eccleſia nobis adverſetur. De placitis Doctorum, & diſciplinæ Capitulis facile concedimus, aliqua tunc tradita fuiſſe, quæ noſtra ætas nunc non fert, noſtra Eccleſia non requirit, forte etiam non admittit, cum Eccleſia non diu poſt exceſſum Apoſtolorum manſerit Virgo, ut teſtatur Hegeſippus apud Euſebium alibi cit. Cumque ipſi Pontificii

[a] Vide Sylvii Profeſſor. Duaceni Sententias Spiritual. & tract. de Motione primi Motoris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Anabaptiſmum Cypriani & Africanorum, errores Chiliaſticos Irenæi, Iuſtini, Lactantii, &c. aliaque plura ab antiquis tunc tradita non probent, nec tamen ſe tota Eccleſia & fide ab illis diverſos putent. Capitula diſciplinæ & ceremoniarum iſtius temporis non pauca mutare libuit Pontificiis & contraria plane ſancire, quidni nobis nonnulla præterire liceat, & de pleriſque judicare quod ſaniores tunc de obſervatione Paſchali,[a] & ex recentioribus Lalamantius apud Hæduos Medicus[b]: *Vt appareat hanc quæſtionem ingenia Pontificum Romanorum diu exercuiſſe, uſque adeo verebantur, qui tunc Papabant, ac potiſſimum ſuperſtitioſus ille Afer & vafer Victor, ne ea in re judaizaret. Quod utinam in multis aliis rebus tam ſtudioſe caviſſet, tum is, tum ceteri Pontifices Romani, ne non ſolum Iudaiſmus, ſed quod magis cavendum erat, Paganiſmus in Chriſtianiſmum invaderet. Verum proh dolor! dum de lana caprina diſceptant, ac de celebritate Paſchæ quæſtiones movent, &c. ingenia ſua non in conſervanda Euangelii puritate, ſed in ſtatuendis novis ritibus, & injungendis oneribus, quæ digito noluit contingere, exercuerunt, &c. Conſultius meo quidem judicio, & minus ſcrupuloſe feciſſent illi patres (Concilii ſcilicet Niceni, Antiocheni) ſi omiſſis illis quæſtionibus, & bonis horis melius collocatis celebrandum Paſcha ſtatuiſſent, menſis Aprilis primo quoque die Dominico.*

a Vide Myſt. Iniq. Pleſſæi. b Lib. de extern. gentium anni ratione pag. 83.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT VI.

Probatur Eccleſiæ Succeſſio à quarto ad ſeptimum ſeculum.

PRo Succeſſione ad ſeptimum ſeculum ſic argumentamur. Eccleſia quæ I. Chriſtianiſmum noſtrum profeſſa eſt & II. Papiſmum non profeſſa eſt, III. nec cõdemnavit Reformationem, IV. Contrà Papiſmum in variis articulis condemnavit, ea eſt noſtra aut eadem cum noſtra. Sed Eccleſia ſecundo-primitiva, hoc eſt, quarti, quinti, & ſexti ſeculi talis eſt. Ergo.

Probarunt Minorem plurimi, inter alios Iuellus, Pleſſæus in tract. de Eccleſ. de Euchariſtia, & nuper Molinæus in novitate Papiſmi, Pleſſæus & Rivetus in myſterio iniquitatis. Quibus nemo adverſariorum quod ſciam, reſpondit. Et ut compendium fiat, ſiquidem Minorem Ianſenius negat, nos ita probamus per inductionem: Eccleſia in Oriente, in Occidente, in Africa, &c. per ſingula ſecula, tum in conciliis tum extra concilia, adhæc doctorum Eccleſiæ (quorum ſcripta etiamnum extant) conſenſus fidem illam tenuit, Papiſmum vero non tenuit per ſingulos articulos, &c. nec poteſt dari diſſimile exemplum. Ergo. Hic neceſſe eſt Ianſenius diſſimile exemplum proferat, itaque inductionem noſtram infringat. Iterum atque iterum ad imitationem verborum, quibus Ieſuita Campianus in 10. ratione nobis ſed perperam inſultabat, Ianſenio meo inſulto, *Sex illis ſeculis non oppidum, non villam, non domum reperiri imbutam doctrina Papiſtica.* Et ad imitationem Coſteri in Ench. ca. 2. & 8. propoſ. belgicè editis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

editis. *Neminem toto orbe mortalium tunc temporis exſtitiſſe, qui eam fidem teneret quam Papiſtæ nunc profitentur*, & ut Iuellus noſter: *Neminem tunc in Chriſtiana Eccleſia fuiſſe Papiſtam.* Proferatur unus martyr, unus confeſſor, unus tunc orthodoxus & probatus Catholicæ Eccleſiæ Doctor aut ſcriptor, ſive in Oriente, ſive in Occidente, ſive in Africa, qui Papiſmum tenuerit & dogmatizarit juxta verum Chriſtianiſmum, quo ſolo nos rejecto Papiſmo contenti ſumus, ut compendio utaris quiſquis es Papiſta: conſule quæſo formulas confeſſionum, Symbola, Synopſes, ex. gr. Auguſtini de doctrina Chriſtiana, de Eccleſiaſticis dogmatis, de fide ad Petrum (quod exſtat ſub nomine Auguſtini,) Ruffini expoſitionem Symboli (quam ſub nomine Cypriani ante multos annos apud Pontificios Belgico idiomate editam vidi) Gennadii de Eccleſiaſticis dogmatibus, Theodoreti epitomen divinorum decretorum, Cyrilli de fide ad Reginas. Hîc enim, ſi alibi, omnia illa quaſi in tabella deſcribenda fuiſſent, quæ ad fidem ſalutemq; facerent. De ſcriptis contra Iudæos & Gentiles modo diximus. Probationi huic noſtræ addimus, particulares Eccleſias omnes tum fuiſſe noſtras, non Papiſticas. Quam probationem in ſingulis Nationalibus aut Provincialibus, Parochianis, ubi aliqua adhuc monumenta ſuperſunt, moliri non eſt difficile ea methodo, quam inſtituimus. Sumamus nunc ex omnibus Gallicam & Anglicanam. De Gallica quid theologi iſtius gentis ex Irenæo, Martiali, Gennadio, Sidonio, Salviano, Proſpero, Hilario, Vincentio Lyrinenſi, aliiſque Eccleſiæ Gallicanæ doctoribus, capitulis & Conciliis quotidie proferant, novitatibus Romano-Papiſmi poſtea ingreſſi convincendis cuivis obvium eſt, nec repeto. De Anglicana haud ita notum, quod præſtantiſſimi iſtius gentis theologi plerumque idiomate ſuo ſcribant. Habent illi ex archivis Eccleſiarum, ex antiquis Chronicis & relationibus ſuorum jam inde ab ipſa Chriſtianiſmi receptione longe aliam doctrinæ, diſciplinæ, Eccleſiæ, miniſterii & miniſtrorum ibi fuiſſe faciem quam Papiſticam [a]. Hanc poſterius Roma fuiſſe ſuperinductam primum per monachum Auguſtinum ſub finem ſexti ſeculi, cæſis crudeliter clericis Anglicanis, qui uſurpationi & mutationi illi reclamabant, per exercitum infidelium, quem Rex Ethelbertus ab Auguſtino incitatus in eos immiſerat. Ante illud tempus nunquam agnitus, imo etiam diu poſt illud tempus, primatus Romanus receptus non fuit. Erant Monachi qui ſtudio Scripturarum vacabant, & tamen propriis manibus victum quærebant: qui ex abbatiis ſeu collegiis ſuis ad Eccleſiæ miniſterium avocabantur: erant Clerici uxorati. Extabat Scriptura non tantum Latinè, ſed 4. dialectis in Britannia tunc uſitatis: Imaginum cultus procul aberat, quem etiam à Concilio Niceno II. aſſertum è Scripturis condemnabant. Dabatur Euchariſtia ſub utraque ſpecie: Tranſubſtantiatio ignota erat, & cum longe poſt prophanæ ejuſmodi novitates ſpargi inciperent, Ælfricus Epiſcopus, ſive Cudienſis, ſive Cantuarienſis [b] homiliario lingua Saxonica à ſe edito inſeruit homiliã die paſchatis legendã, qua Miſſaticũ Idolum evertitur. Oppoſuerũt ſe perpetuo & unanimi conſenſu Epiſcopi & Clerici in Anglia & Scotia, non tantum Auguſtino cũ ſociis,

ſed

[a] Ex Roberto Aboto in ref. præf. Biſhopi ad reg. ſect. 31. & VV. Covvper. Scoti collatione hebdomadali, quæ Anglicè & Belgice extat. Vide & Molinæi Novitatem Papatus part. 1. libr. 3. cap. 2. Imprimis Iameſium in Introduct. articul. 27. Vſſerus Archiepiſc. Armachanus addidit Reſponſi ſui ad Ieſuit. Hybernic. ſecundæ editioni, diſcurſum de fide antiquorum Britonum & Hybernorum. 1631. [b] Vide de Ælfrico Vſſerum de Eccleſ. Succeſſ. cap. 2. pag 43. 44.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſed & ſucceſſoribus Romanas novitates ſeu traditiones urgentibus, adeo ut cum iis edere non ſuſtinerent, & miniſtri uxorati circiter anum 1000. poſt Chriſtum ab Edgaro Rege primum expulſi ſint, quos Dux Alferus cum nobilibus tanquam antiquos poſſeſſores reſtituit. Nulla ibi à tempore Monachi Auguſtini & deinceps antiquæ religionis ac diſciplinæ mutatio introducta fuit Eccleſiæ conſenſu, aut Cleri ſuffragiis, ſed armis & brachii ſecularis violentia & tyrannica Epiſcopi Romani uſurpatione, quibus veritatem Scripturarum & antiquam & primam ſuam poſſeſſionem Britannia opponebat.

Exceptiones contra argumentationem hanc noſtram nullæ ab adverſariis adferri poſſunt, quam iſtæ. I. Plurima fuerunt in Eccleſia illa, quæ nos improbamus. Ergo non habuit fidem noſtram, neq; eſt noſtra.

Reſpond. I. Si fuiſſent in Eccleſia, non ſequitur univerſim ab Eccleſia recepta fuiſſe, atque adeo tanquam dogmata fidei ſancita. Eſt ſæpe vermes aut noxius humor in corpore, quæ tamen nemo dixerit eſſe de corpore aut corpus illud ſupplantare. Hic in Eccleſiis Corinthiaca, Galatica, Epheſina, Pergamenſi, Thyatirenſi multa fuerunt quæ Eccleſiam aut fidem ejus nec conſtituebant, nec perimebant. II. Siquidem ab Eccleſia tolerata tantum eſſent aliquando, ſive in Clericis ſive in Laicis quibuſdam, non tamen unanimi conſenſu aut publico judicio probata, inde Eccleſia illa propriam ſuam formam non induit, neque à noſtra per eam ſpecifice diſtinguitur. III. Dato fuiſſe quædam plurium Doctorum conſenſu, & communi Eccleſiarum uſu recepta & probata, ea tamen nunquam quis probabit fuiſſe dogmata fidei, aut ut de fide definita, cum abſoluta condemnatione & excluſione contra-ſentientium tanquam hæreticorum. IV. Nunquam probabitur Papiſmum ita tunc receptum & definitum fuiſſe, quamvis contra nitentibus bonis myſterium iniquitatis à nonnullis tum non ſegniter peractum ſit, imprimis ſub finem ſexti ſæculi, cum Gregorius M. ſuſpicaretur Regem nequitiæ & antichriſtum ſcil. tunc ante fores eſſe, & exercitum ſacerdotum illi paratum. V. Itaque Eccleſia illa, quamvis inſidiis peteretur, quamvis in ea Antichriſtus conceptus eſſet, quamvis morbis & malis multis infeſtaretur; quamvis multum declinaſſet à primæva integritate, noſtra tamen & Catholica adhuc manſit, tum propter publicam profeſſionem veri Chriſtianiſmi, tum propter aliquam adhuc relictam libertatem non recipiendi aut rejiciendi, aut ſaltem leviter habendi humana inſtituta & additamenta, quæ poſtmodum vim legis irrefragabilis & dogmatum fidei obtinuerunt. VI. Etiam ſi quædam in Eccleſia illa improbarent noſtri, non tamen ſequitur eos fidem illius Eccleſiæ improbare tanquam à fide ſua alienam. Prout illam conſequentiam non admittent Pontificii cum nobiſcum improbant Euchariſtiam infantum tunc ab Eccleſia receptam, & cum in ſanctis Pontificibus, Patribus, Conciliis plurima notant, nec ſuis eorum lectionem abſque antidotis & cautelis etiam marginalibus vix permittunt. Vide quæ in Philonio, S. ſupra Section. 1. cap. ultimi indicavimus, quibus addo Poſſevini tom. 1. libr. 5. cap. 20. ubi commendant bibliothecam Homiliarum priſcorum Patrum editam à Laur. Cundio & Gherhardo Moſano, *quibus ad marginem addita fuere Scholia, quæ vel hæreſes noſtri temporis jugulant, vel quid iis excidit Patribus, quod communi Eccleſiæ conſenſu minus probatum ſit, modeſte indicant.* Ita ſuis lectionem Patrum committere, niſi ſub certa cautela, autoritatem eorum admittere non audent, niſi ſub condi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

conditione *de non præjudicando*, & ad *jube* veniendo. Ita ſalvum conductum interpretationibus Patrum largitur Stapletonus in expreſſa clauſula, ſi autoritati Papæ ſe placide & quiete ſubmiſerint.

Altera exceptio eſt. In Eccleſia iſtius temporis alia fuit externa facies, Politiæ ſcilicet & rituum ſeu ceremoniarum, quam nunc eſt in Eccleſia Reformata.

Reſpond. I. Politia & ritus Eccleſiæ aut fuerunt ex jure divino, aut ex jure poſitivo humano ſeu Eccleſiaſtico. Poſterioris generis rurſum in duplici differentia ſunt, aut enim directe repugnant juri divino, aut ſunt adiaphora & non repugnant, ſecundum circumſtantias temporum, locorum, rerum & perſonarum ab Eccleſiis uſurpanda aut omittenda. Quæ juris divini ſunt, ea probamus, & retinemus, ut ex. gr. Cleri & populi ſuffragationem in vocatione paſtorum, quam in viridi adhuc obſervantia fuiſſe tempore Gregorii M. indicant ipſius epiſtolæ. Quæ juris humani & poſitivi ſunt inſtituta & applicata pro ratione circumſtantiarum, iis ut liberis, adiaphoris & mutabilibus nullæ Eccleſiæ præciſe alligantur, non magis quam Eccleſia & Schola Lovanienſis ſanctioni Pragmaticæ, libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, & Sorbonæ ſecundum libertatem illam ſtatutis alligari vellet. Quæ cum jure divino pugnant, aut ex eo non rite deducta ſunt, nec ex conſtitutionibus Apoſtolicis, vel etiam iis repugnant, ea reformari volumus: interim Eccleſias, ubi nondum reformata ſunt, toleramus, juxta illud Apoſtoli Philipp. 2.

II. Dato aliam fuiſſe externam faciem, (quæ tamen omni ex parte non fuit) hinc tamen aliam fuiſſe Eccleſiam colligi non poteſt. Neque enim ritus & externa politia eſſentialem unitatem & veritatem Eccleſiæ ponunt aut tollunt, neque externa communio aut diverſitas in iis earundem identitatem ac cognationem.

Tertia exceptio. Eccleſia quæ ſi non plane eadem fuit cum Papiſtica, ſaltem ſimilior Papiſticæ quam Reformatæ, ea non fuit Reformata, aut eadem cum illa. Sed Eccleſia iſtius ætatis, imprimis ſexti ſeculi, fuit ſimilior Papiſticæ quam Reformatæ. Ergo.

Minorem probo, quia facies illa Eccleſiæ ſimillima præſenti Papiſticæ. Vbique enim Politiæ, diſciplinæ, regiminis, Hierarchici tituli occurrunt, Papæ, Metropolitani, Epiſcopi, Sacerdotes, Anachoretæ, Monachi, &c. Vbique ſacrorum ritus, templa, altaria, collegia, monaſteria, cruces, picturæ ſeu imagines, liturgiæ, pſalmodiæ, feſta, &c. Legantur modo ſcriptores iſtius ævi, patres & hiſtorici Eccleſiaſtici.

Reſpond. I. Simile non eſt idem; alioquin Simia eſſet homo, & diabolus eſſet Angelus ac Sanctus Propheta, qui eorum, 2 Corinth. 11. imo & Dei ipſius ſimius eſt, imprimis in cultu religioſo. Gentilium, decem tribuum & Samaritanorum religio ſimilis videbatur, ſi non eadem, veræ religioni à Deo inſtitutæ. Si enim externam faciem fucatam & falſam imaginem & æquivocos ac deceptorios titulos intueri libet, erant utrobique templa, altaria, ſacrificia, ſacerdotia, ſuffitus, aquæ aſperſiones, luſtrationes, vota, preces, feſta (quæ Iehovæ appellabant.) Et omnis Eccleſia falſa, externo ductu & forma veram imitatur, & ſub ea ac per eam veritatem internam mentitur ſibique ſoli vendicat, ac veræ Eccleſiæ ſubtrahit: ſic olim Samaritani templo ſuo in Garicim verum cultum & adorationem aſſerere auſi. *Faciunt & veſpæ favos, & ſimiæ imitantur homines*, inquit Cyprianus. Vt ergo olim, Ethnica Religio, ex vera religione Patriarcharum occaſionaliter orta, deducta, & detorta, eadem cum illa falſa ſub imagine & externa quadam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

dam ſpecie ac ſimilitudine eſſe voluit, cum tamen reverà plane eſſet adverſa & nil niſi ejus corruptio ac cadaver: ſic & præſens Papiſmus in & ex antiqua Eccleſia ortus (ut omne malum ex bono per accidens ſcilicet, & ut vermis ex homine & in homine per generationem æquivocam) eique ſuccedens, titulos, nomina, & externam rerum ſpeciem retinuit tantum, ſed ipſas res mutavit, corrupit, quas ſub iiſdem titulis ac nominibus, ſub externa & falſa imagine occultavit & imperitioribus fraudulenter pro antiqua & vera fide propinavit, qui ſimilitudine vaſis externi (ut olim Papa Alexander V I.) miſerè decepti vinum toxicatum, pro mero haurire non deſinunt. Elegans illa ſimilitudo Iſidor. Peluſiotæ lib. 3. ep. 408. huc optime quadrat: *Eccleſia ſimilis eſt fæminæ cuidam, quæ ex antiqua felicitate excidit, ac ſigna tantum habet. Ornamentorum enim ſuorum thecas & arculas habet, opibus autem ſpoliata eſt.* Sit ergo iſta ratione præſens Papiſmus ſimilis Chriſtianiſmo & Catholiciſmo quarti aut quinti ſæculi. Habeat ſibi corticem ſeu ſimilitudinem corticis, nos nucleum & nuclei identitatem; habeat ſibi imaginem aliquam accidentalium nos veritatem eſſentialium; habeat ſibi umbram, nos characterem & expreſſam imaginem: oſtentet ſub fallaci & evanida illa ſpecie aliam longe fidem & religionem ſenſim ſine ſenſu mutatam, donec ad perfectam, quam nunc videmus, corruptionem perveniſſet; nos revera ipſam antiquam & genuinam illam fidei Chriſtianæ & ſalutaris formam exhibemus quam Apoſtoli & ſucceſſores eorum prædicarunt, & quam ſi quis vero corde amplectitur, in æternum perire non poteſt.

I I. Erat externus ille regiminis, & rituum modus, certæ & particulari Eccleſiæ (Imperii ſcil. Romani) proprius, & humana ſive prudentia, ſive infirmitate ad modulum regiminis & ſtatus Politici in Imperio exactus & efformatus, præterea accommodatus hominum iſtius ętatis ingeniis & moribus, ut hæreticis occurrerent, Gentiles lucrifacerent aut confunderent, dubitantes & infirmos ex Gentiliſmo proreptantes non averterent. Tali modo ſeu formæ peculiari & occaſionatæ, ſi externa ſpecie propius conformes videntur Papiſtæ, quam Reformati, utique faciem antiquæ eccleſiæ non habent, nec nos ea deſtituimur. Facies Eccleſiæ Catholicæ quærenda eſt per totum mundum; at hic tantum ſpectrum particularis alicujus, quæ ſæculo uno atque altero anguſtiis Imperii concluſa, commonſtratur. Quidquid enim ex tota antiquitate promittunt, terminos Imperii, & quarti ac quinti ſæculi non egreditur, ut conſtat ex demonſtratione Succeſſionis Perronica, ad Magnæ Britanniæ Regem, quam laudat Ianſenius, pag. 42. 43. Quid ſi ergo demus ſectam Papiſticam ad externam illam faciem propius accedere, quam Catholicos (quod tamen falſum) quid hoc ad rem? dummodo non conſtet ad faciem univerſalis Eccleſiæ, ſaltem maximæ partis, quæ toto orbe diſparſa erat, eam propius accedere, aut orthodoxos longius ab ea abeſſe.

I I I. Externa & periſtatica illa, quæ numerantur, occurrunt adhuc in Eccleſiis partim Angliæ, partim Germaniæ, quas tamen Papiſticas non dicent, quia ſub externa illa imagine tenent religionem & Eccleſiam toto cœlo à Romana diverſam. Occurrunt etiam ex parte in Eccleſiis Gręcis, Armenicis, Æthiopicis, &c. Vides ergo identitatem iſtorum (quæ tamen non eſt) nedum ſimilitudinem aliquam, non facere eandem fidem, aut eandem Eccleſiam per ejuſdem fidei conſanguinitatem. Imprimis cum ſimilitudo aut identitas in externa illa facie, non faciat ad fidei & Eccleſiæ eſſentiam; neque una Eccleſia ad alterius externam faciem teneatur, neque nos

nos magis ad faciem Romanæ ſeu Occidentalis, quam ad Orientalis teneamur, quæ tamen decoris illis & formalitatibus non minus ſplendida, & ut caſtrorum acies olim ordinata eſſe videbatur quam Occidentalis, ut conſtat ex Georgio Codino Curopalate.

IV. Dicimus noſtram abſolute eandem eſſe cum Eccleſia Imperii Romani iſtius ætatis; ſaltem ſimiliorem quam Papiſticam; quia conſanguinea illi eſt in neceſſariis & principalibus quæ ad eſſe fidei, Chriſtianiſmi & Eccleſiæ ſimpliciter faciunt; Papiſtica tantum ſimilitudinem prætendere poteſt in acceſſoriis, in mutabilibus circumſtantiis, in cultus formalitatibus; quas (ſiquidem recte ſe haberent) ad bene *eſſe* Eccleſiæ, & integritatem tantum facere, ipſi diffiteri non poſſunt. Addimus in principalibus & maxime neceſſariis politiis, nos Eccleſiam illam propius referre quam Papiſtas.

V. Negamus *Politica* & *ritualia* hodierni Papiſmi ejuſdem generis eſſe cum Politicis & ritualibus iſtius ætatis, niſi æquivoce talia dicantur, ut homo pictus eſt homo. Erant ibi Monachi, ſed non Papiſtici, cum meritis ſcil. ſupererogationis, cum voto & merito mendicitatis, alieno victitantes, cum variis regulis, ordinibus & ſectis[a], dicentes patri & matri *Corban*, cœcam profitentes obedientiam, cum myſteriis Ieſuitarum ſymbolizantes, opes hujus mundi, aulas & Politias Principum, Eccleſiaſtica miniſteria, omnia denique ſacra & profana involantes.[b]

Epiſcopi erant, ſed minime Papiſtici; qui ſcilicet poteſtatem coactivam ſibi arriperent, qui à Regum & Magiſtratuum poteſtate immunes ſe prætenderent, qui omnem poteſtatem Eccleſiaſticam & jus Vocationis miniſtrorum ac ſuffragii in Conciliis ad ſe raperent, qui Monachis & Preſbyteris conciones, vicariis vero & titularibus Regimen & inſpectionem ſacrorum demandarent, atque adeo aliis ovium curam committerent, lana ſibi reſervata, Papæ erant, ſed quales omnes Epiſcopi. Sic Cyprianus, Auguſtinus, Athanaſius, Lupus, &c. Et *Oecumenici Papæ* erant, ſed quales Patriarchæ omnes. Quæ ex epiſtolis aliiſque ſcriptis patrum, notiſſima ſunt. Vide inter alia ad l. 7. cap. tit. 1. & n. 123. cap. 3. annotationes Gothofredi. *Sacerdotes* erant, ſed non Miſſifici, qui Miſſis ſolitariis, abſque communicantibus, celebrandis & quidem lingua ignota, & creatorem ſuum per verba creantia creando ſub ſpeciebus panis & vini in ſacrificium verum, reale, externum propitiatorium offerrent, & ſubinde confeſſionibus audiendis, ſublime & arduum illud officium ſuum (ut Nazianzenus, Chryſoſtomus aliique deſcribunt) abſolverent.

Templa erant, ſed non Papalia, nec quod ad formam externam, nec quod ad internam, ſeu finem, nec quod ortum ſeu conſecrationem & encænia, ut in Pontificali, & jure Canonico deſcribuntur. *Altaria* erant, ſed non ad abolitionem panis & vini, & oblationem Chriſti ſuper iis ſub ſpeciebus panis & vini in propitiationem. Nec tali modo conſecrabantur altaria, qualis in Pontificali præſcribitur.

Liturgia, & *pſalmodia* Eccleſiaſtica erat, ſed lingua nota, ſed ſimplex ad devotionem comparata abſq; cantu fracto & colorato, abſq; Organorũ ſtrepitu. Nuſquã Miſſale, Rituale, Antiphonale Romanum; ne quidem

[a] Vide Ordines Monachorum in Provinciali Romano, quod ſubjicitur Practic. Cancellar. apoſtol. [b] Vide Polydor. Virgil. de Invent. rerum lib. 7. cap. 1. ubi differentiam indicat inter monachos antiquos & recentiores. Et Bernard. de Vita ſolitar. ubi de antiquis Anachoretis,

pem præcipuæ eorum partes & hodie maximè ſollennes. *Diſciplina*, *politia canonica*, & *canones* erant, ſed non ex præſcripto Iuris Canonici, aut practica Cancellariæ apoſtolicæ, aut taxa pœnitentiaria, aut uſu Rotæ Romanæ.

Denique, ſi quid in Ritualibus & Canonicis eſſet ſimile præſenti Eccleſiæ Papali, illud tamen non erat ipſis de fide, nec tanquam tale Eccleſiis omnibus Chriſtianis obtrudebatur, quamvis paſſim in Eccleſia Imperii Romani, aut Occidentis eſſet lege ſeu conſuetudine receptum.

Inſtantia. Atqui in ipſa doctrina, religione, & fidei dogmatis eſt conformitas inter Papiſmum, & Eccleſiam iſtius ætatis; ſaltem major, quam eſt inter Eccleſiam illam & Reformatos. Occurrunt enim ibi *imagines*, *merita operum*, *cruces*, *ſatisfactiones*, *ſacrificia*, *cura & commemoratio defunctorum*, *invocatio Sanctorum*, &c. *Indulgentiæ* ſeu *diſpenſationes*, &c.

Reſpond. I. Vbicunque occurrunt tituli, termini, phraſes Papiſticis conformes, ibi non eſt Papiſmus, aut res Papiſticæ; quia nomen poteſt eſſe idem & ratio eſſentiæ ſeu definitio diverſa, ut in omnibus homonymis. Sic ex. gr. *mereri*, ipſis notabat *conſequi* aliquid, non vero *meritum de condigno*, aut juſtificationem per opera legis. *Mutatio* in euchariſtia notabat ipſis relativam & moralem, non vero phyſicam; *Manducatio* metaphoricam & ſpiritualem aſſumptionem & applicationem Chriſti crucifixi, non vero phyſicam & corpoream. Manent enim ſymbola, ut loquitur Theodoretus, in *eadem ſubſtantia*, *forma* & *figura*. Μὴ γὰρ τὴν σάρκα, ἣν περίκειμαι, νομίζετε μὲ λέγειν, ὡς δέον αὐτὴν ἐσθίειν, id eſt. *Ne putate me dicere, carnem meam, qua circumdatus ſum, quod oporteat eam edere*, inquit Euſebius libr. 3. Eccleſiaſt. Theolog. contrà Marcel. Ancyran. [a] *In primitiva Eccleſia, de ſubſtantia fidei erat corpus Chriſti ſub ſpeciebus contineri, tamen non erat de fide ſubſtantiam panis in corpus Chriſti converti*, ſunt verba Ioh. Yribarne in 4. diſt. 11. qu. 3. diſp. 42. [b]

Et ſic longè aliud tunc ſonabant, *Sacrificia*, *Satisfactiones*, *Indulgentiæ*, quam Papiſmos, quos ſub terminis illis nunc occultant: ut in particularibus controverſiis ſigillatim hoc à noſtris oſtenſum eſt. Quod ſi quis compendio aliquo propriis oculis hoc videre velit, ſumat modò aliquam ex objectis illis vocibus *meritum*, *ſatisfactio*, *diſpenſatio*, &c. quibus applicet deſcriptionem & deciſionem Papiſticam ex Concil. Tridentin. novis abjurationibus, catecheſibus & ſimilibus authenticis; ita per omnes ſæculi, ex. gr. quarti aut quinti, aut ſexti Patres circumducat, ſaltem per unum aliquem juxta methodum Ianſenii pag. 44. 45. & ex lineamentis facile diſcernet *utrum illis temporibus religio Romana* (ut diſtinctè ſectam ſuam appellat pag. 43.) *floruerit*.

II. Quod ſi alicubi major ſit convenientia, realis ſcil. ſeu in ipſis dogmatis, & non tantum in nomine æquivoco, inde non ſequitur floruiſſe tunc Papiſmum, niſi oſtendatur corpus, ſyſtema, & totum Papiſmum, quod ad articulos neceſſarios & Papiſticè nunc definitos, in Eccleſia Catholica, aut ſaltem univerſa Imperii Romani fuiſſe receptum ab omnibus, ubique & ſemper, adeo ut quis aliter & contrà ſentiens ejectus fuerit tanquam hæreticus aut ſciſmaticus: quomodo de articulis Chriſtianiſmi fundamentalibus nos hoc facile probabimus, nec diffitentur adverſarii.

III. Dicimus, ne in uno quidem errore, fuiſſe formam & faciem Papiſmi. [c] Alia enim & longe diverſa erat *materia*, *forma*, *inten-*

a Citat ex M. S. in biblioth. Oxon. Humfredus Lynde in Via Deria p. 195. b Citat Humfred. Lynde ibid. pag. 194. c Vide egregium Ioh. Feri monitum ſupra c. 3. cit.

intentio. *Crucis* aliquis uſus erat, ſed adoratio & cultus ei non fuit exhibitus, juxta formulam Romanam quam habet Miſſa & Liturgia crucis. *Imagines* & *picturæ* penetrabant in ſacrarium, ſed cultus religioſus & adoratio ipſis nefas erat, & quidem Romæ ſub finem ſexti ſæculi, ut conſtat ex Gregor. Magno in epiſtola ad Serenum Maſſilienſem libr. 7. epiſt. 109. *Invocatio Sanctorum* irrepſerat, ſed ad faſtigium illud Officii Mariæ, Pſalterii Mariani, Sabbathiſmi Mariani, & Idolomaniæ per feſta, templa, imagines, ſacrificia, roſaria, proceſſiones, litanias &c. nondum aſcenderat. Defunctorum *commemoratio* & *cura* aliqua erat; ſed liberatio eorum ex purgatorio per indulgentiarum, Miſſarum pro defunctis, & totam ſuffragiorum nundinationem ne ipſum quidem noverat Romanum forum. Atque hæc de materia errorum. Forma etiam longè alia erat. Quia licet ut paſſivæ opiniones, aut κακοζηλίαι, quæ imprudentia & prava conſuetudine aut per συγκατάβασιν & conniventiam paulatim inoleverant, hærerent in Eccleſiis ſeu mavis in Doctoribus nonnullis, non tamen erant ut articuli fidei, errores perpetuo regnantes, conſcientiis omnium Doctorum & fidelium ſub pœna damnationis impoſiti, nedum ab omnibus, ubique, & ſemper recepti: ut ex ſpeciali controverſiarum iſtarum tractatione cuivis conſtare poſſet, quam conſulto tantopere fugit Ianſenius. Quantum autem interſit inter articulum fidei, & dogma ut ut veriſſimum, ex ſenſu adverſariorum vide in Ianſenii Spongia pag. 35. Et Bellarminum contra Theol. Venetos alibi cit. & Zvvarez in 3. tom. 2. diſp. 43. ſect. 4.

IV. Concludimus, illis ſæculis, imprimis ſexto jacta fuiſſe alicubi in hoc aut illo dogmate fundamenta Papiſmi, non ſyſtema ædificatum, non tertium impoſitum; ducta lineamenta, non formam ipſam ſeu faciem expreſſam; ovum conceptum, non pullum excluſum; materiam aliquam præparatam & diſpoſitam, ſed formam minime introductam[a].

Adeo ut nec in toto, nec in parte aliqua Papiſmi deprehendi & dici poſſit Eccleſia illa Papiſtica, ſed tota noſtra, quia ut ſecundum potiorem partem, ſecundum elementum aut humorem prædominantem, & multo magis ſecundum formam & actum ſpecificantem (qui dat eſſe rei) fit denominatio, ita & Eccleſia illa ſecundum fidei veritatem nobiſcum communem dicenda eſt noſtra, non verò ſecundum errores illos, Papiſtica.

[a] Quomodo Eccleſia paulatim prolapſa ſit à primæva integritate, vide apud Euſeb. lib. 3. cap. 32. & 4. cap. 22. Nicephor. lib. 3. cap. 16. & 4. cap. 1. Cyrill. Hieroſolymit. catech. 15. Beda in Samuel. cap. 2.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT VII.

Oſtenditur ſucceſſio Eccleſiæ à ſeculo ſeptimo uſque ad nonum.

Ecclesia quę 1. Chriſtianiſmum noſtrum adhuc profeſſa eſt, quæ 2. Papiſmum licet apertius ingruentem, & eundo vires acquirentem Eccleſiaſticè & Catholico conſenſu non eſt amplexa, 3. quæ reformationem non condemnavit, 4. quæ aliqua ſui parte, ſeu cujus aliqua & melior pars Papiſmo & quidem publicè ſe oppoſuit, illa noſtra eſt, aut in illa noſtram invenimus, & à ſeductoribus ac ſeductis, à factione malignantium, facile diſcernimus. Sed talis fuit Eccleſia in mundo, etiam in Occidente, à ſeptimo uſque ad nonum ſeculum. Ergo, &c.

Minor per partes ſic probatur. *Primum* membrum in confeſſo eſt, de retentione & profeſſione fundamentalis Chriſtianiſmi, quamvis obſcuriori, nec tanta cum luce cognitionis, tanta cum apologia, tanto cum ſenſu, tanto cum zelo, tanta cum cautione & cura, ut primis ſæculis. *Secundum* membrum ſic probatur: Eccleſia quæ corpus & ſyſtema Papiſmi, (quale nunc eſt) efformatum nondum habuit, ſaltem publico & univerſali conſenſu eccleſiaſticè nec recepit, nec ſuis ſub pœna anathematis tanquam verum Chriſtianiſmum aut neceſſariam ejus partem impoſuit, illa Papiſmum non eſt amplexa. Sed Eccleſia per iſta ſecula, ſive Catholica totius mundi, ſive totius Imperii Romani, ſive Occidentis, nondum habuit, nec recepit corpus Papiſticæ doctrinæ, &c. Ergo. Minor rurſum probatur. Eccleſia quæ aliquot partes integrales, etiam principales ipſius corporis non recepit, illa non recepit corpus ſeu ſyſtema Papiſmi. Sed Eccleſia illa hoc non fecit. Ergo. Probatur, quia ſicut quis non recipiens aliquot neceſſarios & principales fidei Chriſtianæ articulos, ipſum ſyſtema & corpus Chriſtianiſmi non recipere dicitur, atque adeo Chriſtiani nomine indignus cenſetur à Pontificiis & à noſtris, ut ex. gr. Photiniani ſeu novi Samoſateniani: ſic rejiciens aliquot neceſſarios & principales Papiſmi articulos Papiſta verè & propriè dici nequit, ut nunc fere de Eraſmo, Caſſandro, Renato, Benedicto, Fabro Stapulenſi, dominis & theologis quibuſdam Venetis, Iacobo Aug. Thuano & ſimilibus judicant rigidi Papiſtæ. Minor probatur, quia non recepit *cultum imaginum*, nec poteſtatem temporalem aut Spiritualem Papæ, neque tranſubſtantiationem, neq; communionem ſub una ſpecie, neq; cœlibatum clericorum, neq; ſacra lingua ignota peragenda, &c. De cultu imaginum, tranſubſtantiatione, cœlibatu, & poteſtate Papæ mox probabimus. De communione ſub una ſpecie ipſi adverſarii fatentur, ut ſupra cap. 3. notavimus. De lingua ignota in ſacris conſtat ex uſu omnium nationum, quæ aut propriam vernaculam, aut communem Latinam ſibi tunc notam uſurpabant.

Tertium membrum quod reformationem non anathematizavit, probatur in illuſtri illo reformationis articulo de mutatione panis in Euchariſtia, quem voce & ſcriptis profeſſi, ex Eccleſia ejecti, aut hæreticorum Catalogo adſcripti non ſunt, inter quos illuſtres Rabanus Maurus Archiepiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

chiepiſcopus Moguntinus, Heribaldus Epiſcopus Altiſſiodorenſis, Ælfricus Epiſcopus Anglicanus, Iohannes Erygena Scotus, Bertramus, cujus Scriptum etiam poſt tempus Reformationis in Papatu ab ipſis Papiſtis ſępius editum nemini ignotum eſſe debet, quamvis tandem Index id Hiſpanicus contra judicium Indicis Expurg. Belgici auferri voluerit.

Quartum membrum probatur. Eccleſia illa ſi non communi conſenſu, ſaltem magna & meliori ſui parte Papiſmo ingruenti ſe oppoſuit. Cultui imaginum Eccleſiaſticè, conciliariter & politicè ſe oppoſuit Concil. Conſtantinopolit. Anno 754. conſtans 338. Epiſcopis, & deinde potior pars occidentis Eccleſiæ in Gallia, Germania, Britannia, Italia, Concilium Francofurtenſe & Pariſienſe, Anno 1596. editum à Petro Pithœo, Carolus M. cujus liber & decretum contra imagines adhuc extat. Vide illud apud Goldaſtum in *replica* pro imperio, & imperialibus decretis *de cultu imaginum*. Oppoſitionis illius adverſus cultum imaginum à Gallis potiſſimum factæ meminerunt Aimoinus de geſtis Francorum lib. 4. & Baron. ad An. 787. & 825. Item Carolus judicium Britannorum miſſo exemplo decreti Niceni poſtulavit, & inde refutationem nomine Epiſcoporum & procerum Britanniæ ab Albino factam recepit. Rogerius Hoved. Contin. Bedæ part. 1. An. 792. Et Simeon Dunelmenſis, Matheus Florilegus, & Roffenſis hiſtoriæ autor. Poteſtatem ac Magiſterium Papæ rejecerunt Eccleſiæ, Principes, populi Paſtores, Doctores, &c. imo & integræ Eccleſiæ Nationales, Gallica, Germanica, &c. Gallica per Hincmarum Rhemenſem, & Concilium Epiſcoporum Anno 872. & per Arnulphum Aurelianenſem & Concilium Rhemenſe, Anno 991. Belgica per Epiſcopos ſuos, Anno 858. apud Aventinum annal. l. 4. In Italica Iohannes Archiepiſcopus Ravennas, Anno 860. Germanica per Huntherum Ep. Colonienſem Thietgandum Ep. Treverenſem, S. Huldericum Ep. Auguſtanum. Vniverſalis Orientis & Occidentis Eccleſia (ut volunt Pontificii) in Conſtantinopolitana Synodo, quam vocant Oecumenicam Octavam. Rurſum Gallicana per Præſules ſuos, ſub finem decimi ſæculi, cum Petrus quidam Cardinalis Roma in Galliam miſſus eſſet ad dedicationem templi in diœceſi Turonenſi; de quo Glaber Rudolphus Hiſtor. lib. 2. cap. 4. Et in cauſa Ludovici Pii contra Gregorium IV. In vita Ludovici à Pithœo edita. Et Eccleſia Italica per literas & querelas Epiſcoporum ſuorum ad Photium Patriarcham Conſtantinopolit. ut conſtat ex Photii Encyclica apud Baronium Anno 863. n. 42. Vbi fundamentum totius Reformationis comparet. Cœlibatui Clericorum ſtrenue ſe oppoſuit Clerus & Eccleſia Anglicana, Item Germanica. De his aliiſque oppoſitionibus Hincmari, Regis Caroli, Ottonis Magni cum Synodo Romana, &c. & Patriarcharum atq; Eccleſiarum Orientalium vide Pleſſæum cum Riveto ab Anno 800. uſque ad 1000. quæ cum hiſtorica ſint, & refutationem ultimam annalium Baronii contineant, & nimis importunum eſſet omnia illa deſcribere, ac alienis laboribus librum hunc meum in immenſum augere, tanquã mea facio, ac Ianſenio & lectori cuivis legenda & conſideranda, & ſi poſſit, refutanda offero, non aliter ac ſi ipſe ea hic enotaſſem. In dogmaticis aliter facio, ac faciendum ſcio, ubi non omittam rationes, quibus hunc aut illum propoſitum articulum recipio aut improbo, ipſe adſcribere, nec ut Ianſenius ad Perronum, ſic ad ſcriptum aliquod noſtrorum & quidem ex profeſſo refutatum adverſarium meum ablegabo.

Exceptio contra hanc probationem nulla

adferri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

adferri poteſt, quam iſta. In Eccleſia illius ætatis longè alia fuit religionis facies quàm in Reformata. Ergo. Eccleſia illa non fuit Reformata.

Reſp. I. Si per faciē doctrinę intelligis politiam, diſciplinam, ritus & ceremonias. Major eſt falſa. Iſta enim ſi differant, non faciunt religionem & Eccleſiam ſpecie diverſam. Si intelligis opiniones plebis aut doctorum, ſive alicubi, ſive paſſim, ſive ubique fere vagantes, itidem negamus Majorem. Quia ambulatoriæ opiniones non faciunt eandem aut diverſam Eccleſiam, ſed dogmata communi conſenſu omnium (qui quidem manent in communione Eccleſiæ) ubique recepta, quippe quorum veritas & neceſſitas ab Eccleſia definita ſit.

II. Quod ſi ergo per faciem religionis intelligis ſufficientiam fidei, hoc eſt, articulos definitos quoad veritatem & neceſſitatem, negamus illam in Eccleſia Catholica, (quatenus conſideratur ut tota & una in Imperio Romano, ſeu Occidente) fuiſſe Papiſticam, hoc eſt: talem qualis nunc eſt in Eccleſia Papali. Negamus inſuper in una aliqua parte Catholicæ ſive in Oriente, ſive in Occidente, ſive Nationali, ſive Provinciali, ſive diœceſana, Papiſmum ut talem & tanquam de fide neceſſarium, fuiſſe agnitum & receptum.

III. Quamvis aliqui articuli Papiſmi probarentur fuiſſe, tunc obtinuiſſe formaliter & proprie non poſſet dici Papiſtica, ſed manet adhuc noſtra.

Primò. Quia omnes articuli nunc Papiſticè definiti faciunt Papiſmum, non verò aliqui, & quidem minus principales.

Secundò. Quia articuli ſi qui eſſent alicubi recepti, alia forma, alio modo, & alio fine inhærebant, ut opiniones, ſciſcilicet, aut adiaphora, aut dubia, ut probabilia, aut quodlibetica & problematica, aut canonica, aut ſuperflua, aut mala tolerabilia & toleranda, quippe minus bene poſita, aut etiam ut utilia ad fidei & Eccleſiæ bene eſſe & decorum, non verò ut neceſſaria ad ſalutem & fidei ſufficientiam.

Tertio. Quia etiam quos definire & obtrudere ſatagebat factio errantium, nec ut veros & neceſſarios ideo recepit Eccleſia univerſa, & ſingulæ ejus partes: ſed magna pars Occidentis non ignobilior forte etiam major ſe receptioni illi oppoſuit vel contra nitendo, vel ſaltem aliter ſentiendo. Quod in articulo de tranſubſtantiatione nimis manifeſtum, quem cum non admitteret Bertramus Presbyter, nunquam tamen inter hæreticos numeratus, antequam Ieſuitæ Chronica ſcriberent.

IV. Definitio quæcumque prætendi poſſit, non erat legitimè & conciliariter facta, ex. gr. Concilii Niceni II. cujus totus proceſſus eſt impius, inordinatus, tyrannicus & latrocinalis; cui etiam totus fere Occidens ſe oppoſuit. Itaque Papiſmus ſeu pars Papiſmi, quæ tunc ingruebat, non erat idem cum præſenti Papiſmo nec objectivè, nec ſubjectivè. Non enim per omnes ſuos articulos extenſus erat, nec omnia ejus membra conformata: Deinde nondum acceperat animam & formam ſuam Papiſticam, ut diceretur & haberetur Chriſtiana & ſalvifica fides; tum non ita ſe extendebat per omnes Eccleſias particulares, earumque Clericos & Laicos.

V. Quamcumque Eccleſiam particularem, aut partem ejus inſederat, non erat tamen eo gradu, imò nec eadem ſpecie, qua nunc eſt. Differt ergo ut mola & informis maſſa à corpore humano, Embrio ab homine, pleuritis notha à pleuritide vera, febris ab hectica, ſchirrus phlegmaticus à cancro, moribundus à mortuo, dubitatio & ſimplex error ab hæreſi.

hæreſi, ataxia aliqua in republica à perfecta tyrannide, bellum & prælium cum hoſte à perfecta victoria unius, & totali clade, & ſubjugatione alterius partis, motus à re motu facta, præparatoriæ diſpoſitiones ſeu alterationes à generatione ſubſtantiali, per quam forma introducitur, materia tranſiens à compoſito, terra unde Adam deſumptus eſt ab ipſo Adamo, umbra & crepuſculum à profunda nocte, conſilium ſeu deliberatio à decreto peremptorio ex executione, velleitas à volitione, ſimplex apprehenſio intellectus à judicio & cognitione reflexiva, actus aliquot boni aut mali ab habitu virtutis aut vitii, ædificii alicujus ichnographia aut ſciographia ab ædificio perfecto, prima lineamenta & circumductus picturæ à perfecta imagine, pueritia ab ἀκμῇ & ætate conſiſtentiæ.

Sextò, Etiam illos Doctores ſeu Clericos maximè erroribus afflatos, hæreticorum numero eximere, & nobis aſſerere poſſemus, ſiquidem ad hominem diſtinctiones Papiſticas, & excogitata ſua commenta ipſis quis reponeret. Non minus ac illi Liberium, Marcellinum & Papas errones ad unum omnes ſibi vendicant, nec ab Eccleſia ſua ſepararunt Aureolum, Durandum, Bertramum, Occamum, Scotum, Eraſmum, Cajetanum, Cardinalem Contarenum, Moronum, Caranzam, &c, ne quidem Abbatem Trithemium, Cornelium Agrippam, Cardanum, Pomponatium, &c. De excogitatis commentis ex Indice expurgatorio Belgico alibi monuimus; & de diſtinctione inter hæreſin interiorem & exteriorem: & quomodo hæreſes ſeu hæretica in nobis igni expianda, in Patribus, in Doctoribus ſuis tolerent; vel quia error erat in illo tempore, cum nondum per nova jura tam evidenter eſſet definitum, vel quia parati erant judicio Eccleſiæ ſe ſubjicere, ut exſertè Bellarminus de Durando pronuntiat de Euchariſt. libr. 3. cap. 13. Quamvis aſſertio fuerit hæreti a, ipſum tamen non eſſe hæreticum, quod paratus eſſet Eccleſiæ judicio ſe ſubmittere. Non minus de plurimis Doctoribus errantibus iſtius ætatis dici aut conjici queat, ipſos paratos fuiſſe, Catholicæ Eccleſiæ, Euangelii, & Chriſti judicio ſe ſuaque ſubmittere; in qua ſubmiſſione cum noſtris Reformatis exactiſſime conveniunt, quamvis in dogmate aut dogmatis aliquot diſſenſerint.

Septimò, Quomodocunque intenderit & promoverit Papa myſterium iniquitatis, & plurimi ex Clero peſte illa afflati ſint, non tamen univerſalis illa apoſtaſia (2. Theſſal. 2.) Chriſtianiſmum ita penitus occupavit, ut Eccleſia profligata, in anguſtias compulſa, ſedibus quaſi ſuis dimota & triumphata dici debeat. Languebant & ſatis graviter laborabant partes Eccleſiæ & doctrinæ non ignobiles, & ſubinde inclinata res erat, non tamen de tota Eccleſia & toto doctrinæ corpore conclamatum erat, cum in acie adhuc ſtarent & pro muris ac portis Sionis pugnarent adverſis frontibus Concilia, Eccleſiæ, Doctorum illuſtrium conſenſus, accedente Imperatorum, Regum, Principum, populorum autoritate & favore. Vt in cauſa imaginum, cœlibatus Clericorum, Magiſterii Papalis, & Tranſubſtantiationis indicavimus modo, & ſupra cap. 6. Adeo ut vana & contra propriæ conſcientiæ atque omnis experientiæ lucem, ut & contra omnium Indicum expurgatoriorum & artis falſariæ praxin ſit gloriatio illa: *Quæcunque vel opera, vel fragmenta ſuperſunt eorum qui disjunctiſſimis terris Euangelium ſeverunt, omnia nobis unam fidem exhibent, quam hodie*

Catholici profitemur. Edm. Campian. rat. 10. Aliud jam oſtendunt non noſtri tantum, ſed illi Pontificii, qui veterum ſcriptorum monumenta quotidie in lucē protrahunt, inter quos ICC. aliquot in Gallia primas facile tenent, qui edendis ſcriptoribus, Conciliis & capitulis voti iſtius P. Pithœi paulatim nos compotes reddunt: *Sæpe*, inquit, *optavi, horum non modo quæ edita ſunt, ſed & quæ ex antiquis bibliothecis recuperari poſſent, omnia colligi, & Gallicæ Theologiæ tanquam ſpeculum quoddam fieri, in quo majorum noſtrorum virtutes quaſi contractis luminibus clarius elucerent.* In præfat. ad Salvianum à ſe edit. 1580. Idem utinam aliquando præſtetur in ſingulis Nationibus Occidentis. Britannica ſcil. Germanica, Hiſpanica, &c. ut ſcil. ſuam quæque Theologiam repetat, ſucceſſive ex propriis Doctoribus, Hiſtoricis, Conciliis Nationalibus & Provincialibus, Statutis & Reſcriptis Regum ac Principum à prima Chriſtianiſmi ſui origine uſque ad nonum ſæculum; viderent ſane omnes domi ſuæ aliam fuiſſe Eccleſiæ & Theologiæ faciem, quam Romano-Papiſticam: præterea aliunde & altius Eccleſiarum ſuarum origines deducerent, quam à novo illo trunco ac ſtolone Romano-Papiſtico. Vide quæ ſupra de antiquitate & ſucceſſione Anglicanæ, ſed perturbata à Romano Flamine, notavimus cap. præced. Et quæ de Gallicanæ ſuæ P. Pithœus præfat. ad Salvianum, quam non obſcurè innuit Romanæ nihil debere, probans ejus antiquitatem, amplitudinem, Doctorum & Epiſcoporum (quos Papas tunc appellabant, ut ibi loquitur) multitudinem, autoritatem, eruditionem, ſanctitatem; ne ſemel quidem Romanæ radicis, communionis, & dependentiæ mentione ibi facta; inſuper injecta amplificatione à comparatis: *Nam ut religionis cultum intueamur, quid eſt quæſo quod Galliæ cæteris orbis regionibus invideant?*

Octavo, Nondum ſaltem definitæ erant blaſphemiæ Antichriſtianæ, quibus demum Papiſmus ad faſtigium perductus & Eccleſia tyrannicè conculcata à Gregorio VII. dicto Hildebrando. Sunt autem inter alia (omnia enim deſcribere non vacat) Tom. 3. Concil. part. 2. pag. 1196. edit. Binii,

Quod ſola Romana Eccleſia à ſolo Domino ſit fundata.

Quod ſolus Romanus Pontifex jure dicatur Vniverſalis.

Quod illi ſoli licet pro temporis neceſſitate novas leges condere, &c.

Quod ſolus poſſit uti Imperialibus inſignibus.

Quod ſolius Papæ pedes omnes Principes deoſculentur.

Quod illius ſolius nomen in Eccleſiis recitetur.

Quod unicum eſt nomen in mundo.

Quod illi liceat Imperatores deponere.

Quod de omni Eccleſia quocunque voluerit clericum valeat ordinare.

Quod nullum capitulum, nullusque liber canonicus habeatur abſque illius autoritate.

Quod à nemine ipſe judicari debeat.

Quod Romanus Pontifex, ſi canonicè fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur Sanctus, &c.

Quod à fidelitate iniquorum ſubjectos poteſt abſolvere.

Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Eccleſiæ.

Atque ejuſmodi *dictatus* Gregorii VII. (ut ipſe appellat) de quibus Onuphrius in ejus vita: *Quod major pars antea parum in uſu fuerit, & à nemine prædeceſſorum ſuorum unquam attentata.* Et Concil. VVormatienſe, quod *profanæ* eſſent *novitates*, &c. *& glorioſa decreta, per quæ (quod ſine lachrymis dici non poteſt) Chriſti fere nomen periit.* Ec

Et quod arrogando ſibi potentiam ligandi & abſolvendi, *univerſa fraternitatis jura deſtrueret*, &c. *& quod hæc ſententia omnem inſaniam excederet.* Goldaſt. in Imper. Statutis tom. 1. pag. 47. Quomodo multo tempore ante Hadriani II. conatus Monarchicos, novitatis & typhi inſimulabat Carolus Calvus in Reſcripto apologetico: *Licet contra morem Deceſſorum ac Prædeceſſorum veſtrorum hoc dictum invenimus, id eſt, umbroſum ſæculi typhum inducere in eccleſiam ſuam, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis, &c. præfert.* Exſtat tom. 1. conſtit. Imperial. à Goldaſto edit.

Nono. Nondum etiam plenis velis Fabulæ, idolomaniæ, ſuperſtitiones, & blaſphemiæ per Scholas & Eccleſias paſſim vehebantur; quales ſcripto mandatæ à Bernardino de Buſtis, qui vixit circa annum 1480. à Bonaventura, qui vixit Anno 1260. in pſalterio Mariæ; à Thoma Aquinate Anno 1260. in articulo, de cultu Imaginum; à Scriptoribus vitæ Franciſci & Dominici, nominatim Bartholomeo de Piſis in libr. Conformitatum approbato per Capitulum Generale Franciſcanorum: Quę ſcripta magnæ authoritatis, publica quaſi erant ignorantiæ & errorum vehicula. Facile eſſet ex iis Margaritas aliquot lectori exhibere, ſed quia in nimiam molem illa exereſcerent, abſtinebo; duabus illis contentus. Sic ergo Bernardin. de Buſtis, Marial. part. 6. ſermo. 2. membr. 3. *Profecto (ſi fas eſt dicere) tu ſecundum quid majora feciſti Deo quam ipſe Deus tibi, & univerſo generi humani. Volo ergo ego dicere, quod tu ex humilitate reticuiſti. Tu enim ſolum ceciniſti: Quia fecit mihi magna qui potens eſt: ego verò cano & dico, quia tu feciſti majora, ei qui potens eſt.* Anſelmus [a] & Rudolphus de Saxon. *Velocior eſt nonnunquam ſalus memorato nomine Mariæ, quam invocato nomine Domini Ieſu filii unici.* Idem part. 2. cap. 86. fol. 90. col. 4. *Sicut ergo de ſua potentia cuncta patrando pater eſt & dominus omnium, ita B. Maria ſuis meritis cuncta reparando mater eſt & domina rerum, &c. Maria eſt domina rerum ſingula congenitæ dignitati per illam, quam meruit gratiam, reſtituendo.*

Ex Franciſci Conformitatibus Anonymus aliquis excerpta quædam ſeu Anthologiam exhibuit, titulo *Minoritarum Alcoranus*, ſeu *Vylenſpiegelius*; quam Belgicè legi, aliis linguis an exſtet, neſcio.

Decimò. Nondum Emporium Romanum, & menſæ Collybiſtarum cum certa, methodica & univerſali nundinationum ratione Romæ erant conſtitutæ, & inde animarum cenſus omnibus nationibus impoſitus, ſaltem non receptus juxta conſtitutiones Taxæ Cancellar. & Pœnitentiariæ, & praxin Cancellariæ apoſtolicæ: nedum ut animarum mercatura per indulgentias in ſubverſionem & exſtinctionem veræ fidei & pœnitentiæ tam indulgenter graſſarentur, ac poſterioribus ſæculis, uſque ad Lutherum. Adeo ut vix ullius mentis & conſcientiæ Pontificius ſit, qui Leoni X. cœptæ Reformationis & diſceſſionis Eccleſiarum cauſam non imputet. Vide inter alios Guicciardin. lib. 13. n. 15. Iovium in vita Leonis, pag. 193. 194. Laur. Surium in commentar. ad Ann. 1517. & Thuanum lib. 1. pag. 28. 30. Petr. Matheum hiſtor. lib. 4. pag. 9. Verba ipſorum non deſcribam, quia libri ſatis ſunt obvii, & malim ipſos conſuli, imprimis Guicciardinum, qui Papæ beneficiarius & Miniſter, adeoque majorem fidem hac in parte meretur. Vide de Guicciardino judicium Thuani lib. 1. pag. 42.

Vndecimò. Eccleſia cum non tradiderit Papiſmum, nec publica authoritate omnibus impoſuerit, nec Doctores

[a] Anſelmus de Excell. Virg. cap. 6. De vita Chriſti part. 2. cap. 68. apud Vſſerum contr. Ieſu't. pag. 446.

omnes unanimi conſenſu, nedum ut tradentibus quibuſdam, ſeu multis Doctoribus, aut partem aut rudem formam Papiſmi, eam fideles receperint, & ducti à Paſtoribus in paſcua non bona venenatas cum ſalutaribus herbis æquè devoraverint, ſequitur Eccleſiam illam univerſalem & quod ad totum corporis ſui, & formam ſeu ſpeciem ſuam, & totum corporis doctrinæ fundamentalis fuiſſe noſtram, non Papiſticam: Siquidem ſemper à potiori fit denominatio. In ſucceſſione doctrinæ & Eccleſiæ reſpondent ſibi invicem *traditio* Doctorum & *receptio* diſcipulorum, *doctrina* & *diſcentia*; ut dogmata ſint alicujus Eccleſiæ & *ſubjectivè* (ut loquuntur) Eccleſiaſtica, non ſufficit in idea ſeu objective ita concipi ſeu conſiderari, aut quatenus Eccleſiæ proponuntur, ſed quatenus & quouſque ab ea recipiuntur, & inſident non leviter, ſed altè firmiterque ipſis auditorum conſcientiis, tanquam de neceſſitate & eſſentia fidei. Ideo dicuntur non tantum *παιδεία, δόγματα, παράδοσις*, ſed & *μαθήματα, μαθήσεις*. id eſt, *diſcentiæ*, ut vertit Tertullianus, & Hebræis לקח quod Aquila Proverb. 16. 23. ad verbum λῆψιν Sym. & Theod. ἐπιδοχὴν, Targum Ibid. & Proverb. 1. 5. & 4. 2. Ieſai. 29. verſ. 24. Deuter. 32. 2. אולפנא, & מדעא Quamdiu Eccleſia formam doctrinæ traditam, non induit, & non traditur ac transfunditur in illam traditionem, formam & *τύπον* doctrinæ (Roman. 6. 17.) per obedientiam, non poteſt propriè ab illa denominari. Traditio non fuit tunc tota & totaliter, atque adeo formaliter Papiſtica; receptio multo minus fuit talis. Et quid ſi illa fuiſſet, hac tamen deficiente nõ exiſtit apoteleſma ſeu effectus, h. e. Eccleſiæ transformatio in Papiſmũ aut Papiſticam. *Omne enim receptivum recipit ad modum receptivitatis, non ad modum imprimentis.* Pari ratione de parte & reliquiis Eccleſiæ (non toto) jam preſſæ & profligatæ decimo & undecimo ſæculo judicandum eſt, (de quo capite ſeq.) Non aliter ac de ſtatu Eccleſiæ Iudaicæ ſub Antiocho, & inde uſque ad adventum Chriſti, cum ſederent in Cathedra Moſis quos audiebant fideles, quatenus ſcil. Cathedram Moſis & principalem ſucceſſionem, doctrinæ ſcil. ſalutaris, tenebant; non audiebant quatenus traditiones ſuas & fermentum admiſcebant. Ab illo enim fermento cavere ſibi debebant, & cœcos illos duces ſibi relinquere.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT VII.

Eccleſiæ Succeſſio à nono uſque ad ſeculum undecimum.

ECCLESIA quæ retinuit Chriſtianiſmum, & Papiſmum non eſt profeſſa, nec anathematizavit Reformationem, ſeque Antichriſtianiſmo & Papiſmo oppoſuit, illa fuit noſtra. Sed ſi nõ tota ſeu ſecundũ partẽ potiorẽ aliqua ſaltẽ Eccleſia (præter Orientales, Africanos, &c.) in Occidente hoc fecit, ſeculo 10. & 11. Ergo

Ergo aliqua ſaltem Eccleſia in Occidente eſt noſtra. Probatur Minor quod ad primum membrum. Quæ Eccleſia retinuit Scripturam, quatuor ſymbola, & reliqua Chriſtianiſmi fundamentalia ſupraposita, tam in publica quam privata inſtitutione & profeſſione, praxi pietatis, devotionis exercitiis, conſolatione in vita & in morte, elencho & redargutione infidelium, &c. illa retinuit Chriſtianiſmum: ſed aliqua Eccleſia hoc fecit, &c. Quod probatur ex omnibus elementariis ſeu Catecheticis practicis, aſceticis, elencticis contra hoſtes fidei tunc editis. Secundum membrum Minoris probatur: Eccleſia quæ factionem Antichriſtianiſmi, & corpus ſeu ſyſtema Papiſmi non agnovit aut habuit, partim agnitum non ſuſcepit, partim ſuffragiis factionis malignantium & tyrannide Papali victa & coacta nolente animo potius paſſa eſt, quam ſuſcepit Antichriſtianiſmum & Papiſmum, illa non eſt profeſſa Papiſmum. Sed Eccleſia ſaltem aliqua in Occidente talis fuit. Ergo. Probatur Minor. I. Quia corpus ſeu ſyſtema fidei Papiſticæ, prout nunc in Concilio Tridentino & in juramento à Pio IV. præſcripto, & juramento ſeu profeſſione fidei Græcorum ex mandato Gregorii XIII. efformatum eſt, tunc nondum erat. Probatur, Quia multæ partes & quidem principales tunc nondum extabant, ſaltem nondum tanquam commune ſymbolum, & neceſſaria fidei profeſſio Eccleſiæ Doctoribus & Clericis, nedum Laicis omnibus ſub pœna anathematis & debiti ſupplicii erat impoſita. Partes illæ ſunt ex. gr. *tranſubſtantiatio, Communio ſub una ſpecie, adoratio & circumgeſtatio Euchariſtiæ.* II. Aliæ Papiſmi partes licet tunc ingruerent, imo & prævalerent, ut ex. gr. Vtraque poteſtas Papæ, meritum & liberi arbitrii præconium, indulgentiarum nundinatio, feſtorum & ceremoniarum multiplicatio ac ſuperſtitio, tamen omnes partes Eccleſiarum Occidentalium æqualiter non pervaſerant, neque ab omni clero receptæ erant, ſaltem non à fidelibus, quamvis plurimi ſpeculatores cœci aut ignavi facti fuiſſent, neque etiam in generali Occidentalium concilio, tanquam de fide definitum erat, penes quos eſſet veritas, plures an pauciores, qui à pluribus diſſentiebant. III. Quia etiam Eccleſiæ illæ, quæ receperant, dolentes, invitæ, & cum magna reſiſtentia receperunt, aut potius paſſæ ſunt torrentem illum inundare, quo tamen omnes Clerici, nedum fideles abſorpti non ſunt, Deo ſervante ſibi animas aliquot in illo diluvio. Si enim heri aut hodie non defuerunt doctores & paſtores in medio Papatu, qui crederent & profiterentur certitudinem ſalutis cum Ambroſio, Catharino & Martino Iſengrenio[a]; juſtificationem fidei per imputationem juſtitiæ Chriſti cum Cardinali Contareno & Pariſienſibus libri approbatoribus & fiduciam non in meritis propriis, ſed in ſola Dei miſericordia & Chriſti paſſione collocandam; abolitionem imaginũ Trinitatis & Sanctorum (ſola cruce excepta) cum Epiſcopis & Theologis aliquot in Gallia; ſubjectionem Papæ ad Concilium cum Sorbona Pariſienſi; magiſtratus independentem poteſtatem in clericos, & in temporalibus cum theologis Venetis; Scripturæ originalis authentiam & integritatem cum Aria Montano, & profeſſore Pariſienſi N. Muis, qui nuper peculiarem de ea tractatum debitè ibi approbatum edidit; qui taxam pœnitentiariam cum Eſpencæo, qui Papæ ſolam Monarchiam Eccleſiaſticam cum Rege & theologis Hiſpaniæ in Sicilia: qui mul-

[a] Iſengrenii tractatum Latine verſum & præfatione commendatum edidit Felix Fredenbachius in aula Imperatoris Concionator. cap. 6. Inter alia oſtendit ex Patribus Scholaſticis Neotericis hanc gratiæ certitudinem ſemper traditam fuiſſe, aut ſaltem non impugnatam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

multos abuſus & Superſtitiones Romanæ Eccleſiæ cum Auguſtiniano quodam improbarint Romæ edito impreſſoque libello; qui de traditionibus, de cultu imaginum & ſanctorum, de purgatorio, de cœlibatu Clericorum, de ignota lingua in ſacris querelam inſtitueret cum Georg. Wicelio in Methodo concord. Eccleſiaſticæ; qui fidei Reformatorum ſalutem aſſcriberet cum Caſſandro, & Renato Benedicto; Si poſt inchoatam reformationem, imò poſt habitum Concilium Tridentinum ex ipſo Concilio, ex ipſa Curia Romana teſtes veritatis producuntur, imò in Hiſpania, ipſaque Papatus acropoli Italia, Reformatio longè lateque graſſata eſt, ut conſtat ex Thuano lib.3.pag. 214. & lib.5.pag.417. ex vita Petri Martyris, & quæ lib.2. ſect.1. cap.2. diximus. Si adhuc non deſunt Curati & Clerici qui poſthabitis additamentis Papatus ſimplicem Euangelii doctrinam ſuis inſtillant, ſi etiam non deſunt milleni Laici qui eodem in ſenſu ſunt; quid judicandum eſt de Clericis & fidelibus iſtius ætatis, cum major eſſet libertas, nec tanta erroris conſummatio, autoritas & neceſſitas premeret. Audivi ego Clericos, quorum alii purgatorium, alii invocationem Sanctorum & Mariæ juxta formulas pſalterii Mariani, alii adorationem imaginum, & ſimiles Papiſmi articulos rejicerent. In ipſa Italia Clerici doctiores plerique Reformationem ſuſpirant, Papatum faſtidiunt teſte Archiepiſcopo Spalatenſi, Marco Antonio de Dominis, l.2.ſect.1.cap.2. ut ſupra notavimus. Noti fuerunt in vicinia Sacerdotes & Parochi, qui doctrinam noſtram auditoribus ſuis maxima ex parte reformatis prædicarent, qui Euchariſtiam ut ſymbolum corporis Chriſti & commemorationem mortis ejus traderent, qui ad invocationem ſanctorum, adorationem imaginum & ſimiles ſuperſtitiones nec doctrina nec exemplo præirent; qui laicis communionem cum Eccleſiis loci ſui reformatis ſuaderent & ſalutem illis promitterent, ſiquidem ductum iſtius doctrinę ſequerentur. Tertium membrum Minoris probatur. Quia nullus omnium Eccleſiarum in Occidente conſenſus, nullius Oecumenici concilii decretum, nullus communis Doctorum conſenſus per iſta ſecula oſtendi poteſt quo anathematizati illi ſunt, qui Chriſtianiſmum illum ſupra poſitum profiterentur tanquam ad fidem & ſalutem ſufficientem, aut qui corpus illud Papiſmi tanquam ad ſalutem neceſſarium non profiterentur. Quomodo nunc anathematizantur Reformati, & quicunque non recipiunt decreta Tridentina tanquã de fide. Provoco adverſarios, ut unã modo adferãt inſtantiã, & vicerint in hoc puncto. Quartum membrum Minoris probatur. quæ ſe oppoſuit antichriſtianiſmi & Papiſmi Principio & fundamento fundamentorum, *Poteſtati* ſcil. *Papæ*, illa ſe oppoſuit Papiſmo, & conſequenter fuit noſtra Eccleſia, licet communibus aliquot ſui temporis erroribus obnoxia: quia tamen plerique erant problematici, non de fide definiti, exagitati magis in Scholis & Capitulis per Theologos & Canoniſtas quam publica profeſſione agniti, recepti, ac praxi fidei & religionis in ſuccum & ſanguinem converſi à fidelibus. Quia etiam pro clave ſcientiæ & poteſtate Eccleſiaſtica contendebat, atque ita antidota deformationis & media reformationis & inſtaurationis nondum plane abjecerat: agnoſcimus ibi adhuc Eccleſiam Dei, Fratres noſtros partim firmiores & contra nitentes, partim languentes, partim medio habitu inter ſanitatẽ & morbum affectos. Oppoſuit ſe infallibili ac ſupremo magiſterio Eccleſia Leodienſis an. Domini 1110. & Synodus Nationalis Germanica, Eccleſia Gallicana, Germanica, Britannica; in cauſa Iconolatriæ; Epiſcopi Gallicani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Gallicani in cauſa Ludovici regis ſui; Epiſcopi plerique Italiæ in cauſa Imperatoris Lotharii anno Domini 844. Epiſcopi Mediolanenſes per 200. annos; Reges, Carolus M. Ludovicus, Lotharius Archiepiſcopus Rhemenſis, Hincmarus cum aliis Galliæ Epiſcopis & Duriaca Synodo in cauſa Hincmari Laudunenſis. De quibus omnibus conſulendi Baronius in annalibus, & Caſtigator ipſius Pleſſæus in Myſterio. Summa probationis huc redit. Si Eccleſia in Occidente tota non fuit Papiſtica, nec quoad Fundamentum Papiſmi, hoc eſt, poteſtatem Papæ ſeu Antichriſtianiſmum, nec quoad ædificium Papiſmi, hoc eſt, articulos illos omnes ſupra poſitos. Ergo, aliqua Eccleſia in Occidente fuit ſpecie eadem cum noſtra, vel ſi mavis pars integralis veræ & Catholicæ, & pars coordinata noſtræ Eccleſiæ. Sed verum prius. Ergo & poſterius. Major probatur, quia aliqua illa aut fuit Papiſtica, aut fuit alia hæretica, aut fuit plane aliena & extranea. I. Non fuit Eccleſia Chriſtiana ſicut Mahumetiſtæ, Iudæi, Ethnici, aut fuit vera Catholica apoſtolica, qualis noſtra: aliud enim fingi non poteſt. Non fuiſſe Papiſticam mox probabimus. Non fuiſſe hæreticam ſive Arrianam, ſive Neſtorianam, ſive Eutychianam, ſive Manichæam, &c. conſtat ex inductione & factorum luce, rei evidentia & propria confeſſione adverſariorum, & quod nemo hæreſeos illam accuſavit. Non fuiſſe Ethnicam, Mahumetiſticam, &c. etiam in confeſſo eſt. Ergo quia quæſtio eſt de duobus contrariis ſe mutuo pellentibus, Papiſmo & noſtro Chriſtianiſmo ſeu Catholiciſmo, ſequitur neceſſario tantum fuiſſe noſtri Chriſtianiſmi in ſubjecto, Eccleſia ſc. quantum Papiſmi in eodem ſubjecto non fuiſſe probamus. Minor probatur, quæ quod ad omnes ſui partes, nationales ſcil. diœceſanas, parochianas, quod ad omnes Clericos & Laicos non fuit Papiſtica, illa tota non fuit Papiſtica. Sed Eccleſia in Occidente non fuit talis. Ergo, &c. Probo. Cui quod ad omnes ſui partes Eccleſias ſc. Nationales, Diœceſanas, Parochianas, Collegia Clericorum, Clericos ſingulos, familias Laicorum & Laicos ſingulos, communi & univerſali decreto & Conſenſu ſeu Conciliariter nec præſcripta, nec de neceſſitate impoſita erat fides & profeſſio Papiſmi, nec communi praxi tale decretum ubique executioni mandatum, nedum communi conſenſu ab omnibus receptum, illa non fuit tota & totaliter Papiſtica, & per conſequens Eccleſia illa ſeu pars Eccleſiæ detracto ſeu remoto Papiſmo erat antiqua Catholica, id eſt, Eccleſia noſtra, vero, fundamentali & antiquo Chriſtianiſmo contenta. Quicquid enim hic decedit aut ſubtrahitur Papatui, hoc nobis aſſeritur. Sed talis erat Eccleſia ſeculo nono, decimo, undecimo. Ergo.

Minor per partes ſic probatur. I. Quia de nullo tali communi conſenſu & decreto & quidem conciliariter facto conſtat. Et provoco omnes Papiſtas, ut vel umbram talis decreti à Concilio œcumenico conciliariter facti proferant, prout quidem tale Concilii œcumenici (Tridentini ſcilicet) decretum pro Papiſmo nunc adferre ſe poſſe putant. II. Decretum etiamſi tale fuiſſet, quia tamen in executionem non fuit deductum, nec perpetuo & communiter obſervatum, vim ſuam amiſiſſet, & fuiſſet ipſo jure (ſecundum ipſorum Theologiam) nullum: ſed fuiſſe unquam talem executionem & communem obſervantiam in æternum non probabunt adverſarii. Proferant ſi poſſunt tabulas hujus inviolatas & ininterruptæ ſucceſſionis, imò proferant ſaltem aliquod ejus initium. III. Quamvis executione tali vexatæ & preſſæ fuiſſent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

omnes Eccleſiæ, omnes Clerici, omnes Laici, non tamen ſequitur ab omnibus receptum: non enim tam neceſſario patiens patitur quam agens agit, non quia quis ſeducit, ideo omnes ſeducuntur, Matth. 24. *adeo ut ſi poſſibile eſſet, etiam electos ſeducant*. Vt Deus olim 7000. tempore Eliæ & pauca nomina in Sardinenſi Eccleſia ſibi reſervabat; ut orthodoxos ſub factione tyrannideque Arrianorum, ſic & hoc tempore Eccleſias, Clericos, fideles ſibi ſervabat. Quos facilioris doctrinæ & memoriæ cauſa diſtinguimus in 9. choros & III. Claſſes ad imitationem Hierarchiæ Papalis, cujus factioni eos opponimus.

I. Claſſis	1. Seducti. 2. Coacti. 3. Ignorantes.
II. Claſſis	4. Inadvertentes, ſeu Non-Curantes. 5. Dubitantes. 6. Faſtidientes ſeu Contemnentes.
III. Claſſis	7. Gementes. 8. Contradicentes, ſeu Reclamantes. 9. Separantes.

Omnes illos jure dicimus noſtros, exceptis *Seductis* & *Coactis*, quos in medio & miſericordiæ Dei relinquimus, & tamen Papiſtis non accenſemus, quia longe alia ipſorum & ſeductorum ratio eſt, ad hæc toto Cœlo diſtant ejuſmodi Papiſtæ *in fieri* ſeu in diſpoſitione, & Papiſtæ *in facto eſſe* ſeu in habitu, quales nunc rigidi παπομανοῦντες poſt tempus Reformationis & formulæ Tridentinæ. Ex adverſariorum tamen Hypotheſibus poſſemus eos nobis vindicare. De *Seductis* ut à Seductoribus diſtinguuntur alibi ſatis diximus. Vbi imprimis notandum Colonienſium judicium de pluribus Proteſtantibus, quos illi ex ſuorũ numero expungi noluit. Pari ratione ex Eccleſiæ albo ne expungantur ſeducti illi, imprimis ſi ſimplex error fuerit, ſi malitia abfuerit, ſi zelus adfuerit Dei, ſi oceanus corruptionis inundans prævaluerit, ſi paſtores meliora ſentientes, & media convictionis defuerint, ſi vera reſipiſcentia & confeſſio ſaltem in fine vitæ acceſſerit; Reſipiſcentia inquam & Confeſſio aut particularis explicita & in forma; aut ſaltem (auſim dicere) generalis implicita & virtualis juxta illud: *delicta quis intelligit, ab occultis munda me Domine*, Pſal. 19. Tales quamvis fundamento ſtipulas inædificantes, & quod ad actum illum particularem inædificationis iſtius minime noſtros; ratione tamen fundamenti, & per accidens generoſæ atque invictæ Dei miſericordiæ noſtros, vere fideles & ſalvatos quid vetat dicere? præſertim cum Pontificii errantes intuitu anteceſſorum ſuorum in Eccleſia etiã mereri ſtatuant. De *Coactis* nihil aliud dicimus (& ſufficit ad hominem) quam quod Pontificii de Liberio & Marcellino ad ſyncretiſmum cum Arrianorum factione & Ethnica Idololatria prolapſis reſpondere ſolent[a]. Illos non tam interna conſcientia & fide apoſtataſſe, quam externo metu impulſos ad externum conſenſum. Si ergo genuinam fidei & Eccleſiæ Romanæ ſucceſſionem, & Papatus genealogiam per illos nihilominus ducant, quidni in Eccleſiis, Clericis, fidelibus itidem coactis aliquam noſtri ſucceſſionem quærere liceat, præſertim cum in Laicis & ſecundariis Clericis per conniventiam & tolerantiam potius quid tegendum

[a] Vide diſtinctiones de hæreticis pure exterioribus & interioribus apud Toletum lib. 4. cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

gendum ſit, quam *in Chriſti Vicariis* & univerſæ *Eccleſiæ miniſtris*. *Ignorantes*, qui profunda Sathanæ, qui fundamenta Antichriſti, qui Capitales articulos Papiſmi ſimpliciter ignorarunt(quales hodie non pauci adhuc hærent in Papatu) articulis fidei ſuæ, decalogo, oratione dominica & lacte Euangelii contenti, nulla ratione fuerunt Papiſtæ, ſed toti noſtri: quippe qui nulla fidei obedientia, nullo amore Papiſmum amplexi ſunt (cum ignoti nulla ſit cupido) ſed bene Chriſtianiſmum. Et tales infinitos tunc temporis fuiſſe, ac non gravate toleratos fuiſſe à ſuis paſtoribus, etiam Papiſmo obſtetricantibus, nedum à rectius ſentientibus, conſtat ex communi doctrina Scholarum de fide implicita, de fide Laicali ſeu Idiotarum, de ſufficientia fidei, de qua mox ex Bonaventura aliquid enotabimus.

Inadvertentes ſeu *Non-Curantes*, qui Papiſtica illa fando audierant quidem ſed perfluentes, ſed abſque aſſenſu, abſque devotione, ita ut in conſcientiæ & fidei theſaurum tanquam ad ſalutem, ad fidei eſſentiam aut integritatem neceſſaria non reponerent; ſed ea ut conſuetudines & vanas hominum obſervantias, ſive ut doctorum opiniones, animorum motus & contentiones; atque adeo ut ſuperabundantiam humani ingenii & alluvionem mundanæ prudentiæ haberent. Tales tempore illo conniventiæ noſtræ fuerunt, nobis ſaltem quam Papiſtis propiores, ſiquidem Chriſtum caput & fundamentum omni cura quæſiverint ac tenuerint. Tepor quidem & languor eorum minimè probandus, quia non ſatis attenderunt negotio religionis, animi quadam mollitie deſperantes de profectu, & aliis ſive Clericis ſive gubernantibus in Eccleſia omnem potentiam ac poteſtatem ad hoc tribuentes, ſibi vero parum aut nihil. Quo morbo quam plurimi Laici etiamnum & Clerici in Papatu laborant. Tales ergo iſtis ſeculis facimus ſimiles Laodicæis Apocalypſ. 3. quos Dominus nondum expuerat ex ore ſuo. *Dubitantes* noſtros fuiſſe, nec Papiſtas, ex eo probatur, quia dubius in fide (Papiſtica) eſt hæreticus, ex adverſariorum ſententia. Ergo illi erant hæretici è diametro oppoſiti Papiſmo quà tali, atque Chriſtiani tenentes articulos Chriſtianiſmi & oppoſiti Papiſmo, ſunt noſtri per conſanguinitatem doctrinæ. *Faſtidientes* ſeu *Contemnentes* ſunt illi quibus moleſtus erat Papiſmus, quique eum abolitum maluiſſent.

Gementes ſunt illi, qui inſtar gementium Ezech. 9. (quos ſigno tanquam ſuos notari jubet Dominus) animas ſuas excruciantes, apud Deum tacitis & aſſiduis ſuſpiriis conquerebantur de miſero Eccleſię & religionis ſtatu, quique dolorem animi data occaſione compulſi aut interrogati non obſcure prodebant. Et illi proculdubio noſtri ſunt. *Contradicentes* ſeu *proteſtantes*, qui ſponte ſua & zelo impulſi occaſionem omnem obſervabant & quærebant publicè privatimque dictis, conſiliis, factis, ſuffragiis, Scriptis, diſputationibus, concionibus corruptelas traducendi, & emendationem earum poſtulandi. *Separantes*, qui non tantum meliori fide & ſenſu ſed etiam exteriore profeſſione, à corruptelis, factione corruptorum, & corruptis Eccleſiis aut matribus aut ſororibus abſtinebant, ſive in totum ſive ſaltem quoad communionem in Miſſa, adoratione Euchariſtiæ, imaginum, crucis, Sanctorum, Sacramentalibus, reliquiſque ſuperſtitionibus. *Separantium* iſtorum quidam ſolitariè & privatim Deo ſuo ſerviebant (quomodo de Anachoretis & Incluſis ſuis judicare debent Pontificii) idque quia aliter non poterant; alii in propriis cœtibus, ubi majoris libertatis, & melioris mini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

miniſterii occaſio ſuppetebat ; alii clandeſtinos conventus extra publicas Eccleſiæ propriæ ſynaxes agebant ex notis familiis & ejuſdem profeſſionis ſociis : alii domeſticis exercitiis , & familiæ propriæ terminis Eccleſiam ſuam includebant. Ejuſmodi fugientes & ſeparantes plurimos fuiſſe credendum eſt , cum Antichriſtum adveniſſe aut adventurum crederent anno 1001. In Gallia prædicatum eſt Pariſiis, deinde vulgatum per orbem , creditum à compluribus , tempus adeſſe quo revelandus eſſet Antichriſtus, ut refert Baronius ad ann. 1001. n. 7.

Objectiones, quas partim ex amplificationibus Ianſenii, cap. 84. 86. 88. 50. 51. 52. partim ex aliis Pontificiis colligere mihi videor, ad præſens negotium applicatas ita diſſolvo.

Prima. Pontifex Romanus tunc ſedebat, quẽ nos ipſiſſimum dicimus Antichriſtum: Oceanus Eccleſiæ Romanæ omnia occupabat. Ergo ibi non fuit Eccleſia noſtra.

Reſp. I. Sedebat Antichriſtus ſed omnibus non inſidebat, nec omnes Eccleſias, cathedras, fideles obſidebat , nedum ut omnes in illum transformati eſſent, ut patet ex multiplici reſiſtentia, de qua modo dictum eſt. Sedet etiam cancer in capite , ſed omnes partes ideo non pervadit aut æquè depaſcit. Dæmonium mutum obſidet hominem & linguæ uſum impedit, ſed non æquè omnia corporis membra , aut organa omnium ſenſuum. Tempore ſciſmatum Papalium ſedebat ſæpe Antipapa Romæ & in maxima parte Eccleſiæ, à qua tamen adoratum fuiſſe *vicarium Antichriſti*, *Antichriſtum*, *Simonem Magum*, *beſtiam apocalypticam* (ſic vocant Antipapas) & omnes fideles ab illo informatos & in illum transformatos, atque adeo formaliter Antichriſtianos factos, ipſi puto non dicent. II. fatemur tunc temporis potioribus ſuffragiis , communi doctrina , conſenſu & praxi , omnes Eccleſias ſaltem repræſentativas in Occidente totas & totaliter non fuiſſe noſtras , ſed ſufficit & aliquas & aliquo modo fuiſſe noſtras. Primò enim erant quæ Romanorum Curiæ ita obnoxiæ non erant, imo in iis quæ maxime obnoxiæ erant , pars aliqua melior , ſive cleri, ſive populi, ſive utriuſque, quamvis minima ibi fuiſſet, proprie tamen Eccleſiæ nomen merebatur. Tertio ſufficit ad ſalvandam Eccleſiæ noſtræ ſucceſſionem , *ſi tota ejus fides penitus extincta non ſit* , ſic Eccleſiæ Romanæ ſucceſſionem tempore Antichriſti Papiſtici ſalvari putant , vide Hoffman. diſput. de Antichriſto. Moguntiæ 1581.

Secunda. Atque tota terra ſequebatur beſtiam , ut nos dicimus , & omnes profitebantur fidem Papæ Romani.

Reſpond. I. Vniverſalis illa propoſitio intelligenda eſt & explicanda de magna & maxima parte Eccleſiarum, ſeu mavis Clericorum in Occidente, qui numero, factione & malitia reliquos ſuperabant & obſcurabant, quomodo mundus olim dictus fuit Arrianus, & de ἀταξίᾳ & corruptione ſui temporis Bernhardus Sermon. 33. in Cantic. *Omnes ſunt inimici* , &c. *ſerviunt Antichriſto.*

II. Non omnes profitebantur fidem Papalem , quia multi myſteria Papatus ignorabant , ignorantia quam vocant puræ negationis : multi etiam qui norant minime illis aſſentiebantur, aliqui qui ſequebantur illum aut ejus ſatellites ſpecie pietatis, blandis ſermonibus , & quæſitis prætextibus deluſi ſimplici animo hoc faciebant, ut veri illi , 2 Sam. 15. verſ. 11. qui Abſolonem comitabantur.

III. Quamvis minus limpida & diffuſa hujus intervalli ſucceſſionis eſſet demonſtratio quam præcedentis, & ſequentis, non tamen ſequitur nullam tunc fuiſſe. Satis enim multa adhuc ſuppetunt ad ejuſmodi demonſtrationem , & ex intervallo ſequenti

quenti lucem fœnerari poſſumus, multo majori ratione, quam Perronus. Ianſenius in 4. & 5. ſeculo faciem Eccleſiæ ſecundi aut tertii ſeculi invenire & exhibere ſe putant, imprimis cum præcedentia intervalla nobis omnem ſucceſſionem abundè admetiantur. Itaque ſi alicubi nox ita fuiſſet illunis, ut nulla ſidera apparuiſſent (quod tamen numquam factum) poſſemus nihilominus ex præcedenti & proximè ſequenti tempore lucē fœnerari, juxta illud I. CC. [a]*Ex poſſeſſione præteriti & præſentis temporis præſumitur etiam medii temporis poſſeſſio.*

Tertia. Non eſt illa Eccleſia Reformata quæ Antichriſtianiſmi & Papiſmi ingreſſum non animadvertit, illi non reclamavit, in deſerto, (ut Ironicè loquitur Ianſenius) erravit ovicula noſtra, res hujus mundi ignorabat, Canes muti erant, &c.

Reſp. I. Falſum eſt. Primo enim ſi non omnes Eccleſiæ in Occidente, aliquæ ſaltem animadverterunt. Secundò. Si etiam Eccleſia particularis, nationalis, diœceſana, parochialis uno ore non clamavit, aliqui tamen ſive ſpeculatores, ſive fideles, ſive utrique in & pro illa Eccleſia clamarunt in Germania, Gallia, Britannia, Italia: etiam Romæ, ut per ſingulos intervalli hujus articulos & digitos demonſtramus cum Pleſſæo, in quo vide oppoſitiones, & ſupra unum atque alterum exemplum attigimus. Tertiò. Ceterum Sarcaſmum Ianſenii de Eccleſia latente, de ovicula errante in deſerto in maxima laude reponimus juxta illud, Hebr. 11. verſ. 37. 38. 39. ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἐπέθανον, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. id eſt, Lapidati ſunt, diſſecti ſunt, tentati ſunt, occiſi ſunt gladio, circumiverunt in pellibus ovium & caprarum, deſtituti, afflicti, dolore affecti, quibus mundus non erat dignus, errantes in ſolitudinibus, montibus, ſpeluncis & cavernis terræ. Vide paulo poſt reſponſ. ad exception. 5. & 6.

Quarta. Non poteſt cenſeri Eccleſia veſtra, quæ illa facie, illo titulo, illo doctrinæ corpore, illa reformatione & à Romana ſeceſſione (qualis nunc eſt) mundo non fuit cognita.

Reſp. I. Corpus doctrinæ quod ad fundamentalia Chriſtianiſmi ibi fuit. Negativa theologia & reprobatio Papiſmi per accidens & ex hypotheſi tantum neceſſaria, nec per ſe abſolute ad Chriſtianiſmum pertinet. Eam tamen in Eccleſiis tunc temporis fuiſſe commonſtrat multiplex oppoſitio adverſus myſterium iniquitatis.

II. Facies doctrinæ ſi externam politiam & ceremonias notat, non conſtituit eſſentiam fidei & religionis, licet ad integritatem ejus non parum faciat, quomodo Ariſtoteles bona externa ſtatuit pertinere ad beatitudinem civilem.

III. Papiſtica Eccleſia ſeu Papatus illa facie, illo titulo, illo doctrinæ corpore non fuit, in primo-primitiva Eccleſia (ut non obſcure fatentur Pontificii) & tamen per conſanguinitatem aut per æquivalentiam, aut quamcumque aliam unionem volunt Papiſticam ſuam eſſe eandem cum illa Eccleſia.

IV. Noſtram religionem à Patribus ante multa ſecula fuiſſe damnatam dicit Ianſenius Alexipharm. 1. ſed non illa fama & facie qua nunc eſt, quia non fuit ante Patriarcham noſtrum Lutherum aut Calvinum, ut alibi præſupponit pag. 115. ubi ergo diſtinctione aliqua iſta conciliarit, applicet ad præſentem objectionem.

[a] Althuſ. dicaiolog. pag. 679. r. 22.

V. Analogicè huc applicari poteſt diſtinctio illa Euſebii, lib. 1. Hiſtor. cap. 4. qua docet in veteri Teſtamento fuiſſe Chriſtianos ἔργῳ εἰ καὶ μὴ ὀνόματι, id eſt, *re quamvis non nomine*, qua omnia illa quæ Chriſtiani exercent, ab illis tunc exercita ſunt.

Quinta Object. Non poteſt dici Eccleſia illa tunc temporis fuiſſe, cujus cœtus, templa, collegia, publicus cultus monſtrari non poſſunt.

Reſp. I. Falſiſſima. Nos negamus. Eſſentia & exiſtentia Eccleſiæ neceſſario non pendet à publicis cœtibus, collegiis, templis. Vbi enim erant templa, collegia, & externa illa (ſæpe nimis mundana) pompa cum Chriſtiani ante-lucanos cœtus agerent, cum Romæ Eccleſia in cryptis ſe abderet, & longe perfectiori ſtatu tamen gauderet, quam ipſo tempore Conſtantini.[a] Vbi tunc erat vernus ille Papatus ſcilicet, ſeu curia Romana quæ αὐτοεκκλησίας titulo ſuperbit? *Ante ſeculum Conſtantini Eccleſia Dei erat condita ſeu occultata in tenebris*, inquit Iulius Cæſar Bulengerus. *Ante Concilium Nicenum parvus reſpectus erat ad Eccleſiam Romanam, & quiſque ſibi vivebat*, inquit Æneas Silvius pòſt Papa Pius II.

II. Minor etiam falſa eſt. Erant cœtus, collegia, templa, ubi ſtabat Euangelium abſque fundamento & ædificio Papiſmi. Neque enim omnes Epiſcopi, Monachi, Preſ byteri æqualiter venenum hoc hauſerant, aut aliis afflabant. Quod ſi enim poſt exortam Reformationem, imo poſt deformationem Concilii Tridentini, & perfectionem ſectæ Papalis plures meliora nobiſcum ſentientes, & plebi ſuæ tradentes inventi ſunt parochi, quanto magis illo tempore, cum nec intenſive, nec extenſive tantus eſſet Papatus.

Sexta. Vbi nulla externa profeſſio doctrinæ Reformatæ per exercitia religionis, prædicationem ſcilicet verbi, ſacramentorum adminiſtrationem, &c. ibi non fuit Eccleſia Reformata. Sed in Occidente tunc nihil tale fuit, &c. Ergo.

Reſpond. I. Majoris conſequentia eſt falſiſſima. Poteſt vera Eccleſia eſſe alicubi, cum exercitia illa ceſſant. Vt tempore Eliæ in Iſrael & in Iuda ſub tyrannide Athaliæ, & ſub regno Manaſſis, Achaz, Zedekiæ, & tempore Maccabæorum ſub tyrannide Antiochi, cum mulier fugit in deſertum, apoc. 12. cum Eccleſiæ perſecutionis tempeſtate ejectæ per agros & eremos diſperſæ vagantur, ſunt nihilominus Eccleſiæ, nec ſuſpenſio actuum conſociationis Eccleſiaſticæ & communicationis externæ abolet unionem eſſentialem membrorum inter ſe in Chriſto capite. Talem fuiſſe ſtatum Eccleſiæ refert teſtis oculatus Euſebius libr. 8. cap. 2. *Sacras ædes dejectas, Scripturas in rogum impoſitas, Eccleſiarum paſtores hos in latebras hic illic ſe cum ignominia abdentes, illos non ſine dedecore prehenſos, oculis noſtris aſpeximus.* Tempore Gregorii Thaumaturgi in vita ejus à Niceno deſcripta, p. 301. 303. *Summa vero erat in gente confuſio magnaque trepidatio atque perplexitas, cum omnes inter ſe eſſent ſuſpecti, nec in tanto diſcrimine atque terrore permaneret filiorum in parentes benevolentia, neque paternæ curæ à natura ingenerata fidelitas remaneret parentibus in filios. In varios quoque ritus religionis ac ſectas inter ſe ſcindebantur familiæ atque cognationes, &c. & paulo poſt, hinc plenæ quidem erant ſolitudines iis, qui expulſi profugerant, habitatoribus autem vacuæ erant ædes, multaque publica domicilia ad uſum carcerum deſerviebant, &c.* vide etiam pag. 303. 305. & Baſilius refert in Epiſt. edita à Voſſio propoſ. tung. cum operibus Thaumaturgi. pag. 72. 73. *Quod porro perſecutionis tempore cogatur alıquis*

a. A Lapide in Coloſſ. 3. verſ. 4. & 7.

aliquis, nec Sacerdote celebrante, ſive præſente, manu ſua communionem ſumere, id nequaquam grave eſſe, ſupervacaneum fuerit oſtendere; eo quod longa conſuetudo id factis ipſis comprobarit. Omnes enim qui in deſerto ſolitariam vitam agunt, ubi nulla eſt Sacerdotis copia, domi communionem retinentes, ipſi per ſe communicant. Sed & in Alexandria, ac per Ægyptum unuſquiſque etiam Laicus, ut plurimum communionem domi ſuæ detinet, & quando voluerit per ſe communicat. Citat Molanus in not. ad. Vſuard. 19. cal. Septemb. & tempore Cornelii Papæ, neque publicè, neq; in cryptis Romæ notioribus Miſſas agere licebat, ut Cornelius teſtatur epiſtola ad Lupicium Archiepiſcopum Viennenſem. De Eccleſia Romana in deſerto latitante Cornel. à Lapid. Comment. in Coloſſ. 3. *Ita abſcondita fuit hic Romæ vita primorum Chriſtianorum, qui per trecentos annos latuerunt in cryptis & ſpeluncis.* Idem in Hebr. 11. verſ. 38. prolixè deſcribit, quomodo olim Romæ *in atris cavernis & terræ penetralibus inter mortuos degerent*, nec tamen in *illis perfugiis ac domiciliis ſuis eſſent tuti. Ite ergo*, inquit, *nunc Chriſtiani, marmorea tecta in cœlum attollite, habitate inter aulæa purpurea & aurea: malim ego in humili tugurio, immo in cryptis cum ſanctis martyribus habitare, &c.*

Hoc repone templis & collegiis quibus ſuperbiens Ianſenius nobis inſultat. Athanaſ. ad ſolitar. vitam agentes: *ſi alicubi pii & Chriſti ſtudioſi, ut magnus ille propheta Elias abſconduntur.* Hilar. contr. Auxent. In templis & parietibus non vult quæri Eccleſiam: *Montes*, inquit, *mihi, & ſylvæ & lacus, & carceres, & voragines ſunt tutiores.* Eccleſia Romana tēpore Antichriſti erit ſine curia, ſine rota, ſine conclavi, ſine cameris apoſtolicis, ſive collegiis, ſine palliis, ſine indulgentiarum mercimoniis, ſine lineis infallibilis veritatis & ſupremæ autoritatis, ex centro illo continua emanatione per totum mundum, in omnium Eccleſiarum regimen, miniſterium & juriſdictionem ductis, ſine aquila Imperatoria, ſine templis; ſine proceſſionibus, ſine concionibus, ſine ſacris ceremoniis, ſine viſibilis ſucceſſionis ſplendore, cum ſcilicet) Antichriſtus ſupera inferis miſcebit, [a] *cum major pars fidelium* (Papiſtarum ſcilicet *cadet & Antichriſto cedet, cum eccleſia, fides, & religio manebit in paucis, qui in locis abditis ſacrificia & ſacra celebrabant, cum Antichriſtus erit Monarcha totius orbis*, ſiquidem verè nobis deſcribunt Antichriſtum. Tunc ſane Roma & Papatus fit ovicula in deſertum fugiens, ibique latens & oberrans, adeo ut de tam illuſtri & viſibili ſplendore nihil aliud promittere ſibi auſint quam: *Non tamen eouſque progredietur ejus tyrannis, ut totam Eccleſiæ Romanæ fidem penitus extinguere poſſit*, ut loquitur Hofmannus Theolog. Mog. theſ. 18. Si Ianſenio placuerit ſimili modo concipere noſtram Eccleſiam ſub tyrannide Antichriſti, utique videbit noſtra non eſſe tam abſurda, aut contradictionem implicantia. 2. Minor falſa eſt. Exercitia illa fuerunt, quamvis rariora, difficiliora, imperfectiora. Fuit prædicatio verbi & ſacramentorum adminiſtratio, in coacta ipſa & generali communione cum ſede Romana aut Epiſcopis ſedi illi ſubjectis, in publicis templis ubi Curati erant meliores. Neque enim corruptio omnes æqualiter perverterat. Alicubi in familiis ſuis aut cum amicis & notis homodoxia clanculum exercuerunt ſe ad pietatē, quod etiam hodie fit, ubi Papatus dominatur, ut Coloniæ, Antvverpiæ, in Flandria, ne dicam in ipſa Italia.

Septima. Eccleſia cujus Cathedræ, Doctores & Paſtores & ſucceſſio doctorum monſtrari non poteſt, illa non fuit. Sed Eccleſiæ Reformatæ, Cathedræ, &c. monſtrari non poſſunt. Ergo.

[a] Etherius Hofman in diſp. de Antichr. Mog. 1581. Cornel à Lapid. in 2. Theſſ. 2. p. 687. B.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Reſp. I. Major eſt falſiſſima ut oſtendimus ſect. 1. cap. 9. II. Fuerunt inter doctores & paſtores plurimi, qui Antichriſto ſe oppoſuerunt (quos *teſtes veritatis* dicimus;) fuerunt multo plures qui Papiſmum non inculcarunt, inter quos illi numerandi, qui concinnarunt, & adhibuerunt illas formulas, quales non tantum proximis ante Lutherum ſeculis, ſed & poſt Lutherum in uſu fuiſſe conſtat. Vide modo Conciones Schopperi, quales concionatores plures fuiſſe non eſt dubium, nempe qui Chriſtum crucifixum unicum ſervatorem prædicarunt ex Euangelio. Vide mihi etiam formulam illam ægrotos, & morientes viſitandi, quæ Anſelmo adſcribitur, & quæ hortulis animæ inſeri olim ſolet: quales non defuerunt poſt tempora Reformationis: ut *viſitandi & Baptizandi Ordo* Venetiis editus 1575. Vbi dubitatio de ſalute tollitur illis qui non propriis meritis, ſed ſola paſſione Chriſti ſe credunt ſalvandos. Quæ omnia expurgat Index Hiſpanicus pag. 149. Nota imprimis illas interrogationes morituris proponendas cum reſponſionibus, quæ extant in antiquo libello, cui titulus: *De arte bene vivendi & bene moriendi.* Vbi nota genuinum Euangelium: *Credis te non poſſe niſi per mortem Chriſti ſalvari? reſpondeat, Etiam. quod pro te mortuus eſt Dominus Ieſus Chriſtus filius Dei? reſpondeat, Etiam, &c. Age ergo, dic, In hac ejus morte te totum contege, huic morti te involve, & ſi Dominus Deus te voluerit judicare, dic, Domine mortem Domini mei Ieſu Chriſti inter te & me, & judicium tuum, &c. Si dixerit quod mereris damnationem, dic, mortem Domini Ieſu Chriſti objicio inter te & me, & mala merita mea, ipſumque digniſſimæ paſſionis meritum offero, pro merito quod ego habere debuiſſem, & heu non habeo. Dicatur iterum, Domine, mortem Domini mei Ieſu Chriſſi pono inter me & iram tuam. Deinde dicat ter, In manus tuas commendo Spiritum meum, &c. Et idipſum ſi non potes loqui dicat, &c. In manus tuas Domine commendo ſpiritum ejus & ſecurus moritur nec videbit mortem in æternum, &c. & paulo poſt, Septimo quæratur ſic. Credis quod pro te mortuus ſit Chriſtus & quod aliter ſalvari non potes niſi per meritum paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & agis etiam de hoc Deo gratias ex corde, &c. Quicunque autem ad prædictas interrogationes, ex conſcientia bona & fide non ficta vere poterit affirmativè reſpondere, ſatis evidens argumentũ ſalutis habet ſi ſic deceſſerit, quod de numero ſalvandorum erit.*

Habuerunt etiam electi Dei Euangelium, *montes Scripturarum, ad quos confugiebant, in quibus paſcebantur.* Sic loquitur author operis Imperfecti in Matheum. Accedebant libelli practici & aſcetici, ubi de reſipiſcentia vera, fide, juſtificatione, & reconciliatione cum Deo per meritum Chriſti, de pura & omnimoda Dei gratia, de peccati & miſeriæ noſtræ magnitudine, de fidei & ſpei certitudine, de unius Dei contemplatione, amore, timore, honore, fiducia, invocatione, &c. longè aliter loquuntur quam in umbraticis diſputationibus. Immo ex libris maxime Papiſticis etiam Liturgicis, Ritualibus, Canonicis tanquam ex ſtercore aurum, non pauca colligi poſſunt, quæ melioris ævi atque Eccleſiæ veſtigia exhibeant, & corruptorum inſaniam caſtigent. Ita variis modis Deus ſuis providit, ne ſub Sacerdotio *Antichriſti periret populus Chriſti*; ut loquitur Hilarius contra Auxentium. Quin etiam illos Doctores, qui imprudenter Papiſmos Chriſtianiſmo miſcebant, ita audiebant fideles θεοδίδακτοι, ut prudenter diſtinguerent cathedram Moſis à fermento Phariſæorum, ut Euangelium & fundamenta fidei ab humanis traditionibus abſtraherent, illa in ſuccum & ſanguinem, in animarum pabulum converterent, iſta ut excrementa aut ut ſteriles avenas rejicerent. Quod & hodie in Papatu à quamplurimis fieri certum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

certum eſt, & ipſi nobis teſtantur. III. Quidquid ſit de hiſtoria ſucceſſionis Paſtorum illo ferreo ſæculo; cur non liceat totam hanc difficultatem abſolvere pia iſta cogitatione, quam alibi adhibent. Quod ſi ille, inquiunt, qui verus Pontifex non eſſet aliquid ſtatueret in Eccleſiam aliquam, *Deus illo in caſu per ſe (ſicut in ſimilibus caſibus piè credi poſſe notat ex ſententia D. Thomæ & aliorum Theologorum Turrecremata.* Et Valentia in Analyſ. part. 7. pag. 304.) *ſuppleret, ad aliorum videlicet neceſſarias utilitates, miniſterium Paſtoris veri. Ut confirmando per ſe* (exempli cauſa) *eos Epiſcopos, quos ille Pontifex confirmaſſe verè putaretur.* Vide dictum Antonini de Ortu Mendicantium, infra ſect. 5. cap. 5. cit.

Octava. Fideles nulli tunc erant qui iſta ſcientia & conſcientia profeſſi ſunt religionem, quâ hodie Reformati.

Reſp. I. Profeſſio & ſcientia fidei ſi extenſivè aut intenſive non fuit tanta in pleriſque fidelibus, quanta nunc eſt, hoc tamen non tollit unitatem fidei ipſorum & noſtræ, modo in poſitivis & fidei neceſſariis, ſine quibus nemo ſalvari poteſt, idem ſenſerint. Doctor Seraphicus Angelicus, S. Bonaventura de ſufficientia fidei ita ſtatuit in 3. diſtinct. 25. quæſt. 3. n. 27. *Credere omnes articulos fidei diſtinctè & explicitè eſt fidei jam provectæ: Hoc enim non eſt de generali fidei neceſſitate, &c.* Multi *enim ſunt boni ſimplices, qui quamvis ſint parvæ cognitionis, ſunt tamen magnæ devotionis, & tales pium eſt credere ad ſalutem pervenire. Et propterea concedendum eſt, quod licet oportunum ſit omnibus non ſolum credere omnes articulos implicitè, ſed etiam quoſdam explicitè poſt adventum Chriſti, non tamen eſt neceſſarium omnibus, maximè ſimplicioribus credere omnes explicitè.* Idem diſtinguit fidei magnitudinem in cognitionis, devotionis, confeſſionis. Si referatur ad ſubjectum ſecundum potentiam intellectivam, magna aut parva eſt, vel intenſivè, quia clarius ipſum creditum cognoſcit aut non cognoſcit; vel extenſive quod ad articulorum quantitatem, quia eos novit melius diſtinguere. Si ſecundum potentiam affectivam, dupliciter attenditur magnitudo, vel quia firmius adhæret, & ſic dicitur magnâ conſtantiâ, vel quia intenſius adhæret, & ſic eſt magna devotione. Si ſecundum interpretativam, attenditur ejus magnitudo in aperta & libera & abundanti confeſſione. Quas diſtinctiones ſi applices huic negocio, dici poteſt multos tunc fuiſſe fidei noſtræ conſortes, licet explicite omnes articulos Reformationis non cognoverint. Profeſſi ſunt enim fundamentalem Chriſtianiſmum.

II. Negamus nullos tunc fuiſſe, qui in Chriſtianiſmo, ſupra à nobis delineato non acquieverint, rejecto & reſecto Papiſmo tanquam non neceſſario, imo tanquam noxio.

Nona. Non erant illi veſtri, qui in communione Romanæ perſtabant Eccleſiæ, quia ab illa ſe non ſeparabant.

Reſp. I. Generalis & externa quædam ſive ſpontanea ſive coacta, cum & in Eccleſia ſeu mavis Patriarchatu Occidentali, non infert neceſſario omnimodam internam, ſpecialem ac ſenſibilem communionem in omnibus corruptelis, quæ in Patriarchatu graſſabantur vel dominabantur. In media illa confuſione & corruptione Deus ſuos mirabiliter ſervare poteſt, à malitiæ & malorum contagio. Vel quia ipſorum Nationalis, Diœceſana, Parochiana Eccleſia, (in qua vivunt, & cum qua arctior neceſſitudo & communio illis intercedit) non ita depaſcitur hac gangræna; vel quia ſaniores habent Curatos & Preſbyteros proprios: vel quia ipſi corruptionis iſtius ſcientiam & conſcientiam

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nō ita admittunt quicquid corruptores & ſeductores urgeant, ſed aut eam ſuſque deque habent, aut etiam prudenter declinant, aut contemnunt & rejiciunt, aut ſi ad tempus in ſimplicitate cordis eam affricari ſibi patiuntur, Deus in hoc vitæ curſu, imprimis in agone poſitis varias occaſiones objicit, quibus ſomno illo excuſſo ad meliorem mentem revocentur. Eccleſiæ Galaticæ, Corinthiacæ non paucis nec parvis jactabantur erroribus contra articulos de juſtificatione, mortuorum reſurrectione, inde tamen non ſequitur omnes fideles, qui erant in communione Eccleſiarum iſtarum, eo ipſo fuiſſe in communione erroris, aut errorem ipſis ita dominatum ut fidelium nomine & privilegiis omnibus plane excidiſſent. Sic de Chriſtianis ſub Patriarchis Orientalibus judicant ſaniores & æquiores Pontificii ut l. 2. ſect. 1. cap. 3. notavimus. Sic de pleriſque qui ſunt in communione Proteſtantium judicat Caſſander, & qui ipſius Theologiam ſequuntur in Papatu non pauci nec ignobiles, ut ibidem notatum. Nec abnuunt reformationis infenſiſſimi hoſtes Colonienſes ſupra citati, qui multos proteſtantes ex ſuorum numero non expungunt. Vt enim illi putant, Proteſtantes plurimos Buceri & ſimilium articulos controverſos certa fide & conſcientia non amplecti; ſic nos multo majori ratione putamus Papiſtas omnes XII. articulos novæ fidei Papiſticæ non amplecti, nec amplexuros, ſiquidem ipſis proponantur. Eadem ratione judicandum eſt, fuiſſe adhuc in vera & Catholica Eccleſia (id eſt, noſtra) pleroſque aut plurimos qui tunc non tam in factionis, quam Eccleſiæ per factionem occupatæ communione perſtabant.

II. Negamus omnes perſtitiſſe in communione factionis ſeu Eccleſiæ Papalis, ſaltem quod ad univerſalem corruptionem. Secedit enim quis, quantum in ſe eſt, ab aliqua corruptione, ab aliqua factione in Eccleſia, qui tamen in reliquis Eccleſiæ illi jungitur. Eſt etiam ſeceſſio implicita & obſcura, quæ non ita cum ſenſibili & publica proteſtatione peragitur. Qualis ex. gr. Seceſſio ſeu ſeparatio Papiſtarum in Anglia ſub regno Elizabethæ, cum legibus Regni durius (ut ipſi judicant) premerentur: & ibidem hodierna multorum, qui nomina ſua in *Recuſantium* catalogum apertè inferri nolunt. Rurſum eſt ſeceſſio partialis in illo religionis articulo, in iſtis externæ communionis actibus atque exercitiis tantùm, ſed non totalis & abruptio communionis alicujus, ut ex. gr. In Papatu olim, ut etiam nunc non pauci ſunt, qui in auditione Euangelii & ſuſceptione baptiſmi communionem adhuc ægrè colunt, qui aliter tunc vix poſſe ſeputant, qui tamen à Miſſarum auditione, idololatricis proceſſionibus, imaginum & ſanctorum adoratione & ſimilibus abominationibus ſibi cavent.

III. Non tantum cum Eccleſia propria & particulari, ſed & cum Eccleſia Romana ſeu Occidentis in toto corpore ſuo conſiderata, lata illa communio & mutua correſpondentia minori cum periculo tunc retineri poterat, quæ nunc ita non poſſet.

Primò, Quia de Papiſmi veritate non erat definitum, ſaltem non Conciliariter, ut ſcilicet eſſent fidei Chriſtianæ articuli; & ad ejus ſufficientiam pertinerent.

Secundò, Quia non erat definitum de articulorum Papiſmi neceſſitate, ita ut privatim contrà ſentire & muſſitare, etiam publice in eos inquirere, omnino eſſet impoſſibile. Atque hoc requiritur ut non ſolum de veritate articulorum, ſed etiam de neceſſitate Concilia definiant. Bellarmin. contra Venetos pag. 176.

Tertiò, Quia quamvis corruptio graſſaretur, non ceſſabat tamen oppoſitio meliorum, & cum toties & tamdiu non eſſet fractus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

fractus, fruſtratus & extinctus ipſorum conatus, non exigua ſpes emendationis à legitimis Conciliis Oecumenicis aut Nationalibus, & favore brachii ſæcularis. Itaque ægrè & neceſſitate quadam manebant in cœtu non in ſenſu, in Eccleſia non in factione, in Chriſtianiſmo non in Antichriſtianiſmo, in Catholiciſmo non in Papiſmo, in communis veritatis cognitione & fidei profeſſione non in opinionibus doctorum, aut diſputationibus Scholarum: manebant, inquam, ut vincerent non ut vincerentur, ut civitatem ſuam tyrannide liberarent non ut tyrannidi inſervirent & tyranno militarent.

Quartò, Cur noſtris non applicant, quod Maldonatus in Math. 16. verſ. 6. adfert pro Iudæis hæreticis Scribas audientibus: *Dum Moſis legem explicant ipſis credendum eſt, ſed ab hæretica doctrina cavere jubet, &c. Alios tunc præceptores non habebant, & illi ipſi nondum exauctorati erant, &c.*

Decima. Pauca illa nomina, quæ ex ſeculis illis numeramus, non faciebant Clerum aut Eccleſiam aliquam iſtius temporis, ſaltem per repræſentationem.

Reſp. I. Modo in una provincia Eccleſiam feciſſent per repræſentationem, fuiſſent illi ſoli Eccleſia Catholica ex hypotheſibus noſtris & adverſariorum, ut conſtat ex dicto Bellarmino jam aliquoties citato. Imo etiamſi vel tres modo fuiſſent, in illis tamen ſalvaretur perpetua Eccleſiæ ſucceſſio, ut ex Patribus alibi notavimus. Scribit[a] Auguſtinus in ſolo Abele, in Abrahami, & Lothi familia, in arca Noah, in ſolo Enocho aliquando fuiſſe Eccleſiam. Tempore adventus Chriſti in carnem tam pauci erant veri Iſraelitæ, ut Ieſaias cap. 53. verſ. 1. exclamet. *Quis credidit auditui noſtro*, &c. & cap. 8. *Ecce ego & filii quos dedit mihi dominus in ſignum & oſtentum in Iſrael.*

paucitate & adverſariorum ſplendore obſcuri, ignobiles, & deſpecti erant, quibus mundus non eſſet dignus. Hebr. 11. verſ. 37. 38. 1. Corinth. 4. 10. 11. 12. 13. Quin & Pontificii audent aſſerere in uno ſeu una eſſe poſſe univerſam Eccleſiam, ſive virtualiter ut in Papa, ſive actualiter ut in B. Virgine Maria, in qua ſola tempore paſſionis Chriſti Eccleſiam fuiſſe Catholicam credunt columnæ aliquot Papales, ut ſupra notavimus.

II. Multitudine vincunt ſæpe mali, at cauſa vincunt boni, qui illo in caſu faciunt ibi Eccleſiam, & ab illis facienda eſt denominatio. Ergo illi pauci deſpecti, ignobiles numero, autoritate & violentia aliorum pene oppreſſi, erant Eccleſia Dei, id eſt, Eccleſia Apoſtolica, Catholica atque adeo noſtra. Sic Iudaica Eccleſia erat Eccleſia Dei, cum primores, paſtores & maxima pars populi ſequeretur idola. Ierem. 2. 5. 6. 10. 25. Ezech. 16. & pauci Domino fideliter adhærerent. Sardicenſis Eccleſia mortua erat imprimis in paſtoribus ſuis, quam Chriſtus tamen appellat Eccleſiam, quia in omnibus membris ſuis non erat mortua, Apoc. 2. verſ. 1. 2. 3. *Novi opera tua quod dicaris vivere, ſed mortuus ſis. Eſto vigilans & ſtabili reliqua moribunda, &c. habes tamen aliquot nomina etiam Sardibus, quæ non inquinarunt veſtimenta ſua.* Tempore Arrianorũ in multis mundi partibus multitudo, potentia, & ſplendor factionis ita obſcurabat Orthodoxos, ut Nazianz. exclamet Orat. 11. ad Arr. *Vbi ſunt qui paupertatem nobis exprobrant?* Et Orat. 12. *Perſæpe arca Noe vocati ſumus, ut qui ſoli orbis univerſi diluvium effugiſſemus.* Liberius reſpondet Imper. *Non diminuitur ſolitudine mea verbum veritatis, nam olim tres ſolum inventi ſunt, qui edicto reſiſterent*, apud Theodoret. lib. 2. cap. 16. In Concilio Ariminenſi ex quingentis

a In Pſal. 128.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

fere Epiſcopis viginti tantum Arrianiſmo ſe opponebant, Sulpit. Severus Hiſtor. lib. 2.

III. Non fuerunt tantum pauci illi, qui in Catalogis numerantur non magis quam ſoli erant orthodoxi Patres & doctores illi quorum fama editis ſcriptis vel hiſtoriarum conſignatione ad nos pervenit, per quos tamen ſolos Eccleſiæ orthodoxæ ſucceſſionem deducere ſolent adverſarii. Erant quidem doctrina, zelo, fortitudine, confeſſione, martyrio, prædicatione, editis Scriptis celebriores: ſed tamen non erant ſoli, quia multi alii Clerici & plebei ipſis adhęrebant. Deinde omnium notitia aut propriis ſcriptis aut hiſtoriarum monumentis conſignata non fuit, & quid ſi conſignata fuiſſet, non omnia ad manus noſtras pervenerunt. Quamvis itaque piorum conatus, atque adeo facies melioris Eccleſiæ in oppoſitionibus Papiſmo factis, in ſeparatione à corruptelis, &c. obſcurius & parcius ex factorum luce hic nobis appareat, at radiat illa magis ſeculo proximè ſequenti per VValdenſium profeſſionem, & inde de præcedentium ſeculorum fide & Eccleſia ſtatui poteſt, & lux affluentior crepuſculo illi opponi. Non aliter ac Ianſenius cum Perrono ſuo tribus primis ſeculis abſconditi Papatus è quarto & quinto ſeculo lucem fœnerari ſe putat. Sic enim pag. 41. *Contra rationem & æquitatem petis, ut ex patribus ſingulorum ſeculorum ille conſenſus in omnibus articulis ex eorum Scriptis demonſtretur. Cujus iniquitatis quatuor cauſæ ſunt.* 1. *Eſt quod monumenta veterum tribus primis ſeculis à Patribus ſcripta periêre, ut eorum vigeſima pars ad poſteritatem vix enatarit,* 2. *Eſt, quod perſecutionum immanitas, non dederit illis illam ſcribendi facultatem atque otium,* 3. *Quod totos ingenii ſui nervos vel adverſus Iudæos intenderint, &c. Ex quo affectum eſt ut reliqua religionis & fidei facies in quotidiana praxi uſitata vix per tranſennam delibata fuerit, quod longe accuratius & uberius quarti ſeculi Patres præſtiterant.* 4. *Denique quod & hic petatur ut non unus, ſed omnes articuli non in uno ſeculi primi Patre, ſed in omnibus vel alia de cauſa ſcribentibus, vel propter perſecutionem non ſcribentibus, vel librorum ſuorum jactura mulctatis, demonſtrentur.* Poſſem hoc reſponſum ad quæſtionem illam; *Vbi undecimo ſeculo erat fides, & Eccleſia veſtra?* reſpondere, Quære illam, duodecimo & decimo tertio ſeculo in dictis, factis, ſcriptis Berengarii, VValdenſium, VVicleſi, quia illo ſeculo pauci orthodoxi ſcripſerunt propter perſecutiones, & plurima ipſorum ſcripta interciderunt, ab adverſariis ſuppreſſa aut interpolata ſunt, non pauca forte in bibliothecarum clauſtris adhuc tenentur, an magis abſurda eſſet illa reſponſio quam Ianſenii religionis & Eccleſiæ Papiſticæ faciem tribus primis ſeculis monſtrare non poſſum ex factis & ſcriptis ſequentium ſeculorum, & illa demonſtratio hic ſufficere debet propter rationes jam allatas. Ita Ianſenius de ſuo reſponſum ſuggerit ad illam objectionem quamvis turpiſſima ἀνιςορησίᾳ ſuffultam pag. 246. *Subinde multis ſeculis nullus teſtis comparet.* 4. Res acciſæ alicujus familiæ, Eccleſiæ, Reipublicæ, populi, regni, non planè eam tollunt. Hiſpani continuant gentis & regni ſui ſucceſſionem, jureque omni deducere ſe putant etiam cum pleriſque & nobiliſſimis regni partibus per Mauros ſubjugatis ἀελθμηνοι ἀπὸ πολλῶν tam pauci, tam obſcuri in anguſtias Cantabricas (deſertum Apocalypticum diceret Ianſenius) redacti eſſent, & in Hiſpania vix audiretur nomen Hiſpanicum. Sceptrum Gallicum cùm in regni iſtius meditullio & Pariſiis dominarentur olim Angli, & Patrum memoria Ligiſtæ, non receſſit à Liliis Francorum, etiam latens, obſcurum, oppreſſum, fugiens, fugatum, & ad extremas anguſtias redactum regnum.

gnum. Reges exreges, electores, principes, epiſcopi exules (quales noſtra ætas nunc videt) nollent frigido illo Ianſenii ſarcaſmo de *miſera errante & in deſertum fugiente ovicula*, omni jure & titulo ſuo exui. 5. Communi fama & opinione plerumque nullo numero habentur, & quaſi civiliter mortui, qui numero, viribus, factione, clade, tyrannide partis adverſæ opprimuntur, qui tamen revera non deſinunt eſſe in rerum natura. Et quam fallax potuerit eſſe ſcriptorum iſtius ætatis aut ſilentium, aut teſtimonium ex præſenti tempore & propria experientia diſcat Ianſenius. Cum enim oculis Papiſticis videret atram illam tempeſtatem, quæ exiguo tantum momento incubuit Eccleſiis noſtris in Germania, non dubitavit & ſibi & ſuis, & eruditis in Europa viris & poſteritati ſtupenda iſta ἀνιστορησία (mendacium nunc non dicam) imponere pag. 314[a]. *Nam quod de pace religionis in Germania, &c. Nam ubi magis paucis annis deteſtata, fugata, oppreſſa tantum non extincta eſt religio veſtra quam in Germania? Quanto aptius epitaphium ſcriberes, vel plangeres funus ejus, &c.* Quem intolerandum errorem ex luce factorum ſic caſtiget Lector. Eodem illo anno Domini 1631. cum hæc ſcriberet Ianſenius, erant in Germania non tantum qui genua non flecterent coram Baal Myriades gementium; non tantum innumeri cœtus clandeſtini, qui nomen Eccleſiarum ideo non amiſere, nec tantum Eccleſiæ & ſynaxes in familiis & domibus Procerum, Nobilium: quales etiam in Auſtria, Moravia, Bohemia, Sileſia, in Epiſcopatu Leodienſi, Colonienſi, Oſnabrugenſi & vicinis partibus & olim & nunc inveniri potuerunt & etiamnum poſſunt; ſed etiam publicæ florenteſque Eccleſiæ, Bremæ, Embdæ, Hanoviæ & in Comitatu Hanovico, Steinfurti & in Comitatu Steinfurtenſi, Dantiſci, Francofurti, Hamburgi, in vico Altena, Argentorati, in vico proximo, in tota Haſſia Land-Gravio VVilhelmo ſubjecta, in ditione Comitum Solmenſium, Berlini, in Marchia Brandenburgica ubi ipſe Princeps Elector cum Principiſſa religionem noſtram profitetur, Embricæ, Reſæ, Veſaliæ, Duisburgi, Hammonæ, Ervelfeldii, aliiſque in civitatibus ducatuum Clivenſis, Montenſis, & Herveſtæ in Principatu Anhaltino, in toto ducatu Simmerenſi, in toto ducatu Zvveibruggenſi, in Comitatus Naſſovici illa parte, quæ illuſtri & generoſo Comiti VVilhelmo Gubernatori noſtro & generoſ. fratribus Naſſoviis ſubjecta eſt, in Comitatu Lippienſi, in Comitatu Meurſenſi: denique in Hungaria & Tranſſylvania ſiquidem eas Germaniæ adjungere velimus. Atque his locis ubique intacta religio noſtra. Contra fugata eſt ſaltem quod ad publicum exercitium ex Bohemia, & Moravia, ex Palatinatu per Bavarum & Hiſpanos occupato, & ex parte Comitatus Naſſovici, hæreditario jure ad Iohannem Comitem Naſſoviæ devoluta, ex vico Olde-Kirchen, per Archiepiſcopum & Electorem Colonienſem, qui jus ſuum in Eccleſiam ibi prætendebat, Duſſeldorpio & ex oppido uno atque altero Ducatus Iuliacenſis per præſidia Hiſpanica & ducem Neoburgicum, &c.

Vndecima. Non fuerunt illi Eccleſia, qui diſperſi à ſe invicem & ſeparati in variis mundi partibus mutuam communionem non colebant.

Reſp. I. Communio membrorum inter ſe eſt vel aperta vel latens, rurſum vel explicita vel implicita ſeu virtualis.

[a] Credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.

 tualis.

tualis. Nos putamus latentem & implicitam communionem eorum, qui in Chriſto unum corpus&unus Spiritus ſunt, aliquando ſufficere, quando alia haberi non poteſt. Modo perſtet unio & communio in Chriſto, in una fide, in una ſpe, in caritate non ficta, ſeu amore benevolentiæ, quæ per preces aſſiduas, & data modo facultate atque occaſione per alia quæcumque officia ſe exerit.

II. Hic Eccleſia diſperſa, & locorum ſpatiis, à mutuis externiſque caritatis officiis, & communibus religionis exercitiis ad tempus excluſa, non deſinit ſtatim eſſe Eccleſia, quomodo de Hieroſolymitana aut ejus parte act. 8. judicandum eſt, & de Iudæis partim in captivitatem Babylonicam, partim in Ægyptum & terras Moabitarum, Amonitarum, Philiſtæorum, &c. expulſis. Si Cardinales per belli tempeſtatem diſtrahi, partim Roma fugari, partim in captivitatem abripi & Papas in Caſtro ſuo Sanctangelano tanquam ergaſtulo concluſos teneri contingeret, ut ſub Carolo V. contigiſſe ipſi adhuc meminerunt. An Eccleſiam iſtam Conclavis diſſoluto & ceſſante conclavi, & proceſſione ad Lateranum illicò extinctam crederet Ianſenius? An membris illis diſperſis μία ἕξις & ſpiritus, qui membra continet (quem formam ſeu formale iſtius ſocietatis appellarent philoſophi) in auras evaneſcet? Bello Germanico ab Eccleſiis, à templis, à ſynaxibus, à capitulis, forte etiam à decimis & proventibus ſuis, à ſe invicem diſſipati Epiſcopi & Canonici Moguntini, Wurtzburgenſes, Bambergenſes, Oſnaburgenſes, externam illam, ut ſolent, capitularem poteſtatem & communionem colere nunc non poſſunt. Quos tamen ego affirmare nolim, non eſſe eoſdem Epiſcopos & Capitulares. Cypriani exemplo, quod laudat Baron. ad ann. 253. n. 37.38. poterant è latebris ſuis Paſtores diligenter curare Eccleſiam, & fideles mutuam communionem colere.

Duodecima. Illa non habuit ſucceſſionem quæ non habuit poſſeſſionem, ſeu cujus vacua & reſecta eſt poſſeſſio. Sed Eccleſia Reformata undecimo ſeculo talis erat. Probatur minor: Quia illius erat poſſeſſio, penes quam ſaltem potioribus ſuffragiis & per repræſentationem erat doctrinæ, regiminis, miniſterii poteſtas. Atque illa erat Papiſtica, non verò Reformata.

Reſp. I. Vacua poſſeſſio eſt, quæ nec corpore, nec animo à quoquam poſſidetur, ut vulgo deſcribunt. Althuſius in dicaeolog. pag. 142. Et ſic negamus plane vacuam & deſertam fuiſſe tunc poſſeſſionem noſtram, ut patet ex ſupra dictis.

II. Dicimus quibuſdam in Eccleſiis, & parochiis noſtræ fidei conſortes cathedras, miniſteria, atque adeo publicam doctrinæ ac regiminis poteſtatem poſſediſſe.

Decima tertia. Quæ non habuit Eccleſiam repræſentativam h. e. Epiſcopos aut Eccleſiæ miniſtros, illa non habuit poſſeſſionem. Sed hos Eccleſia reformata non habuit. Ergo.

Reſp. I. Soli Epiſcopi non conſtituunt Eccleſiam, neq; etiam miniſterium Eccleſiæ ſaltem ex jure divino. Itaque quamvis nulli Epiſcopi fuiſſent noſtri, potuiſſet tamen noſtra aliqua fuiſſe Eccleſia, ut lib. 2. ſect. 1. c. ult. & ſect. 2. cap. 12. & 21.

II. Imo etiamſi nulli clerici ſeu miniſtri fuiſſent noſtri, tamen aliqua ibi fuiſſet Eccleſia. Nam Eccleſia repræſentativa, nec ſola nec propriè eſt Eccleſia, imprimis cum actualiter non repræſentat cœtum & corpus ſuum, ſed potius oligarchia quadam omnem poteſtatem totius corporis ad ſe rapit, & ea abutitur contra gloriam capitis Chriſti, contra ſalutem corporis ejus, quod eſt Eccleſia. Vide ſect. 1. cap. 9.

III. Falſum eſt nullos Eccleſiæ miniſtros tunc fuiſſe noſtros. Sunt aliqui editi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

editis ſcriptis, ſunt alii hiſtoricis monumentis celebres, quorum nomina exhibet catalogus teſtium veritatis & Pleſſæi Myſterium, quos plurimos habuiſſe ſibi conſentientes & ipſi & hiſtoriæ teſtantur. Vt enim primis tribus ſeculis multos Patres non ſcripſiſſe, & multorum ſcripta intercidiſſe vult Ianſenius, ita & majori ratione de miniſtris & teſtibus noſtræ religionis dicendum eſt. Et ſicuti adverſariis ſex Patres, imo aliquando unus Eccleſiæ, & fidei Papiſticæ univerſalem conſenſum ſufficienter conſignant, atque in uno & altero ſcriptore omnes miniſtros & doctores totius mundi loqui & audiri volunt: quidni nos in paucis Epiſcopis, Paſtoribus, Presbyteris, Doctoribus, notis, ſi non omnes ſaltem plurimos ignotos intelligamus. Pauci ex multis de nomine noti, aut in luce & aliqua & communi fama poſiti ſunt, & tamen multi illi non ſunt pauci aut nulli. Supra docui hoc Ianſenium exemplo multitudinis confeſſorum, miniſtrorum, & Eccleſiarum religionis noſtræ in Germania, ubi tamen tantum non extinctam, & nihil niſi ſectæ evaneſcentis miſeriam (ſunt verba ejus, pag. 314.) videri & rideri ſecum à toto mundo ſtulte gloriatur.

IV. In Anglia à tempore Reformationis, non habuerunt Papiſtæ Epiſcopos, Clerum, Vniverſitates, Reges, Parlamenta, & communitatem Populi, nedum ut per potiora ſuffragia aliquam habuerint repræſentationem; & tamen non dubitant reliquias Papiſtarum cum Creſibello, Oldcorne, Garneto, Alano, &c. *Eccleſiæ Anglicanæ* nomine inſignire, & libros ſcribere de *Certaminibus Eccleſiæ Anglicanæ.* Quare? quia ſcil. fides ipſorum manſit Papiſtica & convenit cum fide Eccleſiæ Catholico-Romanæ. Sic & noſtri quamvis pauciores, Eccleſiæ nomen merebantur, quia in fide Catholicæ Eccleſiæ perſtabant, aut ad eam redibant, à qua reliqui potioribus ſuffragiis defecerant.

Decima quarta. Quæ ſuffragiis, autoritate, poteſtate & jurisdictione non prævaluit; ſed adverſus quam Eccleſia Romana (quam factionem malignantium nos dicimus) prævaluit, & quæ ab illa condemnata ac proſcripta eſt, illa non fuit Eccleſia Catholica, neque in paucis, proſtratis, ignotis & ignobilibus illis reliquiis ſalvari poteſt ratio & ſucceſſio Eccleſiæ Catholicæ: ſed Eccleſia, quam nos dicimus fuiſſe illa ætate, non prævaluit, &c.

Reſp. I. Major falſa eſt. Suffragiis, autoritate, & jurisdictione prævalebat factio ſacerdotum malignantium tempore Ieremiæ, & Ezechielis, adventus Chriſti in carnem, & tempore Arrianorum in pleriſque Eccleſiis Orientis, etiam nonnullis Occidentis, nominatim in ſede Romana, cum propterea Mundus Arrianus diceretur ὅτε ἐπεκράτει τὰ τῆς αἱρέσεως δόγματα, id eſt, quando obtinebant dogmata hæreſeos, in epiſt. ad Ambroſ. Baſiliſſ. ut loquitur Nyſſenus. Sicuti ergo in paucis illis & ignobilibus gentibus, Ezechielis 9. quamvis poteſtate, jurisdictione, ſuffragiorum jure & numero deſtitutis, & in paucis illis Nicodemo, Ioſepho Arimathenſi, Simone, Zacharia, piſcatoribus Galilæis, aliiſque Iudæorum filiis ſalvabatur veritas & ſucceſſio Eccleſiæ Iſraeliticæ: & ſicut Eccleſiæ Alexandrinæ, atq; adeo totius Orientalis vera ſucceſſio erat in Athanaſio aliiſq; orthodoxis, ſive ex clero, ſive ex populo, quamvis pars adverſa ſuffragia, cathedras, regimen Eccleſiaſticum & jurisdictionem teneret, & Athanaſius cum ſuis per illos condemnatus, fugatus & deturbatus poſſeſſione ſua eſſet; ſic etiam in paucis illis per multitudinem & factionem Pontificiam condemnatis, oppreſſis, fugatis, vera Eccleſia potuiſſet ſubſiſtere.

II. Negamus Minorem. Non enim in

omnibus particularibus Eccleſiis, Parochianis, Diœceſanis, Provincialibus, Nationalibus, per totum orbem aut occidentem Papæ-maniaca factio ſuffragia & poteſtatem Eccleſiaſticam ubique occupaverat, & pro libitu ſuo ea abutebatur in condemnationem illorum, qui Antichriſtianiſmo & Papiſmo per omnia non credebant. Cui rei fidem faciunt oppoſitiones Principum, Populorum, Eccleſiarum, Scholarum, Epiſcoporum & Doctorum, Conciliorum, quas in & è Pleſſæi ac Riveti Hiſtoria Papatus cuivis commonſtro. Exceptionem aliquam, ſi qua probabilitate poſſit, ſi auſit proferre Ianſenius, velim videre. Sin obmuteſcit, quod ſocii omnes hactenus ſtrenue fecerunt aut paſſi ſunt, magnam rubricam mihi iterum faciet in libro præteritorum, qui ipſi prius eſt.

III. Fatemur alioquin decimo & undecimo ſæculo, Eccleſiæ Orthodoxæ amplitudinem, & ſplendorem maxime fuiſſe imminutum: ſic Bellarminus de Rom. Pontif. lib. 4: cap. 12. Baronius ann. 900. n. 1. *Decimo ſæculo nullum indoctius & infelicius; erat illud ſui aſperitate, & boni ſterilitate ferreum, malique exundantis deformitate plumbeum, atque inopia Scriptorum appellari conſuevit obſcurum. In cujus limine conſtituti, ob ea quæ pro foribus adeo flagitioſa nuper contigit aſpexiſſe, antequam progrediamur ulterius, hic lectorem monendo præfari aliquid neceſſarium duximus: ne quid ſcandali puſillus animo patiatur, ſi quando videre contigerit abominationem deſolationis in templo; ſed magis miretur, & cognoſcat in ejus cuſtodia divinam invigilare potentiam.* Quibus adde Cajaphæ prophetiam, quam idem Baronius habet ann. 912. n. 8. cit. in Philonio. Genebrard. in Chronic. libr. 4. init. 10. ſæculi. *Infelix dicitur hoc ſæculum exhauſtum hominibus ingenio & doctrina claris, ſive etiam claris Principibus & Pontificibus.* Non fuiſſe tunc celebres ſcriptores neque Concilia teſtatur Bellarmin. in Chronolog. ad ann. 970. Quæ omnia Pontificiis obſcurationi Eccleſiæ noſtræ inſultantibus, repoſita volumus. Quibus addant, ſi placet, malas ominationes Ioachimi Abbatis: *Eſt & alia ficus, quæ maledictione prævaricationis exaruit, Latina Eccleſia ſive navicula Petri.*

Et B. Mathildis: Eccleſiam Romanam quæ jam diu ſecretò defecerat à Chriſto, prope eſſe ut aperte deficeret.

Et Sigeberti: *Plerique omnes boni, juſti, aperti, ingenui, ſimplices dicebant tum imperium Antichriſti cœpiſſe, quod ea quæ Chriſtus &c.*

Et Iohann. Stellæ: In Benedicto IV. *Acciderat illi ætati, quod omnis virtus tam in capite, quam in membris, ex hominum ignavia conſumpta fuerit.*

Et Faſciculi temporum: *Tempus effœminatum incepit circa annos Domini 1000. in quo fides Chriſtiana valde cœpit deficere, & declinare à priſtina virilitate; ut patet in prophetia S. Hildegardis. Et in multis regionibus Chriſtianitatis nec ſacramenta, nec Eccleſiaſtici ritus ſervabantur. Erantque auguriis & maleficiis intendentes, & erat ſacerdos ſicut populus.*

Et Glabri Rodolphi lib. 2. c. 6. qui ita ait: *ſuperabundaſſe iniquitatem, ut ille antiquus Leviathan fiduciam cōceperit, quod inundatio Iordanis fluvios illaberetur illius, ut vid. baptizatorum multitudo per avaritiæ appetitum viam veritatis deſerens, demergeretur in interitum.*

Et Gulielmi Tyrii lib. de bell. ſacr. ca. 8. *In Occidente & in omni pene terrarum orbe maxime inter eos, qui fideles dicebantur, fides defecerat, & Domini timor erat de medio ſublatus, &c. videbatur ſane mundus declinaſſe ad veſperam, & filii hominis adventus ſecundus fore vicinior. Nam multorum refrixerat caritas & fides non inveniebatur ſuper terram. Confuſis ordinibus cuncta ferebantur, & in chaos priſtinum mundus videbatur redire velle, &c. Sicut populus ita & ſacerdos. Nam Epiſcopi negligentes*

gligentes facti erant, canes muti, non valentes latrare, &c.

Et Stephani Tornacenſis epiſt. 86. *Neſcio, pater, an completi ſint illi mille anni, quibus ſolvendus erat Satanas: ejus ſatellites ita ſolutos videmus, ut ligare incipiant ſervos Dei.* citat Vſſerus de Succeſſ. Eccleſiar. cap. 3. pag. 64.

Reliqua teſtimonia de miſero & apoſtatico Eccleſiæ ſtatu iſtius ætatis vide apud Pleſſæum ejuſque defenſionem, Rivetum & Vſſerum in doctiſſ. tractatu de Succeſſ. & ſtatu Eccleſiarum in Occidente cap. 5. Vbi imprimis præter teſtimonia, notanda ſunt ſigna & prodigia in terra & in cœlo, ac inter ea faculæ è cœlo delapſæ & ingentis Draconis, & locuſtarum innumerabilium, quibus Deus hominū mentes ad conſiderationem prophetiæ Apocalypticæ tunc impletæ voluiſſe excitare, piè credi poteſt. Apoc. 9. v. 1. 2. 3. & 20. verſ. 2. 3.

Vnum hic omittere non poſſum, quin lectori exhibeam. Cardinalis de Alliaco ut imitationem in deterius Eccleſiæ indicaret, librum ſcribebat de *Squaloribus Eccleſiæ Romanæ*, in quo inter alia p. 34. conqueritur: *Abuſiones quoque Paganicæ & ſuperſtitiones diabolicæ tam multæ Romæ, quod divinari bene non poſſunt.* Idem in lib. de Reformatione Eccl. [a] ait, *ſicut erant 7000. quæ genua coram Baal non flectebant, ita ſperandum eſt, eſſe aliquos qui deſiderant Reformationem Eccleſiæ.* Paulo verecundius Orator Regis Galliarum, Oratione habit. in Concil. Trident. 26. Maji 1562. *Humana imbecillitate fortaſſe, & aliqua Præfectorum Eccleſiæ incuria, vel etiam, ne quid gravius, dicam præpoſtera pietate irrepſiſſe in Eccleſiam, res nonnullas, antiquatione, abrogatione, vel moderatione dignas, fateamur neceſſe eſt.*

IV. Quæcunq; fuerit Papiſmi inundatio & Antichriſti victoria in Eccleſiā. *Primo*, talis ac tanta non fuit neq; fingi poteſt, quæ fidē & Eccleſiam, ejuſque ſucceſſionem in terris penitus exſtinxerit. *Secundò*. Neque alia fuit, quam Scriptura prædixit Apoc. 11. 7. & 13. v. 7. & Patres atq; ipſi Pontificii de ſtatu Eccleſiæ ſub Antichriſto. Auguſt. ep. 80. dicit: *Eccleſiam non apparituram, impiis tunc perſecutoribus ultra modum ſævientibus.* Gregor. Magn. Moral. in Iob. l. 19. c. 29. *Eccleſiā quaſi quodam ſenio debilitatam, per prædicationē filios minime parituram.* Author ſerm. de conſummat. ſæculi & Antichriſto, qui exſtat in operibus Ephraen Syri: *Magno cum deſiderio homines ſciſcitaturos, num uſquā adhuc ſit verbū Dei in terris*; Reſponſumque iri, *Nuſquam.* Thomas comment. in Apoc. 9. *In dominatione* Antichriſti, *prædicatio erit particularis non generalis, nec ita ſolennis ut modo.* Dominicū a Scoto, Cornel. à Lapide, & diſput. Mogunt. de Antichriſto ſupra citavimus. *Tertiò*, nec ceſſit Antichriſto victoria ſine reſiſtentia, ſine clade, nec ingloriè aut multi cadebant ac fugabantur filii veritatis. Ipſo enim facto anguſtiatoribus ſuis ingerebant ſæpe illud Baſilii in Ieſa. 8. ἐὰν γὰρ πάλιν ἰσχύσητε, πάλιν ἡττηθήσεσθε, id eſt, *ſi enim iterum prævalueritis, iterum vincemini.*

Atq; ita veræ fidei & Eccleſiæ ſucceſſionem ad ſæculum undecimum deduximus. Inde uſq; ad Lutherum emergentis Eccleſiæ genealogia tam in aperto poſita eſt ab iis qui Berengarii, Petri Valdi, Petri Bruſii, &c. diſcipulorum geſta ſcripſere, ut neminem latere poſſit, qui modo ad factorum lucem oculos non clauſerit. *Hi enim* (teſte hiſtorico Pontificio Lancelot. du Voyſin. Popliner. hiſtor. Franc. lib. 1. fol. 7. edit. an. 1581. quē omne tuliſſe punctum in hiſtor. ſcribēda vult Genebrardus Chronol. l. 4. an. 1581.) *invitis Principibus Chriſtianis omnibus circa annum 1100. & temporibus ſubſequentibus, doctrinam ſuam, ab ea quam hodie Proteſtantes amplectuntur parū differentem, non per Galliam ſolum totam, ſed etiam per omnes pene Europæ oras diſſeminarunt. Nam Galli, Hiſpani, Angli,*

[a] Librum hunc exſtare in biblioth. VVeſtmonaſterienſi teſtatur Humfred. Lynde in Via Devia p. 652.

Angli, Scoti, Itali, Germani, Bohemi, Saxones, Poloni, Lithuani, & gentes aliæ eam ad hunc diem pertinaciter defenderunt. Vides nunc Ianſeni, ubi fuerit Eccleſia noſtra ante Lutherum, aut Calvinum. Sed hoc minimum eſt. Neque enim primum initium à Berengario, aut Waldo[a], aut Albigenſibus faciẽdum eſt; quamvis tum in apertum magis confertis turbis proruperint, qui proximè præcedenti ſæculo preſſi & obſcuri magis dilituerant; & quamvis ſe à corruptoribus & cathedra Malignantium ſepararent, qui antea magnam partem adhuc in externa ejus communione perſtiterant. Fuerant boni illi à nono ſæculo uſque ad undecimum, ſed malis permixti paſſim, non tamen ubique, quia omnes Eccleſiæ & cathedræ ſub illis inſeſſoribus haud æquè gemebant.

[a] Vide de incerta origine & antiquitate VValdenſium, Raynerium cit. cap. 9.

SECTIONIS SECVNDÆ

CAPVT VIII.

Generalibus exceptionibus contra Succeſſionem Eccleſiæ veſtræ reſpondetur.

PRIMO objicit, pag. 228. *Vtramque ſucceſſionem & perſonarum & doctrinæ luculentè in Synagoga noſtra deſiderari. De ſucceſſione perſonali me ſatis ingenuè quamvis verecunde intelligentibus confiteri, illam eſſe nobis probatu difficilem ex perpetuis hiſtoriarum tabulis.*

Reſpond. I. Succeſſionem perſonalem non noſtram tantum, ſed in genere quamcunque dixi eſſe probatu difficilem; & dicent mecum Baronius, Onuphrius, & quicunque ex hiſtoricorum membranis, laminis, lapidibus, ſepulcris, ruderibus antiquitatis aliquam faciem reproducere conati ſunt. Qui ſi viverent, Ianſenium inexpertum, & affectibus indulgentem ab his Sacris cum ſuo facili, ut juvenem ab Ethicæ auditione philoſophus Nicom. libr. 1. cap. 3. procul amoverent. Vide quæ de facili & difficili dicta ſectio. 1. cap. 8.

II. Nunquam ego dixi probatu nobis impoſſibilem eſſe illam ſucceſſionem ut Ianſenius innuere videtur. *De ſucceſſione perſonarum non eſt quod multum ſolliciti ſitis.* Et, *ſed citra Confeſſionem tuam res ita manifeſta eſt, ut merito,* &c. pag. 228. imo eſt quod ex veſtra hypotheſi plurimum ſolliciti ſitis. Neque enim hic manus dedi, ut tu lectori perſuaſum vis. Inſpiciatur Philonium meum, & Declaratio noſtra Belgicè, ubi exſerte probationem illam in Riveto & Pleſſæo indicamus, quæ immota & veſtris intacta etiamnum perſtat. Notetur hic iterum mendacium Ianſenii.

III. Difficilis probatio non minus eſt probatio quàm facilis. Difficilia enim quæ pulchra. Baronii veſtri, & Magdeburgenſium aut Pleſſæi noſtri ex perpetuis hiſtoricorum tabulis probatio utique ipſis difficilis fuit, neque enim uno halitu ut Ianſenius libros ſuos ſcripſerunt; ſed tanto

majoris

majoris fiunt iſtæ probationes, & tanto magis utraque pars de eis ſollicita fuit, imprimis Pontificia, quæ non ad quinquennale Pythagoræ, ſed ad decennale ſilentium redacta eſt, quod ne perpetuum fiat, videat noſter Ianſenius, aut alius ex Belgio Hercules ἀλεξίκακος.

II. Excipit pag. 228. 229. 239. 240. contra conſanguinitatem doctrinæ, *Eam non eſſe*, ut ego arbitror, *veritatem doctrinæ, aut doctrinam ſcripturis contentam, aut identitatem doctrinæ Apoſtolicæ. Imo toto cælo differre doctrinam Chriſti & Apoſtolorum, & doctrinæ illius Succeſſionem: item doctrinam modernam, & doctrinæ modernæ ſucceſſionem. Itaque me imperite aut aſtute à ſucceſſione doctrinæ ad ejus veritatem tranſilire, quia conſcientia mihi loquitur; doctrinæ Succeſſionem, quam ex Patribus faſſus ſum eſſe neceſſariam, probatu nobis impoſſibilem eſſe.*

Reſp. I. Illud differre toto cælo ſignificante, & ſcholis frequentato termino melius expreſſiſſes. Valet hic illud Philoſophi: *omne metaphoricum obſcurum.* Si diſtinctionem realem intelligis velim mihi explices, quomodo res & rei modus realiter differant.

II. Sed miſſa diſputatione de diſtinctione rerum, agamus de actuali ſeparatione earum, quæ hic propriè locum habet. Dico primò, ut ſucceſſio doctrinæ apoſtolicæ ab ipſa doctrina nunquam actu ſeparata fuit, aut in exiſtentia ſeparari poteſt; ita etiam ſucceſſionis demonſtrationem nunquam peragi recte poſſe abſque condemonſtratione (ita loquar) aut ſaltem præcognitione ejus doctrinæ, de cujus ſucceſſione agitur. Dico

II. In decreto & immutabili conſilio Dei (quod nobis ſacris literis revelatum eſt) doctrinam Apoſtolicam neceſſario habere μελλουσίαν, id eſt, futuritionem perpetuæ ſucceſſionis ſuæ uſque ad finem mundi, ſeu ſucceſſionem illam futuram à doctrinæ illius veritate ſeparari non poſſe aut debere. Quia ſemper futuri ſunt in mundo, qui doctrinam illam teneant, & per quos doctrina illa conſervata, tradita & propagata ad poſteros in hoc mundo perſtet. Sed hallucinaris maxime, cum ea quæ toto cælo differunt, confundis; *Succeſſionem perpetuam*, & commentarium perpetuum ſucceſſionis, conſervationem & continuationem, & deſcriptionem ejus continuationis perfectam & plenam uſque ad unius ſyllabæ mutationem. Sicut multum differunt gentis alicujus aut generis humani in novo mundo continua ſucceſſio & genealogicæ iſtius ſucceſſionis tabulæ. Sic etiam Iudaicæ gentis ſucceſſio à deſtructo templo uſque in hunc diem, & ſucceſſionis iſtius hiſtoria; Chriſtianiſmi in Æthiopia ſucceſſio à Candaces reginæ temporibus, & ſucceſſio Iſraeliticæ nobilitatis à Mahedæ reginæ perfectione in Iudæam, quam utramque illi credunt tanquam de manu in manum traditum, & utriuſque probatio ex hiſtoriis per intervalla, articulos, luſtra, annos, menſes, ex annalibus ſuis. Hollandicæ gentis (cujus propago Ianſenius) à bis mille annis perpetua in ſuo ſolo, & in propria radice ſucceſſio, & ſucceſſionis illius demonſtratio. Illam non negabit Ianſenius, ſed facile credit fide humana & hiſtorica; hæc tam tenuis eſt, tam obſcura, ut multis ſeculis, nec vola, nec veſtigium ſive in propriis hiſtoriis & monumentis, (quæ multa ſunt) ſive in alienis ſuperſit. Ita ut vere illi applicari poſſit, quod Ianſenius noſtro Catalogo teſtium veritatis. De quo vide Douſæ patris & filii hiſtoriam Batavicam.

III. Ianſenius imperite & ſubdole confundit ſucceſſionem perſonalem cum reali, quam ex patribus diſtinxeram. *Nam illa realis ſeu doctrinæ ſucceſſio, prout ille eam diſtinguit & explicat, eſt ipſiſſima perſonalis ſeu*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

localis ſucceſsio quod ipſius verba docent, pagina 235. 236. *Quid enim eſt illa doctrinæ ſucceſsio, de qua diſputamus, niſi continuata quædam prædicatio, ſeu doctrinæ per prædicationem in auditores transfuſio. Diſertiſsimis enim verbis dicit Apoſtolus Roman.* 10. *Quomodo credent quem non audiverunt? quomodo autem audient ſine prædicante? & ex illa ſua doctrina Apoſtolice concludit. Ergo fides ex auditu. Iam verò tam apertum eſt, iſtam prædicantium ſeu paſtorum ſucceſsionem ante Calvinum & Lutherum armis præſidiiſque jacere deſtitutam, ut nullo certiori argumento demonſtrari queat, quid in hominibus poſſit deſperatio, quam ſi probationem ejus ex archivis ſive obſcuræ Eccleſiæ, ſive inviſibilis deſerti veſtri moliaris*.

IV. Identitas ſeu conſanguinitas doctrinæ Apoſtolicæ eſt ipſiſsima illa realis, ſeu in unam eandemque doctrinam ſucceſsio, qua ex. grat. Athanaſius dicitur ſucceſsiſſe Marco, aut Ignatius Petro, aut Papa Vrbanus Petro, cujus locum & cathedram ſe tenere dicit. Hanc ego dixeram in Romana Eccleſia deſiderari, cujus etiam probationem ante examen ſubire non audet Ianſenius. Detur ſucceſsio localis & perſonalis Doctorum, qui Petro ſucceſſerunt in Cathedra Romana, hoc tamen veritatem fidei aut Eccleſiæ non aſſerit, niſi accedat principalis ſucceſsio, qua ſcilicet Vrbanus VIII. aut quicunque alius Pontifex ſuccederet in eandem Petri fidem. Priori ſucceſsione probata, nihil probatum eſt: ſiquidem Cathedra, locus, ſedes non ſanctificat perſonam, aut munus tituluſve Doctoris. Præterea actio docendi, prædicandi, audiendi, qua talis eſt, in ſe non includit veritatem doctrinæ, ſed reſtat ſemper examen de qualitate doctoris & doctrinæ.

Luc. 8. verſ. 18. *Videte ergo quo modo audiatis.*

Matth. 7. verſ. 15. *Cavete vero vobis à pſeudoprophetis qui veniunt ad vos cum indumentis ovium, ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces.*

1. Iohan. 4. verſ. 1. *Dilecti, ne cuivis ſpiritui credite, ſed probate Spiritus an ex Deo ſint, nam multi pſeudoprophetæ venerunt in mundum.*

2. Corinth. 11. verſ. 13. *Operarii doloſi ſunt transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti.*

Malach. 2. verſ. 7. *Labia Sacerdotis, &c. at vos receſsiſtis ab illa via, &c.*

Ierem. 10. verſ. 21. *Nam obbrutuerunt ipſi paſtores & Iehovam non conſuluerunt, &c.*

Omnis hæreſis, impietas, idololatria ſucceſsit veritati, & ſynagoga Diaboli (Apocalyp. 2. & 3.) veræ Eccleſiæ Dei. Et ut omne malum fundatur in bono, ſic plerumque hæreſis & impietas in aliqua vocatione, ſucceſsione, & ordinatione divina ſedem figit, non aliter ac putredo aut vermis in pomo; quam ſimilitudinem Charronus alibi à nobis citatus non inſulſe applicat Eccleſiæ ſuæ Romanæ.

V. Confundit ſcientia & fide ſolita identitatem doctrinæ Apoſtolicæ cum doctrinæ iſtius veritate, ubi ad Logicos & Metaphyſicos de rerum identitate & convenientia ablegandus eſt. Ego non dixi de doctrina ſeu veritate abſolute & in ſe, ſed de doctrinæ identitate & conſanguinitate. Illud eſt abſolutum, hoc reſpectivum. Ibi veritas ſeu doctrina in ſe ſpectatur, hic unio & convenientia duorum ſeu collatio, & habitudo unius ad alterum, ex. grat. doctrinæ Petri & doctrinæ Vrbani VIII. Atque in hoc proprie verſatur quæſtio, an ſcilicet Vrbanus aut Romana ſedes ſucceſsione principali (ut loquuntur Patres) per identitatem ſeu conſanguinitatem ejuſdem doctrinæ Petro ſucceſſerit. Nos negamus, vos affirmatis. Vides nunc calumniam tuam, qua mihi objicis, me per doctrinæ conſanguinitatem, nihil aliud intelligere quam doctrinam Scripturis

ris conſignatam, & me à *ſucceſſione doctrinæ ad ejus veritatem tranſilire*, ita Baronius in apologia contra proregem Neapolitanum perpetuo eum appellabat teſte Perrono in Negot. & Ambaſs. lib. 3. pag.319. Quin imo de ipſa illa principali doctrinæ ſucceſsione diſputo, cujus nomine Petri Apoſtolicum primatum imprimis ſibi adſcribit Pontifex, & Petrus nominatur à ſuis, quomodo ſcilicet Chriſtus ſucceſſor Davidis vocatur Hoſ. 3. Ezechiel. 34. Termini ergo, hoc eſt, hujus ſive rationis ſive relationis tranſſcendentalis relatum & correlatum ſunt, *fides Petri*, & *fides Vrbani VIII.* Illa eſt menſura, hæc menſuratum. Siquidem primum & perfectiſsimum in unoquoque genere eſt menſura reliquorum. Relatio inter duos terminos (quæ hic quæritur) eſt unio, convenientia, identitas, conformitas & perfecta commenſuratio.

Inſtant. I. Atque doctrina moderni Papæ cum omnium prædeceſſorum doctrina comparari debet, an ſit una eademque quæ perpetua propagatione à Petro per intermedios illos uſque ad eum devenerit.

Reſp. I. Comparatio & collatio illa non eſt ad eſſe fidei ſimpliciter neceſſaria.

II. Si rite fiat & identitas illa deprehendatur ex antiquorum monumentis, non poteſt tamen fundare fidem divinam, cui falſum ſubeſſe nequeat, ut fatentur ipſi adverſarii.

III. Omnis illa identitas ſeu cognatio manca erit, niſi identitas cum doctrina Chriſti & Petri (unde prima origo) infallibiliter demonſtrata, aut utriuſque partis conſenſu præſuppoſita fuerit.

IV. Ego in Philonio quæſtionem movi de defectu principalis ſucceſſionis; quia Papa qui Petro in Cathedram dicitur ſucceſſiſſe, non ſucceſſit in Petri fidem, & conſequenter ſucceſsio eſt æquivoca, quippe titularis, localis, perſonalis tantum, & præterea nihil; & Papa hæreditate Petri jam diu excidit, ſi quam unquam habuit aut habere ſe putavit.

V. Ianſenius, dum mutat, luxat, fingit, refingit & ſua & mea, ſemper recidit in ſucceſſionem localem & perſonalem. Nam fluxus ille & traditio, traductio, propagatio doctrinæ de manu in manum, quæ fuit tempore intermedio, nihil aliud dicit quam docentium & diſcentium Romæ aut alibi ſucceſſionem. Nam traditio & prædicatio Doctorum ex ſe nihil amplius dicit quàm Doctores tradentes & prædicantes. Concedamus hoc Eccleſiæ Romanæ, fuiſſe ibi Doctores, ſeu prædicationem doctorum continua ſerie jam inde à Petro uſque ad Vrbanum VIII. deque eo nunc non diſputemus, quamvis ſuppetant abunde quibus facile Ianſenii omni ſcientiam exercere poſſimus. Sed de Objecto Doctorum prædicantium, ſeu prædicationis Doctorum, eſt quæſtio ſimpliciter neceſſaria. Quæ & qualis ſit doctrina Pontificum & Vrbani VIII. an eadem cum doctrina Chriſti & Petri. Si eadem, gaudet etiam principali & reali ſucceſſione, quia non tantum in localem Cathedram, & miniſterium prædicandi ac propagandi Petro ſuccedit, ſed etiam in unam eademque fidem. Sin diverſa aut adverſa, jam locus, titulus, miniſterium, prædeceſſor, Petrus nihil pro ipſo, ſed contra ipſum teſtantur, & condemnationem ejus adaugent.

Tertio. Stultiſsimus eſt ille probationis modus, quo ſucceſsio Eccleſiæ ex doctrina moderna probatur; idque ex tribus Capitib. primus, quia turpiter petis principium; quia ad probandum articulum de Eccleſiæ veſtræ ſucceſſione ab Apoſtolis uſque in hodiernum diem, aſſumis id quod cardo eſt totius controverſiæ, vos habere veram doctrinam, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Reſp. I. Vt Sorex ſuo ſe prodit indicio! Veritas doctrinæ cardo eſt totius controverſiæ, Recte Ianſeni. Ergo de illo cardine inquirendum, diſputandum, ſeu ſcripto, ſeu viva cove. Hoc eſt quod perpetuo urgemus, quod contendimus, quod offerimus, ad quod provocamus, parati ſemper unicuique poſtulanti rationem reddere ejus quæ in nobis eſt ſpei, 1. Pet. 3. Sed vos nihil niſi turpẽ fugã, ſubterfugia, abductiones, caſcas exceptiones, & generalia, quæ utrinq; objici poſſunt, præjudicia opponitis, & magno conatu magnas nugas agitis, quo laborantem aciem veſtram iſtis velitationibus præſenti periculo ſubducatis.

II. Hinc ergo colligo; quicquid de vocatione aut ſucceſſione, quicquid de titulis & formalitatibus Doctorum ac Patronorum cauſæ noſtræ diſceptaverit hactenus Ianſenius, ipſum totius controverſię cardinem, de veritate ſcilicet doctrinæ, ne ſemel quidem attigiſſe.

III. Non petit principium qui medium terminum ſeu argumentum ſuum ſumit extra quæſtionem. Pudet iterum ad Logicæ elementa revocare Profeſſorem Academicum. Sed tamen devorandum eſt hoc tædium. Quæſtio erat: *an noſtra Eccleſia ſucceſſerit Apoſtolicæ, ſeu an ſit Eccleſia Chriſtiana & Apoſtolica.* Ego affirmo, & aſſumo hoc medium: *audire ſeu habere doctrinam Chriſti & Apoſtolorum.* Argumentum in forma tale eſt: Eccleſia quæ habet ſeu audit doctrinã Chriſti & Apoſtolorũ, eſt Eccleſia Chriſtiana & Apoſtolica. Noſtra Eccleſia habet ſeu audit doctrinam Chriſti & Apoſtolorum. Ergo noſtra Eccleſia eſt Chriſtiana & Apoſtolica. Vbi hic eſt petitio τοῦ ζητουμένου, id eſt, ejus quod quæritur problematis? [a] Approbatio eſt à Priori ex cauſa ſcilicet, quia *habere doctrinam Chriſti* eſt cauſa, quod Eccleſia & vere dicatur & ſit Apoſtolica. Quod ſi dicis majorem aut minorem ſyllogiſmi eſſe falſam: ſit ita, non ſequitur tamen committi fallaciam petitionis quæſiti. Iam probandum eſt quod tu negas, & in Philonio ſponte hoc obtuli, atque iterum offero, modo controverſiæ cardinem per te attingere unquam liceat. Probationum ſatis nunc habes, illas ubi uno halitu diſſiparis, manus dabimus, aut alias reponemus.

IV. In Phyſicis ex mutato eſſe ſeu re motu facta ſucceſſionem motus, aut ſucceſſivam actionem non ſtultè, ſed rectè colligimus. Sic ex. gr. ex calore in manu colligo calefactionis ſucceſſionem, ſeu caloris ſucceſſivam productionem: ex termino magnitudinis in quolibet vivente diſcontinuam accretionis ſucceſſionem: ex vita animalis calidi & humidi radicalis continuationem à primo ortus momento uſque in præſens. Quid ni ergo ex vita Eccleſiæ Apoſtolicæ (quæ radicatur in veritate ac fide Apoſtolica) in vobis aut nobis deprehenſa, Eccleſia Apoſtolica, quæ perpetuò & ſucceſſivè in mundo eſſe debet, certiſſimè concludatur?

V. Similem probationis modum uſurpat Ieſuita Becanus de Antichriſto Reformato concl. 8. p. 131. 132. ut probet ininterruptam ſucceſſionem.

Eccleſia Romana nunquam hactenus defecit ab eo ſtatu in quo fuit primis quingentis annis, ac proinde, ſicut tunc erat vere Catholica & Apoſtolica, ita etiam nunc eſt.

Hæc concluſio dupliciter probari poteſt; primo directè in hunc modum: Eccleſia Romana retinet nunc eandem doctrinam fidei, & ſucceſſionem Epiſcoporum, quam habuit primis quingentis annis. Ergo non deficit ab eo ſtatu in quo tunc fuit. Secundo indirecte, ad hunc modum: Viſibilis Chriſti Eccleſia, & legitima ſucceſſio Epiſcoporum non poteſt deficere in terris, ut ſupra ex Calvino probatum eſt: Ergo neceſſe eſt, nunc eſſe, & hactenus fuiſſe viſibilẽ Chriſti Eccleſiam in terris cum legitima ſucceſſione.

[a] Sic Ariſtotelem rectè explicat Philoponus & Pacius in 2. Prior Analyt. c. 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ceſſione Epiſcoporum quæ in doctrina conſentiat, aut conſenſerit cum primitiva Eccleſia, quæ fuit primis quingentis annis: At nulla alia præter Romanam Eccleſiam nunc eſt, aut hactenus fuit quæ habeat aut habuerit legitimam ſucceſſionem Epiſcoporum; & conſentiat aut conſenſerit cum primitiva Eccleſia in doctrina fidei: Ergo Romana Eccleſia nunc eſt, & ſemper fuit viſibilis Chriſti Eccleſia in terris.

Quarto. p.241. *Quia non rectè ſequitur, habemus veram doctrinam, ergo & Eccleſiam Apoſtolicam, id eſt, Eccleſiam, quæ continua ſucceſſione ab Apoſtolis huc uſque viguit. Quid ſi enim ſciſmaticus aliquis vera docendo Cathedram ad verſus Cathedram erigat*[a]*? Quid ſi perſecutionibus, & hæreſibus oppreſſa fuerit, ut nonnulli ſomniando delirant & ex cineribus rediviva ſuſcitetur? Nonne erit doctrinæ veritas ſine Eccleſiæ Apoſtolicæ veritate?*

Reſp. I. Exceptio nititur iſta falſa hypotheſi: Sciſma omne poſſe cõſiſtere cum doctrinæ Apoſtolicæ veritate. Confer. l.2.ſ.2. cap.13. Quam ut falſam nos negamus, quia ad ſciſma, ſi pertinacia & continuatio accedat, deſinit illud tandem in hæreſim, aut ſecum trahit hæreſim aliquam, illam ſaltem quæ eſt contra articulos fidei de Eccleſia & communione ſanctorum, ut patet in Novatianis & Donatiſtis. Sin vero abſit pertinacia, continuatio, & hæreſis, negamus illo ſimpliciter omnem rationem Eccleſiæ tolli. Vt conſtat ex 1. Corinth. 1. verſ. 10. 11. 12. 13. & cap.3. verſ.3. 4.5. cum cap.1. verſ.2. Vbi non obſtantibus ſciſmatis, *Eccleſiam Dei, ſanctificatos in Chriſto & vocatos ſanctos* appellat Corinthios. Nec puto Ianſenium dicturum vicies ſexies, magnam, imò ſæpè majorem Eccleſiæ Romanæ partem plane deſiiſſe eſſe Romanam ſeu Papalem, cum dichotomia aut trichotomia diſcerperetur. Papiſtas in Anglia Svvaretz in 3. tom.5. diſp.21. ſect.2. vocat *ſciſmaticos*, quos tamen ab omni Eccleſia Catholica Romana non excludit.

II. Alterum illud de Eccleſia oppreſſa, nec Ianſenius credit, nec ego. Vtrique enim hæc ſtat ſententia, Eccleſiam Apoſtolicam fore perpetuam in hoc mundo. Itaque merâ nugatione laborat conſequentia illa.

III. Quid ſi talis interciſio Eccleſiæ fingatur, nihilominus Eccleſia de novo ſuſcitata eſſet Apoſtolica, quia ex iiſdem Principiis orta, & eadem forma prædita eſſet; & ex eodem capite Chriſto, ex eadem Scriptura originem ſeu exordium communionis ſuæ deduceret ac probaret, cum Auguſtin. in coll. Carth. 3. cap. 101. & 230. imò & Apoſtolicæ ſuccedere recte diceretur, quia nulla alia interceſſiſſet, & parva illa tantilli ſpatii interciſio non tolleret omnem rationem ſucceſſionis, ut ſupra ſect. 1. cap. 5. & 6. probavimus. Poſſet etiam ſucceſſio, traductio & propagatio ex poſtulato Ianſenii de manu in manum ſubſiſtere in uno homine tantum (quomodo in ſola virgine Maria Eccleſiam conſervatam fuiſſe tradũt Doctores) qui ex tota Eccleſia ſuperſtes veritatem & Eccleſiam de novo ſuſcitaret, & tamen unicus ille homo non eſſet Eccleſia, niſi ex unitate multitudinem, ex ſuppoſito uno & ente per ſe ens & unum collectivum, aggregatum, per accidẽs, quis fabricet artificio Romano & quaſi tranſubſtantiante, quomodo unum Papam dicunt eſſe Eccleſiam Catholicam virtualiter.

Quinto, pag.241.242. *Quia ſucceſſio Eccleſiæ ab Apoſtolorum ævo uſque in hodiernum diem res eſt facti, quæ ex ſcripturis aut doctrina probari nequit. Nam quamvis natura Eccleſiæ, proprietates, &c. & ipſa ejus futura ſucceſſio à prima erectione uſque in ſeculi conſummationem in ſcripturis doctrinaq; deſcribatur, non eſt tamen ſcriptura vel doctrina, quæ iſtud falſum eſſe per ſingulas ætates docet. Hoc enim ex Eccleſiaſticis & hiſtoricis monumentis hauriendum eſt, quæ per ſingula ſecula ſucceſſionis illius executionem tradant.*

[a] Bellarminus lib.4. de Eccleſ. cap.2. Quod pura doctrina abſque errore poſſit eſſe in falſa Eccleſia.

Reſp. I. Rectè affirmas in ſcripturis Eccleſiæ naturam, proprietates, notas, &c. deſcribi. Vtinam hic tibi conſtares, & ſemel in capitalem hanc controverſiam te immitteres, qua exhauſta facile eſſet cuivis applicationem facere, & videre veſtræ an noſtræ ratio & nomen Eccleſiæ conveniat.

II. Hoc etiam rectiſſimè, ſed pro nobis, deſcribi in ſcripturis Eccleſiæ *duratione͂* & *futurã ſucceſſione͂*. Sic itaq; argumentemur: Vera & Apoſtolica Eccleſia neceſſario habet perpetuam ſucceſſionem, qua ejus duratio & futura ſucceſſio in ſcripturis deſcribitur. Noſtra Eccleſia eſt vera & Apoſtolica &c. Major utrinque eſt in confeſſo. Minor ergo tibi neganda eſt, quã nos ex natura & proprietatibus Eccleſiæ ſecundum ſcripturas ſi probamus, non vero ex hiſtoricorum monumentis (quæ hic locum non habent, nec fidem divinam faciunt) jam tu iterum ad ſcripturas quas maximè fugis, obtorto quaſi collo raperis, & ſimile quid pateris illis, quibus mala phantaſmata aut ſpectra, à quibus maximè abhorrent, & oculos avertunt, perpetuo obverſantur.

III. De executione ſucceſſionis ex factis & hiſtoricis monumentis probanda non abnuimus. Et jam præſtitit hoc dolor ille oculorum veſtrorum Rivetus veſtigiis magni Pleſſæi inſiſtens. Cui quamdiu, tacentibus omnibus, tu aut ſimilis aliquis Pyrgopolinices nihil opponitis, liceat nobis in illo & cum illo quieſcere, & de deſperata veſtra cauſa triumphare. Interim memineris fidem noſtram in illas probationes hiſtoricas à Riveto & Pleſſæo allatas minimè recumbere, ſed in ſolas illas, quas ex Scripturis & ipſi & alii quicunque certatim accumulant. Probationes executionis ſucceſſionis poſſunt quidem abeſſe aut adeſſe ſine ſubjecti, (fidei & Eccleſiæ) interitu, ſed executio ipſa ſucceſſionis minimè.

IV. Quo magis excipis, reſpondes, replicas, eo magis te involvis, & tandem quod maximè negatum aut tectum velles, perſpicue magis confirmas id quod volumus. Controverſiam de jure, id eſt, de vera doctrina & Eccleſia ſecundum ſcripturas, eſſe ordine primam & primariam; ſaltem tam neceſſariam, ut ſine ea ſucceſſio utriuſque, ſeu quæſtio de executione & facto ex hiſtoricis monumentis expediri non poſſit: Ianſenius tamen contra omnem rationem ac Methodum ab executione & facto examen ſuum ordiri ſatagit, ut quidem præ ſe fert.

Sexto, Eccleſia Reformata, quæ externa unione & communione non eſt aut corpus Catholicæ, aut manet in corpore Catholicæ occidentalis tanquam pars, illa non poteſt intelligi fuiſſe & ſucceſſiſſe in Eccleſiis illis, Catholica illa occidentali; ſed eſt Eccleſia alia ſeu plane diverſa. Sed Eccleſia Reformata non eſt Eccleſia eadem, quod ad externam unionem & communionem, ſed diverſa planè, Ergo. Probatur Major, quia ſucceſſio eſt ejuſdem corporis Eccleſiaſtici, deductio & continuatio, non aliter ac aquæ ejuſdem fluminis.

Reſp. I. Major non eſt univerſaliter vera, & nititur iſtis falſis hypotheſibus:

Prima eſt: Ad Chriſtianæ cujuſcunq; Eccleſiæ ſuæ parochianę, ut e.g. Tigurinæ; ſive diœceſanæ, ut ex. gr. Eboracenſis, Cantuarienſis ſive Nationalis, ut Germanicæ, Gallicæ, Anglicæ, Danicæ, &c. eſſentiam, & eſſentialem unionem ſeu cognationem ſpiritualem, requiri neceſſario externam, explicitam & actualem communionem, & communicationem, confœderationem, conſociationem & correſpondentiam, imprimis miniſterii & miniſtrorum cum Eccleſia Catholica ſeu Eccleſiis omnibus totius mundi, aut cum Eccleſiis aliquot aliis extra ſe & præter ſe, ſine cujus communionis integritate, exercitiis atque actibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ctibus ad extra Eccleſiam non eſſet Eccleſia.

Secunda hypotheſis eſt: Ad veritatem, eſſentiam, ſalutem & identitatem cujuſcunque Eccleſiæ Chriſtianæ neceſſario requiritur externa & actualis ipſius ſeu miniſtrorum unio, ſocietas, communicatio & ἐμπεριχώρησις, id eſt, mutua circumſeſſio cum Eccleſiis occidentis, Patriarchæ Romano ſubjectis, ſive cum earum repræſentamine, Concilio aut curia Romana, aut Papa.

Tertia hypotheſis. Ad eſſentiam & ſalutem cujuſque Eccleſiæ Chriſtianæ neceſſario requiritur non tantum mutua communio, ut jam dictum, ſed & dependentia à Papa aut ſede Romana tanquam inferioris à ſuperiori, tanquam membri à corpore & capite, idque in omni regimine & juriſdictione Eccleſiaſtica.

Nos hypotheſes illas negamus, ſaltem ut de fide non recipimus, nec ipſi adverſarii eas ita unanimiter ſuſcipiunt, aut in Eccleſia Apoſtolica, in Eccleſia antiqua, & decretis in Eccleſia Papiſtica uſque ad Lutherum, & inde uſque in hunc diem, ut de fide receptas in æternum probabunt. Provoco Ianſenium ut hypotheſes illas aut defendendas ſuſcipiat, aut nobiſcum rotundè improbet. Veritas non quærit latebras, & occulta dedecoris. Si improbat, jam conclamatum eſt de omnibus commentis ipſius, quæ cum ipſe, credo, aut aperte profiteri vix auſit, aut ſociis ſuis perſuadere non poſſit, lectori tamen fucate venditat. Si præterit, rurſum de deſperata Ianſenii cauſa triumphamus. Sin probationem earum ſuſcipit, 1. ex ſcripturis, 2. ex Patrum, denique ex ſuorum ſeu Papatus conſenſu, habebit reſponſum noſtrum ad ſingula, & rationes quibus falſitatem earum arguimus. Vnam & alteram perceptu facilem & ad hominem hic delibamus.

Eccleſiæ ſciſmatis ſuperiorum ſeculorum implicatæ, anathematis Papalibus innodatæ, inacceſſis locorum ſpatiis ab occidente diviſæ, & uſque ad nuperas navigationes incognitæ, ut ex. gr. Æthiopicæ eſſentialiter & verè fuerunt Chriſtianæ & Catholicæ, & potuerunt homines in iis ſalvari ceſſante prætenſa, externa & actuali communione. Ergo non requiritur neceſſario talis communio & dependentia ad eſſentiam Eccleſiæ.

Altera ratio eſt: Eccleſiæ quæ prætenſam communionem & dependentiam cum & ab occidentali repræſentamine, ſede ſcilicet Romana, abruperant, habitæ tamen fuerunt ab aliis Eccleſiis Occidentis tanquam Chriſtianæ & Catholicæ, ut Anglicana ſub Henrico VIII. Hiſpanica ſub Carolo V. tempore Clementis VII. Inſubrica ſub Imperio Gallorum. Gallica ſub Henrico IV. cum in proxima eſſet potentia poterat dici ſeparatio & independentia illa ab Eccleſia Gallicana peracta, quam fides & idea in mente regis & Epiſcoporum jam efformatam habebat. De quo vide Rodolphum Boterum ſuprà ſectione 1. cap. 1. cit.

Tertia ratio eſt: Eccleſia aliqua in remota & inacceſſa inſula ceſſante omni navigationis uſu & commercio, prout millenis annis ceſſavit in novo orbe forte jam inde à prima propagatione Noachi nepotum, Geneſ. 10. Si cætera eſſet Chriſtiana, adde & Romana, an non eſſet Chriſtiana & Catholica, propter defectum communionis externæ cum aliis Eccleſiis totius mundi aut Occidentis? Nos ſaltem Eccleſiam quamq; ſimul ac innoteſceret pro Catholica Reformata haberemus, etiamſi nec ante, nec poſt ullam notitiam, ullum communionis (nedum dependentiæ) externæ actũ exerceret, modo teneret fidem Chriſti, per quem & in quo eſt myſtica unio & cõmunicatio membrorum ad ſe invicẽ, ſi non

actualis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

actualis & explicita ſaltem virtualis & implicita.

Alias rationes ex natura Eccleſiæ, communionis ſanctorum cum Chriſto & inter ſe, &c. poſitas nunc ſtudio omittimus, & Minoris refutationi inſiſtimus. Interim conferri poſſunt quæ infra ſect. 3. de ſeceſſione Eccleſiarum noſtrarum dicimus.

I. Minor eſt falſiſſima. Non eſt diverſa Eccleſia noſtra ab antiqua Catholica aut Occidentali; ſed eadem ſpecie (ut aqua cum aqua, ut lac cum lacte, ut ovum cum ovo eſt idem ſpecie:) id eſt, quod ad myſticam unionem cum Chriſto & in Chriſto per unam eandemque fidem.

II. Eadem etiam eſt quod ad communionem quamcunque quæ eſſe poteſt inter Eccleſiam, quæ fuit ante aliquot ſecula, & & nunc in cœlo triumphat, & inter Eccleſiam præſentē quæ in terris adhuc militat.

III. Eadem etiam eſt quod ad propagationem, quomodo frater cum fratre ejuſdem non tantum naturæ, ſed & propagationis ſeu traductionis eſt, quippe eodem ſanguine, eiſdem parentibus, avis, & majoribus ortus. Vnum habet Deum, unum mediatorem, unam fidem, unum baptiſma, unam vocationem, unam hæreditatem, unum Euangelium, unum ſpecie miniſterium per quod inſtrumentaliter Deo geniti ſunt.

IV. Quia poſt illam, ex illa, per illam progenita & propagata eſt noſtra Eccleſia ſucceſſivè, modo ſplendidiori, modo obſcuriori familia & domo; propagata eſt inquam quod ad materiam, quod ad formam, quod ad corpus, quod ad ſpeciem Chriſtianiſmi, ex & in trunco, radice, corpore, & toto illo Catholico ſive communi, ſive occidentali. Quomodo caro aliqua, quæ in membro corporis ſuccreſcit & ſuccedit, eadem eſt ſpecie imperfecta (ut in partibus alia ſpecies non eſt) cum ejuſdem membri carne præcedenti quæ defluxit; & eadem eſt numero cum reliqua corporis carne, quæ hoc momento illi coëxiſtit, eadem inquam eſt numero per collectionem & contiguitatem ſcil. quia ab una anima informatur, quia communi vinculo colligatur ad partis illius organicæ, ad totius corporis, omniumque facultatum & functionum in corpore, atque adeo ad totius compoſiti perfectionem. Sic ex. gr. noſtra Eccleſia, noſtra Anglicana tradux eſt ſuæ Anglicanæ, quæ proximè & immediatè illam præceſſerat, & conſequenter tradux Catholicæ occidentalis, quæ erat in proximè præcedenti generatione. Inſuper tradux eſt remotè ſcilicet Anglicanæ, & per eam atque in ea Catholicæ occidentalis, quæ fuit ſuperioribus ſeculis. Haud aliter ac præſens Natio Gallicana, Hiſpanica, tradux eſt proximè ejuſdem nationis Hiſpanicæ & Gallicæ, quæ in ſuperiori generatione anteceſſit, & tradux eſt remotè ejuſdem nationis Hiſpanicæ aut Gallicæ quæ ante 200. aut 600. annos extitit, & conſequenter tradux eſt occidentalium ſeu communitatis occidentalis, ſive in proxima præcedenti, ſive in antiquis generationibus, quatenus ſcilicet Gallia & Hiſpania partem faciunt occidentis.

Inſtant. 1. Atque dices, mutatū eſt corpus & ſpecies, mutata eſt materia & forma Eccleſiæ, atque ideo non ſucceſſit eadem Eccleſia aut in & cum parte, ex. gr. Anglicana, aut in & cum trunco ſeu toto occidentali.

Reſp. I. Falſa eſt Minor contra omnium factorum lucē, quæ cœcitas Ianſenio propria eſt, in omnibus his controverſiis de vocatione, ſucceſſione, ſeceſſione. Tantundem eſt ac ſi ego dicerem, Ianſenium non eſſe natione Batavum, non eſſe vocatum Theologiæ Doctorem, Regium Profeſſorem, miſſum non eſſe ſuperiorum juſſu ad cauſam hanc agendam (quomodo Tertullum olim adducebant ſacerdotes Act. 24.) nullos habuiſſe in Cathedra Lo-

vanienſi

vanienſi ante ipſum Papiſmi & malæ cauſæ poſſeſſores ac prædeceſſores, non ſeceſſiſſe illum à popularibus ſuis Batavis & civibus Leerdamenſibus ad partes Hiſpanicas. Negamus ergo I. Mutatum eſſe corpus, Anglicanæ, Germanicæ, Danicæ, Suecicæ, &c. Ibi enim unum ſpecie & unum numero manſit corpus, homines & cœtus iidem erant Reformati qui modo erant Papiſtici.

II. Negamus formam eſſentialem per quam Eccleſia eſt Eccleſia, & eſt una unitate ſimpliciter neceſſaria, eſſe mutatam, quia cum morbus à corpore depellitur per mutationem aliquam, manet tamen forma hominis, imo & forma peculiaris partis illius, cui morbus inſidebat, & conſequenter manet eadem ſpecie, eadem numero pars, idem totum, idem compoſitum.

III. Negamus ſublatam eſſe formam externã, quæ eſt unio & conſociatio Eccleſiæ cujuſq; , in ſe & ad ſe ſeu hominũ in illa Eccleſia cõmunio in ſynaxibus, religionis exercitiis, in uſu mediorum ſalutis, in actibus Eccleſiaſticis, quomodo obſtructione lienis depulſa, aut ſcabie à manu, non amittunt partes illam externam ſuam formam & figuram, nec conſequenter fiunt illæ partes ſpecie & numero à prioribus diverſæ.

IV. Negamus in paucioribus aliquot Eccleſiis, ut in Gallia & Belgio, ubi majori cũ reſiſtentia, & corporis Eccleſiaſtici concuſſione peracta eſt reformatio talem incidiſſe mutationem, ut illæ reformatæ verè & rectè non poſſint dici Eccleſia Gallico-Septimontia, Gallico-Rupellenſis, Gallico-Rhotomagenſis, Eccleſia Belgico-Antvverpiana, Eccleſia Zelandica, &c. quippe eadem ſpecie, numero, ſucceſſione, propagatione cum iis, quæ proximo ante Reformationem inſtanti fuerunt. Quomodo idẽ homo eſt reſecto nunc crure, quod gangræna depaſcit, idem caput humanum cui ob herpetis & malæ ſcabiei curationem, & pili & cutis pene omnis abraſa.

Quomodo eandem civitatem Gandenſem, Bruxellenſem, eaſdem provincias Belgicas, Brabantiam, Flandriam, &c. diceret Ianſenius, etiam cũ ab Hiſpanis occupatæ; & dominium, leges, Rectores, cives inſuper & incolæ quamplurimi inde exacti, atque adeo corpus illud non parum luxatum & mutatum ſit. Longè differt Antvverpia à ſeipſa, Flandria à ſeipſa cum ſc. libertate ſua (abſque Hiſpanicis Caſtellis & præſidiis) fruerentur. Et multum differt præſens Hiſpania à ſeipſa, cum olim à Mauris fugata, profligata, tantum non extincta eſſet. Hinc tamen non ſequitur præſentem Hiſpaniam non eſſe Hiſpaniam eandem ſcilicet cum antiqua, aut hanc illi non ſucceſſiſſe.

V. Negamus Catholico-accidentalem poſt inſtans reformationis non eſſe eandem cum ſeipſa ante inſtãs reformationis. Quia alium templum non eſt formatum per reformationem, quamvis immundiciæ ſint ſublatę. 2. Paral. 29. & vendentes atq; ementes ejecti, Ioh. 2. Diſtingue corpus & leprã, & corpus leproſum. Lepra ſublata eſt, non corpus, & corpus leproſum non ablatum eſt ſed ſanatum. Dico nec corpus eſſe abolitum, nec ſpeciem corporis, id eſt, externam conſociationem. At alterutrum tolli neceſſe eſt ut ſucceſſio Dominii atque juris in populo aut familia extincta eſſe dicatur[a]. Iam vero pars illa corporis occidẽtalis, quæ à Papiſmo nũc palam aut clam diviſa eſt, ſupereſt & perſtat in corpore ſuo ſi nõ major, ſaltẽ non minor altera diviſionis parte: ergo corpus illud occidẽtale nõ interiit, aut quod nunc eſt reformatum, non eſt novum plane & denuo exortum. Deinde corporis illius occidentalis ratio, hoc eſt, conſociatio Eccleſiaſtica, & juris communitas ſive omnis, ſive perfecta, non eſt ſublata per reformationem, ſed etiamnum perſtat. Nec refert quod pars aliqua irreformabilis ſibi à

[a] Grotius c. 1. de jure pacis & belli lib. 2. c. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

toto per tyrannidem & factionem pontificum ſit diſtracta, quomodo per Ligiſtas in Gallia pars aliqua à Rege ſuo, & partibus Regiis erat diviſa & de ſeparatione Belgicarum provinciarum judicat Ianſenius, Belgium eſſe idē unitate ſua ſucceſſiva, quamvis Hollandia, Zelandia & aſſociatæ ipſis provinciæ in rebellione ſua perſtent, nec in communitate & unitate Reipublicæ Belgicæ comprehendi velint. Nihil etiam refert, quod in modo externi regiminis Eccleſiaſtici mutatio non parva inciderit. Vt enim partis à corpore politico ablatio aut partium aliquarum, & ipſius regiminis mutatio non tollit populum aut civitatem; ſic nec mutatio Eccleſiaſtica tollit Eccleſiam, imprimis ſi ſit in melius. Etiam mutato ſic regimine, rectoribus, corpore, manet tamē Eccleſia in radice, in trunco, in toto, in corpore ſuo. Idē erat populus Iſraeliticus ſub Iudicibus, Regibus, Ducibus, Maccabeis, idem populus Romanus, idē imperium ſub regibus, conſulibus, imperatoribus, quin imo & hodiè ut diſputat Grotius ibidē n.11. Sic eadem ſucceſſivè eſt Eccleſia occidentalis, quamvis poſt reformationem magna ſui parte diminuta (irreformabili ſc.) & nōnullis in partibus corpore particulari mutato & de novo in ſocietatem collecto ac cōſcripto, ſponte diſcedentibus aut rejectis, aut in ſe exareſcentibus iis qui tyrannidem libertati, qui factionē Eccleſiæ, qui humana divinis præferebant. Quamvis etiam quod ad totum Occidentale ratio regiminis & correſpondentiæ multum mutata ſit à priori. Flumen idem ſc. ſucceſſionis & toti veterem ſpeciem relinquit, particularium adjectio & deceſſio, aut quæcunq; alia mutatio. Modo alveus nō mutetur, & aqua alveo tali fluens ripiſq; ſuis incluſa maneat. Ita ſe habet ſucceſſio unius ejuſdemq; Eccleſiæ.

Inſtant. 2. Atque ſimul non manſerunt, ſimul non mutarunt reformati, ſed ſucceſſivè particula alia poſt aliam, homines poſt homines, donec in cœtum particularem de novo coïerunt, & redunirētur, & ſic Eccleſiæ poſt Eccleſias, donec in nationalem, & nationes poſt nationes donec in Catholico-Occidentalem Reformatam aſſurgerent, atque ita pro toto ſeu trunco Occidentis ſe gererent. Dum illa ſucceſſiva reformatio erat in fieri, ubi erat radix & truncus, corpus, totum Eccleſiæ Catholicæ?

Reſp. I. Quia Eccleſia eſt ens ſeu totum ſucceſſivum, ideo ſalvata fuit ratio Eccleſiæ in illis partibus ſibi ſuccedentibus, ſalvata eſt, inquam, ratio Chriſtianiſmi in Eccleſiis Occidentalibus, & ratio reformationis ſeu puritatis Chriſtianiſmi in illis partibus, ſicut ratio Eccleſiæ Catholicæ N.T. jam inchoatæ ſalvabatur primo momento poſt pentecoſtem in paucis illis, qui in ſola Iudæa conſtituebant corpus illud, & deinde extendit ſe ad primam illam gentem, quæ poſt Iudæos Euangelium recepit, & ſic ad alias, quas ſucceſſivè converterunt Apoſtoli.

II. Non eſt neceſſe ad formam ſeu rationem corporis politici, in gente, regno aut Republica aliqua, ut omnes & ſinguli homines, omnes ac ſingulæ gentis & regni partes à corruptione, tyrannide, rebellione & anarchia occupatæ, ſimul & ſemel uno decreto aut uno ictu de cœlo (ut vocant) aut uno prælio aut una χειροτονίᾳ & communi conſenſu liberentur atque in ordinem redigantur. Non ita ſane Henricus IV. Galliam ſuam, nec olim Hiſpani patriam ſuam, nec Bohemiam nuper Ferdinandus II. ſibi vindicavit, ſed ſucceſſivè, primum occupata Budovvitz, deinde & aliis regni partibus, putans interim jus regni, vel in uno pedis veſtigio, in oppidulo unico (quod aliquamdiu ſolum tenebat) conſiſtere & ſibi conſervari. Et ſic de Eccleſiæ Catholico-Occidentalis vindicatione à Papiſmi factione & corruptione judicandum eſt. Non aliter judicarunt pontificii de Eccleſiæ Germanicæ ad Papiſmum reductione

(quam

(quam reformationem ibi vocant) nuper tentata, & Anglicanæ, Scoticæ, Danicæ,&c. ſiquidem occaſio illa aliquando effulgeret.

III. Ergo Eccleſiæ Occidentales antea facientes totum ſeu corpus occidentis, ſed ſub tyrannide Papali, poſtquam ſucceſſivè in libertatem vendicatæ ſunt, non deſinunt conſtituere corpus, & formam occidentis, & actus antiquæ conſociationis repetere atque exercere.

Inſtantia 3. Vbi non manſit idem Eccleſiæ paſtor, nec ſub & ab eodem paſtore ſucceſſio deducitur, ibi non eſt ſucceſſio unius ejuſdemque Eccleſiæ. Nam, ut inquit Smithæus,[a] cœtus aliquis licet profiteatur doctrinam Chriſti non eſt vera Eccleſia, niſi hoc faciat in unitate adhærescens vero Paſtori.

Reſp. I. Si per Paſtorem intelligis Chriſtum, qui eſt *Paſtor bonus*, Iohann. 10. & *Paſtorũ Princeps*, 1. Petr. 5. & *magnus Paſtor ovium*, Hebr. 13. negamus Minorem: ſin vero Papam Romanum intelligis, negamus Majorem. Eccleſia una eſt & eadem etiam abſque illo paſtore, *Pontifex deſinit eſſe caput Eccleſiæ, cum ſit hæreticus, & tamen Eccleſia tunc non eſt ſine capite*, inquit Biel. In expoſit. can. Miſſæ lect. 23. Immo Eccleſia illo paſtore carere poteſt, ex ſententia Gallorum, qui auferibilitatem Papæ ſeu Curiæ credunt, & in Concilio unitatem Eccleſiæ ſalvari ſtatuunt, cui adjiciunt Patriarcham ſeu Papam Galliæ. Docent hoc exempla Cypriani, & Auguſtini cum ſuis Africanis qui olim Papæ curam paſtoralem ex Africa relegarunt, imo & Vigilium excommunicarunt; & Eccleſiæ Catholicæ primo primitivæ; & omnium Eccleſiarum totius mundi, extra Imperium Romanum Occidentale; & Eccleſiæ Hiſpanicæ ſub Carolo V. & Eccleſiæ in Inſubribus eodem fere tempore; & Anglicanæ ſub Henrico VIII. & antiquiſſimæ Ravennatis; & Germanicæ, Gallicæ, quæ toties Papis ſe oppoſuerunt & res ſuas ſibi habere juſſerant, imo habito conſenſu aliarum Eccleſiarum, & favore brachii ſæcularis, Papas excommunicarunt, depoſuerunt.

II. Idem ſeu formã illam regiminis, in Occidente ſeu Imperio Romano, ubi Epiſcopus Romanus *primus*, deinde & *primas* habebatur, qui omnibus Eccleſiis totius mundi & omnium ætatum applicat & neceſſario neceſſitate præcepti & medii applicandam docet, næ ille externam & mutabilem circumſtantiam transformat in ipſam rei ſubſtantiam. Probet *primò* Regimen tale divino jure inſtitutum. *Secundò*, ſoli ſedi ſeu Epiſcopo Romano impoſitum. *Tertiò*, ibi ſemper hæſiſſe, nec potuiſſe ulla ratione auferri aut transferri. *Quartò*, omnibus Eccleſiis totius mundi, legem & jus; eo Regimine Occidentali ſeu Imperii Romani figi, & non tantum vulgare ſive etiam perfectius imitationis exemplum. *Quintò*, Permanentiam & ſucceſſionem iſtius regiminis, ſeu Monarchæ Romani, tam eſſe neceſſariam, ut quæcunque Eccleſia illo careat, ilico deſinat eſſe Eccleſia; imo illo ceſſante, ut tempore Antichriſti Papiſtici, nulla plane eſſet Eccleſia in Mundo. *Sextò*, Semper omnes Eccleſias Chriſtianas, omnes fideles, qui quidem ſalvati ſunt, regimen tale admiſiſſe. *Septimò*, Omnes Nationes, Eccleſias, Principes, Paſtores, plebejos, qui aut non noverunt, aut etiam repudiarunt prætenſum hoc regimen fuiſſe damnatos, juxta Extravag. Bonifacii VIII. *Octavò*, Etiam hodie omnes Chriſtianos; in Oriente, Græcos, Perſas, Syros, Armenios; in Africa Ægyptios, Æthiopas, Abaſſinos, in Aſia Moſcovitas, & qui Tartariam incolunt; in

[a] Smith. lib. 2. cap. 15. citante Prideaux lect. de Viſibilitate pag. 31.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Occidente Germanos, Anglos, Scotos, Suecos, Danos, &c. omnes ad unum eſſe damnatos, quia non ſunt in vera Eccleſia ejuſque unitate (extra quam nulla ſalus) hoc eſt, quia non ſubſunt Oecumenico paſtori Papæ Romano, aut curiæ ſeu conclavi Cardinalium, cum Papa exceſſit. Iſta omnia in tota hac diſceptatione ſumunt ſibi adverſarii, non probant; & cum ita excipiunt, manifeſtè petunt principium, & coccizant. Quærimus ex ſucceſſione neceſſitatem ἀρχιποιμένος Romani, & illi objecta paſtoris iſtius larva veram ſucceſſionem ponunt aut tollunt.

III. De neceſſaria unione, communione, & unitate Eccleſiæ in unitate Paſtoris Romani, & per unionem cum illo, nondum certa fide conſtat, aut de fide eſt definitum in Papatu; imone quidem communi conſenſu Doctorum, qui maximè ſunt Papæ-Monarchici. Sic enim primipilus ipſorum Cajetanus ad 2.2.quæſt. 39. art. 1. Quia eſt ipſum eſſe Eccleſiæ, ut unius totius rationem habeat. *Signum autem hujus unius totius & partiũ eſt unitas Synodi univerſalis.* Ibid. diſputat Papam poſſe eſſe Sciſmaticum, & Eccleſiæ unitatem abſque illo ſubſiſtere. Et in ſummula pag. 600. *Si vero unitatem capitis, hoc eſt, Papæ non credit, quamvis in dubium forte revocetur, an ſit hæreticus, propterea quia non inveniri videtur in ſacris Conciliis damnata hæc hæreſis, communis tamen doctrina hæreticum reputat.*

IV. Nos contrà dicimus, cœtum aliquem vel minimum in vico, ut ex. gr. Cenchreenſi, aut familia aliqua, ut ex.gr. Priſcillæ, conſociatum in unius veræ religionis ſenſu, profeſſione, & exercitiis, eſſe & jure omni dicendam veram Eccleſiam Roman. 16. v. 1. & 5. ſiquidem vel ſola eſſet in mundo, aut in orbe Americano nondum detecto, aut in interioribus Africæ ſolitariam vitam hactenus tranſegiſſet abſque externa & ſenſibili ſeu palpabili communione cum aliis Eccleſiis. Nõ enim ad eſſe Eccleſiæ mutua iſta communicatio ſimpliciter neceſſaria eſt, ſed tantum ad bene eſſe; & quamvis in caſu, quo haberi poteſt talis communicatio, ponatur neceſſitas præcepti divini, inde tamen nõ inferenda eſt neceſſitas medii. Itaque non abſque grano ſalis accipi debet illud Cajetani: In comment. 2.2.qu.39. art. 1. *Eccleſiæ militantis entitas & unitas numeralis conſtituitur ex aliquo eſſe, non quo aliquid eſt in ſe, ſed quo ad aliud ordinatur.* Si intelligit coordinationem particularium Eccleſiarum inter ſe & ad ſe mutuo per actus communicationis externos conſtituere eſſentiam cujuſque particularis Eccleſiæ, aut ſaltem ita eſſe neceſſariam, ut ſine ea veritas Eccleſiæ eſſe non poſſit in aliqua particulari, e.g. Cenchreenſi, Corinthiaca, Æthiopica, &c. paradoxũ hoc non recipimus abſque probatione. Aqua Hircani, ſeu Caſpii maris, aqua eſt, eadem eſſentia cum alia quacunque marina, quamvis toti receptaculo aquarũ Oceano ſc. & mediante illo, omnibus maribus & fluminibus non communicet. Mare Caſpium nullo oſtio in Oceanum ſeſe exonerat, ut contra errores veterum obſervant recentiores Geographi, & cum illis Caſaubon. ad Strabon. lib. 11. Dalecamp. ad Plin. l.6.c. 13. 17. & fuſè ac præclare Iul. Cæſ. Scaliger exercit. 51. Sufficit enim ſi ſpecie idem ſit alteri cuicunq; mari. Specie autem idem eſt, quia materia eadem eſt & ſimilaris, aqua ſc. ſalſa & marina, & forma quæ eſt collectio aquæ intra littora & in abyſſo ſeu fundo ſuo: Idem de fluviis judicandum eſſet, ſi qui eſſent qui ex mari non fluerent & in illud refluerent, ut quidem eſſe tales cum Ariſtotele tenent Philoſophi Papales, neq; abnuit Ieſuita Lorinus Commentar. in Eccleſiaſtem cap. 1. Sic nomen & rationem Eccleſiæ, quæ mari optimè comparatur, participant cœtus quicunq; in quibus ſunt Chriſtiani per profeſſionem & exercitium veræ religionis ad ſe invicem ordinati & mutuo conſociati, quamvis illi cum aliis & ſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

& ſimilaribus Eccleſiis ſive quibuſdam, ſive omnibus externe nõ conſocientur & actus conſociationis ſenſibiliter non exerceant. Probatur; Quia ubi eſt materia & forma Eccleſiæ, ibi eſt eſſentia veræ particularis & viſibilis Eccleſiæ.

Sed ubi ſunt Chriſtiani, & quidẽ ſub uno capite Chriſto ad communem profeſſionẽ, & communia exercitia veræ religionis conſociati, ibi eſt materia & forma Eccleſiæ.

Major certiſſima eſt. Quia materia & forma eſſentiam rei conſtituunt. Minor, quod ad prius membrum, itidem certiſſima eſt, & extra controverſiam. Poſterius membrum ſic probatur. Aut Conſociatio illa ſola formam, unitatem & eſſentiam Eccleſiæ particularis in ſe abſolvit; aut aliud aliquid eſt, quod vel ſolum, vel æque ac illa conſociatio, formam & ſpeciem corporis Eccleſiaſtici conſtituit; Sed poſterius falſum eſt, Ergo.

Probatur minor, Quia illud quod ſpeciem illam conſtituere volunt, aut eſt relatio, ordinatio, & correſpondentia iſtius cœtus actualis, explicita, non latens, ad alios cœtus particulares & cum aliis, *primo & immediate*, & conſequenter ſeu mediate ad totum illud ſive corpus, ſive repræſentamen, quod ex particularibus omnibus exurgit; aut eſt dependentia externa & actualis ab aliis cœtibus ſive ſeorſim, ſive in toto & ut totum conſideratis, quomodo civitates omnes & vici in Gallia à Rege & corona Gallica dependent; Tertium aut aliud aliquod fingi non poteſt. Sed falſum eſt correſpondentiã illam & communicationem externam ſive collateralitatis & ęquiparantiæ, ſive dependentiæ & diſquiparantiæ eſſe formam, & de forma cætus alicujus Eccleſiaſtici; non magis quam externa & actibus externis exercita correſpondentia cum imperio, cum Regno Hiſpanico, cum Imperatore Othomannico, &c. eſt forma, aut de forma Regni Gallici: Adhæc non magis dependet Eccleſia particularis Nationalis Gallica aut Britannica ex neceſſitate naturæ ſuæ ab aliis Chriſtianiſmi Eccleſiis, Hiſpanica, Germanica, Italica, &c. aut ab earum toto aliquo ſeu repræſentamine tanquam à ſuo ſuperiori & monarchia Eccleſiaſtica; quam Regnum Gallicum dependet ab Hiſpanico, ab Imperio, aliiſque Chriſtianiſmi Regnis ſive ſeorſim, ſive in Monarchia aliqua Catholica (qualem denuo meditari ferunt Romanam Curiam, & curſores ejus Ieſuitas [a]) conſideratis. Quia omnis talis mutua correſpondentia, eſt relatio ad extra, quæ quamvis faciat ad bene ſeu melius eſſe Eccleſiæ, (ut confœderationes regnorum ad bene eſſe regni) non tamen faciunt ad eſſe, neque conſtituunt aut intrant ſpeciem & formam cætus Eccleſiaſtici. Dependentia itidem illa quæ ponitur, externa eſt, neque ad eſſe, neque ad bene eſſe Eccleſiæ quidquam faciens, ſive neceſſitate medii, ſive præcepti. Ergo ſine correſpondentia & dependentia illa, Eccleſia, e. gr. Veneta, erat Eccleſia, cum reſpectus ille Romanus & dependentia à Pontifice, atque adeo conſociatio collateralis & fraterna cum particulari Romana, Florentina, Genuenſi, Hiſpanica, &c. anno 1608. eſſet ſuſpenſa, tantum non abrupta. Vt enim in Republica Veneta, ſic & in Eccleſia duplex diſtinguenda eſt Relatio; Vna propria, intrinſeca, eſſentialis, quæ eſt conſociatio membrorũ iſtius Eccleſiæ & Reipubl. inter ſe & ad ſe: Altera extrinſeca ſeu ad extra, & acceſſoria, ex priori illa reſultans inque ea fundata, relatio ſcilicet in relatione, quæ eſt coordinatio & correſpondentia iſtius Eccleſiæ & Reipub. ad alias & cum aliis dominationibus, Rebuſpubl. & Eccleſiis, e. gr. Genuenſi, Mediolanenſi, Romana. Prior illa Relatio eſt forma propria, quæ dat eſſe Eccleſiæ & Reipubl. Ve-

[a] Barchinonenſis in practica Cancellar. Apoſtolicæ. Oratio Arnaldi in Ieſuitas, Libellus Gallic. cui titulus: *Catholicon d'Eſpagne.*

netæ, eamque ab aliis diſtinguit: qua poſita poſterior in actu non ponitur, ſed poni poteſt; & qua ablata poſterior ilico aufertur. Poſterior illa, ſpeciem, formam, unitatem numeralem corpori illi Politico aut Eccleſiaſtico non dat, neque ablata aut abrupta coordinatio, communio & pax ad extra cum Hiſpanica, aut Genuenſi, aut Romana ſede & ſocietate Politica & Eccleſiaſtica, ilico tollit Rempubl. & Eccleſiam Venetam, ejuſque intrinſecam conſociationem; ut quidem tunc credebant Veneti tam Clerici quam Politici, & cum iis inter multos alios Rex Chriſtianiſſimus; neque abnuebat Perronus, cum Papæ poſtulatam Papali vivæ vocis oraculo defenſionem recuſaret, multaque alia pro Rege & Venetis tunc judicaret atque ageret, de quibus vide Ambaſſ. & Negotiat. li. 3. epiſt. ad Regem, p. 477. Sic nos confuſa & ambigua diſtinguimus; jam faciat antitheſes Ianſenius, & defendat doctrinam ſuã ex ſcripturis hauſtam, ut quidem gloriatur, p. 191.

V. Pontificii Doctores admittere debent Eccleſiã, abſq; unione cũ legitimo & ſupremo paſtore; ſæculo ſcil. decimo & undecimo, cum *illegitimos* ſediſſe Pontifices, *apoſtaticos, apotacticos, monſtra*, atq; adeo compagẽ fuiſſe diſſolutam, conqueruntur Baronius, Genebrardus, &c. ante hac à nobis cit. Tempore Antichriſti ipſorum, plane omnẽ virtualem, Conſiſtorialẽ, & repræſentativam Eccleſiam deſituram, ſaltẽ tam obſcuram, tam profligatam, tam in angulos & deſerta retruſã fore, ut particulares fideles aut cœtus fidelium (Papiſtarũ ſcil.) qui ſupererunt, externam, actualẽ, explicitam, & pompaticam (ut nunc poſtulatur ac prætenditur) communionem cum ea colere non poſſint, credunt ipſi credulitate tali, quali Iudæi exſpectant Meſſiam: nec tamẽ fideles & cœtus illos omni eccleſia & ſalute extermināt. Vnionem & communionẽ Eccleſiæ & ſanctorum, in Miſſis, divinis officiis, precibus, bonis operibus, & omnibus bonis ſuis, latentem & inter remotos ac plane ignotos in terra, cœlo, & purgatorio ſtatuit Bellarmin. in explicat. art. de commun. Sanct. in lib. cui titul. *Declaratio doctrin. Chriſtianæ*, Italice edit. & in Anglicum traducto à R.H. Duaci 1611.

Septimo. Objici poteſt: Eccleſiam tanto tempore fuiſſe inviſibilem, tantundem eſt ac ſi non fuiſſet, ac ſi excidiſſent Dei promiſſiones, & portæ Inferorum per Antichriſtum adverſus eam prævaluiſſent.

Reſp. I. Manet Eccleſia, etiamſi afflictiſſima & pæne exſtincta eſſet; ejus viſibilitas, quamvis obſcurior adinſtar diei caliginoſi & nebuloſi aut crepuſculi, eſt tamen viſibilitas, eſt lux non tenebræ, eſt dies non nox; Succeſſio ibi eſt, quamvis non tam ampla Doctorum & diſcentium numero, non tam illuſtris puræ doctrinæ confeſſione & vitæ ſanctitate, non tam ordinata & compoſita ordinis externi integritate ac pulchritudine; Succeſſionis deprehenſio & demonſtratio eſt, quamvis non tam evidens, ſuperabundans, ut in præcedentib. & ſequentibus ſæculis. Breviter cogitent adverſarii de Eccleſiæ ſuę *permanẽtia, viſibilitate, ſucceſſione*, ejuſq; *demonſtratione*, tempore Antichriſti quẽ adhuc exſpectãt, & ferrea illa ætate, cum *monſtra*, ſedẽ Petri occuparent, cum ad *extremũ ægrotaret* Eccleſia, cum *Chriſtus dormiret in navicula & nemo illum excitaret*, cum *ferrum & ignem mala ejus incurabilia requirerent*, cum ſucceſſio ejus & ſtatus ſe haberet, ut olim *Eccleſiæ Iudaicæ ſub Antiocho, &c.* ut quidem ipſi fatentur, Baronius, Genebrardus, Sigonius. Illum ſtatum eccleſiæ, ſi cum perpetuitate, viſibilitate, continua ſucceſſione, reliquiſq; privilegiis à Deo promiſſis cõponere poſſint, ut non ſit oppoſitum in appoſito, contradictio in adjecto, utique dubiis ſuis circa noſtrã Eccleſiã abunde ſatisfactũ videbunt.

II. Tantum temporis intervallum non eſt quod more ſuo extendant. Non n. afflictiſſimæ, oppreſſæ, devictæ & maxime triũphatæ Eccleſiaſticæ Politiæ & libertatis in Occidente, majus intervallum eſt, quàm ducentorum

ducentorum annorum à ſæculo ſcil. nono uſque ad undecimum (quamvis hoc totum ipſis non demus:) ſed tantundem temporis aſſignat Sigonius de Regno Italiæ. Eclipſi ſedis Romanæ Genebrardus annos centum & quinquaginta. Si fuit nihilominus in illo deſerto ovicula Romano-Papalis, cujus tamen caput ſua membra, cujus ſupremus paſtor omnes Epiſcopos ſimiles ſibi in *ἀταξίᾳ* & impietate ſua faciebat; quanto magis ovicula noſtra ſubſiſtere potuit in illo deſerto ſuo, cujus caput & magnus paſtor Ieſus Chriſtus nec à malo tentabatur, nec ad malũ tentabat, qui ſemper vincit & triumphat in ſuis & eos triumphare facit, cujus potentia in eorum infirmitate perficitur, qui fatigatis & laborantibus vires ſubminiſtrat, cujus Euangelium non eſt ligatum, cujus ſpiritus non exſtinguitur in cordibus eorũ etiam cum maximè blaſphematur, & illi tanquam purgamenta mundi & ramentum facti ſunt; qui ſuos ſervare novit à tentatione, & non ſinit tentari ſupra vires, & ſpiritum ſuum ac miſericordiam non aufert ab eis, cum Satan eos cribrare intendit, cum labuntur cum Petro, qui tandẽ ægrè, quamvis & per multas infirmitates ac quaſi per ignem ut titionem ex igni ereptum, omnes ſuos ad ſalutem perducit, Zachar. 3. v. 2. cum 1. Cor. 3. verſ. 15. *ὡς διὰ πυρός*. Vbi Syrus: איך דמן בורא, id eſt, *ut qui ab igni*, qui ſpirituales bellatores ſuos in illo certamine contra diabolum, carnem & mundum (hæc vera deſcriptio Eccleſiæ) in omnibus plus quam victores facit, ita ut in externo illo conflictu cum mundo cum falſis fratribus, ſive vincant, ſive vincantur, victoria & brabeio non fruſtrentur.

III. Objectio iſta nititur falſis hypotheſibus; de promiſſione facta Eccleſiæ Vniverſali, aut particulari in Imperio Romano, in Occidente ſeu parte occidentis aut Eccleſiæ, & cathedræ Romanæ, quod nunquã Doctorum, aut ſubditorum, aut utrorumq; potioribus ſuffragiis pro cauſa Dei deſtituenda ſit; quod externa & viſibilis *εὐταξία* nunquam ab iis qui præſidentiam, juriſdictionẽ, & repræſentationem in Eccleſia ſibi vindicant aut ex ordine tenent, cõculcanda ſit; Quod apoſtaſia Eccleſiam nunquam ad illum ſtatum rediget, ut perfidorum & apoſtatarum factio in illa externè dominetur, oppreſſis aut ejectis illis, qui Domino fideliter adhærent; Quod abominatio ſtare nunquam poterit in loco ſancto; Quod, ſiquidẽ tale quid fieret, exiguo tantum temporis ſpatio duraturum ſit, quaſi ſcil. maximum *quod ſic* aut maximum *quod non* à Deo hic determinatum & prædictum eſſet. Si quis Promiſſiones Dei de perpetuitate Eccleſiæ per iſtas hypotheſes ampliare velit, & talem externam victoriam ab Eccleſia ac fidelibus inſeparabilem facere, probet ex Scripturarum, Patrum, & Eccleſiæ Romanæ univerſali conſenſu, alioquin nec ipſi credimus, nec credimus ipſos credere.

Nos aliam Eccleſiam, quam umbraticam & æquivocam illam Bellarmini, l. 3. de Eccleſ. c. 7. & 10. aliam radicationem & ſtabilitatem ejus, aliam perfectionẽ & pulchritudinem, aliam caſtrorum aciem ordinatã, aliam militiam, aliam victoriã ejus ex ſcriptura didicimus. *Tota pulcra* (honorata, decora) *filia Regis intro*, Pſ. 45. v. 14. Nigra ſum, ſed decora, &c. ne reſpiciatis ad me, quod ſum ſubnigra, quod percuſſerit me ſol. Cant. 1.

2. Cor. 4. 6. *Deus ſplenduit in cordibus noſtris, ad lucem notitiæ gloriæ Dei in facie Chriſti. Habemus autem theſaurũ hunc in teſtaceis vaſculis, &c. dum in omnibus affligimur, at non coarctamur: hæſitamus at non prorſus hæremus: perſequutionem patimur, ſed in ea non deſerimur: dejicimur at non perimus: quolibet tempore mortificationem Domini Ieſu in corpore circumferentes:* & quæ ſequuntur uſque ad finem Capitis.

IV. Ipſi adverſarii ad ſalvandam perpetuam ſucceſſionẽ particularis Eccleſiæ Romanæ, putant ſufficere, iſtam explicationẽ ſuã: *Eccleſia Romana, id eſt, populus & Clerus Romanus, nõ poteſt errare errore perſonali, ita ut omnes*

nes omnino errent, & nulli ſint in Romana Eccleſia fideles, & Pontifici adhærentes. Tametſi enim unuſquiſque ſeorſim errare poteſt, tamen id fieri non poteſt, ut omnes errent ſimul, & tota Romana eccleſia apoſtatica efficiatur. Bellarm. de Pontif. lib. 4. cap. 4. Sufficit ergo ad veritatem & ſucceſſionem Eccleſiæ, ſi aliqui ſint qui cum magna aut maxima parte non deficiant.

Octavo, [a] Objicitur contra ſucceſſionem Eccleſiarum Orientalium, aliarumque extra Latinã ſeu Romanam eas decimo & undecimo ſeculo, & inde uſq; ad Lutherum non fuiſſe noſtras, neque Catholicas, ſed hæreticas, ſciſmaticas, ſaltem à noſtris toto cælo diverſas, quippe quæ hæreſes diverſiſſimas nobis etiam capitaliter inimicas foveant, Arrii, Macedonii, Græcorum, Neſtorii, Eutychetis & ſimilium damnatarum peſtium. Præterea apud multas iſtarum nationum Romanæ Eccleſiæ communionem in multis fidelibus vigere.

Reſp. I. Vt veſtrarum & noſtrarum rerum, antiquarum & novarum, ita & Orientalium juxta te ignarum oſtendis; ſolam audaciam & temeritatem in auxilium advocas. Quo autore, quo teſte probas Chriſtianos illos *Græcos, Armenos, Bulgaros, Syros, Parthos, Medos, Chaldæos, Syros, Abaſsinos, Nubienſes, Ægyptios, Moſcovitas, Georgianos, Iacobitas, Incolas Indiæ Orientalis & Imperii Tartarici,* (illos enim à me in Philonio nominatos hic repetis) fovere hæreſes Arrii, Macedonii, Græcorum, Neſtorii, Eutychetis, & ſimilium? Cur indefinitè, ſeu univerſaliter id pronuntias, *de illis qui in iſtis Nationibus à communione Romana ſeparati ſunt?* ut loqueris. Confeſſiones, liturgiæ, ſcripta, quæcunque iſtarum Gentium ad manus noſtras pervenerunt; præterea veſtrorum relationes longe aliud de iis teſtantur. Sed accuſatori Ianſenio incumbit probatio, qua deficiente abſolvitur reus & ipſe in calumnia deprehenditur. Interim videri poſſunt autores ſupra cap. 4. à nobis citati. Omnes fere illas Eccleſias quatuor Concilia amplecti inde ſatis conſtat; quæ ergo pars ipſis cum Arrio, Neſtorio, Eutychete? Græcorum quæ ſint hæreſes exprimere debuiſſes. Scimus eos proceſſionem Spir. S. *(per filium)* non *(à filio)* urgere. Cauſam eorum minime probamus. Sed cum in Patribus & veſtris tam multa diſſimulentur (de quibus lib. 2. ſect. 2. cap. 15.) quot, quas, quales, quantas hæreſes, damnataſque peſtes tu hinc elicis, ut earum nomine Græcos ab omni fide, Chriſtianiſmo, Eccleſia, & ſalute excludere debeamus; ut aliud plane fundamentum ponere dicãtur, & non potius, ſtipulas fundamentum ſuperſtruere, juxta diſtinctionem apoſtoli? 1. Corinth. 3. verſ. 11. 12. 13. 14. Cum Græcorum religione conveniunt Moſchovitæ, Patriarcha Antiochenus cum Eccleſiis ſuis, Patriarcha Alexandrinus cum ſuis, Æthiopes, Abaſſini, quorum Patriarchæ ab Alexandrino confirmantur. De Chriſtianis per Aſſyriam & vicinas regiones diſparſis teſtatur Cardinalis Amulius, in epiſtol. ad Concil. Tridentin. 28. Auguſt. ann. 1562. *Quod veræ fidei cultus in iſtis regionibus adhuc vigeat, & Chriſtiana religio non minore fortaſſe, quam apud nos, pietate excolatur, conſervata doctrina quam per ea loca B. apoſtol. Thomæ & Thadei piis ſermonibus diſſeminatam, &c.* Armeni quod nunc communi profeſſione ſint Eutychiani, aut tales fuerint proximis ante Lutherum ſæculis mihi non fit veriſimile; præſertim cum anno 1170. Generalis Armeniorum in ſententiam Orthodoxam poſt habitam cum Symphoriano collationem totus conceſſerit: Et diſſenſio fuerit magis in phraſi quam in re ipſa; magis in hypotheſi *aut conſectario aliquo* quam in theſi principali; magis in perſonalibus circumſtantiis & præſumptionibus quam in fidei ipſius ſubſtantia; magis in accurata & ſolida explicatione, quam in articuli conceptu, ut patet ex collat. pag. 7. 8.

cum

[a] Pag 470. 471. 211.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cum 126. [a] Similiter de Eutychianiſmo, de Macedonianiſmo, de Neſtorianiſmo aliorũ, qui eo nomine male audiunt, forte judicarent moderatiores, ſiquidẽ propius cũ illis agerent. Præjudicio, longa conſuetudine, aliiſque diſſenſionibus extra principalem illam controverſiam, forte magis à communione Catholicorum diſcedunt, quam hæreſi. Si qui inter illos, quos proprie Neſtorianos & Georgianos dicunt, vere ſint Neſtoriani, illos nobis non aſſerimus, ſed ſibi relinquimus, manente nihilominus prætenſa ſucceſſione & amplitudine. Atque hæc quidem de Eutychianiſmo, Neſtorianiſmo, & hæreſi Græcorum. De Arrianiſmo & Macedonianiſmo, quis, [b] qualis, & ubi ille ſit in Eccleſiis Orientalibus, ut tã ſevere & generaliter de iis pronuntiare debuerit Janſenius, mihi hactenus nihil conſtat, & ipſi multo minus. Sed facile fuit calumniari de tam longe diſſitis, cum de nobis tam propinquis hoc audeant quotidie.

II. Nævi & errores alii, ſi qui adhæreant illis Eccleſiis, à quibus noſtræ per Dei gratiam repurgatæ ſunt, illud tamen non facit, ut ſucceſſionem ſalvandorum, fidelium, Chriſtianiſmi, veræ & Catholicæ Eccleſiæ per illas ducere; & noſtri cum illis conſanguinitatem, atque adeo Papiſmi à Catholica totius orbis defectionem, & particularem factionis Antichriſtianæ ſectam demonſtrare non liceat. Ita enim errantibus *modice compati*, & ex caritate de fratribus infirmis judicare nos docet amplius, Hebr. 5. verſ. 2. 1. Corinth. 3. verſ. 11. 12. 15. Philip. 3. verſ. 15. Et exempla & dicta Irenæi in controverſia de Paſchate, Cypriani in controv. de Anabaptiſmo, Auguſtini in controverſ. Donatiſtica, & cum Hieronymo; Pontificiorum in controverſiis inter Eccleſiam Gallicanam & Curiam, Dominicanos & Ieſuitas, &c. Caſſandri, & aliorum Iudicia de ipſis Græcis & Orientalibus, Orechovii de iiſdem, qui edito ſcripto contendit eos ad Concil. Oecumenic. Tridentin. fuiſſe vocandos, [c] ipſius denique Pontificis, qui Moſcovitas ad Concilium invitari voluit, & legato jam in mandatis dederat cum Magno Duce Moſcoviæ agendi; ſed ſucceſſus defuit. Et cũ adverſarii ex aliarum Eccleſiarum meſſe ſuam particularem factionem ac ſectam ampliare & catholizare, noſtram vero Catholicam fidem & Eccleſiam in anguſtias cogere ſatagunt, non dubitant errores clauſis oculis præterire, & ex caritate ſcilicet pro illo tempore obtegere, quin & hæreſes diſſimulare, ut per hæreticos ſcilicet probent ſuam antiquitatem, ſucceſſionem & catholiciſmum. [d] Sic enim Reginaldus in Calvino-Turciſmo, lib. 2. cap. 9. ut nos faciat Turcas, contra nos adducit Eccleſiam Orientalẽ, quam Romanæ jungit: *Eorum* (Abaſſinorum ſcilicet.) *mos præjudicare non debet ſinceritati fidei in Eccleſia Latina Græcaque à temporibus apoſtolorum per totam Europam, Aſiam, Africam quoque longe maxima ex parte receptæ, &c. Certe præter Abyſſinos, qui circumduntur & baptizantur perpauci ſunt, & illi perpauci quoad multa fidei capita hæretici ſunt* (N. B. non omnes Orientales eſſe hæreticos) *& totius fere religionis Chriſtianæ imperitiſſimi.* Nam Abyſſinorum *alia eſt ratio, qui Chriſtianè quidem & cum vera Chriſtianorum fide* (N. B.) *infantes baptizant, circumcidunt autem prorſus ad honorem, non ad religionem, ad ſignum nobilitatis antiquiſſimæ, nullo meriti aut Iudaicæ fiduciæ reſpectu. Quo poſito nolim eos propter circumciſionem magis damnare, quam ſi propter medicinam* (leg. medicam) *aliquam rationem abſtinerent à carne porcina, &c.*

[a] Vide Legationem Imper. Manuelis Comneni ad Armenios, edita Gr. Lat. à Leunclavio 1578. [b] Hæreſin Macedonii in Papatu renovavit Abayllardus teſte Bernardo ep. 190. quem tamen à communione ſua quam ægre dimittant teſtatur honorifica editio operum ipſius nuper Pariſiis procurata. [c] Staniſl. Orechovii epiſtol. ad Hoſium, ubi quæritur de *non exſpectatis* in Concil. Trid. Græcis. [d] Vide hæc judicia lib. 2. ſect. 2. cap. 13. Cum quibus conſentiunt plerique Doctores qui intermedia ætate ſcripſerunt: qui quamvis ſubinde ſciſma Græcis objiciant, in eorum tamen Eccleſia aliquem poſſe ſalvari non negant. Vide Sententiarios in libr. 1. Diſt. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Non diſsimili fere ratione iidem Æthiopiæ Chriſtiani, etſi eandem cum Catholicis efficientiam baptiſmo tribuant, & in ſenſu Turcico aut Anabaptiſtico nullas rebaptizationes admittant, ſingulis tamen annis ſpeciem quandam Anabaptiſmi, quo ad externam formam exhibent. Vniverſus enim populus quotannis, certo tempore ipſo Epiphaniæ ſolenni feſto, &c. deinceps aquis luſtralibus aſpergitur, id quod ſi externam ſpeciem rei geſtæ reſpicias anabaptiſmus eſt; ſi cauſam, voluntatem, intentionem ſuſcipientium longe aliud eſt.

Titelmannus in libello de *fide & moribus Æthiopum*, ſimili fere caritate de ipſis judicat. De Græcis idem fere judicium, quod magis in modo loquendi quam in ſenſu differant, magis in voce quam in re ipſa, Iod. Clichtoveus in Damaſcen. libr. 1. Fid. Orthod. cap. 11. Magiſter lib. 1. Diſt. 11. Scotus ibid. adde Bellarm. lib. 2. de Chron. cap. 27. Tolet. in Iohan. 15. ubi Damaſcenum excuſant. Adde etiam illos, quos refert Bonaventura in 1. d. 11. a. 1. qu. 1. 15. Sed hæc prolixa caritas, nunc fere in recentioribus exaruit, quia ſpes illa, ſub qua proculdubio caritas Reginaldi judicabat, plane decollavit, dum aliter & certius de Orientalium Chriſtianiſmo, & alienatione ab Antichriſtianiſmo perſuaſi ſunt. Nobis ergo relinquant illam in judicando libertatem & caritatem. Divi Severi libellum de ritibus baptiſmi & ſynaxi Syriace ſcriptum edidit Guido Fabric. Boderianus, in epiſt. dedicat. ad Daneſ. epiſc. Vaurenſem, ut ſucceſſionem, antiquitatem, & catholiciſmum Papiſticum contra *male feriatos* (noſtros ſcilicet) inde probaret. *Nec enim* (ut loquitur) *parum valet ad confirmandos receptos in Eccleſia Romana ritus Orientalium Chriſtianorum conſenſus: apud quos non diſsimiles in Sacramentorum adminiſtratione ceremonias invenias: quæ non heri aut nudiuſtertius natæ ſunt, nec à Pontificibus Romanis adinventæ, uti dictitant, ſed jam à multis retro ſæculis inter apoſtolicos viros in uſu fuerunt*; Vt jam olim à prima Reformatione Miſſæ & Liturgiæ Græcorum, Æthiopum aliorumq; Orientalium venditatæ, ſic tandem, ne quid deeſſet, advocata fuit Eccleſia Syriaca in partem & conſummationem ſucceſſionis, & Severus Patriarcha Alexandrin. titulo מרי סאוירא קדישא ideſt, *Dominus meus Sanctus Severus* (*Divus Severus*, ut vertit in epiſt. dedic.) in probationem, quem tamen Poſſevinus, in appar. ſacro fol. 398. dicit, fuiſſe *Eutychianum Petri Gnaphei ſectatorem, & non pauca in eo eſſe apocrypha, nulliuſque fidei*. Quid Turrianus, Perronus aliiq; ex Oriente conquiſiverint, quas merces inde advectas avide arripuerint, aliiſque obtruſerint, alibi tetigimus.

III. Vides ergo iſta ratione & multo majori nos (ſed ex abundanti) ſucceſſionem Chriſtianiſmi, antiquitatē & Catholiciſmum in & ex Orientalibus non inepte oſtendere. Imprimis cum Orientales, quo magis Europeis innoteſcunt, & Europei illis, magis ac magis declarent à factione & ſçiſmate Papali ſe longiſſime abeſſe, & ad nos propius accedere, ut conſtat ex iis quæ nuper Conſtantinopoli geſta, & ex confeſſione Patriarchæ Cyrilli, ejuſque declaratione Ampliſſ. domino Oratori Belgico facta, aliiſque hic non dicendis; imprimis ex eo quod Romanam Apoſtaticam factionem excommunicent quotannis, noſtram vero minime a.

IV. Si diſtinctiones errorum, hæreſæωn, hæreticorum adhibere nos patiantur pro Orientalibus, quas pro Papis, Epiſcopis & Doctoribus ſuis commenti ſunt; ſi ſedis vacationes, Eccleſię *acceptationes, errores in Theologia, errores dilectionis, hæreſes ſolū exteriores, errores meritorios* & ſimiles luſus hic ſomnient, facillime ab omni hæreſeos ſuſpicione Orientales liberabunt. Sed iſtas delitias relinquimus pictoribus & Poetis Romanis, *Quorum imagines lambunt Hederæ ſequaces.*

V. *Apud multas iſtarum nationum in multis fidelibus vigere communionem Romanæ Eccleſiæ,*

caute

a Vide append. ad myſt[illegible] patr. Ieſuitar.

caute & parce dicis. Si enim expreſſiſſes nomina nationum, habuiſſes reſponſum. Alia occaſione offucias iſtas tetigimus, libr. 2. ſect. 2. cap. ult. ubi vide. Sed ignoſcendum eſt illis ſi decepti mendacium dixerint tantum, non vero mentiti ſint. Eſurientes illi Græculi, aliiq; callidi Mendicantes jam non ſemel Papam & curiam deluſerunt, ea de Orientalibus illi perſuadentes quæ nemo ibi credit. Sed vult decipi piis illis fraudibus, ut iiſdem alios decipiat. Volenti non fit injuria.

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT IX.

Solvuntur exceptiones contra Catalogum Teſtium veritatis.

IN probatione ſucceſſionis Perſonalis, digitũ intendebamus ad Catalogũ teſtium veritatis & Myſterium iniquitatis Pleſſæi, defenſum à Riveto. Aliæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ à noſtris ſcriptæ quidem ſunt ut Centuriæ Magdeburgenſes & ſimiles; alii etiam Authores ex antiquitatis conſenſu controverſias explicarunt, ut Chemnitius, Iuellus, Chamierus, Molinæus, &c. Hos autem potiſſimum laudavimus, tum quia ex profeſſo de ſæculo in ſæculum Doctores, Paſtores, Eccleſias, Vniverſitates, Principes, Populos annotant, & teſtimonia ex ſcriptis enotant pro veritate fidei noſtræ contra Papatum; tum vel maxime quod nihil ſcriptis illis hactenus repoſitũ ſit à Papiſtis; nihil etiã putaremus à Ianſenio poſt deſperatũ ſuorum ſilentium reponendum, quod quidem alicujus eſſet momenti. Neq; fefellit nos hic animus; tantum enim abeſt ut ex Ianſenii officina profugo Clero Sylvæducẽſi aliquid contra panopliam iſtam ſubminiſtratum ſit, ut declinatoria ſua exceptione aperte prodat, ſibi ſcripta illa nec lecta, nec viſa, nec de nomine quidẽ nota, ut mox ex ſequentib. conſtabit.

Primo ergo intonat, cap. 52. pag. 243. 244. 247. *Quis catalogum teſtium veſtrorum ſine riſu, vel potius gemitu Chriſtiano legat? nec enim alium inſinuatum ſuſpicari queo, niſi qui proprie de teſtibus veſtris, non Lutheranis aut Anabaptiſtis texitur, Vidi, legi, obſtupui eo deſperationis adigi poſſe horum pervicaciam, &c. O mirabilia, &c. Quis poſterorum crediturus eſt, &c.*

Reſp. I. Obſervarunt noſtri Baronium in annalibus nullibi magis exclamare & paratragædiari, quã ubi veritatis evidentia perculſus, ad ſilentiũ & diſperationẽ adigitur; nullibi animoſius inſurgere & majora promittere, quam ubi nihil habet quod dicat. Idem de Ianſenio dicere poſſim. Vbi difficultates maximæ & præcipitia occurrunt, confidentiam & triumphum maxime ſimulat; vide & confer ſupra, cap. 1. & 2. de interrupta ſucceſſione Pontificum.

II. Sed tolerabilior fuiſſet hic furor, ſiquidem in adverſariũ ipſi oppoſitũ incurriſſet. Pro *catalogo Teſtiũ veritatis* arripit *Martyrologium Gallicum*, Genevæ editum an. 1619. titulo *hiſtoire des Martyrs perſecutez & mis à mort pour la verité de l'Euangile.* Quaſi ego pro Baronii annalibus, ejuſdem aut Vſuardi Martyrologium Romanum acciperem.

III. Quod alium catalogũ inſinuatum ſuſpicari nequiſſe ſe dicit, oſtẽdit ſe eſſe dormientium octavũ. Si leviter in iſtis verſatus eſſet, ſaltem fando audiſſet de celebri & controverſiarum ſcriptoribus non ignoto opere; quod primo collectum ab Matth. Illyrico & aliquoties excuſum, poſtea auctũ à Simone Goulartio Genevenſi in fol. ibidem editum eſt, & annis aliquot pòſt alibi in quarto recuſum. Iohann. Piſtorius in libro controverſ. Germanice ſcripto, per detorſionem appellabat Catologum teſtium feritatis. Idem nuper Belgicè editum eſt.

IV. Hæc ergo turpiſſima hallucinatio in profeſſore Theologiæ notata, doceat nos non eſſe cuivis tam facile ac tutum ex luce factorum, ex humanis ſcriptis, ex infinitis monumentis ſuperiorum ſœculorum quidvis erurere & evidenter demonſtrare; quam canonem ſacrarum literarum nocturna, diurnaque verſare manu. Quod ſi enim in ſcriptis & noſtræ ætatis rebus tam propè & ante pedes poſitis, Regius Profeſſor Ianſenius miſerè quaſi in ipſa meridie impingit, quid eveniet indoctioribus, ſi ſuperiorum ſæculorum tenebris ſe immergant. Vix dubito quin Ianſenius de noſtris ſcriptoribus judicium tulerit ex certa ſcientia ſcil. ad inſtar Prædeceſſoris ſui Iohann. Molani, qui ex profeſſo condemnans Martyrologia noſtra, fatetur, quod nulla eorum *nec viderit, nec videre cupiverit*, &c. addit, *audio enim in eis recenſeri, non unius tantum hæreticæ ſectæ pſeudomartyres, ſed ad unam uſque omnium, quæ hoc tempore Romanam Eccleſiam obſcurare conantur.* In præfat. ad Martyrolog. Vſuardi cap. 10.

Secundò, Vt oſtēdat martyrologium Gallicum malè conſarcinatum eſſe, atque adeo ſucceſſionem inauſpicatò ex eo demonſtrari, ſex puncta ſpeciatim in eo reprehendit; pleraque tamen abſque ulla ratiocinatione, & non abſque peſſima fide.

Reſp. I. Siquidem ſcriptor Martyrologii aliquid paleæ admiſcuiſſet, quid inde aliud conficere poſſes, quam illud:

—*Quandoque bonus dormitat Homerus.*

Vt de Hieronymo Alphonſus à Caſtro. Et quis eſt hiſtoricus antiquus, unde ſucceſſionem veſtram quæritis, in quo non multa plura à vobis notentur. Exemplo ſint Euſebius, Socrates, & reliqui omnes, de quibus ſect. 1. cap. 7. Vitarum & aureæ Legendæ ſcriptores, (quam ferream vocabat Eſpencæus) prætereo. Ipſum Martyrologium veſtrum Romanum, quantis laboret difficultatibus (verius abſurditatibus) teſtantur Molanus & Baronius ibidem citati. Annales Eccleſiaſtici Baronii in quàm multis cenſuras veſtrorum (inter quos populares ipſius Hiſpani, & Perronius tuus non poſtremus) quotidie experiuntur, & plures adhuc exſpectant?

II. Nimis levi brachio, non *forti*, (ut habet dramatis tui cataſtrophe p. 507.) refutatione tanti operis, & ei ſuperſtructæ ſucceſſionis defungeris. Quaſi ego concluderem Romana Eccleſia ullam habet ſucceſſionem, quia hiſtoria & demonſtratio ſucceſſionis ejus contexta à Baronio & Perrono (quos nobis laudat Ianſenius) abſurdiſſima eſt. Probatur, quia in Baronio aut Perrono ſex aut ſeptem puncta occurrunt quæ abſurditatis aut falſitatis notarunt noſtri; & quia Baronius à veſtrorum Perronii, Sanctii, &c. cenſuris immunis non eſt, ergo cadit tota ſucceſſio Papatus; hiſtoria illa nihil facit ad ſucceſſionem demonſtrandam. Si non ſufficit hæc refutatio mea (ut quidem ſufficere non debet) jam judica de tuo forti brachio, ſed abſque proſopolepſia.

Tertio, Pag. 243. prima cenſura in Martyrologium eſt: *quod ibi videre ſit, quot bella Pontifices cum Imperatoribus geſſerunt, tot perſecutiones Eccleſiam ſcilicet fidelium veſtrorum eſſe perpeſſam.*

Reſp. I. Inſtitutum erat dicere de *Catalogo*, & de *teſtibus* per quos ſucceſſionem noſtræ doctrinæ deducimus; & Ianſenius reprehendit prolegomena & epiſagmata quædam ſcriptoris Martyrologii. Atqui, ut ſucceſſionis ſucceſſio convellatur, teſtes ex ipſo catalogo expungendi, & quidem de ſæculo in ſæculum; quò omnibus conſtaret illos fuiſſe aut hæreticos à nobis damnatos, aut Pontificios; atque adeo nihil nobis relinqui niſi deſertum illud Apocalypticum, ut tu loqueris.

II. Noſtri loco à te citato & paſſim in Martyrologiis bella Imperatorum referunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

runt, tantum ut tyrannidem Papalem & ſenſum Principum ac populorum conſignent qui ante Lutheri reformationem utrumq; gladium Papæ & prætenſum Chriſti Vicariatum (cui nos ſub pœna ignis temporalis & æterni ſubjici vultis) fortiter contempſerint. Hinc tamen non ſequitur omnes bellatores fidei noſtræ fuiſſe confeſſores aut Martyres. Non videbis noſtros tam fungos ut Carolum V. cum Archiſtratego ſuo Borbonio, Cardinali Columna & militibus Italis atque Hiſpanis in Martyrum ſuorum catalogum referant, quamvis egregiè Romam & Papam debellarint. Rumores nuperi de bello inter Vrbanū VIII. & Regem veſtrum, alioſque Italiæ Principes minime cogitare nos faciunt de augendo Martyrologio quamvis illud Dordraci nunc recudatur.

III. Poteſt tamen illa perſecutio dici aliqua ratione Eccleſiæ noſtræ; quia reformatio, inſtauratio, liberatio, & emerſio Eccleſiæ Iugo Papali & multitudine ſcandalorum preſſæ, bellis iſtis Pontificum adverſus Imperatores impediebatur. Si quis captivi Fratris tui liberationem impediret media omnia liberationis removeret, an non ille Fratrem perſequi dicendus eſſet? Non poterat, Eccleſiæ Reformatio peragi, *niſi habito forti favore brachii ſæcularis*, judicio Gerſonis; illi brachio cum brachium opponeret Pontifex, atque ita concitatis bellis reformationem impediret, corruptionem & tyrannidem ſuam ſtabiliret, an non per reflexionem ſaltem perſecutionem perpeſſi ſunt pii omnes, quotquot apertis conteſtationibus aut tacitis gemitibus & votis Reformationem ſuſpirabant.

Quarto, ſecunda cenſura eſt, *ibi Begardi, Lollardi, Petrobuſiani, Picardi à Deo ſuſcitati ſunt & Calviniana̅ fidem ſuo ſigillant teſtimonio.*

Reſp. I. Rationem nullam ſuæ reprehenſionis adfert, itaque non eſt quod reſpondeamus.

II. Iam aliquoties inculcatum à noſtris, veram doctrinam ejuſque ſectatores, odioſis aut pro libitu malignantium confictis nominibus ac criminibus fuiſſe notatos, ſed cauſa aut demonſtratio veritatis ex nominibus non pendet. Tertullianus in Montaniſmum prolapſus, Orthodoxos vocat Pſychicos, Arriani vocabant eoſdem homoouſianos, Athanaſianos. De Origine & notatione Lollardorum, Turlipinorum, Bulgarorum, Begardorum, Picardorum, & ſimilium jam ſatis ſuperque actum à noſtris, imprimis I. Paulo Perrino in hiſtoria VValdenſium Gallice, & in Appendice Balthaſ. Lydii cum hiſtoria Perrini Belgice in 4. edita. Non eſt quod illa hic repetam. Vide & Thuani hiſtor. libr. 6. & Vſherum de ſucceſſ. Eccleſ. cap. 8.

Quinto. Tertia cenſura eſt. *Vbi Albigenſes & VValdenſes ſunt duo teſtes Chriſti, duæ Olivæ, duo candelabra, de quibus Ioan. in Apocal. loquitur; quorum profecto ſi doctrinam & mores excutere velis, horrenda ſunt quæ illis ab antiquis Authoribus aſcribuntur.* Authores autem in margine citat. *Bernard. Luxenburgic. Paulum Æmilium in hiſtor. Francorum, Guliel. Nangiac. Polydor. Virgil. Cæſar Ciſter. in Dialogo*, ex quorum fide impingit ipſis totam hæreſin Manichæam, eſſe ſcilicet *duo æterna principia, &c. Chriſtum non aſſumpſiſſe carnem ex Virgine, vero corpore caruiſſe, &c. Baptiſmum & ſacramentum Altaris eſſe nullum, &c. Moyſen, Adamum & Prophetas ex diabolo eſſe. Magdeburgenſes Centuriatores, etſi libenter blaſphemias illas tegerent, &c. fatentur tamen ſe id referre quod de illis ſcripto conſignatum eſt. VValdenſes quid? nihil exaggero; loquatur hoſtis Romanæ Eccleſiæ profeſſus Nicolaus Vignier: in bibliothec. hiſtoric. part. 3. Opiniones quas Petrus de Brus & Henricus diſcipulus ejus, &c.*

Reſp. I. Si ſcriptor Martyrologii ſive ſpeciali, ſive generali ratione VValdenſibus tanquam veritatis oppreſſæ teſtibus locum illum Apocalypſeos XI. applicat, quid tum?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Appoſite nec ne illa Scripturæ applicatio facta ſit, nihil hoc ad Martyrologium & ex Martyrologio probatam ſucceſſionem. Perſtant ergo adhuc teſtes noſtri in catalogo illo ordine deſcripti, quos fruſtra à teſtimonio dicendo & cauſæ cognitione ſubmovere cogitat. Quid ſi Baronius in prooemiis & affectibus Annalium ſuorum, exemplo Pontificum, Canoniſtarũ, Scholaſticorum, Poſtilliſtarum inſulſe & hiſtrionice ſcripturas aliquot trahit quo minime eunt, Ergo actum erit de hiſtoria Papatus, de teſtibus, de ſucceſſione? Deinde ut omnes Eccleſiæ & veritatis teſtes *olivæ* & *candelabra*, *columnæ* κατὰ μεταφορὰν recté dicuntur, ita & Eccleſiis Waldenſ. atque Albigenſium teſtimonium illud Apocalypſ. applicari poteſt: meliori ſaltem ratione, quam Fieuardentius Lutheranos facit beſtiam apocalypticam, & Piſtorius Lutherum facit Antichriſtum illum quem Pontificii ex Apocalypſi deſcribunt, & Minoritæ alicubi in Gallia Calvinum ſtatuebant eſſe ſtellam illam de cœlo cadentem Apocal. 9. 1. refert Vignierus in Theatre de l'Antichriſt in præfatione. Et Rudbertus à Moſham, Decanus Patavienſis & Cæſaris Conſiliarius, titulo libri ſui in Norimbergenſes editi, circa annum 1540. gloriabatur, Babylonicam meretricem magnam, illiuſque primogenitum Antichriſtum, in doctrina & Eccleſia Lutheranorum ſedentem & regentem à ſe revelatum; & Bonaventura Seraphicus Doctor Franciſcum Aſſiſium per angelum illum aſcendentem ab ortu Solis, &c. Apocal. 7. v. 2. ſignificatum aſtruit. In vita Franciſci cap. 3. & hanc interpretationem à Domino Ieſu ſibi revelatam juravit Bonaventura, teſte Bernardin. de Buſto, Roſar. tom. 2. ſerm. 27. part. 2. Vide etiam gloſſam Lyrani in Apocal. 20. ubi per angelum Papam *Innocent. III.* & per catenã gregẽ *Dominici* & *Franciſci*, intelligi vult. Et Antoninum infra ſ. 3. c. ult. cit.

II. Rancidas illas calumnias de doctrina Waldenſium, quod in hac veritatis luce, in hoc erudito ſæculo tam mendaciter quam indoctè recoquit, facit more ſuo, hoc eſt rerum omnium prima, media, præſenti ætate geſtarum ſe æquè imperitum oſtendit. Apologiam Waldenſium de novo non inſtituam, quandoquidem refutata nondum video quæ à noſtris copioſè antehac pro illis dicta ſunt. Videat quæſo lector Domini Sanct-Aldegondii *Tableau* Gallicè & Belgicè edit. tom. 1. parte 3. c. 12. *Pleſſæi myſterium* ad annum 1169. & *Riveti defenſionem ibid.* ejuſdem *Riveti defenſionem* præf. *Plæſſei contra Pelletier* & *du Bray* Gallicè, B. Lydii Waldenſia, I. Pauli Perrin hiſtoriam Waldenſ. Gallicè, & Belgicè cum appendice B. Lydii. Iacobum Vſſerium *de ſucceßione & ſtatu Eccleſiarum in Occidente* c. 6. Si quis à noſtris ſcriptoribus abhorret, audiat modo Thuanum hiſtor. libr. 6. qui ſcriptor debet vobis eſſe omni exceptione major, quippe cujus hiſtoriam approbat & cujus patrociniũ Romæ à ſe ſuſceptum gloriatur Cardinalis Perronius lib. 3. des Ambaſſad. Epiſtol. ad Thuanum. 12. Iulii 1606.

Eorũ, inquit Thuanus, *hæc dogmata ferebãtur; Eccleſiam R. quoniam veræ Chriſti fidei renuntiaverit Babylonicam meretricem eſſe, & arborem illam ſterilem, quam ipſe Chriſtus diris devovit & revellendam eſſe præcepit: proinde minimè parendum Pontifici, & Epiſcopis, qui ejus errores fovent; monaſticam vitam Eccleſiæ ſentinam ac Plutonium eſſe; vana illius vota, nec niſi fœdis puerorum amoribus ſervientia; preſbyterii ordines magnæ beſtiæ, quæ in Apocalypſi commemoratur notas eſſe; ignem purgatorium, ſolemne ſacrum, templorum encœnia, cultum ſanctorum, ac pro mortuis propitiatorium Satanæ commenta eſſe. his præcipuis ac certis eorum doctrinæ capitibus aſſicta, de conjugio, reſurrectione, animæ ſtatu poſt mortem, & de cibis* & lib. 6. (Rex Franciſcus I.) *ubi de Senatuſconſulto per Gul. Bellaium Langoum, qui Subalpinæ provinciæ præerat, reſcivit, eidem negotium dat, ut de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ut de cauſa ipſa cognoſceret & ea cognita ad ſe referret: ille ergo quæſtione habita ſic reperiebat; *VValdenſes, qui dicuntur, homines eſſe, qui* CCC. *circiter ab hinc annis aſperum & incultum ſolum vectigale à Dominis acceperint, quod improbo labore & aſsiduo cultu frugum ferax & aptum pecori reddiderint; patientiſſimos eos labores & inediæ, à litibus abhorrenteis, erga egenos munificos eſſe; tributa principi & ſua jura dominis ſedulo & ſumma fide pendere: Dei cultum aſsiduis precibus & morum innocentia præ ſe ferre; cæterum raro divorum templa adire, niſi ſi quando ad vicina ſuis finibus oppida mercandi aut negotiorum cauſa divertant: quo ſi quandoque pedem inferant, non Deo divorumve ſtatuis advolvi: nec cereos eis aut donaria ulla ponere: non ſacerdotes ab eis rogari, ut pro ſe aut propinquorum manibus rem divinam faciant: non cruce frontem inſignire, uti aliorum moris eſt; cum cœlum intonat non ſe luſtrali aſpergere, ſed ſublatis in cœlum oculis Dei opem implorare; non religionis ergo peregrè proficiſci, non per vias ante crucium ſimulachra caput aperire: ſacra alio ritu & populari lingua celebrare: non denique Pontifici aut Epiſcopis honorem deferre, ſed quoſdam è ſuo numero delectos pro antiſtitibus & doctoribus habere.* & libr. 27. pag. 28. 29. *Hæc à Convallenſibus ſyndicatu facto exhibita fidei confeſsio eſt, qua illi ſe doctrinam veteri ac novo fœdere atque Apoſtolorum ſymbolo comprehenſam amplecti declarabant: ſacramenta item à Chriſto inſtituta admittere, quibus abundè Chriſtus dona ſua, beneficia, opes ac theſauros cœleſteis illis omnibus explicuerit ac contulerit, qui ad ea vera ac viva fide accederent: item IV. Vniverſalia decreta amplecti, videl. Nicæni, Conſtantinopolitani, Epeſini, & Chalcedonenſis. Adhæc decalogi præcepta, quibus regula ſanctè ac piè vivendi traditur; de cætero omnem à ſe ac ſuis cœtibus iniquitatem eliminare, illicitas dejerationes, perjuria, diras imprecationes, contumelias, rixas, ſeditiones, crapulas, ebrietatem, ſcortationes, divinationes, ſortilegia, incantationes, furta, uſuras, præſtigias & id genus averſari, ac toto pectore deteſtari: credere verò ſupereminenteis poteſtates à Deo inſtitutas eſſe, quibus parere Deum vere timentibus neceſſe ſit, & quorum quiſquis imperium detrectaverit, eum cum Deo bellum ſuſcipere. Hanc ſe fidem à Majoribus traditam profiteri; qua in re ſi vel illi olim, vel ipſimet nunc hallucinentur, cupere doceri & ex Dei verbo argui, pravas de religione opiniones è veſtigio ejeraturos, eique quod rectum ſit protinus adhæſuros, ac pro tanto beneficio ei qui illos docuerit immortales gratias acturos. tum inſtituta in ſpeciem magis quam ſerio diſputatio, in qua de ſolemni ſacrificio, pœnitentia ac confeſsione privata, quam auricularem vocant, de traditionibus ac ceremoniis, de precibus propitiatoriis pro mortuis, de cenſuris actum: quæ illi omnia ferè rejiciebant, aut cum tali temperamento admittebant, ut rejectis quæ voluntario cultu aut humana adinventione inoleverant, cætera quæ expreſſo Dei verbo congruerent, non aſpernarentur.* Cum Thuano eadem fere Æneas Sylvius, poſtea Papa Pius II. hiſtor. Bohem. cap. 35. pag. 67. 68.

Impiam VValdenſium ſectam, atque inſaniam amplexi ſunt. Hujus peſtiferæ ac jam pridem condemnatæ factionis dogmata ſunt:

Romanum præſulem reliquis Epiſcopis parem eſſe, inter ſacerdotes nullum diſcrimen.

Presbyterum non dignitatem ſed vitæ meritum efficere potiorem.

Animas è corporibus excedentes, aut in æternas è veſtigio pœnas mergi, aut perpetua conſequi gaudia.

Purgatorium ignem nullum inveniri.

Vanum eſſe orare pro mortuis & avaritiæ ſacerdotalis inventum.

Dei & ſanctorum imagines delendas.

Aquarum, palmarumque benedictiones irridendas.

Mendicantium religiones malos dæmones inveniſſe.

Sacerdotes pauperes eſſe debere: ſola contentos eleemoſyna.

Liberam cuiq; prædicationem verbi Dei patere.

Nullum capite peccatum quantumvis majoris mali vitandi gratia tolerandum.

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Qui mortalis culpæ reus ſit, eum neque ſeculari neque Eccleſiaſtica dignitate potiri, neque parendum ei.

Confirmationem quam chriſmate Pontifices induunt & extremam unctionem inter Eccleſiæ ſacra minime contineri.

Auricularem confeſsionem nugacem eſſe: ſufficere ſua quemque Deo in cubili ſuo confiteri peccata.

Baptiſma fluvialis undæ, nulla interjecta ſacri olei mixtura recipiendum.

Cœmiteriorum inanem uſum quæſtus cauſa repertum.

Quacunque tegantur tellure humana corpora nil diſtare.

Templum Dei late patentis ipſum mundum eſſe, coartare majeſtatem ejus qui eccleſias, monaſteria, oratoriaque conſtruunt: tanquam propitior in eis divina bonitas inveniatur.

Sacerdotales veſtes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patinas, vaſaque hujuſmodi nihil habere momenti.

Sacerdotem quocunque loco, quocunque tempore ſacrum Chriſti corpus conficere poſſe, petentibuſque miniſtrare: ſufficere ſi verba ſacramentalia tantum dicat.

Suffragia ſanctorum in cælis cum Chriſto regnantium fruſtra impetrari, quæ juvare non poſſunt.

In Canonicis horis cantandis dicendiſque fruſtra tempus teri.

Nulla die ab opere ceſſandum, niſi quæ dominica nunc appellatur, celebritates ſanctorum rurſus rejiciendas.

Iejuniis quoque ab Eccleſiis inſtitutis nihil ineſſe meriti.

His accedit hæreticæ pravitatis ante annos 300. Inquiſitor Raynerius editus ab Illyrico, deinde etiam à Marq. Frehero in rerum Bohemic. ſcriptoribus, tandem à Gretſero Ieſuita Ingolſtadii in Bibliothec. Patrum, tom. 13. cap. 4. fol. 28. *Sectæ hæreticorum ab olim fuerunt multæ: inter quas omnes ſectas, quæ ſunt vel fuerunt, non eſt pernicioſior Eccleſiæ Dei, quam pauperum de Lugduno: tribus de cauſis, Prima quia diuturnior: quidam dicunt quod duraverit à tempore Sylveſtri: alii dicunt quod à tempore Apoſtolorum. Secunda eſt, quia Generalior: fere enim nulla terra eſt, in qua hæc ſecta non ſerpat. Tertia, quod omnes aliæ cum immanitate blaſphemiarum in Deum horrorem inducant, hæc Leoniſtarum magnam habet ſpeciem pietatis: eo quod coram hominibus juſte vivant, & bene omnia de Deo credant, & omnes articulos qui in ſymbolo continentur: ſolam Romanam Eccleſiam blaſphemant & oderunt: cui multitudo facilis eſt ad credendum.* Agmen claudat Iacobus de Reiberi in collectaneis de urbe Toloſæ, ut citat Pleſſ. myſter: pag. 732. *VValdenſes ſive Lugdunenſes diu primum locum tenuiſſe in Gallia Narbonenſi, Albienſi, Ruthenâ, Cadurcenſi, Agennenſique Diœceſibus celebrior eſt fama, eoque tempore nullo aut parvo in precio fuiſſe eos, qui Sacerdotes ſe, Epiſcopos & miniſtros Eccleſiæ dici volebant. Indigni enim omnes, & rerum omnium ignari pene cum eſſent, facile illis fuit eruditione & doctrina præcellentiſſimis primas in populo partes ſibi vendicare: ex quibus cum præ cæteris VValdenſes acutius de religione diſputarent, admittebantur ſæpe à Sacerdotibus publicè docendi cauſa, non quod eorum ſententiæ ſibi probarentur, ſed quod VValdenſibus ingenio pares non eſſent, tanto in honore erat hujuſmodi hominum ſecta, ut ab omnibus oneribus haberent immunitatem, & multo plura ex morientium teſtamentis conſequerentur, quam Sacerdotes, hoſtis ſi fuiſſet hæretico, viæ itineriſque comes ab hoſte non lædebatur, ſalus omnis hominum in hæreticorum tutela eſſe videbatur.*

III. Authores & teſtes quos ex infimis ſubſelliis producit, nullius facimus, & miror Profeſſorem Theologum alios hiſtoricos paulo melioris commatis (quos ex ſociis ſuis paſſim eos citantibus recognoſcere potuiſſet) non advocaſſe. Sed primæ antiquitatis & patrum officinam ita inſedit, ut mediæ & ſuæ ætatis homines, conſilia, dicta, ſcripta, facta, vel leviſſima fama non perceperit.

perit. Nam *primo*, authores illi non ſunt antiqui (ut jactat) ſed recentes maxima ex parte, qui Waldenſium ætatem neque viderunt nec proximè attigerunt, excepto Cæſario & Guilhelmo Nangiaco, de quo poſtea. Iam vero ignorare non debuit quid Bellarminus de Rom. Pontif. lib. 3. cap. 24. ſpei ponat in iſta exceptione, ut removeat Martinum Polonum, qui teſtimonium perhibet de Papiſſa Iohanna. Accedit quod ante exortas lites ſine favoris vel odii ſuſpicione teſtari non poſſint quæ zizania hęretici superſeminare ſtuduerint, quod tamen in hiſtoricis monumentis requirit & promittit Ianſenius p.51. Polydorus ſcripſit anno 1533. Paulus Æmilius floruit ſub Ludov. XII. & Franciſco I. obiit 1529. Frater Lutzenburgus edidit catalogum Hæreticorũ 1522. *Deinde* fuerunt omnes illi adverſarii & hoſtes Waldenſium ac religionis noſtræ, Clerici Papæ maniaci & jurati paraſiti, plerique etiam Monachi jam mendaciis & fraudibus & temerariis auſibus infames juxta Topicam in Anglia olim frequentatam, *Hic frater eſt ergo mendax*[a]; & vulgatiſſimum illud Pii II.

Non audet Stygius Pluto tentare quod audet
Effrenis Monachus, plenaque fraudis anus.

Nimis Arcadicum eſt ex talibus hiſtoricis nos velle convincere: *Inteſtabiles omnes & una linea inducenda nomina, uno verbo rejiciendi: Inimico jurato contra hoſtem non creditur*, reſpondet Ieſuita Delrio Godelmanno I. C. libr. 6. c. 3. p. 1025.

Quod ſi ego ex Funcii, Lutheri, Melanthonis, Peuceri & ſimilibus Chronicis Papiſſam Iohannam, & ſimilia controverſa tibi probarem, an non indoctæ ſtoliditatis me accuſares? *Cujus vero animus*, inquit Surius de Sleidano hiſtorico, *ſic ardet odio Pontificum, quis illum credat res Pontificum, & quæ religionis ſunt bona fide narrare?* Quamvis Sleidano ex ipſis Pontificiis Thuanus aliud perhibeat teſtimonium hiſtor. lib. 2. pag. 149. & lib. 3. pag. 248. & lib. 8. pag. 688. *Tertiò*, Sunt aliqui etiam ſatis rudes & monachales hiſtorici, ut Luxenburgius, Naugiacus, bonus ille Cæſarius, quos miror ab homine literato citari. De illorum commentariis dici poſſet, *Quos olim Fauni vateſque canebant*. Certe Cæſarius ad vivum refert ἀρχαϊσμὸν iſtius ævi, quod Lipſius deſcribit in prolegom. ad virginem Hallenſem. Nec diffitetur hiſtoriæ ſuæ ſimplicem & rudem texturam ipſe Cæſarius, cum in prolog. hiſtor. miraculorũ præmonet lectorẽ ſuum: *Plura etiam inſerui quæ extra ordinẽ contigerunt, eo quod eſſent ædificatoria & à viris religioſis (monachis ſcil.) mihi recitata. Teſtis eſt mihi Dominus nec unum capitulum in hoc dialogo me finxiſſe: quod ſi forte aliqua aliter ſunt geſta, quam à me ſcripta, magis his videtur imputandum eſſe à quibus mihi ſunt relata.* Ita eſt. Tam ſtolida inſulſa & vana ſupra omnes reliquos effutit de iis, ut non niſi ab effrenibus monachis illa profecta eſſe credibile ſit. Supra l. 1. ſ. 4. honoris cauſa aliqua ex illo citavimus; quibus addere potes cabaliſticas illas profunditates *de numeris* in prologo, & Mathematicã Theologiam *de animæ figura ſimili vaſi ſphærico vitreo undique oculato*, Cæſar. l. 1. c. 32. & 5. c. 39. & 7. c. 16. Vt hinc pauper hiſtorici tui ingenium cognoſcas. Præterquam quod crudelitate Romana magis, quã requiſitis hiſtorici inſtructus in Brabantiæ clauſtro ſuo ea chartis illevit,[b] quæ procul in Galliis geſta erant. Vt tamen eundem tibi opponam, citare etjam potuiſſes ex illo *errorem illum in Gallia uſque ad mille civitates infeciſſe & quidem brevi intervallo temporis, etſi non fuiſſet gladiis fidelium repreſſus, puto quod totam Europam corrupiſſet.* l. 5. c. 21. & c. 24. addit habuiſſe *Magiſtros in diverſis civitatibus Lombardiæ aperte legentes & ſacram paginam perverſe exponentes.* Nunc cogita qualis ibi fuerit Eccleſia Papalis, & quam vere glorietur Ieſuita Campianus Rat. 10. *nullam*

 in orbe

a Wicleſus in Trialogo *In ore cujuſlibet bonum eſt argumentum tenens tam de forma quam de materia, hic eſt frater ergo mendax.* b Fuit Cæſarius prior in Villers apud Brabantos, teſte Auguſt. Wichmans in Sabbatiſ. Mariano.

in orbe religionem niſi Pontificiam imis unquam radicibus inſediſſe. Siquidem hæreticos *non faciunt ſed inveniunt* ſeductores, teſte Hieronymo: certè non tam Papalitas quam Reformatio, ſaltem ejus conceptus & ſuſpiratio, imis conſcientiarum radicibus tunc inſedit per Galliam & totam Europam.

Ex eodem Cæſario ibid. deſcribas, per nos licet, rarũ Ciſtercienſis pietatis & prudentiæ exemplum: *Cum magnam civitatẽ quæ Biders* (Biterras intelligit) *vocatur Crucigeri armatâ manu expugnarẽt, in qua plus quã* 100000, *hominum fuiſſe dicebantur, milites cognoſcentes catholicos cum hæreticis eſſe permixtos, dixerunt Arnoldo Abbati Ciſtercienſ.* poſtea Archiepiſcopo Narbonenſi: (Crucigerorum capiti ſc.) *Domine quid faciemus: Non poſſumus diſcernere inter bonos viros & malos. Timens tam Abbas quam reliqui ne tantum timore mortis ſe catholicis ſimularẽt, &c. fertur dixiſſe: Cædite eos, novit enim Dominus qui ſunt ejus.* 2. Timoth. 2. *Sicque innumerabiles occiſi ſunt in civitate illa.* Habent nunc Exemplum Proceres Pontificii in Anglia quo ſe conſolentur, quod una cum Rege & panægyri hæretica, pulverario Molocho conſecrati fuerint ann. 1605.[a] Gulielm. de Nangis; Nangiacus ſive Nãgius, Monachus S. Dionyſii, quem Ianſenius *Naugiac* (niſi forte error ſit typographi) Baronius *Mangiũ* appellat, digniſſimum ſane emblema, quod purpuræ ſuæ intertexeret. Præmonet enim lectorem *ſe modicè doctum*, & ſcriptio ipſa ſatis loquitur. Nihil autem dicit de illis quam in genere *eſſe peſſimos apoſtatas & fidei Chriſtianæ inimicos.* Exigat quęſo Ianſenius heroas illos ad regulas & cautiones quas ex Lipſio, Cano, aliiſque collegit Poſſevinus, Biblioth. ſelectæ lib. 16. ſect. 1. & quas ex veterum ac recentiorum ſententia ſcriptores hiſtoriæ ſuggerunt, inter alios Ger. Ioh. Voſſius,[b] Barthol. Keckermannus[c] aliique ſi quidem noſtros inſpicere per religionem quis auſit.

Polydorus Virgilius Vrbinas, Papæ in Anglia quæſtor & Archidiaconus Wellenſis hiſtoriam Anglicanam ſcripſit,[d] ſed Anglis & conterraneis Italis parum applaudẽtibus, *Falſa pro veris*, inquit *Savilius, plerunque amplexus hiſtoriam nobis reliquit cùm cætera mẽdoſam, tum exiliter ſane & jejunè conſcriptam.* Et P. Iovius *exprobat: quod alieno potius arbitrio quã ſuo multa in gratiam gentis intexuiſſe exiſtimetur.* Eundem Delrio[e] *Anglorum ſtipendiarium vocat.* Ecce dii tui Ianſeni, ecce fidem dubiam eorum, quibus fidem adhiberi vis.

IV. Recte igitur Waldenſes & Albigenſes inter teſtes religionis noſtræ ibi numerãtur, quia profeſſi ſunt eandẽ quã Bohemi Wiclefus & Proteſtantes: ſicuti Bohemis Waldenſium religio, ita Proteſtãtibus Bohemorum approbata fuit teſtibus & noſtris & veſtris, præterquam quod ex collatione cõfeſſionum & Apologiarum, id cuivis patet. Ediderunt aliquoties confeſſionẽ ſuam Bohemi, approbavit eam Lutherus, Melanthon, Bucerus, Muſculus, Academia Witebergenſis, & fraternitatẽ cum iis coluerunt. Petrus Paulus Vergerius cum obiret & videret Eccleſias Bohemicæ confeſſionis in Polonia & vicinis partibus, deprehẽdit eas cum reformatis cõvenire. In Gallia reliquiæ Waldenſium inſitæ ſunt Eccleſiis reformatis, aut potius reformatæ ex illis aliqua ex parte etiam propagatæ[f]. Immo poſt erectũ reformationis vexillum inventæ ſunt ejuſdem eſſe doctrinæ & diſciplinæ cum reformatis. Legatur Thuanus hiſtor. l. 6. de Merindolenſibus & Cabrirenſibus & lib. 1. ubi Picardos in Bohemia Proteſtantibus accẽſet; qui alioquin fratres Bohemos & genuinam Huſſi progeniem ſe dicunt in præfat. ad confeſſ. Ipſi adverſarii exortis Proteſtantibus, eos Waldenſium & Bohemorum errores renovaſſe querebantur. Iohannes Wendelſtinus[g] ex primis Lutheri ad-

a *Licere & poſſe cum ſontibus inſontes exſufflari, magnique adeo meriti rem fore, ſi id magno alicui bono Catholicis cederet;* ex determinatione Garneti, in Epiſtol. *Caſaubon. ad Frontonem Ducæum.* b Voſſ. de arte hiſtorica. c Keck. tract. de Natura & propr. hiſtoriæ. d Ger. Ioh. Voſſius de hiſt. or. Latin. l. 3. e Diſquiſ. Magic. l. 4. c. 1. qu. 3. ſ. 6. f Vide hæc omnia in confeſſ. fratrum Bohemorum & Apud Lydium & Perrinũ de VValdenſibus. g In epiſt. dedicat. ad codicẽ canonum Moguntiæ 1526.

ri adverſariis vocat Lutheranos *novos & Germanos VValdenſes*, & dogmata Waldenſium recenſens nõ meminit ullius blaſphemiæ ex iis, quas Ianſenius ipſis affigit. *Noſtra ætate*, inquit Thuanus, *poſtquam Lutheri doctrina obvio tam multorum favore accepta eſt, relliquiæ illorum ubique ſparſæ colligi, &c. igitur cum Merindoliani & Caprarienſes ad famam eorũ quæ in Germania gerebantur, animos ſuſtuliſſent, jamque conductis ex Germania Doctoribus manifeſtius quã antea ſe proderẽt*: & poſt p.523. *Caprarienſes in cõmuni periculo communẽ quoq; confeßionẽ conſcribunt, cũ Lutheri doctrina fere conſentientẽ, &c. quam ad Iacob Sadoletum Cardin. Carpentoracti Epiſcopum mittunt, qui ut erat pio & miti ingenio perbenigne ſupplices accepit; & quæ ultra ea capita libro comprehenſa de ipſis ſpargantur ad invidiam conficta & meras nugas eſſe ingenue declarat: id enim quæſtionibus ſuper ea re habitis ſibi certo conſtare: cæterum oblato libello videri multa ineſſe quæ partim integra ſententia in melius mutari, partim acerbius in Pontificem & præſules dicta temperatiore ſtilo mitigari poßint. Se nihilominus, eis bene velle, minimeque ex animi ſui ſententia futura ſi cum his hoſtiliter agere tur, &c.* Surius in commentar. ad ann. 1520. *Lutherus ſub hoc tempus edidit captivitatem Babylonicam, in qua præter alia Bohemos & Græcos tuetur*. Franc. Guicciardinus l.13.n.15. ait *Lutherum* renovaſſe pleroſque errores Bohemorum; & ſic Leo X. in literis ad Fredericum Elector. Sleid. lib. 2. Cochlæus refert, Lutheranos ab Huſſitis ſuam doctrinam accepiſſe. Conradus Winipinas in Anacephalaioſi fatetur Huſſitas fuiſſe Wiclefiſtarum diſcipulos, Wiclefiſtas Waldenſium. De Huſſitis multa Pius II. in hiſtor. Bohem. c.35. ubi inter alia habet Huſſum cum ſuis lectione librorũ Wiclefi edoctos, *ab Eccleſia Catholica receßiſſe, & impiã VValdenſium ſectã atq; inſaniam amplexos*, c.36. refert patres Concilii Cõſtantienſis rogaſſe Huſſum & Hieronymũ, *ingenia ſua, quæ quidẽ eſſent nobilißima, VViclefitarũ inſania ne fœdarẽt.*

Thomæ Waldenſis tricubitales libri inſcribuntur, *Contra VViclefitas, eorumque ſectarios Lutheranos*. Teſtimonium Poplinerii vide ſupra cap. 7. Waldenſes & Albigenſes *Calvinianorũ atavos* vocat Ieſuita Gretſerus. Proleg. in Script. edit. contra Waldenſ. c.5.

V. Magdeburgenſes referunt quidem quæ de illis ſcripto conſignata ſunt, ſed tamen non credunt; quamvis propter defectum librorum mendacia illa ex ipſis Pontificiis tunc ita confundere non potuerint, ac jam à ſucceſſoribus præſtitum vident ac dolent adverſarii.

Tertullianus in apologetico [a] & Minutius in Octavio, horrenda non minus de Chriſtianis referuntur, ab hoſtibus objecta, quam authores illi de Waldenſibus. Quid de Lutheri doctrina & vita Itali ſcriptores, Iovius in vita Leonis X. & Guicciardin. hiſtor. lib.13.n.15. referant, quidque ad exortũ Euangelii apud omnes nationes per ſingulas urbes & vicos de noſtris ſparſum & creditum, etiam editis Doctorum & Clericorum libris vulgatum ſit, & in Hiſpania ac remotioribus partibus etiamnum vulgo credatur abſque contradictione, ſi attingere vellem, abuterer lectoris patientia. Vide quomodo debita inquiſitione facta, horrenda iſtiuſmodi mendacia deprehenſa ſint, apud Thuanum libr. 6. & 27. ubi de Waldenſibus Merindoliis & libr.23.p.22.23. ubi de noſtris Pariſienſibus. Adeat lector *Credo Calviniſequarum* Ieſuitarum Monaſterienſium, Reginaldi *Calvino-Turciſmum*, Ieſuitam Richeomum in tract. de *Idololatria Huguonotica*; & altero, *Pantheon*; Iac. Laingæum Doctor. Sorbonic. de vita, moribus & geſtis Hæreticorum noſtri temporis, &c. hominem, quos unquam ſol aſpexit, mendaciſſimum; Coſterum præterea, Lindanum, Surium, Clarum Bonarſium, Gabrielem Præteolum & ſimiles mendaciorum hamaxarios. Et ex noſtris

[a] Tertull. apologet. cap. 7. Origenes lib. 6. contra Celſum. Euſeb. lib. 6. cap. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Apologiam Eccleſiæ Anglicanæ. Brantium contra Cudſemium, Becano-baculum Salcobrigienſem, Vorſtii (dum noſter eſſet) Apodoxin: hæc ſi quotidie de nobis ſuſurrant in cortibus & ἐγκυκλίοις ſuis otioſi Nyſticoraces, quid mirum ſi talia de Waldenſibus illo tempore jactata, quo ſolenne erat omnes pietatis ſtudioſos & vulgaribus Clericis meliores (quales erant Waldenſes) hæreſeos aut dæmonomaniæ inſimulare. Cujus rei teſtes nō paucos proferre poſſem, ſed unius inſtar omnium ſufficiet. Seraphicus ſcil. Bonaventura: *de Spiritualibus autem deliciis & dulcedinis internæ guſtu, quæ ſine comparatione omnes mundi delitias ſuperant, ſicut mel fimum, vix eſt jam mentio vel efficax deſiderium aut ſtudium etiam inter illos, qui ſibi alti videntur in religione. Immo deſpicitur, deridetur, & quaſi ſtultitia & abominatio jam habetur & ab illis religioſis perſecutionem hujuſmodi patiuntur, & dæmoniaci reputantur, & hæretici dicuntur.* de Profectu Religioſor. lib. 1.c.19. Similia occurrunt apud Nicol. de Clemangis ad Scholaſt. Pariſienſem.

Noſtri quotidie cum ex Legendis, Conformitatibus & infinitis hiſtoriis veſtris de Chriſtophoro, Catharina, Margareta, Vrſula, Georgio, Longino, Franciſco & ſimilibus pluſquam Thalmudicas & Alcoranicas fabulas repetunt, fatētur ſane ſe id referre, quod de illis ſcripto conſignatum eſt (ipſi enim ex ſuo ingenio commenti non ſunt) & fatentur id etiam Eſpencæus, & ſimiles veſtri Legendarum cenſores, ſed hos aut illos ideo in patrocinium Legendarum nemo ſanus advocabit.

Sic etiam de Lutheri ortu deque matris ipſius cōceptione ex diabolo, de ejuſdē Magiſtro, de Calvini ſtigmatis, miraculis, &c. fatentur ſe id referre quod de illis ſcripto conſignatum eſt, apud Bolſecum ſcil. Surium, Cochlæum, Laingæum, Leſſium, Serrarium, A Lapide, Ianſenium, & ſimiles ineptos fabulatores.

Florimundus Ræmundus, Bellarminus, Baronius & recentiores omnes etſi libenter propudium illud Romanæ ſedis, Papiſſam Iohannam injecto pallio ſuo tegerent, fatentur tamen ſe id referre, quod de illa ſcripto conſignatum eſt; Sed ne lector putet naufragis tuis calumniis haſtam aliquam à Magdeburgenſibus porrigi, patere quæſo hic exhiberi propoſitiones illas Waldenſium, quas ex antiquo M. S. libro recitant. Centur. 12. cap. 8. col. 1206. 1207.

In articulis fidei ſummam eſſe ſacræ Scripturæ authoritatē, eamque ob cauſam eſſe normam judicandi, ut quidquid cum verbo Dei non congruat, merito ſit repudiandum & fugiendum.

Patrum & Conciliorū dogmata eatenus probāda, quatenus cū verbo Dei cōveniunt.

Sacrarum Scripturarum lectionē & cognitionem omnibus hominibus, tum laicis tum ſacratis viris liberā & neceſſariam eſſe: imo potius Prophetarum & Apoſtolorum monumenta legenda eſſe, quam hominum commenta.

Duo eſſe Eccleſiæ Chriſti Sacramenta, Baptiſmum & Cænam Domini.

Vtriuſque ſpeciei uſum pro ſacerdotibus & laicis à Chriſto inſtitutum eſſe.

Miſſas eſſe impias, ac furorem eſſe pro mortuis miſſificare.

Purgatorium eſſe figmentum hominum: Credentes enim in vitam æternam, non credentes autem in damnationem æternam venire.

Sanctorum mortuorum invocationes & cultum eſſe idololatriam.

Romanam Eccleſiam eſſe meretricem Babylonicam.

Papæ & Epiſcopis non obtemperandum, quia ſint lupi Eccleſiæ Chriſti.

Papam non habere primatum ſuper omnes Eccleſias Chriſti, nec habere poteſtatem utriuſque gladii.

Eccleſiam Chriſti eſſe, quæ ſyncerum Chriſti

Chriſti verbum audiat & Sacramentis ab ipſo inſtitutis utatur, ubicunque locorum ea exiſtat.

Vota eſſe hominum figmenta, Sodomam nutrientia.

Tot ordines eſſe characteres beſtiæ.

Monachatum eſſe cadaver fœtidum.

Templorũ tot ſuperſtitioſas dedicationes, memorias mortuorum, benedictiones creaturarum, peregrinationes, tot coacta jejunia, tot feſta ſuperflua, perpetuos iſtos hominum indoctorum boatus ac reliquarũ ceremoniarum obſervationes, verbi doctrinam & inſtitutionem manifeſte impedientes, eſſe inventiones diabolicas.

Conjugium ſacerdotum eſſe licitum & neceſſarium.

VI. Nicolaus Vignier quam infeliciter & currente aut turbato cerebro à te aut aliquo ex ſociis tuis lectus, quod ex ipſiſſimis verbis quæ huc adducis, optime conſtabit, ſic enim tu ea exhibes, pag. 244.

Opiniones, quas Petrus de brus & Henricus diſcipulus ejus ante prædicaverant & quas VValdenſes ſive pauperes de Lugduno, adhuc poſt illos prædicabant, ita ſe hoc tempore in provinciam Narbonenſem effuderant, ut pauci eſſent ab eis immunes. Vnde mirum eſt, qui fieri potuerit, ut cum Albigenſium opiniones, propter quas ab Eccleſia Catholica condemnati fuerant tam prodigioſæ ac deteſtabiles fuerint quemadmodum hiſtorici ſcribunt, eorumque vita ita criminoſa & ſceleribus enormibuſque flagitiis contaminata, imprimiſque ſodomia, quæ illis attribuitur: viros tamen talis conditionis non puduerit in ſuis terris, domibuſque tales abominationes ac ſordes permittere: quarum vel ſola commemoratio horrorem auribus impudentioribus, quam Heliogabali incuteret. Quin etiam opinionibus tam monſtroſe & evidenter falſis, atque abſurdis ſe infatuari ſiverint. Niſi forte penitus faſcinati, aut ab omni naturali ratione alieni fuerint deteſtando teſtamentum vetus, duos in ducendo Deos creatores, unum benignum ac bonum, alterum malignum, mendacem atque crudelem. Reſurrectionem negando Ioannem Baptiſtam arbitrando non fuiſſe prophetam: ſed nequiſsimum, aliaſque infauſtas hæreſes.

Potuitne magis acute & concinne portentoſas illas calumnias perſtringere & ad abſurdum deducere? Et tamen Ianſenius hoc teſtimonium domeſticũ contra Waldenſes nobis obtrudit, Quod tamen unde aut cujus fide deſcripſerit mihi nunc non liquet; ſaltem parte 3. Hiſtor. (quam citat Ianſen.) hæc occurrunt, quæ an eadem ſint cum ſupra dictis aut ea ſatis explicent, penes ipſum judicium eſto:

Pierre de Bruis & ſon diſciple Henri de Tholoſe (le premier deſquelles avoit eſte preſtre, l'autre moine) s'eſleverent en ce temps, qui furent declarez heretiques. Ils detractoient & meſdiſoient tant des traditions & ſtatuts de l'Egliſe, que de la puiſſance & authorité des chefs & prelats d'icelle. A cauſe dequoy Pierre le venerable & S. Bernard eſcriverent contre eux. Lequel en une de ſes epiſtres teſmoigne que beaucoup de grands perſonnages de nom & de qualité, tant du clergé que de la ſecularité, aucuns meſme deſquels eſtoient Eveſques & Princes, s'entendoient avec eux, les ſupportans & favoriſans: nommement Vdefonſe Compte de Sainct Gilles, qui permettoit que le dict Henry preſchaſt en ſes terres. Ils diſent outre plus, que leur ſectateurs ſes vantoient eſtre la vraye Egliſe & les ſucceſſeurs des Apoſtres, ſe nommans Apoſtoliques. Sainct Bernhard declare auſsi en ſes Epiſtres que pluſieurs alloyent joyeuſement à la mort ou au ſupplice, ne ſe voulans par aucunes remonſtrances & ſuaſions departir de leurs erreurs. Somme, que leſdicts Pierre & Henri ſemerent leur doctrine par la France, Provence, Dauphiné & Languedoc: Et puis en allerent remplir toute la Gaſcongne, l'Auvergne & Albi juſques dedans Tholoſe. Mais apres que Pierre eut faict ce meſtier l'eſpace de vingt ans, il fut pris & bruſlé publiquement à ſainct Gilles; demeurant ſon diſciple Henry arreſté aux meſmes opinions juſques à ce qu'il fut un eſpace de temps apres at-

trapé par l'Eveſque d'Hoſtie, Legat du Pape.

VII. Calumniarum iſtarum puduit recentes Papatus patronos. Reginaldus in Calvino-Turciſmo, lib. 2. cap. 5. nullos alios errores recenſet, quam oppoſitos Papiſmis de benedictionibus, horis Canonicis, confeſſione auriculari, unctione extrema, quadrageſima & ſtatis jejuniis, Papa Romano, Sanctorum & imaginum cultu, Miſſis, ſuffragiis pro defunctis, &c. Sanderus Coccius, Parſonius cum viderent linguam teſtium ſuorum hic diviſam eſſe, miſſis illis articulis, quos impingit Ianſenius, alios novem & quidem ſolos recenſent, in quibus putant teſtes ſuos convenire, vagam ſcilicet carnis commixtionem, 2. juramenti abolitionem, 3. capitalis ſupplicii abrogationem, 4. ſymboli apoſtolici contemptum, 5. ſolius Dominicæ orationis uſum, 6. poteſtatem confeſſiones audiendi & conſecrandi, 7. rejectionem beneficiorum ſeu ſtipendiorum eccleſiaſtic. & inæqualitatis paſtorum. 8. Miſſam non niſi ſemel in anno celebrandam, 9. pro verbis conſecrationis, ſuper panem ſepties dicendum eſſe *Pater noſter.* Ipſi illi hæreſeωn judices, Alphonſus à Caſtro & Prateolus, Ianſenianas & rancidas ſolidaſque nimium calumnias non habent, & nuſquam tamen inter ſe conveniunt. Ita ut cauſæ & honori ſuo melius conſuluiſſet Ianſenius harum rerum imperitiſſimus, ſi audiviſſet Orthuinum Gratium in faſcic. rerum expetend. qui de profeſſione Waldenſium operi ſuo inſerta teſtatur, *non multum eam alicubi diſſentire ab iis quæ vulgo traduntur à quibuſdam* (Luthero ſcilicet & ſequacibus) *ut ab illis accepiſſe videri poſſint, &c. Hinc melius cognoſci poſſe quales ſint* Waldenſes, *quam ex catalogo hæreticorum, quem venerabilis Fr. Bernhardus de Lutzenburgo ordinis Prædicatorum edidit.* Quod ſi poſt confuſionem ſuorum, dictos articulos tanquam à Waldenſibus aut Albigenſibus traditos defendere auſit Ianſenius, non gravabor ex Papiſticis & propriis teſtibus eum denuo atrociſſimæ calumniæ convincere, & viros illos Dei ab iis liberare: quamvis hoc jam abunde præſtitum ſit ab authoribus ſupra cit. ſpeciatim Vſhero, cap. 8. n. 24. 25. &c. & c. 10. n. 13. 14. &c.

Sexto. Quarta cenſura eſt, *In iſto catalogo veſtro, quicunque vel in uno articulo à Romana Eccleſia diſſonuerit, continuo Calviniana Fidei martyr eſt. Bertramus, Iohannes Scotus. Berengarius; quamvis iſte & matrimonii ſolubilitatem, & uxorum communitatem traderet, & infantium baptiſmum cum Anabaptiſtis tolleret.*

Reſp. I. Falſum eſt in catalogo martyrum recenſeri alios quam qui poſt Chriſtũ morte ſua doctrinam obſignarunt. Non enim intelligis te in Martyrologium incidiſſe. Poteſt per occaſionem nominum iſtorum mentio fieri; ſed martyrum catalogo ideo non inſeruntur.

II. Falſum etiam eſt ullius teſtimonium extendi ultra articulum, in quo diſſonabat ab Eccleſia Romana. Tales autem non alium in finem annotati ſunt, quam ut conſtet, omnem terram omneſque doctores in Occidente non fuiſſe ante Lutherum unius labii, ut adverſarii ſolent gloriari, & hoc ſufficit. Alii ſuppetunt, qui fundamenta reformationis noſtræ ex profeſſo & aperte tradiderunt, qui ordine per ſingulas ætates ibi recenſentur. A Lindano Berengarius, *Sacramentariorum omnium pater, & in Caroloſtadio, Zvvinglio, Calvino, Melanthone revixiſſe dicitur. Qui hodie ſunt Calviniſtæ, olim dicti fuerunt Berengariani,* ait Ieſuita Serrarius in Trihæreſ. lib. 1. cap. 5. Videat, cui placet, excellentiam hujus teſtis ex profeſſo deſcriptam ab Vſhero lib. de ſucceſſ. Eccleſ. cap. 7. ubi imprimis notandum quod tam multi pro Berengario ſteterint & ſcripſerint.

III. Quod hæreſes illas Berengario impingis, parum nos movet. Sed cur tua authoritate hoc affirmas? Cur ſaltem ut ſoles feliciter ἀρχαιολογεῖν, Cæſarium aut ſimi-

lem

lem hiſtoricum tuum non citaſti? De diſſolutione conjugii, ſi, quod veriſimile eſt, idem ſenſit cum Eraſmo, Cajetano ex Matt. 19. verſ. 4. utiq; noſter eſt, & non debebat tam ignarus eſſe rerum noſtrarum Ianſenius, uti tale dogma nobis opponeret, cum conſtet eſſe genuinum noſtrorum; & quod ſi tentent, refutare nunquam poterunt, ad inſtar Catharini, de quo Alphonſus à Caſtro libr. XI. De communitate. Vide ne memoria te fallat. An non legiſti quod ex Pſeudo-Clemente, qui Petri ſucceſſor perhibetur, citet Ius canonicum de Platonica uxorum communione? Et quid ſi imprudenti excidiſſet non dico hæreſis illa, ſed dictum aliquod, unde illa concludi videretur, an ideo in fundamēto nobiſcum non conveniret? Cur non potius applicant illi aliiſq; veritatis noſtræ teſtibus conſiderationem iſtam S. Anſelmi, ſive Natalis Hervei in 1. Cor. 3. 15. *Nam & in libris ſanctorum Doctorū, quos authenticè legit Eccleſia, nonnunquam inveniuntur quædam prava vel hæreticæ, non tamē pro his vel libri vel autores damnantur. Perlegat eorum libros prudēs lector, & inveniet verū eſſe quod dico.*

Sed neq; iſtam, neq; alteram de baptiſmo Infantum fuiſſe hæreſin Berengarii, conſtat ex ſynodis contra illum habitis, ex palinodia illi impoſita, ubi nuſquā tale quid comparet: nec præteriiſſent hoc acerrimi, quos habuit plurimos, adverſarii. Si inquiſitorem hæreticę pravitatis agere velit Ianſenius, cogitet de ſociis ſuis, Cardinali Cajetano uxorum pluralitatē non levi ſuſpicione imponere ſe putat Ambroſius Catharinus, & Alphonſus à Caſtro. Vide loc. citat. lib. XI. adverſ. hæreſes tit. Nuptiæ p. 54. uſq; 58. Et tamen eum pro ſuo habent Papiſtæ.

Septimo. Quinta Cenſura: *Quicunque vel torve Papam aſpexerit, vel mores curiæ aut Cleri tantillum reprehenderit, in teſtium catalogo non infimas tenet, Franciſcus Petrarcha, Petrus Bleſenſis, S. Bernardus monachus juratiſsimus, & Romanæ ſedis obſervantiſsimus.*

Reſp. I. Ex culice Elephantum, ex elephanto culicē facis. An tantillum videntur illi curiæ & Cleri mores reprehendiſſe. Si quis hodie in Papatu auderet illud tantillū, certe tantundem inde auferret; Tantillum ignem ſibi paratū inveniret, *un petit feu*. Legantur ipſi authores, aut ſaltē ea quæ Pleſſæus in Myſter. iniquitatis, ex iis deſcripſit. Cui non ſunt noti illi verſus Petrarchæ:

Funtana di dolori, &c. & quæ ſequuntur in
Sonnettis à noſtris ſæpius citatis.

Et hoc quidem tantillum Bellarminus peculiari tractatu in conteſtationes Italorum (inter quos Petrarcha) emollire aut alio detorquere tentaverat, ſed frenum illi injecit Franciſcus Iunius [a].

II. Si Quis ex illis Romanæ ſedi fuit addictus, tanto firmius impuritas ipſius convincitur. Nihil enim habent, quod colore aliquo domeſticis teſtibus opponant.

III. Nimis impudenter piis fraudibus ſeu mēdaciis indulget, cum objicit illos qui mores Cleri & curiæ reprehenderint, non infimas partes in catalogo illo tenere. Obteſtamur lectorē ut gravamina illa & quærelas Maximiliani Imperatoris, Germanorum, Gallorum, &c. in faſciculum rerū expetendarum congeſta; opera item Nicolai de Clemangis, Weſſeli Groningenſ. Rayneri, Prædinii & ſimilium conſulat; aut ſaltē excerpta legat in Illyrici *catalogo* & Myſter. Pleſſæi. Quærat etiā ibid. nomina, Gulielmi de S. Amore, Michaelis Ceſęnatis, Savanorolę, Gerſonis, Ioh. de Rupeſciſſa, Arnold. de Villa Nova, Iohan. Parvey, Gul. Ockami, &c. addo ipſius Petrarchæ, Blæſenſis, & Bernardi; & judicet an nihil in publico cultu, in doctrina aut diſciplina Eccleſiæ deſiderarint aut aliter ſtatuerint, quam nunc ſtatuit Eccleſia Romana. Quin immo poſt exortum Luther. reformatio *in doctrina & moribus* poſtulata omnium votis & promiſſa

[a] Vide notas Iunii ad tract. Bellarmini contra *Aviſo Piace vole, &c.*

miſſa non ſemel [a]. Vt mittam Conſil. delectorum Cardinaliũ, ipſum Concil. Tridentin. ut ſuis ſatisfaceret, talẽ reformationem præ ſe tulit, & in quibuſdam ſed ſubdole tentavit, ex. grat. ſeſſ. 22. in Decreto de obſerv. & evit. in celebrat. Miſſæ. *Cum multa jam ſive temporum vitio, ſive hominum incuria & improbitate irrepſiſſe videantur, quæ à tanti ſacrificii dignitate aliena ſunt, &c. ut Epiſcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere ſedulo curent ac teneantur, quæ vel avaritia idolorum ſervitus, vel irreverentia, &c. vel ſuperſtitio veræ pietatis falſa imitatrix induxit.* Poſt recenſitos aliquos abuſus, ſed timide ſubjiciunt: *Quarundam vero miſſarum & candelarum certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu quam à vera religione inventus eſt, omnino ab Eccleſia removeant.*

Poſt incruſtata omnia à Concilio Trid. non defuerunt doctiſſimi & optimi quiq; qui reformationem in doctrina adhuc ſpirarent, ut Imperator Ferdinandus & Maximilianus, Caſſander, Cornelius Walterus, Maſius, Wicelius, & ſimiles, quorum mentem exhibent Epiſt. Illuſtr. Belgarum de Contareno, Picherello, Renato Benedicto, Caranza, &c. libr. 1. ſect. 1. cap. 2. diximus. Accedant omnes illi, quibus Indices Expurgatorii & librorum prohibitorum tam infeſti ſunt; de quo poſteriori Andr. Maſius in Epiſtolis Illuſtr. Belgar.

IV. Non debet videri ita abſurdum, ſi in illo numero noſtri quærerent teſtes & conſortes ſuæ fidei, cum familiare ſit adverſariis quoſcunq; ſcriptores immo & patres Calviniſtas, Lutheranos, aut ſaltem Calviniſtis ſimiles dicere, quoties ad placitũ Romanæ curię non loquuntur. De Tertulliano Calviniſtis ſimili jam monuimus in Philonio, Gretſerus Ieſuita concludit; Scriptorem aliquem eſſe *Lutheranum aut Calviniſtam novatorem, non Catholicum*; hoc argumento; *quia maledicit Papis* & quidem nominatim *Gregorio VII. Bonifacio VIII. Alexandro VI.* Apud Rivetum defenſ. part. 1. pag. 607. & ſic Bellarminus de Roman. Pontif. lib. 4. cap. 13. de Cardinali Bennone: *Aliquis Lutheranus eſt hujus libri author & ſub Bennonis titulo edidit.*

Octavo. Sexta cenſura eſt, pag. 247. *Subinde multis ſæculis nullus teſtis comparet niſi infamis aliquis hæreticus ex infernis ſuſcitetur, cujus ſi ſecta per Romanam eccleſiam oppreſſa diſparuerit, omnes Calviniani teſtes ſubito obmuteſcunt. Si paſtores illorum teſtium, doctorum ſeriem, doctrinæ ſucceſſionem, templa, collegia, cæteraque Religionis monumẽta quæras, omnia per aliquot ſæcula, velut favilla, æſtivæ areæ turbine diſſipata evaneſcunt.*

Reſp. I. Hic probatio nulla comparet. O deſertum, ô magnum inane! Cujus ſibi conſcius Ianſenius nullum ſuum Cæſarium, nullos annales Voluſianos, nedum paginam ullam Martyrologii Gallici in margine citavit, ut multa illa ſæcula deſignaret.

II. Templa, collegia, & cætera religionis monumenta (quæ utinam ad unum omnia expreſſiſſet!) non conſtituunt Eccleſiam, aut neceſſario eam comitantur etiam ex ſententia adverſariorum, qui nunquam ex lapidibus illis notas eccleſiæ exſtruxere: &, ut verbo abſolvam, ubi erat ſucceſſio primitivæ Eccleſiæ Romanæ, cum illa abſque templis, collegiis & ſuperbis ejuſmodi ſtructuris in cryptas ſuas ſe abderet, cum nocturnos conventus ageret [b]? Vbi per templa, collegia, & ſimilia religionis monumenta, viſibilis ſucceſſio aliarum Eccleſiarum, cum templa nulla haberent, cum *templa*, & *idoleia Gentilium*, in communi uſu idem ſignificarent, cum optimi quiq; Chriſtiani inſtar eorũ de quibus Heb. 11. v. 38. *in ſolitudinibus errabant, montibus & ſpeluncis & in cavernis terræ?*

III. Cum Doctorum & paſtorum ſeriem

[a] Vide apud Thuanum paſſim deliberationes Imperatorum, Regum, Principum de Concilio. [b] Vide deſcriptionem Cryptarum apud Cornelium à Lapide commentar. in epiſt. ad Hebr. cap. 11. verſ. 38.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

riem demonſtrari poſtulas, falſo præſupponis, deſiiſſe plane fidem & eccleſiam, ubi paſtorum ſeries non eſt, immo ubi evidenter & manu & digito monſtrari non poteſt: vide ſupra ſect. 1. cap. 9. hujus libri, hypotheſin iſtam refutatam.

Nono: Pag. 247. *Omnes noſtri novatores eandem nobis cantilenam canunt, Arminiani, Anabaptiſtæ, Lutherani? Omnes purpuratam ſuam ſimiam, &c. ex eadẽ arca proferunt. Omnes eundem numerum teſtium à Luthero aſcendendo crepant. Nam & Illyricus Lutheranus ſimilem catalogum teſtium concinnavit. Teſtes enim illi modo palliati, modo togati, quamlibet fidem profitentur, &c. Nihil enim intereſt illis, licet diverſa tractantibus, dum ad unius veritatis expugnationem conſpirent.*

Reſp. I. Catalogum illum à nobis citatum, nullum alium eſſe quam *Illyrici* jam ſatis opinor te docuimus.

II. Quod omnes hæreticos, nominatim Arminianos, Anabaptiſtas, Lutheranos; unde teſtes ſuos petere dicis, verba tua non ſatis ponderaſti, & de reb. tibi ignotis confidenter garris; quod conſcientia tibi ſatis dictavit, cum tantum de Lutheranis probares. Cur non addidiſti, martyrologia noſtra Latinè, Gallicè, Anglicè, Belgicè edita omnium hæreſeon martyres recenſere? (quod dicebat Molanus tuus loco ſupra cit.) ut mendacium ſit magis mendax.

III. De Anabaptiſtis falſum eſt quod dicis: illi ad teſtes illos nunquã provocant; fuerunt enim maxima pars teſtium noſtrorum poſt primũ univerſale Conciliũ, quos omnes errore Pædobaptiſmi tũc prædominante abreptos fuiſſe opinantur. Itaq; habent illi Martyrologium ſuum peculiare editum lingua noſtrate cum confeſſione ipſorum Hornæ 1618. in quo nullos alios recenſitos videbis, quam quos Anabaptiſtica ſua profeſſos fuiſſe juſtis documentis probare ſe putant. Tales autem noſtri catalogi, aut martyrologia non recenſent.

IV. Et quid ſi injuſte illi veritatis noſtræ *teſtes* pro Anabaptiſmo ſuo productũ irent, an propterea juſte nobis illos vindicare non liceat? An abuſus irregularium tollit uſum Regularium? Vah quam dilutum hoc ſophiſma! Nullus fere hæreticorum eſt qui de martyrum nomine falſo ſibi non blandiatur, ut oſtendit Molanus loco cit. Ergo Catholicis non licet de martyrio gloriari. Apage ineptias.

V. De Arminianis diſtinguendum eſt. Si, qui in capitib. de lib. Arbitrio & Gratia tantum à noſtris diſſentiunt, teſtes noſtros pro ſua opinione contra Papatum producerent, ridiculũ eſſet, quia pro ſe habent ipſum Papatum nominatim Ieſuitas & Lovanienſes atq; à noſtris ac veſtris in Papatum recidiſſe judicantur à quo olim nobiſcũ diſceſſerant etiam hac in parte. Vide ſupra lib. 2. ſect. 2. c. 7. & 10. Alii qui Photinianiſmum fovere, aut palã in Socini caſtra conceſſiſſe putantur, teſtes illos pro ſuis non habent nec ut tales unquã contra Antichriſtũ producunt, quippe quos Antichriſto ſive ſcientes, ſive inſcios operam ſuã gnaviter commodaſſe cẽſent. Quomodo Adolph. Venator Theologiam verã & merã Chriſtianiſmo 1400. annis incognitam, in frontiſpicio *Theologiæ veræ* & merę ſeu *fundamenti* apertè prędicat[a].

Et miniſtri hæreſeos illius in Tranſylvania, *in l. de doctrina Chriſti & Antichriſti*, Antichriſti & Antichriſtianiſmi dominationem inchoant anno poſt Chriſtum ducenteſimo: Nonnulli etiam paulò poſt tempora apoſtolorum, ut ex libello quodam Samoſatenorum refert Bellarm. de Pontif. l. 3. c. 3.

VI. De Lutheranis fatemur. Sunt etiam ipſorum teſtes in doctrina reformationis & jure illi eos appellant: non vero in fermẽto illo præſentiæ corporalis in cæna, quod ex Papatu adhæſit. Quod a. inter ipſos & nos diſſenſio aliqua ſit unde etiã exacerbatio & abalienatio

[a] Vide in primis præfationem in qua Concil. Nicenum exagitat.

abalienatio orta, non tollit communis cauſæ unionem, & unius Euangelii profeſſionem & eorundē teſtium participationem. Inter Africanos & Ciſmarinos magna contentione agitata fuit cauſa de Anabaptiſmo: inter Orientales & Occidentales controverſia de Paſchate in tantam acerbitatem exarſit, ut Victor Romanus ab Anathematis non abſtinuerit, quem propterea merito reprehendit Irenæus. Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. lib. 5. cap. 22. 23. Contentiones inter Epiphanium & Chryſoſtomum, Auguſtinum & Hieronymum, Theodoretum & Cyrillum nemo veſtrûm dicet duas fides & duas Eccleſias feciſſe. Idem cogitandum de acerbiſſimis illis concertationib. inter Dominicanos & Ieſuitas, Sorboniſtas ſeu Theologos, Gallo-Francos & curiales ſeu paraſitos Romanos, inter Papas & Papas, à quibus maledictis non tantum ſed & anathematis infeſtiſque armis uſq; ad mortem & ſepulcrum in ſe mutuo ſævitum ignorare non debebas. Privatorum privata & infinita in religione diſſidia volumen unum non caperet. Videat interim, cui vacat, Illyricum de Sectis & diſſidiis Papiſtarum; Craſtovii bellum Ieſuiticum; Ioh. Pappi bellum Papale auctum à Springlio; Pacem Romanam Anglice & Belgice editam ubi ex ſolo Bellarm. 2000. diſcordantes opiniones recenſentur [a]; Ambroſii Catharini 208. errores ex ſcriptis Cajetani collectos; Burgenſis additiones ad Nic. Lyram & ejuſdem refutationes per Lyram & Mathiam Dorinck, Refutationem Mathiæ Dorinck & Lyrani & defenſorium Thomæ ac Burgenſis per Didacum de Deça; Scripta Zvvarezi, Vaſques & reliquorum, quorum comment. in Thomam quotidie prodeunt; Chriſtophorum à Capite Fontium de neceſſaria correctione Theologiæ Scholaſticæ; Viginti ſex articulos ſubjectos Lombardi libr. Sententiarum, in quibus Magiſter non tenetur; Condemnationes varias factas Lutetiæ & Oxoniæ, quæ præmittuntur Comment. Bonaventuræ in Lombardum; Capreolum & Soncinatem in Lombardum, ubi Aureoli opiniones perſtringunt; Actionem inter Ioachimum Abbatem & Lombardum, de qua Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſtic. n. 1145. Ieſuitæ Delrio apologiam ad Inquiſitores Romanos libris diſquiſ. Magicar. præmiſſam; Eraſmi omnes Antagoniſtas, Albertum Pium, Monachos Pariſienſes & Hiſpanos, &c. & ipſius Eraſmi Apologias; Wicelii Viam Regiam juſſu Imperator. Ferdinandi & Maximiliani editam; Scripta Horantii & Mich. Baii Cancellar. Lovanienſis; Scripta recentia Duaci & Lovanii edita de Libero arbitrio & Gratia; Molanum de picturis ſacris; Bellum Papale inter Colonienſes Theologos & Reuchlinum, de quo Thuanus & Sleidanus in Hiſtoriis; Scripta Papiſtarum Gallorum & Anglorum de Poteſtate & Independentia Regum, Poteſtate Papæ, Iuramento fidelitatis, contra Papomaniacos, Paraſitos, & horum reſponſa; Scripta de excommunicatione Venetorum, utrinque edita; Iameſii probationem 23. doctrinæ Reformatæ articulorum, ex ſcriptoribus Pontificiis, edit. 1625. Ejuſdem Iameſii bellum Papale ſeu Concordiam diſcordē Sixti V. & Clementis VIII. ejuſdemq; defenſionem Anglicè, inſertam eximio operi de corrupt. Patrum; Mortoni Apologias Catholicas; Indices omnes expurgatorios [b] & Librorum prohibitorum; Summiſtas ſeu Caſuiſtas, & qui ſit inſtar omnium Toleti Inſtructionem ſacerdot. cum annotationib. & additionibus Victorelli; Ipſum Ius Canonicum cum Conſtitutionibus

[a] Confer cap. 1. & 3. hujus ſect. & libr. 2. ſect. 3. cap. ult. quæſt. 39. [b] Quinque indices expurgatorii ad manus noſtrorum divina providentia pervenere, Romanus ſcilicet, Luſitanicus, Hiſpanicus, Neapolitanus, Belgicus. Videſis Iameſium tract. ſæpius cit. part. 4. ubi etiam egregie Myſterium Expurgatorii detexit, pag. 13. 22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſtionibus & bullis Pontificum, ubi videbit antiqua jura & nova jura, eadem prohibita & deinde conceſſa,

Littora littoribus contraria, fluctibus undas.

Adde & gloſſas Iuris Canonici, cum duplici expurgatione Romæ, & correctionem ipſius corporis Canonici per Gregor. XIII. Et Inquiſitorum, Cenſorum atque expurgatorum per omne genus authorum oppoſitas & ſibi ſuiſque repugnantes excurſiones, in quibus imaginem videas iſtius calamitatis Ieſa. 9. verſ. 12. *Syri ab Oriente & Peliſchtim ab Occidente, ut devorent Iſraelem toto ore.* & verſ. 19. 20. 21. *Eritque iſte populus quaſi pabulum ignis, nemo in fratrem ſuum clementia utetur, &c. ſinguli carnem brachii ſui comedent. Menaſſe Ephraimum, & Ephraim Menaſſem, ſimul iſti contra Iudam.* Vide Graſſatorum illorum mutuas velitationes & lanienas, apud Iameſium libr. cit. part. 4. p. 16. 17. 21. Vbi imprimis notandum, quod ipſis capitibus Inquiſitorum, e. gr. Ariæ Montano, ἀμοιβὰς non deſinant exolvere, recentiores manipularii, ut olim lege talionis accidit Adonibezeck, Iudic. 1. [a] Chronologia devotiſſimi Papiſtæ Genebrardi prohibita eſt in Indice Romano; Nemo magis oppugnatur, quam Baronius, Bellarminus, Zvvarezius. Vide Iuſtiniani Antiſtitis Valentini diſputationem pro imaginibus Catharinæ Senenſis, Zanctii tract. de adventu Iacobi in Hiſpaniam, Cardinalium Baronii & Columnæ invectivas ſuper Monarchia Sicula; Maximiliani Eynatten artem exorciſticam; imprimis Martini Delrio diſquiſitiones Magicas.

[a] Arias expurgationi præfectus quondam in Belgio, nunc expurgatus in indice Roman. per monia comentaria in Ieſaiam, prophetas minores, Euangeliſtas, Acta, Epiſtolas, Apocalypſin. Ex Iameſ. ibid.

SECTIONIS SECVNDÆ CAPVT X.

Exceptiones adverſus Pleſſæi Myſterium iniquitatis à Riveto defenſum.

PRIMO, cap. 53. pag. 248. poſt exordium quaſi orationis Catilinariæ aut Philippicæ ita propoſitionem inſtituit: *Audiat igitur Belgium, ubi ignota hiſtoria eſt, non ſcriptorem ſed portentum, quo nec Aſrica, nec forte Chriſtianus orbis prodigioſius quicquam in Theologia vidit.* Ita ſubjicit narrationem & confirmationem, ibi: *Nam ſub finem decimiſexti ſæculi ſcripſit ille Pleſſæus librum adverſus Miſſam, &c.*

Reſp. I. More Baronii tumultuatur maxime cum maxime urgetur. Nihil habet quod excipiat adverſus Pleſſæi & Riveti hiſtoriam Papatus; hinc non aliter ac vulgo Silentum, lacrymæ illi volvuntur inanes; quomodo de Creuſæ ſilentio & lacrymis in deſcriptione Purgatorii poeta Romanus, Virgil. Æneid. 6.

II. Stuporem & rerum omnium ignorantiam prodit, cum adverſus hiſtoriam ſucceſſionis à Pleſſæo & Riveto contextam, ad quam tam exſerte & tam ſæpe (ut ipſe loquitur) provoco, excepturus, arripit *quid* pro *quo*, librum ſcilicet Pleſſæi de Miſſa editum anno 1597. in quem alieno judicio & fide pro more ſuo debacchatus, concludit pluſquam Rhetorice, pag. 253. *Diſcite ab hoc ſecreta antiquitatis, myſticam illam Eccleſiam Calvinianam, regimen, ſucceſſionem, teſtes ejus omnibus ſæculis inauditos.* Viden' egregio & raro quodam artificio jugulatam omnem noſtram ſucceſſionis demonſtrationem?

tionem? Quaſi ego ita argumentarer, Conclamatum eſt de hiſtoria & ſucceſſione Papatus à Baronio adverſus Centurias Magdeburgenſes exſtructa, quia in Baronii Martyrologio Romano, aut in apologia adverſus Cardinalem Columnam nonnulla meo judicio occurrunt abſurdo & monſtruoſo ſcriptore non indigna. Hæccine compendioſa refutatio annalium Baronii? Vel ſic: Bellarmini controverſias, quibus ille veritatem & antiquitatem Romanæ religionis probare voluit, *æterni ſilentii oblivione jam olim à Papiſtis ſepultas decuiſſet* (ut Ianſenius de Pleſſæo loquitur) quia ab ipſis Papiſtis ſcriptor ille habitus eſt tanquam monſtrum in extremas oras deportandũ; cum liber ejus adverſus Barclayum de poteſtate Papæ judicio Sorbonnæ & decreto ſupremæ curiæ Pariſienſis publice per carnificem combuſtus eſt. Si Molinæo noſtro artificium hoc fuiſſet cognitum, potuiſſet una linea refutationem decennalis ſcripti Perroniani abſolvere, excipiendo ſcilicet Perronum cum tota ſua antiquitatis & ſucceſſionis probatione, eſſe *ſcriptorem portentoſum*, *falſarium cauterio & ſtylo*, quia maximus Britanniæ Rex Iacobus eum non unius falſitatis condemnavit, in refutatione Orationis Perroni habitæ in panegyr. Ordinum Galliæ 1615.[a] Hæc eſt veriſſima hiſtoria, ab ipſo Rege conſcripta & regia auctoritate edita. Et nihil unquam contra regiam & illuſtrem illam condemnationem hiſcere auſus fuit Perronus, quamvis annis aliquot ſupervixerit. Quid jam dicis de iſtis conſequentiis?

III. Ne ipſe ille liber de Miſſa, de quo per ſophiſticam abductionem nugatur, illi lectus aut viſus. Cogita nunc quam paratus ad controverſias tractandas accedat noſter Ianſenius; ita ipſo longe doctiores Ieſuitæ in Gallia (ubi quotidie fervet hoc bellum) celeberrimos ſcriptores noſtros, de nomine non cognoverant, ut illis objicit Chamierus, in Epiſtolis Ieſuiticis. Sed minus tolerandum hoc in Ianſenio noſtro, qui parerga digreſſione decurias aliquot falſitatum libri iſtius perſtringit. Quod autem librum illum non viderit ipſe manifeſte indicat, cum *libellum non ita magnum* vocat, pag. 249. Quid? an liber paginarum 956. minori charactere, præter præfationem pagin. 91. & quidem in majori octavo,[b] eſt tibi libellus non ita magnus? Non ſatis intelligo; quid tibi in re libraria magnum aut parvum. Author anonymus qui hiſtoriam Collationis Bellaquææ conſcripſit Antverpiæ belgice editus vocat **een groot ende breedt tracterende boeck**/ hoc eſt, librum magnum & amplum. Alias editiones ejuſdem libri Latinas & Gallicas nihil attinet nunc indicare. Sed de myſterio Pleſſæi, ne iterum tam pueriliter impingas, ſic habe. Eſſe librum illum editum ab illo Gallice in folio & octavo dedicatum Regi Chriſtianiſſimo; & Latine dedicatum Magnæ Britanniæ Regi Iacobo in octavo, anno 1612. titulo: *Myſterium iniquitatis*, ſeu *hiſtoria Papatus*, *&c.* Præfationes iſtius libri primi carpendas ſibi ſumpſerunt in Gallia *Pelletier* & *du Bay*, quorum calumnias retudit Rivetus anno 1612. Ipſum opus impugnavit inter alios *Couffeteau* homo per adverſarios ſuos non incelebris: cujus juſtam refutationem duabus partibus edidit idem Rivetus 1615. & 1617. Ab illo tempore Conticuere omnes.

Stat ergo hactenus inconcuſſa, immo & intacta hiſtoria illa ſucceſſionis, ad quam ego toties provoco, quicquid ſit de diſputatione inter Pleſſæum & Perronum, de qua mox agemus.

IV. Quis

a Inter alia ex ſacris literis refert, Saulum Regem à Samuele, Achabum ab Elia, Roboam ab Ahia fuiſſe depoſitum. Ecce ſalem ſcientiæ & conſcientiæ in illo Cardinali. b Hæc mea editio, ſecunda ſcilicet, Gallice Rupellæ apud Hieron. Haultin 1598.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

IV. Quis qualiſve ſcriptor fuerit Pleſſæus, tum noſtro, tum adverſariorum judicio, notius eſt illis, qui aures & oculos habent, quam dormientibus. In ſcriptis polemicis ingenium, judicium, multa lectio, eloquentia omnigena & diffuſa eruditio tanti viri certatim ita elucent, ut inter primarios ſuæ ætatis Theologos à noſtris jure merito habitus ſit, & (ſic hyperbolicè Ianſenius) *publica ſuorum opinio & vox eſſet, ab Apoſtolorum temporibus tale opus* (quale ſcil. liber de Miſſa) *non prodiiſſe.* Vbi ergo & cur portentoſus ille inter omnes Theologos noſtros? niſi quia cauſa veritatis & antiquitatis illa ratione defenſa inſtar portẽti attonitos reddebat Pontificios. Pontificius hiſtoricus Petr. Matthæus de libro Pleſſæi: [a] *Ouvrage grand & laborieux, auquel ſans doute pluſieurs Miniſtres avoyent contribué leurs veilles, leurs eſtudes, & leurs memoires. L'elegãce & la beauté du ſtyl relevé des poinctes Ægyptiennes, les arguments reveſtus des belles & ſpecieuſes apparences faiſoyent publier par tout, que ce livre diſuniroit & deſtourneroit pluſieurs conſciences.* Perronus in epiſtola ad Clementem VIII. Pleſſæum vocat *inſignem Catholicæ doctrinæ adverſarium.* Ambaſſ. & Negot. lib. 1. & libr. 2. Idem Clementis & plurium elogiis & gratulationibus obruitur, ob devictum adverſarium, quaſi Trojæ obſidionem ſolviſſet, aut Senonas Roma expuliſſet. Adde proteſtationem Perroni collationi præmiſſam, quam ita refert Petrus Matthæus. *Apres avoir premierement proteſté, que je ne ſuis pouſſé d'aucune animoſité contre M. du Pleßis, lequel je reſpecte & honore pour les belles parties de ſon eſprit, ne le pretens accuſer d'aucune fauſſetez de ſon livre: mais ſeulement ſur la foy & les memoires deſquels il s'eſt confié.* Idem Perronus Epiſt. ad Marchionem de Roſny lib. 1. pag. 73. ſic ſcribit. *Non que je vueille accuſer la foy de Monſieur du Pleßis, que j'eſtime & honore pour ſon particulier, comme il le merite: Mais bien plains je ſon malheur, de s'eſtre fié ſur les rapports de certains compilateurs, qui l'ont ſervy infidellement, &c.* Ex ejuſdem Perroni operoſiſſimo & tot annorum apparatu (de quo Epiſtolæ ejus) in Pleſſæum, quem tamen vivens non exſeruit, facile eſt colligere non fuiſſe tam contemnendum hunc adverſarium. Sed his miſſis ſcripta illa neutra (ita loquar) contra *Atheos de veritate Religionis Chriſtianæ*, & contra Iudæos tanta eruditione referta ſunt, ut Ianſenio vires defuturas arbitrer, non dico ad ſimile quid conandum, ſed ad poſterius etiam accurate intelligendum, prout nunc ex ungue leonem hunc hebraizantem cognovi. *Excellentem Pleſſæi in Hebraicis eruditionem, eumque ſecretiores quoſque Hebræorum libros ad argumenti ſui probationem affluentißime producere,* prædicat in his literis verſatiſſimus Iohannes Buxtorfius, in Epiſt. dedicat. ad Pleſſ. præmiſſa libr. de abbreviatur. Hebraicis. Cum quo confer nunc Theologum & Hebraizantẽ Peronũ, de quo Molinæus & Rabbiniturientem Ianſenium, de quo nos ſuo loco. Scriptum practicum *meditationum Pleſſæi* eruditionem verè Theologicam & ſolidam pietatem ſpirat. Prudentiam politicam loquitur Gallia, & ſcriptum illud Poſthumum. Vitam, mores, geſta, mortem verè Chriſtianam ne ipſe Papatus arrodere hactenus potuit. [b] Perronus, ſi cum illo comparetur, quis qualiſve fuerit, judicent illi qui virum propius norunt; Miniſtri reformati filium fuiſſe conſtat, cui nomen Perroni fuit inditum à vico ejuſdem nominis in quo Genevæ habitaverat pater, priuſquam in Normandiam veniret. A patre initio fuiſſe educatum in ſpem Miniſterii, ſed à D. de Matignon, cui carmina quædam obtulerat inductum fuiſſe ut Lutetiam ſe conferret, ubi fortunæ lautioris poëtæ ſpes eſſet ſub Henrico III. ibi innotuiſſe, & cum aliis non-

Qqqq 3 nullis

[a] Similia & plura habet Anonymus ſcriptor. Belgice editus Antverpiæ in 1600. in præfatione. [b] Vide libellum titulo, *les dernieres heures du Pleſsis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nullis poſtulatum fuiſſe cædis Eduardi du Monin, etiam poëtæ, qui verſibus ſuis eum perſtrinxerat, adeo ut literas gratiæ, quas vocāt, à Rege obtinuerit; cũi à lectionibus fuit, donec oratione apud eum habita, qua probabat Deum eſſe, obtulit ſe die ſequenti contrarium probaturum, ſi Regi adlubeſceret. Quam ob cauſſam juſſus aula excedere, paulatim tamen ſe nonnullis inſinuavit, maximè Cardinali Vindocinēſi. Et tandem ſe immiſcuit iis qui Regem Henricum IV. ad religionis mutationem pertraxerunt, unde ei ad Epiſcopatum primò, deinde ad Cardinalatum patuit via. Ego ex epiſtolis ejus (*in quibus detegimur & oculis ſubjicimur penè nudi, & protrahit hominem maximè hæc ſcriptio*) Lipſius præfat. ad epiſtolas ſuas, nihil aliud de ejus ingenio & eruditione pronuntiare queam, quam fuiſſe illum *Omnem hominem, & meram Oſtentationem*, & maluiſſe videri quam eſſe eruditum. Quod ad pietatem & mores, *ſpiritualis erat profeſſione*, ſed reipſa πᾶν κόσμος, i.e. totus ſeu merus mundus, ut phraſin Theocriteam imiter. Provoco ad lectionem Epiſtolarum ejus, ex quibus ne guttam devotionis aut pietatis exprimere potui, ſed magno cum dolore & nauſea, nihil niſi opes, honores, favorem magnatum, applauſus hominum & ſimiles negotiationes Theologum agitare deprehendi. Perſtrepunt omnia ſubdolis prenſationibus, ſpermologicis adulationibus, chreſtologiis, tricis & complementis aulicis, Thraſonicis oſtentationibus, affectatis thaumatologiis, honorariis mendicationibus, ambitioſâ πολυπραγμοσύνῃ. Adæquatum & proprium objectum, meditationum, conſiliorum, ſtudiorum & curarum omnium eſt, aura popularis quidē ut quatuor, Magnatum ut ſex, Regia & Pontificia ut octo in ſummo gradu.

Aureum imbrem non ſitit, niſi adſit *probabilis & rationabilis cauſa*, ſub quibus clauſulis omnia ferè tranſeunt in Papatu, diſpenſantur à curia, & incruſtantur à Canonico-Summiſtis. Voluptates non ita ſe produnt niſi quod ſenſibili cum devotione & jubilo exultet coram Rege ſuo, Villeroy, & Puyſieux, ſuper Balettis illis à Legato Gallico exhibitis, quibus etiã Cardinalis aliquis interfuerat l. 3. p. 576. 577. 583. Et hæc quidem ne quid deeſſet trigæ illi 1. Iohann. 2. Audiat quæſo lector ipſum loquentem lib. 3. p. 576. *Ie diray ſeulement, que Monſieur l'Ambaſſadeur & Madame l'Ambaſſadrice firent faire Dimanche dernier en leur logis un Balet de Cavaliers Francois, qui reüßit excellement; & une collation magnifiq; ou aßiſterent avec les freres du Pape & l'Ambaſſadeur, & Ambaſſadrice d'Eſpagne, plusieurs Cardinaux, & entre autre le Cardinal de Borgheſe, & toute la nobleſſe Romaine, tant Seigneurs que Dames. Il y a vingt ans, qu'il ne s'eſt aſſemblé une plus belle Compagnie à Rome, & les Cavalliers Francoys firent ſi bien, qu'il en acquirent un grãd hõneur à toute la nation. Ce ſont nouvelles au Careſme prenant, auſquelles j'adjouſteray encores, que Madame la Ducheſſe Sforce ſolemniſa ſur la faveur que Voſtre Majeſté luy avoit faitte pour le Bapteſme de ſon filz, avec tant de ſplendeur & magnificence, & de galanterie, en Muſicques, Balets, Comedies & collations, que la grace qu'elle à receüe de vos Majeſtez, ne pouvoit reluire nulle part, avec plus d'eſclat, &c.* hæc ad Regem & p. 577. ad M. Villeroy eadem ferè non minori cur exultatione refert & pag. 583. ad Regem Epiſtolæ ſubjungit. *Monſieur l'Ambaſſadeur à rejouy toute Rome, à ce Carneval dernier, par les courſes de bague, & autres exercices publics, qu'il à fait faire à la nobleſſe Francoiſe, en preſence de grand nombre de Cardinaux & de tous les Seigneurs & Dames de Rome aux jour deſquels les Seigneurs Cavaliers Francoys, ont fait honneur à leur profeßion & à leur nation.* & pag. 453. *Sur ce ſujet ie luy diray donc que Monſieur l'Ambaſſadeur fit Dimanche dernier, reciter une fort belle Comede chez luy, ſuivie d'une ſomptueuſe collation à laquelle aßiſterent pluſieurs Cardinaux, & entre autres le Cardinal de Borgheſe, &c.* Non eſſe agendas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

das & ſpectandas choreas, & Comædias à Chriſtianis vide Tertul.apoc.c.15.&38. & lib. de Spect.c. 4. & 10.& 17.Lactant.lib.6. div.Inſt.cap.20.&inEpit. divin.decret.cap. de Spectaculis,& ibid. c.20. Chryſoſt. homil.31.in c. 4. Matt.& hom.3.de Davide & Saulo,& hom. 6. in c. 2.Mat.& hom. 69.c. 21. Clemens Alex.lib.3.Pedag.cap.11.Baſil. Orat. de Legendis gentilium ſcriptis. Cyprian.Epiſt.2.paulo poſt de *Mimis & Comicis*, Salvianus lib.6.de provid.Arnob.lib.2.contra gentes, Auguſt.contra Petil. c.6. Chryſoſt.hom.56.inGeneſ.& homil.148. homil. 49.& Bodin.lib. 16.reipub. Imprimis nullos iis debere intereſſe Clericos Concilium Agathenſe ſeverè prohibet c.39.& Concil. Load. cum 53. *Quod non oportet Chriſtianos ad nuptias venientes ballare vel ſaltare*,& can.54. *Quod non oportet ſacerdotes aut Clericos ſpectacula aliqua contemplari, nuptiis vel conviviis, ſed antequam thymelici ingrediantur, eos ſurgere & diſcedere*. addit. Conſtantinopol. Conc. vj. canon. 51. in trullo, ut *Clericus* ſpectacula contemplans *Deponatur*.

Multo minus Die Dominico, Vide Eccleſ. Afric. can.61.&c. Et C. lib. 3. tit. 12. L.11. *Dies Feſtos, &c.* Mundanitates, Vanitatem & Rodomontados ejus, vide Epiſt. ad Villeroy.pag.121.ad Regem pag.31.ad Cardinalem Aldobran.p.48.ad Card.de Toleto.pag.54. ad d'Oſſat. p. 70.pag.259.229. Epiſt.adRegem.276.pag.307.Epiſt.adRegem.pag.366.375.376.pag. 381.p.385. 386. 387.388. 389.pag.404. 436.453. 534.544. 576.584.

Mendicationes { Pro ſe ad Villeroy.p.40.ad Reg. p.428.ad Vill.pag.476.
Pro aliis p. 62.66. ad Regem. p.282.306.372.438.545. }

Adulationes, Aſſentationes, & laudes immodice profuſas erga Regem, Epiſt.1.p. 1.& 2.ad Regem.pag. 19.ad Regem. pag. 36.37. ad Baronium pag.87.ad Regem.pag. 261.ad Regem p.305. & 412. ad Regem. p. 472. Erga alios Epiſt. 5. pag. 5.ad Archital. Ioyeuſe,pag. 6. ad Villeroy. pag. 20.21. ad d'Oſſat. p. 42.43.ad c. de Roſny. p.278. & 279.&p.430. &c.

Injuſtitiam,impietatem,prophanitatem, dolos,fraudes,in negotiis quibuſcunque ſacris & Politicis, p.283.346. 474.476.&c.

Cæterum quam apertè Regem Hiſpaniæ, Legatum & miniſtros ejus, factionem Cardinalium Hiſpanicam rideat, inſectetur & nuditatem eorum ubicunque poteſt detegat, Negotia & negotiationes Monarchiæ Hiſpanicæ non tantum Romæ,ſed per totum mundũ perrimetur, arrodat,& exagitet præter decorum ſpirituale ſive jure ſive injuria quidvis ex quovis fingens, idque ut ſibi applauſum & emolumentum mereatur. videri poteſt Epiſt.ad Vill.pag.13. ad Regem p. 28.30.31.35.36.ad d'Oſſat.p.44. 265.275.281.285.290.295.294.295.& 296. 300. 303.308.309. 310.323.325. 326.367. 392.395.414. 440. 450.pag. 453.502.&c. Etiam de hoſte vera dicere & virtutem in illo laudare decet ingenuos quoſque, imprimis Chriſtianos.

Aliorum Cardinalium nuditatem detectam vide pag.20.p.267. 268.291.296.301. 325.334.335.337.343.345.363.378.390.304. 405.432.442.474.534.576.583. Huc pertinet conſpiratio Card. Hiſp. contra Baronium pag. 293. &c. Laudationes ſui ipſius pag.5.p.21.40.78.89.&c.

Myſteria Conclavis in electione Pontificis, & Negotiationes Magnatum circa eandem, pag.297.303.pag.344.347.

Quanta fuerit eruditio(verè oſtentatio) hujus viri, monſtravit Pleſſeus in Reſponſo ad acta Collat. Belliquææ; & nuper Molineus in Novitate, qui tantas illi dedit mortificationes, ut nullum balſamum ſanandis illis ſufficere poſſit[a].

Quali fide in allegandis Scripturis & Pa- tribus

[a] Quære in Indice Ignorantias in Scripturis, in Philoſophia, in lingua Latina, Græca, Hebraica, in Geographia, in Patribus & antiquit. Eccleſiaſtis.

tribus verſatus ſit Perronus, oſtendit Rex Magnæ Britanniæ in refutatione Orationis Perroni, cui Perronus nunquam reſpondit, quamvis quadriennio ſupervixerit. Deinde & Molinæus in *Nouveauté* plurimas ejus nō tantum deterſiones, ſed & falſificationes in citandis Scripturis & Patribus ſyllabo ſuo exhibuit[a].

Atque hæc quidem doctrina, pietas, Theologia, & Religio Perronica. Cujuſmodi religionis faciem ac fructum nobis exhibent duo amici Perroni, Thuanus & Cæſar Bulengerius.[b] Sic enim ille: *Religio quæ fide & certa bonitate Dei & fiducia, nec non caritate olim nitebatur, & majora indies incrementa capiebat, hodie factione & humanæ prudentiæ carniſque conſiliis & coitionibus valere & ſuſtentari credatur.* Hæc ſcil. religionis & ſpiritualitatis facies ac forma, longè ab antiqua diverſa. De ſcopo & fructu talium Theologorum Bullengerus annal. lib. 10. pag. 326. *Quæ victoria* (in villa Fontis Bellæi) *ut fidei Catholicæ in Gallia munimento fuit, ita Perrono tum Epiſcopo Romæ ad purpuram evaluit; mei, à quo ante alios corruptæ judicatæ erant, quia inter literas abditus latebam, nulla ratio habita eſt, quod lauream Authori debitā alii quibus major ambitus fuit, præripuiſſent. Oportuit me ſemel his annalibus juſtum dolorem exoneraſſe, &c.* Anima mea non veniat in cōſilium eorum! Sed oblitus pęne eram, quod Germaniæ & Imperii amantes non abſque indignatione de Perrono notarint,[c] quod coram Clemente VIII. aſſeruerit: *Imperatorem in negotio Pontificis & Venetorum nullā partem ſortiri*, hoc eſt (ut Germani accipiunt) nihil juris habere in Italia, nec amplius advocatum eſſe Eccleſiæ, nec Romanorum Imperatorem.

V. Hiſtoriam illam de Pleſſæi libro & diſputatione ſuper eo habita ignotam Belgio, quod recitat; potuiſſet operæ huic parcere ſane. Ignota illa non eſt Belgio, niſi Belgas omnes ſibi ſimiles putet. At certè noſtri, neque veſtri Belgæ, imprimis Politici & viri literati in ſpeluncam Dormientium compingi ſe non tam facile paterentur. Sed cur quæſo ignota eſſet hæc hiſtoria? Acta collationis à Pleſſæi parte Gallicè & Belgicè proſtant; [d] Acta ejuſdem à Perroni parte Gallicè cuivis ſunt obvia; etiam ex Gallico Belgicè edita Antvverpiæ apud Hieronym. Verduſſen anno 1600. in 8.[e] Vt erat genius & character iſtius viri, omnes pænè terræ angulos tinnitu ſuo repleverat; bis ipſe hiſtoriam collationis ediderat, cum auctario in ſecunda editione. Cardinalis Oſſatus in Italicum idioma Romæ tranſtulerat, in gratiam Papæ Clementis VIII. de quo vide turgidè geſtientem Perronum in Epiſt. ad Oſſat. lib. 1. Ambaſſ. Nota eſt hiſtoria Petr. Matthæi Gallice ab ipſo conſcripta, & deinde Latinè in Germania edita. Et altera Rudolphi Boterei itidē Gallicè & Latinè; qui cum Galli ſint & Pontificii, minutatim iſtam collationem deſcribunt. Notiſſima eſt hiſtoria Thuani, qui ipſe collationi præfuit. Etiam Iohannis de Serres Inventaire general. ubi in Henric. 4. pag. 936. collatio Bellaquæa deſcribitur, & Perron. *Negotiations & ambaſſades*, cui paulo πολιτικωτέρω non viſæ? At ibi Cancellarii Galliæ Epiſtola, minutias omnes hiſtoriæ ejus perſequitur. ipſe Perronus & Papa Clemens VIII. literis ſuis mutuo ſe ſcabunt, ſiquidem ita loqui liceat de mulis inæqualibus. Egregius ille Pleſſæi tractatus poſt collationem editus titulo, *Reſponſe au livre publiè par le ſieur Eveſque d'Evreux, ſur la conference, &c.* ignotus eſſe non debet. Mercurios & relationes ubivis gentium quotannis prodeuntes, alioſque hiſtoricos vernaculo idiomate ſcriptitantes prætereo. Objecerant hanc collationem Pleſſæo

a Vide imprimis Molin. Novit. Papiſmi l.7.c.33. & nuperrime Edmundi Aubertini Euchariſtiam veteris Eccleſiæ, per totum. b Refert Mericus Caſaubonus in pietat. p.107. & 137. c In Monitis Politicis ad S. Rom. Imperii Principes. & ex iis Goldaſtus in Replicat. pro Imperio, cap.10. p.95. d Belgice edita ſunt Daventriæ apud Iohan. Everard. Cloppenborgh in octavo, anno 1600. e Vide Ambaſſad. & Negot. Perroni.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Pleſſæo *Pelletier* & *Du Bray* in refutat. Præfation. Myſterii, quibus os obturavit Rivetus in Defenſione contra *Pellet.* & *du Bray* cap. 1. Meminimus in vicinia à veſtris concionatoribus diſputationem Bellaquæam pro concione buccinatam, & tamen nova inaudita pandit Ianſenius, quia ipſe fortaſſis nuperrime ea inaudivit & legerat. Inde illi credo quaſi bracca Ariſtotelis cerebrum derepente calefactum eructavit hoc quod videtis.

Secundo, Pag. 250. in hiſtorica repetitione hujus collationis ſolœciſmos non vulgares committit Ianſenius; quorum primus eſt, *Ne unus quidem locus unanimi delegatorum judicio deprehenditur verus.*

Reſp. I. Et tu hic manifeſtè deprehenderis falſus. De primo loco ex Scoto diſceptatum quidem inter Perronum & Pleſſæum, ſed nihil definitum à delegatis. Sic Petrus Matthæus, & hiſtor. collat. Antvverp. apud Hieronym. Verduſſen, 1600. Deinde Petri Criniti locus deprehenditur verè citatus à Pleſſæo. Id. Petr. Math.

II. Cautè & ambiguè loqueris, *deprehenditur verus.* Sed quæſtio erat an Pleſſæus falſificaſſet loca authorum, & crimen falſi commiſiſſet, ut ex hiſtoria collationis Antvverpiæ edita 1600. & Petro Matt. & formulis provocationis conſtat. Iam vero Pleſſæus in collatione & poſtea peculiari libro, ſole clarius oſtendit, ſe verba Authorum formalia deſcripſiſſe & ex iis pro cauſa ſua, conſequentias eduxiſſe, verè nec ne Authorum mentem aſſecutus ſit, diſquiratur. Et ex Cyrillo ſolo nulla verba citaſſe, ſed per conſequentiam Cyrilli ſenſu concluſiſſe. Saltem Perronus ad librum illum nunquã reſpondit. Ipſe Rex & delegati ſententiam pronuntiantes non uſi ſunt nomine *falſitatis*, ut conſtat ex hiſtoricis, imprimis Petro Matt. fatente id exſertè & ringente Authore relationis Antvverpiæ editæ. Quin ipſe Perronus ante collationem proteſtatus eſt, ſe crimen falſi Pleſſæo non imponere, ut ſupra notavimus.

Tertio, Pleſſæus, *attonitus enim ſucceſſu præcedentis velitationis, ſive præludii, incidit in violentam ſcil. ægritudinem, magnos tremores membrorum, & ſtomachi rejectiones. Nempe*

Purpuream vomit ille animam,

Petit dilationem.

Reſp. I. Incidiſſe illum in morbum certum eſt, tum ex factorum ſive potius paſſionum luce, tum ex viſitatione Medici Regii. De morbo videantur acta Antverpiæ, Thuanus & Petrus Matt. & epiſtola Cancellarii. Quorſum ergo tuum illud: *violentam ſcil. ægritudinem?* Ne putes Pleſſæum ſimulaſſe morbum; quod remedium ſemper fuit *eorum qui de præcedentia ambitioſè contenderunt*, quo opportune uſus eſt *Vigilius quando Eutichium Patriarcham Conſtantinopolitanum in V. Concilio ſibi prælatum videbat* [a]. Sed talis ſimulatio longè aberat à Pleſſæi pietate: neque enim in curia Romana educatus fuerat. I nunc ſcurra urbane (ſiquidem hoc epitheto adhuc digna eſt improba ſcurrilitas tua) & ſcopticè exprobra tali viro morbum & ſymptoma à Deo immiſſum, *Purpuream vomit, &c.* An non credis Deum eſſe memorem fandi atque nefandi, & omnis ſermonis otioſi te rationem redditurum? Eris aliquando hujus memor cum Domini manus morbo aut ſimili malo te oppreſſerit. Vtinam ad pœnitentiam & ſalutem tuam! Interim lege & meditare Pſalm. 41. verſ. 2. *Beatus qui attendit ad afflictum, tempore mali, &c.* & Pſalm. 35. verſ. 13. *quamvis ego ægrotantibus illis, &c. affligerem jejunio animam meam, &c.*

II. Cauſam morbi, quod tu ſucceſſu velitationis quæris, An auctoritate actorum Regis juſſu editorum hoc facis? An ex iis etiam habes vomitum purpureæ animæ? Si non, cur ergo poſt quinque lineas ſubdis

[a] Refert. Petr. Matt. lib. 7. narrat. 1.

hanc clauſulam: pag. 251. *Hæc eſt veriſſima hiſtoria authoritate Regis qui præſens fuit edita, & à Conſiliariis ejus, qui rem ſpectaverant, examinata.*

Audi Thuanum de cauſa morbi: *Morbo ex vigilia præcedentis diei contracto Pleſſæus adeſſe non potuit.* Petr. Math. de tempore & qualitate morbi: *Le Sieur du Pleßis fut ſaiſi la nuict apres la Conference d'un grand devoyement d'eſtomac avecq des vomiſſements extraordinaires, non ſans fievre.*

III. Gratias agimus, quod ſemel verum dixeris & inſtar Bileami contra te propheteris: *Præcedentis velitationis ſive præludii*, quibus adde illa quæ paulo poſt ſequuntur: *Sed parva ſunt illa, ſi cæteras ejus, &c.* Erat ergo collatio illa tantum præcedẽs velitatio & præludium. Erat velitatio particularis inter duos collatores & non de ipſa fidei veritate aut controverſiis fidei, aut cauſa doctrinave alterutrius religionis, ſed tantum de fide Pleſſæi in citandis authoribus.[a] Ventilata ſunt ibi loca tantum novem, de 5000. aut 6000. quæ ex Scriptura, Patribus, aliiſque Authoribus in libro Pleſſæi citantur. *In prima acie* à Perrono collocati erant Carolus Magnus, Scotus, Durandus. Quam invalidum in reliquis præſidium Perrono, qui duos hos tenebriones Scholaſticos (quorum tenuis in Eccleſia etiam Romana Authoritas) omnibus Patribus præmiſerit. Allegatis Principibus permixtum ſe agnoſcebat *Petrus Crinitus*, ſacerdos Italus, ſatis viliter habitus à Pontificiis in illâ collatione; cujus tamen verba fideliter exſcripſerat Pleſſæus. Ecce jam Collationem non collationem quidem de religione, ſed de *litera textus* in Petro Crinito, Durando, Scoto, Bernardo, Hieronymo, Theodoreto &c. dignam ſane de qua Perronus cum ſuis tantum excitaret ſtrieptum & Tiberim commoveret; unde gratulatio Clementis octavi reſonaret: *Locos ſanctorum Patrum à Pleſſæo corruptos & falsò adductos manifeſtò à Perrono comprobatum fuiſſe*[b].

Quarto, *Pleſſæus Regi, Cancellario, Epiſcopo ſpondet, ſe Lutetia non diſceſſurum, niſi illis moni-tis, Convaleſcit, hoſpitium mutat per ſingulos dies, neminem adit, noctu ambulat, inſalutato Rege, Cancellario, Epiſcopo fugit.*

Reſp. I. Quot verba tot ferè mendacia. Nihil tale in Thuano aut Petro Math. immo ne quidem in ipſa relatione Cancellarii; niſi quod dicat, Mercierum Pleſſæi nomine ſibi indicaſſe, Pleſſæum Lutetiam abire inde non diſceſſurum *ſans me voir & me dire de ſes nouvelles*, hæc verba Cancellarii. Quæ aut qualis hic fuga!

II. Quin immò Petrus Mathæus ſcribit. *L'indiſpoſition rompit la conference, Il monſtroit avoir envie de la continuer, mais la maladie eſtoit plus forte que luy.* Thuanus: *Morbo ex præcedentis noctis vigilia Pleſſæus adeſſe non potuit, tandemque aliis atque aliis ſubortis difficultatibus delegati dilapſi* (an hæc fuga?) *Et Pleſſæus ut valetudinem curaret Lutetiam venit VIII. Eid. Maj. ac poſtridie Cancellarius cum Perrono, triduoque poſt rex ipſe cum omni aulico comitatu, tandem interjectis aliquot diebus inſalutato Rege Pleſſæus Salmuriam diſceßit.* Iean de Serres en l'Inventaire: *Ainſi finit ceſte memorable action, & peu apres il s'en alla de la Court.* Pleſſæus ſcil.

Quinto *hæc eſt veriſſima hiſtoria auctoritate regis, qui præſens fuit, edita, &c.*

Reſp. I. Tantillum ſaltem bonæ fidei in te deprehendi non potuit, ut actis ex voto Perronii editis, inhæreres. Primo addidiſti illa de morbo quæ ſupra notavimus.

II. Deinde omiſiſti, quæ acta habent, ſententias Delegatorum, de ſingulis locis; quæ tamen maximè ad rem faciunt.

III. Mutas acta non ſine falſitate, cum novem loca affirmas non fuiſſe deprehenſa vera: cum tamen de locis Hieronymi & Chryſoſtomi

a Vide apud Thuanum & Petr. Math. ipſius regis Cancellarii præmonitiones ac proteſtationes. b Epiſt. Clement. VIII. gratul. ad Perron. lib. 2. pag. 240. *des Ambaſſ. & Negot.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Chryſoſtomi pronuntiarint delegati, *locos non integros quod fieri debuit citatos eſſe. Locum Petri Criniti verè allegatum eſſe à Pleſſæo, ſed Crinitum deceptum eſſe, in citatione ſcilicet legis Valentin. & Theodoſ.*[a]

De locis Bernardi, quæ confuſa ajebat Perronus, ſed literis majuſculis ſatis diſtincta reſpondebat Pleſſæus, pronuntiatum eſt: *Qu'il euſt eſté bõ de ſeparer les deux textes, ou d'y mettre un, &c. entre deux.* Petr. Math. Et de loco Theodoreti: *intelligendũ eſſe de ſimulachris Gentilium, non de imaginibus Chriſtianorum*: quæ eſt exceptio Pontificiorum, ad omnia quæ ex Scriptura & Patribus contra *Imagines* adferuntur. Vbi nulla quæſtio eſt de crimine falſi, ſed controverſia Theologica, de argumento illo & conſequentia deducta, ita ut Cancellario & Pontificiis pronuntiantibus hoc modo, reſpondere potuiſſet Pleſſæus illud Poëtæ: Σοί μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε, id eſt. *Hæc tibi videntur, illa verò mihi.*

IV. Multa etiam partim à te, partim ab actis illis omiſſa ſunt; quæ ad lucem factorum pertinent. Quod Pleſſæus petierit impugnationem libri ſui per ſingulas paginas à capite ad calcem, ejuſque defenſionem obtulerit: Quod poſtea petierit 500. falſitates à Perrono chartæ committi, ſibique aut Thuano tradi. Sed neutrum cum acciperet Perronus favore Regis & Cancellarii pro tempore uſus[b]; Adeo ut compulſus ſit Pleſſæus, quibuſcunque conditionibus ab adverſario fixis, collationem illam ſubire. Quod favor & applauſus cõceſſus vela Peronii non parum impleverit, Pleſſæi contra animum depreſſerit, ut quidem innuit Petrus Math. *Ce rebut & ceſte desfaveur des aſiſtans augmenta le trouble de du Pleſis, auſſi eſt il vray que la poincte des beaux eſprits s'emouſſe quand on les desfavoriſe. Præſtantiſſimorum ingeniorum acrimonia obtunditur, cum non laudatur. Agathias.*

Præterea ex Delegatis tres erant Pontificii; è duob. Reformatis alter nutabat. Omnibus illis præerat Cancellarius & ipſe Rex, qui quantum tum temporis Perrono ſtuduerint, conſtat ex actis Collationis imprimis iis quæ collationem præcedebant, de quibus Petrus Matth. *Du Pleſsis ſe plaignoit de la grande affection que le Roy monſtroit pour faire reüſsir ceſte action au contentement de l'Eveſque d'Evreux, & de ce quand il en parloit à ſa Majeſté, elle reſpondit ſi froidement, & luy faiſoit ſi court; qu'il recognoiſſoit bien que tout alloit à ſa desfaveur. Il la ſupplioit pourtant de le vouloir ouyr & luy dict, &c.* Et pagina 541. ubi referens quæ inter Regem & nuntium Papæ conteſtantem contra collationẽ, acta ſunt, addit in margine: *On donna eſperance au Nonce que l'affaire ſeroit conduit avecq tel art pour l'Egliſe Romaine, que le Pape n'en pourroit recevoir que du contentement, en ces mots nommement, que le dementi en demeureroit aux heretiques.* Ita Nũtius Papalis *ſe retira treſcontent & ſatisfaict.* An hic jam conditiones obſervatæ quas tu in collatione requiris, ut *locus, ſecuritas, odium & favor Iudicum, & ut dici ſolet, arma, ſol, ventus, & pulvis ex æquo dividantur, &c.* vide reliqua in Reſponſione Lovanienſium ad Provocationem Miniſtrorum Sylvæduc. quam ſupra lib. 1. cap. 1. præmiſimus.

Et tamen nos nullius Magiſtratus *ſententiam aut pronuntiationem* (ut in collat. Bellaquæa factum) ſed tantum *Ordinis cuſtodiam* Sylvæ-ducis quærebamus. Vide Provocationem noſtram, ejuſque defenſionem in Declaratione Belgica & Philonio.

Omiſit etiam Authores de quibus collatio illa erat inſtituta: neque enim ullus erat Propheta aut Apoſtolus, nullus antiquus, nedum antiquiſſimus, Pater, nullus etiam ex trecentis locis, quos habet præfatio; ſed novem illis permiſcentur *Bernardus, Scotus, Durandus*, & (quod ridiculum) *Petrus Crinitus*, quorum *Durandus & Scotus*

 ex

[a] Sic Thuanus & Petrus Matth. [b] Vide Cancellarii ad Perronum Epiſt. ubi hæc fuſe narrantur. Et Petr. Matth.

ex libro & capite ultimo fuere depromti. Iſtis furcillis ſcilicet, de ponte veritatis & antiquitatis, Scripturarum & Patrum deturbandus erat Pleſſæus. Verum occultare voluiſti illud, cujus etiam ſuppudet Petrum Matth. *La diſpute meritoit d'eſtre entamée par quelque celebre paſſage ou des Eſcritures Canoniques, ou de quelque ancien Pere d'authorité ineffragable. Mais elle commença par Scotus, qui eſtoit l'un des ſoixante paſſages citez, &c.* Et hoc facit ad hiſtoriam, quod ex ore Pleſſæi refert Petrus Matheus, de libris mutatis: *On remarqua en du Pleſsis de l'eſtonnement. Il dict depuis, que ce n'eſtoit pas pour la preuve du paſſage, mais pource qu'il recognut que l'Eveſque d'Evreux luy avoit faict un tour de College, luy ayant envoyé le ſoir un exemplaire de Scotus d'une impreſsion, & luy en preſentant un autre le lendemain en la Conference.* Addit Pleſſæus cui nemo quod ſciam hactenus contradixit, loca ſexaginta à Perrono ipſi miſſa annotatis tantum paginis, abſque indicatione falſitatis, quæ & ubi illa eſſet miſſa; dicit enim *poſt mediam noctem; libros ſubmiſſos circa ſecundam, repetitos ſexta matutina, indictam collationē ad octavam: ita nocte illa novemdecim loca examinaſſe quantū per viſus infirmitatē fieri poterat.* [a] Petr. Matth. refert Perronum Regi miſiſſe 60. loca, Regem Pleſſæo circa mediam noctē. De Pleſſæo addit: *Il ſe prepara pour le lendemain ſur dix neuf, ne pouvant verifier les reſte, parce que les livres que l'Eveſque d'Evreux luy avoit envoyez ſur la minuict, furent repetez & rendus par les ſept heures du matin, pour eſtre portez au logis du Roy à l'heure deſtinée pour la conference. Il eut bien peu de temps pour les conſiderer, mais eſtant l'Autheur du livre, il eſtoit preparé à tout ce qu'il y avoit dedans.*

Sexto. *Sed parva iſta ſunt, ſi cæteras ejus vel craſsiſsimas ignorantias vel falſitates in eodem uno libello conſideres. Vix enim eſt pagina ubi non imperitiſsime offendat, aut imperitis turpiter fucum faciat. Longum eſt feſtinanti ſingula recenſere, &c.*

Reſp. I. Hæc Perroni fides, ex quo iſta exſcripſit? jam ipſe libellum ſcilicet Pleſſæi non vidit. Si in Parnaſſo ſuo ſibi non ſomniaſſet perpetuo, vel fando audiviſſet ad omnia illa fuſe reſponſum eſſe à Pleſſæo in lib. jam ſæpius laudato, *Reſponſe, &c.* & alrero adverſus *Du Pui, Bulenger, & Burdegalenſes.* Cum illi, imprimis glorioſus Perronius, poſt tot annorum luſtra, nihil crambes ſuæ repoſuerint, utiq; opinor Ianſenium & lectorem Pleſſæi apologia contentum fore, quo utrumque remittimus, ne actum agamus. Interim repetimus illud quod Pleſſæus libri de miſſa fruſtra petiti iteratę editioni in folio præmiſit.

Acrior erumpit, nequidquam obtenditur umbra.

II. Parum ad ſucceſſionem perſonalem (de qua inſtitutum erat agere) minus ad veritatem fidei noſtræ faceret, ſiquidē Pleſſæus probaretur alicubi in tam conferta citationum turba hallucinatus eſſe. Nihil etjam ſphalmata libri de Miſſa, ad ſubverſionem Myſterii iniquitatis ſeu hiſtoriæ Papatus. Itaque hactenus mente & calamo evagatus eſt Ianſenius.

III. Ignorantias & falſitates in citandis ſcripturis, patribus, aliiſq; authoribus quæ in Theologis Pontificiis, & ipſis Pontificum decretalibus atque ejuſdem authenticis occurrunt, ſi quis enumerare & colligere velit, facilius initium & progreſſum, quam finem inveniet. Concludat ergo hinc Ianſenius, portenta, monſtra ſcriptorum. Ipſe ille locus Hieronymi, de quo in collatione diſceptatum, à gloſſa ordinaria aliiſq; Pontificiis ita citatus erat, ex quibus Pleſſæus deſcripſerat, propriis & conſuetis citationibus adverſarios confundens. Vide Petr. Matthæum.

IV. Egregiam laudem iſtius velitationis Perronicæ! audiamus ipſius Pleſſæi verbis decantatam in Reſponſ. ad acta collationis, pag. 3. 4. 5. 6.

Premierement,

[a] Pleſſæus in *Reſponſe au livre, &c.* pag. 2. 3. Et acta collationis Gallice & Belgice edita, pro Pleſſæo.

Premierement ; Qu'il avoit faict ſonner bien haut aux oreilles de toute la France, que ce livre eſtoit plein d'allegations des Peres, de l'Eſcriture ſaincte, meſme partie ſuppoſées, partie falſifiées, que de bout à autre il ne ſe trouvoit preſque autre choſe. Et neantmoins, quand il eſt queſtion de les produire au jour, nous met an premier rang Charles Magne, qui eſcrivoit l'an 800. Scotus & Durandus apres l'an treize cens. Ceux la en conſcience, ſont ils appellez Peres? Et quand en une moiſſon ſi ample de cinq ou ſix mille paſſages, il eſt reduit à glaner ſur ceux là, donne il pas argument à un chacun de croire qu'il n'a rien à regratter ſur ce que j'allegue de l'Eſcriture ſaincte, peu meſmes à caviller ſur ce que je produis des Peres? car eſtant queſtion de mettre (bon Capitaine de fauſſetez qu'il eſt) les mieux morionnez à la teſte, euſt il oublié d'y avancer les lieux de l'Eſcriture & des ſaincts Peres, &c. Et Paulo poſt. *Secondement ; note le Lecteur, que ces lieux de Scotus & Durand, ſont pris de mon quatrieſme & dernier livre, & du dernier chap. p. 869. & 870. Et ici remarque derechef ſon impudence à impoſer, ſon imprudence à diſpoſer ſes impoſtures. En ma preface doncq, qui contenoit plus de trois cens lieux des Peres Grecs & Latins, concernans l'authorité des S. Eſcritures, contre l'inſuffiſance dont il les blaſonne: il n'a point trouve dont il ait peu armer ſon front, la teſte de ſa calumnie. En mes livres premier & ſecond tout auſſi peu: eſquels je deduis le progres & conſtruction de la Meſſe Romaine, les circonſtances & dependances, par les teſmoignages des Peres, des Conciles, & des meilleures hiſtoires. Moins en mon troiſieſme, ou je deſtruis le Sacrifice de la Meſſe, le Purgatoire, l'Invocation des ſaincts, & les merites, tant par l'Eſcriture ſaincte que par les plus celebres Docteurs de l'Egliſe. Car quelle apparence qu'il euſt deu laiſſer tels avantages en arriere? Il vient doncq au quatrieſme livre, & encor ou s'en prend-il? Non certes aux 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Chapitres, eſquels j'avoy fondé la vraye doctrine du S. Sacrament de la Cene par l'Eſcriture S. & par les Peres, baillé certaines regles puiſees de la pure antiquité pour l intelligence du Sacrament, prouvé de temps en temps, par lieux tres-evidens de tous les Peres Grecs & Latins, quils n'avoyent onq cognu la Tranſubſtantiation, ny de nom, ny de faict, onq entendu la preſence reelle es ſignes, ou pluſtoſt es accidens des ſignes. Et ceſtoyent neantmoins proprement ces teſmoins, ces teſmoignages là qu'il falloit enerver, objecter, impugner: qui par luy non enervez, non objectez, non impugnez, en une ſi grande ardeur ains liberté, ains authoritez de m'accuſer, demeurent deſormais inexpugnables, inaccuſables, vont paſſer en force des choſes jugée. Mais bien il s'accroche à ce dernier chapitre de mon dernier livre, ou traittant le progrez de la tranſubſtantiation depuis le Concile de Latran, ou elle avoit eſte eſtablie environ l'an 1215. par la Decretale y publiée: qui commence,* Firmiter credimus, *nous croyons fermement, je monſtre les brutales queſtions qui ſeroyent procedées de cette nouvelle doctrine, non moins incognuë à l'antiquité, que celle qui les auroit engendrées: les contradictions auſſi, & les doutes qu'elle rencontroit, qu'elle formoit dans les eſprits, dans les eſcrits, & des plus doctes de ces tenebreux ſiecles. Hugues Cardinal, Thomas Bonaventure, &c. A tous leſquels, qui luy contrarient en plus forts termes, tacitement il acquieſce, par ſon ſilence, ſauf ſeulement au regard de Scotus & Durand, choiſiz de plus de mille en ce ſubject, ſur leſquels il me prend à partie. Verification certe tout evidente de tout les autres paſſages, puis qu'il n'y touche point, ſi la regle des Iuriſconſultes a lieu, l'exception confirme la regle.*

Septimo. *Quod ad Dominum Rivetum attinet, nulla mihi unquam cum eo quæſtio fuit. Verumtamen quia toties eum, &c.*

Reſp. I. Par ubique dexteritas; nos ad *defenſionem myſterii Pleſſæani* provocamus; Ianſenius excipit, ſed in terminis generalibus, adverſus diſputationem ejus cum Bayllio Ieſuita habitam, quæ nunquam fuit in rerum natura. Audivit, credo de ſcripto Riveti contra Bayllii catecheſim, quod aliquoties Gallice, & nuper Latine editũ eſt, titulo *Catholici Orthodoxi*. Monſtrum

 ſcriptoris!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſcriptoris! qui ex libro Riveti facit ſingulare certamen Riveti cum Bayllio, ejuſque diſputationis ſucceſſum & effecta (non entis ſcilicet affectionis) memorat. I ergo tu & exprobra Pleſſæo: *En tibi lector in Theologia monſtrum, horrendum, informe, ingens, &c.*

II. Stat ergo hic Author noſter, quem pro ſucceſſione citamus; cujus egregium tractatum ne minimo digito attigit Ianſenius, pag. 253. quamvis forti brachio nos expugnatum venerit. Immo nec ullum tractatum *quid* pro *quo* Catholicum Orthodoxum ſcilicet, quem etiam exſerte in declaratione Belgica citamus, Molinæus Perronum protrivit libro illo *nouveauté du Papiſme*; Pleſſæus & Rivetus Baronium, ejuſque recoctorem *Couffeteau* in lib. *Remarques & conſiderations, &c.* Et tamen in Gallia hactenus oracula ceſſant, Tripodes conticeſcunt, antiquitas & ſucceſſio reformatur, novitas Papatui relinquitur; in nova methodo Perroniana (quæ Bellarminos, Baronios, Perronos omnes explodit) ſola ſpes, ſiquidem tabulæ naufragii colligi poſſint. Quid ergo reſtat quam ut Gallis laborantibus ſuccurrant ex Belgio Ianſenii, Guil. ab Angelis, & ſimiles anteſignani? ſed videant ne ſi ita à fronte invadant Molinęum & Rivetum, & per ſingula capita criminis pugnent, libri ipſorum idem fatum Pariſiis experiantur, quod Zvvarezii, Marianæ, Bellarmini, Becani jam illic expertos novimus.

III. Quæ porro in Rivetum improbe calumniatus eſt, vide abſterſa ab ipſo Riveto cujus epiſtolam ſubjicimus, ut bis coram doctis in Europa viris pudefiat Ianſenius.

Interim notare velimus, familiare eſſe adverſariis noſtris cum ſcripta, cum refutationes & demonſtrationes noſtrorum opponimus, quæ vel minimo digito hactenus attingere non audent, ad locos perſonales excurrere, ut ventoſo ſaltem aliquo dicterio & præjudicio auctoritatem iſtorum elevent, & belli molem declinent, cauponantes bellum non belligerantes: Aliter enim hæc ſacra non conſtant. Eſt hæc inter columnas Papiſmi, *Dorica, Ionica, Latina,* ſive *Italica mediana, angularis.* Inter alios celebris eſt in Romanis Pandectis titulus calumniarum, & mendaciorum in Doctores & miniſtros, cujus capita potiſſima ſunt, [a] de Monachatu, Ignorantia & ἀπαιδευσία miniſtrorum, de Fuga diſputationum & clade in iis accepta; de horrendo & infelici exitu ex hac vita non abſq; deſperatione, execrationibus, blaſphemiis, dæmonum legionibus; aut religionis ſuæ deteſtatione & ad Papiſmũ finali converſione. De vulneribus, de clade in collationibus accepta, à Pleſſæo, à Riveto (quia illos heroas, & invicta, partim etiam intacta eorum ſcripta illi oppoſueram) placuit etiam Ianſenio, non poëtice aut comice, ſed ruſticè & ſcurriliter calumniari. Sed miror quod *Molinæum*, quem non minus ac illos indicamus non adjunxerit, cujus ſola *Novitas Papiſmi* omnes copias Succeſſionis profligare poſſit, ſiquidem Pleſſæum & Rivetum ab hac actione ſubmoviſſe ſe putat. An nullus iſthic fuit, qui Scoticæ linguæ gnarus fabulam narraret de Molinæi fuga *quod toties ad diſputationem provocatus à ſanctæ iſtius ſocietatis Ieſu eruditiſſimis viris, comparere recuſaverit; & quod 26. Miniſtri Dieppæ publicè à patre Ieſuita provocati comparere non auſerint, quamvis ille propria ipſorum Biblia & Calvini juſtitutionem diſputationis judices offerret.* Vt quidam Scotus Papiſta P. A. ἰδίᾳ διαλέκτῳ (quâ alioquin vulgo libri ad eruditis non ita ſcribuntur, ſed communi Anglica) trãs mare inter populares ſuos toto orbe diviſos ſcilicet ſparſit.

[a] Vide exempla apud Molinæum in Novitate Papiſmi part.2.controv.8.cap.10. Et Cauſaubon.exercitat. 1.paragr.4. Et Mericum Caſaubon. in Pietate.

ſit.[a] Prudenter ſanè Coloniam illam mendaciorum in Scotiam ex Gallia traduxiſſe ſe putavit, quia Galli rarò Scotica attingunt, & ſi in Gallia tam infrunita ageretur fabula viri eruditi & Politici, etiam Papiſtæ cum universa plebe Pariſienſi, eam exploderent: ut quidem certamina Molinæi & notus illic Molinæus nuperrimè à Clariſſimo illo Scriptore Pontificiæ Religionis elogio hoc ornatus: *Et que je regarde il y a long temps dans le party Huguenot, comme un excellent Pilote, qui brave toute une flotte dans un brigantin.* Balzac. epiſt. ad Molin. Si Pergama dextrâ defendi poſſent, etiam hæc defenſa fuiſſent. De Prædicãtibus, per triviales pueros Ieſuitarũ devictis, Coſterus Ieſuita ante annos aliquot, narrabat Illuſtr. & Præpotentibus Ordd. Fœder. Belgii in epiſt. ad DD. eorũ ſcripta. Nuper etiam Trajecti ad Moſam pulpita Monachorum ſonabant, Miniſtros neſcio quid in diſputatiuncula aliqua illic paſſos; quo factum eſt, ut rei geſtæ hiſtoriolam, & probroſam refugis illis provocationem publicarint noſtri. De diſputatione in Anglia, per quam duo Comites & 100. alii auditores ad Papiſmum eſſent converſi vide mendaciſſimam gloriationem detectam à Doctore Prideaux in lect. de Viſibilit. Eccleſ. artic. 11. Eadem fide Annales Dominicanorum Alphonſi Fernandes fabulantur ad annum 1601. Sebaſt. Michaelis oppoſuiſſe ſe Bezæ, Geneva frequenter Montempeſſulanum adventanti, plurimis ad fidem Catholicam reductis: Cum tamen Beza neque tempore illo, neque alias uſquam Monſpeſſuli habitaverit, nec eo unquam veniſſe, probari poſſit ut conciones haberet, aut Eccleſiam regeret, nec Sebaſtianum illum unquam viderit.

IV. Puerile illud dicterium, de *Pleſſæo milite* quod occurrit in Epiſtola dedicatoria, reſponſum non meretur apud Pontificios, niſi forte in Anabaptiſtarum caſtra tranſire velit Ianſenius. Vocatio militis eſt in ſe bona, ſiquidem quis militet pro bona cauſa in bello legitimo. Conveniebat etiam talis vocatio melius Pleſſæo nobili quam Papis, Cardinalibus, Epiſcopis, Monachis aliiſque ſpiritualitatem profeſſis.[b] Iuſtius etiam erat militem agere pro legitimo Rege & Regno quam cum conjuratis, rebellibus, & patriæ hoſtibus latrocinia exercere in homines pios atque innocentes, quod Clericis non inſolens. Denique militis iſtius ſcriptis, tanquam eximii Reformationis Doctoris nos inſtrui non pudet. Videant adverſarii, ſi hoc ad contemptum facit, quos in angelica ſua hierarchia habeant milites *VVilhelmum Aquitanum* Patrem Aſcetarum, qui Wilhelmitæ appellantur, quem diabolica revelatione ducem belli ſe Lucenſibus obtruſiſſe, cum jam relicta militia Monachatui annis aliquot fuiſſet initiatus, apertè in honorem ordinis ſcil. Wilhelmitici nobis exponit Ieſuita Delrio Diſquit. magic. lib. 4. cap. 1. q. 3. ſect. 5. Norunt Wilhelmitæ quondam Sylvæ-Ducenſes in Baſeldoncq, quanto honore & quo fine, ordinem illorum proſecuti ſint Ieſuitæ. Habent Iulium II. Martis pullum, belli fulmen bellicoſiſſimum, in forma viſibili & in actu ſecundo belligerantem[c].

Habent & *Dominicum* Patrem Dominicanorũ, qui gladio verbi ſpirituali converſionis Waldenſes, gladium materialem etjam adjunxit σύντεδὺ ἐρχομένῳ. Præterea *Ignatium*[d] ex milite factum caput ſacerrimæ iſtius militiæ, quæ tot geſtis & victoriis hodie

[a] Iac. Laingæus Scotus Doctor Sorbonic. libr. de Vita & moribus Hæreticor. in Præfat. ad Regin Mariam & Iacobum VI. *Forſitan, optime Princeps, quæras, cur potius ſcripſi Latinè quam Scotice: ratio ita in promptu eſt, ut res diſputatione non egeat. Tres ſunt linguæ elegantes, Hebr. Gr. Latin. &c. cæteras linguas cum ſint barbaræ, barbaris & hæreticis tanquam propriis relinquo, &c. barbara lingua noſtra, &c.* [b] De Clericis bellatoribus paſſim hiſtoriæ Thuani & Guicciardin. &c. Vide ſodes hunc lib. 13. 5. 14. Et Iovium lib. 23. & 25. Et in vita Pompei Columnæ. [c] De Iulio II. in caſtris, in acie, vide Guicciardin. lib. 6. [d] Vide appendic. ad Myſter. Ieſuitarum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

die apud Chriſtianos non tantum, ſed & Turcas cluit.

—— Sive ſiculis

Opus foret necare, ſive fulmine. Quæ belli fulmina etiam nunc tam formidanda, ut invictos illos Dominos non puduerit nuper tale epiphonema illis accinere: *Vita Ignatii eſt mors S. Marci, & mors Ignatii eſt vita S. Marci*[a].

Habent præterea Sicarios, aſſaſinos, paricidas, qui ſacro ordine & titulo inſignes vitam Regum, Principum, privatorum oppugnarunt, & ſubinde expugnarunt. Iacobos, Clementes, Garnetos, Rennichorios, Timmermannos, & ſimiles non eſt quod memorem. Publica illa nomina ſunt, & per ora omnium nunc volitant. Privatum eſt quod refert Alb. Widmanſtadius Senator Regius & Auſtriæ Cancellarius, *de ſacerdote quodam æmulo ſuo, qui ſicarium ad ſe trucidandum conduxerat, ut ſcil. ære alieno exiret, menſaq; lautius frueretur*[b]. Sed hęc ſupra militiam ſunt, & ad alium locum communem pertinent. Redeamus ad milites. Cardinalis Pelagius totam belli adminiſtrationem ad ſe rapiens, res & ſpes Chriſtianorum in Oriente plane intervertit.[c] Plurimos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & perſonas Eccleſiaſticas, expeditiones in Waldenſes & Albigenſes ſuſcepiſſe teſtantur Rob. Altiſſiodor. in Cronico, ann. 1209. & Vincent. in ſpeculo Hiſtor. lib. 30. c. 9.

Franc. Guicciard. lib. 13. c. 7. dicit *Franciottum* ex milite factum Cardinalem. *Clementem VIII.* ex milite S. Iohannis factum Cardinalem & deinde Papam, Onuphr. lib. de Pontif. p. 364. *Paulum IV.* Papam, qui olim fuerat pediſſeques, ſeu puer honorarius (Page) Regis Hiſpaniæ, & tamē bellum illi movit cogitãs eum Regno Neapolitano & omnibus, quæ in Italia poſſidebat, exuere; teſte Cardin. Toleto apud Oſſat. lib. 2. ep. 51. Sixtus IV. de cujus bellis Iovius in vita Leonis X. *Arnoldum Abbatem Ciſtercienſem* prædicatorem & caput exercitus Crucigerorum contra Albigenſes, Cæſar. lib. 5. cap. 21.

Carolum Angenæum Cœnomannorum Epiſcopum, qui ſummam armorum præfecturam in ea provincia arripuerat, Thuan. lib. 36.

Pompejum Columnam ex milite factum Cardinalem, quem ad *arma potius atque imperia, quam ſacrorum myſteria natum, nec ineptè nec inſolenter feciſſe videri*, ſcribit Iovius,[d] *quod ſacrata abuſus purpura, uſurpatis bellicis muneribus, pro ſalute & dignitate domus contenderit.* A quo duella oblata, bella per omnem vitam excitata & adminiſtrata, Romam occupatam, præconem adverſarii ſui per famulos obtruncatum: atque ita *Hiſpanicam ſuperbiam Romana ſuperbia retuſam*, idque approbāte illis ipſiſſimis verbis poſtea Pontifice, militariter & encomiaſticè deſcribit, & in epilogo *omnibus divinarum atque humanarum officio laudandis atque admirandis parem facit.*

Cardinalem d'Avila Hiſpanum in ipſo conclavi ad monomachiam Cardinalem Aldobrandinum provocaſſe, equitemque ſe natum jactantem videre eſt in *Les Ambaſſ. & Negotiations* Perroni. lib. 3. pag. 137. *Henricus à Ioieuſa Capuchinus cum venia Pontificis à cuculla ad loricam evocatus, redit ad præfecturas militares, pugnat, molitur ſeria & ludicra, convivatur, rebus privatis ſtudet, denique credas ex animo vel nomen ipſum Capuchinorum eraſiſſe,* Boter. lib. 6. pag. 211. Anno 1599.

Andreas Cardinalis Subpræfectus Archiducis Alberti bellum Belgicum adminiſtrat, Botereus ibid. pag. 210.

Atque hi quidem ex ſacro ordine milites & plus quam milites contra Canones Apoſtolorum ita dictos can. 84. Ἐπίσκοπος, πρεσβύτερος ἢ διάκονος στρατείᾳ σχολάζων, &c. id eſt,

[a] In Reſponſo Ducis & Senat. Veniti ad legatum Regis Chriſtianiſſ. anno 1630. [b] In Elementis linguæ Syriacæ Viennæ editis anno 1555. in epilogo. [c] Refert Rivetus contra Couffeteau part. 2. pag 389. [d] In vita Pompei Columnæ epiſt. dedic. & p. 303. 304. 305.

id eſt, *Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus operam dans militiæ, & ſimul utrumque retinere volens, Romanam puta præfecturam, & ſacram functionem, deponatur.*

Et Concilii Chalcedon [a]. *Eos qui ſemel in clero cooptati ſunt, & monaſticam vitam expetiverunt ſtatuimus, neque ad militiam, neque ad ſæcularem dignitatem venire. Aut hoc audentes nec pœnitentiam agentes ut ad id revertantur, quod propter Deum prius elegerant, anathematizari.* Sed talem militiam Clericorum defendit tamen Henric. Caſtanæus Epiſcopus Pictavienſis, & Baronius, qui contrarium aſſerentes hæreſews damnat. Baronius ad ann. 1073. n. 14. 15. 16. & ſeqq.

Confer quæ ſupra diximus de militia Clericorum libro 2. ſect. 2. & ſect. 3. cap. 2. Famoſus ſive infamis Mariana de Rege & Regis Inſtitut. libr. 1. pag. 89. 90. vult *firmiſsimas arces eorum in fidem tradi, ut quaſi injectis compedibus pravitas & impietas, &c. & novandi libido ne ſe commoveat, conſtricta teneatur, &c. Scimus in Germania & Gallia, ſi quid incolume manet in tanta novandi licentia, in tanta atrocitate temporis, Epiſcoporum viribus & potentiæ totum fere acceptum ferri, &c. Epiſcoporum enim partes ſunt, uti Rodericus præſul ait, non ſacra tractare modo, ſed etiam Rempublic. præſtare, &c.*

[a] Eſt Can. 185. in codic. Can. Eccleſ. univerſ.

Henricus Ludovicus Rupipoſæus Epiſcopus Pictavienſis non ſolum arma tractavit, & armato populo armatus præivit, ut Pictavio nonnullos ex Patritiis quibus diffidebat ejiceret: ſed etiam Apologiam edidit anno 1615. adverſus eos qui dicebant, non licere Eccleſiaſticis in caſu neceſſitatis ad arma recurrere: ſub cujus finem Catalogum bene longum texuit Cardinalium & Epiſcoporum qui tempore neceſſitatis arma tractarunt, Ioannis Columnæ Legati Gregorii IX. contra Fridericum, Arnoldi Pelgrue Vaſconis contra Venetos, Ægidii Albornas Cardinalis Toletani, cum Rege Caſtiliæ contra Mauros, & contra Ludovicum Bavarum & aliorum complurium, quorum nomina ibidem legi poſſunt, ſimulq; videri nullam coëgiſſe neceſſitatem ut viri Eccleſiaſtici ad id negotium admoverentur; quando laicorum ducum ſatis larga copia ſuppeteret.

Quoniam autem de Reveti Epiſtola, *qua duas calumnias abſtergit, ſuæ famæ aſperſas ex virulentia ſpongiæ, qua notas Alexipharmaco ſuo merito inſperſas delere fruſtra conatus eſt Cornelius Ianſenius*, eam hic exhibemus, ſicut edita fuit Lugduni Batavorum, apud Fr. Hegherum, 1631.

Reverendo & Doctiſsimo Viro,

D. GISBERTO VOETIO,

Eccleſiæ Heuſdanæ Paſtori vigilantiſſimo,

ANDREAS RIVETVS S. P. in Chriſto precatur.

Reverende & doctiſsime vir, frater in Chriſto chariſsime,

Vidi CORNELII IANSSENII ſpongiam, amaritudinis felle delibutam, & vanitate incredibili tumeſcentem, quam tibi difficile non erit evacuare, & hominis retundere improbitatem. Me quod attinet, ita eſt ut dicis, *Impudenter falſum eſſe quod objicit, ut vel pueri, tecum ipſum exſibilare poſſint.* Quia tamen nudè & Hi-

ſtorice ſuper eo aliquid à me petis, morem tibi gerere non gravabor. Sed illud primum
notabo, occaſionem quam arripuit in me deblaterandi vaniſſimam fuiſſe. Fatetur ille
quidem pag. libri ſui 254. *Nullam ſibi mecum fuiſſe unquam quæſtionem.* Vult autem inde anſam
ſibi fuiſſe præbitam, quod *toties* me honoris cauſa nominaveris. Et certe, maximo hono-
ri duco, cum aliqua laude, à talibus, mei fieri mentionem. At librum tuum dum le-
go, *toties* illud non reperi factum, nec etiam opus fuit; niſi quod bis factum fuit, *toties*,
IANSSENIO factum fuiſſe videatur. Semel quidem meminiſti meæ defenſionis pro
illuſtri Pleſſæo adverſus Peleterium, Brayeum, & Cuffetellum; & alibi, Catholici Or-
thodoxi, quo Bailii Catechiſmum refutavi. De quo Ieſuita, etſi poſtremo loco agat, quia
tamen quæ mihi cum illo fuit controverſia prior fuit tempore, potior erit jure. Res ita
ſe habuit. Anno 1607. Gulielmus Bailius Burdegala miſſus fuit Pictavium, ut ibi, cum
aliis, jaceret fundamenta novi Collegii; & dum negotium illud pararetur, Fontiniacum
venit, ut ibi conciones haberet quadrageſimales. Secum autem attulerat Controverſia-
rum Catechiſmum, quem edidit & curavit apud nos diſſeminari. Redibam tum ex Nan-
netenſi agro, quo à Synodo Nationali miſſus fueram, ut Eccleſiolam ibidem inſtaura-
rem, quo ipſo tempore convenerat Pouſaugii Synodus Provincialis. Allatus ibi fuit li-
bellus Bailii, & provincia mihi demandata illum examinandi. Id à me factum eſt proxi-
mo trimeſtri, & examen illud meum, cum inſerto adverſarii libro, editum fuit Rupellæ.
Bailius, qui Burdegalam redierat, edito Prodromo, prolixæ & accuratæ reſponſionis
ſpem fecit. Excepi eam, publicato poſt dies paucos Antiprodromo, quo accepto ſiluit,
niſi quod edito rurſus Catechiſmo ſuo, novas aliquot quæſtiones addidit, & bis tantum
mei meminit. Quicquid novum addiderat refellendum reſumpſi, & edito *Veritatis Trium-
pho*, hominem ex eo tempore ad ἐχεμυθίαν redegi, nec de eo quicquam audivi, quamvis
Catholicus meus Orthodoxus, qui jam latine prodiit, magna acceſſione auctus bis galli-
ce, poſt editionem primam, excuſus fuerit. Bailium autem nunquam vidi, nec ater an al-
bus fuerit ſcivi. ex quibus ita deductis, vel cæcus judicabit, quid ſentiendum ſit de rhe-
torico illo tui IANSSENII colore, *Quod ad Dominum* RIVETVM *attinet, nulla mihi unquam
cum eo quæſtio fuit. Verumtamen quia toties eum in utroque tuo libello, ſæpius importune, celebratum
voluiſti, vel ipſe ſe voluit, operæ tuæ non amiſiſſes pretium, ſi etiam ſingularis illius certaminis, quo cum
Reverendo Patre Guilhelmo Bailio, inſtar Pleſſæi, conſeruit manus, ſucceſſum, honeſtaque in fronte vul-
nera recenſuiſſes.* Illud ſuum *toties* & *ſæpius* repetit; quo jure noſti, & alii judicabunt. Quod
interſerit, *vel ipſe ſe voluit*, ut me vanitatis inſimulet, pede ſuo me metitur. Sed id nemo
melius refellere poteſt quam tu, qui noſti an unquam quicquam tale, vel obiter, inſinua-
verim, de quo ne per ſomnium quidem cogitavi. Ad ſingulare illud certamen quod ſpe-
ctat, ſi illud quod antea à me deſcriptum fuit intelligat, extant utriuſque ſcripta, nec re-
fugio Doctorum judicium, de eo qui honeſta illa in fronte vulnera tulerit, aut cui ſtigma-
ta remaneant. Quod ſi de aliqua inter nos præſentes collatione id intellexerit, aut inſig-
niter mentiri voluit, aut fuit à mendaciſſimo mortali deluſus; cujus rei ipſum Bailium, ſi
adhuc in vivis ſit, teſtem adhibere volo, qui nunquam, ut dixi, à me viſus fuit vel auditus.
Ad ſecundam calumniam venio, quam pluribus in præfatione perſequitur. Dicit Primò,
*Miniſtros in Gallia dum fortuna foret, ſubornaſſe Pleſſæum, muneris & miniſterii ſui onera in militem
transferentes.* Hoc tam putidum eſt, ut me objicientis pudeat, & uno verbo ſolvi poteſt, à
quo abſtineo, ne durius aliquid dicam, ſimpliciter regero, falſum eſſe; nec in Gallia fuiſſe
Pleſſæum, cum primum calamum ſtringere cæpit in Eccleſiam Romanam, nec militis
nomen,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nomen, aut rem etiam, impedire debuiſſe, quo minus *arte* ut *marte* præſtaret, quod fuit ejus Symbolum; nec Ieſuitæ qui *militem* habuerunt artis Ieſuiticæ inventorem, hæc duo combinari poſſe non putant, qui in præfatione commentariorum Maldonati ſui in quatuor Euangelia, hoc, Ioanni Porceleto, à Malliana Ballivo Metenſi tribuunt, quod *ſit pius juxta ac eruditus, ſupra Theologum Miles, & ſupra militem Theologus*, quæ certe laus nulli hoc noſtro ſeculo, majori jure tribui potuit, quam Pleſſæo; quo tamen ſcribente, Miniſtros in Gallia pennam non abjeciſſe teſtantur multorum lucubrationes doctiſſimæ, non dicam Calvini, Bezæ, & aliorum qui Pleſſæum anteceſſerunt, ſed Antonii Sadeelis cum quo familiariſſime vixit, Lamberti Danæi Polygraphi, Danielis Chamieri, Petri Molinæi affinis mei, & aliorum quos longum eſſet recenſere. Me ſaltem adverſarius ab eorum numero eximet qui onera miniſterii ſui in militem tranſtulerunt, cum miles ille, quod mihi honori duco, præter miniſterium meum, quod leve non fuit, voluerit etiam me onerare labore defenſionis ſuæ, quem in tam bona cauſa libentiſſime ſuſcepi, adverſus eos qui Hiſtoriæ Papatus ab eo editæ, oblatrarunt. Quid autem in eo præſtiterim, alii judicent ſine præjudicio, quo excæcatus Ianſenius ſententiam pronunciat, de opere nunquam ſibi viſo, quod tamen fuit tale, ut ab eo tempore, nullus adverſariorum, quorũ calumniæ & mendacia fuerunt retuſa, in arenam redire fuerit auſus. Sed audiamus Ianſſenium. *Rivetus*, inquit, *in defenſione Pleßæi, nihil majus præſtitit, quam in reliquo ſuo Galliæ miniſterio, quod tandem abjeciſſe videtur, & in Bataviam avolaſſe, ne urbis ejus Dominum cujus miniſter erat, illuſtriſsimum Ducem Tremoliæ, è primis & antiquiſsimis Regni totius familiis, Eccleſiæ reſtitutum & Catholicum effectum, tota Gallia plaudente, conſpiceret.* Mei in Gallia Miniſterii non eſt, DEO gratia, quod me pudeat, nec meum eſt illud commendare. Quod ſi aliorum teſtimonia hic inſerere vellem, etiam τῶν ἐξ ἐναντίας, calumniatorem poſſem in ruborem dare, niſi plane frontem perfricuerit; ſed parcam pudori meo, nec ipſe referam, quæ publica acta teſtantur: tantum de eo reſpondebo, quod dicar *videri miniſterium meum abjeciſſe, & in Bataviam avolaſſe.* Solet proverbio noſtrate dici, illud *videtur*, eſſe præcautionem adverſus mendacii objectionem. Sed certe contrarium *videtur* & pateſcit, ex iis qui norunt, me ab annis undecim hic miniſterio meo duplici functum fuiſſe in Eccleſia & Academia; quod *abjicere miniſterium* non eſt. *Avolaſſe me in Bataviam* quo ſenſu intelligat, neſcio; certe notum eſt me non ambiviſſe munus aliquod in Batavia, certum eſt etiam mihi, de eo quod poſtea delatum eſt, nunquam antea cogitaſſe, neque me ita feſtinaſſe, ut *avolaſſe* dici debeam. Novit D. Valerius Ianſſenii Collega, Clariſſimum Thomam Erpenium τὸν μακαρίτην bis in Galliam ab Illuſtriſſimis DD. Ordinibus & Magnificis Academiæ Curatoribus, mea cauſa fuiſſe miſſum, nec alios latet, vix poſt anni integri dilationem, me in illam vocationem conſenſiſſe; Synodos Eccleſiarum Gallicarum teſtatas fuiſſe quam difficulter id, vel ad tempus, concederent. Illuſtriſſimam Heroïnam Tremolianam, nuper in Domino pie & ſancte defunctam, nunquam potuiſſe ad id adduci, niſi autoritate & inſtantia Illuſtriſſimi fratris & DD. Ordinum Belgii fœderati; quorum adhuc literas apud me habeo; quod quam ægre fecerit, ipſa ſæpiſſime teſtata eſt, & quo loco apud eam & Illuſtriſ. filium ejus fuerim, plurimis eorum manu ſcriptis literis probare poſſum, ſi quis id in dubium vocare velit. Oportet autem me maxime fuiſſe ſagacem, & præſagum, ſi verum ſit illud Ianſenii, *me avolaſſe è Gallia*, ne viderem quod poſt octennium à meo diſceſſu & ultra, in mutatione Illuſt. Tremolii accidit. Fateor quidem, me adſeribere Dei benignitati erga me, quod

me ſubduxerit ex illis locis, ne oculis meis conſpicerem, quod non ſine animi mœrore maximo intellexi, eum quem ſacro baptiſmo tinxi, & veritatis doctrina imbui, ab ea tam miſere, & ob tam leves cauſas deficientem, non tam *plaudente Gallia*, quam parte quidem, eaque quæ maxinie favere debuit, irridente & inſultante; parte autem deplorante, in qua meum nomen profiteor; qui cordis mei genua coram Domino flecto, ut animam mihi percaram eripiat è laqueis illecebrarum mundi, eamque ſibi devinciat reſtitutam, ex ultimo voto ſanctiſſimæ matris; ut crebris ſuſpiriis lectiſſimæ uxoris ac precibus noſtris exoratus, eam iterum luce cæleſti perfuſam veræ Eccleſiæ reddat. Id mihi ſemper erit cordi erga eum, qui etiamnum voce & ſcriptis teſtatur ſuum erga me affectum; quod, ringente Ianſſenio, ipſius Syngrapha probatum dabo, ſi opus ſit. Quod autem obiter dixi de D. Valerio Ebreæ linguæ Profeſſore Lovanienſi, non dubito quin illius temporis probe meminerit, quo nobis in hoſpitio Cæſaris adfuit, noſque deduxit ad Academiam, in qua ſenior Ianſſenius tum eminebat, de eo autem cum quo tibi negotium eſt nihil tum audiebatur; cujus importunitati hæc dedi & tuæ petitioni; ne veræ viderentur, quæ non retunderentur calumniæ. Ex quibus tanquam ex ſpecimine, omnes judicabunt an veritati litarit adverſarius tuus, donec pleniori tuo reſponſo videant, quam male ſolidi Theologi partes ſuſtinuerit. Reliquum eſt, ut te in hac ſacra militia bonum certamen certantem, & ſtrenuè cum adverſario manus conſerentem, Deo commendemus, qui ſtudiis tuis & laboribus adſit ſpiritu ſuo, iiſque abunde benedicat, ad gloriam nominis ſui, Eccleſiæ ædificationem, atque errantium correctionem & ſalutem. VALE.

Lugduni Batavorum, ipſis Kalend. Octobr. cIↃ IↃc. XXXI.

LIBRI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

LIBRI TERTII SECTIO TERTIA.

De

Seceſſione ſeu ſeparatione Reformatorum.

CAPUT I.

Continet præcognita quædam de ſeparatione & Sciſmate. I. Diſtinctiones ſeparationis ſeu ſeceſſionis. II. Cauſas noſtræ ſeparationis. III. Definitionem Sciſmatis. IV. Determinationem ſeceſſionis noſtræ aliquot concluſionibus comprehenſam.

I. SEPARATIO alia eſt bona, & laudanda; alia mala & illicita. Illius exemplum eſt in Setho ejuſque poſteris, qui à Caini propagine ſe ſepararunt; in Abrahamo, Gen. 12. verſ. 1. 2. 3. 4. cum Ioſ. 24. verſ. 3. In proſelytis ad populum Dei accedentibus; in Iſraelitis decem tribuum à corpore Synagogæ cujuſque ſuæ ſecedentibus; In ſeptem millibus tempore Eliæ. In Apoſtolis & aliis fidelibus ex Eccleſia Iudaica exeuntibus. In Paulo, diſcipulos Epheſi ſeparante, Actor. 19. & Synagogam Corinthi deſerente, Actor. 18. In Orthodoxis, Arrianorum, Donatiſtarum Epiſcoporum & cœtuum communionem deſerentibus[a]. In vere fidelibus ex Babel exeuntibus Apoc. 18. Et ad talem ſeparationem nos vocat Deus, Ieſai. 52. 11. cum 2. Corinth. 6. verſ. 17. *Propterea exite ex medio ipſorum & ſeparamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis & ego recipiam vos, &c.* Et Rom. 16. verſ. 17. *Precor autem vos Fratres, ut obſervetis diſſidiorum & ſcandalorum authores, contra doctrinam, quam vos didiciſtis, & declinetis ab eis.*

Malæ & illicitæ ſeparationis exempla habes in illis, de quibus 1. Ioh. 2. 19. In Corinthiis quibuſdam, de quibus Paulus 1. Corinth. 1. verſ. 12. In illis carnalibus, de quibus Iudas verſ. 19. *qui ſeipſos ſegregant ſpiritum non habentes.* In hypocritis & ſuperbis illis, de quibus Ieſai. 65. verſ. 5. In tepidis & negligentibus illis, Hebr. 10. verſ. 25. In Donatiſtis, de quibus collat. Carthag. Auguſtinus paſſim & Optatus. De utraque ſeparatione Cyrillus Alexandr. in Levitic. lib. 14. *Exiit enim à veritate, & exiit à timore Dei, à fide, à caritate: ſicut ſuperius diximus, quomodo per hæc quis exeat de caſtris Eccleſiæ, etiamſi per Epiſcopi vocem minimè abjiciatur, &c. Vis tibi oſtendam & alium, qui à nullo ejectus eſt, & exiiſſe dicitur? Scriptum eſt de Cain, &c. Sunt tamen & qui bene exeunt, & beati ſunt, quia exeunt. Oſtendam etiam hoc de ſcripturis: Scriptum eſt in Exodo; Omnes qui quærebant nomen Domini exierunt ad Moſem extra caſtra. Iſti bene exierunt extra caſtra, quia ſequebantur Moſen, id eſt, legem Dei, & de aliis dicitur, exite populus meus.* Ambroſ. lib. 6. comment. in Luc. cap. 9. *Si qua eſt Eccleſia, quæ fidem reſpuat, nec Apoſtolicæ prædicationis fundamenta poſſideat; ne quam labem perfidiæ poſſit aſpergere, deſerenda eſt.*

Rurſum ſeparatio alia eſt per vinculi caritatis abruptionem; alia per ſignorum caritatis

a Exempla vide apud Theodoretum lib. 2. c. 7. & lib. 4. cap. 14.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ritatis ceſſationē, hoc eſt, externæ unionis & conſociationis in unum corpus Eccleſiaſticum, per exercitia communia verbi, ſacramentorum, precum, &c.

Poſterior illa erat in Davide, fugiente tyrannidem Saulis & in Paulo deſerente ſynagogas Iudaicas, non vero prior; quæ ſi per tyrannidem, aut propter aliam cauſam ſufficientem, eſt inculpata. Sufficiens autem cauſa eſt, quando communio illa, cum illo corpore Eccleſiaſtico, conſcientiam noſtram communione hæreſeos, idololatriæ, aut impietatis neceſſario & inevitabiliter pollueret.

Eſt etiam ſeparatio, vel quæ in conſtitutionem novi cœtus, ſeu in aſſociationem cum alio aliquo cœtu exit; vel quæ non exit. Illius generis mala quidem erat Ieroboami in Dan & Bethel; Samaritanorum in templo Garizim, Iudæorum in templo Heliopolitano Ægypti adorātium, Donatiſtarum in Africa, Bona vero Pauli, Actor. 19.verſ.8.9.10.Iſraelitarum Eccleſiæ Iudaicæ ſe adjungentium, 2. Paralipom. 11. v. 13. 14. 15. Hujus generis *mala* ſciſmaticorum in Eccleſia Corinthiaca. *Bona*, Iſraelitarum, qui tempore Eliæ genua coram Baal non flectebant. Et talis Seceſſio etiam licitè aliquando fieri poteſt à vera Eccleſia, quando quis non poſt in ejus communione manere abſque communicatione in peccatis; cum manifeſtum eſt periculum ſeductionis; cum perſecutione ſecedere cogitur. Diſtinguitur etiam ſeparatio in proximam & immediatam; & in mediatam ſeu remotam. Sicut unio cujuſque fidelis eſt, vel proxima & actualis ſeu explicita cum illo particulari cœtu Eccleſiaſtico, cui nomen dedit; vel remota (quæ ſæpe virtualis tantum eſt, & implicita) cum aliis omnibus cœtibus qui vinculo ejuſdem profeſſionis & cultus cum ſuo illo cœtu ſive explicite, ſive implicitè cohærent. Separatio immediata eſt, cum quis recedit ab illo cœtu, cum quo primo & proximè unitus fuit; ut ſi quis Corinthius ſeceſſiſſet ab Eccleſia Corinthiaca, Epheſius ab Epheſina. Separatio immediata eſt duplex; una cū ſive legitimè, ſive illegitimè, ex ſuo particulari cætu exiens, etiam ab omnibus Eccleſiis illis exire aut intendit, aut ſaltem intelligitur, qui ejuſdem ſunt communionis. Prior poſſet vocari ſeparatio ab Eccleſia matre; poſterior ab Eccleſia ſorore, cum ſcilicet ſingulæ particulares Eccleſiæ iſtius communitatis ſeorſim conſiderantur.

Poteſt autem fieri ut quis à ſuæ Eccleſiæ corpore ſecedens & ſeorſim ſua ſibi habens, non recedit ab aliis omnibus Eccleſiis, quæ ſunt aut fuerunt; ſed potius cum iis conjungitur; ſi non explicitè, ſaltem implicite & interpretative: quod ſemper fit in caſu hæreſeos, aut idololatriæ, &c. aut ſciſmatis, qua propria ipſius Eccleſia ab aliis illis ſe prior ſeparavit, quantum in ſe eſt. Sic fideles ſeparabant ſe à cœtu qui Arrianus factus erat, aut à cœtu ſciſmatico Donatiſtarum. Altera ſeparatio mediata ſeu remota eſt, cum quis in unione propriæ Eccleſiæ parochianæ aut diœceſianæ & Nationalis permanens, ſive jure, ſive injuria, communionem alterius aut aliarum extra illam deſerit. Quomodo Orientales ab Occidentalium; & viciſſim. Et in Occidente, Itala à Germanicæ aut Gallicæ, & vice verſa, pars una Occidentis ab altera diviſa & ſeparata fuit, quod in contentionibus Eccleſiaſticis, imprimis in 26. Sciſmatis Eccleſiæ Romanæ accidiſſe notiſſimum eſt; ubi tamen neutram partem, ſeparantem aut ſeparatam omni Eccleſiæ, fidei, ſalutis ratione exutam fuiſſe dicent Adverſarii. Vide Ianſenii judicium pag. 260.261. & quæ ibi notamus.

Eſt etiam ſeparatio alia occulta, alia aperta.

Et alia per ſingula Eccleſiæ membra; alia

alia per particulares cœtus, aut cœtus partem, ſeu multitudinem aliquam externa aliqua Eccleſiaſticæ communionis forma præditam; cum ſcilicet una Epiſcopi aut Paſtores, ſeniores, Diaconi à reliquo tum cœtus corpore, tum miniſtrorum Collegio ſe ſubducunt. Vbi ſufficiens cauſa eſt, ſive capitatim ſive catervatim, ſive collegialiter fiat ſeparatio, eſt ea juſta & legitima. Quod ex exemplis juſtæ ſeparationis ſupra allatis facile cuilibet conſtare poterit.

II. De ſeparatione noſtrorum (ſi quæ, & quatenus illa fuit, de quo poſtea) ita dicimus: Fuiſſe eam juſtam & neceſſariam, ob juſtas & ſufficientes cauſas, & per conſequens nullam hic eſſe controverſiam de ſciſmate. Quod ex enumeratione cauſarum, & definitione ſciſmatis facile probari poteſt.

Cauſæ ſunt, 1. Multæ novitates & hæreſes, 2. Idololatria, 3. Quibus accedebant inſanabilis & invincibilis pertinacia, conjuncta cum Tyrannide. Quas cauſas & ante reformationem, & in reformatione, & poſt reformationem agnoverunt plurimi in Papatu, ſive in totum, ſive ex parte; alii timidius, alii liberius, de quibus ante dictum. Nos ſaltem eas hactenus prætendimus, & quidem ſummo jure, ut à noſtris probatum jam inde à prima Reformatione uſque ad Molinei *Nouveauté du Papiſme, & Riveti Catholicum Orthodoxum* incluſive, quibus hactenus nihil reſponſum ab adverſariis. Eſſe autem cauſas illas ſufficientes, nemo opinor, inficiabitur.

Quod ad hæreſes, Ponatur una illa circa juſtificationem gratuitam, cujus momentum deſcribit Apoſtolus Gal. 2. verſ. 21. Rom. capite 10. verſ. 2.3. Et ſi una hæreſis ex ſententia Pontificiorum omnem fidem, Eccleſiam, ſalutem plane tollit; quidni plures ſeparationem nobis ſuaderent?

Idololatria in Romana Eccleſia tam multiplex tamque aperte graſſatur, ut Valentiam Ieſuitam lib. 2. de Idolol. capite 7. nõ puduerit publicè aſſerere Idololatriam aliquam, ſeu cultum Idolorum eſſe licitum: Et Ludovicus Vives, in Comment. ad lib. 8. Auguſt. de civit. Dei cap. 27. rotundè faſſus ſit: *Non videre ſe in multis, quid ſit diſcrimen inter eorum (Pontificiorum) opinionem de ſanctis ſuis, & id quod Gentiles putabant de Diis ſuis.*

Et Moderni Doctores Pontificii miſere Andabatarum more inter ſe pugnantes, nullis diſtinctionibus ab Idololatria ſe expedire & ſibi aut aliis ſatisfacere poſſunt[a]. Iam vero ab omni idololatria fugiendum, quod abſque ſeparatione tali in caſu fieri non poteſt, vide 1. Corinth. 10. 20. 2. Cor. 6. 16. 17. 1. Petr. 4. 3. 1. Ioh. 5. v. ult. 2. Reg. 9. 22. Apoc. 2. 20. 21. 22.

Quam incurabile autem & deſperatum ſit corruptionis malum in Eccleſia Romana ex eo conſtat, quod omnium bonorum votis, clamoribus expetita tamdiu Reformatio, nulla hactenus facta fuerit etjam in illis, ubi ipſi deformationem agnoſcunt & profitentur. [b] Quod Papa, qui corruptionis omnis principium, ab omni errore immunem ſe eſſe jam definiverit. Quod Concilia Generalia nulla jam amplius celebrentur aut celebrari poſſint, in quibus doctrinæ aliquod examen inſtitui queat, tum quia Papæ ea horreant & impediant ob rationes; Thuanus lib. 1. p. 69. tum etiam quia omnẽ authoritatem & infalibilitatẽ ſupra Concilia, & in expoſitione Scripturæ, & dijudicatione controverſiarũ ſibi tribuũt. Quod jurati Papæ aſſeclæ, [c] quorum

[a] Vide Raynoldum de Idololatr. Eccleſ. Rom. Rivetum in Expoſ. Exodi 20. [b] Vide Concilium delectorum Cardinalium [c] Bellarm. de verbo Dei lib 3. c. 10. Et de Pontif. lib. 4. cap. 2.

rum factio ibi prævalet, ſtatuunt Papæ aut Eccleſiæ Romanæ decreta, ſive erret, ſive non, abſque examine ſuſcipienda eſſe. Quod deniq; nō tantum Indicibus expurgatoriis, cenſuris, anathematis ſed & omnis generis ſuppliciis perſequuntur omnia conſilia, dicta, facta, quæ reformationem aliquam præ ſe ferunt.

Summa, quàm fruſtraneum porro & deſperatum ibi ſit quodvis reformationis tentamen, conſtat ex teſtimonio Marcelli II. qui reformationem meditans cum Anno 1555. electus eſſet in Pontificem exclamare coactus fuit poſt auditam lectionem Scripturæ & Patrum in menſa; *Non video, quomodo qui locum hunc altiſſimum tenent ſalvari poſſint.* [a] Et Eſpencæi, in Cap. I. ad Titum. *Diuturnorum motuum nulla alia cauſa major, quam quod tot annis nihil immutatur, nihil emendatur,* &c. *Quid enim vel excuſare, vel excogitare verum aut veriſimile poſſunt, quibus non vel Rex, vel Cæſar, non populus, non Clerus, non generalis Synodus, non tota denique Eccleſia dicere poteſt, Cur ita facis?* &c. Confer cap. 5. circa finem.

Vnde jam liquet ſeparationem talem non eſſe deſertionem Eccleſiæ, aut communionis, ſed deſertionem corruptionis, factionis, Apoſtaſiæ & diſceſſionis factæ in Eccleſiis Occidentalibus à vera, antiqua Apoſtolica & Catholica fide & Eccleſia, ejuſque magiſtro & capite Chriſto, per Pontificem ejuſque juratos miniſtros.

Præterea ſeparationem illam eſſe terminum ſeparationis & apoſtaſiæ, in qua noſtri cum reliquis ambulabant, atque adeo regreſſum ad unionem, communionem ſpiritualem in & cum unico capite & radice Chriſto, & myſtico ejus corpore, ſeu Eccleſia, quæ fuit, quæ eſt, quæ erit. Cujus internæ communionis ſignum ac medium ſuſcitatum ac ſtabilitum fuit in externa communione & aſſociatione fidelium, qui ἰσότιμον πίστιν (ut loquitur B. Petrus 2. Petr. I.) acceperant, per puram verbi prædicationem, & Sacramentorum adminiſtrationem.

Et conſequenter culpam ſciſmatis aut divortii non debere conferri in eos, qui deſertores deſerunt, ſed in ipſos deſertores, qui prius Chriſtum, antiquam fidem, & Eccleſiam in tam multis deſeruerant. Sicut in cauſa divortii culpa non in maritum inſontem, ſed in uxorem adulteram confertur. Ille libellum repudii mittit, ſed hæc prior jura & vinculum conjugii violavit; ille uxorem deſerit, ſed hæc prior maritum deſeruit, & conjugium adulterio ſuo rupit. Sicut boni cives aut milites à præfecto aliquo recedentes, qui à Principe ſuo aut Republica receſſit, non vituperio, ſed laude digni ſunt, omniſque tantæ ſeparationis & motu, culpa in iſto non in illis hæret.

Addimus Separationem legitime à Papatu tunc à noſtris inchoatam, porro continuandam, imo majori nunc neceſſitate, tum propter multa quæ ab eo tempore ex parte Papatus intervenerunt, (de quibus infra dicemus) tum etiam imprimis quod Eccleſias bene conſtitutas, Reges, Principes, Magiſtratus reformationis zelo ardentes, Paſtores & Doctores Antichriſtum detegentes mirum in modum multiplicarit Deus; adeo ut nihil ſit, quod moræ & timiditati ſuæ prætexant, qui ad erectum hoc vexillum ex Babel non confugiunt.

Separatos cœtus nullibi in prima Reformatione inſtitutos, niſi. I. cum jam omnis reformationis ſpem deſperatam feciſſent Pontificii, 2. Cum populus, etiam Magiſtratus Euangelii prædicatione excitatus & meliora edoctus, atque idolomaniæ pertæſus, ad reformationis vexillum concurriſſet. 3. Cumque excommunicationis & tyrannidis fulmina Orthodoxos & docen-

[a] Onuphr. in Marcel. II. & Thuanus lib. 15.

docentes & diſcentes à cœtibus prioribus ejicerent ubicunque poterant. Debuiſſe itaque hac ratione, & non potuiſſe aliter conſcientiæ ac ſaluti ovium ejectarum ac diſperſarum conſuli, iiſque pabulum vitæ ſeu media ſalutis, ſive in publica, ſive in clandeſtina communione ſubminiſtrari ab iis quibus Deus & Eccleſia oves ſuas commiſerat, & quos Dominus earum miſertus in meſſem hanc extruſerat. Matt. 9. verſ. 36. 37, 38.

Separatam communionem & cœtum à priore ſuo cœtu particulari, ut ex. gr. in Gallia, Belgio, aut ab aliis ejuſdem cultus cœtibus per Occidentem, ut ex. gr. in Saxonia, quatuor pagis Helveticis, cum jam facerent, neutiquam tamen libellum repudii mittebant cœtibus & Eccleſiis, ex. gr. in Bavaria, in reliqua Helvetia, &c. aut doctis, ac piis viris, ſive Eccleſiaſticis, ſive politicis, nedum fidelibus ex plebe, quamvis ſuo exemplo Reformationem non peragerent, aut communionem factionis Papalis ac curialis Romanæ illico non deſererent, ſive errore quodam & conſcientiæ ſcrupulo, ſive humana infirmitate, & mundanis conſiderationibus, ſive pertinaci promiſſæ & aliquando peragendæ Reformationis expectatione ducti; ſed ſalutem & libertatem eorum, quantum in ſe eſt, promoverunt.

Immo poſtquam monitis, obteſtationibus & quibuſcunque mediis apud illos in Sodoma & Babel tardantes hactenus parum effectum eſt, non tamen caritati fraternę plane renunciarunt, etiamſi ad communionem cum illis Eccleſiaſticam ſub antiqua, captivitate Babylonica redire nec velint, nec poſſint, aut illos inſignibus Antichriſti ac Papiſmi indutos ad omnem ſuam communionem admittere. Quomodo qui tyrannidem & captivitatem Turcicam effugit carcere effracto, aut perrupta cuſtodia, Chriſtianos captivos, quos ibi reliquit, & ad quorum ſocietatem redire nolit, deligere non deſinit, quamvis per ipſorum timiditatem, aut aliam quamcunque culpam forte ſteterit quod eadem libertate cum ipſo non fruantur.

Quod ad ſeceſſionem & migrationem ex antiquis templis & ſacrorum externis inſignibus, illa fidei, aut fraternæ caritatis abruptum vinculum per ſe non arguit; ſicuti nec uſus ejuſdem templi communionem. Notum eſt non ita pridem noſtros & Pontificios iiſdem templis alternatim uſos in Ducatu Clivenſi atque alibi. Præterea pleroſque ſacerdotes in diœceſi Sylvæ-Ducenſi ſuperiori anno templis deſertis & decreto Illuſtr. Ord. occluſis, in ſcholas, aut ædes templis vicinas, aliaſve ſeceſſiſſe. *In regione ipſorum fui, non in ſenſu*, inquit Lipſius [a]; explicans qua communione Leidæ publicum profeſſorem cum ageret, conciones ibi frequentaſſet, &c. Ita noſtri templa & publicas ſynaxes cum relinquerent communionem corruptionis & Papalitatis jam ante præcedanea quadam pietate & reformatione reliquerant. Separatio enim primò & immediatè verſatur circa vitia, conſequenter vero & mediatè circa Paſtores & cœtus, ubi vitia illa dominantur.

III. Hæc ſeparatio à nobis jam deſcripta, ſciſmatis definitionem non admittit; ſiquidem ex Scripturæ, & antiquitatis ſenſu ſciſma propriè deſcribatur. Quod fieri non poteſt, niſi unio, & communio Eccleſiaſtica accurate diſtinguatur, in eam quæ eſt cum Capite Chriſto; & in eam quæ eſt cum Corpore. Et hæc rurſum in internam & externam; in actualem ſive explicitam, & in virtualem ſive implicitam; in totalem & in partialem; in abſolutam & limitatam; & omnium iſtarum pondus ac neceſſitas

[a] In rejectiuncula cujuſdam Batavi ſubj. Virgini Aſpri-collenſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

exScripturis accuratè expendatur. Sed hæc qua nimis longe quærenda in Rhetorica Ianſenii, & ut compendio utamur, ſimpliciter tantum delibabimus, quid ſit Sciſma.

Sciſma eſt, cum in fide conſentientes alii aliis hominibus vel externis ritibus ita ſunt addicti, ut animis & ſtudiis propterea diſſideant, & factiones ineant. Colligitur hæc deſcriptio ex 1 Corinth. 1. verſ. 10. 11. 12. cum cap. 3. verſ. 3. 4. ubi ſynonymum διχοστασία occurrit, quod ab hæreſi Apoſtolus diſtinguit Galat. 5. 20. Sic Tertullianus de præſcript. cap. 5. Et Auguſtinus, quamvis ex ſciſmate fere poſtea fieri hæreſin doceat contra Donatiſtas, unum tamen ab altero diſtinguit. Sic enim de fide & Symbolo: *Quemadmodum enim hæretici de Deo falſa ſentiendo fidem ipſam violant, ita ſciſmatici diſciſſionibus iniquis à fraterna caritate diſſiliunt, quamvis ea credunt, quæ credimus.* Et *Vadiraos* (alii legunt Audianos) *quos appellant & Epiphanius de hæreſib. cap.* 50. *ſciſmaticos non hæreticos vult videri,* &c.

Bonaventura [a] in explicatione terminorum Theologicalium: *Sciſma eſt illicita diſſenſio eorum inter quos debet eſſe unitas.*

Idem in Magiſtrum:[b] *Hæreticus eſt, qui divinæ legis ignorantia vel contemptu pertinax inventor proprii erroris, aut alieni ſectator, Catholici veritati mavult adverſari, quam ſubjici. Et hæc definitio concordat rationi, &c. Et differt hæreſis à ſciſmate, quia hæc eſt contra fidem; ſciſma contra mores, vel vinculum charitatis. Sententia autem contra fidem ratione adinventionis dici poteſt ſuperſtitio, ratione adhæſionis hæreſis; ratione defenſionis ſecta, loquendo per appropriata.*

Rabanus Maurus: [c] *Sciſma ab ſciſſura animorum vocata. Eodem enim cultu ſciſmaticus, eodemq; ritu credit ut cæteri: ſolo congregationis delectatur diſſidio. Fit autem ſciſma cum dicunt homines, nos ſanctificamus immundos & ſimilia.*

Ius Canonicum, ejuſque gloſſæ, ut habet index & lemma marginale: *Sciſma cõmittit, qui ſe à bonis ſeparat.* Cauſ. 7. q. 2. c. *adverſitas.*

Et Epitomator Lancelottus, lib. 4. tit. 4. *Sciſmatici ſunt, qui ſe ab unitate Eccleſiæ per inobedientiam ſeparant.*

Et ſic Eccleſia Romana propriè ſciſmatica fuit cum propter electiones Pontificũ toties in partes ſe ſcidit. Neutra pars à ſciſmate abſolvi poteſt, quamvis penes alteram fuiſſet legitima electio. Sic Victor Papa fuit κατ' ἐξοχὴν ſciſmaticus cũ propter obſervationem Paſchatis, Eccleſias Aſiaticas ab unitate excluſas voluit. Sciſmatici etiam aliquomodo ſunt Ordines Monachorum; fraternitates & ſodalitia, ſtudiis, factionibus, vitæ inſtituto à ſe invicem diviſi: Nominatim *Recollecti* ſeu Franciſcani *Reformati,* qui à ſodalitio & corpore Franciſcanorum, quorum antiqua & prior erat poſſeſſio, nunc ſecedunt, & ſeorſim colligunt. Sciſmatici debent eſſe Papiſtæ Dominicanis, aut Papiſtis Dominicani, cum à publico Eccleſiæ cultu per Papam & totam Eccleſiam Papalem definito, *feſto* ſcil. *immaculatæ conceptionis Mariæ,* ſe ſeparant & in Calendariis ſuis ſubſtituunt: *Feſtum Sanctificationis.*

Quod ſi vox ſciſmatis late ſumatur, ambitu ſuo comprehendit ſeparationem quãcunq; Eccleſiaſticam per doctrinę, aut vitę, aut utriuſque corruptelas. Et ſic Pontificii ſunt gemini ſciſmatici, quippe qui idololatria & erroribus à Catholica Eccleſia & ab antiqua Romana diſceſſionem fecerunt, & adhuc in ea ſe obfirmant.

Quod ſi ſecundum iſtam definitionem ſciſmatis quam concedimus, judicium nunc fieri nolint adverſarii: Audiamus ergo quid velint eſſe ſciſma.

Zvvarez Thom. 5. ad. 3. Thom. diſp. 21. Sect. 2.

[a] Apud Gothutum in Gymnaſ. ſpeculat. p. 977. [b] In 4. Diſtinct. 14. n. 7. [c] De rerum naturis & verborum proprietat. lib. 4. cap. 8.

Sect.2. propriè dici putat Sciſma,quando omnis hæreſis abeſt: *Catholici*,inquit,*qui ſub hæretico Principe vivunt,v. gr.in Anglia,eique ut ſupremo capiti exterius obediunt, quamvis in Conſcientia pœnas hæreticorũ non contrahant, hanc vero clauſulam (bullæ ſcil.de Cœna Domini) quoad hanc ultimam partem & cenſuram non effugiunt, quia licet vere hæretici non ſint, proprie tamen ac vere ſunt ſciſmatici.*

Thomas 2.2.q.39.artic.1.Sciſmatici dicuntur,qui ſubeſſe renuunt ſummo Pontifici, & qui membris Eccleſiæ ei ſubjectis communicare recuſant.Cajetanus ad q.39. art.1. Confer Cajetan. in Summula, voce *Sciſma*. Ad incurrendũ hoc malum,ſcil. eſſe ſciſmaticum,ſufficit alterum illorum, ſcil. vel deficere à ſubjectione capitis (Pontificis) vel communione cum univerſis. Et propterea in litera ſubduntur hæc duo genera ſciſmaticorum,ut ibi patet. Emanuel Sa. *Sciſma eſt nolle obedire Papæ, ut Chriſti vicario,aliiſque ut ejus ſubditis communicare.*

Bartholomæus Fumus in Armilla: *Sciſma eſt, quando quis ex intentione ſe ſubtrahit ab unitate corporis in ordine ad unum caput,non recognoſcens Romanum Pontificem vicariũ Chriſti indubitatum in terris.* Similia habet Alb.Pighius Hierarch.lib.3.c.8.Poſita definitione Sciſmatis(quę eſt principale ſeu totum κρινόμενον inter nos & Pontificios) nihil aliud reſtat, quam ut ad ipſas doctrinæ controverſias primo deſcendant Pontificii,aut ſaltem proxima illa in definitione ſciſmatis controverſa præſtructim examinent.

Nam ſciſma propriè & ſtrictè dictum hic locũ habere nequit,quod Pontificii nobiſcũ fatentur, cum tantũ doctrinæ & religionis hiatum inter nos & ipſos ſtatuant. Sciſma laxè ſumptum, quod hæreſin & apoſtaſiam ſecum trahit, aut includit,huic noſtræ Eccleſiæ aut ſeparationi aptari non poteſt,niſi hæreſeos & apoſtaſię demonſtratio & convictio præceſſerit. Qua peracta alterutra pars à ſciſmatis crimine innocens declarari debet;altera vero ſola in reatu cõſtituenda.

IV. Diſtinctiones aliquot ſi attendantur, erunt fontes ſolutionis, & ſponte cadent omnes adverſariorum objectiones. Alia eſt Separatio, à doctrina Papatus, & alia ab hominibus in Papatu. Doctrina Papatus ſignificare poteſt *Primò* præciſe & formaliter articulos Papiſmi. *Secundò*, articulos Chriſtianiſmi, qui cum illo Papiſmo adhuc retinentur. *Tertiò*, Articulos Chriſtianiſmi & Papiſmi conjunctim. **Homines** ſeu Chriſtiani diſtinguuntur in eos, qui in toto orbe, & in eos, qui in imperio quondam Romano. Hi rurſum in Orientales & Occidentales, Rurſum Occidentales in eos qui extra Papatum & in eos qui in Papatu erant tempore Lutheri. Homines in Papatu diſtingui poſſunt in *Papam*, & *Papæ ſubditos*; in *Curiam Romanam* & *Eccleſiam*;ut pomum à verme in pomo diſtinguitur:Rurſum; in *Clericos* & in *Laicos*; *Regentes* & *Subditos*: Item in *Seductores* & *Seductos*;in *duces factionis cum rigide factioſis* & in *moderatiores*; In *doctos*, & *Idiotas*;in *Reformabiles* & *Irreformabiles*;Deniq; in *Eccleſiam repræſentativam*,& *totã Eccleſiam*,*ſeu Chriſtianitatem* in Papatu. In *Eccleſiam propriam Parochianam* aut *Diœceſianam*, & *Eccleſias quaſcunque alias aliquo nexu illi conjunctas*; In *Clerum primarium & ſecundarium*;In *Eccleſiaſticos Regentes* ut Epiſcopi; & *Miniſtrantes*, ut Curati, Presbyteri;& *adjuvantes*, ut Canonici, & Lectores Theologiæ, & *ſupererogantes*, ut Monachi. Poſitis illis diſtinctionibus per Concluſiones aliquot explicabimus, quid de ſeparatione in hypotheſi ſtatuamus.

1. Separatio à Papiſmi doctrina formaliter & præciſe ſumpta, eſt facta primo, per ſe,abſolutè,totaliter, ſponte, libenter: Separatio ab articulis Chriſtianiſmi minime facta eſt. Separatio à Maſſa illa ex Chriſtianiſmi & Papiſmi articulis malè conflata, ſeu à tota forma & facie religionis, ut nunc exercetur in Papatu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

eſt facta ex neceſſitate; propter confuſionem & contagium ex infelici illa mixtura exſpectandum.

2. Separatio ab hominibus, ſi per eos intelligas univerſitatem fidelium ſive collectim in corpore Eccleſiaſtico, ſive ſigillatim conſideratam in toto mundo, aut in Imperio Romano, aut in Occidente, aut in regno Papali, nunquam, nuſquam facta eſt à noſtris; quamvis receſſerunt à tyrannica dominatione Papæ & factione Pſeudo-Clericorum πιπομαvέvlευ;

3. Ab externis templis (quamvis ea ad eſſentiam & integritatem Eccleſiæ non faciant) non omnes Reformati receſſerunt; nec à proprio Clero, à propriis paſtoribus & doctioribu, ſaltem à doctioribus & melioribus in Clero. Ab Eccleſiæ propriæ Parochianæ, Diœceſianæ etiã Nationalis corpore & ſynaxi (prout tunc erat) plerique non diſceſſerunt. Prioris exempla ſunt in Anglia, Dania, Suecia, in Saxonia, & tota fere Germania, in ditione Tigurina, Bernenſi; &c. Poſterioris exempla ſunt ibidem, ut & in Scotia, in magna parte Hungariæ, Bohemiæ, &c. item Genevæ, & Bonnæ, Andernaci, aliiſque diœceſios Colonienſis parochiis, præterea non paucis Eccleſiis in Gallia & Belgio, ubi ipſi Epiſcopi & Curati Reformabant, aut Reformationi favebãt, quorum aliquos vide notatos l. 2. ſect. 1. cap. 2.

IV. Paucioribus illis locis ubi à proprio Clero, aut parte & factione ejus irreformabili ſeceſſerunt, aut extruſi ſunt (quod in Gallia & Belgio paſſim evenit, alicubi etiam in Hiſpania, Italia, &c.) ab Eccleſia, à Chriſtianitate iſtius loci, à filiis matris & fratribus, à corpore illo non eſt facta ſeceſſio niſi invito, ex neceſſitate, conſequenter tantum & per accidens ſupervenientis pervicaciæ & tyrannidis, per quam ἀταξία & corruptio contra omnem Scripturarum & antiquorum canonum authoritatem à factione in illis Eccleſiis prævalente detenta, & omnes boni ad communionem ejus compulſi ſunt. Vbi non eſt abolitum corpus Eccleſiaſticum, ſed mutatis tantum Paſtoribus ſive omnibus, ſive deſperatè malis *reductum* eſt & *reformatum*, ut in bello legionibus & cohortibus fieri ſolet. Quando autem per factiones & ſæcularis brachii prævalentiam, nec hoc fieri potuit, de novo corpus ibidem conſcribi & colligi cœptum eſt, ſive publice, ſive clam; Et ubi illud violenter diſſolutum eſt, diſperſæ reliquiæ alio ſe contulerunt, exemplo fidelium, Act. 8.

5. De ſeparatione ergo illa ab Eccleſia propria, ab Eccleſia matre, à corpore, à cõmunione, cujus membra, filii, pars fuimus, ut eam nobis imponunt Pontificii; non tã eſt quærendum an legitimè facta ſit, ſed an facta ſit. Nos Reformationis & Reformatorum, qua talium, cauſę talem ſeparationem verè impingi negamus, quam à quibuſdam tantum & paucioribus extrema neceſſitate, quæ legem non habet, compulſis factam ac ne vix factam concedimus.

6. Alterius generis ſeparatio eſt, qua Reformatæ alias Eccleſias collaterales, ut ex. gr. Hiſpanicas, Gallicas, &c. vinculo aliquo laxiori & communiori ſive occidentalis Patriarchiæ, ſive Romanę Monarchię antea unitas, aut quaſi unitas invito proviſionaliter, & occaſionaliter tantum, nõ ad ſeparationem ſed ad collectionem, & firmiorem coredunionem ac conjunctionẽ deſerere coactæ ſunt, ut ſalutari illo remedio Antichriſtum, & veternum ex poculo ejus hauſtum excuterent. Tali autem occaſione, animo, atque intentione exercitium fraternæ communionis cum Eccleſiis quibuſdam ſuſpendere aut intermittere, imo cũ hoſtiũ factione in illis dominante belligerari, ut eas ſolidæ paci ac libertati reſtituamus, nõ magis ſciſmatis & rebellionis nos condemnat, quam cenſuræ Eccleſiaſticæ & excommunicatio, qua Eccleſiæ Orthodoxæ,

Eccleſiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

eccleſiis ſuæ quondam communionis unquam repudium pacis miſerunt. Eſt enim talis ſeparatio analogica ſeu æquivalens legitimæ cenſuræ. Iſraelitæ olim Benjamitas bello potentes, & in ordinem cogentes rebelles non erant. Nec Henricus IV. cum Pariſienſem ſuam & alias Galliæ civitates à Ligiſtis occupatas, invitus & dolens ad tempus influxu favoris & curæ regiæ privaret, quo perditionem ab illis averteret. Nec Rex Hiſpaniæ Philippus III. cum provincias noſtras per contractum induciarum à corpore Belgii ſepararet, poſtea arctiore nexu & in æternū conjungendas, ut memini legere in Oratione Puteani de Induciis. Nec Clerus Colonienſis cum Archiepiſcopos ſuos Hermannum & Truchſeſium reformatores deſereret, & alios loco eorum eligeret. Nec Epiſcopus Verdunenſis, qui nuper, ut Regis Galliarum Præfectum anathemati ſubjiceret, Cathedram & Eccleſiam ſuam deſerebat. De modernis Epiſcopis, Moguntino, VVurtsburgenſi, Bambergenſi, Oſnabrugenſi addi poſſet, quamvis ſeceſſio & ſeparatio ſit coacta.

7. Separationem ergo ab Eccleſiis aliquot in Occidente, quæ à corruptione, à Tyrannide Papali, ab ejus factione ibidem prædominante liberari tunc non poterant, neque etiamnum poſſunt, quales in Hiſpania, Italia, & ex parte in Gallia, Polonia, Belgio, &c. fecit Eccleſia Catholica Reformata ex neceſſitate; & repudium pacis illis indictum eſt non quidem abſolutè, ſed ſecundum quid.

Primò enim ſeparatio facta eſt per ſe & magis à Papiſmo, à gangræna pravę doctrinæ, quam à corpore, quod illa depaſcitur.

Secundò. Separamus & ablegamus à fraterna communione nō tam populum quam factionem Clericorum irreformabilem in illa dominantem. Maximam enim populi & aliquam Cleri partem putamus conflatam eſſe ex ignorantibus, inadvertentibus, dubitantibus, faſtidientibus, gementibus, contradicentibus, proteſtantibus & ſeparantibus, aut jam jam prima quaque occaſione ſeparaturis, quod in civitatibus à Papali tyrannide liberatis quotidie fieri videmus: & plurimi jam inde à reformatione uſque in hunc diem in Gallia, Belgio, etiam Hiſpania & Italia tam Clerici, quam Laici ad proteſtationem & ſeparationem illam prorumpunt. Habemus ibi adhuc fratres noſtros, quamvis infirmos, quia Deus habet electos ſuos: quo reſpectu non dubitant populum ſub Papatu, nonnullos etiam Clericos fratrum nomine compellare, ut Pleſſæus in Præfat. Myſter. Iniquitatis; Bullingerus & alii in Epiſtolis ad Caſſandrum[a].

Tertiò. Separarant eas initio Reformationis ad tempus, ſeu intermiſerant noſtri potius externam communionem earum, donec Deus meliora, quam ei renuntiarunt; idque ex neceſſitate, quia aliter non poterant, ut contagium omne & communicationem cum peccatis earum evitarent; & ut fideles, à quibus factionem Malignantium avertere non poterant, à factione illa tanto melius abducerent, & fuga ſaltem ac ſeceſſione vaſtanti tyrannidi ac corruptioni ſubducerent.

Quartò. Separatio quod ad aliquos non quod ad omnes fraternitatis actus facta eſt. Caritate enim illos in viſceribus Chriſti complectitur, quamvis Papam qua talem, ejuſque juratæ factionis duces odio habeamus, ſi fieri poſſit perfecto, juxta illud Pſal. 139, 19. 20. 21. 22. Chriſtianiſmi ſemina in illis agnoſcimus, de quibus Dominum aſſiduis precibus interpellare, & bene ſperare non ceſſamus. Abſit hoc à nobis, 1. Sam. 12, 25. Hinc eſt quod tanta moderatione utamur, in diſſidio & bello illo ſpirituali, quod ipſorum cauſa erga Philiſtæos & Ca-

[a] Vide Epiſt. illuſtr. Belgarum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nanitas ipſorum cervicibus inſidentes gerimus. Infantes ipſorum tanquam Chriſtianæ Eccleſiæ membra baptizamus, matrimoniis ipſorum, (qui à nobis petunt) benedicimus; conſcientiæ & libertati ſuæ eos relinquimus, Chriſtiana ſepultura, aliiſque Chriſtianorum mutuis officiis, Item bonis, immunitatibus, humanis & politicis nobiſcum eos frui patimur & volumus, quamdiu & quouſque pax publica & ſecuritas noſtrorum ac neceſſaria à Papali tyrannide defenſio illud patitur: Quibus poſſumus mediis adhortationis, inſtitutionis, obteſtationis, convictionis, publice, privatim, clanculum, converſionem, liberationem & ſalutem ipſorum promovemus, per literas, per publica ſcripta, per collationes, per Miniſtros *ſub cruce* (ut vocant) quos, ut & exemplaria Bibliorum, Pſalteriorum, aliorumque librorum certatim illis ſubmittimus.

8. Et ut diſtinctius mentem noſtram adverſarii percipiant, addimus concluſiones aliquot negativas.

Negamus nos æquali ratione ſeceſſiſſe à corruptione, & à corruptoribus; & rurſum à corruptoribus & à corruptis, ab Chriſtianis & à vitiis Chriſtianorum; ab eo quod Chriſtus ipſos fecerat, & ab eo quod ſeipſos fecerant.

Negamus noſtros cauſam ullam ſeparationis & divortii præbuiſſe.

Negamus Eccleſiam noſtram aliquos deſeruiſſe, niſi deſertores & corruptores.

Negamus nos ſponte, ſine cauſa, & priores deſeruiſſe eccleſiam aliquam, aut Clerum, imo vel ipſum Papam & Curiam.

Negamus nos ſeceſſiſſe à Chriſto & communione cum illo, à veritate, à fide, à pietate; ſed dicimus per medium cujuſcunque diſceſſionis ad illum & iſtam proprie & propius nos acceſſiſſe.

Negamus nos ſeceſſiſſe ab antiqua Eccleſia apoſtolica, aut ab antiqua Catholica primo & ſecundo primitiva, aut ab Eccleſia quarti & quinti ſæculi, in Imperio Romano, ad quam nunc provocant Pontificii.

Negamus noſtros primos Reformatores & reformatos ſeceſſiſſe à Chriſtianiſmo ſeu Eccleſiis Chriſtianis, quæ tunc erant in mundo.

Negamus eoſdem ſeceſſiſſe ab Eccleſiis Occidentalibus, ſive ſeorſim, ſive in corpore ſuo & multitudine collectim, ſive in ſui repræſentamine, h. e. Generali Concilio conſideratis:

Negamus, inquam, illos ſeceſſiſſe à corpore aut toto Chriſtianitatis in Occidente, quia ipſi faciunt potiorem partem iſtius Chriſtianitatis, atque adeo merentur nomen totius ac corporis, ſiquidem alicui nomen corporis tribuendum ſit.

Negamus Reformatos aut ſeorſim, aut in multitudine ſua collectim, aut in aliquo Concilio per repræſentationem conſideratos, communi ſeu univerſali conſenſu ab eccleſia ſua propria Parochiali, aut etiam Diœceſiana & Nationali, à templis, ſynaxibus ſeceſſiſſe, & corpori ſuo repudium pacis miſiſſe. Quod enim aliqui Reformati ἀποσυνάγωγοι ex ſuo cœtu facti ſunt, violenter & ignominioſe ejecti, vel ſponte cedentes, id Reformationi & reformatis, qua talibus, tribui non debet tanquam proprium πάθος, quia cum ſubjecto non convertitur, & totum eſt per accidens.

Negamus eoſdem communionem Eccleſiarum quarundam in Occidente, ut Hiſpaniæ, Italiæ, &c. cum quibus remotior, generalis, collateralis, ac non ita neceſſaria unio externa ipſis intercedebat (qualis eſt civitatis cum civitate, Nationis cum natione confœderata, quæque nullis legibus ſibi invicem ſubjectæ) priores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

res, aut ſponte, aut abſolutè, aut in totum & totaliter, aut finaliter & peremtorie deſeruiſſe, quamvis corruptionis, in ea & in Clero ipſius, & Papæ ſeu factionis Papalis prædominantis communioni renunciarint.

Negamus eoſdem eſſe partem reſectam, ramos defractos, ſegreges, aut à ſuo grege Parochiano, aut à grege Nationali, aut Occidentali, ſi cum Eccleſiis Papatu adhuc obſeſſis comparentur; quia plerique manſerunt in radice ſua, quæ illos portabat, in matre quæ genuerat, in proprio corpore cujus membra erant, in externa illa communione & ſocietate, quam ſemel ingreſſi erant. Alii quibus hoc non datum, mutarunt ſedem, cathedram, domum propriam, & cum Iſraelitis generali corpori & Eccleſiæ Reformatorum ſe aggregarunt, ubicunque fata viam oſtenderent, 2. Paralipomen. 11. verſ. 13. 14. 15. 16. 17. & cap. 30. verſ. 11.

Negamus ſeparationem è Papa corruptore & jurata illius factione, aut tumultuario, aut nimis maturè & feſtinanter, ante exſpectatam communis conſenſus & Concilii ſententiam, à ſingulis noſtris Eccleſiis, Nationibus, Clericis, fidelibus peractam; quia inciderat in hæreſin jam damnatam, & ideo ante ſententiam latam licita erat ſeceſſio, ut in cauſa Papæ Gloſſa, diſt. 11. cap. Anaſtaſii, judicat.

Negamus noſtros, quamvis illa ratione (ut dictum eſt) ſive ſeparantes, ſive ſeparatos, ſive ejectos, ſive exeuntes eſſe fœdifragos, rebelles, ἀτάκτους, ſciſmaticos, pacis perturbatores, deſertores in Deum Patrem, in Eccleſiam matrem, in veritatem & unitatem fidei, in exſpectatam & exſpectandam porro Occidentalium omnium univerſalem reformationem, in Principum Chriſtianorum autoritatem, in pacem Politicam injurios.

COROLLARIVM.

NVlli factioni aut ſectæ unquam perfectius attribui potuit natura & proprietates ſciſmatis, quam Romano-Papiſticæ, quippe quæ tum ante, tum imprimis in Concilio Tridentino abſolutè & peremptoriè à veritate, ab antiqua apoſtolica Eccleſia, ab univerſo Chriſtianiſmo per Papæ Romani fumoſum typhum & fraudem avulſa, in novam & ſeparatam ſocietatem, corpus, confœderationem, ſeu potius στάσιν & conjurationem coiit, interpoſito novo & Chriſtianiſmo ante inaudito illo juramento, & facta tali fidei profeſſione, ut ab omnibus Eccleſiis & contra omnes diviſa, ſola nunc habitet & ſeorſim colligat, omnes alias condemnet. Hæc enim accuratiſſimi & primario dicti ſciſmatis definitio apud Cajetanum in Summula: *Incurritur autem ſciſmatis crimen dupliciter. Primò, ſi quis ex intentione non ſe habeat ut pars unius univerſalis Eccleſiæ: ita quod operationes ſuas, credere, ſperare, miniſtrare ſacramenta, dare eleemoſynas, orare, jejunare, &c. nolit facere ut pars unius ſanctæ Eccleſiæ, ſed ipſe velit habere tanquam ſit totum quoddam ſeorſum: ita quod non ſit alterius, id eſt, univerſalis Eccleſiæ pars.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

SECTIONIS TERTIÆ

CAPVT II.

Definitio & probatio ſciſmatis à Ianſenio abſque Scripturis allata examinatur.

DIXERAT Ianſenius, *Nefarii ſciſmatis crimen in caput noſtrum redire.* Hæc tota erat demonſtratio, Pythagorica ſcil. Excipiebam ego, *Quid ſit ſciſma & quis ſit ſciſmaticus, ex ſacrarum literarum, Patrum, etiam Scholaſticorum & Canoniſtarum ad cap.* 24.4.3. *conſenſu definiri oportuiſſet.* Huic exceptioni primo reſpondet Ianſenius; deinde accuſationem probare conatur.

Reſponſio triplex eſt, pag. 484. I. Non opus eſſe, ut, *quotieſcunque aliquid dicitur, farrago ſententiarum de re propoſita præceſſerit, inde definitiones conſequantur.*

Refut. Opus eſſe in accuſationibus præmitti definitiones criminis, ſiquidem quæſtio juris obſcura ſit aut dubia; aut ſaltem præſupponi, ſi notiſſima ſit. In philoſophia omnis demonſtratio ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως; id eſt, ex antecedenti fit cognitione: inter præcognita illa eſt quæſtio, *Quid eſt.* Et in omni tractatione definitio (nominis ſaltem) præcedat neceſſe eſt. Ianſenius nos ſciſmatis reos peragit; quid autem ſit ſciſma non obſcurum tantùm, ſed apertiſſimè controverſum inter nos. Addimus ad Theologiam & controverſias Theologicas, definitiones & explicationes terminorum maximum habere momentum; ut conſtat ex definitionibus & diſtinctionibus Baſilii, Maximi, Bonaventuræ, Armandi de Bello Viſu, Roſario, Theneſvari, Scoti ſubtilitatibus à Fautino collectis Dictionario Berchorii, & Altenſtaig, diſtinctionibus Caſtanei. *De farragine ſententiarum*, quæ odioſè injicit Ianſenius, reſpondeat ipſe ſibi pag. 387.

II. Altera reſponſio eſt, *Me debuiſſe definitionem ſciſmatis proferre, cum ſciſmatis invidiam à me depellerem.*

Refut. I. Qua methodo? vertiginoſa ſcil. Ianſenii, qui ſibi contradicens, pag. 22. 23. 24. 25. contenderit, *Actori non reo incumbere probationem.* Nunc mihi reo & neganti explicationem & probationem juris imponit, ut inde de facto noſtro ſtatui poſſit. Conferat quæſo Lector cap. 3.

II. Definivimus, definiam porro libenter non tantum *ſciſma*, ſed & quodcunque thema, de quo Ianſenio mecum conferre viſum fuerit. Non enim me pudet doctrinæ noſtræ. Vtinam ipſe viciſſim idem præſtaret, circa terminos illos, quos in præfatione quaſi in tabella ipſi exhibeo. Sed non faciet, non audebit, ſat ſcio, vel millies provocatus.

Tertia reſponſio eſt, *Hujuſmodi Ariſtotelicas ineptias de definiendo dividendoque propoſuiſſe* Auguſtino Iulianum; & ab eo reſponſum fuiſſe: *Apoſtolos Doctores Gentium non inchoaſſe diſputationes à definitione.*

Refut. I. Reſpondeat dictorum ſuorum immemor & ſibi ſuiſq; perpetuo fere contradicens, ipſe ſibi Soſia Soſiæ pag. 387. *Tum illo prætextu omnes labores & libros eorum, qui etiam Scripturas commentantur, qui fidem ſcholaſticè. i. methodicè explicant, prædicant, & adverſus hæreſes muniunt, qui ordinem diviniâ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

divina myſteria diſpenſandi tradunt, carpendos eſſe cenſuiſti.

II. Apologiam Logicæ, ejuſque inſtrumentorum *definitionis* & *diviſionis*; atque adeo ſanioris Philoſophiæ jam toties ſcripſerunt & noſtri, & veſtri, [a] ut mirum ſit tam rancidam fratrum ignorantium objectiunculam; ex male intellecto Auguſtini dicto te abſque faſtidio & pudore potuiſſe repetere. Exſtant etiamnum inter ſcripta Auguſtini, liber de principiis Dialecticæ & de decem Categoriis Ariſtotelis, quæ ad definitiones & diviſiones maximè faciunt.

III. Ariſtotelicæ philoſophiæ placitis & axiomatis ſæpe peſſimè intellectis, ſi qui unquam turpiſſimè & ineptiſſimè, abuſi ſunt ii Scholaſtici veſtri, qui ſacras Literas & Theologiam torſerunt & conſpurcarunt potius, quam ut Ariſtotelis ſæpe malè intellecti authoritatem dimitterent. De quo vide querelas Rodolphi Agricolæ de invent. Dialect. lib. 1. cap. 3. Ludovici Vivis in libr. de cauſis corrupt. art. Eraſmi in encom. Moriæ & Antibarbar. &c. Monlorii de Entelechia. Confer & nupera ſcripta Ant-Ariſtotelica Baſſonis Medici Galli, & Petri Gaſſendi Theologi & Canonici Dinienſis. Vt jam non dicam de Averroe, cujus authoritati potius quam S. Scripturæ adhærebant Scholæ in Italia, adeo ut Ariſtotelem magis ad Averroem quàm hunc ad Ariſtotelem traherent. de quo vide Iul. Cęſarem Scaligerum in Exercitat. & Iul. Cæſar. Vaninum in Amphitheatro. Et Pererium, Toletum, Naclantum Epiſcopum Clagienſem, alioſque.

IV. Vices jam vertuntur. Antea definitionum, diviſionum, ratiocinationum, atque adeo methodicæ & acroamaticæ tractationis, h. e. Dialecticæ, Philoſophiæ ignorantiam, odium, contemptum noſtris objecerunt Pontificii & etiamnum objiciunt, [b] ſed impudenti nimis mendacio: nunc quia nos eam expetimus ad ineptorum & hæreticorum ſubſellia redigimur. Ita in omnes formas ſe vertit deſperata cauſa, *ſtare loco neſcit, &c.*

V. Non abludit hæc Ianſenii criminatio à nova illa diſputandi methodo Perrono-Verroniana quæ rationis omnem uſum excludit, hoc eſt, ex homine fideli facit animal irrationale contra Rom. 12. verſ. 1. *rationalem cultum veſtrum.* Et 1. Petr. 2. verſ. 2. *Vt modo nati infantes deſiderate rationale lac.* Et Heb. 5. *qui propter habitum ſenſus exercitatos habent ad diſcretionem* (dijudicationem) *boni & mali.* Et Rom. 3. verſ. 28. *Colligimus igitur,* λογιζόμεθα. Methodum illam eminus oſtendere cœpit Ianſenius; ſi propius admoveat hanc machinam, refutationem à nobis auferet & deductionem ad abſurdũ.

Secundò. Accuſationem ſciſmatis probaturus, p. 484. 485. primò prǫmittit generalem ſciſmatis deſcriptionem, confirmatam aliquot Patrum teſtimoniis, immo conſenſu omnium veterum & recentiorum.

Refut. I. Non eſt illa definitio, quæ noſtræ ſeceſſioni applicata illico crimen noſtrum manifeſtaret. Nihil habet tota hæc deſcriptio niſi ea quæ dici ab utraque parte poſſunt, ut ex Auguſtino tibi ſuggeſſimus in Philonio, in Epiſtol. dedicator. Igitur nihil tota hæc deſcriptio ad nos. Negarunt enim hactenus noſtri ſe ſeceſſiſſe aut ſeccedere ab Eccleſiæ Sacramentis, precibus, ſynaxi, &c. ſed ſurdo narramus fabulam. Ita perpetuo hærent Pontificii in probatione generalium de quibus nulla eſt controverſia; ipſum controverſiæ punctum diſſimulantes, tegentes, aut turpiſſima principii petitione præſupponentes.

II. In definitione Eccleſiæ cum ſumant Papam Romanum aut ſedem Romanam; cur in definitione ſciſmatis diſſimulat hic

[a] Canus loc. Theologic. lib. 9. Ex noſtris Melancthon in Commentar. ad Coloſſenſ. quem Lutherus præmiſſa præfat. commendavit, & omnes alii Commentatores noſtri in Coloſſ. 2. verſ. 8. imprimis Davenantius. [b] Pererius in præfat. ad diſput. phyſic. A Lapide Commentar. in 1. Timoth. 6. verſ. 20. Canus Loc. Theol. lib. 9. cap. 3.

Ianſenius; ut ex plena definitione faciat demonſtrationem ſuā. Niſi pudeat ipſum capitis, centri, radicis, trunci ſui. Certe nimis negligenter ſuum Bellarminum hic inſpexit, de Eccleſ. lib. 3. cap. 5. Et Thomam cum Cajetano de ſciſmate longe aliter Philoſophantes aliosq; ſupra cap. 1. citatos, ſi quos unquam vidit. Mira hujus viri infantia & ignorantia etiam in propriis ſuorum diſputationibus. Conſenſum veterum & recentiorum quo jure hic crepet vide cap. 1.

III. Notandum in tota hac deſcriptione & probatione ſciſmatis, quæ per tria capita 89. ſcil. 90. 91. continuatur, ne unicum quidem adferri Scripturæ locum, niſi quod pagin. 501. 502. in parerga amplificatione dictum Pauli, 1. Cor. 13. & Hebr. 10. verſ. 25. & Iudæ verſ. 18. 19. homileticum aut moraliſtam agens inſerit. Quam rationem diſputandi, in qua ſchola Theologica aut ſaltem Philoſophica didicerit Ianſenius ipſe viderit. Saltem meminiſſe debuerat gloriationis ſuæ pag. 191. cap. 43. *Doctrinam defendo apoſtolicam ex Scripturis*. Itaque omnia illa dicendo nihil dixit, nobis ſaltem qui ex propriis principiis redarguendi ſumus, nemine ſanæ mentis ſive veterum ſive recentiorum reclamante. Habes itaque in graviſſima de ſeceſſione Eccleſiarum noſtrarum à Papatu controverſia, *forte Ianſenii noſtri brachium* ſcilicet (pag. 507.) h. e. deſperatæ cauſæ patronum febricitantem, & bis deſperatum; qualem etiam ſe præſtitit in diatribis de *vocatione* & *ſucceſſione*.

Sequitur applicatio ſciſmatis ad noſtras Eccleſias, pag. 486. ubi Ianſenius, loco directæ probationis, quam hic & alibi refugit aut trepidante conſcientia ſaltem muſſitat, quæſtionem mihi proponit, *Itaque ſcire velim ex te, Voeti, utra fuerit illa Catholica Eccleſia, &c.* Quaſi in ſchola verſaretur Socratica, & dialogis Platonis; Vt de modo proceſſus Iuridici quem mihi laudavit pag. 22. 23. nunc nihil dicam. Vt ceſpitanti manum porrigamus, ſit iſtud argumentum in forma:

> Qui ſeceſſerunt ab Eccleſia Catholica per univerſum orbem diffuſa, quæ mons magnus implens univerſam terram, &c. illi ſunt ſciſmatici; ut patet ex allegatis locis Patrum.
>
> Sed Lutherus cum ſuis ſeceſſerunt; Eccleſia Romana non ſeceſſit, Ergo.

Minoris utrumque membrum probatur:

> Quæ Eccleſia nō fuit ante annum 1517. in rerum natura ab ea non potuit Romana Eccleſia ſecedere.
>
> Sed Eccleſia Lutheri ſeu Lutherani non fuerunt ante annum 1517.
>
> Probatur Minor. Quos Lutherus collegit ex Catholicis fidem Romanam deſerentibus, illi non fuerunt ante annum 1517.
>
> Sed Lutheranos ſeu Eccleſiam ſuam Lutherus collegit, &c.

Reſp. I. Totam hanc argumentationem ſuam conficere non potuit, niſi temerariam ſuam aſſertionem ſolito contradictionis ſpiritu tolleret, *Lutherum ſcilicet nihil ad nos* pag. 116. Ad nos ergo plurimum Lutherus, quippe in quo totam illam de ſeceſſione noſtra controverſiam verti voluit Ianſenius.

II. De Luthero, & fidelibus à Luthero paſtoraliter collectis tantum infert; quaſi ille fuiſſet Papa & univerſalis Paſtor Reformatorum: quod ſomnium ſatis excuſſimus ſupra lib. 2. ſect. 1. & 2. De omnibus Reformatoribus & Reformatis inferendum erat.

III. Ad Majorem utriuſque ſyllogiſmi reſpondemus: ſi eoſdem illos numero Lutheranos, ſeu eundem illum numero cœtum, in quo Lutherus docuit intelligis, concedi poſſet Concluſio tanquam nihil contra nos. Certum enim eſt nō potuiſſe pontifices

fices cũ curia & ſede Romana, ex.gr. decimo ſeculo per magiam, hæreſes, Simoniam, &c. ſecedere & actu ſe ſeparare à Luthero concionatore Wittebergenſi, ab Electore Iohanne Frederico & reliquis fidelibus ibidem conſtituentibus corpus Eccleſiæ VVittebergenſis; aut etiam à pleriſque Eccleſiis Germanicis, aut aliis quibuſcunque in Occidente, quæ demum poſt annum 1517. exſtiterunt. Non entis enim nulla eſt affectio. Sin verò de membris aut Eccleſiis tanquam *Catholicæ* partibus integralibus, & ſpecie aut analogia convenientibus inter ſe argumentari velis, ita reformetur ſyllogiſmus:

Quæ aut qualis Eccleſia ſpecie & analogia non fuit ante Lutherum, ab ea non potuit Romana ſecedere.

Sed Lutheri Eccleſia, non fuit, &c.

Ergo.

Reſp. Neg. Minor. Et hic probatio tua deficit. Nos etiam ex ſuperabundanti contrarium oſtendimus ſupra *de ſucceſſione*.

Inſtant. Atqui collecta fuit Lutheri eccleſia tantum ex deſertoribus Romanæ Eccleſiæ, Eccleſiæ vetuſtiſſimæ & celeberrimæ, & conſequenter Eccleſiæ Catholicæ. Fuit itaque ſeceſſio illa ex Eccleſia Catholica. Fiat argumentum:

Deſertores antiquiſſimæ & celeberrimæ Eccleſiæ ſunt ſciſmatici. Sed Lutherus cum ſuis ſunt deſertores antiquiſſ. &c.

Probatur Minor. Quia ſunt deſertores Eccleſiæ Romanæ quæ eſt antiquiſſima & celeberrima.

Reſp. I. Ad majorem, non eſſe eam univerſaliter veram. Alioquin Chriſtiani collecti ex Iudæis, & divulſi ab eorum Eccleſia antiquiſſima & celeberrima, eſſent ſciſmatici. Et ſeceſſio, ex. gr. presbyteri, Epiſcopi, aut Eccleſiæ cœtuſve alicujus à Patriarcha & Eccleſia Antiochena eſſet ſciſma. Quæ antiquior eſt Romana, & in qua Petrum docuiſſe utrinque in confeſſo eſt. An Romæ docuerit ex Scriptura nihil; ex hiſtoricis & monumentis ambiguæ perplexitates ſatis multæ. Et peccaſſent Romani, Samoſatenſes, Antiocheni; cum ſedes, cathedras & ſynaxes ſuas priores deſererent. Vide Theodor. lib. 2. cap. 7. & 4. cap. 14. & 3. cap. 23. 24.

II. Ad Minorem ejuſque probationem. Antiquiſſimam eſſe Romanam nondum liquet. Hieroſolymitana ſaltem antiquior eſt. Ipſi Papatus Hiſtorici, prius fundatam eſſe à Petro ſedem Antiochenam fatentur, ut de aliis Orientalibus nihil dicam, quæ etiamnum ſuperſunt. Ita contendit Baronius ad ann. 82. n. 4. De Græcæ Eccleſiæ antiquitate ſupra Romanam vide ſect. 1. cap. 11. Vide Catalogum Eccleſiarum, Patriarchatuum, Epiſcopatuum in Oriente, in pract. Cancellar. Apoſtolicæ, & tractatu Iuris Conſulti Galli ſubjecto libr. Ren. Choppini de Politia Eccleſiaſtica. De celebritate Romanæ Eccleſiæ non abſque diſtinctione loquendum. Celebritas eſt vel Eccleſiæ Romanæ primitivæ & antiquæ, ex doctrina, conſtantia, pietate, martyriis; & quia ibi thronum habebat prior Beſtia (ut ſupra ſect. 1. dictum eſt) vel Eccleſiæ Romanæ ſubſequentis ex ambitione, avaritia, & abominationibus, imprimis poſt ſextum ſæculum, cum *Phocas* (abominandus ille paricida ſcilicet) *rogante Papa Bonifacio ſtatuit ſedem Romanæ & apoſtolicæ Eccleſiæ caput eſſe omnium eccleſiarum. Quia Eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat*, Teſte Beda libr. de tempor. ſeu ſex ætatibus ad A. M. 4565. Hinc illa celebritas. Deinde celebritas quæcunque fuerit, quaſi vehiculo quodam celebritatis urbis Romanæ uſa per Romani Imperii fines pervagata eſt. Iam verò aliud eſt orbis uuiverſus, aliud imperium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

perium Romanum vix ſeptima aut ſexta orbis pars; cujus famam ad interiora quædam Africæ loca nondum perveniſſe ſuo tempore teſtis eſt Auguſtinus, & in Aſia, Europa, Africa certas tantum provincias tenuiſſe, numerabiles & numeratas ex multis, apud Hiſtoricos[a].

Sed exſculpatur ex Ianſenii ampullis, adhuc alius Syllogiſmus.

Quæ ſola erat Eccleſia Catholica & præter quam nulla alia erat, illa non potuit deficere ab Eccleſia Catholica: ſed Lutherus cum ſuis ab ea deficiendo, ſeceſſit ab Eccleſia Catholica.

Atqui Eccleſia Romana anno 1517. talis erat, &c. Ergo.

Reſp. I. Minor falſa eſt multis modis. Romana neque erat Catholica totius mundi; nec Catholica reſpectu antiqui Imperii Romani; immo ne quidem Catholica reſpectu Occidentis, & Patriarchatus Occidentalis. Catholicam Eccleſiam prima notione & ſecunda ſumunt patres à Ianſenio citati, ut docuimus ex Auguſtino in Philonio. Romana autem, h.e. neque Papa ſeu curia Romana, neque Eccleſiæ tunc ſedi Romanæ ſubjectæ, ſive abſolutè, ſive certo quodam modo & limitatione per *libertates, privilegia*, (ut Gallicana) anno 1517. Eccleſias totius orbis conſtituebant, ſed partem tantùm aliquam, eamque non maximam. Quo poſito ruit quidquid ex Patribus congerit Ianſenius: Quia Patres loquuntur de Eccleſia Catholica totius mundi, aut Imperii Romani; cujus aliud corpus, alius ſpiritus, quam Romanæ ſeu Occidentalis quæ erat tempore Lutheri. Addimus, ne quidem in Occidente fuiſſe ſolam Eccleſiam Romanam, anno 1517. Quia jam ante Albigenſes, VValdenſes, Bohemi (qui cum noſtris eandem fidem profeſſi ſunt) ſeceſſerant; præter myriadas animarum, quæ quamvis non tam apertè in ſeparatos cœtus coiiſſent, tamen gemebant ſub Pontificia tyrannide & deformatione, ab eaque privatim abhorrebant. Vide quæ de ſucceſſione Eccleſiarum diximus, ſect. 2.

II. Eccleſia Romana, ut poſt cœptam reformationem contradiſtincta eſt, Eccleſiis noſtris, nulla ratione dici poteſt per univerſum orbem diffuſa, niſi forte mirabilem modum inviſibilis & indiviſibilis extenſionis hic comminiſcantur, qualis ſcilicet corporis Chriſti ſub quantitate qualibet panis & vini. Seceſſerunt per reformationem *Anglia, Scotia, Hibernia, Dania, Norvvegia, Suecia, Livonia, Gothia, Reſpubl. Genevenſis*, maxima pars *Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Sileſiæ, Moraviæ, Tranſſylvaniæ, Bearniæ*, magna pars *Galliæ, Poloniæ, Lithuaniæ, Samogitiæ, Belgii, Helvetiæ, Rhetiæ*. Non exigua pars *Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniæ*; aliqua etiam *Sabaudiæ* ſeu *Pedemontii*. Tentata eſt ſeceſſio multis locis in Hiſpania, Italia: imprimis Neapoli, Lucæ, &c. Exſpectant cum ἀποκαραδοκίᾳ, ſuſpirant adhuc ſeceſſionem aut reformationem tam multi coacti, gementes, faſtidientes, contradicentes, qui magnam partem faciunt in Papatu. Quos prima quaque occaſione certatim caput exſerere, aut erumpere videas. Primos & præcurſores reformationis conatus in Italia vide in vita Petri Martyris & apud Thuanum lib. 3. pag. 214. & lib. 5. pag. 417. Optimorum quorumcunque & eruditiorum vota, deſideria, & cœca murmura tempore accepto aliquando in apertum aerem eruptura, colligimus ex teſtimonio Archiepiſcopi Spalatenſis antehac

[a] Vide eas enumeratas à Lipſio in admir. ſeu de magnit. Rom. lib. 1.

tehac citat. & ex libro Auguſtiniani Romæ etiamnum degentis, quem ſe legiſſe teſtatur Theodorus Simon in Epiſtola ad Ianſenium quam infra exhibemus. Et præludium ejus aliquod dedit cauſa excommunicationis Venetæ ann. 1608. Iam ſupputa provincias reſiduas, & vide an recte dici poſſit cum Ianſenio nos *paucos & ignobiles* à toto orbe divortium feciſſe. Cur non pari aut majori ratione dicitur, vos Papiſtas ab illa Chriſtianitate per dictas provincias, immo & per ipſam Italiam, Hiſpaniam, &c. diffuſa dolis & tyrannide compellentes & compulſos deſciviſſe, & altaribus Dan & Bethel, peccatis Ieroboam & patrum pertinaciter adhæſiſſe. Tempore ſciſmatum papalium multo pauciores provinciæ ſæpe remanſerunt, reliquis omnibus ſciſmatico Papæ adhærentibus. An Ianſenius ibi concludet paucos ſeu pauciores à toto orbe aut maxima parte ſecedentes eſſe ſciſmaticos? Minimè. Sed juſtitia cauſæ, dices, parti illi quamvis non majori, ſæpe minori ſuffragata eſt: itaque ſciſma ſemper manet penes illos non qui pauciores aut plures à paucioribus aut pluribus, ſed qui deteriores à melioribus deſciverint. Rectè ſane, hoc eſt quod dicimus, non videndum quo numero abierint, aut remanſerint, ſed qua cauſa; non qui à quibus, ſed quales à qualibus diſceſſerint. Quamvis non eſt quod gaudeat paucitate reformatorum & univerſum orbem Papiſtarum crepet, ſiquidem querelas ſuorum audiat: *Quantum*, inquit, Sonnius, [a] primus Epiſcop. Sylvæducenſis, *obſecro nunc patet per orbem habitabilem catholica Eccleſia? vix tres ulnas longum comparatione ejus vaſtitatis, quam poſſidet Eccleſia Satanæ? Dividunt Coſmographi orbem, &c. quarum pars longe minima eſt Europa. Et ea ſola nunc patet Euangelio Christi, nec tamen tota.* Antonius Marinarius fatetur. [b] *Quod in Europæ angulis coarctata ſit Eccleſia, & quod adhuc domeſtici hoſtes ſurrexerint, graſſantes in reliquam hanc Eccleſiam ad angulum coarctam.* Orator ducis Bavariæ [c]: *Non modo populos Germaniæ, ſed & reliquas nationes inſtar torrentis ab Eccleſia Catholica* (Romana ſcilicet) *defluere.* Bellarminus: In præfat. ad Tom. 1. *Quis ignorat peſtem Lutheranam in Saxonia paulo ante exortam, mox Germaniam pæne totam occupaſſe: inde ad aquilonem & orientem profectam, Daniam, Sueciam, Gothiam, Pannoniam, Hungariam abſumpſiſſe? tum ad occidentem & meridiem pari celeritate delatam & Galliam, Angliam, Scotiam, florentiſſima quondam regna, brevi tempore populatam. Ad extremum Alpes tranſcendiſſe, & in Italiam uſque penetraſſe.* De Germaniæ *Geſſem* ex Baronio notavimus, lib. 2. ſect. 1. De Hungaria addimus, ex oratore cleri Hungarici Dudithio: [d] *Quod Chriſtiana religio* (Papiſtica ſcil.) *in Hungaria aliquantum adhuc vigeat neque prorſus exploſa exturbataque ſit, unius Ferdinandi Cæſaris pietati acceptum imprimis ferre debemus.* Idem de Auſtria, Styria, Carnia, Carinthia, Croatia, Bohemia, Moravia aliiſque dici poſſet, ubi per populum & proceres non ſtetit, quo minus Reformatio ubique & publicè, pulſo Papatu, recepta ſit. De Papalis cleri immunitione in Gallia ſic Cardinalis Lotharingus: [e] *Nos puppi excidimus, & vix ſupremo digito gubernacula retinemus.* Ipſum Concilium Tridentin. fatetur *Religionem ad paucos eſſe redactam*; Legatus Hiſpanicus, *exiguas reliquias diſſipatæ religionis.* Sequitur aliud argumentum, quod quaſi per conceſſionem quandam, auctarii loco, addit Ianſenius, pag. 488.

Qui ab omni alia Eccleſia catholica, ſi quæ fuerit aut fuiſſe ſtatuatur ante Lutherum

[a] Demonſtr. relig. Chriſtianæ lib. 2. tract. 8. cap. 3 p. 104. edit. Colonienſis col. 4. [b] Orat. habita in Concil. Trident. [c] Orat. ibidem habita 27. Iunii 1562. [d] Orat. habit. in Concil. Trident. 8. Id. April. 1562. [e] In orat. habit. in Concil. Trid. 23. Novembr. 1562. In admiſſ. Oratoris Hiſpani, pag. 58. In Oratione Petr. Fontidonii nomine Legati Hiſpan. habita pag. 116.

therum, communione ſeparati ſunt, illi tamen ſunt ſciſmatici.

Sed Lutherani, &c. communione ſeparati ſunt, Ergo.

Reſp. I. Minor eſt falſiſſima; neque ullam probationem habet quam conſuetam Pythagoricam, αὐτὸς ἔφα, D. Ianſenius ſcilicet. Ita perpetuo ad minores propoſitiones, in quibus cardo controverſiæ, ubi ventum fuerit miſeriam cauſæ ſuæ & paupertatem ſcientiæ prodit. Eccleſias Waldenſium, Albigenſium, Picardorum, Bohemicas, &c. ita dictas ſi reſpiciat, illæ nec doctrina nec communione à nobis ſeparatæ ſunt. Homines illi qui erant ex illis reliquiis in Gallia cum Lutheranis & Huguonotis ita dictis coaluerunt, ut & in Moravia, Bohemia, Polonia, &c. Nihil habes quod prætexas temerariæ tuæ aſſertioni & ſtupendæ rerum iſtarum ignorantiæ. Vide quæ ſupra de Waldenſibus dicta ſunt. Quod ſi alias omnes Eccleſias extra Occidentem innuat, in Græcia, in Ruſſia, in Perſia, in Syria, in Armenia, in Æthiopia, &c. quo indicio probabit noſtras communione ab illis eſſe ſeparatas, aut illas à noſtris? Nullo. Nos contrà dicimus Romanam ab iis non tantũ communione ſeparari, ſed à Græcis quotannis dominica poſt Paſcha publico anathemate percuti, quod noſtris non fit. Immo quo loco nos habeant conſtat ex Epiſtola Meletii Patriarchæ ad Nobiliſſ. & doctiſſ. I. Douzam Nordovici toparcham anno Domini 1597. [a] Item ex confeſſione præſentis Patriarchæ Cyrilli, & declaratione ipſius qua anno Domini 1629. Ampliſſ. viro Cornelio Haga Ill. Ordd. ad portam Othomannicam Oratori, ſe tanquam membrum Eccleſiarum Belgicarum bono noſtro intimè affici affirmabat, cum ſolenni gratiarum actioni pro capta Sylva Ducis & Veſalia una cum Archiepiſcopis ſeu Metropolitis Bulgariæ, Chalcedoniæ, & Megalogotheto aliiſque aliquot Græcis, linguę Italicæ gnaris, in Eccleſia domeſtica prædicti Ampliſſ. Oratoris intereſſet [b]. Summa huc redit Eccleſias illas noſtris anathema non dixiſſe, neque nos illis, quamvis in quibuſdam diſſentiamus; in quibus tamen propioris conſenſus & arctioris unionis ſpes nunc affulget.

[a] Extat epiſtola ſeorſim excuſa in 4. & cum Georgii Douzæ itin. Conſtantinopol. in 8. [b] Ex exemplo litterarum Ampliſſ. Domini oratoris Corn. Hagæ. 22. Decembr. 1629.

SECTIONIS TERTIÆ

CAPVT III.

Eccleſia Reformata manſit in radice Eccleſiæ Catholicæ; contra pars ſeu factio Romana ab ea avulſa eſt, & in ſe confracta.

PERGIT Ianſenius: pag. 489. Quæ pars manſit in radice cum toto terrarum orbe, illa non fecit ſeceſſionem.

Sed Romana Eccleſia manſit in radice, &c. Lutherana vero non, &c. Ergo.

Reſp. I. Radicem & centrum tuum ſupra excuſſimus. Si per radicem Chriſtum & veram ac catholicam Eccleſiam intelligis, negamus Minorem. Tuum eſt probare. Eccleſia Romana non manſit, noſtra partim manſit, partim reverſa eſt ad radicem cum

cum ſe reformaret. Sin vero per radicem intelligis imaginariam iſtam ſedem & radicalem Eccleſiam Romanam, ejuſque inſeſſorem Papam tanquam caput & Primatem Eccleſiæ ; jam Eccleſiam Romanam magiſtram illam infallibilem & perpetuam ſcil. manſiſſe in ſe ipſa, nos concedimus: quanquam inexplicabile hoc ſit, radicem in radice manere. Quod ſi errorum aut Papalis doctrinæ illud Chaos (contra quod proteſtamur) aut Romano-Papalem politico-Eccleſiaſticam Monarchiam radicem appellas, itidem permanentiam in illa radice vobis concedimus, & noſtræ Eccleſiæ denegamus, Deoque noſtro eo nomine gratias agimus. Sed jam nihil hinc accedit cauſæ veſtræ : niſi ante ſolidè probaveris monſtrum illud Monarchiæ cathedræ Romanæ affixum, paulo melioribus argumentis quam Ieſuita Zvvarez tam malus Theologus, quam bonus Philoſophus, qui Romanorum Pontificum teſtimonia in prima acie collocat, quam adverſus Magnum illum regem Britannię Iacobum IV. atque adeo doctiſſimos ipſius Theologos inſtruxit lib.3.cap.15.& 16.

Sequitur aliud argumentum, pag. 490.

Quæ Eccleſia ante & poſt quamcunque diviſionem ſeu factionē ſeſe divellentem, eadem in ſua ſucceſſione & communione permanet, ea non eſt fragmentum aut ſciſſura à corpore Eccleſię ſeparata, ſed eſt ipſa arbor & truncus totius religionis.

Sed Eccleſia Romana eſt talis, Ergo.

Reſp. I. Major non eſt univerſaliter vera. Et damus inſtantiam in Eccleſia Majorum Abrahami ad idololatricum cultum prolapſa, Ioſuæ 24. à qua Abrahamus cum ſuis cùm ſeparatus eſſet, manſit ea poſt diviſionem in ſucceſſione & communione Idololatriæ ſuæ. Et ſic Eccleſia Hieroſolymitana, & tota Iudaica manſit in ſua ſucceſſione & communione, poſtquam Apoſtoli & diſcipuli eorum ab ea ſeceſſerant. Et Synagoga Epheſina, cum Paulus ſectatores ſuos ſeparaſſet Act. 19. Damus etiã inſtantiam ad hominem, in Eccleſiis Orientalibus, quæ ante & poſt ſeparationem Latinæ ſeu Romanæ manſit in cõmunione & ſucceſſione ſua. Item in Occidentalibus illis, qui exemplo Hilarii Papæ Liberio, h. e. radici & centro anathema denuntiantes, (quod Arianis ſe adjunxiſſet) in communione & ſucceſſione ſua permanſerunt. Quomodo Eccleſia Romana radicalis ſcil. & centralis formaliter per radicem & centrum ſuũ Pontificale tum manebat in radice & centro, cum Pontifex ipſius factus eſſet Eccentricus. De Separatione ab Arianis ita Hierony. contra Lucifer. *Nomine unitatis & fidei infidelitas ſcripta eſt & nunc agnoſcitur. Nã illo tempore nihil tam pium, nihil tam conveniens ſervo Dei videbatur quam unitatem ſequi, & à totius mundi unitate non ſcindi.*

II. Minor falſa eſt. Non manſit Eccleſia Romana, hoc eſt, Occidentalis ita denominata eadem, neq; quod ad partes ſuas, neq; quod ad rationem corporis, neq; quod ad formam ſeu ſpiritum, quorum interitu populos & imperia deſinere docent politici & Iuriſconſulti. Partes ejus ante diviſionē erãt Eccleſia Germanica, Danica, Suecica, Anglicana, Scotica, Hybernica, Belgica, Polonica, Hungarica, Helvetica, Rhetica, Gallica, &c. ſed poſt diviſionem partes illæ aut nullæ ſunt aut quaſi per ἀτροφίαν admodũ attenuatę, ut jã oſtendimus. Ratio corporis antiqui ſublata eſt, quia Eccleſiæ & cives Eccleſiarum partim ſponte diſceſſerunt, partim ita diſtracti ſunt, ut coire non poſſint. Species ſeu Spiritus & forma corporis Romano-Occidentalis interiit, quia *diſceſſione facta diviſa eſt civitas* quæ una fuerat, & *pro uno plura exiſtunt* regimina Eccleſiaſtica, quamvis valde inæqualia ; atque ita *ſublata eſt omnis aut ſaltem perfecta juris communitas*, ut I. C C. deciſionem;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſionem de Imperii & dominii deſitione analogicè huc applicem. Sublata eſt,inquã, antiqua conſociatio juris & poteſtatis Eccleſiaſticæ,non tantum quæ fuerat inter utramque partem nunc diviſam : ſed etiam quæ fuerat in altera diviſionis parte (nunc Romana) ejuſque partis membris ; quia non leviter mutatum eſt illius conſociationis & communionis fundamentum primarium , quod eſt publica doctrina, & ſecundarium , quod eſt Regentium & eorum qui reguntur Relatio inter ſe. Quod ad priorem mutationem , dicimus , non magis unam & eandem manſiſſe Eccleſiam Romano-Occidentalem quam populus qui in colonias diſceſſit cum urbe ſua matrice unus eſt & vice verſa , aut Imperium Imperatorum Conſtantinopoli cum Roma & Occidente ab illo ſeparato & vice verſa (qualem unitatem Imperator Ottomannicus tanquam ſucceſſor in ſede Conſtantini Magni prætendere dicitur) aut Imperium Perſicum cum partibus illis ſucceſſorum Alexandri Magni , in quas diviſum erat ; Aut Synagoga Epheſina, Actor. 19. una eademque erat poſt diſceſſionem Pauli cum ſeipſa ante illam diſceſſionem.

Inſtant. I. Vbi manet Eccleſia Romana matrix & radix Eccleſiæ Occidentalis, & cum ea pars Occidentis , quæ illi adhæret, longè major , ibi eſt unitas, ibi eſt corpus , ibi eſt totum aut potior pars Occidentalis Eccleſiæ ſtans pro toto, atque adeo repræſentatio , jus , poteſtas & titulus Catholicæ Occidentalis ibi reſidet. Sed in altera parte diviſionis , quæ Papæ etiamnum ſubjecta eſt, manet, &c. Ergo.

Reſp. I. Major falſa eſt, In diviſione Eccleſiaſticæ civitatis , jus, poteſtas & denominatio verè & propriè manet penes partem, meliorem quæ cauſam habet; non vero penes majorem quæ multitudinem, neque etiam penes illam quæ habet Metropolim aut Eccleſiam matricem ac primam, unde reliquæ propagatione , aut unione, aut ſubjectione dependere ſolent. Sicut jus, poteſtas & titulus Regni Gallici manſit penes Gallos, non penes Ligam & Hiſpanos, quamvis hæc pars Lutetiam & majorem partem Galliæ occuparit aliquando. Regnum Hiſpanicum fuit in parte Hiſpanorum, quamvis Mauri Metropolim & multo maximas & principales Hiſpaniæ partes tenerent. Hungaricum regnum eſt penes Vngaros ſeu domum Auſtriacam, quamvis Turca partem nec minorem , nec ignobiliorem abſtulerit. Imperium Romanum erat penes Imperatores Romanos & reſidebat in illa orbis parte , quæ adhuc adhærebat Imperatoribus , non vero in altera, quam cum ipſa Metropoli, radice, centro, & compendio Imperii (Roma ſcil.) Longobardi , Hunni , Vandali ſubinde tenuerunt. Quin & hodie penes Imperatores Germanicos jus , poteſtas & titulus unius ejuſdemque Imperii Romani eſſe dicitur, quamvis populi fere omnes, inter quos Itali & Romani rerum Domini ſua ſibi habeant Dominia ; & Papa-Romanus arcem & aquilam (unde propagine ſua , & ſubjectione dependebat Imperium) Romam Romaniamque ſcil. ſibi in ſolidum vendicet. [a] Eccleſiæ Romanæ prætenſa univerſalitas & Monarchia non fuit penes illas Eccleſias., Nationes , Cardinales , Clericos, quorũ ſciſma majores & principales partes, atque adeo ipſam domum regnatricẽ (Romam ſcil.) cum Eccleſiis ſuburbicariis, cum palliis, cum reliquiis & omnibus admirandis Romano-monarchicæ ſanctitatis monumentis , ſignis , privilegiis poſt ſe trahebat; alioquin Eccentrici & uſurpatores fuiſſent omnes Papæ, qui Avenione ſederunt, quod adverſarii minime concedent. Ius belli

[a] Sic contra Bodinum Politici & I C C. Germaniæ, Andlo de Imp.Rom. lib.2.c.8. Arniſæus lib.1.de I.M.cap.3 Kirchnerus in Republ.diſp 2. Cum quibus ſentit Grotius de Iure pacis & belli libr.2.cap.9. XI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

belli ſacri, & juſta adminiſtratio ejus erat penes Zabulon & Nephtali, Iudic. 4. v. 6. 10. & 5. verſ. 18. quamvis in parte à Tyrannide occupata manerent reliquæ omnes tribus, & inter eas primariæ ac vexilliferæ Ruben, Iuda, Dan, Ephraim, de quibus vid. Num. 2. v. 3. 10. 18. 25. Immo & regia tribus Iuda, ad quam ſpecialiter adminiſtratio belli & primus ducatus pertinebat, Iudic. cap. 1. v. 1. 2. Quod exemplum optimè negotium hoc Reformationis & ſeceſſionis explicare mihi videtur. Fuerit Eccleſia Romana prima, regia & ducalis antehac in toto mundo, aut in Occidente, fuerit ibi Aquila; fuerit Italica antiquiſſima ut Ruben, fuerit cum Hiſpanica vexillifera & primaria. Quid tum? Si illæ ſub tyrannide deſident, ſi in hoſtem non movent, ſi libertatis vexillum non erigunt, ſi primæ in hoſtem non pugnant, immo ſi ſeniores ipſarum cum hoſte conſpirant, an veri Iſraelitæ à Dei verbo ad libertatem exciti ideo ceſſabunt? an *ruſtici Zabulon* (Vltramontanos dicerent Itali) Germani ſcilicet, Helvetii, Angli, Scoti, Sueci, Dani, aliique heroes, qui tyrannidem & factionem effugientes pro Iſraele pugnarunt, non erunt exercitus Iſraelis, acies caſtrorum ordinata, Iſrael Dei, Catholica Occidentalis; imprimis cum plerique Occidentales libertatem & cauſam illorum aut jam amplexæ ſint aut ad eam adſpirent? An major pars Iudæorum tardans in Babel, poſt exactos 70. annos ſola conſtituet Eccleſiam & rempublicam Iſraelis.

II. Ad Minorem. *Primo*, Penes Papam aut Matrem & radicem Romanam unde omnes Occidentales propagatæ, aut à qua hactenus pependiſſe dicuntur; non manet poteſtas, repræſentatio, & denominatio Eccleſiæ Occidentalis, niſi probetur unquam fuiſſe talem dependentiam. Nos de jure omnino negamus[a]; de facto & uſurpatione ex parte concedimus. Evacuanda itaque prius eſt hæc controverſia; deinde de ſciſmate diſſerendum. *Secundo*, propagationem ex matrice Romana omnium Occidentalium negamus, quarundam concedimus. Per Apoſtolos & viros apoſtolicos immediatè pleraſque Eccleſias plantatas narrant adverſarii. (penes ipſos tantiſper ſit fides, dum hoc argumentum tractamus) per Petrum ſcil. in Britannia, per Iacobum in Hiſpania, per Martialem & Dionyſium in Gallia, per Barnabam in Inſubribus, &c. Sunt etiam quæ antiquitate cum Romana certant, atque ideo ab illa propagari non potuere. Et quid ſi omnes Occidētales propagines eſſent Romanæ (quod tamen falſum) an ideo *privilegia primitatis & repræſentationis generalis* (nedum primatus & magiſterii) illi competerent; aut per abuſum *amitti ea nunquam* poſſent; *aut ab Eccleſiis* Occidentalibus, quæ pro ſua parte quæq; contulerant, ſive ſimul ac conjunctim, ſive ſucceſſive à ſingulis *auferri?* Hypotheſes illæ nec divino, nec Eccleſiaſtico, nec politico jure conſtant. *Nec verum, nec æquum* arbitrantur I. C C.[b] cum Rege Tullio apud Dionyſ. Halicarnenſem l. 3. *Vt Metropoles* (matrices urbes) *coloniis imperent quaſi naturæ lege.* Sed cum Thucydide lib. 1. ſtatuunt *novum populum & ſui juris naſci.* Idem nos negotio huic propagationis ſeu traducis Eccleſiaſticæ ex amuſſim quadrare putamus. Sed de hoc plura cap. 4. *Tertio*, Majorem partem Occidentis Romanæ ſedi & Papiſmo qua tali ſubjectam eſſe nondum probatum vidimus; ſaltem ſponte ei non adhærere certo certius eſt. Confer quæ de Eccleſiæ noſtræ amplitudine & Romanæ anguſtia ſupra cap. 1. & ſect. 2. cap. 7. diximus. Addo, ſi præter *Atheos, Epicuræos,* & culinarios Papiſtas (quorum Deus venter

eſt,

[a] Vide & confer ſupra cap. 1. & infra cap. 6. & ſect. 1. cap. penult. & ult. Et l b. 2. ſect. 1. cap. 3. 4. 5. & ſect. 2. cap 17. 18. & ſect. 3. c. 1. 2. 8. ubi de independentia Eccleſiarum à Romana. [b] Grotius de Iure pacis & belli lib. 2. cap. 9.

eſt, quorum Eccleſia culina) eximas illinc omnes Chriſtianos coactos, pure ignorantes, inadvertentes, dubitantes, faſtidientes, gementes, contradicentes, tam Clericos quam Laicos, Optimates, doctos, plebejos; adhæc *moderatiores Papiſtas*, *Non-Papiſtas*, ut quatuor aut ut duo, ex beſſe, ex ſemiſſe, ex triente, ex quadrante, qui aliquot articulis Papiſmi aut alicui articulo capitali vel non credunt, vel de iis dubitant; Illos denique qui pſeudo-Politica conſideratione aut conſcientiæ quodam errore in ſola fere ſeparatione à nobis diſſentiunt, quamvis pleriſque Reformationis articulis aſſentiantur; ſi illos, inquam, eximas, pauciſſimi remanebunt ſub ipſo Papatu genuini, & ex aſſe Papiſtæ, qui cum Clericis, Papæ-maniacis factionis Ducibus, in ſummam collecti, minimam facient partem Chriſtianiſmi Papiſtici, nedum Occidentalis. Detur modo alicubi libertas, abſit infamiæ, debiti ſupplicii & tyrannidis metus, adſit brachii ſæcularis favor, & experientia docebit aſſertionis meæ veritatem, prout eam docuit in Germania, Anglia, Dania, Suecia, Helvetia, &c. Vbi Regum, Principum & Magiſtratuum potentia, nec Clericos nec Laicos abſterruit. Brevi liberis & potioribus ſuffragiis etiam Clericorum vicerant ibi reformati; non minus vincerent in Hiſpania & Italia, etiam Romæ ſi forte meretrices, Catamytos, & fecem Curialium exceperis, qui inſtar vermis in pomo, corruptione illa nutriuntur. Quorum Papiſmum moderatiſſimi alias judicii vir Melanthon graphice exprimebat cum Clerico Italo in os diceret: *Vos Itali quæritis Deum in pane, quem non creditis eſſe in cœlo.* [a] Quarto: pars altera diviſionis in Occidente, quæ partim aſtu, partim tyrannide ſedi Romanæ de novo & firmius alligata fuit, dici non poteſt una & tota Eccleſia Catholica Occidentalis ſive in corpore, ſive per repræſentationem, niſi valde æquivoce aut catachreſtice, ac ſi quis Vngaros Turcæ imperio ſubjectos regnum Hungaricũ, Thebanos ab Alexandro venditos Rempublicam Thebanam, Brutios publicis ſervitiis mancipatos à Romanis civitatem, partem gentis Polonicæ aut Siculæ à prædonibus Tartaris aut Turcis in captivitatem abductam regnum Polonicum & Siculum, Hiſpanos in tractu Granatenſi, Toletano, Cordubenſi, &c. in libertatem tunc nondum aſſertos, ſed Maurorũ Dominio ſubjectos, Regnum Hiſpanicum, ſolos Iudæos in captivitate Babylonica, poſt Cyri & Darii edicta, poſt Prophetarum obteſtationes adhuc hærentes, regnum Davidicum & Eccleſiam matrem nuncuparet. Illa ratione ſi Catholiciſmum, unitatem, repræſentationem, titulum, & denominationem Eccleſiæ *Occidentalis, Latinæ, Romanæ* (ut antehac dicta fuit) alteri illi diviſionis parti tribuere quis velit, alteri vero, i. noſtræ denegare ferendum eſt. Vt enim *honor*, teſte Philoſopho, *non eſt in honorato, ſed in honorante*, ſic nec tituli honoris. Nos Deo, Conſcientia noſtra, & veritatis ac veræ Eccleſiæ privilegiis contenti ſumus; ſiquidem falſis titulis ſuperbire, & ſub illa ricini umbra apricari velint adverſarii. Si pars illorum immerito noſtram partem non dignatur nomine Catholicæ Occidentalis; tantundem hinc auferent, ſed jure meritoque.

Quartò. Concilium Tridentinum quod repræſentativè ipſis eſt τὸ Catholicũ Papatus, Occidentis, totius Mundi, minimã habuit partem Epiſcoporũ in Occidente. Ex omnibus nationibus, prȩter Italicam, tantũ 73. interfuerunt Epiſcopi. Pleraque ibi decreta ſunt à 43. aut 50. Epiſcopis. Sub Paulo III. cum frequentiſſimus eſſet numerus Epiſcoporum, qui uno tempore aderant, non exceſſit ſexaginta duos; à quibus ſi tollas Titulares, hoc eſt, Epiſcopos abſque Eccleſiis

[a] Refert Peucerus præf. ad libr. recognit. de Divinationibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

cleſiis videbis ſectæ Romanæ paucitatem. Ita refert Binnius in tom. Concil. Atque hæc de mutatione materiæ corporis, nunc de mutatione ſpiritus ſeu formæ.

Inſtant. 2. Illa manet in totalitate, Catholiciſmo, unitate & communione ſua, quæ licet ramis & membris quibuſdam, imo dimidia parte corporis mutilata, formam tamen ſeu Spiritum corporis retinet unum & invariatum; h. e. unam eandemque doctrinam, unam Politiam, unum idemque miniſterium, ſaltem illis in partibus, quas Spiritus ille poſt naufragium reformationis adhuc συνέχει. Talis eſt Romana, ſeu pars illa Occidentis quæ Romanæ adhæret, Ergo, quidquid ſit de diſſoluta communione inter duas illas partes, manet ſaltem altera pars (Papæ adhærens) in antiqua & invariata communione & ſucceſſione ſua, & conſequenter illa eſt totum Catholicæ Occidentalis, aut ſtat pro toto.

Reſp. I. Major falſa eſt, ita corrigenda: Quæ veram doctrinam invariatam tenet, à qua pars diviſa & oppoſita deſcivit, illa quod ad formam ſuam in vera ſucceſſione & communione permanet; ſed Eccleſia Romana eſt talis, Ergo. Iam negamus Minorem: & ad magnum illud chaſma adverſarium pertrahimus quod miſer æquè horret ac purgatorium ſuum. Majoris falſitatem non eſt quod probem. Norunt Angli Rhemenſes qui à matre & radice Anglicana, norunt Rutheni & alii eſurientes Græculi qui à matre Græcanica, norunt Syri Maronitæ qui ab Orientali ſua deſciverunt ad Papatum, Majorem ita corrigendam eſſe.

II. Minor etiam falſa eſt. Communio enim & juris Eccleſiaſtici ſociatio una eademque non manſit, quia fundamentum utrumque mutatum eſt; Sed relatio tollitur ſublato fundamento. Primarium fundamentum communionis, diximus eſſe unam eandemque doctrinam. Secundarium mutuam relationem Regentium & ſubditorum. Doctrina (vera an falſa jam non dicemus) & religionis facies quæ erat ante reformationem in Hiſpania, Italia, Gallia aliiſque partibus adhuc Romano jugo ſubjectis multum mutata eſt poſt diviſionem, plus poſt deformationem ſtabilitam in Concilio Tridentino. Quod per inductionem probo. Primo circa ipſum Principium fidei Sacram Scripturam, quæ radix ac centrum fidei & Eccleſiæ, maxima incidit mutatio, quæ non potuit nō mutationem totius religionis ſecum trahere. Quia Principium continet poteſtate ſeu virtualiter omnia principiata[a], ut bene regulæ iſtius: *Error parvus in principio, fit magnus in fine*, rationem illam aſſignant Philoſophi. Ac primo in regno Papali nunc non habent certam Scripturam; ante reformationem habuerunt. Vulgata enim verſio authenticè emendata, quæ tum nulla erat, ens ſcil. in fieri in potentia materiæ ſuæ latens in Concilio Tridentino ſtatuitur authentica. Contra fidem, contra univerſalem praxin eccleſiæ Romanæ ante diviſionem: immo & contra fidem celebrium doctorum poſt diviſionem & poſt Tridentinum decretum. Quomodo eadem eſſet Eccleſia in ſucceſſione & communione ſua, quæ idem non habet principium fidei; tunc Latinam verſionem, ſed nunquam emendatam & editam authenticè, ſed ad originalia revocandam juxta decretum juris Canonici; nunc verſionem aliam atq; aliā ſive Clementis VIII. ſive Sixti V, ſive utramq; ſive neutram, ſive tertiam, h. e. reipſa nullam Scripturam authenticā qualis nulla erat ipſo illo temporis articulo quo decretum fiebat, neq; exſtitit ſpecie aliqua aut affecta eſt, neq; etiamnum exſtat, ſi doctiſſimis quibuſque credimus, qui acriter etiam uſque ad vincula in Hiſpania hoc contenderunt, ut videamus non

[a] Cajetanus in Thom. de Ente & Eſſentia, in procem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

non amplius valere nunc axioma illud: *Non entis nullam eſſe affectionem.* Niſi Patres Tridentinos dicant per Spiritum prophetiæ inviſibilem illam editionem in cauſis ſuis latentē jam tum quaſi præſentē vidiſſe atq; ita infallibili ſynodali judicio ſuo diligenter examinatam approbaſſe, quę 30. aut 40. annis poſt demum concepta & nata eſt, aut etiamnum concinnanda exſpectatur. Sed infiniti hujus diſſidii hiſtoriam nunc non texam, tantum lectori tria teſtimonia proponam. Vnum eſt Bannes qui ſcripſit in 1. Thom. qu. 1. art. 8. anno 1583. de ſenſu decreti Tridentini facti an. 1546. *In re tam gravi exſpectanda eſt Eccleſiæ Catholicæ cenſura. Vnde neque audeo, neque debeo Eccleſiæ judicium mea ſententia prævenire. Scio quidem ſi ab Eccleſia interrogarer, quid viva voce reſponderem: interim tamen pio juſtoque ſilentio me contineo,* (cautior ſcil. factus ſociorum periculo.) *Hoc unum duntaxat dixerim, vehementer me deſiderare, ut contentio hæc inter pios Theologos S. Pontificis authoritate decideretur ac componeretur: alioquin ſi Eccleſia prudente ac ſciente hæc inter Theologos libertas permittitur, perinde eſt, ac ſi Eccleſia diceret, unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet, dummodo fidei veritas, Eccleſiæque catholicæ authoritas defendatur.* Alterum eſt Simonis Muis[a]: *Nondum eſt omnibus numeris abſoluta vetus editio: & ſiquis novam ex Hebræo verſionem velit cudere, vel antiquum interpretem corrigere, ſi interdum hallucinatus videatur, poterit ipſe plura mutare, præſertim ſi doctis ſcribat, qui ejuſmodi mutationibus, modo in melius fiant, &c. non offenduntur.* Tertium eſt ipſius Papæ Clementis VIII. de ſua emēdata editione[b]: *Quam quidem ſicut omnibus numeris abſolutā pro humana imbecillitate* (nota bene) *affirmare difficile eſt, ita cæteris omnibus quæ uſque in hanc diem prodierunt emendatiorem purioremq; eſſe minime dubitandum.* Vt religionis ſuæ certū nullum habent principium, ſic nec infallibilem controverſiarum judicē, cum nondū de fide definitum ſit, Quis & ubi ille ſit; & totum illud commentum de Petri primatu & ſucceſſione in ſede Romana adhuc levi probabilitatis cortice ſupernatet, ut lib. 2. ſect. 3. c. 1. notavimus. Vide etiam de Libertiniſmo Papatus l. 3. ſect. 1. c. 2. & ſect. 2. c. 3. & 1. Vbi obſervamus in Papatu adhuc credi, Papam poſſe errare. Errores multi ante diviſionem cum eſſent faltē opiniones Doctorum & Scholarum aut inter opiniones Doctorum & decreta fidei vagarentur medii, pene neceſſarii & quaſi de fide (ut ſubtilius nunc diſtinguunt recentiores;) poſt diviſionem primum facti fuerunt de fide & ſub pœna anathematis Eccleſiæ imperati: primum in Bulla Leonis X. contra Lutherum; deinde in Concil. Trident. & juramēto Pii IV. Quo facto ſpes illa Reformationis quæ ante diviſionē multos pios ſuſtentabat & in Eccleſia illa adhuc detinebat, poſt diviſionē planè decollavit; ita ut piis antea inter ſpem metumque dubiis, nunc exclamandum eſſet: *Curavimus Babylonem, tamen non eſt curata. Derelinquite eam, & abeamus quiſque in terram ſuam: nam pertingit ad cœlos judicium ejus, & elatum eſt uſque ad ſuperiores nubes.* Ierem. 51. verſ. 9.

Et hæc non exigua eſt mutatio. Quod ſi quæras, quænā illæ ſint opiniones, reſpondeo: *Diſtributionem* cœnæ ſub utraq; ſpecie, quam Concilium Baſileenſe, mitigans aut corrigens barbarum illud decretum Conſtantienſe, Bohemis conceſſerat: *Conjugium ſacerdotum, ſacrum vernacula lingua peragendum*, quæ duo authores Interim Germanici. Et Caſſander etiam poſt anathemata Tridentina, juſſu & auſpiciis Caroli V. Ferdinādi, Maximiliani Impp. Germanis ſuis concedenda judicarunt. *Decreta Tridentina de certitudine ſalutis, Iuſtificatione, peccato Originis, Libero arbitrio, meritis operū, Miſſis privatis, libris Canonicis.* Adde imprimis interdictū de

a In tract. de Hebraicæ edit. authoritate edito Pariſiis 1631. cum approbatione Doctorum Sorbonnæ. b In præfat. biblior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

de lectione Scripturæ in Linguis vernaculis. Et *traditiones* (quas ipſi neſciunt nec indicare auſi ſunt aut potuere uſque in hunc diem) *pari pietatis affectu & reverentia ſuſcipiendas* cum ſacra Scriptura. Et anathema fulminatum, in omnes eos *qui negant aquam miſcendam vino in Euchariſtia*. cap. 8. can. 9. Confer Bellarmin. de Euchariſt. lib. 4. cap. 10. Cum tamen abſque aqua verè poſſe confici affirmarint Bernardus Epiſtol. 69. ad Guidonem, Gerſon part. 2. de ſacram. Euchariſtiæ, Rabanus Maurus de Euchariſt. cap. 11. Thomas par. 3. quæſt. 74. art. 7. Durandus in 4. diſt. 12. quæſt. 5. Bonaventura in 4. diſt. 11. quæſt. 3. ubi diſputat aquam non eſſe de integritate Sacramenti.

Atque hæc de mutatione fundamenti primarii quo etiam referimus dubitationem & Libertiniſmum Papatus à nobis ſupra notatum ſect. 2. c. 5. In ſecundario fundamento politia ſcil. Eccleſiaſtica, tam apertè facta eſt mutatio, ut vulgata ſit diſtinctio apud Canoniſtas & Theologos, inter *jura antiqua & nova*[a]. Vide modo Concil. Tridentini decreta reformationis. Hinc eſt quod tam ægrè Concilii receptio in Gallia obtineri potuerit; quodque in Belgio Clerus Vltrajectinus ad extremum ſeſe oppoſuerit, eoque nomine gravia paſſus ſit à Duce Albano. Maxima etiam mutatio eſt in novo juramento Epiſcopali quod Pontifici præſtare tenentur, cujus differentiam à veteri per Ketlerum Epiſcopum Monaſterienſem monitus agnovit Caſſander, In Epiſtol. Illuſtr. Belgar. lib. 1. illudque nulla interpretatione leniri, nec bona conſcientia præſtari poſſe, faſſus eſt. Novum & aliud fidelitatis juramentum, quantam Politiæ & Relationi inter Magiſtratum & ſubditos innovationem adferat, notum ex arcanis rerumpublicarum. Quod ad miniſterium & doctores in Scholis & Eccleſiis, tantam ubique paſſi ſunt metamorphoſin per novos Inquiſitores, Cenſores, Caſtratores, Zelotas, per indices Expurgatorios, Indices librorum prohibitorum, ut plurimi veterani paſtores cum novis illis athletis comparati in doctrina, diſciplina, & converſatione videantur fuiſſe aut Lutherani, aut Lutheranis non ſatis adverſi. Vide ſupra ſect. 1. cap. 11. Quid VVicelius, Maſius, Caſſander ſimileſque Theologi deſiderarint in Concilio Tridentino, quid Imperator, Reges Chriſtianiſmi & Angliæ, quidque plurimi Epiſcopi & Doctores, qui interfuerunt, in mediis illis tenebris adhuc palparint, alibi indicavi, & detexit hiſtoria Concilii Tridentini, & Innocent. Gentiletus I.C. in Examine Concilii Tridentini, Andradius in ejuſdem Concilii defenſione, Chemnitius in ejus Refutat. Thuanus & Sleidanus in Hiſtor. Concludo ergo variis modis dici poſſe mutatam eſſe Eccleſiam Romano-Occidentalem.

Primò. Quod ad totum eſſe corporis Occidentalis, ut erat ante Lutherum.

Secundò, Quod ad partiale eſſe ſegmenti ſeu partis nunc Romano-Papiſticæ à Reformatione & reformato Occidente diviſæ.

Tertiò, In relatione ad nos, & ad communionem ac conſociationem nobiſcum in & cum toto illo Occidentali.

Quartò, In ſe, ſeu in relatione ad ſeipſam ſcilicet & partes ſuas, quatenus nunc ſeparata & in novum corpus ac ſpeciem in Tridentinis comitiis per novam confœderationem ac novum juramentum reliquiæ irreformabiles coiiſſe cenſentur; non tamen ſine gravi & intima viſcerum ſuorum commotione ac concuſſione, ut conſtat ex iis quæ in Concilio & poſt illud à Nationalibus ipſorum aut Provincialibus Eccleſiis, à Nationum Regibus, Epiſcopis, Cleris, à particularibus Doctoribus, contra ejuſmodi conſociationem ſeu confœderationem

[a] Toletus in Inſtruct. ſacerdot. lib. 1. cap. 81. & lib. 6. addit. cap 6. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

& utrumque ejus fundamentum acta ſunt.

Quintò, Novum illud & ſeparatum corpus Irreformabilis Papiſmi etiam poteſt dici mutatum eſſe quod ad ſui partes aliquot, Eccleſias ſcilicet Nationales aut Provinciales, ex. gr. *Germanica Geſſem* (ut loquitur Baronius) id eſt, Bavarica cum aliis aſſociatis ipſi Epiſcopalibus (ut Colonienſi, Moguntina, Bambergenſi, &c.) in & cum radice ſeu matre ſua Germanica non manſit, multo minus ſaltem quam reformata Gallica in radice ſua Gallicana. Non ſtetit cum matre ſua contra uſurpationem & factionem Romanam, ut olim tempore Henrici IV. Ludovici ſui Bavari, &c. ſed deſerta unitate proximi & proprii corporis, maluit avulſa cum corpore uſurpationis Italicæ coaleſcere, & conſuetæ jam ſervituti inhærere, quã poſtliminio priſtina & communi libertate perfrui. Idem judicium eſt de reliquiis Papatus Bohemicis, Hungaricis, Polonicis. Quales ut & totum corpus nunc Papiſticum optimè comparari poſſunt, cum Iſraelitis Ægyptiam ſervitutem præferentibus, Exod. 16. verſ. 3. 4. cum tribubus illis, Judic. 5. verſ. 17. 23. quæ in libertatem ad Dei celeuſma ſe non vindicabant; cum civibus Succot & Peniel, quæ vindici Gedeoni verbis & factis reſiſtentes belli ſacri ſocietati ſe ſubtrahebant, Iudic. 8. verſ. 6. 8. cum Iſraelitis in Babylonica captivitate tardantibus. Contra Reformata & ratione totius & ratione partium ſuarum manſit in radice radicũ ſcil. Chriſto, in radice & matre Eccleſiæ Catholicæ, in radice Eccleſiæ Occidẽtalis, in communione corporis ejus, in corporis iſtius forma & ſpecie, h.e. fidei & cultus ejuſdem & quidem veri conſociatione.

Aliud argumentum ſuppeditat Ianſenius pag. 495. 496, ex verbis Auguſtini, ut putat. Quæ congregatio non extenditur ubique ſicut altera; ſed certis locis remanet, illa fecit ſciſma, ab altera tanquam univerſali radice ac trunco Eccleſiæ permanente. Sed noſtrorum congregatio, &c.

Probatur Minor.

Qui non ſunt ubicunque ſunt Catholici (Papiſtæ ſcil.) nec in remotas eorum Provincias ſe propagare potuerunt, illi certis locis remanent, &c.

Sed Calviniani non ſunt ubicunque Catholici, Catholici contra ſunt ubicunque ſunt Calviniani, &c. Ergo.

Reſp. I. Major non eſt univerſaliter vera. Itaque nulla alia argumentatio hic confici poteſt quam ex puris particularibus. Damus inſtantias ex Scriptura. Eccleſia Iſrael quæ latebat tempore Eliæ, & in ſpeluncis latitabat, non erat ubicunq; erat altera pars Idololatrica à qua ſeceſſerat; ideo tamen non dici poterat ſciſmatica. In Eccleſia Iudaica lugentes ſuper omnibus abominationibus, Hezech. 9. & recedentes à malo ab Idololatria non erant ubique, ſaltem non in cathedra Idololatrici ſacerdotii aut pſeudo prophetarum; nec tamen erant ſciſmatici. Et Eccleſiæ & miniſtri orthodoxi in Oriente qui recedebant à factione Ariana, non erant ubicunque erant Ariani. Hilarius aliique Orthodoxi in Occidente cum recederent ab Epiſcopo Romano & Patriarcha Occidentali Liberio, immo cum ci anathema dicerent, non erant propterea ſciſmatici. Hæc ex ſuperabundanti. Sufficit alioquin nobis negatio noſtra. Probet Ianſenius ex Scriptura & conſenſu Patrum. Nam quod ex Auguſtino, Optato, &c. adfert, nihil ad rhombum. Auguſtinus enim argumento illo tanquam ad hominem uſus eſt, & quidem non ut primario ſed acceſſorio tantum: primaria cauſæ diſceptatione ad ſcripturæ judicium revocata, ut antehac oſtendimus. Ipſi Pontificii falſitatem Majoris evincunt cum dicunt; Si modo in una Provincia eſſet vera Eccleſia, eam fore Catholicam. Sic Bellarmin. alibi cit. Et Canus locor. Theolog. lib. 4. cap. ult. pag. 280.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

280.281. ubi pluribus illud proſequitur.

II. Minor & probatio ejus negatur. *Primo* enim mutat terminos, & ſic vitioſè concludit. In principio hujus controverſiæ ſubjectum concluſionis & propoſitionis Minoris fuit *Lutherus & Lutherani*, p. 486. 487. nunc ſubſtituit *Calvinianos*. Atqui *nihil Calvinianis cum Luthero*, ut concludit pag. 116. Aut nobis eſt aliquid commune cum Luthero ex ſententia Ianſenii, aut non eſt. Si prius, cur ſupra contrarium probavit & concluſit Ianſenius? Si poſterius, cur pro Lutheranis noſtros ſubſtituit, aut utroſque confundit. Vtrumlibet eligit, manet in radice ſophiſticæ.

Secundò, Minoris probatio falſa eſt quod ad utrumque membrum. In priori membro certum eſt, Si propagatio & extenſio Eccleſiæ noſtrę inſtanti ſeu puncto temporis non alligetur, ſed ſpatium ac latitudinem aliquam temporis admittat, cujus mēſura eſt in manu Domini, quo ſpiritu Ianſenius novit noſtram doctrinam & Eccleſiam in remotiſſimas, ut loquitur, provincias non diſpargendam? qua fide certus de futuro hoc? qua evidentia ex ſpe aut conjectura ſua privata totam hanc controverſiam noſtram hinc conficere poteſt? Nos piè credimus illam quæ ad tubam reformationis tantillo tempore tot Romano-Pontificii orbis nationes & Provincias occupavit, etiam in Hiſpania, Italia, ubi olim in herba oppreſſa eſt, caput ſublaturam. Ipſi Pontificii metuunt & cavent quantum poſſunt quotidianis *ſacri* illius *Inquiſitionis Officii* Officiis. Neque certam fidem habere poſſunt aut à parte illarum provinciarum, aut à parte noſtrorum hoc impoſſibile eſſe. Nō à parte provinciarum, quia eos mutationibus religionis & cultus ſubjectos eſſe fatentur, cum de Antichriſto totum mundum pervagaturo, immo ipſam Cathedram Romanam occupaturo, ſuo more ex Theologia mythologica philoſophantur. Non à parte noſtrorum, quia eos in provincias illas penetrare poſſe docent Inquiſitorum collegia, poſt diviſionem aut erecta in Italia, aut erga noſtros directa in Hiſpania; præterea clandeſtinæ non tantum, ſed & publicæ noſtrorum congregationes, dogmatiſationes, confeſſiones in civitatibus, in aulis Magnatum, &c. nobis non eſt dubium, quocunque penetrant Biblia, eo tandem in deſpectum Diaboli & Papæ ingreſſuram veram & antiquam fidei doctrinam, ab humanis corruptelis repurgatam: Immo & caput ſublaturam accedente Regum ac Principum *forti favore*, ut cum Gerſone loquar. De quo deſperare nos non ſinunt potentiſſimi Regis Hiſpaniæ, Illuſtriſſ. Reipubl. Venetæ adverſus prætenſam *Papalem Omnipotentiam* oppoſitiones: quæ ut in nervum aliquando erumpant, Deum noſtrum ſupplices precamur, innixi promiſſionibus Apocalypſ. 17. verſ. 15. 16. 17. 18. & cap. 18. verſ. 5. 6. 7. Sublata enim Papali illa omnipotentia aut in totum, aut ex parte, liber patet aditus religioni noſtræ, ut factum in Anglia & Gallia.

Quod ſi Ianſenius regerat, in inſtanti aut mox cum diviſione illam propagationem non fuiſſe factam.

Reſp. Contra dicimus

Primò, Factam fuiſſe ex parte ſeu aliquo modo fatente Bellarmino ſupra citato. Immo fulguris inſtar cum in Saxonia ſignum extuliſſet Lutherus, per omnes Occidentis Eccleſias pervagatam; Ita ut ſaltem *creſcendo non manſerint ubi ceciderant*, ut ſtolidè nimis perſuaſum velit Ianſenius pag. 496. *Deinde*, negamus ita debuiſſe fieri. Hac enim reſtrictione ſi Major propoſitio coarctetur eſt apertè falſa & ridicula. Sic propagatio & extenſio Eccleſiæ Chriſtianæ, quā Scriptura promittit per totum mundum uno tempore non eſt facta, immo hodie nondum factam dubitat Coſter. in Enchirid. cap. de Eccleſia. Vt enim liberatio re-

gni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

gni Hiſpanici à Mauris, & Gallici à Ligiſtis, abſque ſciſmate & rebellione, ſic etiam Eccleſiæ Occidentalis ab Antichriſti uſurpatione, ſucceſſive & per partes peragi potuit.

Poſterius membrum probationis, quo dicitur *Catholicos eſſe ubicunque ſunt Calviniani, tanquam truncus unde præciſiſunt*: aut apertiſſimè falſum, aut Ianſenio egregiè in crura redit. Si intelligit de aliquo hominum numero, qui cum Papiſtis in fide ſentiant, quomodo illos probabit eſſe Genevæ, aut Bremæ, aut Veſaliæ, in 4. Helveticis pagis, in Saxonia, in Dania, in Suecia, &c. & ſi eſſent, ut in Britannia, Hollandia, &c. qua ratione illi dicentur conſtituere ibi Eccleſiam: immo truncum & radicem Eccleſiæ, abſque miniſterio ſcil. abſque Eccleſiaſtica architectura. Sin verò illi tam pauci conſtituunt, ideo truncum Eccleſiæ, quia fide & ſenſu cum corpore Catholicæ Eccleſiæ compinguntur utut externa & viſibili congregatione in corpus Eccleſiaſticũ, aut externa architectura & regimine per ordinariam hierarchiã, externa item unione & communione deſtituti; jã vide quam pulchrè hæc conveniant cum dogmatis de viſibili, indefectibili & perpetua ſucceſſione per viſibile miniſterium, regimen & corporis Eccleſiaſtici architecturam. De quibus vide ſupra ſect. 2. Hinc retorquemus noſtros ſeu noſtram Eccleſiam, h. e. verè *Catholicam* fuiſſe, decimo & ſequentibus ſæculis ubique in medio Papatu, & etiamnum eſſe ſi non majori, ſaltem pari ratione. Ita miſer propria tollendo contradictionum vorticibus perpetuò abſorbetur.

SECTIONIS TERTIÆ

CAPVT IV.

Symbola ſciſmatis à Ianſenio adducta incerta ſunt & valde ambigua; nec tamen noſtræ Eccleſiæ conveniunt, ſed Papatui.

POSTREMVM argumentum Ianſenii ſit tale.

Quibus omnia indubitati ſciſmatis ſymbola conveniunt illi ſunt ſciſmatici.

Sed Synagogæ noſtræ conveniunt: Romanæ vero minimè, Ergo.

Probatur Minor.

Quæ à trunco Eccleſiæ Romanæ permanentis egreſſa eſt; quæ contra eam pugnavit, non tamen expugnavit; quę ab hominibus habet cognomina; & quæ cathedram ſedit alteram quæ ante non erat erecta; & quæ inſolitum argumentata, & multum novi juriſinvenit; & quæ corpori repudium pacis indixit: illi conveniunt ſigna ſciſmatis.

Sed Eccleſia noſtra hoc fecit, Romana vero non fecit. Ergo.

Probatur Major ex teſtimoniis Auguſtini, Chryſoſtomi, Paciani, Optati.

Reſp. I. Ad Majorem, ejuſque probationem. Signa iſta aut ſingula, aut ſimul conjunctim faciunt tibi rationem ſciſmatis. Si ſingula, debent eſſe τεκμήρια, h. e. ſigna neceſſaria, & cum re quam ſignant, converti. Et ſic unicum iſtorum ſufficeret probando ſciſmati. Sed non opinor te hoc velle. Sin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Sin verò per omnia illa conjunctim, certò denotari putas ſciſma; negamus Majorem ejuſque probationem. Nihil enim Patres illi locis citatis de Eccleſia Romana & trunco ac radice inibi conſtituto: ſed de Eccleſia Catholica abſolutè loquuntur. Et hoc tuus perpetuus paralogiſmus, illi Hamanis non abſimilis, qui audito in genere Regis decreto, mox ſtulta & fallaci quadam præſumptione concludebat in ſuam gratiam hoc factum; de quo diximus ſect. 1. cap. ult. Quod ſi nomen *Romanæ* ex majore tolli pateris, & ſubſtitui *veram & Catholicam Eccleſiam*, jam tranſeat Major. Et tota hæc diſputatio nihil ad nos. Minorem enim tantum innuis & affirmas tua fide, quæ apud nos nulla eſt. Itaque tantundem feciſti ac ſi nihil diſputaſſes. Inartificialis illa methodus Pontificiorum jam nimis ſordet, qua generalia & non controverſa explicant, probant, amplificant; particulare κρινόμενον ſupprimunt aut ſimpliciter affirmant, aut præſupponunt.

II. Minor ergo negatur. Quam negationem quia non dico inſufficienter, ſed ne verbo quidem probat Ianſenius, poſſem hic quieſcere: *probatione enim deficiente abſolvitur reus*, ut concludit Ianſenius, ſed tamen excutiemus ſigillatim; geſtit enim bona cauſa ubique occurrere adverſario.

Quod ad *primum membrum*. Nos ex communione cum particulari Romana factione, ſecta & uſurpatione, h. e. ex Eccleſia virtuali (Papa) & ex Conſiſtoriali (Cardinalibus cum Papa) ejuſque jurato ſatellitio egreſſi ſumus; non verò ex trunco eccleſiæ Catholicæ permanentis & radice Chriſto, ſed ad eam potius regreſſi ſumus. Probet Ianſenius radicem & truncum veræ Eccleſiæ Catholicæ tantum eſſe in ſede Papali & communione cum ea. Præterea in iſto egreſſu non eſt majus ſciſmatis peccatum quam in ſeceſſione Pauli à Synagogæ corpore, cui antea conjunctus erat aut in egreſſu fidelium ex Babylone, Apocalyp. 18. v. 6. Aut in ſeceſſione Eliæ & 7000. illorum, qui genua non flectebant coram Baal, à corruptelis Eccleſiæ Iſraeliticæ; aut piorum in Iudæa à cultu Idololatrico ſub Regibus Manaſſe, Achas, Ammon, Iechonia, Zedekia; Aut in egreſſu orthodoxorum in Oriente ab Eccleſiis Arrianis; aut in ſeparatione Occidentalium à cathedra Romana in Liberio Arriano, in Honorio Monothelita malignante, cui tamen cathedræ antea conjuncti erant. Contrà Romana ſynagoga à Chriſto radice, à trunco veræ apoſtolicæ & Catholicæ Eccleſiæ egreſſa eſt multis modis. Quod ne ad oculum cuivis pateret, in examine 50. articulorum (in quibus firmatur magnus ille hiatus inter nos & Pontificios) maluit Ianſenius cum Clero Sylvæducenſi & ſuo & cauſæ ſuæ honori renunciare, quam collationis alicujus etiam ſcriptæ aleam ſubire. Quod addit Ianſenius, ſe in radice (h. e. ſede Romana) *cum toto orbe manſiſſe*, pag. 492. nimis impudens & ſtolidum eſt commentum. Qua Geographica tranſſubſtantiatione, ex Hiſpania, Luſitania, Italia, & Germaniæ, Galliæ, Belgii, Helvetiæ aliqua parte, orbem Chriſtianum nobis faciet? Non eſt certe quod indignemur ambitioni veterum ſcriptorũ quibus orbis univerſus & Romanum Imperium erant ἰσοδυναμοῦντα. Interim notet Lector Ianſenium gloriari pag. 492. *Omnes hæreſes* à Romana Eccleſia *exiiſſe*. Quo non malè retundit ſuam & ſuorum perpetuam exprobrationem, de Ochino, Blandrata, Sternbergero, Neuſero atque aliis hæreticis Antitrinitariis ex noſtra Eccleſia egreſſis.

Sed explicandum eſſet, qua ratione Romana aut alia quæcunque Romanæ ſedi adhærens Eccleſia, dicatur Radix, truncus, mater, &c. Si enim infallibilem primatum, & ab eo omnium Eccleſiarum neceſſariam dependentiam intelligis, nos conſtanter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

negamus, & tu nunquam probaſti. Vide ſupra ſect. 1. cap. 11. & 12. & ſect. 2. cap. 1. & 2. Sin primitatem aliquem ordinis & privilegia Eccleſiaſtica humanis & canonicis conſtitutionibus ſancita; negamus inde ſequi nullo modo potuiſſe nos ſeparari à privilegiata illa Eccleſia abſque ſciſmate, cum dependentia à tali Eccleſia & communio cum illa ſit diſſolubilis in caſu neceſſitatis, ubi lex, ordo, & jus humanum debet cedere juri divino. Si vero innuitur, Romanam *matrem* & *radicem* eſſe, quia alias eccleſias genuit, plantavit, & propagavit: ideoque Eccleſias tanquam traduces & ramos illius: ſi ab ea ſeparentur, continuo exareſcere & non eſſe amplius Eccleſias: Dicimus,

Primò, Non omnes eſſe ex Romana, per Romanam, & à Romana propagatas & ad fidem Chriſti adductas; ſed plurimas etiam in Occidente ab ipſis apoſtolis aut viris apoſtolicis fidem accepiſſe & in corpus Eccleſiaſticum coiiſſe, ut quidem ipſi de Hiſpanica Compoſtellana, & Mediolanenſi, Gallicana, Germanica, Colonienſi aliiſque teſtantur.

Secundò, Non dependere Eccleſiam jam collectam, & conſtantem ex materia ac forma ſua, ſeu mavis jam adultam, perpetuo & neceſſario (quod ad informationem veritatis & influxum juriſdictionis) ab illa Eccleſia Matre per quam primitus ad fidem fuit adducta, cujus miniſterio, autoritate & juriſdictione fuit collecta, & à cujus regimine *in ſuo fieri* tota dependebat, immo cujus in infantili ſua ætate habita fuit pars & ſubdita: Sed quamque Eccleſiam jam conſtitutam & adultam ut propria forma unitate, & ſpecie corporis ſeu ſocietatis Eccleſiaſticæ, ita & proprio regimine, ac juriſdictione præditam eſſe, quam exercet dependenter à Chriſto & verbo ac Spiritu ejus, & independenter ab omni alia, etiam matre illa ſua tanquam ſe ſuperiori, ex jure ſcil. divino. Non enim de propagine & traduce aliqua Eccleſiæ cogitandum eſt, ſicut de mundani Dominii acquiſitione aut diviſione novi orbis, quaſi ſcil. Eccleſiæ primæ occupantes, aut primæ mittentes, aut colonias deducentes, in omnes traduces ſuas dominium aut perpetuam poteſtatem ſibi vindicare debeant, tum enim Genevenſis, Embdana, Veſalienſis, Heidelbergenſis, per Reformatum Belgium, Galliam, & Germaniam longè lateq; regerent. Sed cogitandum eſt de talibus Eccleſiis, ut de filio jam adulto qui ſub tutela amplius non eſt, ſed propria poteſtate in bona ſua utitur: ut de ſurculo ſeu ramulo olivæ inſito[a], qui ubi ſatis cum ficu coaluit, abſcinditur à priori ſuo trunco qui ipſum portavit, ut de fœtu jam animato qui propria forma & anima nunc efformatur & creſcit (juxta illud: *anima ſibi fabricat proprium domicilium*,) cum antea à ſola matris anima omnis ejus efformatio & accretio dependeret: ut de arbore aut frutice, qui ex ramulo aut quacunque parte alterius abſciſſa, ſua ſibi anima vivit, nutritur, creſcit, per radicem propriam, quam ſibi acquirit ubi ſeorſim à matre terræ fuerit implantata; ut de Colonia, quæ jam peculiarem populum conſtituens, proprio jure gaudet; ut de nova legione ex veterana per legatum juſſu Principis de novo conſcripta, quæ debitam formam & plenitudinem ſuam nacta, æquali cum veteranis jure utitur, & ſoli Principi aut Duci ſubjicitur. Aliam quamcumque vitam, animationem & informationem Eccleſiarum per continuum influxum & directionem Eccleſiæ matris: cujus directioni primam prædicationem, primam corporis ſui architecturam, primam miniſtrorum miſſionem, primam presbyterii conſtitutionem, primam diſciplinæ ordinationem debet, ut abſolute neceſſariam & de jure divino: ſi quis ſtatuit, ex tabulis juris divini eam probet: Probet, inquam,

a De Inſtitutione illa Columella lib. de Arbor. cap. 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Eccleſiis apoſtolicis, ex. gr. [a] Antiochenæ, Corinthiacæ, Epheſinæ, &c. (ex quibus tam multæ traductæ ſunt) traduces Eccleſias omnes in Achaia, in Syria per civitates aut vicos debuiſſe perpetuo ſubeſſe, & tanquam ramulos ſeu partes earum in illo corpore ſuo quæque cenſeri, & ab illa radice & matre ſua quod ad omnem juriſdictionem & regimen dependere; ita ut ipſæ jam bene conſtitutæ & adultæ res ſuas & proprium aliquod regimen nunquam habuerint, aut ad unitatem ſuam propriam & totum aliquod pervenerint. Dependentiam & unionem neceſſariam quidem agnoſco, quamdiu Eccleſiæ illæ apoſtolicæ haberent aſſiſtentiam & præſidentiam apoſtolorum: ad illas enim ſeu potius ad apoſtolos in illis tanquam ad caput & fontem derivationis recurrendum erat, ſi quid difficultatis in doctrina aut diſciplina obortum eſſet, quomodo ad Hieroſolymitanam recurrunt etiam ipſæ apoſtolicæ, Actor. 15. ſed ex eo minimè ſequitur Eccleſias omnes eadem neceſſitate dependiſſe à cathedris apoſtolicis, cum per exceſſum apoſtolorum cathedræ extraordinario illo præſidio eſſent deſtitutæ, & Eccleſiæ ſubſequentis non tanta eſſet autoritas, quanta primitivæ apoſtolicæ, ut quidem ipſi adverſarii fatentur.

Quamcumque eminentiam Eccleſiis cathedralibus, aliiſque Principalibus ſupra Eccleſias reliquas iſtius nationis, aut aliarum nationũ humana conſtitutio aut conſuetudo attribuit, illa juri divino & ſecundum illud jus recurſui ad Chriſtum, Euangelium & communionem Eccleſiæ Catholicæ in tantum præjudicare non debet, ut ſine Cathedrali in caſu neceſſariæ reformationis nihil agere, ſcorſim & immediatè à Chriſto dependere, immo & ab illa diſcedere alicui Eccleſiæ inferiori non liceret. In quo caſu ſeparatio tantum eſt ſororis à ſorore, cognatæ à cognata, arboris ab arbore, collateralis à collaterali; non vero (ut prætenditur) filiæ à matre, rami ab arbore ſeu trunco, inferioris à ſuperiori. Habeat Britannica Chriſtianiſmum ſuum ex propagatione Romana (ut quidem Baronius velit) habeant Batavicæ ex Britannica per Willebrordum, Germanicæ multæ ut Saxonicæ ex Gallicana tempore Caroli Magni aut ex antiquioribus Germanicis, hinc tamen non ſequitur poſteriores illas traduces & novellas eccleſias ubi radicatæ fuerint & ſuccreverint in ſuo ſolo, in communi ſervatore, fide, Euangelio, non eſſe Eccleſias, ſed tantum ramos, membra & ſubditos alterius Eccleſiæ, nec frui poſſe ſua interna unione & poteſtate Eccleſiaſtica, ſed tantum regi poteſtate extrinſeca alterius eccleſiæ, eſſe & manere perpetuo colonias, nunquam vero in peculiarem populum coire. Scriptura omnem cœtum Chriſtianorum debitè collectum & unitum vocat *Eccleſiã*, ſive prior ſit, ſive poſterior, ſive propagans, ſive propagata, ut Eccleſiæ *Macedoniæ, Galatiæ, Achaiæ, Iudeæ, &c.* inter quas primæ tamen origine & propagatione erant Philippenſis, Hieroſolymitana, Corinthiaca, Galatica[b]. Habent enim communiter unum ſervatorem, unam & ἰσότιμον fidem (2. Petr. 1.) communem ſalutem (Titum 1.) communem Euangelii theſaurum, unum Spiritum, unam unctionem qua Chriſto uniti communiter bona & dona ejus participant. *Habeo caput*, inquit Auguſtinus, in Collat. Carth. 3. cap. 242. *ſed Chriſtus eſt, cujus apoſtolum audio dicentem, omnia veſtra, vos autẽ Chriſti, Chriſtus vero Dei. Nam & ubi ſe patrem, &c. Semen ergo & vena ſeminis mei de Euangelio ducitur. Honorificentiæ cauſa patres appellamus eos, qui nos vel tempore vel meritis præceſſerunt. Aliud eſt cum*

[a] Vide Actor. 13. verſ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. [b] Philipp. 4. verſ. 15 2. Corinth. 8. 19. 23. 24. & 9. verſ. 1. 2. 3. & 11. verſ. 8, 9. Galat. 1. verſ. 2. & 22. Actorum 9. verſ. 31. Roman. 15. 26.

quærimus ad fidem, quem habeamus patrem, &c. & cap.230. *Cæciliani memoriæ communicamus tanquam memoriæ fratris, non tanquam patris aut matris. Quæris autem à me unde communio mea ſumat exordium. Dominus ipſe Chriſtus aſſerit exordium communionis meæ, dicens, Oportebat Chriſtum pati, &c. Cœpit iſta prædicatio ab Hieruſalem: inde ſe ab illuſtriſſimo exordio diffudit, diffundens Eccleſiam quam tenemus. Primò per vicina, deinde per longinqua etiam in Africam venit. In hanc oculos aperuimus, hanc in divinis eloquiis & teſtimoniis, ſicut ipſum dominum Chriſtum & redemptorem noſtrum comperimus: ab illo Deo patre, ab hac Eccleſia matre, nullius me hominis crimina, nullius calumniæ ſeparabant.* Tantum abeſt ut ad Romanum patrem, Romanam matrem, ad truncum illum, ad radicem, originem ſuam & Eccleſiæ ſuæ deduxerit, ut ne quidem miniſterii ejus in propagatione & traductione meminerit, ſed ſolius *Hieruſalem*. Itaque ſeceſſio Eccleſiarum Occidentalium à Romana, non eſt ſeceſſio aut à radice primatus, aut à radice originis; & unio cum illa poteſt abeſſe abſque ſubjecti interitu, abſque ſciſmate: Et potuiſſet diſceſſio ſeu diſtractio Eccleſiarum initio ſatis prohiberi, aut poſtea conſolidari per legitimum Concilium, abſque unione cum Primatu Papæ Romani, prout utrimque à moderatioribus quibuſdam Conſilia in illum finem ſuggeſta ſunt: ſed omnia intervertit ambitio & ataxia Pontificis, qui metuens poteſtati ſuæ omnem Reformationem ab omnibus Regibus, & populis expetitam procul avertit. Vide quantum à nova factione & Secta Tridentino-Papali abſint Imperatores Ferdinandus & Maximilianus II. cum publicè hortantur omnes: [a] *Vt abnegato ſciſmate redeant ad Petram, unde exciſi ſunt, & ad matrem quæ regenuit nos, credendo, docendo, confitendo, ſerviendo, faciendo, juxta exemplar in monte* VETERIS ECCLESIÆ *præoſtenſum. Poſt hæc, ô fratres cariſſimi, vox iſta nunquam audiatur: Ego ſum Pauli, ego verò Apollo, ego vero Cephæ: velut hodie auditur, Ego ſum Papæ, ego Lutheri, ego Cinglii, ego Rinchii, ego Calvini. Num diviſus eſt Chriſtus? num Papa crucifixus eſt pro nobis? num in nomine Lutheri aut Cinglii, aut Rinchii, aut Calvini baptizati ſumus?*

Vbi in hac unione corporis Eccleſiaſtici in una & Catholica veteris Eccleſiæ fide, includitur Vnio & ſubjectio ad Papæ primatum Monarchicum ejuſque Papales deciſiones? Vbi neceſſaria ab illo dependentia tanquam baſi, centro, radice, conſtituit ſpeciem, formam & Vnitatem Eccefiæ? ubi independentia inducit ſciſma, Eccleſiæ & ſalutis jacturam? *Nam & eccleſiæ ſingulæ,* inquit Canus, libr.4. cap. ult. pag.281. *ſub univerſali comprehenſæ Catholicæ vocitantur, quoniam eam fidem habent, quam univerſalis tenet tenuitque ſemper Eccleſia.*

Secundum membrum eſt. [b] *Omnes etiam noſtros contra Romanam Eccleſiam pugnaſſe, neminem expugnaſſe, ita ut hic magis firmata ſit, alibi dilatata.*

Reſp. I. Si notam Eccleſiæ, victoriam adverſus hoſtes, cum Bellarmino ſuo exſertè poſuiſſet Ianſenius, oppoſuiſſem illi non rationum momenta: ſed (qua unicè gaudet paſſim) *factorum lucem* in Germania & Belgio. Nunc quia λιτότητι h. e. ſcemate extenuationis utens dicit *neminem expugnaſſe*, id eſt, plane exſtirpaſſe ac ſuſtuliſſe Eccleſiam Romanam; *Primò*, dico nullam eſſe conſequentiam, Nondũ expugnata eſt, ergo nunquam expugnabitur. Vide quam infirma ſit illa conſequentia Apocalypſ.18. verſ.7.8. Adhæc veſtræ credulitatis mythologia eſt, Antichriſtum Romanam Eccleſiam expugnaturum. Dico *ſecundo*, nullum hic eſſe miraculum aut privilegium, de quo Gentiles, Mahumediſtæ, Iudæi, Chriſtiani Orientales æquè aut majori jure non

poſſint

[a] Georgius VVicelius *in Via Regia* juſſu & nomine Impp. edita, [b] pag.493.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

poſſint gloriari. Ergo fiat concluſio. Quid de nobis tam paucis, tam contemptis in oculis Janſenii dicam? Qui ab ipſis reformationis incunabulis Pontificis, Imperatorum, Regum potentiſſimorum odiis atque armis, omni ſuppliciorum genere preſſi tantum non oppreſſi, ſtamus in hunc uſque diem, & magis magiſque dilatamur; adeò ut nobis applicare poſſimus illud Pſal. 129. v. 1. 2. 3. & Pſal. 118. v. 10. 11. 12. 13. De ſucceſſiva expugnatione, & abolitione Papatus dubitare nos non ſinit plaga Beſtię já illata in Anglia, Scotia, Dania, Suecia, Fœderato Belgio, & magna Germaniæ, Hungariæ, Poloniæ, Helvetiæ parte; ut nunc de præparatoriis diſpoſitionibus in Hiſpania, Italia nihil dicam. Nos Deo noſtro gratias agimus quod deſcenderit ad judicium Antichriſti, illumque conficiat [a] ſpiritu oris ſui, donec ubique *inſtar limacis liqueſcentis diffluat*.

II. Nullibi videmus Papatum magis firmatum à tempore Reformationis, niſi apud eos qui externis argumentis à violento aut ab utili permoveri ſe patiuntur, quales laici non pauci & ex Clero plurimi, quamvis in ipſo religionis negotio meris libertiniſmis, h. e. opinionum & contradictionum chimæris ſeipſos atque alios ludant. Quibus adjunge eos, qui efficacia mendaciorum & brachio forti in miſera craſſæ ignorantiæ ſervitute detinentur, quales plerique laici miſerè ſeducti & coacti quos tamen magno numero, ut captivos Zion, ilico clauſtris modo per noſtros reſeratis erumpere videas. Exempla habet Janſenius in civitatibus illis nuper in noſtrorum poteſtatem redactis.

III. Alibi dilatatam non videmus; neque in Oriente, neque in Moſcovia & Ruſſia, quamvis omnibus modis tentarint, ut alibi diximus. In Occidente dilatatio nulla apparet, ubi quotidie adhuc in anguſtias cogitur; vide querelas & convitia in Regem Chriſtianiſſimum & Illuſtriſſ. Cardinalem de Richelieu eo nomine effuſa ab Catholico-politico in Statera ſtateræ Puteani, ubi nota acumen alluſionis ad lit. L. p. 128. *Quã malè hæc porta (ô Deus!) ſub malo* CARDINE *verſatur*. Fortè ergo in India Occidentali. Sed ſi dilatationem religionis Papiſticæ putet eſſe ſubjectionem & coactionem Barbarorum ne contra arma hiſcere audeant, non eſt quod illud incrementum tantopere ipſis invideamus [b]. Plurimos fecerunt hypocritas, paucos adduxerunt non dico ad veram Chriſti cognitionem & fidei obedientiam, ſed nec ad talem qualem papiſticum Chriſtianiſmum. Mira referri poſſent de iſta Indorum converſione, ſed chartæ & lectoris patientiæ parco. Vnica illa epiſtola monachi cujuſdam Flandri, jam veterani iſthic apoſtoli ſpecimen dabit apoſtolatus & prædicationis iſtorum apud gentes: [c] In qua inter alia, *Nihil igitur amplius addo niſi hoc unum, quod liber quidam, qui Biblia vocatur, mihi valde eſt neceſſarius, quem ſi ad me mitti curaveris, &c.* Refert in eadem Epiſtola ſe puerorum Indorum opera uti in convertendis Barbaris, qui quotidie ad milliaria aliquot excurrendo multa millia per Baptiſmum Chriſtianiſmo initiabant. Habet etiã tale quid Franciſcus Tielmans in vita Franciſci & Claræ Belgicè edita Lovanii 1598. fol. 60. Beatus hic frater laicus ex Mexico literas dedit 27. Junii 1529. de lucro quod iſthic faciebant. Aliquando 14000. aliquando 10000. aliquando 8000. uno die baptizarunt. Officium ipſius erat 500. pueros inſtruere, & noctes atque dies concionari.

Tertiũ membrũ eſt: *ab hominibus nos habere cognomina, Põtificios minimè*, & à toto orbe nos dici Calviniſtas, p. 115. Gomariſtas, pag.

Yyyy 3 414.

[a] 2. Theſſ. 2. Pſalm. 58. 9. [b] Vide de illa propagatione Bartholom. de las Caſas in pecul. lib. & Lipſium in Conſtant. lib. 2. cap. 12. & Thuanum ac Cajetanum lib. 2. ſect. 1. cap. ult. cit. [c] Exſtat in libro cui titulus epiſtolæ, ex Hiſpania Nova fol. 127. in octavo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

414. & 415.

Reſpond. I. Falſum eſt in toto orbe nos dici Calvinianos, multo minus *Gomariſtas*. Oſtende hoc ex luce factorum; & ego oſtendam, te hominem omnium rerum ignarum. In Gallia primum *Lutheranos*, deinde *Proteſtantes, prætenſos Reformatos*, & *Huguonotas* dixerunt. In Germania *Lutheranos* & *Proteſtantes*.[a] In Belgio *Geuſios*. In Hiſpania & Italia *Lutheranos*. In Bohemia *Picardos, Huſſitas, ſub utraque*. Alicubi & nonnunquam *Calviniſtas* in Gallia imprimis & Germania: *Gummariſtas* nuſquam, nedum in toto orbe, niſi Lovanium aut Brabantia tibi ſit totus orbis. Cognomen illud jactatum fuit alicubi ante annos aliquot in Hollandia flagrante contentione illa in Academia Leidenſi & nonnullis Eccleſiis, inter noſtros & Iacobi Arminii ſectatores, quorum pars ad concordiam rediit, pars ex nobis exierunt. Sed cognomen illud mox abiit in appellationem *Remonſtrantium* ann. 1610. quam ſibi ipſis tribuerunt, & tribui paſſi ſunt: cui diſtinctionis cauſa appellatio *Contra-Remonſtrantium* nonnullis noſtrorum oppoſita fuit. Quæ utraque appellatio, à præſenti actione illius cauſæ coram Illuſtr. Hollandiæ Ordd. delegatis quibuſdam miniſtris ab utraque parte commiſſa deſumpta erat, non vero ab homine aliquo: & iſta nunc plane ceſſavit, contentione nim. & actione illa ceſſante & coram Ill. Ordd. & in Eccleſiis, poſt habitam & publica authoritate approbatam Synodum Dordracenam ann. 1619. Profer quæſo vocem populi, Principum & Magiſtratuum edicta, reſcripta, literas; eruditorum diſputationes, tractatus, hiſtorias; Theologorum veſtrorum ſcripta in Hiſpaniâ, Italiâ, Sabaudia (ubi in totum viget Papatus) & in Galliâ, Poloniâ, Hungariâ, Bohemiâ, Germaniâ (ubi ex parte viget) quo conſtet aliqua voce Populi, aut conſenſu Doctorum orbem faltem *Papalem* nobis cognomen *Gummariſtarum* imponere. Hoc ſi præſtiteris ad *contradictiones* tantum & *Hyperbolas*, familiares tibi ſpiritus, non ad mendacia aſſertionem tuam relegabimus: *Vos autem non à nobis, ſed ab omnibus, cum de vobis ſermo faciendus eſt, Gummariſtæ vocitamini*, p. 418. *Orbis terra ubi factio veſtra, innotuit, tuæ communionis homines Gummariſtas nuncupat*. p. 414. Conciliet Ianſenius cum p. 115. *Hoc tamen dico, Calvinum non Zvvinglium eſſe autorem nominis quo Calviniani à toto mundo, vobis exceptis vocitamini*. & rurſum p. 415. *Sufficit Calvino autore corpus iſtud doctrinæ primum fuiſſe ex Scripturis ſcil. efformatum, à Gummaro & Arminio fuiſſe laceratum, ut ab illis fruſta cujuſque communionis nomen traherent, & orbis terræ de veſtris contentionibus ſine confuſione poſſet loqui*. Conciliet etiam cum ſocii ſui Becani aſſertione: In manual. controv. libr. 3. *Calviniſtæ in Anglia vocantur Puritani, in Gallia Hugenottæ, in Hollandia Geuſii, in Bohemia Picarditæ, in Helvetia Sacramentarii & Svvingliani, in Germania Calviniſtæ, alibi Calvino-Turciſtæ*. Idem in judicio de Privilegiis Calviniſtarum ann. 1612. ut opinor, ſub nomine Rittingindoni: *Communi vocabulo omnes ſe dicunt Euangelicos, qui Pontificem oderunt, &c. Calviniſt. Euangelici varie nominantur, &c. neque enim Geuſios novit Bohemus, neque Picarditas, Belga, Hugenotæ verò & Puritani ſuis fere in regnis ita nominantur*.

II. Vt Ianſenius pag. 418. ad cognomen *Papiſtarum* à me objectum reſpondet: *Non ab omnibus tribui, ubicumque per orbem noti ſunt, ſed ab illis ſolis qui hoſtili animo ex noſtra Eccleſia nuper in Occidente profugerunt*: ita & nos dicimus cognomina neque jure aliquo, neque arbitrio & conſenſu noſtro nobis imponi, ſed libidine eorum qui irreformabili pervicacia, aſtu & tyrannide Romana

a Coſmas Morelles Profeſſor Colonienſis in collatione quadam noſtros appellabat Orthodoxos, ut teſtatur Goldaſtus in Replic. pag. 41. Zvvarez contra Regem Britanniæ ſæpiuſculè eos vocat Proteſtantes. Thuanus in hiſtoria expreſſè præmonet, ſe illud nomen ipſis tributurum.

mana à nobis in Occidente nuper profugerunt, aut nos à ſe repulerunt. Sic olim hoſtes Gentiles cognominibus, convitiis, maledictis Chriſtianos, Arriani Orthodoxos, Papatus Albigenſes onerabant. Nos nihil contra poſſumus quam proteſtari, quam patienter ferre, Math. 5. verſ. 11. 12. *Patrem nullum agnoſcimus*, ut rectè Catholici in Collat. Carthagin. nedum Patriarcham, aut caput fidei & confeſſionis noſtrę, niſi Dominum Ieſum. Apoſtolos ut infallibiles & extraordinarios Dei præcones recipimus, ab illis tamen nec Paulini, nec Iacobitæ, nec Petrini dici velimus, 1. Cor. 1. & 3. Lutherum, Calvinum, Melanthonem, Bucerum, &c. ut fratres ex charitate defendimus, ubi bene dicta aut facta eorum injuſtè carpuntur. Sic pro Catholicis Auguſtinus in collat. Carthagin. III. capit. 230. 235. 242. quæ vide. Quod ſi regerat Ianſenius nos conſentire in doctrina cum Calvino & ſimilibus. Reſp. cum Auguſtino collat. 3. cap. 222. *Ne vobis dicatis patrem in terra, ſimul audivimus, ſimul legimus, ſimul populis prædicamus.* Et cap. 230, *Cæciliani memoriæ communicamus tanquam fratris, non tanquam patris aut matris.*

III. Adverſarii noſtri cognomina *Papiſtæ*, & *Romani*, ab hominibus ſumſerunt. Veriſſimum enim eſt *Papiſtas* à Papa Romano tanquam capite Eccleſiæ ſuæ, cui omnis anima ſub pœna condemnationis neceſſario ſubjicitur, habere cognomen tum ipſo jure, tum propria ipſorum confeſſione & conſenſu. Sic enim Ianſenius p. 417. 418. *Allubeſcat ſane titulus Papiſtarum ſeu Pontificiorum*, &c. & 419. *Nomen Pontificii non partem ſed totum indicat, &c.* Idque contra Scripturam, 1. Corinth. 1. 12. & 3. verſ. 4. contra antiquitatem; *pro ſalute æterna*, inquit Auguſtin. collat. 3. cap. 242. *pace apoſtoli dixerim: immo jubente Apoſtolo dixerim, non pater meus apoſtolus eſt ad ſalutem æternam, qui mihi dicit, Ego plantavi, Apollo rigavit, ſed Deus incrementum dedit, &c. de hoc dixit Dominus: Nolite vobis dicere patrem in terra. Vtique ſcivit dicturum Apoſtolum, per Euangelium ego vos genui*, &c. Quod ſi apoſtolus non eſt pater, quomodo pater erit Apoſtolicus, ſeu Apoſtoli ſucceſſor? Si à Paulo & Petro cognomen non trahimus, cur à Papa Romano? Et ex tota antiquitate nullum conſenſũ proferet Ianſenius: quo tale cognomen à Papa Romano Eccleſiæ Catholicæ membris, ſeu omnibus & ſingulis Chriſtianis deſumtum aſſeratur. Quod idem de authentico ſeu canonizato nunc titulo *Eccleſiæ apoſtolicæ, Catholicæ Romanæ*, & *Catholici Romani*, affirmamus; ſine quo cognomine, nec orbis totus, nec ipſi imprimis ſine confuſione ſe loqui poſſe putant, in libris ſcilicet editis, & in juramentis, in confeſſionibus, abjurationibus jam inde à Concil. Tridentino præſtandis. Præter praxin etiam hoc ſuis præſcribunt: *Interdum quoque haut ſatis eſt Eccleſiam vocare Catholicam*, ſed & *Romanam addendum eſt, &c. quia hæretici ad ſuas Eccleſias nomen Catholicum trahunt, &c.* Poſſevinus ſelect. Biblioth. lib. 5. cap. 19. Adeo conſcientia ipſis dictat ſectam ſuam à nemine cognoſci ac diſtingui poſſe; niſi nomen illud partis, factionis & ſciſmatis ſibi ſumat. Si orbem univerſum percurris, nemo eſt ſive Chriſtianus, ſive extraneus, qui ſolo nomine *Catholici* eos omnibus aliis anteſtare putet. Proferat, ſi poteſt, alicujus nationis Chriſtianæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa appellationem, qua conſtet Papiſtas *Catholicos* dici. Idem de Mahumetiſtis, Iudæis, aliiſque affirmamus. *Romania*, *Romana*, *regnum Romanorum*, *Edom*, *Latini*, *apoſtatica Eccleſia Romana*, *Papatus*, *Papiſtica*, *Papiſta* ubique ſonat. Vt abſurditatem & rerum omnium ignorantiam infelix hic Rhetor nimis prodat cum ait cap. 74. pag. 399. 400. 401. *ab Apoſtolorum temporibus huc uſque*

arbitra-

arbitratum fuiſſe nemini debere vel poſſe tribui nomen Catholicæ, quàm Eccleſiæ Romanæ; & *ab omnibus Catholica vocatur*, &, *ſolo hoc nomine ab* Eccleſiis omnibus *diſtinguitur*. Cur ergo, *Omnes Doctores Theologiæ jurare* ſolent in *verba Magiſtrorum ſuorum*? Vnde *ſexcentæ prodierunt ſectæ, Thomiſtæ, Scotiſtæ, Occamiſtæ, Bacconiſtæ, Albertiſtæ, Ægidiani, Alexandriani*, ut loquitur Corn. Muſſus Epiſcop. Bizontinus. In epiſtol. ad Roman. cap. 6. pag. 279.

Nunc vides, quam verè glorietur Ianſenius ſolo nomine *Catholici* Eccleſiam veram (ſuam ſcil.) cognoſci & ab aliis omnibus diſtingui: Cognomina illa, ſive ſectarum Theologicarum ut *Thomiſtæ, Scotiſtæ*, &c. ſive religionum, ut *Franciſcani, Dominicani, Benedictini*, &c. quæ ſibi voluntaria electione & ambitione imponunt primarii Papiſtæ, [a] & honorificum ſibi ducunt ita nominari, ex qua Scriptura, ex quo antiquitatis conſenſu, à ſciſmatis ſuſpicione vindicabunt?

IV. Quæ adjicis cap. 74. & 75.[b] de nomine *Catholici* vobis proprio, quod nulla uſurpatione aut affectatione vobis eripi aut aliis cedere potuit, ut nomen *Chriſti* ſponſo ejus *proprium, ut nullius Iudæi aut Davidis Georgii affectatio, &c. efficere potuerit* ut nomen illud ſalvatorem ab aliis non diſcerneret, uſque adeo ut & ipſi Iudæi hoſtes Chriſti acerbiſſimi, cum de Ieſu noſtro loqui volunt, non *aliter ſe intelligi poſſe putent, niſi eum illo nomine* (Chriſtus) *a Ieſu Syrah, Ieſu Nave, cæteriſque diſtinguant; ſomnia & figmenta* mera, contra omnem factorũ lucem, quæ etiam hiſtoricè dicta nullam fidei aut de fide concluſionem fundarent.

Primò enim noſtræ Eccleſiæ (h. e. Occidentalis Catholica per repræſentationem quia cauſam habent, quia caput tenent, Colloſſ. 1. quia in radice manent, etiam in communione interna & externa Eccleſiaſtica) *Catholicas* ſe vocant, & homines noſtri dicuntur *Catholici*. Quamvis factio Pontificia ſibi nomen illud vendicet, quod abſolutè ita poſitum, nulli Eccleſiæ, nulli Chriſtiano in Oriente & Occidente (ipſa ſola excepta) gratis concedit.

Secundò, Mirari ſatis non poſſum hominis ignorantiam & temeritatem, quod neſcio quid viderit noſter, qui controverſias tractaturus non vidit *Catholicum Reformatum* Perkinſi, Latino, Anglico, Belgico, Hiſpanico Idiomate editum, quem poſtea tam prolixe & ſolidè defendit Robertus Abotus Anglicè idiomate ſuo; nec *ementitum Romanæ Eccleſiæ Catholiciſmum* ejuſdem Perkinſi; nec *Catholicum Orthodoxum* Riveti; nec *Panſtratiam Catholicam* Chamieri. Iudæos, ait, *cum de Ieſu noſtro loqui volunt, illud proprium ipſius nomen* diacriticè addere. Qui & ubi ſunt illi Iudæi? Lovanii an in Vtopia? ubi hoc audivit ex illis, ex quibus ſcriptis hoc didicit Ianſenius? Ego certe quamvis Rabbinũ me non profitear, nihil tale quálicunque lectione tum Iudaicorum, tum noſtrorum Rabbinorum, Munſteri, Merceri, Druſii, Brougthoni, Fagii, Schindleri, Buxdorfii, & veſtrorum Galatini, Genebrardi, Reuchlini, Ricii, &c. deprehendere unquam potui. Ecce ſaltem iſtas inſtantias contra ejus aſſertionem.

Reſp. David Kimchi in refutationibus locorum Scripturæ quæ pro Trinitate adferunt Chriſtiani, ישו abſolute eum appellant, ſi bene memini, nam jam quindecim anni ſunt, quod libellum illum ab amico commodatum legerim. Author virulentiſtius libri qui *Niſſachon*.i. victoria, inſcribitur R. Lipman, quem in annotationibus ad Matheum Hebraicum refutavit Munſterus, paſſim abſolutè ישו eum appellat, per apocopem literæ (ע) dialecto Chaldæo Thal-

a Ita Sylveſter Prieras honorificum ſibi ducit vocari Thomiſtam in libr. contra Lutherum. b p. 406.

Thalmudicæ uſitatam, pro contracto ישוע (quod occurrit Eſdræ 3. verſ. 2. cum Haggæi 1. verſ. 1. & in Syro N.T. Paraphraſte, Hebræo item Mathæi & epiſtolæ ad Hebræos) forte etiam ut maledictionem ſuam ימח שמו וז', id eſt, *deleatur nomen & memoria ejus*, abbreviata iſta Scriptura melius exprimant, ut quidem myſterium hoc pandit Buxdorfius, in Abbreviatur. Heb. p. 87. Vbi addit Iudæos inter ſe non dicere *Ieſchu*, ſed *Iiſſchu*, ut ad formam ſuperioris maledictionis tanto propius accedant. Idem Author ad cap. 9. & 12. & 28. Math. abſolutè eum appellat תלוי & התלוי, id eſt, ſuſpenſum. Quomodo R. Bechai commentar. in Legem Chriſtianos vocat עובדי התלוי id eſt, *cultores ſuſpenſi illius*.

Don Abarbaneel virulentiſſimus item Chriſti hoſtis, cujus corruptelas cap. 53. Ieſaiæ nuper edidit & ſolidè refutavit noſter *l'Empereur*, appellat eum ישוע הנצרי id eſt, *Ieſum Nazarenum*, pag. 34, 36. & per periphraſin ac contemptum pagina 3. כי הנה חכמי הנצרים פרושיה על אותי האיש שתלי בסוף בית השני שהיה לדעתם בן האלוה ית' id eſt. *Quia ecce Doctores Chriſtianorum exponunt hoc de viro illo quem ſuſpenderunt in fine templi ſecundi, qui opinione eorum fuit filius Dei benedicti.* Et ad v. 9. pag. 119. בעביר הריגת אותו האיש שנהרג בסוף בית שני; id eſt, *propter cædem viri illius, qui occiſus fuit in fine templi ſecundi.*

Don Ioſeph Aben Iechaia in expoſitione Danielis ab eodem noſtro l'Empereur nuper edita cap. 11. verſ. 36. ubi de Conſtantino Magno loquitur אשר שב לדת ישוע הנצרי .i. *qui convertetur ad ſtatuta Ieſu Nazareni*; Idem Epithetum Ieſu noſtro applicat verſ. 38. & verſ. 37. Beatæ Virgini מרים הנצרית id eſt, *Mariæ Nazarenæ* & verſ. 39. Eccleſiæ Chriſtianæ אומה הנצרית id eſt, natio Chriſtiana. Papatum vero ſeu Romano-Papiſtas diſtincte vocat *Regnum Edom*, juxta communem ſenſum Rabbinorum.

Seder Olam Sutha, id eſt, Chronicon minus p. 36. & 38. edit. Munſteri in 4. non aliter vocat eum quam ישו הנצרי & ישו cum refert ex hiſtoricis Judæis, Ieſum noſtrum fuiſſe diſcipulum Ioſua filii Prahaia, cum quo fugerit in Ægyptum: inde in diebus Herodis Archelai *ſuſpenſum*. Aliam appellationem, ut puto, non habet Seder Olam Rabbah, id eſt, Chronicon majus, editum à Genebrardo, cum verſione: ſed nunc ad manum non eſt. De antiquis Doctoribus Thalmudicis teſtatur Galatinus; lib. 3. c. 20. & lib. 8. c. 5. & de Moſe Ægyptio lib. 4. c. 23. quod *Ieſu* & *Nazarenum* vocent. Ex pauculis his citationibus ſatis ſuperque refutari puto figmentum Ianſenii. Addo & hanc rationem. Si Iudæi appellarent *Chriſtum*, utique hebraicè ſcribentes adhiberent vocem [a] משיח; atqui hac ratione non obſcure contradicerent *ikkarim*, id eſt, fundamentalibus fidei (ſeu perfidiæ ſuæ) articulis, quorum duodecimus eſt, *Quod credant Meſſiam venturum*; ex quo Doctores conſectaria illa educunt, Ieſum noſtrum non eſſe Meſſiam, immo ne Doctorem quidem legis aut Prophetam, ſed Doctorem falſum, non minus impium quam Eſavum, & ſimilia blaſphema, de quibus Buxdorfius in Synagoga Iudaic. c. 1. p. 17. 18. 22. 69. & c. 5. pag. 165. Tantum abeſt, ut diſtinctionis cauſa honorificum illud nomen *Chriſti* ſive *Meſſiæ*, uſurpent. Si qui Epitheton hoc cum nomine *Ieſu* jungunt, eo ipſo oſtendunt ſe converſos ad Chriſtianiſmum: ſic enim laudatus Galatino Libertus Cominetus: lib. 3. cap. 6. de arcanis catholic. verit. ישוע משיח צדקנו id eſt, *Ieſu Meſſia juſto noſtro*. Antiqui Iudæi abſolute vocabant *Ieſum* Act. 4. 18. & 5. 40.

[a] Sic Genebrardus in ſymbolo Iudæorum à Maimonide explicato, artic. 12. vocem משיח transfert: *Meſſiæ ſive Chriſti.*

& 5. 40. *Ieſum Nazarenum*, Actor. 6. 14. Matth. 26. 71. *Ieſum Galilæum*, ibid. verſ. 69. *Ieſum, quem Paulus prædicat.* Actor. 19. 13. Et Chriſtianos *ſectam Nazarenorum*, Actor. 24. 5.

Quartum membrum eſt, *Noſtros ſediſſe cathedram quæ ante non erat erecta, Papiſtas vero minime*, &c.

Reſp. I. Falſum eſt noſtros ſediſſe cathedram aliam, quam paſtoralem, quam ab unico Eccleſiæ Magiſtro per Spiritum S. loquentem in Scripturis erectam certum eſt, & nemo Pontificiorũ diffitetur. Vide Eph. 4. v. 8. 9. Et ſi quidem placet Ianſenio inæqualitas illa paſtorum quod ad Iuriſdictionem exteriorem, per quam humana & Eccleſiaſtica conſtitutione unus reliquis paſtoribus titulo Epiſcopi præficitur, & eam cathedram ſederunt noſtri. De vocatione & promotione ad Cathedram, erat illa mediata & ordinaria ut libr. 2. ſect. 1. cap. 2. ſatis ſuperque oſtenſum eſt. Itaque nihil niſi mera & putida mendacia hic effutit Ianſenius; ſi mentior, redarguat. Sed Eccleſia veſtra *Conſiſtorialis* ſedet Cathedram Regiminis & juriſdictionis ſupremi in Eccleſia, in præjudicium Generalium & Nationalium Conciliorum, quam Apoſtolica & ſubſequens antiqua Eccleſia per multa ſæcula ignoravit, ut & novos Inſeſſores Papas & Cardinales. Si Rex veſter aut Chriſtianiſſimus aliquando cathedra illa rejecta, ad Concilium provocet, aut Nationalis Synodi judicio Eccleſiaſtica ſua diſponat, quid reſpondebis?

II. Probationes ſeu potius amplificationes, quas quartæ huic ſciſmatis notæ addit, ita diluimus.

Primo ait: Lutherum, Calvinum, Zvvinglium, &c. in ſuis cathedris prædeceſſores nõ habuiſſe niſi Catholicos, id eſt, Papiſtas.

Reſp. I. *Ad ordinariam vocationem non eſt neceſſe ut quis in recta linea in una & eadem cathedra Epiſcopali majores, ſuos ad Apoſtolos uſque numeret*, inquit Ianſenius ſibi contradicens, p. 209. Potuerunt ergo habere prædeceſſores ejuſdem doctrinæ in Eccleſia Catholica præcones, etiamſi in ſua illa cathedra Wittebergenſi, Genevenſi, &c. non habuiſſent. Et habuerunt ſane ejuſmodi prædeceſſores non paucos partim in ipſa ſua Eccleſia, ſed gementes ſub Eccleſiæ deformatione, partim corporaliter & externè ſeparatos à cœtu Papali, ut ſupra li. 3. ſect. 2. de ſucceſſione Eccleſiæ Reformatæ oſtendimus.

II. Genevæ fuiſſe qui ante Calvinum eandem doctrinam tradiderint, jã diximus, neque tu ἀνιστορησίαν tuam verbulo excuſare conatus es. Baſileæ publice in cathedra Theologica profeſſus eſt Thomas Wittenbach, à quo Zvvinglius & Leo Iudæ fatentur ſua ſe hauſiſſe.

III. Rutheni illi qui ante paucos annos Romanæ ſedi & religioni ſe adjunxerunt, nullos ante ſe iſtius religionis habuerunt prædeceſſores, ſed primi iſthic fuerunt Epiſcopi Papiſtici, nam à primis Chriſtianiſmi initiis fuit in Moſcovia & vicinis partibus tantùm ſucceſſio religionis Grecorum. Vides ergo ſucceſſionem ad aliam originem eſſe referendam, quam ad immediatam prædeceſſorum in eadem cathedra.

IV. Novis illis 14. Epiſcopis in Belgio ad directionem Inquiſitionis conſtitutis tale quid objiciebant tum Proceres Belgici; *Illos ſediſſe cathedram novam, nullos habuiſſe prædeceſſores.* Antea in Belgio ignotæ erant eorum cathedræ. Hinc eſt, quod Ianſenius quondam Epiſcop. Gandavenſis in libris à ſe editis titulo hoc ſe efferat: *Primus Epiſcopus Gandavi.* Vide commentar. ejus in Pſalmos. Novi ordines religioſorum nuper emerſi Ieſuitæ, Capuchini, Recollecti, Oratores ſi non cathedram ſaltem partem ejus, aut limen ſuperius, aut inferius, aut ſcabellum pedum inſident, quod ante illos nemo inſedit.

V. Suc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

V. Succeſſionem perſonalem in caput non eſſe neceſſariam, ſed ſufficere eam quæ eſt in corpus, præter Epiſcopatus Belgicos, evincunt titulares, & novæ quæcunque, quas à tempore reformationis erexerunt, cathedrę, & archipresbyteratus in Anglia, & promotiones omnes Doctorũ Academicæ, imprimis Lovanienſiũ ubi Libertus Froymundus ſpongiæ Ianſenianæ Cenſor vocat ſe profeſſorem Theologiæ Lovanienſem, quamvis nullus Profeſſor diſceſſerit cujus vacuam cathedram ille occupaverit.

Secundo addit: Oecolampadium in ipſo ſuo ſepulcro vocatum eſſe: *Primum Baſileæ Epiſcopum.*

Reſp. I. Ne ſemel etiam in rebus facti apertiſſimis, præſentibus & cuivis obviis verum potuit dicere, quid ergo ſperandum de factorum Oceano à Chriſto uſq; ad noſtram ætatẽ? Ecce tibi inſcriptionem: *D. Iohannes Oecolampadius, profeſſione Theologus, trium linguarum peritiſſimus, author Euangelicæ doctrinæ in hac urbe primus, & templi hujus verus Epiſcopus, ut doctrinæ, ſic vitæ ſanctimonia colendiſſimus, ſub breve ſaxum hoc reconditus jacet.* Ita Pantaleon in Proſopographia, Hiſtoria Baſileenſis Vſtfriſii, Melchior Adamus in vitis Theologorum, Monumentorum Baſileenſium Antigrapha, & omni exceptione major Laurentius Surius in Commentar. ad annum 1531. pag. 214. Conſulat Ianſenius eos & ſemel dediſcat ineptire.

II. Bellarminus ante ipſum fuerat in hoc loco Ecliptico, cum ſcriberet de Eccleſ. milit. lib. 4. cap. 8. *Oecolampadius, in ipſo ſepulcri Epitaphio vocatur primus Baſileæ Epiſcopus.* Et paulo poſt, *Certe Baſileæ, exſtat adhuc Epitaphium ad ſepulchrum Oecolampadii, ubi dicitur ut paulo ante notavi, & ego ipſe legi, non ſine riſu: Oecolampadius primus illius urbis Epiſcopus.* Et hic oculatus teſtis forte fefellit Ianſenium. Nam iconi ejus ſubjecta eſt hæc Epigraphe: *Nullius ſibi mendacii per omnem vitam conſcius.* (O ferream conſcientiam!) ut hujus vertiginem aut mentiendi libidinem, ita Ianſenii inertiam mirari ſatis non poſſum. Ex noſtris Iunius & Whitakerus celebres ſane antagoniſtæ Bellarminũ hic caſtigarunt. *De Oecolampadio,* inquit Iunius, *feſtivum eſt quod narrat, &c. caligabant oculi diſputatoris quum ita legeret. Sic enim ad verbum,* &c. Et paulo poſt Num. 24. *Sed modeſtum tuum illud & prudens, Bellarmine, caput oportuit adjicere ſolemnem illam clauſulam,* ſi bene memini, *ne in mendacii aut falſi crimen incideres,* &c. Sed omnium ignarus aut ſecurus Ianſenius, qui forte ultra Bellarminum nihil vidit, debuit ſub eadem ecliptica illi Soli ſuo conjungi. Petrus Charronus lib. 3. de tribus veritatibus cap. 13. num. 6. idem fatum paſſus eſt ab eodem Iunio.

III. Verba inſcriptionis ſatis perſpicua ſunt. Et ſi nodum in ſcirpo quæſivit aut prę nimia feſtinatione & trepidatione rectis oculis aſpicere ea non potuit Ianſenius, habeat hanc explicationem. Verus iſtius templi Epiſcopus dictus eſt Oecolampadius, non quod nulli alii fuerint illius templi Epiſcopi, ſed quod nulli aut pauci tales; quomodo Imperator Theodoſius dicebat [a]: ſe unum verum Epiſcopum vidiſſe, ſcil. Ambroſium. Alioquin commune hoc epithetum eſt eorum qui in ſuo ordine excellunt; ſic ibidem Baſileæ Simon Sulcerus Theologus in epitaphio dicitur, *Verus vigilansque Ædis hujuſce Antiſtes.* Quod ad verba illa: *author Euangelicæ doctrinæ in hac urbe primus,* non innuunt nullum ibi fuiſſe Euangelium aut Chriſtianiſmum; ſed tantũ poſt deformationem & corruptionem, non fuiſſe ibi publice emendatam Eccleſiam, & doctrinã tam ſincere traditam ac ab Oecolampadio. Quomodo Cardin. Sadoletus Hermanno Archiepiſcopo Colonienſi gratulãs de primis illis Reformationis rudimentis ann. Domini 1541. in diœceſi ſua conſtitutis, eo ipſo non negat ullos Epiſcopos, ullam religio-

[a] Theodoret. Hiſt. Eccleſiaſt. l. 5. c. 18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

religionem fuiſſe ante illum, cum dicit Epiſtolar. libr. 14. pag. 676. *Non enim ſolum TV PRIMVS aliquot jam ſæculorum ſpatio eam ad rite & ſancte gerendum ſacerdotium tuum, viam tibi aperuiſti, quæ antea OB DIVTVRNAM DESVETVDINEM, tanquam impeditiſſimis ſtirpibus penitus erat obſepta: ſed etiam cæteris exemplum illuſtre præbuiſti, ut te imitarentur, ſi qui vellent & ſi quorum in cordibus pietas & religio Chriſtiana locum aliquem haberet. Nec tamen omnibus hoc liberum fortaſſe, nec par atque eadem cunctorum conditio eſt.* Et poſt: *Es enim tu, quod hoc tempore rarum eſt, non ſolum ſcientia, ſed etiam vita Chriſtianus, quam nobis imaginem præſtantis virtutis & eruditionis tuæ, tua ſcripta repræſentant.* Atque hic ſit plenus commentarius inſcriptionis Baſileenſis.

IV. Contemptis Scripturarum tenebris ſectare iterum Ianſeni factorum lucem, & videbis te erroribus & mendaciis perpetuo implicatum, malam cauſam tuam ibi non minus perdere ac prodere quã in diſceptatione ex Scripturis aut Patribus; ut jam in omnibus factis de Pleſſæo, Riveto, miniſtris Sylvæ-ducenſibus, primis Reformatoribus, Lutheri Magiſtro, Calvini Stigmatis, miraculis, prima Reformatione Genevenſi, cognomine Gummariſtarũ, &c. abunde oſtenſũ eſt. Et ſic de Cathedra noſtra, plus ſatis, nunc capiat hoc auctarium Ianſenius, ne vacuus hinc abeat. Pontificiis proprium eſt ſedere cathedrã, quæ nec à Chriſto, nec ab Apoſtolis, neq; ab antiqua Eccleſia ejuſque conciliis & Patribus fuit erecta. Confer l. 2. ſect. 3. per totum. Quænam illa eſt? Pontificis Romani cathedra, poteſtatis ſupremæ Eccleſiaſticæ directè, & politicæ indirecte in omnibus cauſis Eccleſiaſticis & ſæcularibus. Hæc eſt cathedra contra cathedram Chriſti, contra cathedram univerſalis Eccleſię ejuſque Concilii Oecumenici, contra thronos & independentias Imperatorum, Regum, Principum. Ad quam Cathedrã nulla vocatione divina aut antiquâ Eccleſiaſticâ ullus unquam Pontifex pervenit, jam à tempore Bonifacii & Phocæ qui primi & publici iſtius cathedræ architecti; immo & vocatione Romano-canonica hos aut illos ad eam perveniſſe apud Papiſtas tã incertum eſt & indefinitum (cum nondum ſit de fide definitum quæ canonicæ vocationis neceſſariæ conditiones, & quales ſecundũ eam legitimi Pontifices) quam certũ eſt plurimos abſq; ulla canonica electione intruſos per Imperatores, meretrices, de quibus Baronius ſæpe nobis laudatus[a]; immo & per diabolum, Magiam, Simoniam, vulpinas fraudes, Factiones politicas, de quibus paſſim Papales hiſtorici. Præter illã cathedram, ſunt & inferiores & non minus alienæ, ut Cardinalium, miſſificorum Sacerdotum ſeu creatorum ſui creatoris; quæ Scripturæ & primæ antiquitati æquè ignota ſunt ac ipſi Papæ.

Ad quam cathedram Cardinalium qua electione pervenerint pleriq; in Papatu, & etiamnũ perveniant, non eſt obſcurum iis qui Romæ aliquandiu verſati ſunt, dum ſoli Pontifices illos aut creant, ſæpiuſcule ex nepotulis, Secretariis, Calfactoribus, ſimiis, aſſeclis, caculis ſuis; aut in pectore reſervant nominandos à Rege aliquo, ut de Paulo III. refert Onuphrius libr. de Romanis Pontificibus & Cardinalibus, pag. 377. Aut coacti, contra mentem & conſcientiam ſæcularibus Principibus gratificari debent ut de Clemente VII. notavimus lib. 2. ſect. 3. cap. 1. aut in turpis & infandi ſervitii præmium purpuram illam tribuunt. Notum eſt enim quibus ſtudiis, & artibus Pontificum gratiam demereri ſoleant. Ita bellorum, factionum, turbarum, proditionum, tyrannidum & libidinum papalium miniſtris ac promotoribus *pars illa veſtimenti Chriſti ſanguine ipſius conſparſa* plerumque mittitur, ut

ſcilicet

a De factionib. politicis Thuanus lib. 6. Et Cardinales Oſſatus ac Perronus in Epiſt. Iovis in vita Pompei Columnæ, &c.

ſcilicet *ad aſpectum coloris iſtius meminerint ſanguine ſuo Eccleſiam tueri* juxta Cabalam Clementis VIII. in Epiſtola ad Perronum, lib.2. pag.250. legationum,&c. Cur Innocentiū Iulius III. galero & inſignibus ſuis donaverit Romæ libellis, per ſcriptum teſtatur Sleidanus lib. 21. Exploratoribus,emiſſariis, & principis ſui arcanorum Conſiliorum proditoribus ac perturbatoribus illud in præmium nonnunquam ceſſit; cujus exemplum habet Iovius hiſtor.lib.1. pag.44. Edition. Baſileenſ. 1567. in octavo. *Briſſonettoque imprimis roſei galeri dignitatem affectanti, ſi operam ſuam præſtaret ſyngrapha cum brevi Epiſtola in fidem tranſmiſſa, ejus inſignis ſacerdotii honor oblatus eſt.*

Specimen inſigne divinæ & canonicæ vocationis accipe ex Thuano: [a] *Iulius III. ſoluti ad omnem licentiam animi homo ſtatim adepta dignitate qualis eſſet, omnibus manifeſtum fecit. Nam cum antiquæ conſuetudinis ſit, ut novus Pontifex galerum, cui velit, ſuum largiatur; eum juveni cuidam, cui Innocentio nomen, quippe quod in familia Simiæ curam gereret, Simiæ etiam poſt adeptam dignitatem nomen retinuit, cognomine etiam ſuo atque inſignibus attributis, donavit. Quærentibus verò Cardinalibus, quod indignum hominem ad tantum faſtigium evexiſſet, non inurbanè reſpondit, Et vos, quid tandem in me meritorum comperiſtis, quem Chriſtianæ reipublicæ principem conſtitueretis.* Alterum ex Iovio, in vita Pompei Columnæ pag. 366. *Conflavit verò Clemens argentum omne, & aurea vaſa ſacrificiis dicata, ut inde dividenda militibus pecunia cuderetur. Quæ cum ſatis eſſe non poſſet Cæſarianis ducibus, purpurei galeri tres conceſſi, ut illis licitantibus qui fœda ambitione corrupti, ad ſenatoriam dignitatem aſpirabant, aurum proferrent. Eo modo ad haſtam propoſitis emptores non defuere.* Confer in vita Leonis X. pag. 105. *Sacerdotium nullum unquam venale propoſuit, uti Alexander & Iulius ſæpiſſimè fecerant, quum ab ambitioſis & ditibus, &c. biennales etiam reditus ante capere & officiis ſacerdotia permutare ſibi optimo jure licere arbitrarentur. Adeo ut mirum ſit Leonem largiore manu pecuniam effundere ſolitum, ab hoc uberrimo lucri genere abſtinere potuiſſe: præſertim Laurentio Puccio Cardinale magno pœnitentiario nullum omnino quæſtum Pontificibus illicitum eſſe prædicante.*

Tertium ex Guicciardino lib. 13. cap. 7. qui ſcribit Leonem X. uno in conclavi tempore matutino XXXI. Cardinales creaſſe, idque ex meris motivis carnis & ſæculi, quæ ibi enumerat hiſtoricus; inter quæ unum eſt, ut *nummis exhauſtus, pretio pro galeris accepto neceſſitati ſuæ provideret.* Qui autem & quales electi fuerint in proceres Eccleſiæ, lector inde cognoſcat, lib. 18. cap. 8. idem habet de Clemente VII. quod appropinquante exercitu Caroli V. ad hanc anchoram confugerit, creans ſcil. tres Cardinales, quorum tamen pecunia in illa rerum anguſtia numerari non poterat.

Quartum ex Petro Mathæo, qui refert Clementem VIII. Cardinalatum contuliſſe nepotis ſui filio, annum 14. aut 15. agenti, hiſtor. lib.7. narratione 2.

Quintum ex Thuano lib. 26. *Romæ novus Pontifex jam renudato animo de Republ. ferè ſecurus tantum privatis commodis & caritatibus indulgebat, &c. Iohannem Coſmi Medicis filium vix XIV. annos egreſſum in Cardinalium collegium cooptavit.* Vide meas octo quæſtiones in Philonio & decurias aliquot nunc additas. *Tu quis es, unde veniſti?* ſupra libr. 2. ſect.3. cap.ult.

Quin tum eſt, *Quod multum novi juris invenerint noſtri, Pontificii nihil.*

Reſp. I. Affirmanti & actori Ianſenio à principio probatio incubuit. Sed hactenus nihil extorqueri potuit. Ex antiqua Doctrina Euangeliorum, & epiſtolarum, ex antiquiſſima Eccleſia apoſtolica probatio nulla comparet. Deſignavimus antehac in

[a] Hiſtor. lib. 6. cui accedit Petrus Matheus lib.7. narrat. 2. & Bodinus de Republ. lib.5. cap.4.

hanc rem 50. illos articulos, ſed fruſtra. Nunc octo ex iis delibavimus ſuprà ſect. 2. De antiquitate noſtræ fidei compendioſa & confidens eſt probatio. Id verum quod prius, id prius quod à Chriſto & Apoſtolis: Id à Chriſto & Apoſtolis quod Euangelia & Epiſtolæ tradunt. Sed hæc mala phantaſmata, horribilia ſpectra Ianſenio noſtro, omnibus periaptis, amuletis, ſacramentalibus & exorciſmis avertenda, ſiquidem averti poſſent.

II. Suas novitates tam trepida & reformidante conſcientia antiquitatis velo palliant Pontificii, ut aliquando tantum 10. aut 12. ſæcula, aliquando & ad ſummum 13. aut 13½. prætendant, à quibus non abit Ianſenius in Alexipharmaco & Spongia, & Perronus in reſponſo ad Regem Britanniæ: immo ipſi nuditatem ſuam detegant heautontimorumenis chronologicis annotationibus, quibus myſteriorum magnæ matris origines, patres, nutritios non indiligenter annotant longè poſt Chriſti, apoſtolorum & antiquę Eccleſiæ tempora. Invenerunt ibi jura, de quibus Eſpencæus in comment. epiſt. ad Titum p. 89. *Tam multis ſedis apoſtolicæ juribus ſummis, hoc eſt, ſummis injuriis: privilegiis, hoc eſt, abuſibus; conſuetudinibus, hoc eſt, corruptelis.* Videantur authores de vitis Pontificum, Polydorus Virgilius de rerum inventoribus. Imprimis juramentum Pii IV. & Catechiſmus Sylvæ-ducenſis, ubi XII. articulis Chriſtianæ fidei, alii XII. adduntur; & X. præceptis Dei, præcepta aliquot novi juris, quæ ibi vocant *Eccleſiaſtica*.

III. In Papatu apud Theologos & Canoniſtas reſonant diſtinctiones *inter antiqua jura & nova jura*, ut jam aliquoties indicavimus[a]. Sibi ergo & ſuis jura novè reperta aut introducta objiciat Ianſenius; nos nulla nova jura agnoſcimus. De vera antiquitate & novitate aliquid monuimus in Philonio; non eſt quod repetam.

Sextum eſt, *quod noſtri pacis repudium corpori indixerint, Pontificii non.*

Reſp. I. Si per corpus intelligit myſticum corpus Chriſti, veram ſcil. Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti & complementum ejus Epheſ. 1. 23. Coloſſ. 1. verſ. 24. negamus factum; ſin Eccleſiam Chriſtianam Lutheri aut noſtro hoc ſæculo diſparſam per totum terrarum orbem, itidem negamus. Profeſſa anathemata & noſtræ Eccleſiæ in Eccleſias Orientales, Æthiopicas, Albigẽſes, Bohemicas, Moravicas, &c. Sed ſi per corpus intelligit Eccleſiam malignantium, Papam aut factionem Papalem, quæ erroribus, ſciſmatis, impietatibus, avaritia, ambitione, ſimonia, luxu, Eccleſias Occidentales nunc ſæculis aliquot miſerrimè perturbavit, fatemur nos illi, poſtquam incurabilem ſe oſtendit repudium indixiſſe, idque ex præſcripto verbi divini, Apocal. 18. Quomodo Hilarius repudium pacis indicebat: *Speciosum quidem nomen pacis, & pulcra eſt opinio unitatis, ſed quis ambigat eam ſolam Eccleſiæ atque Euangeliorum unitam pacem eſſe, quæ Chriſti eſt.* Et paulo poſt. *Quod imminentis Antichriſti prævii miniſtri, pace ſua,* id eſt, *impietatis ſuæ unitate ſe jactant, agentes ſe non Chriſti epiſcopos, ſed Antichriſti ſacerdotes.* Recte Nazianzenus Orat. habita in Concil. Conſtantin. pronuntiat eſſe quendam ἱερὸν πόλεμον, id eſt, ſanctum bellum & in oratione de pace 1. κρείσσων γὰρ ἐμπαθοῦς ὁμονοίας ἡ ὑπὲρ εὐσεβείας διάστασις, id eſt, *melius enim eſt indulgenti concordia diſſidium pro pietate.* Idem in apologetico: *Et quicunque quidem pro fide, proque altiſſimis ac præſtantiſſimis quæſtionibus id ſuſtinent laboris, hos nec ego accuſo, quin etiam ut verum fatear, laudo & congratulor, velimque & ipſe in eorum eſſe numero, qui pro veritate decertant & in odia hominum incurrunt.*

[a] Vide exempla aliquot apud Alciatum in Parergis lib. 6. cap. 20. Et confer quæ ſupra notavimus lib. 2. ſect. 2. cap. 21. & lib. 3. ſect. 3. cap. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

runt. Immo verò etiam eſſe gloriabor: bellum enim honeſtum pace, quæ à Deo ſeparet, melius eſt; & idcirco manſuetum hominem ad pugnam armat Spiritus, ut qui poteſt bellum rectè gerere. Et rurſum in eadem Orat. de Pace: *Is etiam qui cæteris in rebus leniſſimus eſt, in hoc eſt ferventiſſimus, & manſuetus verè fit pugnator, cum viderit ſe nimia patientia Dei jacturam facere, vel potius ſuo caſu detrimento afficere Deum, qui nos & ſuas divitias putat, &c.* Cyprianus Sermon. 5. de lapſis pag. 153. *Non eſt pax illa, ſed bellum: nec Eccleſiæ jungitur, qui ab Euangelio ſeparatur.* Hieronymus docet nos patrem & matrem ante fores & in limine poſitos, ut nos à Chriſto arceant, conculcare, & rectà contendere ad Chriſtum; Deut. 33. v. 8. 9. laudatur Levi, *dicens patri ſuo & matri ſuæ nõ reſpicio eum qui fratres ſuos non agnoſcit, & filios ſuos non recognoſcit: quia obſervant ſermonẽ tuum & fœdus tuum cuſtodiunt.* Suaviſſimum illud paradoxum Thomæ à Kempis in lib. de Imitat. Chriſti mihi ſummopere ſemper placuit: *Malo cum Chriſto in terris mendicare, quam ſine illo cœlum poſſidere.* Et illud noſtræ catecheſ. in explic. decalogi ad 1. præc. *Adeo ut potius omnibus creaturis renuntiem, quam vel minimum contra ejus voluntatem committam.* Quidni ergo Ordinariis, aut Papis, aut Eccleſiis quibuſcunque & quacumq; natione acceptis ipſi etiam noſtræ, immo & Catholicis Reformatis omnibus renuntiemus, & cum propheta in agris aut deſerto aliquo deliteſcamus, aut ſoli oberremus, ne Chriſtum deſeramus & contra ejus amorẽ & conſcientiam noſtrã peccemus. Exempla repudii pacis tot occurrunt, quotquot cũ Epiſcopo Romano juncti, à communione ejus receſſerunt, ut clerici ab Anaſtaſio; aut anathemata illi dixerunt, ut Hilarius Liberio, & Concilia ſive Epiſcopi Germaniæ, Galliæ non ſemel; aut anathemata ejus contempſere, ut Eccleſia Leodienſis, Robertus Linconienſis, aliique, de quibus l. 2. ſect. 1. c. 3. & ſect. 2. Aliam pacem quam quæ ſit in & cum Chriſto, in & cum una fide, ſpe & communione ſanctorũ cum hominibus, cum Eccleſiis, cum Chriſtianis colendam Scriptura à nobis non poſtulat, Eph. 4. v. 1. 2. 3. 4. 5. Coll. 3. verſ. 15. 2. Corinth. 6. 15. Aliter aut alia ſi ſit, ſive cum Papa & Curia Romana, (cum qua nihil nobis negotii) ſive cum patre & matre, ſive cũ ulla hominum ſocietate Politica aut Eccleſiaſtica, propria noſtra, aut collaterali quacunq; nefas ducimus juxta illud Luc. 14. *Si quis vult poſt me venire & non odit patrẽ & matrem & uxorem & liberos, & fratres & ſorores, atque adeo etiam animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Hoſe. 2. v. 1. *Litigate cum matre veſtra popule mi, & dicite ei quod non ſit uxor mea, &c.* Apoſtoli contra Eccleſiam proteſtati ſunt quæ ipſos genuerat. Et Pontificii contra Orientalẽ ſeu Græcam, unde Romana traducta eſt, cui ſaltem omnia ſua debet. II. Pontificii corpori ſc. malignantium, h. e. ſibi ipſis & corruptionibus ſuis repudiũ nõ indixerunt, exemplo Pontificũ & ſacerdotũ Act. 7. v. 39. 40. 41. &c. cum v. 51. 52. 53. 54. quo nomine ſi hactenus dolere nondũ potuerint, hoc ſaltem doleant quod dolere nõ poſſint, quomodo olim à Confeſſore hoc ſuggeſtũ ferunt matri Lombardi. Sed corpori veræ Eccleſię repudium indixerunt, cũ ab apoſtolica Eccleſia etiã ab antiquiſſima poſt apoſtolicã jam ante ſæcula aliquot receſſerunt; & Eccleſias hodie cum apoſtolicis conſentientes non tantum anathematis, condemnationibus, ſed & calumniis, mendaciis, & omni ſuppliciorum genere perſequuntur. Atque hęc ſigna illa ſciſmatis, quę ad rem noſtram nihil dicunt, ſi in generalibus terminis ſubſiſtant; aut etiã ſi applicentur abſq; probatione. Quod utrumq; à Ianſenio factũ. III. In cauſis matrimonialib⁹ divortii & repudii crimẽ imponitur parti nocenti, quæ ſine juſta cauſa diſſolvit vinculum, quod vel ὄντως, id eſt, rei veritate fuit, vel prætenſæ & per errorem putabatur

fuiſſe;

fuiſſe; non innocenti penes quem eſt cauſa, ut colligitur ex Math. 19.5. Illo enim aliiſque in caſibus repudium ſeu deſertio conjugis non eſt crimen; ut quidem plurimi Papatus Theologi de divortio Henrici VIII. regis Angliæ, & ipſe Clemens VIII. de divortio Henrici IV, & Sigiſmundi Bathorii Tranſſylvaniæ Principis judicavit[a]. Pari ratione de divortio hoc Eccleſiaſtico judicandum. Sufficiens cauſa ibi fuit ſpirituale adulterium, ut alias hæreſes, & tyrannidem nunc prætereeam.

[a] Vide de utroque Epiſt. Cardinalis Offati.

SECTIONIS TERTIÆ

CAPVT IV.

Cauſa & ratio debitæ ſeparationis à me allata contra Ianſenii exceptiones explicatur ac defenditur.

PRIMO, pag. 498. non abſque calumnia dicis: *totam inſignem meam purgationem à tanto diſrupti corporis dominici ſacrilegio conſiſtere in eo, quod pro conceſſo ſumo illud quod vel ſolum vel præcipuè in controverſia poſitum, Eccleſiam Romanam apoſtataſſe, eſſe plenam erroribus & idololatria.*

Reſp. I. Accipio quod das, hoc eſſe vel ſolũ vel præcipuè in controverſia poſitum. De hoc ergo agatur, hic pedem fige ſi placet. Hoc nullis provocationibus, nullis rationibus hactenus extorquere potuimus, ut jam ſæpius dictum eſt.

II. Meum in hac controverſia non erat probare, ſed tantum ad criminationes & objectiones reſpondere, ſiquidem ſuæ methodi meminerit Ianſenius: *Actori incumbit probatio: qua deficiente abſolvitur reus.* Reſponſio autem ad illa generalia præjudicata per limitationem majoris propoſitionis qua ad minorem applicata totam illam actionem præſcindimus, talis eſt. Qui ab Eccleſiæ cõmunione cui antea conjunctus fuit, abſque juſta cauſa errorum aut idololatriæ, &c. ſe ſeparat, ille eſt ſciſmaticus: Sed nos hoc non fecimus ſine cauſa: Eſt enim cauſa manifeſta, ſecundum noſtram fidem & conſcientiam & ipſam rei veritatem, quod noſtri à principio tam liquidum fecerunt ac ſi Solis radiis ſcriptum eſſet. Sed ſufficiebat illa mea reſponſio per limitationem; jã Ianſenio exceptiones contra meam reſponſionem, & ulteriores inſtantiæ ad probationem dictorum ſuorum erant adferendæ. Quod ſi Pontificii hoc in dubium trahunt, jam ceſſat aut ſeponitur actio ſciſmatis, cum toto illo præambulorum & præjudiciorum choragio, & ad ipſos controverſos doctrinę articulos neceſſariò deſcéditur, quos tamen Ianſenii animus meminiſſe horret luctuque refugit, experientia edoctus, quanta vulnera ex articulorum diſcuſſionibus Papatui ſemper inflicta: & quanto tutius poſt principia ſuppliciorum, mendaciorum, clamorum, Rhetoricationum callidiores quique ex gregalibus ſuis delituerint. Mittat ergo Ianſenius cum Clero ſuo Sylvæducenſi accuſationem ſciſmatis & tantiſper ad audientiam nos admittat donec ultro citroque agitata ipſius doctrinæ cauſa, inferri poſſit de ſciſmate à

nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nobis aut ab ipſis facto. Nam ante cauſæ ipſius agitationem, præjudicia illa *in genere ab utraque parte dici poſſunt quanquam verè dici non poſſunt* ut ex Auguſtino monuimus in Philonio in Epiſtol. dedicat.

Secunda calumnia eſt, pag. 498. *Nullo alio judice, niſi capitalibus inimicis Romanam Eccleſiam apoſtataſſe; coram illo tribunali condemnatam, &c.* qua præclara regula omnes hæretici abſolvi poſſint: quippe qui omnes de hæreſi, de apoſtaſia eccleſiam criminati ſunt, &c.

Reſp. I. De Leone X. & ſequentibus Papis, ut & de factione Papali-Italica in Concilio Tridentino, cujus torrens reliquos inundavit, immo & de omnibus Papæ Ianizaris, quorum judicio nos ſciſmatici audimus, illud nos majori jure dicimus.

II. Falſum eſt, nullo alio judice Romanam factionem apoſtaſiæ condemnari. Supremum & infallibile deciſionis judicium didiciſſe debuiſſes vel ex declaratione noſtra Belgica quam tibi per D. Decanum Sylvæ-ducenſem ſubmiſimus, non ſoli Eccleſiæ noſtræ ſed Spiritui Sancto in Scripturis loquenti deferri à nobis, de quo etiam in Philonio noſtro monuimus. Si itaque dicere poſſimus cum Chriſto, Iohann. 5. 45. *Eſt qui vos accuſat Moſes*, & Iohann. 12. 47. 48. *Ego non judico ipſum, &c. ſermo quem locutus ſum ipſe judicabit ipſum*, & cum Auguſtino: *ſedeat inter nos Iudex Chriſtus, nam & in apoſtolo loquitur Chriſtus.* Rupertus Tuitienſis laudatus Maldonat. in Iohann. 12. 48. *Quis tandem eſt ille judex? ſermo quem locutus ſum, &c. Vbinam iſte talis judex ſedebit? quali de ſolio voces & ſententias ſuas judicii ſui dabit? prope aderit, intus ſedebit, in conſcientia cujuſque juſtas ſententias terribiliter perſonabit.* Vides ſolos capitales inimicos imperitè hic obtendi, niſi etiam propriæ conſcientiæ teſtimonio inimici vobis ſint Prophetæ & Apoſtoli, quorum teſtimonium hominibus ex manibus excutitis ſub pœna anathematis & debiti ſupplicii. Sin vero privatum aut publicum diſcretionis judicium intelligis, falſum itidem à noſtris ſolum, qui ex Papatu diſceſſerunt, in Papatum hoc ſtringi. Si legitimum Oecumenicum; aut Generale Occidentis ſaltem; aut etiam Nationale Germanicum Concilium potuiſſet haberi tunc cum Lutherus, Archiep. Colonienſis & Germani ad illam provocabant, aliud longè judicatum fuiſſet, & à pluribus. Quidquid fraudibus, prenſationibus & corruptionibus ſuis agerent Pōtifices, tamen vix ac ne vix hanc deformationis ambiguam & larvatam approbationem per jurata ſua mancipia in Concil. illo extrudere potuere: De quo videat lector & Ianſenius Hiſtoriam Concilii Tridentini, & defenſionē Andradii, & hiſtorias Thuani, & epiſtolas illuſtrium Belgarum. Immo ut ut rebus nunc corruptis apud vos, ſperare tamen auſim, ſiquidem libera à ſuppliciis & beneficiorum privatione per brachium ſæculare præſtarentur ſuffragia, illico pleraſque corruptelas veſtras coram veſtro tribunali potioribus ſuffragiis proſcribendas. Sed de Occidentalibus quidquid ſit, falſum ſaltem dixit Ianſenius reſpectu Orientalium Græcorum, qui conceptis verbis, quotannis anathema denuntiant *Apoſtaticæ Eccleſiæ Romanæ.*

III. Criminationes hæreticorum in Eccleſiam nos non abſolvimus, ſed veſtri; dum Patrum ſuorum menſuram implent & iiſdem noſtros propter ejuſdem doctrinæ conſanguinitatem onerant. Noſtra fuit illa Eccleſia, cum qua idem ſentientes eadem patimur. Quod vel ex ſolo illo exemplo à te adducto conſtare poteſt. Veſtri ſunt qui ne Auguſtino & Catholicis quidem parcentes, ut Sadoletus Epiſtol. ad Fregoſum Archiepiſc. Salernit. aliique teſte Baronio, noſtros iiſdem convitiorum plauſtris non tantum, ſed & extremis ſuppliciis ob gratiæ divinæ pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

trocinium oppreſſerunt. Baronius ad ann. 490. n. 26. Cardinalis Sadoletus lib. 3. Epiſtolar. pag. 107. *Auguſtino non uſquequaque aſſentior: Nimium enim extremè ex contraria parte is diverſam mihi cauſam videtur defendiſſe: cujus ratio ſi vera ſit, in maximas difficultates & impeditiſſimas actiones conſiliorum ac voluntatum, hominum mentes incidere neceſſe eſt, &c.* Confer lib. 9. epiſt. ad Contarenum pag. 401. & pag. 410. Vbi Auguſtino impingit, quod tollat libertatem voluntatis. Videantur hiſtoriȩ martyrum noſtrorum, Lud. Marſaci, Seguini, Scribæ, aliorumque qui ob confeſſionem Auguſtinianã de libero arbitrio condemnati ſunt. Itaque longè mutata eſt nunc ſcena. Eccleſia Romana quæ tempore Auguſtini Pelagianizantibus ſe opponendo ab illis proſcindebatur, nunc tales fovendo proſcribit eos qui Auguſtini atque illi coævæ Eccleſiæ Romanæ veſtigiis inſiſtunt. Vide ergo quam appoſitè veterem Eccleſiam aut nobis obtendat, quæ noſtra eſt; aut ſuis prætendat, à qua quam longiſſimè recedunt. Neque enim eadem urbs Roma, eandem facit Eccleſiam, aut numero aut ſpecie, non magis quam Hieroſolyma, Antiochia, Epheſus, &c. aut eadem Roma aut Conſtantinopolis idem hodie facit Imperium eademque privilegia Conſtantini, Theodoſii, &c. poſt mutationem factam in Oriente à Mahumet, & in Occidente à rivali ipſius Papa patrimonii Petri Hærede.

IV. Convitia illa, ut loquitur, p. 499. *Romam eſſe Lupanar, purpuratam meretricem, &c.* à Luciferianis & Donatiſtis mutuatus nõ ſum, ut ipſe calumniatur. Ne ſemel quidem eos in animo habui, cũ ex aliis authoribus illa deſcriberẽ, de quo vide ſupra l. 1. ſect. 3. Scio aliam fuiſſe faciem Eccleſiæ Romanæ tempore Hieronymi & Auguſtini, & aliam tempore Pauli, Roman. 1. v. 8. & aliam tempore Mantuani & Claudii d'Eſpencæi, qui eam Lupanar appellarunt. Tempora mutantur & nos mutamur in illis. Diſtingue tempora & videbis tam rectè convenire nunc Romanis illa prædicta, quam injuſtè olim attributa fuere.

V. Vt hȩretici omnes, ita etiam irreformabiles Παπομανοῦντες rectè dici poſſunt αὐτοκατάκριτοι. i. proprio judicio condemnati. Ipſi enim ſe aut ex ſenſu conſcientiæ judicant, aut ex facto damnant: facto, inquam, idololatriȩ, ſuperſtitionis, profanationis, impietatis, tyrannidis. Ita ut non immerito querentibus de judicio noſtro reſpondere quis poſſit quod olim Lucio Alexandrino Saracenus Moſes[a]: *Bene mihi nota eſt fides tua, quã proteſtantur ſervi Dei per metalla damnati Epiſcopi, in exiliũ truſi presbyteri, &c. Nunquid verior poteſt eſſe fides quæ auribus capitur, quam quæ oculis pervidetur? Apud me verum eſt, quod qui Chriſto rectè credunt, iſta non faciunt.* Cum ergo factorum luce, Chriſti & verbi divini ſententia, propriæ conſcientiæ dictamine, domeſticorum confeſſione, Doctorum judicio, tot Eccleſiarum & principum, populorumq; in Occidente ſenſu, & diſcretione, apoſtaſia Romana deprehenſa ſit, & eâ ſatis ſuperq; populus Dei eſſet ſcandalizatus, dici non poteſt proprio judicio tantum reformatores opus ſuum exegiſſe. *Scandalizatus autem dicitur populus, cum decem graves viri & honeſti ſcãdalizantur.* Imm. Sa in voce ſcãdalũ.

Ad mitigandam ſciſmatis perpetrati acerbitatem multos à me excogitari prætextus cenſet Ianſenius, quorum primus ſit, *Nos à Chriſto capite Eccleſiæ ſeceſſionem non fecimus.* Reſpondet hujuſmodi vocibus Auguſtinus, &c. Summa eſt, fieri, nõ poſſe ut ii ſint cum Chriſto, qui extra Eccleſiam colliguntur, aut habeant Deum patrem, qui Eccleſiam non habent matrem.

Reſp. I. Tota exceptio tua ſumit & falſo præſupponit id quod probandũ, & nos expreſſerte eodẽ halitu & colo ibidem negamus, Noſtros ſcil. Eccleſiæ Catholicæ renuntiaſſe, cum tyrannidi & factioni Papali in Eccleſia

a Ruffin. hiſtor. Eccleſ. lib. 11. c. 6. b pag. 500.

cleſia Catholica inſurgenti reſtitimus exemplo Orientalium, Africanorum & Occidentalium ab omni ævo, quamvis horum maxima pars ſequioribus ſæculis tandem victa ceſſerit. In politia factionem non facit qui factionem & factioſos non ſequitur, aut dominationi ejus diutius ſubjici non vult, atque ita contra Principem ſive ſponte, ſive coactus militare. Corruit ergo reſponſio tua, & peſſima fide huc torques dicta illa Patrum, quibus ne per ſomnium quidem tale quid in mentẽ venit. Illi loquuntur de Eccleſia Chriſti Catholica per totum mundũ diſperſa, ut Auguſtinus collat. Carthag. III. capit. 230. ſe explicat, & nos in Philonio & ſuprà monuimus; & ſi de Romana loquuntur, tanquam nobiliori membro Catholicæ, nullam aliam deſignant, quã iſtius ſæculi: tu exemplo Donatiſtarũ de Eccleſia certo loco alligata & quidem hujus ſæculi, tanquam radice, trunco, magiſtra, matre, centro, vexillo, aquila Imperatoria, Romana ſcil, ſeu potius ipſo Papa tanquam fidei petra, cujus deſertis formaliter primo & propriè vobis conſtituit ſciſma, & cum qua aut quo conjunctis formaliter & propriè conſtituit ſalutarem illam ſanctorum communionem; ut quidem ex blaſphemo illo reſponſo Clementis VIII. ad Legatos Ruthenorum colligitur. Vide appendicem Baronii ad tom. 7. annal. Tali prętenſo ſciſmati involuti & immortui fuerunt Cyprianus, Firmilianus, Auguſtinus, Aurelius cum patribus Africanis. De quibus ſanctis martyribus & confeſſoribus cum nos intrepidè dicamus, *Moriatur anima noſtra morte juſtorum, ſitque exitus noſter ſicut exitus illorum*; dubitant Pontificii quid dicturi ſint. Vide Bellarminum, Hardingum, Baronium, miſere æſtuantes; quorum dicta alibi citavimus.

Sed dubitationem omnem de ſciſmate à radice & capite illo Romano, & conſequenter de æterna ipſorum condemnatione ex Papæ Clementis VIII. & Ianſenii hypotheſibus ſc. præſcidit Papa Bonifacius II. in Epiſtol. ad Eulalium, ubi ait: *Aurelium cum collegis ſuis* (inter quos erat Auguſtinus) *cœpiſſe ſuperbire contra Romanam Eccleſiam.* Ergo omnes illi, qui durante illo ſciſmate mortui ſunt in Africa, in æternum periere. Epiſtolã autem illam eſſe genuinam nemo antehac dubitavit; Quin immo quidquid recentiſſimi Papiſtarum Baronius & Binnius in tomis Conciliorum, ad incitas redacti, nunc garriant, eam antehac aſſeruerunt Doctores Papiſtarum, & inter eos Lindanus Epiſc. Ruremundenſis, cujus judicium in antiquitatibus Eccleſiaſticis tanti fecit Sixtus V. ut Baronii Commentarios ad Martyrologium Rom. illius recognitioni ſubjecerit, poſtulante id ipſũ Baronio per libellum ſupplicẽ. [a] Teſtimoniũ Lindani exſtat panopliæ Euang. l. 4. c. 89, ad finem: *Cæterum hanc Bonifacii II. epiſtolam eſſe genuinã & minime ſupoſititiam, ſatis ſuperq; arguit, quod ante annos 500. talis indubitatò credebatur. Ex ea enim Gratianus capitulum recitat non exiguum. Antoninus quoque Florentinus veterum rerum ſtudioſus perveſtigator, nobis atteſtatur rem hanc longè veriſſimam, &c. Quare qui hanc Africanæ Eccleſiæ reconciliationem hac Bonifacii Epiſtola, & Eulalii Carthaginenſis ſupplicatione, Antoninique hiſtoria conteſtatam, ceu fictitiã ridet, quid quæſo nobis, immo ſibi relinquent ſalvum ex omni Eccleſiaſticæ antiquitatis hiſtoria, quo res pridem in Eccleſiæ negotiis geſtas noſtri ſæculi Academicis probent, atque corroborent.*

II. Separationem omnem aut ceſſationem ab externa communione cum Eccleſia particulari aut etiam univerſali ipſi nota, ex. gr. Occidentis aut Imperii Romani neceſſario inferre ſeparationem à Chriſto & ſalute æterna nondum ex Scripturis probaſti. Poteſt illa ſeparatio eſſe involuntaria, ut ſi quis in extremas inſulas deportetur, aut ſi qui inter barbaros, ubi nullæ ſint Eccleſiæ, à Chriſtiano aliquo ad fidem Chriſti ex S. literis convertantur, qui ante communionem

[a] Vide hæc præmiſſa & ſubjuncta Martyrolog. Baronii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

nionem illam externam cum aliis Eccleſiis ex hac vita diſcedant. Quid? an communione omni cum Chriſto capite verè credentes & reſipiſcentes eos excludes? an ab omni myſtica per eundem Spiritum & fidem cum myſtico Chriſti corpore, h.e. vera ejus eccleſia unione & communione? Ponatur, nō dico eos repudium indixiſſe apoſtaticæ ſedi Romanæ ſeu primatui Papæ, ſed ignoraſſe an ea, aut is eſſet in rerum natura; dum nec ille ſimplex Chriſtianus (qui motivum fidei fuit) nec ſacræ Literæ (quæ principium) Romanæ ſedis aut Papæ meminerint; & Traditionem illam de Papa per Petrum inſtituto ſucceſſore, neque conjectura aſſequi potuerint, neque ex monitore ſuo audire. Diſtingue ergo communionis internæ primū momentum cum Chriſto, & ſecundū momentum cum corpore ipſius myſtico per eundem Spiritum & fidem, à communione externa quæ ſuam etiam admittit latitudinem. Internam illam ſimpliciter & abſolute neceſſariam nemo eſt qui dubitat. De externa illa aliud eſt judicium[a]. Poteſt enim illa concipi ut virtualis ſeu implicita, & ut actualis ſeu explicita. Et hæc rurſum vel ut eſt collateralis & independens, qualis ex.gr. Eccleſiæ Coloſſenſis & Epheſinæ, Eccleſiæ Gallicanæ, & Hiſpanicæ; vel ut dependens tanquam inferioris à ſuperiori, ut ex. gr. veſtro ſenſu, Gallicanæ aut Africanæ & Romanæ. Diſtingue etiam ſeceſſionem ab externa communione eccleſiæ univerſalis, & ab externa communione eccleſiæ cujuſdā particularis; Item à communione ipſius Eccleſiæ ſeu fidelium, & à communione factionis & tyrannidis cujuſdam in eccleſia prævalentis, ſive ea plebis ſit, ſive miniſtrorum, ſive utrorumque, ſive unius epiſcopi, ſeu Papæ. Vel à communione inſtitutorum Chriſti & à communione corruptelarum Antichriſti, ſive cujuſcumque alterius. Seceſſio etiam eſſe poteſt abſq; oppoſitione, abſque contemptu, abſque condemnatione verę eccleſiæ, qualis multorum fidelium in ſciſmate illo Donati, qui in ſimplicitate cordis, miniſterio Donatiſtarum ſuberant: & alia cum rejectione & condemnatione verę & univerſalis, imo & particularis Eccleſiæ, cum qua antea conjuncti fuerant. Quæ ſeceſſio, ſi pertinacia accedat, in hæreſin plerumque erumpit. Rurſum ſeparatio & ſeceſſio eſſe poteſt vel ad tempus, dum corruptio graſſatur & factio fervet, ac tyrannis prædominatur; vel in perpetuum. Hæc ergo à te confuſa evolve prius, & diſtinctè iſtas hypotheſes explica & proba, quibus tuto ſciſmatis concluſionem ſuperſtruas. I. *Vnionem omnem & communionem* ſpiritualē fidelium cum Chriſto & ejus myſtico corpore, eandē eſſe cum unione eccleſiaſtica externa, aut hactenus ſaltē, ut ſublata quocunq; modo externa illa & quidem explicita unione eccleſiaſtica, illico interna illa & myſtica neceſſario auferri intelligatur.

II. Vnionem & communionem eccleſiaſticam externam, conſiſtere neceſſario in publica, ordinata, & canonica, ut vocāt, corporis eccleſiaſtici per externam juriſdictionem & hierarchicum ordinē architectura, & talē ex ſciographia, ſc. architecti Romani, & talē ordinationem & architecturam requiri ſimpliciter ad eſſe alicujus eccleſię particularis, atque adeo ad ſalutem eorū qui in ea ſunt.

III. Vnionem & communionem illam externam eccleſiaſticā nullā eſſe aut eſſe poſſe in eccleſia quacunq; particulari, abſq; fundamentali & radicali unione, & quidem dependentiæ (non collateralitatis ſeu fraternitatis tantum) cum Papa Romano.

IV. Eſſe de fide iſtas hypotheſes, *Papam Romanum non poſſe auferri ab eccleſia.* Item, *Papam Romanum fundamentum omnis eccleſiaſticæ & eſſentialis unionis, non poſſe eſſe ſciſmaticum & à ſeipſo, aut toto corpore eccleſiæ ſeparationem facere.*

Vide

a Confer. ſect. 2. cap. 8.

Vide de hac poſteriori hypotheſi mirabilem diſputationem Cajetani in 2.2. qu. 39. artic. 2. Et de priori tractat. Gerſonis de Auferibilitate Papæ ab Eccleſia. Adhæc, *Petrum Romæ ſediſſe ut particularem Epiſcopum, & Primatum univerſalem, ibi de jure & mandato divino exercuiſſe atque illi ſedi alligaſſe.*

V. Nullam externam communionem Eccleſiaſticam cum ullis particularibus Eccleſiis, ut cum membris, aut cum omnibus ſaltem pleriſque Eccleſiis ſui ſæculi, ut cum corpore, Eccleſiam illam particularem habere poſſe, quæ ſive ignorantia puræ negationis, ſive controverſia aliqua facti aut doctrinæ, aut Eccleſiaſticæ politiæ, ſive quocunq; alio modo communionem cum hoc aut illo Papa Romano non quærit aut ſervat, aut ab ea excluditur, ſive ſua, ſive aliena, ſive Pontificis ipſius culpa, qui in quæſtionibus facti errare poteſt. Applica hoc ad Eccleſias Aſiaticas propter Paſcha à Victore, Eccleſiam Leodienſem, propter cauſam Imperatoris ſui Henrici IV. Rempub. Venetam propter jura & privilegia ſua à Paulo V. excommunicatam. Item ad Eccleſiam Gallicanam, ſæpe à Papis recedentẽ, ut ſub Philippo Pulchro, Ludovico XII. ad Eccleſias in Inſubribus, & in Hiſpania aliquando abſque Papa-centro-magiſtro gubernatas, de quibus Thuanus lib. 1. *Lautrejus Mediolani Prorex ſic diſciplinam Eccleſiaſticam in Inſubribus ordinaverat, ut præfecto ſacris Bogerronum epiſcopo ſine authoritate Romani Pontificis omnia adminiſtrentur,* & p. 39. *Cæſar ut injuriam ſibi à Clemente illatam ulciſceretur, nominis Pontificii authoritatem per omnem Hiſpaniam abolet, exemplo ab Hiſpanis ipſi poſteritati relicto, poſſe Eccleſiaſticam diſciplinam citra nominis Pontificii authoritatem ad tempus conſervari.* Eadem mens fuit Epiſcopis Galliæ & Germaniæ, item Epiſcopis Germaniæ & Belgii in concilio Colonienſi, qui Anaſtaſium II. & Nicolaum I. per litteras docent ut ſua ſuóſque curaret, & ſe miſſos faceret. Vtriuſque epiſtolæ exemplum exſtat apud Goldaſtum in conſtitut. Imperial. part. 1. Fol. 48. & 50. Et apud authorem *Papatus Romani,* qui putatur Marc. Anton. de Dominis Archiepiſcop. Spalatenſis. Confer ſect. 2. cap. 8.

Secundus prætextus eſt pag. 500. 501. *A fide, Euangelio, à Chriſtianiſmo, ſeceſſionem non fecimus. Sciſma, inquit, etiam ſalva fide, ſalvo Euangelio, ſalva Chriſtianiſmi profeſſione, perpetratur, &c. Audi Auguſtinum, qui de ſimilibus, qui de fidei & Euangelii integritate gloriabantur,* &c.

Reſp. I. Vt aliquid videatur reſpondere non veretur mea pervertere triplici perfidia. Verba mea ſic ſe habent in Philonio: *Nos à Chriſto Eccleſiæ capite, à fide, ab Euangelio, à communione Chriſti, & ſanctorum, à Chriſtianiſmo, ab Eccleſia Catholica, ab antiqua Romana ſeceſſionem non fecimus.*

Hic, *primo,* perfide dividit ea quæ conjunguntur à me. (*Fidem, Chriſtianiſmum, Euangelium*) excerpit, revulſa (*Eccleſia Catholica*) & *antiqua Romana*; quæ ſi eodem commate conjuncta reliquiſſet ut à me conjuncta erant, jam nulla ſpecie reſponſio ipſius & loca Auguſtini huic adaptari potuiſſent.

Secundo elidit (*communionem & Chriſti & ſanctorum*) quam ego inter Euangelium & Chriſtianiſmum inſerueram. Quam ſi ſuo loco non moviſſet, jam nihil de caritatis peremptione, de caritatis neceſſitate, quaſi eam poſthaberem, in me debuiſſet dicere. Certa enim & indubitata illa omnia apud nos.

Tertio mutat *Chriſtianiſmum* in *Chriſtianiſmi profeſſionem,* quę nimis quam differunt ſicut vera religio & religionis profeſſio, docente id Iacobo cap. 1. verſ. 22. 27. & 2. 19. 20. cum Roman. 2. verſ. 28. 29. Poteſt eſſe Chriſtianiſmi profeſſio, ubi nulla pietas, nulla reſipiſcentia, nulla fides, nulla caritas in corde aut opere, immo ubi ſciſma, ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

talis colluvies quæ nihil Chriſtianiſmi intus habeat, qualem ideam ſynagogæ Chriſtiano-Papiſticæ nobis deſcribit Bellarminus.

Sed non poteſt ibi eſſe Chriſtianiſmus, quia ibi non ſunt Chriſtiani, ſiquidem conſtet nobis Chriſtiani deſcriptio illa apud Euſebium, Hiſtor. Eccleſiaſt. libr. 1. cap. 4. longe diverſa à novitiis *Chriſtiano-Papiſtæ* deſcriptionibus: *Qui per Chriſti cognitionem & doctrinam modeſtia, juſtitia, arduarum rerum in vita perpeſſione & tolerantia, virtutis conſtantia, pietatis etiam verique cultus confeſſione, uni & ſoli Deo ſuper omnia attribuendi, præſtet, excellatque.*

II. Salva fide & Euangelio non fit ſciſma, ſi accurate loquamur. An non fides & Euangelium iſta includunt? Iohan. 13. v. 35. *Hinc cognoſcent vos eſſe diſcipulos meos, ſi alii alios dilexeritis.* & 1 Iohan. 2. verſ. 3. *Qui dicit novi eum, & præcepta ejus non obſervat, mendax eſt & in eo veritas non eſt.* Et cap. 1. v. 6. *Si dixerimus nos communionem habere cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur,* &c. & Galat. 5. v. 6. *In Chriſto neq; circumciſio quidquam valet, neque præputium, ſed fides per caritatem efficax.*

III. Quidquid ſit, ſaltem tota illa reſponſio de læſione caritatis etiã ſalva fide, nihil ad controverſiam de noſtro ſciſmate, cujus cauſa utrinque prætenditur læſa fides per hæreſin ſeu apoſtaſiam, læſa pietas per Idololatriam, læſa diſciplina & politia Eccleſiaſtica per ataxiam, tyrannidem, anarchiam: quod ſi alterutra pars ſufficienter unicum modò crimen probet, jã ſeparatione ſua caritatem minime lædit; altera autem non tam caritatis læſæ quã fidei & pietatis; non ſciſmatis proprie dicti (quod abſque cauſa fidei fit) ſed hæreſeos, aut apoſtaſiæ, per ſeparationem ſuam condemnatur. Ita ut ſepoſitis illis præjudicatis & generalibus exceptionibus, de *ſucceſſione*, de *vocatione*, de *ſeceſſione* ad ipſam hæreſeon, quę utrinq; intenduntur, cognitionẽ perveniendum ſit, quã tamẽ Ianſeni' noſter perpetuo refugit.

IV. Locum Scripturæ ex 1 Cor. 13. v. 2. cum tam infeliciter producis, rurſum pœnas luis contemptus ſacrarum Literarum, quas *membranas, tenebras* pro pietate tua ſupra appellaſti; quarum infallibilem authoritatem, perfectionem, integritatem egregiis illis tuis quæſtionibus ſatis ſuperque allatraſti. Certe alia ſunt Scripturæ dicta, quibus ſolide communionis ſanctorũ neceſſitas, & utilitas contra ſciſmata evincitur. Rogamus Ianſenium ut poſthac nobis Scripturariis membranas eas relinquat, aut ſaltem paulo accuratius excutiat, priuſquã ex iis Andabatarum more nobiſcũ pugnet.

Probare inſtituit, *ſciſma etiam ſalva fide committi.* Quare? *quia caritas etiam ſalva fide abeſſe aut perimi poteſt.* Proba. *Quia Apoſtolus 1 Corinth. 13. dicit: ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum.*

Primo ex conditionali, quę nihil ponit in eſſe, non eſt quod faciat nobis categoricam; Abſurda non pauca Scripturæ impingeret ea explicandi methodus, ut Galat. 1. v. 8. & Iohan. 8. verſ. 55. & 1 Corinth. 13. verſ. 1. Hinc Chryſoſtomus ſtatuit *Hyperbolẽ* eſſe, ſeu ſchema illud quod vocant *Fictionem*, quod Epitomator ejus Theophylactus ita explicat: *Quod id quod non eſt, tanquam ſit poſuerit perinde ac cum ait: Si vel angelus, &c. Atque neque ipſe, neque angeli aliud Euangelium annunciaturi erant. Quin aliis pleriſque locis dicit hujuſmodi.*

Deinde ſi eſſet categorica; ex qua phraſi aut circumſtantiis textus probaret Ianſenius tum veram fidem neceſſario intelligendam; & non potius æquivoce dictam fidem, aut alterius generis fidem, quam vana æſtimatio hominum veræ fidei ſibi ſupponit, aut aliis venditat: Qualis intelligitur Iacob. 2. verſ. 14. 19. 20. & Scriptura ita exſerte explicat illud Matth. 13. 12. (*Quod*

(*Quod habet*) per (*quod videtur habere*) Lucæ 8.18.

Tertio, Apoſtolus hic proprie loquitur de fide chariſmatica, ſeu fide & dono peculiari miraculorum, & non de communi fide omnium credentium. Numeretur igitur hæc reſponſio inter reliqua impertinentia Ianſenii. Probamus hanc expoſitionem tum ex verbis ipſius textus, *Ita ut montes transferam*, quæ conferenda cum Matth. 17. verſ. 20. & Matth. 7. 22. 23. quæ commentarium faciunt hujus loci. Vide ibi expoſitiones Chryſoſtomi, Theophylacti, Euthymii, tum *ex collatione* capitis 12. 9. ubi inter chariſmata numeratur fides, *non ea quæ eſt dogmatum, ſed ſignorum*, ut ibi diſerte Chryſoſtomus: ita ut chariſmatum ibi enumeratorum comparationem hic inſtituat cum charitate, non vero fidei ut eſt *virtus Theologica*, de qua demum verſ. 13. Ita Carthuſianus. hanc expoſitionem habet præter Chryſoſtomum Theophylactus: *Obſerva autem hic quomodo per prophetiam & fidem omnia chariſmata comprehendit: aut enim in verbis aut operibus ſunt miracula.*

Ex recentioribus Iſidor. Clarius: *hæc fides non eſt illa juſtificans, ſive ut Theologi vocant, donum gratum faciens, ſed gratis datum, quod multis contigit, quos Chriſtus dixit ſe non agniturum.*

Tertium prætextum facis, A communione Chriſti & ſanctorum, &c. ne quidem à ſubditis modernæ curiæ Romanæ quod ad charitatem, *quem per ipſa facta noſtra* refutari dicis, *nam ſi ſcintillam caritatis teneremus, non rupiſſemus illud glorioſum corpus Chriſti, &c.*

Reſpond. I. An cives illos Sylvæ-ducenſes, qui ex corpore ſuo Eccleſiaſtico & politico, cui hactenus inſiti, Antvverpiam aut Bruxellas ſeceſſerunt poſt captam urbem, idque ex mero affectu, ut proteſtantur, erga religionem, erga regis veſtri regimen; & odio noſtræ religionis, ac præſentis regiminis, & ut fugerent occaſiones omnes quibus ipſi aut poſteri eorum à Papatu aliquando abduci poſſent; an illos dices renuntiaſſe omni caritati erga Sylvæ-ducenſes ſuos aut gementes ſub præſenti regimine, aut ex humanis, & mundanis conſiderationibus illi quodammodo acquieſcentes, aut ex mera & craſſa ignorantia illud ſuſque deque habentes, aut errore quodam illi nimium faventes? An dices facta ipſorum contraria eſſe proteſtationibus? Reſponde modo, & facilis erit applicatio.

II. Perpetuo in exceptionibus tuis præſupponis nullam fuiſſe cauſam, aut controverſiam fidei, quæ ſeparationi huic & ſeceſſioni intercederet. Quod nec tu nec nos credimus. Vigilans ergo ſomnias, oblitus controverſiæ principalis, dum pro re nata hic reſpondes, quod alibi ſubvertis. Fruſtra monitiones texis ad charitatem, & ex ea unionem cum veſtra Eccleſia, niſi prius doctrinam Papalem perſuaſeris, quæ unionem iſtam diſtraxit. Ego neminem in Papatu odio habeo, neque ex odio unquam diſceſſi, aut in ſeparatione illa maneo; & tales noſtri tum paſtores, tum auditores, quos ego unquam novi. Sed idololatriam odi, ſed novitates odi, ſed errores graviſſimos veræ conſolationi conſcientiarum & pietati noxios. Illam ergo nobis prius ex ſacra Scriptura & antiquiſſimæ Eccleſiæ conſenſu perſuade eſſe veram fidem, ſine qua ſalvari non poſſumus, & deinde de caritate parænetica tua ſubjice. Ita operam non luſeris, & nobis bona conſcientia de unione cum Romana Eccleſia cogitare licebit. Alioquin tu ipſe author mihi non eſſes, ut propter caritatem hominum, errores, Idololatriam contra conſcientiæ meæ convi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

convictionem amplecterer, & odium Dei mei & Salvatoris mei incurrerem, *quem nemo deſerere* debet, nemo mutare, ut loquitur Ambroſius. Maledicta eſt illa caritas, quæ caritatem Dei, & maledicta unio ſeu pax quæ veritatem tollit: *Optima pax*, inquit Hilarius, *eſt pax Chriſti.*

III. Non rumpit glorioſum corpus Chriſti, qui recedit à malo, à malignantibus, à dominante factione eorum qui à Chriſto & verbo ejus priores receſſerant. Explicatum & probatum eſt illud in Philonio num. 70. quæ omnia præteris, ne verbo quidem reſpondes ad loca Scripturæ Apoc. 18. 2 Cor. 16. & patrum Ignatii, Irenæi, Cypriani, Origenis, Ambroſii, ex quibus majorem illam propoſitionem formo. Sed ſufficit tibi ineptâ battologiâ Majorem tuam denuo reponere. Minorem aſſumere, ſed abſque probatione. Hæc ars artium.

IV. A Subditis Eccleſiæ Romanæ non diſceſſiſſe noſtros, quod ad caritatem veriſſime dixi. Amor enim fuit & zelus divinus erga Dei gloriam, erga ſuam & populi ſalutem, qui ſeceſſionem ſuaſit. Abſque hoc potuiſſent tranquilla pace frui, iiſdem privilegiis, quibus alii ipſorum ſimiles gaudere, iiſdem beneficiis uti, à periculis & perſecutionibus tuti eſſe. Sed maluerunt Epiſcopatibus, Principatibus, Dominiis, Abbatiis, & pinguibus quibuſcunque beneficiis, patria, amicis, honore, & fama, vita denique ipſa privari, quàm oves Chriſti, diutius animarum pabulo deſtitutas videre.

Hæc caritas eſt, ni fallor, erga ſubditos curiæ Romanæ. Quos labores ſuſtinuerint in convertendis & ſervandis illis ab Idololatria, à prava illa generatione, res ipſa clamat, & veſtri conqueruntur.

Adeo ut ex illo egreſſu ſuo, & eductione aliorum (unde tu caritatis læſionem arguis) ipſa viſcera miſericordiæ & caritatis ſuæ concludere poſſint exemplo Chriſti & apoſtolorum; qui Reformationem cum urgebant, & illud væ væ in ordinarios ſacerdotes intonabant, non rumpebant corpus Iſraelis, nec cor ſuum perditis ovibus ſubtrahebant, Matth. 23. verſ. 37. & cap. 10. v. 6. & cap. 9. 36. 37. 38. immo cum communione ſynagogæ deſerta diſcipulos ſeparabant (ut Actor. 19. verſ. 9. 10.) poſtquam jam ad errorem invincibilis pertinacia acceſſiſſet, à ſubditis tamen ſynagogæ quod ad caritatem minime ſecedebant, vide Roman. 9. verſ. 3. 4. & cap. 10. verſ. 1. & cap. 11. verſ. 13. 14.

V. Loca Scripturæ Hebr. 10. & Iudæ verſ. 18. 19. nihil ad noſtram hanc cauſam. Deſertio & ſeparatio noſtra facta eſt non voluntaria aliqua aut præſumptione aut negligentia, aut ſecuritate aut contemptu; ſed Deo & conſcientia noſtra urgente, propter idololatriam, hæreſes, &c. Quomodo olim Loth exivit ex Sodoma, Iſraelitæ ex Ægypto, Abraham ex Meſopotamia, Paulus & reliqui apoſtoli ex ſynagoga, Catholici & Orthodoxi, quique jam meliora edocti ex communione Arrianorum, Neſtorianorum, Manichæorum, &c. quibus ante conjuncti fuerant.

VI. Reponimus à Papali factione ſcindi & devorari glorioſum corpus Chriſti, quæ privatas opiniones, pravā conſuetudinem, propriam ambitionem & τὰ κοσμικὰ, id eſt, res mundanas, communi ędificationi & ſaluti præferens nec ſuos, nec alios bene monentes audiverit.

Quartum prætextum facis: Seceſſimus non niſi poſt multas obteſtationes, &c. Hic geminam opponis exceptionem. *Si de fide,* inquis, *Reformanda loqueris, res illa non obteſtationibus flagitanda, ſed ante omnia neceſſitas ejus demonſtranda, &c. Quod ſi de morum Reformatione loqueris, &c.*

Reſp. I. Reformationem diſtinguere nihil opus. Sed ita in certiſſimis & utrinque indubitatis inepte ſedulus es; in ipſis quam maximè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

maximè controverſis magis mutus quam piſcis. Noſti primos Reformatores non propter morũ, ſed propter fidei deformationem ſeceſſionem feciſſe. Confeſſiones, obteſtationes, proteſtationes extant, inde diſce, ſi neſcis, aut alii diſcant, ſiquidem tu diſſimulas. Qua prudentia aut conſcientia nunc Donatiſtis noſtros aſſimules, & quam egregia ſophiſtica dicta Cypriani & Auguſtini huc trahas, judicent quicunque judicare poſſunt.

II. Errores veſtri in fide centies millies, & quidem clariſſimis argumentis ita convicti ſunt; ut poſthac nova methodo qualicunque alia poſt aliam excogitata adverſarios veſtros abducere & divertere, quam crepero certaminé rationum & argumentorum conflictum, ad exemplum primorum Lutheri Antagoniſtarum, Eccii, Cochlei, Emſeri, Roffenſis, Hochſtrati, Latomi, &c. experiri malueritis. Obteſtationes ejuſmodi, argumentis ſubnixas, contemnendas potius quam refellendas nunquam judicavit Auguſtinus; quem tu perperam allegas. Sed ita perpetuo ignorationem elenchi admittit, aut ſtatum controverſiæ pervertit.

III. Iam annis fere quingentis, Nationes, Eccleſiæ, Doctores & pii quicunque Reformationem flagitarunt. Vide quaſi in tabulis illa conſignata à Pleſſæi Myſterio Iniquit. & nos ſupra quædam attigimus.

Quintus tibi prætextus eſt pag. 504. Sed non ſucceſſimus niſi inviti, dolentes, extruſi, anathemizati, &c. omnis ſævitiæ genere compulſi. Ianſenius duo opponit,

Primo, *Falſiſſimum eſſe quæ de ſævitia dico, quia nullo ſupplicii corporalis genere in noſtros, ante ſciſmatis lacerationem, animadverſum eſt. Nam ſimulatque majorum noſtrorum animos novæ doctrinæ vanitas, &c.*

Secundo, *Quævis potius mala ſuppliciaque ſubeunda eſſe, quam ſciſma facere.*

Reſp. I. Prima exceptio Ianſenii non una nititur ἀνιστορησίᾳ, ne dicã mendacio. Falſiſſimum eſt noſtros majores confeſtim cum *novæ doctrinæ* (ut vocat) *ſenſu, omnia catholicæ religionis monumenta, altaria, exercitia, congregationes, conciones, &c.* ultrò tanquam polluta ac deteſtanda reliquiſſe. Aut enim de Luthero & Zvvinglio, aut de omnibus primis Reformatoribus, aut de eorum ſucceſſoribus, aut de omnibus Reformatis hoc intelligis. Sed omnia ficta.

Primo enim Lutherus, & Zvvinglius coram iiſdem Eccleſiis ſuis, in iiſdem illis templis, in eadem externa communione, miniſterio functi ſunt, in quibus antea. Tiguri, nihil publice integro biennio in Eccleſia mutatum fuit, quamvis animos auditorum jam puriori doctrina imbueret Zvvinglius. De Luthero etiam tamdiu cum importunis adverſariis luctante non mutata Eccleſia aut externa Eccleſiarum communione, imò ad ſuum ordinarium, ad ordinis ſui vicarium, Papam Leonem provocante, lib. 2. ſect. 5. diximus. Quem cucullatum adhuc monachum Wormatiam contendiſſe anno 1521. refert veſter Surius, qui alias declamator potius quam hiſtoricus, quique ſtudio partium *inſanit non paucis locis potius quam loquitur*, *ita ut paſſim animi morbum prodat*, ut quidem eleganter de eo pronunciat I. Metellus Epiſtol. Illuſtr. Belgar. cent. 1. epiſtol. 65.

Secundo, reliqui omnes primi Reformatores, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Doctores, paſtores in communione Eccleſiæ, quique ſuæ Parochianæ aut Diœceſianæ, Provincialis, Nationalis Reformationẽ ſuaſerunt, inchoarunt, perfecerunt pro ſua parte; pauciores initio aut in progreſſu Reformationis ſeceſſionem cogitarunt, nulli niſi coacti. Quorum Reformatio pertendit, & impedimenta, ſi quæ eſſent, authoritate aliqua & forti brachio adjuta ſuperavit, nulla templa, aut ſui corporis ſynaxes, aut publica exercitia reliquerunt, mutarunt; ſed tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

corruptelas,ut Archiepiſ.Crammer'cũ Clero Anglicano, Archiepiſ. Magdeburgenſis, Merſpurgẽſis,cũ plerisq;paſtoribus in Germania,itẽ paſtores omnes in Dania , Suecia, &c.Speciatim Lutherus Eccleſiã,Academiã, Templũ Wittebergenſe;Zvvinglius Tigurinũ;Oecolampadius ſuum Baſilienſe,& ſynaxes atq; exercitia in iis nunquã reliquerunt. Aliqui,quorũ progreſſus fortioribus impedimentis inhibitus, ut e.gr. in Gallia Epiſcopus Tricaſſenſis, *Nivermẽſis*,&c.atq; alii paſtores & presbyteri, in Italia P.Martyr cum ſuis, in Hiſpania Doctor Ægidius, in Polonia & Hungaria Ioannes à Laſco,in Belgio Angelus Merula,Ioannes Piſtor,Anaſtaſius Veluanus, &c. In Germania Archiepiſcopi Colonienſes, &c. tãdiu tenuerunt Eccleſias ſuas & communionẽ corporis ſui, donec tyrannide aut inde ejecti aut ex terra viventium extracti fuerunt.

Tertio,Succeſſores eorũ non ſeceſſerunt, ne quidem in hunc diem, ut in Dania, Anglia, Suecia,Germania, &c.

Quarto,Primi Reformati (laici ſcil.)non ſeceſſerunt à corpore ſuo& ſynaxi ſua;quia ipſi illi iidem numero & quidem ſoli conſtituebant corpus & ſynaxes quique ſuas, ut Witebergenſes,Tigurini, Saxones,Genevenſes, Angli, Dani, Sueci, &c. Soli illi non alii ex Italia miſſi coloni ſive Laici,ſive Clerici,templa implebant ad congregationes & conciones accedebant. Eſt ergo externa Seceſſio,qua dolentes &coacti à corpore ſuo ſeparati, aut extruſi ſunt nonnulli Reformati, talis affectio Reformationis, non quæ abſolute & per ſe, adæquate conveniat ſubjecto , deque eo prædicetur, ſed tantum ſecundũ aliquam ſui partẽ, & quidẽ per accidens. Quomodo vaſtatio bellica per incendia , deprædationes , captivitates Genti aut Provinciæ alicui tribuitur,cujus pars iſta pati cogitur. Oſtendat Ianſenius,ſi poteſt,omnes primos Reformatores,&Reformatos qua tales , *ilico* & *ſponte* ſeceſſiſſe, ubi in cathedris,templis,cœtibus ſuis antiquis,abſque inquiſitionis tyrannide docere &doceri,aut tali quali ſaltem communione cum reliquo Clero ac populo uti poterant, quæ conſcientiæ meliora edoctæ vim non inferret. Quod ſi oſtendere non poſſit,videat , quomodo in pœnam contemptus verbi Dei , in ipſa factorum meridie, ad quam infeliciſſime confugit, apertis erroribus& mẽdaciis perpetuò impingat. Paucioribus ergo illis Reformatis , non ilico, ſed poſt diuturnam patientiam , poſt varios caſus , poſt omnia fruſtrà tentata, ei invito egreſſis , non magis imputari poteſt deſertio communionis cum particulari ſua Eccleſia,quam Davidi profugo 1 Sam. 26. 19.cum Pſalm.120. aut Chryſoſtomo ab Imper. Arcadio ; aut Athanaſio , Hilario, Liberio ab Arrianis in exilium actis. At qui dices , quis expulſos & ejectos ex templis ac cœtibus ſuis coegit alios cœtus formare. Reſpondeo, Dei gloria, ſalus animarum,cura ovium,præſcriptum verbi divini,Roman.16. verſ. 17. 18. cum Actor. 19.verſ.8.9.& 1.verſ.13.14.15. exemplum Orthodoxorum , quotieſcunque factione & numero hæreticorum Eccleſiæ & templa ipſorum occupari contigit. Vt enim populus ſedibus ſuis ejectus , novas ſedes quærit, ex diſparſione ſua in corpus politicum coit, de novo ſocietatem format , aut alteri genti ſe incorporat propter bonum politicum ; ſic & Eccleſiarum διασποραὶ & reliquiæ formatam ſocietatem & ſynaxin inter ſe architectantur , aut alteri Eccleſiæ coaleſcunt propter bonum Eccleſiaſticum. Vt enim homo eſt animal ſociale , teſte philoſopho, ſic homines regeniti ſunt σύσωμοι, id eſt, concorpores ſanctorum, quod quavis occaſione ipſo actu implere deſiderant. Quod etiam praxi ſua exprimere voluerunt. ex. gr. Clerici Papiſtæ in Anglia,qui templis,altaribus,cœtibus ſuis deſertis,clam& ſeorſim in cœtus novos coire,

& hunc

& hunc in finem à cœtu & corpore ſuo priori ac publico diſcipulos poſt ſe abducere non dubitarunt. Vides ergo ſeceſſionem & abductionem à corpore Eccleſiaſtico, cui quis prius junctus fuit per ſe, nō eſſe peccatum aut ſciſma; ſed ipſam cauſam, prius cognoſcendam & ex ea judicandum in virtute an vitio ſit deputanda illa ſeparatio: ut enim pœna non facit martyrem, ſed cauſa, *ita ſeparatio non facit ſciſmaticum ſed cauſa*, ut bene Caſſander lib. de offic. pii viri. Ad eam ergo veniendum, ſed Ianſenius huc trahi non poteſt.

Inſtant. Atqui ſeceſſiſtis à corpore & cōmunione Eccleſiæ Romanæ ſeu Romano-Catholicæ; in cujus communione olim Patres, & ante Lutherum vos ipſi cum reliquis Occidentalibus vixiſtis.

Reſp. I. Hæc ſeceſſio longe alterius generis eſt quàm illa, de qua Ianſenius, quæ eſt à propriis templis, cœtibus, concionibus, exercitiis. *Deinde* ut unio ſeu communio cum aliis omnibus orbis ſeu Occidentis Eccleſiis, non tam propinquè, ſenſibiliter, & neceſſario ad fidelis cujuſque in fide & pietate ædificationem facit, quam ſynaxis & congregatio cum parochianis aut vicinis ſuis ad religionis exercitia, de qua poſteriori communione propriè intelligendum, 1 Corinth. 11. *cum convenitis*, & Hebr. 10. 25. *Non deſerentes aggregationem noſtri mutuam, ſicuti mos eſt quibuſdam, ſed adhortantes alii alios.*

Ita & ſeceſſio ab Eccleſiis aliis, aut intermiſſio communicationis cum illis, ſalutem & conſcientiam noſtram minus tangit, quàm ſeceſſio ab Eccleſia propria, cujus communione & exercitiis ad debitum finem, cum poſſumus, uti abſolute tenemur ex neceſſitate præcepti divini. 2. Vt Imperium Romano-Catholicum, ita & Eccleſia Romano-Catholica multùm mutata eſt. Omnes olim Eccleſię Orientis, Occidētis, Africę ſub uno dominio, ſub uno Imperatore, communi quadam ſocietate ut membra corporis Politici, ita & Eccleſiaſtici in una doctrina, diſciplina, ritibus, canonibus, mutua cōmunicatione & auxiliis per ſynodos Oecumenicas, per caritativas correſpondentias, per literas Epiſcoporum formatas, propius erant colligatæ. Externa ejuſmodi Politica & Eccleſiaſtica vincula jamdiu ſublata ſunt. Oriente primū ab Occidente, deinde & Occidente in ſe multis modis & politice & Eccleſiaſtice diviſo; Interna Eccleſiaſtica unius ſcil. ejuſdemque veræ doctrinæ, aut abrupta aut graviter læſa. Qui ergo de deſerta aut violata Eccleſiæ Catholico-Romanæ (ut olim erat) externa Eccleſiaſtica cōmunione, nunc apud Anglos, Gallos, &c. ex patribus & conciliis quarti & quinti ſæculi diſſertant; tantundē faciunt ac ſi unionem & conſociationem Imperii Romani (ut erat ex. gr. ante quartum ſæculum quò nos revocant Pontificii) apud eoſdem prętenderēt, cum nullo jure, nulla conſuetudine, nulla neceſſitate ad eſſe Politicum, Gallis aut Anglis nunc quidquā ſit cum Imperio Romano. Qui etiam partem illam, Eccleſiam ſcilicet nunc Romano-Occidentalem poſt tot tantaſque diviſiones pro toto venditant, & jura ac leges antiquæ Catholicæ in Imperio Romano, aut privilegia particularis Romanæ, in ordine ad alias ejuſdem Imperii Eccleſias, hodiernæ Romanæ nunc vendicant, tantundem faciunt ac illi qui dominiis & confœderationibus jam ſublatis effecta & conſequentia dominii ac confœderationis, nihilominus in reliquiis antiquæ gentis aut eodem in loco quærerent. Quaſi quis antiqua vectigalia Imperii Romani hodie Romam deferenda à Gallis contenderet; quia Roma eſt eadem Roma (materialiter ſcil.) quo olim Galli ea deferre ſolent. Quaſi etiam quis Eccleſiæ nunc Gallicanę libertates, antiquis privilegiis Catholico-Romanę (id eſt Imperii Romani) præſenti Romanæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ſedi, aut Eccleſiæ Romano-Occidentali vindicatis metiri vellet. Atque hæc quidem de intermiſſa communione illa antiqua & externa cum toto corpore Romano-catholico; quæ cum ipſo corpore jamdiu eſſe deſiit; ita ut, ſi maxime velimus, eadem illa externa communio & conſociatio à nobis aut ab ulla Eccleſia Occidentis continuari nequeat (cum non entis nulla ſit affectio) niſi de novo ſocietas, confœderatio iiſdem illis aut aliis canonibus, & conditionibus inſtituatur. Atque hæc quidem de externa communione, ſimpliciter & in ſe ſpectata. Quod ad fundamentum externæ iſtius cõmunionis ſeu internam communionem in una fide, & ſana doctrina, dicimus illam à parte diviſionis Papali per Idololatriam & errores violatam & abruptam: Quo poſito ab omni non tantum præſenti Occidentalium aliqua parte, ſed etiam à toto Occidente, imò & antiqua Catholici Romani Imperii (ſi ea adhuc eſſet) communione neceſſario eſſet reſiliendum, & aliarum extra Imperium communio, ſiquidem externa & explicita haberi poſſet & hoc neceſſe eſſet, potius amplectenda. In noſtro hoc caſu concludimus poſt omnia fruſtra tentata, poſt plenam convictionem, poſt nimiam exſpectationem, poſt ſpem univerſalis emendationis omnem præciſam, poſt pontifices & infeſtiſſimos quoſque adverſarios in carnem & ſanguinem, immò & in reprobum ſenſum plane traditos: demum ab Eccleſiis, Principibus, populis externam communionem intermiſſam, & externam ſeparationem ab Eccleſiis curiæ & factioni Papali adhærentibus, tantiſper eſſe factam donec Deus meliora. Videat lector conatus Iulii II. Leonis X. Clementis VII. Iulii III. Pauli IV. Sixti V. ſimiliumque Chriſtianiſmi Alaſtorum, & Reformationis hoſtium apud ſuperioris ſæculi hiſtoricos Guicciardinum, Thuanum, Iovium, Sleidanum, deſcriptos. Adeo ut ſummo jure poſt alios Principes Fridericus Palatinus ann. 1546. Reformationem recepturus abolita Pontificis authoritate, cauſas illas aſſignarit. *Quod jam multos annos conciliationem & emendationem in religione fruſtra ſperaſſet, quod rem illam diutius differri periculoſum, & quod ſuorum votis ſatisfaciendum eſſet*, Thuan. lib. 2. pag. 116.

II. Falſiſſimum eſt, quod dicit nullo corporalis ſupplicii genere in noſtros animadverſum eſſe ante ſciſmatis lacerationem. Contraria exempla ex multis iſta accipe. Auguſtiniani Monachi Bruxellis combuſti ann. 1523. Presbyter quidam Nicolaus nomine, Antvverpiæ culeo incluſus & in Scaldim projectus 1524. Paſtor Meldorfenſis in Diethmarſia verberibus pæne cõtuſus. Henricus Zutphanienſis, qui Bremẽſibus & Meldorfenſibus Euangelium annuntiaverat, ibidẽ multis vulneribus confoſſus, & poſtea combuſtus 1524. quem Antvverpiæ cum Prior eſſet Auguſtianorum, propter hæreſin Lutheranam capiti damnatum, carcere perfracto, è Brabantia Bremã profugiſſe narrat Surius ad an. 1524. Iohannes Caſtellanus Tornacenſis Auguſtinianus & Theol. Doctor, qui Metis Reformationẽ prædicaverat, cõbuſtus 1524. Ioannes Wourdanus presbyter in Hollandia cõbuſtus 1525. Wolfgangus Schuchus paſtor in Lotharingia cõbuſtus 1525. Petrus Splenger paſtor in Briſgoa in aqua ſuffocatus 1526. Robertus Barus in Anglia triennali carcere detentus, 1525. qui tum fuga in Germaniam dilapſus, annis aliquot pòſt in patriam reverſus, exuſtus. Mathias Wybel paſtor Kempenſis ſuſpẽſus 1525. In Lutherum & homodoxos quam vim inclamarit ſanguinarius ille Bucco Iacobus Hochſtratus, quid Leo X. cum aliis machinatus fuerit anno 1518. & 1519. 1520. & quomodo libros ipſius exuſſerint Colonienſes & Lovanienſes, & Cæſar à Papa & Clero huc protruſus illud pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

proſcripſerit, vide partim apud Sleidanum libr. 1. & 2. partim apud Surium, in Commentar. ad annum 1521. Et tamen nullam illi à corporis ſui communione diſceſſionem fecerant & remotiorem ſeu communiorem illam communionem cum Occidente æquis conditionibus continuare parati erant. Atque hæc de Doctoribus. Ex plebe fidelium etiam permulti in communione eccleſiæ ſuæ, propter purioris doctrinæ ſenſum, paſſim in Germania, Gallia, Belgio, &c. omni perſecutionum & ſuppliciorum genere vexati. Ita ut non tantum in privatim quid aliter ſentientes, ſed & in revocantes poſtea ſuppliciis ſævitum ſit: cujus exemplum habes in relatione illa Euſtathii à Knobelſdorf epiſtol. ad Caſſandrum[a]. Ne procul abeamus, Sylva-Ducis ſuppliciorum exempla dabit, ubi an. 1526. novem ad palinodiam adacti & publice traducti cum interdicto ne inde bonis ſuis aſportatis migrarent. Nota eſt Inquiſitionis Hiſpanicæ Methodus, à multis nunc ſatis detecta, imprimis ab Hiſpano quodam Reynaldo Conſalvo Montanenſi. Vide etiam Eymerici Directorium Inquiſitorum cum ſcholiis Pegnæ.

Notum eſt decretum illud Inquiſitionis ſanguine ſcriptum Madriti 14. Kal. Martias, anno 1568. cujus oblivionem nullus unquam transfuga Belgis inducet: *quo omnes & ſinguli Belgii populi & Ordines declarantur apoſtatæ, ſectarii, ac perduelles; nec ii ſolum qui aperte à Deo & S. Eccleſia & regis obedientia defeciſſent, ſed etiam ii qui ſe Catholicos ſimulantes officio ſuo in reprimendis ſectariorum ac ſeditioſorum conatibus, &c. defuiſſent. Præterea nobiles etiam illi qui ſubditorum nomine libellos ſupplices & expoſtulationes adverſus S. Inquiſitionem porrexiſſent, &c. cunctos divinæ & humanæ majeſtatis læſæ crimen incurriſſe.* Secundum quod decretum, Rex Philippus man*data ad Albanum miſit, quibus jubebatur juxta inquiſitorium decretum, &c. Item in ſanguinario illo, ſicuti vulgo vocabatur, conſilio propoſiti articuli, &c.* hæc ex Thuano lib. 43. Quam multos Gallos, & Belgas alicubi habitantes & alienæ Eccleſiæ, alienæ politiæ ex. gr. Genevenſi, Palatinę, Anglicanæ, Helveticæ ſubjectos, tranſeuntes modo terras ſuas, negotiorum aut commerciorum cauſa ſanguinarii Clerici ſagaciter venati in retia ſua, atque adeo ad rogũ & laqueum traxerunt, propter ſolum religionis ſenſum; non verò propter rebellionem & factionem, quæ ibi nulla erat. Quærantur in Martyrologio nomina Seguini, Scribæ, Oliverii Bochii, Martini Voiſin, &c. Sed quod ſciſma in Hiſpania committunt, qui quotannis ibi exuruntur, & tamen ab externa communione Eccleſiæ non receſſerunt? Quomodo glorioſum Eccleſiæ corpus Bruxellis ſciderat Anna vanden Hoven? Immanem illam ſævitiam in Waldenſes jam ſæculis aliquot à Romana Eccleſia ſeparatos, inque ſeparatione illa cum majoribus ſuis natos ac educatos exercitam in Convallibus Sabaudiæ, etiam ab ipſis Pinarolenſis cœnobii ſodalibus anno 1560. nullus Lutherani ſciſmatis prætextus, nulla Oceani unda unquam eluet. Vide ſodes Thuan. lib. 27. Horrendam tyrannidem in Merindolenſes & Cabrierenſes idem Thuanus fusè deſcribit, l. 6. & 27. Neque aliter res ſe habere potuit ex perpetua doctrina & praxi ſynagogæ Romanæ & legibus *ſacræ Inquiſitionis*. Inſpiciatur modo bulla de cœna Domini, in quam an. 1521. Lutheri nomen illatum à Leone X. cum anno ſuperiori anathematis fulmen in eum emiſiſſet[b]; Legantur hiſtoriæ perſecutionum Huſſi, Hieronymi Pragenſis, Albigenſium in Gallia, & multorum in Anglia, jam à prædicatione VVicleſi; item diſputationes de pœnis hæreticorum, ſpeciatim noſtri

[a] In Epiſtolis Belgarum cent. 1. Ep. 6. P. Borrius in hiſtor. Obſid Sylvæ ducenſis pag. 18. [b] Vide bullam commentario illuſtratam à Toleto in Inſtruct. ſacerdot. lib. 1. & Zvvarezio in 3. Thomæ de Excommunic.

Ianſenii cap. 62. pag. 310; quæ lectorem docebunt ſimul cũ ipſa diſſenſione à Papatu aut diſſenſione ab Idololatria & corruptelis Papatus naſci debita ſupplicia; nõ verò ſciſma aut abruptionem communionis cum cœtibus & ſynaxibus exſpectari. Lanienam & perſecutionem Anglicanam ſub Maria nulla cœtuum & ſynaxeωn ſciſſio, abruptio, deſertio, perturbatio præceſſerat, ſed tantum publica, communis & ordinata Reformatio peracta authoritate Regum prædeceſſorum Henrici & Eduardi, comitiorum, Epiſcoporum, atq; adeo totius Cleri Anglicani; quos Anteceſſores cum miſer populus & quidem rectè ſecutus in unione & communione corporis ſui, cœtuum, ſynaxeωn & ordinarii miniſterii perſtitiſſet, ſupplicia tamen effugere non potuere: cum alias meritorium faciant ſi populus obediat propriis Prælatis, eoſque etiam errantes in omnibus ſequatur.

III. Quod quævis potius mala & ſupplicia ſubeunda ſuadet, *Hoc Ithacus velit & magno mercentur Atridæ*, ſiquidem perſuadere poſſet. Docuit Chriſtus fideles ſuos fugere à perſecutionibus, & quidem ex medio Babylonis, ne plagas ejus participent, ut Apocal. 18.6. Magiſtratibus gladium dedit, quo probos tueantur, Roman. 13. & Babylonis furorem coerceant, Apocal. 18. verſ. 6.

Deinde, ſi meram paſſionem & injuſtas vexationes involveret communio cum eccleſia Romana, aliquid eſſet hæc reſponſio. Sed cum neceſſitatem peccati, multiplicis hæreſeos ſcil. & idololatricæ, aut ſaltem communionis cum illis peccatis includat, non eſt quod peccata perpetranda & ſupplicia gratis ferenda nobis obtrudat abſque ulla probatione. Denique qui in exilium agitur, qui carceri mancipatur, qui ferro, flamma, laqueo tollitur, nõ poteſt amplius communionem colere, etiamſi maximè vellet. Velim explicet nobis hæc ænigmata.

IV. Quod ſubdit pag. 505. ex Auguſtino, Chryſoſtomo, Irenæo: *Nullam unitatis eccleſiaſticæ præcidendæ juſtam eſſe neceſſitatem*; ſophiſtica & fide ſolita lectori imponit. Nam patres illi aut intelligendi ſunt in genere de quacunque cauſa hæreſeos, idololatriæ, apoſtaſiæ, eam nullam eſſe poſſe, propter quam deſeratur communio eccleſiæ, in qua quis antea verſatus fuit; aut intelligendi ſunt de ſeceſſione illegitima, injuſta, abſque ulla ſufficienti cauſa. Hoc poſterius verum eſſe ipſe Ianſenius ſi non faſſus eſt, ſaltem dubitavit pag. 504. cum illa de reformatione morum, & de Donatiſtarum ſciſmate ineptiens nobis ingeſſit. Præterquam quod ipſa dicta patrum in hunc ſenſum ſe explicant. Auguſtinus ſcribit contra Parmenianum Donatiſtam, jam verò conſtat ex Auguſtini & Optati ſcriptis & ex collatione Carthaginenſi, cauſam ſciſmatis Donati primum quæſitam fuiſſe in moribus quorundam Catholicorum.

Irenæus exſertè ait: *propter modicas & quaſlibet cauſas magnum & glorioſum Chriſti corpus conſcindunt, &c.* Noſtras verò cauſas, quas prætendimus nihil cum modicis illis & ταῖς τυχούσαις Irenæi habere commune, ipſe Ianſenius explicuit in Alexipharmaco, & Spongia. Idololatriam, hæreſes, apoſtaſiam, Antichriſtianiſmum prætendimus ſeparationi noſtræ; jure an injuria abſque ſubterfugiis inquiratur. Sic enim Ianſenius quaſi ex ore noſtro paulo ante pag. 447. *Eccleſiam Romanam apoſtataſſe, eſſe plenam erroribus & idololatria, Antichriſti ſynagogam & ſedem, totam lupanar, purpuratam meretricem, &c.*

Dionyſius Alexandrinus ſcribit ad Novatum, qui ſciſmatis fundamentum non faciebat idololatriam, ad quam ipſe contra conſcientiam adigeretur (quomodo in noſtra cauſa hoc obtinet) ſed idololatriam, qua ſe polluerant, qui metu ſuppliciorum idolis ſacrificarant, quos Novatus ad pœ-

nitentiam

nitentiam & communionem admitti nolebat,ut quidem ſatis explanatè refert Euſebius libr. 6.cap. 35. & de ejus diſcipulo Navatiano breviter Pacianus [a]. *Quod poſt baptiſmum pœnitere non liceat, & quod mortale peccatum Eccleſia donare non poſſit: immo perire eccleſiam recipiendo peccatores.* Poſtremò ex ipſo adverſariorum ſenſu & praxi expugnatur falſa illa hypotheſis Ianſenii. Illi enim non tantum per ſciſma & hæreſin omnem Eccleſiæ unitatem &eſſentiam mox aboleri ſtatuunt, & juſtam diſceſſionem ſeu ſeparationem induci; ſed etiam per quaſvis alias cauſas & lites tum Eccleſiaſticas de Electione Papæ, tũ ſæculares quæ materiam excommunicationibus Papalibus ſuppeditare ſolent, An non Ieſuitæ & Capuchini Eccleſiæ ſuæ unitatem deſerebant,cum Reſpublica Veneta contenderet cum Paulo V? Quid quod propter mores,communionis Eccleſiaſticæ abruptionem ſuadet Papa Nicolaus& Alexander II. diſtinct.32.cap. *Nullus Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem, etiam ipſa Sancta Synodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit,&c.& cap. Præter hoc.*

Vt ad noſtrorum ſeparationem hæc applicem, notari velim Ianſenium hic turpiſſimè in media factorum luce hallucinari, dum præſupponere videtur, noſtros omnes privato judicio corpus ſuũ Eccleſiaſticum diſcidiſſe,&communitatis publica ſuffragia atq; authoritatem uſurpaſſe,mutando corpus & formã Eccleſiæ pro libitu ſuo, aut ubi mutare nõ poſſent communionem ejus abrumpendo,idq; abſq; ulla cauſa. Nos contra dicimus, nec verbulo refellere audebit aut poterit Ianſenius:

Primò, Actum illum Reformationis ſeu emendationis eccleſiaſticæ,quod ad publicã religionis faciem, formam atq; πολιτείαν, & quod ad corporis Eccleſiaſtici inſtaurationem, meliorem ordinationem, &,ubi opus fuit, novam quaſi architecturam peractum fuiſſe publica authoritate, publico conſilio ordinarii miniſterii, Magiſtratus, & populi,nõ verò privata alicujus ſive Clerici ſive laici uſurpatione, ut VVitebergæ & Tiguri primum,& ſic deinceps in Saxonia, reliquaque Germania,in Anglia, Dania,Suecia,Helvetia,Genevæ,&c.

Secundò, Mutationem illam non eſſe factam,niſi graviſſimas ob cauſas Dei gloriã, conſcientiarum tranquillitatem,animarum ſalutem concernentes:Ne ſcil. corruptio in publico cultu,diſciplina,& moribus eccleſiam gementem ſub illis corruptelis plane peſſundaret.

Tertiò, Non eſſe factam mutationem,niſi opera antecedanea convictis prius ex Dei verbo conſcientiis miniſtrorum, Magiſtratuum,&populi,de corruptionis malo,& remedii iſtius neceſſitate, idque per publicas privataſque inſtructiones, collationes, diſputationes,deliberationes,& ſententiarum collationes in legitimis conventibus, comitiis,ſynodis; talibus ſcil. quæ tali in caſu haberi poterant & ſufficienter exhiberent communia vota, poſtulata, ſuffragia illorum ad quos pertinebat illa Reformatio.

Quartò, Non eſſe factam, niſi poſt communicata conſilia cum aliis Eccleſiis Occidentis,generali quodam unionis ſeu confœderationis vinculo ſecum antehac connexis,quin etiam cum ipſo Pontifice, per monitiones, obteſtationes, legationes, ſollicitationes partim immediatas partim mediatas apud & per Imperatorem, Principes & Comitia Imperii, & per quæcunque media & quoſcunque tunc poſſent; quia antiqua illa communicatio per unius Imperii in uno Imperatore unionem, per literas formatas, per Concilia generalia haberi non poterat, &

[a] Ad Sympro.Ep 3.confer Gennadium de Eccl. dogm.cap.80.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

jamdudum deſierat. Cum per Principum diſſenſiones, & Papæ factionem ac machinationes, Concilia impedirentur, & hactenus infrugifera omnia fuiſſent.

Quintò, Non eſſe factam mutationem, niſi poſt ſatis diu & fruſtra exſpectatum communem conſenſum, communia ſuffragia, communes & junctas operas omnium Eccleſiarum in Occidente. Quo in caſu Nationalibus, Provincialibus, & propriis remediis ſibi proſpexerunt, & priſtinæ ac primævæ integritati Eccleſiam quique ſuam reſtituerunt; idque ſecundum jus divinum, ac praxin omnium Eccleſiarum quæ unquam ex infidelitate aut hæreſi primùm vindicatæ, aut à lapſu & corruptione denuo ſive inſtauratæ ſive præſervatæ fuerunt. Non enim ſemper omnes ad fidem & pietatem ſimul accedunt, aut ad orthodoxiam & bonos mores revertuntur, junctis & communibus conſiliis, decretis, operis. Neque hoc ſemper exſpectandũ eſt. Eſt enim regnum Dei ſimile farinæ, quæ ſucceſſivè pars poſt partem infermentatur. Redierunt Eccleſiæ ad Chriſtum & Euangelium, ut tribus & civitates ad Davidem ex rebellione Abſalomi, 2. Samuel. 19. v. 10. 11. & civitates in Gallia ad Regẽ ſuum ex factione Ligiſtica per quã ſeductæ aut coactæ fuerant.

Sextò, Eccleſiæ quæ primæ Reformationem peregerunt, ut ex. gr. Tigurina, Wittebergenſis, Saxonica, aliæque in Germania (prout in tali caſu & tali opere, quique contendere debent ut ad dominum revertantur & alios omnes præcurrant) eo ipſo ab aliis, ſive ſecuturis, ſive non ſecuturis diſceſſionem & ſciſma non faciebant neque id intendebant, neque id ex natura iſtius operis, ipſis impingi poteſt. Qui primus in aquam Betheſda deſcenderet ſanitatem ſuam quærebat, aliis ibi relictis injuriam non inferebat, Iohan. 5. Tribus Iuda cum prima Regem reduceret, ab aliis tribubus, nedum à Regno Iſraelis ſe non ſcindebat, 2. Samuel. 19. ſed potius unitati & incolumitati ejus ſtudebat. Civitas aliqua in Gallia, ſi quæ præiret in ejuratione Ligæ & Regis ſui receptione, ab aliis civitatibus & inter eas Lutetiam, quæ nimium tardabant, nedum à Regno Gallico diviſionem non inſtituit. Si quæ diviſio intercidit, & ad tempus ſtetit donec ad vnionem reducta eſſet, culpæ hoc totum eſt per accidens & nullam culpæ partem civitati illi affricare poteſt.

Septimò. Si in toto Occidentali, aut in Parochiana, Provinciali, Nationali aliqua Eccleſia ſint qui tarditate, ignavia, miſeria ſua & aliorum meliori conditioni, liberationi, illi victoriis invidere & præſcribere velint, illi non magis de ſciſmate & ſeparatione nobiſcum expoſtulare poſſunt, quam Ephraimitæ cum Ieptha, Iudic. 12. v. 1. Si qui etiam ſunt qui ſeducti corruptionis jugo illi ſuaviter aſſuevere, ſervitutem ſuper ſe magis ac magis firmantes, aut eam reduci deſiderantes, illi non magis diſſolutæ unionis, violatæ caritatis, facti ſciſmatis nos inſimulare poſſunt, quam Iſraelitæ ſuſpirantes ollas Ægypti, Moſẽ qui illos eduxerat, aut reſides illæ tribus Barakum cum Zabulon & Naphtali, Iudic. 4. verſ. 10. & 5. v. 14. 15. 16. 17. 18. 23. aut Ephrajimitæ & incolæ Succotæ Penuel Gideonem cum exercitu ſuo, Iudic. 8. verſ. 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. aut Iſraelitæ tardantes in Babel, Eſdram, Nehemiam, Zerubabel, Ioſuam ſacerdotem, alioſque qui inde exierant, inſtauratum Eccleſiam & Rempubl. Iſraelis.

Inſtant. I. Quiſque Reformatorum, ſimulac illi in mentem venit nova doctrina, ab judicio & motu proprio abſq; ordine, abſque communione & communicatione, abſque conſenſu, ſolus authoritatem communitatis ad ſe rapuit, & opus Reformationis tumultuario auſu aggreſſus eſt, & peregit, ubi potuit.

Reſp. Duo ſunt actus Reformatorum, qui

qui etiam neceſſario & per ſe ad Reformationem requiruntur. Vnus & ordine prior eſt, indicare errores, detegere veritatem apud hominum conſcientiã, eoſque inſtruere de neceſſitate emendationis, tum in vita privata, tum etiam in publico cultu. Alter & ordine poſterior actus eſt, tollere abuſus à publico cultu, ejuſque modum & faciem immutare; Ad hæc ipſum corpus & ſpeciem Eccleſiæ ad modulum emendati cultus aliter ac denuo transformare, atque architectari adhibita juriſdictione & diſciplina neceſſaria. Prior actus quia præambulus & præparatorius eſt ad publicam & actualem reformationem Eccleſiæ, non aliter ac exciſio lapidum ad ædificii architecturam (quo ſimili rectè utitur Ianſenius) ſeorſim alicubi exercitus eſt à miniſtris Reformatoribus, & omni jure exerceri potuit abſque ſacrilegii aut ſciſmatis crimine: quia caritatem non violat, neque corpus Chriſti ſcindit, neque ordinem pervertit, qui peccatorem ab errore convertit, idque ex vi ſpecialis ſuæ vocationis. Et iſtam Reformationem (ſiquidem Reformationem appellare libet) à quovis miniſtro, non exſpectato aliorum conſenſu, aut communi opera, unanimi conſilio ac judicio, authoritate, mandato, nova miſſione & commiſſione ſive ſuperiorum, ſive inferiorum, ſive collateralium peragi poſſe ac debere dico ac defendo, ſiquidem liberare velit animam ſuam, Ezechiel. 3. verſ. 2. 3. 4. 5. 6. cum Hebr. 13. verſ. 17. Etiam privato cuilibet ſuo modo hoc licere contendo, & jam ſatis explicavi lib. 2. ſect. 2. nec abnuit Ianſenius pag. 187. 189. 102. 103. 105. Dixi alicubi actum hunc exercitum à miniſtris, non ubique. Nam plurimis in Eccleſiis publica prædicatio & Doctrina de emendationis neceſſitate, communi collegarum & Doctorum, aut Cleri ſuffragio inchoata eſt, ut ex. gr. in Anglia ſub Eduardo VI. & Elizabetha, Bernæ, Baſileæ, in Saxonia & alibi: Dantiſci verò, in Bavaria alicubi, in Lotharingia, Lucæ in Italia, Hiſpali in Hiſpania ab uno atque altero prædicari cœptum eſt, ſtertentibus aut reclamantibus reliquis Tiguri. VVittebergæ, Halæ ab uno exordium factum, ſed collegis mox faventibus, ſaltem non reclamantibus. Alterum illum actum, in quo propriè & formaliter Eccleſiaſtica reformatio conſiſtit, nullus miniſter reformator ſolus exercuit aut exercere potuit. De jure jam non diſputamus, ſed factum negamus. Oſtendat Ianſenius alicubi Reformationem abſque publica & ſufficienti authoritate peractam: authoritate, inquam, tali & tanta, quantam tunc ordo conſuetus, aut uſus Eccleſiæ antiquioris habebat, aut jure divino requiritur. Oſtendat imprimis de Luthero & Zvvinglio, quos primo primos, univerſales, & ſupremos Reformatores faciunt Pontificii. Contrarium ego oſtendi ex factorum luce lib. 1. Addo Luthero abſente & inſcio, mutationem demum factam in Miſſis VVittebergæ 1521. à Luthero formulam communionis conſcriptam 1523. formam ordinationis miniſtrorum & librum cautionum eccleſiaſticarum, 1525. Bernæ & Conſtantiæ aras, Miſſas, & ceremonias Papiſticas abolitas, 1528.

Inſtant. II. Atqui multis in locis, ut in Belgio, Gallia, Italia, Hiſpania, &c. ſolus Reformator aliquis, nuper Monachus aut laici aliquot omnem authoritatem eccleſiaſticam uſurparunt, in colligendis Eccleſiis, in cultus mutatione, &c. contra ordinarii miniſterii autoritatem.

Reſp. I. Siquidem tale quid accidiſſet (quod negamus) jam non poſſet hoc Reformationi qua tali, & univerſæ Eccleſiæ reformatæ imputari, ſed tantum neceſſitati particulari & miſeriæ, an culpæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

quorundam Reformatorum, qui pro Dei cauſa zelantes non potuiſſent in tanta rerum omnium confuſione, corruptione, & tyrannide ſemper curſum illum tenere, quem voluiſſent. Et hoc non magis communem cauſam Reformationis, & veritatem Eccleſiæ Catholicæ Reformatæ ſubverteret, quàm Ianſenii opinione Papiſtarum proditio pulveraria in Anglia, aut Iacobi Clementis, Ravillaci, Iohannis Caſtelli aſſaſinatus in Gallia, omnium denique perfidorum & rebellium ibidem atque alibi in Reges, Principes & Reſpubl. conjurationes, & Hiſpanorum in novo orbe lanienæ pro conſervatione & propagatione Papiſticæ fidei & Eccleſiæ, fidem illam & Eccleſiam veritate & Catholiciſmo omni exueret. Quomodocunque factum noſtrum (quod fingitur) quis exaggeret, nil niſi ataxiam & malos hominum iſtorum mores; non verò cauſæ communis malitiam inde concluderet, niſi fallaciam accidentis committere velit.

2. Negamus factum. Nunquam, nuſquam aliquis Reformator ſolus publicam publici cultus & corporis Eccleſiaſtici mutationem peregit; ſed ubi autoritas eorum (ad quos pertinebat) præſto non erat, ipſe præparans modo ad reformationem, ante peractam reformationem loco cedere debuit, aut ejectus eſt. Quo in caſu ſi ſeorſim & clam oves ſuas colligere & curare incæpit, aut alio ſe conferre ubi Domino & Eccleſiæ inſervire poſſet, non tam reformavit Eccleſiam ſuam, quam analogum quid reformationi præſtitit. Quanquam & hoc abſque communi conſenſu atque authoritate Eccleſiæ non fecit, reliquiarum ſcilicet eccleſiæ propriæ, aliquando etiam maximæ partis, & Eccleſiarum tum in vicinia aut eâdem gente, tum in reliquis Occidentis nationibus reformationem amplexis. Ex. gr. Epiſcopus Tricaſſenſis, Archiepiſcopus Colonienſis, Paſtores plurimi in Gallia & Belgio, cum ipſo opere Reformationis oppreſſi ſunt, pars ex hac loco moti, pars in exilium acti, pars vita ſublati. Qui mediis, ſuffragiis, auxiliis & autoritate publica privati ſunt, deſtitere ab illo opere & Deo ac ſibi vixere, aut exemplo Apoſtolorum & omnium Sanctorum in ſylvas, cavernas, & conclavia conceſſere, ubi communi Reformatorum & ſpeciali ſuorum judicio ac conſenſu Eccleſiam rexerunt, ut nunc Clerici Papales in Anglia, aut Hollandiâ, clanculariam illam architecturam exercent. Atque hæc nova & ſeparata Eccleſiæ collectio, non eſt ſciſma ab Eccleſia Catholica, ne quidem à propria & particulari, non magis quam Davidis fuga ſeceſſio erat à facie Domini, 1. Samuel. 26. 19. aut fuga eorum, qui Hieroſolyma excedebant, quia Davidis regnum illic tueri non poterant, prævalente factione Abſolomi, 2. Samuel. 15. verſ. 14. 15. 16. 17. Paſtoribus percuſſis aut ejectis diſperſæ ſunt oves, ſeorſim in montibus & deſertis vagantes; quarum voluntaria fuga, tacita diſceſſio ab Idololatria, à factione & tyrannide Antichriſti clandeſtina congregatio, collectio & paſtura, non eſt corporis glorioſi laceratio, non magis quam Eliæ diſceſſio à communi corruptione & corruptoribus ſui temporis, & Obadiæ miſericordia, qua occultabat & paſcebat prophetas Domini in ſpeluncis, erat perturbatio Iſraelis, 1. Reg. 18. verſ. 13. 17. 18.; aut congregatio Eccleſiæ in ſuperiori cœnaculo, Actor. 1. & diſcipulorum clauſis januis, Iohann. 20. erat caritatis violatio; aut Ianſenii ſenſu monachorum aliquot in Anglia ſub Henrico VIII. ſeparatio à corpore Eccleſiæ ſuæ, & civium quorundam Sylvæ-Ducenſium à corpore civitatis & Eccleſiæ ſuæ (quia noſtro-

noſtrorum rebellioni & factioſæ uſurpationi ſcilicet per conſcientiam Papiſticam ſubeſſe nolunt) voluntaria diſceſſio, ſciſma non eſt & caritatis violatio.

3. De laicis itidem negamus, eos alicubi abſque debita autoritate mutationem inſtituiſſe in corpore Eccleſiaſtico, atque adeo cathedram erexiſſe, cœtum de novo architectatos, & ſubverſo ordine & deturbatis paſtoribus tumultuaria opera ſciſmaticam formaſſe Eccleſiam. Nuſquam, ubi factio Cleri irreformabilis brachio ſæculari ſubnixa dominabatur, in Eccleſia manſerunt aut manere potuerunt, ſi maximè voluiſſent; Quomodo ergo reformationem & regimen iſtius Eccleſiæ uſurparunt? Qui per novas abjurationes, inquiſitiones, blaſphemiis, Idololatriæ & Antichriſtianiſmo communicare coacti, voluntariam diſceſſionem, ſæpe etiam exilium prætulere, ut ſolis illis poſſeſſoribus vacuam relinquerent eccleſiam, inſuper privatim conſcientiæ ſuæ conſuluerunt exercitiis illis, quæ per tyrannidem & per conſcientiam ſuam abſque ordinis & juris divini violatione habere poterant, quid tantum rebellionis & ſciſmatis nefas commiſere, quod in caſu hæreſeos, Idololatriæ, impietatis, Apoſtoli, martyres & confeſſores omnes non committerent?

4. Autoritas & poteſtas Ordinarii miniſtri aut miniſterii Papalis, ſi quæ reſiſteret, nulla erat; quia erant errones, ἄτακτοι, θεομαχοῦντες, refractarii & omni jure miniſterii dignitate exciderant, ſedeſque ipſorum vacabant, quomodo ſimili in caſu cenſere nos docuit Ianſenius pag. 198. 258. Reformationem illi propter rationes privatas & mundanas non perficiebant, cujus tamen veritatem & neceſſitatem intima conſcientia negare non poterant, multi etiam in genere & theſi faſſi erant, ſed ubi ad hypotheſin & rem ipſam veniendum eſſet; ubi ſe ſuamque coronam & ventrem extra quærere non debuiſſent, reſiliebant inſtar fallacis arcus, & prodebant ſe eſſe Athenienſes, ignava ſcilicet opera & philoſopha ſententia, quibus placeret illud quod noſtris Ianſenius ſuggerit: *Juſtitia juſtitia no por mi caſa.* Notum eſt ex hiſtoria iſtius & proximè præcedentis ætatis, quomodo Pontifices cum Curialibus ſuis horrerent omnem reformationem, & Concilia tanquam media Reformationis ordinaria, [a] quomodo omnem Provocationem à ſe ad Concilia proſcribant quotannis per bullam de cœna Domini, quam odioſa & pæne impoſſibilis ſit ibi alicujus abuſus in politia, ceremoniis, moribus (ne dicam in doctrina & publico cultu) Reformatio, & quidem circa Deos minorum Gentium, collegium, capitulũ, monaſterium, Monachorum ordinem. Ieſuitæ, Capuchini, Recollecti & ſimiles quaſi Reformatores Clericorum quàm odioſa illic nomina apud ſuos! Etiam cum quid neceſſario, ab ipſo Papa aut Concilio Tridentino & pòſt mutari debuit, ſub larva & denominatione ſaltem antiqui mali tam bene poſiti relictum eſt, & emendatis ſuperſtitionibus, ac pravis opinionibus, nomen abuſuum in moribus, aut errorum librarii ſeu typographi impoſitum, aut etiam hæreticis (nobis ſcilicet) culpa aliqua affięta eſt; ne unquam Eccleſia virtualis, conſiſtorialis, repræſentativa alicubi dormitaſſe deprehenſa, aut contemptui ſuis ac noſtris eſſet, aut ad

[a] Thuanus lib. 1. pag. 69. & Iohann. Majerius in lib. de differentiis Schiſmatum & Conciliorum ad Ludovicum XII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

ulteriorem ac plenam omnium reformationem teneretur. Hoc enim conſilio & conſcientia reformatio illa à delectis Cardinalibus Polo, Sadoleto, Contareno, Theatino, &c. tenuiter & rudiſſimè in quibuſdam ſolummodo delineata, in Spongiam incubuit. Et hoc ſanctiſſimi ipſorum pæne Divi, non obſcurè profitentur, de emendatione Bibliorum omnis reformationis baſi: *Scias velim*, ait Bellarminus, in epiſtola ad Fr. Lucam Brugenſem 6. Decembr. 1603. *Biblia vulgata non eſſe à nobis accuratiſſimè caſtigata: multa enim de induſtria juſtis de cauſis pertranſivimus, quæ correctione indigere videbantur*. Quod ſi hoc fit in tam ſancto opere, quid ſperandum de reliquis, quæ propius culinam & gloriam ipſorum tangunt?

Multa in doctrina, in publico cultu, in ceremoniis & obſervantiis vanis aut ſuperſtitioſis, prudentiores, qui rem intelligunt, lentitudine, tepore, oſcitantia, metu nimio, conniventia, indulgentia, ἀνθρωπαρεσκείᾳ, tacitè ſaltem aut apud familiares ſuos deplorant cum Heraclito, aut rident cum Democrito: interim loco non movent, quia mundo velificantes tanti non faciunt cauſam Dei, ſalutem animarum, & rerum ſpiritualium τὸ ἀκριβὲς: immo, quod pejus eſt, ubi occaſio aliter non fert, aliqui etiam incruſtant, palliant, extenuant, *excogitatis* quibuſcunque *commentis*[a]: haut aliter ac ſi res privata & mundana aliqua ageretur de lana caprina, de ſtillicidio, de mercimoniis, de ſymbolis, de ſympoſiis, de formalitatibus & punctis honoris, de præcedentiis, de minutis quibuſdam privilegiis, de rebus civitatum, de adiaphoris, de quibuſcunque aliis quæ ad forum, ad conſcientiam viri honeſti, ſed ſolitarii, pacifici, & moderati ita non pertinent, & à quibus ſe eximere facile poteſt ac ſolet quicunque audit illud: *Bene qui latuit, bene vixit*; aut, ſi quid agendum eſt, moderationem, diſſimulationem (addunt & ſimulationem, juxta myſterium æquivocationis, & Lipſii *deceptiunculas & vulpinationes*, ita loquar) adhibere licet, pro ratione locorum, temporum, perſonarum, ut fieri debet in rebus ſingularibus & practicis. Ita affectos videas oculatiores pleroſque in Papatu Clericos & laicos. Sufficit ipſis, ſi ipſi ſciant, ſi ſenſu ſuo fruantur, ſi privatim ſibi & Muſis canant. Qui proximo etiam conſultum velint, propter alios tentare nihil audent, ne fiant ἀποσυνάγωγοι, *diligentes gloriam hominũ potius quam gloriam Dei, Ioh.* 12. v. 43. & 5. verſ. 44. Prætexunt plerumque, penes ſe tantum poteſtatis & potentiæ non eſſe, & in vanum ſe contra fulminis ictum obnixuros. Alii putant, onus illud ſibi non incumbere, ſed Eccleſiæ (Mathematico-Platonicæ ſcilicet) ſed Papæ, aut Eccleſiaſticis gubernantibus, Prælatis, Capitulo, Conſiſtorio; itaque illos iſtorum abuſuum rationem reddituros, non ſe. Alii perverſa prudentia cenſent, melius eſſe hic vel Proceribus Eccleſiæ, vel populi devotioni, vel conſuetudini inveteratæ cedere atque indulgere, quàm ad libellam tam accuratè omnia exigere. Sunt, qui honori Eccleſiæ, & Cleri parcendum judicant, ne in contemptum auctoritas illorum adducatur; quod fieret iſtis innovationibus ſeu emendationibus. Non pauci etiam, quia deſperant aut nimis metuunt nihil effectum iri, malis bene poſitis indormiunt. Talem ipſorum conſcientiam detegit familiaris cum Clericis converſatio, & Hiſtoria Concilii Tridentini, aliique Hiſtorici qui ſuperioris ſæculi

a Vide morem illum Papatus traditum à Theolog. Duacen. in Indice expurgator. Belgico, ubi Bertrami ſententiam formant.

culi res geſtas memoriæ mandarunt, item Epiſtolæ Eraſmi, & Sadoleti; & ſcripta Poli, Contareni, Iſid. Clarii, Eſpencæi, Picherelli, Caſſandri, Maſii, Wicelii, Ludov. Vivis, Gropperi, Vtenbergii, Feri, Phlugii & reliquorum Intermiſtarum, Frid. Nauſeæ, &c.

Ex quibus infinita excerpi poſſent. Nunc paucula iſta tantum exhibeo. Sadoletus: Epiſt. ad Cajetan. lib. 2. pag. 91. *Nam ſi res* (Concilii) *agatur ſerio, ſpeſque aliqua ſit latum iri auxilium bonis moribus & legibus adverſus tot & tam graves cùm diſſenſiones in fide, tum in communi vita corruptelas, &c. Sin autem totum negotium fuerit ſimulatio, libentius manſurus in ſtatione mea ſum: neque eo venturus, ubi mea opera nemini utilis, mihi autem ipſi INCOMMMODA vehementer futura ſit.* Idem epiſt. ad Eraſmum: lib. 4. pag. 145. & 148. *Vnum eſt quod velim, idque tibi vehementer ſuadeam, ut à contentionibus omnibus te avoces: & aliqua in ſcribendo prætermittas, quæ ut non ſint à veritate abhorrentia: CONTRA TAMEN INVETERATAS POPVLI OPINIONES, & quorundam hominum ſive etiam ORDINVM STVDIA tendunt: quibus ſe non opponere majoris arbitror gravitatis. Quid enim te cogit hominem in omni doctrina ſummum, cum longe imparibus quaſi altercando & jurgiis concertare? cum præſertim ſacrarum literarum paratus campus ſit, late in omnem partem patens: ubi te ad tuum arbitriũ exercere, & omnes in eo ingenii tui divitias explicare poſſis: quas admirentur homines, non de quibus litem tibi intendant.* Et Epiſtol. ſequ. ad eundem: *Quanquam enim* (*ut tu ſcribis*) *altius vitiis indormiẽtes inclamare aſperius aliquando ſit neceſſe, tamen id ita agere, &c. Illud item cenſuerim, cum jam accepta vulgo quædam ſint quæ ſuapte natura ita redolent pietatem, ut ſolum in eis, quod nimium eſt, ſubaccuſari poſſe videatur* (*cujuſmodi eſt ſanctorum quorundam veneratio & picturarum crebritas*) *non eſſe POPVLARIBVS STVDIIS OBSISTENDVM. Non quin multo ſit rectius figere in Chriſto cogitationum ſummam: ſed neque iſta à fide noſtra aliena ſunt, & non quærunt omnes ad ſublimiora illa facile aſcendere.* Idem Epiſtol. ad Cardin. Contarenum libr. 9. pag. 413. *Tu eximia quadam bonitate veraque prudentia & integritate, ad hoc ſperandum adduceris: cum quod optimum factu intelligis, & illis ipſis ſalutare, quorum cauſa es ſollicitus, id jam factum iri confidis & exiſtimas. Quod ſecus longe eſt, atque utinam ne eſſet! An tu arbitrare, ſi eſſet ſpes aliquid præclare ſalutariterque agendi, quin ego memetipſum eſſem expoſiturus atque oblaturus non dico ad honores, &c. ſed in mortem atque crucem? Sed* (*crede mihi*) *temporum horum vitia & corrupta ſtudia, iſtam probitatemque ſapientiamque non recipiunt. Caput* (*ut ſpero*) *egregie probum habemus: hoc eſt Pontificem ipſum, cogitantem & cupientem ea, quæ ſe digna ſunt. SED NON PLVS ILLE POTEST QVAM TEMPORVM PERVERSITAS. Ægrotat enim corpus Reipubl. & eo morbi genere ægrotat, quod præſentem medicinam reſpuit: magiſque eſſet longo circuitu ad partem aliquam ſanitatis revocandum: ſicuti ipſum paulatim curriculo temporum in hanc tabem delapſum eſt.* (*N. B.*) *Multis, inquam, vigiliis, plurimis remediis, diſſimulatiſque ſæpenumero conſiliis, ſalus eſſet & dignitas Chriſtianæ Reipubl. reſtituenda. Ac quoquomodo res ſucceſſura ſit, ſi conventus is agetur, de quo exſpectatio eſt: adero una vobiſcum, &c.* In Epiſtol. ad Hermannum Archiepiſ. Colonienſem: lib. 14. pag. 677. *Nec tamen omnibus hoc* (opus Reformationis) *liberum fortaſſe, nec par atque eadem cunctorum conditio eſt. Vidi enim ego cum in urbe eſſem, & cum in Senatu noſtro hæc de communi omnium Epiſcoporum Concilio habendo, cauſa ageretur: multa revera oſtendi impedimenta, quæ Pontificis Maximi ſtudium retardarent.*

Iohannes Molanus: libro de picturis & Imaginibus ſacris per totum, & cap. 21. 26. *Quid igitur de hujuſmodi picturis eſt dicen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

dum? (erroneis ſcilicet & ex meris mendaciis atque apocryphis originem ducentibus, quibus dignitas Chriſti, B. Virginis, & Sanctorum fœdiſſime conſpurcatur.) *Mihi itaque videtur, &c. quod hujuſmodi picturas non expediat tollere aut mutare, ſi quorundam infirmitas inde turbaretur, quamdiu authoritate particularis Synodi in particulari aliud non ſtatuitur. Propter infirmos quædam toleremus, & permittamus, ſicut mater noſtra Eccleſia quædam tolerat & permittit. In libris editis quam multas opiniones tolerat Eccleſia. Item tolerat vitas patrum, quas olim cum Concilio Gelaſius reprobavit. Tolerat Legendam auream Iacobi de Voragine, quam alii plumbeam vocant. Hanc enim ait D. Melchior Canus, homo ſcripſit ferrei cordis, &c. Multa tolerat in diverſis hiſtoriis jam edita, quæ ſunt incerta, fabuloſa, apocrypha, &c. Damnaverat Romana & univerſalis Inquiſitio anno 59. ſub Paulo III. quidquid erat Eraſmi Roterodami. Item, librum inſcriptum Abdiam de vitis duodecim Apoſtolorum. Opus imperfectum in D. Mathæi euangelium D. Chryſoſtomo falſò attributum. Nicolai de Tudiſco Abbatis Panormitani tractatum pro Concilio Baſileenſi. Iacobi Almain librum contra Thomam à Vio, & ſimilia quædam. Hæc tamen omnia, exceptis quibuſdam libris Eraſmi, permittit index à deputatis Synodi Tridentinæ confectus & à Pio IV. comprobatus. Vbi zelus prior Eccleſiaſtica diſcretione conditur. Quare quod Eccleſia tolerat in libris, hoc etiam eadem tolerante toleremus in picturis, quæ merito à patribus dictæ ſunt ſimplicium Scripturæ.* Et cap. 26. *Itaque abolendus eſt uſus ille ter execrandus, nondum locis quibuſdam abolitus, ut ſcilicet D. Pauli ac S. Vrbani imagines in profluentem conjiciantur, ſi forte eorum dies feſtivi inciderint in pluvium cælum,*&c. Et cap. 122. *Itaque pictura hæc exprimens, numeranda eſt inter eas, quæ probabiles ſunt, apud ſimplicem populum* (N. B.) *quamvis apud doctos aut parum, aut nihil probabilitatis habeant, &c. Principale tamen vid. imago Chriſtophori cum Chriſto in humeris videtur mihi à doctis extendi poſſe, alio tamen referendo, &c.* Et cap. 33. Vt merito hic exclamet Ambroſ. Catharinus: *Quod vero omnium eſt teterrimum, hac tempeſtate in excelſis templis ſacelliſque offendas picturas tantæ laſciviæ, ut quidquid natura occuluit turpe noſtrum, ibi liceat contemplari, ad excitandam non devotionem, ſed cujuſvis demortuæ carnis libidinem,*&c. atque illa, cum hæc ſcriberet Molanus, à nullo ſpeculatore, à nulla vigilantia Epiſcoporum animadverſa, quæ tamen omnium oculis tam obvia? An credibile eſt unius ſyllabæ in religione mutationẽ annotatam eſſe, cum tot nothæ reliquiæ, tot Legendæ, tot ſcripta patrum & Doctorum, tot imagines, tot ſuperſtitiones, tot Magiæ & divinationes, tot vanæ obſervantiæ, tot novi ſancti ſeu nova numina in urbes, in Eccleſias, in monaſteria, in templa, in chorum irrepſerint ibique publice regnum obtinuerint, etiam poſt tempus Reformationis; contra quæ canes illi muti ut olim non valuerunt, ſic nunc latrare non audẽt, ut populi ſcil. ſolidæ ſuperſtitioni, & malæ conſuetudini morem gerant? Siquidẽ iſta per craſſam & pinguẽ ignorantiam & conſcientiam ſuã reformanda eſſe non vident, aut ſi vident nolunt animam ſuam liberare, aut ſi qui volunt (ut præ ſe ferunt) nõ poſſe ſe conqueruntur, immo nec ipſum Pontificem, fulmine alioquin & coactiva poteſtate ſatis inſtructum in rebus mundi & ſuis propriis; breviter ſi ipſis non libet, ſi non vacat, non expedit, non proclive eſt, ſi male ſucceſſit, ſi in aliud & infinitum tempus rejectum eſt, ſi è manibus extortũ eſt, ſi olla confracta eſt; ne quæſo invideant Eccleſiis noſtris meliorẽ felicitatem, neq; ideo minus rectũ putent quia ipſi non fecerint, neque deſperent de eruditione, pietate, zelo, labore & authoritate aliorum, ſiquidẽ à ſe aut ſuis hoc impetrare atque exſpectare nequiverint. Laudent potius Deum, qui viros

viros dedit ſe meliores & à mundanis expeditiores.

5. Monachi non fuerunt omnes qui iſtic reformarunt, & ſi fuiſſent, ſua & monachali poteſtate (quã nullã hic eſſe pronuntiat Ianſenius) opere illo defuncti non ſunt. Sed demus alicubi Monachum ultra cucullum monachalẽ, fimbrias ſuas dilataſſe, cur illi miſerrimæ deformationi & confuſioni in Eccleſia non applicant illud D. Antonini: [a] *Divina*, inquit, *providentia, &c. minus in neceſſariis deficiens quã natura, ſed omnia ſuaviter diſponens, unicuiq; opportuna ſuo tempore concedens; animadvertens Pontifices loca tenentes Apoſtolorũ, Parochialeſq; ſacerdotes ſucceſſores* LXXII. *diſcipulorum, quos ad prædicandũ Dominus Ieſus Chriſtus eligens deſtinavit per orbẽ, ab officio prædicationis quaſi ceſſare, & multo magis ab hæreſium exſtirpatione, & in zelo animarũ tepeſcere: Eccleſiæ ſuæ Sacroſanctæ affluenter providit, ſuſcitando tempore illo* (Innocentii III.) *ordinem Mendicantium, qui his tam ſolerter, quã ardenter inſiſterent, &c. Hi utiq; ſunt duæ Olivæ,*[b] *&c. & duo candelabra, &c. hi duo Cherubin, &c. nec non & duo Seraphin, &c. Hi ſtatus Mendicantium, utrumq; ſtatum videntur comprehendere: Prælatorũ Eccleſiæ, Epiſcoporũ & aliorum, quoad actum doctrinæ & prædicationis, ſpectantis ad vitã activam: & ſtatũ Religioſorũ ſeu Monachorũ, deſervientiũ contemplativæ quoad ceremonias Regulares & officia.* Vide quæ l.2.ſect.1.de Monachis diximus.

V. Cum addit p. 505. *Impietatem iſtam ſciſmatis, Principum quorundam Chriſtianorum ſeveritatem provocaſſe, non ſeveritate provocatam eſſe*, oſtendit ſe pariter & infelicem Hiſtoricum & Chronologum. Sed ita plerumq; fallit ipſum calculus. Si Sleidano nõ credit, diſcat ex Thuano, immo ipſo Surio Monachos & Theologos Antagoniſtas Lutheri, & inter eos Colonienſes imprimis & Lovanienſes, Leonem X. cum purpuratis patribus & Epiſcopis potentiam Principũ importune opportune ſollicitaſſe & diabolicis horrendis mendaciis ac calumniis ad omne genus ſævitiæ incitaſſe, & uſque in hunc diem ubique incitare[c]. Oſtendat Ianſenius ſi poteſt, unam ſaltem lanienam, unum exilium noſtrorum, unicum unius martyrium, unam perſecutionem, unum bellum, unum edictum in noſtros aut noſtrorum fautores, cujus Clerici Irreformabiles authores & incentores non exſtiterint. Quis hæreſeωs noſtros condemnavit, quis tanquam materiam combuſtibilẽ Magiſtratui ſæculari ad incendium eos tradidit, quis judicia & ſententias præformavit? Inquiſitores quinam ſunt, an non Clerici? ut ſuper ipſos veniat omnis ſanguis juſtorum, qui effuſus eſt pro nomine Ieſu. Etiam illi ipſi Principes, quos hic innuit Ianſenius, à ſævitia illa propria inclinatione quam abhorruerint, patet ex religionis Reformatæ tolerantia à Carolo V. Ferdinando I. Maximiliano, Rudolpho, Mathia, Ferdinando II. & Regibus Chriſtianiſſimis, Regibus Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Duce Sabaudiæ in Pedemontio & convallibus, legibus & publicis edictis ſancita, etiam cum jam ſeparatione pleniſſimè facta, unio aut recõciliatio omnis extra omnem ſpem poſita eſſet. Henricus III. cum tandẽ à perſecutione deſiſteret, principum ſcil. (ſiquidem Monachi, Theologi, Cardinales, Pontifices ſunt Reges & Principes) ſævitiam & cultrum in ſe provocavit. Henricus IV. quorum ſęvitiam provocaverit noſtrum non eſt dicere. Dies aliquando illa revelabit: Dũ Cottonus & Anti-cottonus certãt & adhuc ſub judice lis eſt. Ludovici XIII. clementia & moderatio an Ianſenii & ſimilium ſanguinariorum ſanguinem ebullire non fecerit, diſcat Lector ex famoſo libro cui titulus, *Myſteria Politica*, & altero

[a] Hiſtor.part.3.tit.23.c.1. [b] Apocal. 11.4. Ex d.37.7.9. Eſa. 6.2.3. [c] Inter mendacia illa quibus Principes in Eccleſias Reformatas concitabant, præcipuum erat: Quod Poteſtatem Principum & omnem Politiam conculcarent: ut conſtat ex decretis Caroli V. & Philippi II. in Belgio & Hiſtorico Guicciardino lib.13.num.15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

& altero cui titulus, *Admonitio ad Regem Christianiſſimũ*, ejuſq; Antagoniſtis Concilio Cleri Gallicani, Ferrerio, Guæo, Iohannis B. Ædui epiſtol. apologetic. contra Ieſuitam Cellarium. Conferat etiam Cancellariam Hiſpanicam. Et ſi cui forte libri illi ad manum non ſint, inſpiciat modo hujus Spongiæ Ianſenii cap. 62. pag. 313. 314. & novellas Antvverpiæ cum licentia cenſoris Eccleſiaſtici ann. 1632. menſe Martio, Aprili, Majo, Iunio & deinceps editas. Addat nuper evulgatam *Stateram Stateræ Puteani*. Illuſtriſſimũ Senatum Venetum, ſuo genio ſeveritati locum nunquam dediſſe, conſtat ex præſenti ejus moderatione, cujus nomine in Atheorum catalogum refertur ab Authore Admonitionis. Capiſtrum injecerant Veneti jam olim 1521. & 1548. efferæ Inquiſitorum libidini, cautione illa, qua Epiſcopis & *Inquiſitoribus judicium minime permittendum* ſtatuebant, ſed adhibendos *locorum præfectos & Iurisconſultos qui teſtimonia cognoſcant & videant*, &c. *quam cautionem quantumvis fremente Pontifice uſque hodie ſervant*, ait Thuan. lib. 5. Omnis ergo mitigatio, ſi quæ uſpiam contigit à Principibus; omnis exaſperatio ab Eccleſiaſticis, jam inde à tempore Waldenſium, ita ut non tantum perſecutionum fomites, ſed & executores ipſi ſe præbuerint. Vide Thuanum lib. 6. de excidio Merindolenſium, & lib. 27. de laniena Convallenſi, & libr. 31. Confer ſupra ſect. 2. cap. ult. in fine, de Monachis profeſſionis ſuæ oblitis, arma ſumentibus & conducto milite vicinos infeſtantibus. Ceſſet modo nutus ſacerdotum, & non vibrabitur gladius Principum. Deſinat Papa cum Clericis ſuis Papomaniacis tumultuari adverſus indulta & edicta pacis ac libertatis à Principibus jam ſtabilita, & ſanguinem noſtrum non ſitient Principes. Vide apud Rodolph. Botereum lib. 6. pag. 209. quid actum ſit in Gallia ann. 1599. poſt edictum Nannetenſe, ubi in publica Panegyri hoc Elogium à Rege ſuo abſtulere boni illi Clerici: *quod eſſent præcones qui tubam inflant ad motus & factiones*. Sed tota hæc actio noſtra violatæ Chronologiæ & Hiſtoriæ, atque adeo famæ principum, ceſſabit, ſiquidem Janſenius addat modo *Eccleſiaſticorum*; Tales enim Principes (quales in Hiſpania Inquiſitores) Lovanii Ruardus Tapperus, Latomus, &c. vel primo primis Reformationis motibus ad ſeveritatem provocatos fuiſſe, eamque pro viribus exercuiſſe, priuſquam ulla ſeparatio facta eſſet, omnes tam facile credimus; quam ullum regem aut Principem ſæcularem proprio motu, abſque impulſu & quaſi coactione *Irreformabilis Cleri* (ut loquitur Wicelius in Epiſtol. Illuſtr. Belgarum cent. 1. epiſt. 71) ad eam provocatum fuiſſe Ianſenio vel jurato non credimus. Quamvis enim ubique cœcutiat, nullibi tamen magis quam in factorum luce. Audiat Caſſandrum de officio pii viri. *In iis qui Eccleſiæ gubernatores & propugnatores haberi volunt, illud improbandum exiſtimo, quod morbum nullum agnoſcunt, & quod huic conſequens eſt remedia nulla admittunt: immo de correctione admonentes & ad curationem adhortantes, operam ſuam ad id efficiendum offerentes, non modo rejiciunt & ab Eccleſiæ ſocietate depellunt, verum etiam multis in locis crudeliter interficiendos cenſuerunt: quæ res huic miſerabili ſciſmati occaſionem dediſſe videtur.* Vides non ſciſma crudelitati: ſed crudelitatem ſciſmati occaſionem dediſſe, judicio Caſſandri.

VI. Frigidus ille ſarcaſmus eſt quo pag. 506. exceptionem hanc claudit: *Quo pacto credam, Voeti, teipſum ſaltem quidquid alii prætexerint, invitum, dolentemque vel ſeceſſiſſe, vel in eadem ſeceſſione perſiſtere, cui nihil hujuſmodi martyrii intentatum fuit, cui reditus ad Eccleſiam nunquam clauſus*, &c. Animadvertat lector ſtultam & ridiculam nugationem. De me propriè non agitur, qui nunquam

nunquam exivi, nunquam extruſus ſum ex Eccleſia aliqua: ſed in ea, in qua natus & educatus, perſtiti hactenus per Dei gratiam; cui etiam in individuo nihil in tota hac reſponſione convenit pag. 504. 505. Fruſtra ergo hic de reditu, de oſtio mihi patente canit Ianſenius. Patet mihi proculdubio aut oſtium Idololatriæ, aut carceris; patet laqueus aut hæreſeos aut ſtrangulationis, ſi veſtrę communioni inſeri velim. Aliter hæc ſacra non conſtant. Ego, ſi in ſenſu Caſſandri aut Balduini aut Ioh. Metelli eſſem, quod ad communionem cum Eccleſia veſtra, ut ut graviter deformata, non tamen vobiſcum tuto aut pacifice commorari poſſem; Niſi mutatam rerum faciem apud ſuos mihi ſpondeat Ianſenius, Inquiſitionis officium abolitum, debita ſupplicia ſublata. Sed nec mea conſcientia, vel per tolerantiam ſaltem aut ſilentium corruptelis illis communicare me patitur, nec, ſi pateretur, aliter ſentire eam in fidei dogmatis ferrent adverſarii: nec ulla neceſſitas incumbit externam communionem & amicitiam cum Eccleſia Compoſtellana, Sicula, Romana, aut Lovanienſi, aut ſimili Papali magis colere, quam cum quacunque alia mihi ignota, præſertim dum eodem in ſenſu, eadem in ſede adhuc eſt popularis noſter Ianſenius, qui & ſcriptis & factis eandem benevolentiam ſuam in noſtros ſpirat, quam Paulus ante converſionem in diſcipulos; ut quidem indicium nobis faciunt cap. 62. pag. 312. 313. hujus Spongiæ, & iſta, quam coronidis loco hic ſubjicimus Epiſtola, à viro erudito nuper evulgata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

E P I S T O L A

A D

D. CORNELIVM IANSENIVM,

Profeſſorem & Theologum Lovanienſem ſcripta,

A Theodoro Simone Berchſteda-Holſato.

MISSO proximè exacta æſtate libello meo de falſis principiis fidei Pontificiæ, ejusque Idololatria, eximie Corneli: nihil aliud in optatis habebam, quam ut Deus ea in te animi miſericordis propenſione eſſet, quo tantiſper, dum bene rationes inſtituti mei expendiſſes, Eccleſiæ Romanæ autoritatem projiceres, id eſt: homines iſtos, qui Eccleſiæ Catholicæ titulo non minori vanitate quam ſuperbiâ ſe venditant: qui nimio ſibi plus quam ipſi Prophetæ & Apoſtoli ſapere videntur: qui denique tempore, non veritate religionem metiuntur, eodem quo Deum ipſum loco habere deſineres. In nutu & verbis Italorum aliquot, (quæ natio majorem ſemper ingenii & aſtutiæ, quam veræ pietatis commendationem habuit) ſeculis retro-actis, eam authoritatem videmus reſediſſe, ut totam fere Europam in abſurdiſſimorum dogmatum credulitatem, Eccleſiæ nomine, tanquam capite Meduſæ mortalium mentes ſtupefaciendo, traduxerint. Quorum temporum labes & cœcitas tanta fuit, ut univerſi ferè homines vel diſſimulatione ac ſilentio, dedecus illud, licet id medullitus averſarentur, tranſmiſerint; vel deterrimis erroribus, in quorum Labyrintheis anfractibus non ſecus ac mures in pice hærebant, album calculum adjecerint. Quæ res denique eò rediit, ut, cum illecebroſi Sophiſtarum ſermones mendaciis ſuis fidem ubique gentium impetraſſent: ſanctiſſima Chriſti religio in varios abuſus ierit, ac tandem ad Iudaicas figuras, & ſtolidas gentium ceremonias, ac denique à mente ad ſenſus, inani argutiarum fuligine deluſos, redacta ſit. Gregorius M. Eccleſiam Romanam olim navi vetuſtate dilabenti, quæ omnibus aquam compagibus acciperet, comparavit, cum tamen ipſe ſeſe ejus navarchum profiteretur. In hac navi, Ianſeni, quæ adeo in latera nutat, mare hoc pernavigas, neque metuis ne mercium meritorumq; tuorum naufragium facias, cum tamen adeò apertè prudentibus liqueat, ventos iſtos ſuperſtitioſæ fallaciloquentiæ, à quibus ficta illa Petri cathedra perflatur, adverſum ſemper tenere in veritatis portum navigantibus, nec unquam operam dediſſe. O mi optime vir παρὰ τὰς φρένας ἐκπεπόνθασι; Veriſſimè tua navigatio nihil aliud quàm mortis profeſſio tibi ipſi videretur, niſi illud incomprehenſibile arbitrium longæ conſuetudinis contrarium tibi perſuaderet. Quanto tutior eſt Romana navi, adeo judicio gubernatoris ſui lacerâ, Catholica illa, in qua fideles omnes à condito mundo ad ejus finem, in cœlum auſpicatiſſimè vecti ſunt? utra tibi jam navigandi ratio penſior Ianſeni videtur? Tu quidem eodem hæc navigia ponis tanquam penitus penitusque paria, imò eadem.

> Ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος, οὐδ' ἀνεμώνα
> πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα παρ' αἱμασιαῖσι πεφύκει.

Ais eam rem nos falſos habere, idque Stapletono aſſentiente, quod Eccleſiæ judicium pro

pro humano non divino habeamus, cum tamen Deus per Eccleſiam, religionem hominibus veram patefaciat. Si Eccleſiam Romanam intelligis, quæ tot capta erroribus Deum ipſum in humani oris ſpeciem aſſimilat, id eſt, Ferdinandum imperatorem ſpecie pediculi repræſentat: quæ fatente Gregorio de Valentia, latriam imaginibus defert: quæ Bellarmino teſte, die paraſceves ligneam imaginem Chriſti palàm adorandam, eodem modo quo Chriſtum ipſum proponit, conſuetæ tuæ ſophiſtices ductu laberis. Nam hac luce clarius patefeci, & porrò, ſi Deo viſum fuerit, patefaciam, eam erroribus ſeſe turpiſſimis induiſſe, unde ſequitur ejus judicium pro divino agnoſci non poſſe. Veræ autem Eccleſiæ ſententiam divinam eſſe concedo, non ſimpliciter quidem; ſed quatenus ea cum ſcriptura, cujus judicium ἁπλῶς divinum eſſe non infitiaberis, conſentit. At optime vir, non videris animadvertere quid in controverſiam vocetur. Non quæritur: utrum Eccleſiæ veræ judicium divinum ſit; ſed unde id nobis, imò tibi ipſi conſtet? quæritur: utrum haud alio modo liqueat Deum per Eccleſiam loqui, quam ex ipſius Eccleſiæ teſtimonio? Quæritur: unde ipſa Eccleſia Romana ſe errare non poſſe, & à Spiritu ſancto ſe regi, item ſcripturam eſſe θεόπνευστον, cognitum habeat? Non, opinor, ad immediatas revelationes & ἐνθουσιασμοὺς confugiet. Si autem ex ſcriptura, tanquam ordinario divinæ revelationis medio id cognoſcit, palàm eſt, Eccleſiæ authoritatem ex ſcriptura pendere, non contra. Nam ſic ipſa Eccleſia ſibi non poteſt authoritatem aſciſcere, niſi prius Scripturæ ſuam tribuat. Credimus, Ianſeni, uterque ſanctam Eccleſiam Catholicam. Dic mihi cur tu eam credas? Num propter Eccleſiam? ſic idem propter idem credes. At omnis probatio fit ex notioribus. Niſi ergo aliud medium probandi attuleris, nempe ſcripturam & teſtimonium Spiritus ſancti per eam loquentis, nihil egeris. Stapletonus ait: totam formalem cauſam fidei eſſe, Deo per Eccleſiam revelanti τὰ πιστὰ, aſſentiri. Itaque hoc eſt ejus principium: quicquid Eccleſia tradit, eſt à Deo revelatum. At quamdiu Eccleſia non probavit à Deo ſe accepiſſe quæ proponit, ejus authoritas eodem eſt apud nos pondere quo ceterorum hominum, id eſt, nullo. Nam Eccleſia homines ſunt. Quare Turcicæ Eccleſiæ fidem derogamus, niſi quia ſolida probatione, ſe à Deo revelata proponere, deſtituta eſt. Qui igitur, quicquid credit, ideo credit, quia ab Eccleſia dicitur; hujus fides non niſi humanæ autoritati incumbit. Quod ſi Eccleſia centies regerat, ſe à Spiritu ſancto doceri, ideoq; ſuam authoritatem infallibilem & divinam habendam eſſe: dico illud ipſum Eccleſiã ex notiori & certiori principio probare poſſe, vel non. Si poteſt, fides omnium ultimò non in authoritatem Eccleſiæ, ſed ejus principii, unde ipſa Eccleſia ſuam autoritatem aſtruit, reſolvitur. Si non poteſt, hominum autoritati fides ſuperſtructa eſt. Sunt enim homines, qui ajunt ſibi à Spiritu ſancto ea dogmata, quæ credulitati noſtræ obtrudunt, tradita eſſe. Id autem ita ſe habere, non niſi ſuo, id eſt, humano teſtimonio probare poſſunt. Nonne autem ſic idem per idem probant hoc modo: Eccleſia à Spiritu ſancto docetur, quia ipſa hoc dicit: errore omni immunis eſt, quia ſe immunem eſſe aſſeverat? Atque ut intelligas Janſeni, hæc olim Stapletono bilem in naſum conciviſſe:

(καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.)

impudentiæ ille nobis notam impingit quod pro confeſſo conſenſoque αἴτημα ἐκεῖνο λίαν μέγα nolim᷒ accipere. Quanto rectius regerimus vos verecundię limites tranſgreſſos eſſe, quod non credatis ſcripturam eſſe divinã, quia Spiritus ſanctus in ea publicè loquens, id fidelium ſingulorum cordibus efficaciſſima virtute, licet totus mundus ęi contradiceret,

 perſuadet.

perſuadet. Nam nec ipſe Stapletonus hujus teſtimonii, ſine quo totius fidei ſtabilitas vacillat, neceſſitatem negare poteſt, tantum ait: Id non eſſe privatam quandam ſpiritus ſuggeſtionem qua ſinguli ad credendum impellantur; ſed publicam vocem Eccleſiæ, quam audire ſinguli teneantur. Sed quæro ab ipſo, an dicat teſtimonium ſpiritus per Eccleſiam loquentis, à publica voce Eccleſiæ diſtinctum eſſe, an non? Si prius, fides Chriſtiana judicio Eccleſiæ non poteſt niti, cum id à divino teſtimonio ſpiritus, quod fideles ſinguli, qui externæ declarationi Eccleſiæ, quæ non niſi ex hominibus conſtat, tantum adhæreſcunt, adeoque ſola humana autoritate ad credendum impelluntur, non percipiunt, diſtinctum, adeoque merè humanum ſit. Creberrimis illud hominum eorum, qui Papæ ductu tam miſerè labuntur, ſermonibus pateſcit. Ita enim Papiſta aliquis garrit: Egone fidem tot ſeculorum decurſu ad me delatam: tot martyrum ſanguine confirmatam: tot ſanctorum judiciis corroboratam: tot gentium unanimi conſenſione munitam, tot denique miraculis illuſtratam deſeram? Non faciam, non, licet Spiritus ſanctus centies in verbo ſuo contrarium mihi demonſtret. Si dicat vocem Spiritus & Eccleſiæ eandem eſſe, manifeſtè τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνει. Hoc enim maximè probandum eſt. Itaque huc Ianſeni ſummæ dictorum redit: Iudicium illud Eccleſiæ iſtius, cui fides Pontificia inſiſtit, non eſſe divinum & infallibile; ſed humanum & erroribus obnoxium, teque dum Scripturam ex Eccleſiæ authoritate ſuſpendis, ei unicum medium, quo authoritatem ſuam aſtruat, eripere, atque adeo quantum in te eſt, totius Chriſtianiſmi fundamenta evertere. Ita ô Eccleſia

Τρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας ὥς τε φάγωντι.

Nam quid aliud expectari poteſt, ſi fides non alia certitudine, quàm authoritate eorum hominum, qui licet Eccleſiæ titulum ſibi arrogent, probare tamen nequeunt, ſe à Spiritu ſancto edoceri, quin imò in judicandis fidei controverſiis ſæpiſſimè erraverunt, nitatur, quam ut Epicureiſmus, porcorum illa ſuaviſſima philoſophia à piis omnibus exploſa, in Eccleſiam palàm invehatur, hominumque prophanorum mentes occupet?

Quod ad ſtatum meum privatum attinet, de eo non nihil aſpergendum duxi, idque eo fine, ut omnes intelligant, ſummam mihi neceſſitatem, imperium iſtud Romanæ Eccleſiæ minuendi, atque obſequium, quod opinionis illi errore præſtiti, erga ipſam exuendi, contraque ad ſacroſanctæ ſcripturæ authoritatem fidem meam revocandi, impoſitam fuiſſe. Id enim in ore ſemper habent detrectatione dedignationeq; parendi Eccleſiæ (ſe ipſos autem intelligunt) hæreſes exortas ſemper fuiſſe: hæreſis hanc naturam eſſe, ut aſperrimè legitimos rectores patiatur, impetuque quodam in præcipitem licentiam ruat quod libet credendi. Quæ calumnia ſummatim eò tendit, ſibi ſimpliciter ut credatur. Hinc armorum terroribus religionem ſuam propagant, nec fidem tam docere volunt, quam cogere. Id quod experiundo didici. Cum eſſem homo Romanæ obedientiæ, neutrarumque partium (id quod literæ publicæ fidei, quas magiſtratui perlegendas obtuli, teſtabantur) per Belgium, ad illam Romanæ fidei magiſtram Lovanium eo fine, ut ſcrupulos quoſdam animo meo fluctuanti eximeret, proficiſcebar. Cum primo congreſſu, colloquio, quod tecum Dn. Ianſeni inſtituendum duxi, hoc ἐπιφώνημα adjeciſſem: Pereant Idololatræ à facie Domini (quo dicto ſuſpicioſiſſima tua religio ſe pungi arbitrabatur) tum verò illa manſuetudo Chriſtiana: illa caritas, quæ etiam in hoſtium ſuorum utilitatem ſe porrigit: illa devotio integumentis hypocriſeos rejectis, palàm ſe conſpiciendam præbuit. Nam in diverſorium conticinio valentiſſimi quinque mili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

que milites, acerrimi diſputatores (foribus ædium ingenti ſtrepitu tantum non effractis) non ſine canum ſagaciſſimorum ſatellitio irruere, lectum circumſiſtere, cuſtodire, veſtimenta cubanti detrahere, & inſidioſiſſimo ſermone ad ſtellam uſque matutinam extracto me protelare. Ego rogare, quid cauſæ ſit? in authoritate publica, inquiunt, acquieſcas. Poſtridie hora 9. venire Major, ſenatore credo & notario comitatus, vultuque ad ſummam gravitatem compoſito (cogitabam quid illud eſt, quod hiſce frontes caperant ſeveritudine!) me in conclave aliud ad ſe adduci jubere, & à cœlo ad terram, qui genus, unde domo? percontari. Ego reſpondere aptè ad ſingula, eaque omnia teſtimonio ſenatus patriæ meæ confirmare. Nihilominus ipſos 8. dies in ea cuſtodia durandum fuit. Capita accuſationis attendamus (I.) Brabantiam ſine literis regiis ingreſſus fui. At hoc infiniti quotidiè faciunt, modo non ſint hoſtes, nec præter 3. florenos quicquam in porta Antvverpienſi perſolvunt. (2) Deriſi pompam, qua ſacramentum fabuloſum, miraculoſum inquam circumgeſtabatur. At ſi riſi, riſi intra cubiculum, nemini ſcandalum præbens, nec tam ipſum ſacramentum, ejuſque hiſtoriam, quam ignorabam, quam ſuperſtitioſos quorundam geſtus riſui habui. (3.) Inter prandendum dixi Chriſtum in cœlum aſcendiſſe, indeque venturum, nec Tridentinum Concilium quicquam de hoc ſacramento definiviſſe: itaque ſalva Romana fide in dubium vocari poſſe. Id ita eſſe, res ipſa loquitur. (4.) Studioſos in area viſus ſum ſuſpectis ſermonibus ad hæreſin pellicere. Nugæ. Ipſi norunt & teſtantur, me nullum ſecum niſi de publico ſtatu Academiæ ſermonem conſociaſſe. Id quod inter incolas & recentes hoſpites amat fieri. Quid? quod ipſe adhuc eram erroribus Pontificiis ebrius! (5.) Commotiore animo Lovanienſes appellavi idololatras. Falſum. Dixi idololatris eſſe pereundum à facie Domini, ut innuerem non levem eſſe ſcrupulum de adoratione hoſtiæ mihi infixum. Ipſe Ludovicus Vives in media Hiſpania populum idololatriæ ſine hæreſcos ſuſpicione inſimulavit. Nonne graviſſimi inter vos Theologi plurima tam morum quam rituum vitia acerbiſſima reprehenſione perſtringunt? Nonne Romæ in ordine Aug. vivit qui publicè ſcripſit, totam religionem E. R. in ſuperſtitioſas ceremonias, & externam pompam degeneraſſe, plurimos ſpectris dæmonum, falſiſque miraculis decipi? Cum itaque ſcrupulis iſtis indies augeſcentibus nullum amplius in illa conſcientiarum carnificina remedium invenirem; ſed armis & vi veritatem opprimi palam cernerem, invocato nomine Ieſu inde exceſſi, meque in illa loca, ubi liberè ſcripturæ divinæ, & puriorum patrum lectioni vacare poſſem, contuli. In quibus id ſummo Dei miſericordis beneficio conſecutus ſum, ut contra ſtimulum calcitrare deſierim. Libellum itaque, Ianſeni, in quo rationes inſtituti mei breviter comprehendi, ante ſemeſtre quaſi ſpacium hoc fine, ut eas vel refutares, vel iis ipſe cederes, tibi tramittendum curavi. Alterutrum officii tui ratio, hominumque, quam de eruditione tua conceperunt, opinio flagitat. Si falſæ ſunt, tuum erit eas refellere, & animam ejus, qui opem tuam expoſcit, ſalvare; ſin veræ, (nam ſæpe eſt olitor verba opportuna locutus) oro te per Dominum Ieſum; ut tuæ ipſius ſaluti, dum tempus datur, proſpectum eas.

Silentium tuum cauſæ pontificiæ ruinam Eccleſia orthodoxa interpretabitur. Vale. Embricæ 12 Feb. Anno 1632.

Tuæ ſalutis & honoris ſtudioſiſſimus,

Theodorus Simon Berchſteda-Holſatus.

SECTIONIS TERTIÆ

CAPVT VI.

Proponuntur quæſtiones aliquot de Succeſſione & Sciſmate Papiſtarum.

QVÆSTIONES aliquot repono adverſariis non curioſas, ſed ad Succeſſionem & Vnionem Eccleſiæ ſuæ intelligendam utiliſſimas. Ad illas ubi reſponſum parant, erunt poſthac æquiores Eccleſiis noſtris, aut à frivolis accuſationibus ſibi magis temperabunt. Quaſcunque enim diſtinctiones & ſolutiones adferent (quod facturos non credo) eas nos in lucro deputabimus, & noſtræ cauſæ applicabimus ſi non ex vero, ſaltem ad hominem.

Quæro ergo,

1. Quæ ſit viſibilis & continuata ſucceſſio Religionis Mendicantium? Quæ Ieſuitarum, qui à Deo excitatos ſe dicunt? Vbi fuerunt Ieſuitæ ante Lutherum? quibus illi ſucceſſerunt? è quo cœlo ceciderunt? Vbi Mendicantium collegia, praxis, meritum ſupererogationis ſæculo decimo & ultra ſurſum aſcendendo uſque ad Apoſtolos? Aut oſtendant, aut fateantur illas ſupererogantium Sectas tamdiu latuiſſe in cauſis ſuis per antecedentẽ æternitatem, & extraordinaria demum vocatione Dei tempore Franciſci Aſſiſi, & Ignatii Lojolæ emerſiſſe, ut quidem de noſtra Eccleſia loquitur Ianſenius.

2. Vbi erat Eccleſia Papiſtica tempore Apoſtolorum, aut primo, ſecundo, tertio ſæculo & deinceps, illis ritibus, ceremoniis, liturgia, diſciplina, politia, atque adeo tota externa facie ſeu fuco quo nunc apparet?

3. Vbi erat Eccleſia Papiſtico-Tridentina, tali doctrinæ corpore, quale Concil. Tridentinum nunc præformavit & ſub anathematis pœna ſancivit. Oſtendant, quibus in locis, nationibus, cathedris, templis, ſynaxibus, Conciliis cubaret, ubi paſceretur ante Lutherũ & poſtremũ Concil. Lateranenſe, ubi ſæculo undecimo, nono, ſexto, quarto, ſecundo, primo, & tempore Chriſti & Apoſtolorum? Si quidem ininterrupta illa ſucceſſio perſonalis & localis deduci poſſit modo in Occidente aut ejus primariis partibus, Eccleſia Anglicana, Germanica, Hiſpanica, Gallicana, aut una ſaltem aliqua provincia extra Romaniam, utique fatebimur omni ſucceſſione Papiſmum non eſſe deſtitutum?

4. Cur Eccleſia Latina ſeu Romana ſe diviſit & ſeorſim habitavit ab Eccleſia univerſa, ſeu multo maxima parte in Imperio Romano?

5. Cur unus Patriarcha Romanus, ſe ſeparavit à Collegio Patriarcharum, quod communi conſenſu & Concilio conſtitutum erat ab Eccleſiis Imperii Romani, etiam ipſius Romanæ ſuffragio?

6. Cur unus Patriarcha, cum ſua Patriarchia minima antiqui Imperii parte, in ſe potius totalitatem & univerſitatem reſidere voluit, quam in Patriarchis Antiochenis, Alexandrinis, Conſtantinopolitanis & Hieroſolymitanis?

7. Cur Romana ſeceſſit à matre communi Hieroſolymitana, & à ſua matre Orientali, unde omnem religionem & Chriſtianiſmum ſuum accepit?

8. Annon erat ſciſma, cum Gallicana Eccleſia tamdiu receptioni Concilii Tridentini,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

dentini, Oecumenici ſcilic. à Papalis Pontifice approbati ſe opponeret?

9. An non analogico, ſeu ſemi-ſciſmate tenetur Sorbona & Eccleſia Gallicana, quę etiam poſt nova jura & novum juramentum Concil. Trident. & Pii IV. ad libertates Eccleſiæ Gallic. & ſanctionem pragmaticam juramento ſuos aſtringit? Inſuper fundamentum aliud Papiſmi ponit, quam Romæ poſitum eſt; de poteſtate ſcilicet Papæ.

10. An non ſciſma & plus quam ſciſma eſt in regno Papali, cum Eccleſiæ unitas dividitur, ſuperinducta uni Monarchiæ per Chriſtum in Petro & ſucceſſoribus ſtabilitæ, Math. 16. Iohann. 21. altera illa Monarchia Sicula, quo fit ut in Papatu pro monſtro & oſtento ſint duo Monarchæ, duo capita; & in Sicilia autoritas Papæ abrogetur, violentur leges Eccleſiaſticæ & jura omnia diſſipentur, ut loquitur Baronius, in tract. de Monarchia Sicil. pag. 13. 16. 17. ex corde & ore Clementis VIII. Et cur Papa hic non definit, ſaltem per ſacram congregationem Cardinal. aut Inquiſitionis?

11. An fuerit aliqua Eccleſia, ſucceſſio, & ſalus apud Populos, Principes, Prælatos, Clericos, & laicos illos qui tempore 26. ſciſmatum non adhærebant legitimo Papæ, ſed Antipapæ alicui, *vicario non Chriſti ſed Antichriſti*, ut loquitur Baronius? Ibidem pag. 45. An omnes abſolutè gehennæ adjudicandi qui in ſciſmate mortui, an vero cum diſtinctione aliqua lenius pronuntiandum?

12. An non Sciſmatici ſunt Papæ, *qui ſciſmatum fere omnium fuerunt cauſa, Conciliorum verò Principes Chriſtiani; quique timent, refutant & execrantur Concilia, quia Concilia contraria & è diametro oppoſita ſunt ſciſmaticis diſtractionibus, ſicut theriaca & mithridateum inimica ſunt veneno & toxico*, ut quidem Gallofrancicè judicat Majerius? In tract. de different. ſciſmat. & Concil. An potius tales Franco-Galli & liberi Belgæ ſciſmatici ſunt dicendi?

13. An non Privilegia Mendicantibus conceſſa, & Eccleſiarum collectio & cultus exercitia, ac ſynaxes ſecundum illa privilegia ab illis inſtitutæ, immo altaria contra altaria erecta, Miſſæ clam celebratæ, confeſſiones auditæ, laici à propriis ſacerdotibus & Prælatis abducti, ordinarii ab illis accuſati & in contemptum adducti; an non, inquam, iſta omnia ſciſmatis illos Mendicantes, & omnes qui eos ſequebantur involvunt, atque adeo ab omni Eccleſiæ & ſalutis communione excludunt? An non ipſis Papis labem ſciſmatis illa aſpergunt, qui Mendicantibus tanquam emiſſariis & locuſtis ſuis contra querelas Regum, Principum, Prælatorum, Sacerdotum, Vniverſitatum ſemper faverunt[a]?

14. Quod ſi omnia illa monopolia, cum Euangelio Monachali (quod æternum appellabant) nunc condemnentur, ut tunc à Sorbonna & Ordinario miniſterio in Anglia, Gallia, &c. condemnata ſunt; an nihil decedet perpetuæ & inviolatæ religionum ſucceſſioni in familia Seraphica, & reliquorum Angelorum Mendicantium[b]? An nulla mutatio, nulla interruptio continuum illum doctrinæ Euangelicæ fluxum intercidit, cum Mendicantes *laborarent mutare Euangelium Chriſti in aliud Euangelium æternum ſcilicet ſeu Spiritus S. quod longè eſſet perfectius, melius, & dignius: quo adveniente evacuandum eſſet Euangelium Chriſti, &c.* Ita ſcribunt Doctores Pariſienſes in lib. de periculis noviſſ. tempor.

15. An Sciſma eſſet, ſi Epiſcopi & Doctores Hiſpanici aut Germani in ſua Eccleſia illos abuſus nunc reformarent, quos tempore

a Math. Pariſius in hiſtor. ad ann. 1235. & 1246. p. 404. 405. 673. Epiſtol. Petri de Vineis lib. 1. epiſt. 27. b Vide in Pleſſæi myſter. ad ann. 1253. & deinceps. Et Vsher. de ſucceſſ. cap. 9.

tempore Concilii Tridentini reformare non poterant propter irreformabilem Papam, curiam Romanam, & factionem Italicam: Abuſus illos in moribus, in diſciplina, in publico cultu intelligo, quos ipſi Papiſtæ alii apertè, alii tectè magis confeſſi ſunt. *Quamvis non inficior, eandem illam Eccleſiam à priſco illo ſuo decore & ſplendore non parum diverſam multiſque morbis & vitiis deformatam, nonnunquam & gubernatorum tyrannide miſerabiliter preſſam.* Caſſander de Offic. pii viri, p. 18.

16. Quomodo Paulo ſucceſſit Epiſcopus Romanus? an ut Apoſtolo Paſtori extraordinario? Quod ſi ſic, quomodo aliter ſucceſſit Apoſtolis, quam reliqui Epiſcopi, quos omnes, & inter eos Romanum, ſucceſſores Apoſtolorum dicunt Auguſtin. in Pſalm. 44. Cyprian. lib. 2. epiſt. 10. Tertull. de præſcript. cap. 32. Concil. Conſtantinopolit. (quod eſt V. univerſale) Act. 1.

17. Si Papa fieret ſciſmaticus (ut quidem fieri poſſe docent Doctores Pontificii, & fere nunc credunt qui Gallis adverſantur) & Conſiſtorium in duas aut tres partes ſe ſcinderet, an ulla Eccleſiasticæ unionis ratio, an ulla ſalutis ſpes, an ulla in fide infallibilis radicatio Papiſtis tunc ſupereſſet?

18. Quandoquidem oraculum Papæ nunc ita exhauſtum eſt, & omnis ejus poteſtas quorumvis mundanis ſervitiis tam miſerè irretita, ut in rebus fidei definire, in abuſibus jam firmatis quidquam emendare nec auſit nec poſſit (ut alibi oſtendimus) quibus actibus infallibilis & Monarchici Magiſterii vicariatus Chriſti, & viſibilis ſucceſſio Petri continuatur? Immo cur non dicendum eſt, illum paulatim evaneſcere & fieri caput inviſibile, judicem obmuteſcentem, qui in pectore ſuo oracula reſervat, & tantum crypticè, indirectè & per circuitionem vivæ vocis oraculum non-oraculum reſonare facit per Baronium in cauſa Monarchiæ Siculæ, per Summos Inquiſitores Romæ, per ſacram congregationem Cardinalium. Cui tamen oraculo quippe inviſibiliter & in tenebris ambulanti, nec Magnates, nec Nationes, nec Eccleſiæ, nec Religiones, nec viri alicujus nominis auſcultare tenentur, aut hæreſeos condemnari poſſunt, ſiquidem non obediant.

19. Quo compendio viſibilem ſucceſſionem ab apoſtolis uſque ad præſens momentum ex factorum luce & antiquitatis monumentis, demonſtrare poterunt pauci illi Romano Papiſtæ, qui tempore Antichriſti in locis abditis ſacrificia & ſacra celebrabunt?

20. An tam certum ſit fide divina particularem Eccleſiam Romanam (cui alligata eſt Monarchia Eccleſiaſtica per factum Petri cum ibi gereret Epiſcopatum) non perituram, ac certum eſt de Eccleſia Catholica.

21. An Ieſuitæ & Capuchini non erant Sciſmatici, cum pendente Excommunicatione Venetorum, à propria Eccleſia ſua ſe ſepararent? An potius tota Eccleſia & univerſus Clerus Venetus erat ſciſmaticus, qui ramis illis avulſis in trunco & toto ſuo permanebat?

22. Quo colore pauculi quidam Monachi ab Eccleſia & univerſo Clero Anglicano ſe ſeparantes ſub Henrico VIII. à factione, rebellione & ſciſmate excuſantur?

23. Quandoquidem Epiſcopo *à perſonis Eccleſiaſticis debetur canonica obedientia, ſubjectio, reverentia: & ad eundem ſpectat inſtitutio, deſtitutio, correctio, Reformatio, cauſarum omnium ad forum Eccleſiaſticum ſpectantium juriſdictio, &c.* quomodo à rebellione & ſciſmate excuſantur Clerici Colonienſes, & non convenit ipſis maledictio Core, Dathan,

a Lancelot. in Inſtitut. Iuris Canonic. lib. 2, tit. 20.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

than, & Abiran, qui ſecundæ & accuratiori Reformationi Archiepiſcopi ſui directè ſe oppoſuerunt? Cur magis ibi licita fuit oppoſitio, quam in caſu prioris & rudioris cujuſdam reformationis, quo nomine tantopere laudatur à Sadoleto?

24. Cur Ianſenius ſeceſſit à Batavis ſuis Leerdamenſibus & defecit ad partes Hiſpanicas? Si conſcientiam prætendat, rurſum quæro, an non peccarit in caritatem, quam patriæ, cognatis & amicis præ aliis debet? & an jure prætendi poſſit conſcientia, cum ibi plena conſcientiæ & mediocris, ſaltem ſufficiens, religionis & exercitii libertas haberi poſſit?

25. Eccleſiæ Curialis Romanæ, & Eccleſiæ Gallicanæ an una eademque ſucceſſio; cum ibi ſit continuatio Regalium & privilegiorum B. Petri, hic verò libertatum Eccleſ. Gallicanæ & ſanctionis pragmaticæ; ibi ſucceſſio purè Monarchica, hic mixta ex Monarchia & Ariſtocratia, ſic tamen ut Ariſtocratia ſit elementum prædominans?

26. Idem quærimus de Succeſſione Romana, & Sicula?

27. Qualem ſucceſſionem cogitabat Perronus, cum conſueta chreſtologia jactaret, lib. 3. *des Ambaſſades* epiſtol. ad Villeroy, p. 647. Annales *Baronii nihil aliud fere eſſe, quam monumenta & teſtimonia gloriæ Francorum:* Cum tamen Baronius ſit pure Monarchicus & quidem de ſecta Hildebrandica, ad cujus confirmationem tota Annalium textura collimat; hinc eſt quod Pithœus appellaret eos *Hiſtoriam Papatus*? Certe Gallicanæ Eccleſiæ ſeu gloriæ Francorum ſemper convenit cum Curia Romana, ac Ieſuitis cum Dominicanis.

Atque hæc quidem de ſciſmate plus ſatis. Si Ianſenio libeat ultra hanc ſerram reciprocare, velim iſtorum meminerit:

1. Vt primo nomen ſciſmatis explicetur & diſtinguatur.

2. Vt legitima ſtatuatur definitio, quæ cum ſuo definito reciprocetur.

3. Vt primò ſciſmatis illis 30. quæ in Papatu fuiſſe refert Onuphrius in Chronico, definitio aptetur.

4. Vt membra omnia definitionis iſtius cum annexis hypotheſibus ſolidè probentur ex principiis Theologicis, h. e. ſacris literis. Deinde etiam ex teſtimoniis humanis, Patrum ſcilicet & antiquitatis conſenſu.

5. Vt diſtinctè ſeparationi de qua controvertitur applicentur; atque imprimis ex factorum luce ſtatus quæſtionis Inficialis abſolvatur.

6. Vt noſtræ rationes, exceptiones & diſtinctiones pro defenſione Eccleſiæ Catholicæ Occidentalis, contra ſciſma factionis Romano-Papiſticæ, radicitus ſubvertantur.

Hæc hypomnemata ſi ſpernit, oſtendet ſe non quærere veritatem, ſed fugere. Videt nunc Ianſenius, & judicabit lector Chriſtianus, quam conſulto ad poſtremam hanc anchoram *trium præjudiciorum*, Vocationis ſc. Succeſſionis & Seceſſionis, ab ipſius principalis cauſæ cognitione & à ſacris literis ad ſolam factorum lucem confugerit; & quo conſilio ac ſucceſſu ego fugientis veſtigia preſſerim, forte nimis operoſè uſq; ad minimas ipſius ineptias. Paucula illa, quæ extra & præter generalia ac magna illa præjudicia, inſpargit, quaſi aliud agens nec ſibi fidens de Romanæ Eccleſiæ Reformatione, Magiſterio, idque ſine ulla Scripturarum probatione, item de hæreticis, talia non ſunt ut lectorem diutius detinere & librum hunc in majorem molem augere debeant. Imprimis cum pleraque & præcipua illa per occaſionem ita attigerim, ut ſubverſis tribus fundamentis & columnis, quibus unicè inniti voluit cauſam ſuam, nihil præter rudera & dedecora reſtare videatur. Ne tamen adverſarius queratur ſe hic neglectum aut intactum, conſultius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

duxi illa alteri libello reſervare, in quo imprimis oſtenſa 50. quæſtionum mearum æquitate, & 33. quæſtionum Ianſenii iniquitate, ignorantiæ, errores, contradictiones, calumniæ ipſius breviter perſtringantur.

1. Reg. 18. verſ. 17. 18.

Fuit quum videret Achab Eliam, ut diceret Achab ad eum: Tune ille es perturbator Iſraelis?

Qui dixit, Non perturbo Iſraelem, ſed tu & domus patris tui dum derelinquitis præcepta Ihovæ & ſequeris Bahalimos.

Collat. Carthaginenſ. 3. cap. 214.

Eccleſiæ cauſam non niſi divinis teſtimoniis firmamus, docemus, defendimus.

Et cap. 247. *Superſlua quæri video à fratribus noſtris è diverſo ſiſtentibus, & ad ipſa ſuperflua non denego reſponſionem; dum tamen Eccleſiæ cauſa, cui reſponderi nihil poteſt, in fundamento tutiſſimo conlocetur.*

FINIS.

INDEX

I. *Calumniarum, mendaciorum, cavillationum & malæ fidei Ianſenii.*

PAg. 2, a. pag. 3. b. pag. 4. b. pag. 5, a. b. pag. 6. a. pag. 7. a. b. pag. 8. a. b. pag. 10. b. pag. 13. a. pag. 17. a. pag. 22. a. p. 24. a. b. p. 39. a. p. 43. b. p. 45. a. p. 47. a. p. 49. a. b. p. 53. a. p. 56. b. p. 61. b. p. 66. a. p. 104. a. p. 109. a. p. 110. a. p. 121. b. p. 124. a. p. 125. b. p. 127. b. p. 129. b. p. 130. a. p. 142. a. p. 144. a. p. 146. a. b. p. 148. b. p. 149. a. p. 150. b. p. 151. a. p. 155. a. p. 156. a. p. 157. a. b. p. 159. b. p. 560. b. p. 161. a. p. 163. a. p. 168. b. p. 169. a. pag. 170. a. p. 171. b. p. 173. a. p. 175. a. p. 181. b. p. 182. b. p. 183. a. p. 204. a. p. 222. a. p. 237. b. p. 245. a. p. 247. b. p. 252. a. p. 253. b. p. 255. a. p. 257. a. p. 258. a. p. 261. a. p. 291. a. p. 294. b. p. 299. a. p. 302. a. b. p. 303. a. p. 304. a. p. 307. a. p. 310. a. p. 334. a. p. 336. a. p. 343. b. p. 352. a. p. 370. a. p. 371. a. p. 377. b. p. 380. a. p. 381. a. b. p. 388. b. p. 424. b. p. 428. a. p. 430. a. p. 495. a. b. p. 498. b. p. 499. a. p. 504. a. p. 507. b. p. 512. b. p. 513. a. p. 519. a. p. 524. a. b. p. 525. a. p. 527. a. p. 530. a. p. 575. b. p. 601. b. p. 635. a. p. 640. b. p. 642. b. pag. 643. b. p. 656. a. b. p. 659. a. p. 659. b. p. 660. a. p. 662. b. p. 667. a. p. 668. a. b. p. 669. b. p. 670. a. b. p. 671. b. p. 681. a. p. 682. b. p. 683. a. p. 684. a. p. 686. a. b. p. 705. b. p. 721. b. p. 729. b. p. 730. a. p. 731 a. p. 732. b. p. 736. a. p. 737. a. p. 739. a.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

II. *Vertiginis, contradictionum, qua ſibi aut ſuis contradicit Ianſenius.*

PAg. 3. b. p. 4. a. p. 17. a. p. 25. a. p. 48. a. b. p. 57. a. b. p. 59. a. p. 64. a. p. 65. b. p. 76. a. p. 99. b. p. 104. a. p. 105. b. a. pag. 106. a. b. pag. 111. b. pag. 121. a. pag. 129. b. p. 132. b. p. 134. b. p. 140. a. p. 143. a. b. p. 148. a. b. p. 150. b. p. 153. a. b. p. 155. b. p. 194. a. q. 197. a. p. 198. b. p. 205. a. pag. 222. a. p. 236. b. p. 245. a. p. 256. a. p. 259. a. b. p. 266. a. p. 267. b. p. 276. a. p. 282, b. p. 291. b. p. 298. b. p. 321. a. p. 324. a. b, p. 325. a. b. p. 327. a. b. p. 329. a. p. 334. a. p. 335. b. p. 336. a. p. 339. b. p. 340, a. p. 344. a. p. 349. b. p. 352. a. p. 354. b. p. 358. b. p. 362. a. b. p. 363, b. p. 364. b. p. 367, b. p. 638. b. p. 369. a. b. p. 370 a. b. p. 371. a. p. 372. a. p. 375. a. p. 382. b. p. 383. a. b. p. 388. b. p. 391. b. p. 408. a. p. 416. b. pag. 428. a. p. 446. a. p. 448. a. p. 454. a. p. 474. b. p. 475. b. p. 477. a. p. 490. a. p. 527. a. p. 530. a. p. 531. a. p. 532. a. b. pag. 534. b. p. 537. a. p. 539. a. b. p. 541. a. p. 578. b. p. 579. b. p. 646. a. b. p. 669. a. p. 704. b. p. 706. b. p. 726. b. p. 742. b. p. 750. b.

III. *Paradoxorum, heterodoxorum, novitatum Ianſenii.*

PAg. 57. a. b. p. 148. a. p. 190. a. p. 194. b. p. 202. b. p. 224. b. p. 227. b. p. 228. b. p. 231. b. p. 236. b. p. 238. b. p. 241. a. b. p. 242. a. b. p. 243. a. b. p. 244. a. b. p. 268. a. p. 277. b. p. 283. b. p. 291. b. p. 328. b. p. 335. b. p. 337. p. 341. b. p. 342. b. p. 365. a. p. 375. a. p. 390. a. p. 408. a. p. 424. a. p. 450. a. pag. 472. b. pag. 474. b. pag. 485. a. pag. 531. b. pag. 532. a. pag. 539. a. pag. 727. b.

IV. Aπαιδευσίας, *ſtuporis, ineptiarum Ianſenii.*

PAg. 1, a. p. 4. b. p. 5. b. p. 8, b. p. 9, a. p. 24, a. p. 39, a. pag. 45, a. pag. 50. b, p. 57, b. p. 58, a. p. 61, b. p. 100, a. p. 104. a. p. 105, b. p. 108, b. p. 110, b. p. 120 a. p. 121; a. p, 124; a. p. 129, b. p. 140, a. p. 158, b. p. 168, b. p. 174, b. p. 239, a. p. 250, a. p. 254, b. p. 258, a. p. 280, b. p. 282, b. p. 283, a. p. 292, b. p. 295, b. p. 296, a. p. 298, a. p. 325, a. p. 328, b. pag. 338, a. p. 342, b. p. 343, b. p. 351, a. pag. 351, b. p. 357, a. p. 364, a. p. 365, a. b. p. 368, b. p. 375, a. p. 376, a. p. 382, b. p. 383, b. p. 386, a. p. 387, a. b. p. 403, b. p. 406, a. p. 422, a. p. 445, b. p. 474, a. p. 499, a. p. 502, a. p. 506, b. p. 507, b. p. 511, a. p. 517, b. p. 527, a. p. 533, a. p. 538, a. p. 635, a. p. 640, a. p. 641, b. p. 642, b. p. 643, b. p. 644, a. p. 646, b. p. 648, b. p. 656, a. p. 659, a. b. p. 660, a. p. 662, a. p. 664, b. p. 665, a. p. 670, a. p. 671 a. p. 673, a. p. 675. b. p. 676, a. b. p. 677, b. p. 680, b. p. 681, a. p. 682, b. p. 684. b. p. 685, b. p. 687, b, p. 705, a. p. 706, a. p. 726, a. p. 727, b. p. 728, b. p. 730, b. p. 731, b. p. 737, a. p. 744, b. p. 751, a. p. 759, a. p. 760, b. p. 741, b. p. 745, b. p. 746, b. p. 748, b.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

INDEX AVTORVM,

Quorum libri, ſententiæ, dicta citantur.

A.

Don. Abarbaneel:pag.729,a.
Abeneſra:pag.42,a.
Abogardus:p.462,a.
Rob.Abotus Anglus:p.358,a.423,b.498,b. 520,b.607.b.728.b.
Achilles Gaſſarias:p.542,b.
Adamus Contzen:p.172,b.
Adamus Saſboutius:p.496, b.
Melch.Adamus: p. 70, b.72,b.100,b.101, a.171,b.213,b.220,a.
Ado Viennenſis:p.274,b.441,a.
Ioh.B.Æduus:p.466,a.760,a.
Nic.Ægidius:p.542,a.
Ælfricus:p.607,b.615,a.
Paul.Æmylius: p.22,a.400,b.661,b.665,a.
Æneas Sylvius, poſtea Papa Pius II.p.14, b.276,b.317,b.554,559,602,a.628 ,a. 663,b.667,a.
Rodolph.Agricola:p.531,b.705,a.
Corn.Agrippa:p.29,a.b.34,b.617,a.
Aimonius:p.464,a.592,b.615,a.
AlbericusGentilis,I.C.p.20,a.52,b.208,b.
Albertus Magnus: p.482,b.548,563.
Albertus Pius:p.674,b.
Albertus de Saxonia:p.468,a.
Alciatus, I.C.p.126,a.199,b.278,b.368,a. 466,a.734,a.
Alcoran:p.234,b.431,a.
Alcuinus:p.215,b.
Alexander ab Alexandro:p.267,b.
Alexander Ales:p.286,a.441,b.473,a.
Alexis de Meneſes: p.136,b.
Iac.Almain:p.559,578,a.
Alphonſus à Caſtro:pag.111,b.112,a.113,b. 115,b.194,a.208,b.215,a. 481, b.516, b. 533,b.534,a.547,559,578,a.660,a.670,a. 671,a.
Alphonſus Fernandes.p.687,a.
Ioh.Altenſtaig:p.102,b.126,a.235,a.484,a. 520,a.704,a.
Rob.Altiſſiodorenſis:p.327,b.548,688,a.
Althuſius:p.341,a.342,a.439,a.627,a.
Didac.Alvarez:p.108,a.552.
Alvarus Pelagius:p.17,b.592.
Sixtin.Amama:p.50,a.
Fr.Amandus:p.542,a.
Ambroſius: p.41,b.46, b. 47,b.176,b.188, a.b.215,a.230,a.250, b.255,b.297,a. 471, a,501, a.545,550,556, 571, 621,b. 693,b. 744,a.
Amerbachius:p.56,a.
Amira Syrus Maronita:p.53,b.55,b.
Ammonius:p.357,a.
Amphilochius Iconii Epiſc.p.550.
Amylius Cardinalis:p.343,a.656,b.
Anaſtaſius:p.463,a.
Anaxagoras:p.419,b.
Andlo:p.712,b.
Andradius: p.78,a. 287, b. 496, b. 717,b. 737,b.
Ab Angelis Cardinalis:p.16,b.
Guiliel.Ab Angelis:p.121, b.
Angelus de Clavaſio:p.31,b.143,a.
Anglo-Rhemenſes: p.256,a.
Annales Aquitaniæ:p.542,a.
Anonymus:p.15,b.158,b.619,b.676,b.677, a.725,b.
Anſelmus:pag.46,a. 112,b. 226, a.b.230,b, 289,b.441,a.493,a.619,a.630,a,671,a.
Anſelmus Parmenſis:p.34,b.
Valer.Anſelmus:p.542,b.560.
Anti-Cottonus:p.372,b.
Antiphonale Romanum:p.611,b.
Henric.Antonides:p.71,a.
Antoninus:p.17,b.33,a.102,b.145,a.b.158, a.191, b.200, a.268, b.271, b.272,a.b. 274,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

274,a.278,a.279,b.308,b.358,a.359,a.396,a.400,b.441,b.456,b.545,546,548,568,631,a.662,a.759,a.
Antonius Bruciolus:p.128,b.
Antonius de Padua: p.421,a.
Marc. Antonius de Dominis, Archiepiſc. Spalatenſis: pag.78,a.92,b.242,a.358,a.622,a.741,b.
Sidon.Apollinaris:p.234,a.b.356,b.
Apulejus:p.8,a.
Aquaviva:p.393,a.
Aquila:p.620,a.
Arabs interpres:p.42,a.51,a.115,a.128,b.
Arboreus:p.578,a.
Aretas:p.215,b.
Bened.Arias Montanus: p.7,a.187,b.226,a.347,b.496,b.550,574,631,b.675,b.
Ariſtophanes:p.210,b.
Ariſtoteles : pag. 49,b.154, b.170,b.171,b.199,b.243,a.292,a.305,a.310,b.337,a.339,b.403,b.404,b.409,b.411,b.419,b.474,b.477,b,478,a.491,b.513,b.652,b.705,a.714,b
Armacanus Hibernicus:q.112,a.
Armandus de Bello Viſu:p.704,a.
Arnaldus:p.372,b.489,a.653,b.
Arniſæus:p.712,b.
Arnobius:p.5,a.15,a.453,b.467,a.595,a.603,a.679,a.
Arnoldus de Villa Nova:p.671,b.
Arnulphus Epiſc. Aurelianenſis:p.11,b.15,a.592,b.615,a.
Arrianus:p.523,b.
Aſcenſius:p.14,a.
Athanaſius:p.91,b.114,a.345,b.533,b.557,560,611,b.629,a.637,b.746,b.
Athenæus:p.3,a.
Ioh. Aventinus:p.11,b.13,b.81,a.211,a.464,a,543,a.592,b.615,a.
Averroes:p.434,b.705,a.
Auguſtinus:p.3,a.4,b.43,b.83,b.84,a.115,b.131,a.139,b.140,a.146,b.188,b.189,b.191,b.195,b.213,b.215,a.222,a.223,a.230,a.242,a.253,a.278,b.288,a.b.292,b.293,a.297,a.298,a.345,a.346,b.354,a.b.381,b.413,a.416,a.424,b.426,a.427,a.b.428,a.b.431,b.432,b.440,a.453,b.468,a.471,b.474,a.479,a.491,a.496,a.499,b.500,a.b.504,b.514,b.518,a.523,b.534,a.545,551,554,563,566,567,570,596,a.603,a.607,a.611,b.633,a.639,b.679,a.693,b.698,b.704,b.705,a.b.708,a.718,b.720,b.723,b.724,a.727,a.b.737,a.738,a.739,a.b.741,b.745,a.750,b.768,a.
Auguſtinus Steuchus Eugubinus: p.438,b.441,a.468,a.496,b.
Auguſtinus de Anconæ:p.358,b.
Ant.Auguſtinus:pag.158,b.190,b.192,a.391,b.
Aurelius Carthaginenſis:p.466,a.739,a.
Aurelius Sorbonicus: p.374,a.
Petr.Aureolus:p.31,b.35,a.617,a.
Author Operis Imperfecti in Mathæum:p.461,b.496,a.630,b.
Author Tractatus de Papiſſa Iohanna: p.542,a.
Azorius: pag.14,a.18,a.47,a.112,b.189,a.193,b.373,a.374,a.528,b.590,b.

B.

BAylius Ieſuita: p.522,b.561.
Mich. Bayus:p.57,a.445,b.674,b.
Fr. Balduinus: p.467,b.529,b.761,a.
Balſamon:p.82,b.188,a.288,a.462,a.526,b.
Balzacus:p.487,a.697,a.
Bannez:p.17,b.325,b.552,716,a.
Barlaam:p.542,a.
Barchinon:p.217,a.
Barclaius:p.58,b.265,a.556,589,b.
Cæſ. Baronius:p.10,b.11,a.15,a.16,b,18,a.32,b.55,b.56,a.76,a.81,b.82,a.92,b.93,b.140,b.166,b.173,a.176,a.189,a.202,b.207,b.210,a.215,a.b.217,a.270,b.277,b.279,b.316,b.337,b.338,a.b.345,a.362,b.368,b.369,a.b.370,a.383,a.b.384,b.385,a.b.386,a 387,a.b.388,a.393,b.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

393,b.394,a.396,b.400.b.414.b,419.a.433,b.440,b.441,a.444,b,450,b.451,a.455,b.456,b.457,a.458,b.461,a.b.462,a.463,a.467,a.468,a.469,a.b.477,b.478,b.479,a.b.481,b.484,b.494,a.499,a.518,a.521,b.525,a.526,b.528,b.529,a.533,a.b.534,b.536,a.539,b.551,556,580,b 582,a.588,a.589,b.592,b.615,a.b.623,a.626,a.636,a.638,a.654,a.b.659,b.660,b.668.b.675,b.676,a.689,a.707,b.732,b.737,b.738,a.739,a.b.766,a.

Iuſtus Baronius: p.415,a.

Bartholomeus de las Caſas:p.725,b.

Bartholomeus de Piſis:p.619,a.

Baſa typograph:p.460,a.

Baſilius: p.3,a.46,b.47,a.215,b.234,a.345,b.346,a.563,628,b.679,a.704,a.

Baſſo MedicusGallus:p.705,a. (533,b.567.

Beatus Rhenanus: pag.2,a.445,a.467,a.b.

Becanus:p.13,b.23,a.94,b.95,a.105,a.148,b.237,b.520,a.644,b.726,a.

R.Bechai:p.729,a. (707,b.

Beda:pag.102,a.297,a.298,a.587,a.612,b.

Ioh.Beleth:p.564,573.

Bellarminus.p.12,b.13,b.16,b.18,b.19.a.22,a.23,a.b.24,a.25,a.28,b.38,a.40,b.44,b.46,b.47,a.55,b.56,a.72,b.78,b.83,b.84,b.94,a.102,a.104,a.108,a.111,a.b.113,b.114,b.115,b.117,a.b.118,b.127,a.148,b.163,b.173,b.179,b.180,b.187,a.189,a.194,a.202,b.208,a.209,b.215,a.222,b.223,a.224,a.225,a.b.237,b.243,a.256,a.b.258,a.259,a.265,a.266,a.269,b.273,a.282,a.320,b.328,a.b.337,b.342,b.347,b.350,b.354,a.b.356,b.357,a.b.358,a.359,a.364,b.365,a.366,b,367,b,369,b.372,b.373,a.393,b.401,a.410,a.411,a.412,a.416,a.419,a.441,b.455,a.456,b.457,b.458,a.b.461,b.462,a.b.463,a.464,a.465,b.468,b.469,b.478,a.483,b.486,a.488,a.497,a.516,b.520,a.521,a.b.522,a.b.525,a.b.527,a.528,b.530,b.531,b.533,a.b.534,a.b.535,a.536,b.539,a.541,b.543,b.455,547

552,555,556,560,561,564,565,569,571,573,578,a.b.583,a.587,a.613,b.617,b.632,b.633,a.638,a.645,a.654,b.656,a.658,a.665,a.668,b.671,b.672,b.673,b.674,b.675,b.695,b.706,a.717,a.718,b.731,a.739,a.756,a.

Petr.Bembus:p.5,b.

Ioh.Benedictus:p.22,a.496,b.

Benjaminus Baſnage:p.428,b.

Paul.Benius Eugubinus:p.398,b.

Benno Cardinalis:p.592,b.

Berchorius:p.704,a.

Philipp.Bergomas:p.542,a.560.

Bernardinus de Buſtis:p.619,a.662,a.

Bernardus:p.3,a.12,a.14,a,15,b.20,a.b.37,b.177,a,192,b.230,b.236,a.298,a.366,b.441,a.482,b.486,b.539,a.545,558,592,b.626,b.657,a.671,b.682,a.717,a.

Bernardus Luxenburgic. p.661,b.665,a.b.

Bernardus de Salingniaco:p.193,a.

Petr.Bertius: p.323,a.

Bertramus:p.615,a.617,a.

Beza:p.41,a.144,a.395,a.428,b.

Bibliotheca ſanct:p.86,a.

Gabr. Biel: pag.16,a.20,b.27,b.44,b.45,a.46,b.84,a.85,a.105,a.224,a.228,a.273,b.288,a.b.289,a.433,b.485,b.546,555,573,577,b.582,b.651,a.

Iacob.Billius:p.49,a.

Binnius:p.458,b.459,b.462,a.463,a.468,a.529,a.587,b.618,b.715,a.739,b.

Biſhopus:p.318,b.579,b.580,b.

Blandrata:p.721,b.

Blæſenſis:p.671,b.

Bocacius:p.344,a.542,a.

Laurent.Bochellus:p.461,a.499,a.

Guid. Fabric. Boderianus: p.53,b.461,b.496,b.658,a.

Bodinus: p.217,a.265,a.267,b.437,b.438,b.470,b.561,583,a.592,a.679,a.733,a.

Boethius:p 588,b.

Boethius Epo:p.239,b.397,b,546,548.

Bolſecus:p.302,a.668,a.

Clar.Bonarſius:p,667,b.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Bonaventura:p.115,a.126,a.176,b.177,a. 193,b.323,b.364,b.390,a.417,a.524, b.619,a.631,a.658,a.662,a,668,a.674 b.698,a.704,a.717,a.
Bonifacius Papa:p.504,b.
Bonifacius Papa II.p.83,a.739,b.
Iacob. Boonen:p.211,b.
Petr. Borrius:p.749,a.
Carol.Borromæus:p.231,a.
Rodolph. Botereus:pag.12,b.33,b.103,b. 185,a.b.223,b.285,a.342,b.344,a.350 b.373,a.397,a.406,b.647,b.688,b. 760,a.
Brantius:p.668,a.
Fel. Bredenbachius:p.529,b.621,b.
Breviarium Romanum:p.418,b.
Brianſonus:p.31,b.
Brightmannus:p.11,b.
Briſſonius:p,525,a.
Iacob.Brocardus:p.16,a.193,a.
Bronchorſt:p.271,b.302,a.386,a.
Brougthonus:p.728,b.
Anton. Brucciolus:p.74,a.
Bruliter.p.193,b.235,a.288,a.484,b.
Bucerus:p.428,b.508,a.666,b.
Budæus:p.5,b.
Bulla
 Clementis V.p.22,a.
 Leonis X.p.716,b.
 Pii IV.p.544,548,553,556.
 Pii V.p.32.b.
Bullingerus:p.70,b.100,b.428,b.701,b.
Bunderius:p.256,a.
Burchardus:p.374,a.
Burgenſis:p.674,a.
Busbequius:p.290,a.
Buxtorfius:p.54,b.55,a.677,b.728,b. 729,a.b.
Brovius:p.537,b.

C.

CAbala:p.523,a.
Cæſarius:pag.33,b.178,a.179,b.304, b.305,b.391,a.661,b.665,a.666,a. 668,b.
Thom. Cajetanus: pag. 23, b. 36, a.b. 45,b.46,a.95,b.123,a.129,a.143,b. 158,a.211,b.257,b.271,b.322,a.327, b.433.b,435,a.487,b.496,b.528,a. 530,b.531,b.533,b.537,a.547,573. 593,b.617,a.652,a.b.671,a.699,a.703 b.706,a.715,b.741,a.
Domit.Calderinus:p.468,b.
Corn.Callidius Chryſopolitanus:p.185,a.
Calliſtus:p.462,a.
Calvinus,p.428,b.429,b.491,b.492,a.
Seth.Calviſius:p.67,a.344,a.
Thom. Campanella:p.35,a.
Ioan. Campenſis:p.7,a.51,a.b.
Edm. Campianus:p.463,a.464,a.591,b. 606,b.618,a.665,b.
Cancellaria Hiſpanica:p.760,a.
Angel.Caninius:p.227,b.256,a.523,b.
Canoniſtæ:p.17,b.
Canones Apoſtolorũ:p.227,a.562,688,b.
Cantipratenſis:p.178,b.
Melch.Canus:p.123,a.135,a.b.208,a.b. 214,a.258,b.286,a.b.287,a.336,a.342 b.343,a.397,a.419,a.462,a.463,a.b. 464.a.b.465,a.b.470,a.496,b.520,b. 525,a.527,b.529,a.b.530,a.535,b.577 b.666,a.705,a.b.724,b.
Iac.Capellus:p.349,a.358,a.428,b.449,a. 457,b.542,a.
Capreolus:p.193.b.435,b.674,b.
Caraffa:p.22,a.
Barthol.Caranza:pag.202,b.212,a,401,b. 461,b.462,a.529,a.542,a.500,617,a.
Caraura:p.419,b.
Cardanus:p.34,b.436,b.617,a.
Carolus Magnus:p.215,b.227,a.550,551, 615,a.682,a.
Carthagena:p.211,b.
Carthuſianus:pag.43,b.45,b.46,a.112,b. 248,b.271,a,289,b.743,a.
Ioh.Caſa,epiſc. Beneventanus,p.302,b.
Iſaac. Caſaubonus:pag.55.b.144,a.242,a. 358,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

558,a.372,b.414,b.415,a.466, b. 467, b. 469,a.508,a.652,b.686,b.
Meric. Caſaubonus:p.680,a.
Caſſander:p.78,b.83,a.b.95,b.133,a.145, b.193,a.290,a.312,a.349,a.467,b.468 a.482,b.529,b.552,556,563,564,573 614,b.622,a.657,b.672,a.716,b.717, a.b.747,a.757,a.760, b.761,a.768,a.
Caſſianus:p.177,a.
Caſſiodorus:p.51,a.262,b.463,b.466,a.
Henric. Caſtaneus; p.689,a.185,b. 400,b. 704,b.689,b.
Caſuiſtæ:p.17.b.
Catalogus Teſtium veritatis: p.78,a,88,a. 592,b.
Catechiſmus
Heidelbergenſis:p.735,a.
Silvæ-Ducenſis: p.734,a.
Ambroſ. Catharinus:p. 567,621,b.671,a. 674,a.758, b.
Cedrenus; p.462,a.
Centuriatores Magdeburgenſes:p. 316, b. 428,b.668,b.
Ceremoniale Romanum:pag. 13,a.14, a. 15,.a.16,b.17,a.21,b.22,b.24,a. 25,b. 29,a.43,a.47,b.173,a.236, a. 264,a. b. 266,b.312,b.365,a.376,a. 378,a. 380, b.396,a.b.418,b.478,b.488, b.535, b. 578,a.
Mich. Ceſænas:p.11,b.19,a.671,b.
Laonic. Chalcocondylas:p.560,p.542,a.
Chamierus:p.428,b.659,a.676,b.728. b.
Petr. Charronius:pag.165,b.505,b.642,b. 731,a.
Chaſſaneus:p.507,b.511,a.b.
Carol. Chaſtelain:p.176,a.
Renat. Choppinus,I.C.p.381,a.707.b.
Chronicon Iudæorum
Majus:p.729,b.
Minus:p.499,a.729,b.
Zachar. Chryſopolitanus:p.256,a.
Chryſoſtomus:p.42,a.51,a.128,a, 133,b. 134,b.135,a.145,a.176,b.187,b.215, b.216,a.230,a.232,b. 259,a. 288, a. b. 297,a.331,b.346,a.354,b.416,a.b.444 a.471,a.487,b.515,b.516,a. 553,562, 563,566,569,572,603, a. 679, a.720. b.742,b.743,a.746,b.750,b.
Chriſtophorus de Capite Fontium:p.45,a. 108,a.212,b.325,b.347,b.419,b.535, a,589,b.674,a.
Dav. Chytræus:p.55,b.67,a.68,a.
Cicero: p.5,b.522,b.
Cirvellus: p.435,b.
Arn. Clapmarius: p.310,a.392,a.397.a.
Claudius de Sainctes:p.184,a.
Claudius Taurinenſis: p.462,a.
Clavius:p.435,b.436,a.491,b.
Nic. Clemanges pag. 551, 592, b. 688.a. 671.b.
Clemens Alexandrinus: p.3,a.215,a.354. a.b.551.603,a.
Clemens Romanus: p.535,b.
Clemens Papa VIII.p.682,b.716,a. 733,a. 739,a.
Nic. Clenardus: p.14,b.19,a.20,b.284,b. 453.b.
Clichtovæus:p.152,b.658,a.
Ioh. Cochius:p.55.a.
Cochlæus: pag. 6, b. 667,a.668. a.745,a, 445,b.
Cocus:p.256,a.457,a.b.527,a.529,b.
Colloquia varia:p.322,b.328,b.
Pomp. Colomna, p.366,b.
Colonienſis univerſitas:pag. 143,a.145,b. 146, a.b. 147, a. b.191,a.194.a.196,a. 319,a.379,b.
Columella:p.722,b.
Columna Cardinalis:p. 10, b. 387,a.419, a.675.b.
Petr. Comeſtor:p.462,a.
Conciliorum Tomi:p.187,b.188,a.b.194 a.198,a.b.202, b.290,a. 533, b. 536,a. 587,b.618,b.
Concilium:
Africanum: p.497,b.414.b.
Agathenſe:p.679,a.

Ancyranum:

Concil.Ancyranum,p.187,b.222,a.238,a.
Antiochenũ,p.394,b.493,a.529,a.563.
Ariminenſe,p.442,b.529,a.633,b.
Baſileenſe, p.13,b.32,a.76,b.94,b.117,a. 210,a,393,b.529,a.535,a.554,578,a.
Brixienſe,p.91,a.
Carthaginenſe,p.188,a.b.191,b.221,a.b. 419,a.b.
III. p. 151,b.427,a.b.432,b.461,a.462, a.529,a.723,b.739,a.
IV.p.227,b.
VI.p.504,b.
Chalcedonẽſe,p.80.a.82,b.187,b.190,a. 219, b.238,a. 357,b.364,a.367,a.430, b.442,b.489,a. 493, a. 509, a. 515, a. 524,a,526,b.529,a.557,689,a.727,a.b.
Colonienſe,p.741,a.
Conſtantienſe, p. 13, b. 20, b.77,b.78,a. 94, b. 393, b. 529, a. 535, b. 553, 554, 587, a.667,a.
Conſtantinopolitanum,p.615,a.
I.p.509,a.515,a.557.
V.p.768,a.
VI.p.462,a.529,a.533,b.570.
VII.p.363,a.462,a.533,b.550.679,a.
VIII.p.529,a.533,b.558.
Elibertinum,p.529,a.550.
Epheſinum,p.191,b.202,a.442,b.
Florẽtinũ,p.32,a.80,a.91,a.202,a.290, a.
Francofurtenſe, p.550,615,a.
Hieroſolymitanum,p.187,a.
Laodicenum,p. 188,a.198,a.288,a.461, 534,a.b.
Lateranenſe,p.15,a. 22,a.23,b.37,b.80,b. 83, b.91, a.102,a.190,a.362,b.363.a.b. 364,a.398,a.530,a.533,a.535.a.539, b. 556,587,a.b.766,b.
Lugdunenſe,p.290,a.
Mediolanenſe,p.529,a.
Nicenum
I.p.82,b.190,a.191,b,197,a.b.198,a.b. 199,a.202, b.203,b.219,b.222,a. 435, b.442,b.454,b.509,a.529,a.
II.p.364,a.367,a.529,a.534,a,548,574, b.587,a.
Concil.Pariſienſe,p.529,a. 550, 615.a.
Piſanum, pag. 80, b.94, b.529, a. 535, b. b.593,a.
Rhemenſe,p.12,a.15,a.80,b.615,a.
Romanum,p.529,a.577,b.587,a.
Sardicenſe,p.202,a.b.203,a.
Sinueſſanum,p.529,a.
Toletanum III.p.554.
Tridentinum,p.12,a.49,b.52,a.77,a.80, b.83,b.84,b.85,a.b.86,a.91,a.92,b.102 a.111,a.116,a.119,a.156,b.210,b.230, b.237,a.238,b.328,b.349,a.354,b.256 a.374,b.377, b.380,b.394,a.418,b,534 a.535,a.544,553, 561, 564, 565, 571, 587,b.612,b.621,a.622,a. 623, b. 624, a.628,a.639,a.657,b.672,a,703,b.709 b.715,b.716,b.717,a.b.727,b.766, b. 767,a.768,a.
Turonenſe,p.31.a.79,a.529,a.
Wormatienſe,p.81,a.94,b. 210, a,540, b.618,b.
Confeſſionum Harmonia,p.69,b.70,a.
Conimbricenſes, p.434,b.
Conſtantinus Imp.p.515,b.
Contarenus Cardinalis,pag.112, b.617,a. 621,b.757,a.b.
Cornarius,p.46,b.
Cornelius Brugenſis,p.9,a.468,a.
Cornelius Papa,p.629,a.
Coſmas Morelles,p.726,a.
A.Coſta,p.287,b.293,a.347.b.
Fr.Coſterus,p.4.a.16,b.23,a.53,a.65,b.66 a.148,b.208,a.256,a,281,b.343,a.379, b.430,a.521,b.552,561,568,570,571 580,a.591,b.602,a.606,b.667,b.687, (a.719,b.
Ioh.Coſterus,p.495,a.
Petr.Cottonus Ieſuita, p.30, b. 40,a.56,a. 180,b.306,a.
Coffeteau,p.392,a.395,a.535,b.686,a.
Couvarruvias,p.560.
Wilh.Couper,p.607,b.
Richard.Coxus,p.68,b.
Petr.Crabbe,p.441,a.459,b.
Alb.Crantſius,p.542,a.560.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Andr.Craſtovius:p.108,a.674,a.
Creſpetus:p.33,b.
Creſconius:p.202,b,
Petr.Crinitus:p.680,a.682,a.
Levin.Crucius:p.31,b.
Cruſius:p.262,b.
Cudſemius:p.169,b.
Iac.Curio,p.542.
Curopalates:p.462,a.
Cuſanus:p.441,a.533,b.588,b.600,a.
Cuyacius:p.17,a,345,b.439,a.
Cyprianus pag.5,a.46,b.47,b.48,a.113,a.
131,a.169,b.183,a.186,b.187.a.b.198,
a.215,a.225,a.226,b.234,a.242,a.311,a.
431,b.453,a.466,a.469,a.481,a.493,b.
494,a.497,b.498,a.b.516,a.517,a.518
a.b.531,b.553,557,565,603,a.609,b.
611,b.636,a.679,a.735,a.739,a.744,a.
745,a,768,a.
Cyprianus de Valera:p.33,a.
Cyrillus Alexandrinus:p,84,a.128,a.209,
b.496,a.558,603,a.679,a.693,b.
Cyrillus Hieroſolymitanus:p.364,b.613,b.
Cyrillus Patriarcha Conſtantinopolitanus:
p.80,b.600,b.658,b.710,b.

D.

DAlecampius.p.523,b.
Damaſcenus:p.403,b.426,a.
Damaſus Papa:p.463,a.533,b.534,a.560.
Petr.Damianus,p.441,a.535,b.
Lamb. Danæus:p.11,b.
Dantes Aligerius:p.207, b.
Davenantius:p.705,a.
David Home:p.428,b.
Deckerius:p.436,a.
Martin.Delrio:p.25,a.b.27,b.29,b.31,a.b.
32,a.b.33,a.b.34,a.b.36,a.b. 37,a,38.a.
b.43,b.54,b.77,b.108,a.176.b.177,a.
178,a. b.179, a.b.180,a. 208,b.210,b.
272.b.273,a.b.281,b.285,a.287,a.288,
a.289,a.292,a.b.300,b.301,a.303,a.304
a.305, b.306, a.b. 379,b.414,a.419,a.
459,a.464,b.497,a.590,a.b.665,a.666
b.674,b.675,b.687,b.
Demochares:p.445,b.
Dempſterus:p.41,a.
Deſiderius Spretus:p.398,a.489,b.518,a.
Diazius:p.395,b.
Didacus de Deca,p.674,a.
Didymus Alexandrinus:p.462,a.
Dion,Hiſtoricus:p.187,b.
Dionyſius Alexandrinus:p.750,b.
Dionyſius Areopagita:p.471,a.
Dionyſius Exiguus:p.202,b.203,a.
Dionyſius Periegeta:p.523,b.
Dioſcorus,p.430.b.
Diſcipulus:p.178,b.
Donatio Conſtantini:p.441,a.
Math.Dorinck:p.674,a.
Dorotheus Tyrrenſis:p.462,a.
Georg.Douſa:p.343,a.600,b.641.b.710,b.
Ian.Douſa:p.641,b.710,b.
Georg.Dovvnamus:p.11,b.
Ioh.Driander,p.74,a.
Druſius Abbas Parcenſ.p.418,b.
Iohan.Druſius:p.52,b.54,b.55,b.523,a.b.
586,a.
Andr.Dudithius:p.70,a.
Ludovic.Dulcis:p.36,a.
Durandus:pag.272,a.347,b.441,a.482,b.
546.378,617,a.682,a.717,a.
Durantes:p.48,a.112,b.116,a.374,b.380
b.456,b.563.

E.

ECkius:p.6,b.165,b.184,a.218,a.545,
b.745.a.
Guilielm.Iacob.Ecmondenſis:p.542,b.
Edmundus Aubertinus:p,680,a.
Eduardus du Monin,Poeta:p.678,a.
Nicol.Eymericus:p.210,b.577,b.749,a.
Elmenhorſtius:p.215,b.467,a.
l'Empereur:p.41,a.55,a.144,a.457,b.729
(a.
Emſerus:p.6,b.745,a.
Enimundus Bonefidius:p.363,a.
Ephrem Syrus: p.639,b.
Epictetus,p.209,a.
Epiphanius:p.110, b.114,a.b.157,b.202,
b.223,a.346,b.426,a.448,b.515,a.550
558,572.

Epiſco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Epiſcopus S.Davidis,p.429,a.
Epiſtola illuſtr.Belgarum,p.701,b.737,b. 749,a.
Eraſmus,p.2,a.5,b.17.a.19,a.34,b.42,a.b. 46,a.53,a.78,b.112,a.128,b.259,a.286 a.305,b.349,a.357,a.368,b.445,a.457 a.467,b.468,a.522,b.534,a.551,571, 573,578,a.593,b.614.b.617,a.671,a. 674,b.705,a.757,a.
Erpenius,p.53,b.
Ioh.Erygen.Scotus,p.615,a.
Claud.Eſpencæus:p.18,a.25.a.28,a.76,b. 78,b.83,a.106,b.286,a.335,a.360,a. 380,b.462,b.499,b.621,b.660,a.668, a.696,a.734,a.738,a.757,a.
Eſtius,p.227,b.373,a.
Eucherius Lugdunenſis: p.288,b.
Euclides,p.491,b.
Eudemon Iohannes,p.466,b.
Everhardus Archiepiſc. Salisburienſis,p. 11,b.
Euſebius,p.113,a.157,a.198,a.274,b.426 a.449,a.453,b.461,b.463,a.479,b. 523,b.551,580,b.603,a.605,b.612,a. 613,b.628,a.b.660,a.667,b.674,a.742 a.751,a.
Euſtathius,p.114,b.523,b.
Euthymius,p.128,b,462,a.743,a.
Evvaldus de Hogeland.p.210,b.
Exorciſtici libri,p.47,b.

F.

FAber ſtapulenſis,p.614,b.
Fagius,p.55.a.728,b.
Farinacus:p.326,a.495,a.
Faſciculus
Rerum Expetendarum,p.671,b.
Temporum,p.32,b.207,b.533,b.535, b.542,a.559,502,b.638,b.
Featly,p.428,b.429,b.
Feliſius,pag.496,b.
Felix Cardinalis de Montalto,p.459, b. 460,a.b.
Felix Pratenſis,p.7,a.51,b.
Ferrandus,p.202,b.
Ferrerius,p.106,b.760,a.531,b.
Ferrius,p.5,a.8,a.320,a.
Ioh.Ferus,pag. 355, a. 400, a.568,588,a. 612,b.
Feuardentius,p.522,b.662,a.
Ficinus,p.2,b.
Iohan.Fileſacus,p.117,a.
Fisherus,p.429.a.
Flodoardus,p.464,a.592,b.
Math.Florilegus:p.615,a.
Petr.Fontidonius:p.709,b.
Petr.Foreſtus,p.581,b.
Fornarius Ieſuita,pag.117,b.190,b,194,a. 335,b.351,b.418,b.
Franciſcus,p.421,a.
Franciſcus Monachus Cœleſtinus.p.16,a.
Franciſcus de Ripa,p.22,a.
Marq.Freherus,p.664,a.
Otto Friſingenſis,p.441,a.452,a.560.
Fronto Duræus, p.49,a.515,b.
Libert.Froymundus p.44,a.211,a.326,b. 327,a.344.a.398,b.418,b.419,b.530 a.593,b.731,a.
Florimundus Ræmundus,522,a.b.543, b.
Fulco,p.428,b.
Baptiſt.Fulgoſus,p.207,b.542,a.560.
Paul.Fuſchus epiſc. Sarrenſis,p.230,b.
Barthol.Fumus.pag.209,b.397,b.521.b. 552,699,a.
Funccius,p.665,a.

G.

Iac. GAffarellus,p.35,a.36,a, b.
Ioh.Gagnejus,p.42,a.46,a.227, b.
Petr.Galatinus,p.728,b.729,b.
Galenus,p.323,a.
Galfridus.p.535,b.
Garnetus,p.666,a.
Petr. Gaſſendus.p.705,a.
Gauda,p.26,b.
Gelaſius Cyzicenus,p.198,b.
Gelaſius Papa,p.462,a.554,587,b.

Sigiſm. Gelenius, p.515,b.
Gilb.Genebrardus: p.14,b.53,b. 166, b. 349,a.362,b.369,a.379,b. 441, a. 456, b.532. b. 534, a. 592, b. 638, a. 639,b. 654,a.b.655,a.675,b.728,b.729,b.
GennadiusMaſſilienſis:p.215,a.223,a.462 a.751,a.
Gentianus:p.49,a.
Innocent. Gentiletus I. C. pag.78,a.86,a. 390,a.717,b.
Georgius:p.409,b.
Franciſc.Georgius Minorita,p.496,b.
Gerhohus Reicherſpergenſis,p.592,b.
Gerſon,p.177,a. b. 178, b. 193, b. 224,a. 231,a.274,a.286,a.289, a.323,b. 343,a. 347,a.471,a.482.a.534,a,578,a,592,b. 671,b.717,a.741,a.
Geſnerus,p.455,a.
Glaber Rudolphus,p.615,b.638,b.
Gloſſa,p.22,a.b.42,a.b.45,b.87,b. 102,a. 109,a. 159, a. 205, a. 206, b. 207,a. b. 225, b. 226, a. 273, a. 289, b. 340, b. 341,a.374,b.419,a.529,b.567, 675, a. 698,b.703,a.
Petr.Gnapheus,p.461,b.
Nicol.Godingius Ieſuita,p.80,b.601,a.
Melch. Goldaſtus,p.10,b.12,b. 20,b.200, b.210,a.252, b.264,b.615.a.619,a. 680 a.726,a.741,b.
Goltzius, p.523,a.
Franciſc.Gomarus,p.496,b.
Gondiſc. à Villadiego,p.250,a.
Gothofredus,p.611,b.
Sim.Goulartius Genevenſis,p.659,b.
Gratianus, p.190, a.192, a.202,b.204.a.b. 206,a.b.207.a.b.441,a,462,a.
Gregorius Capuc.p.460,b.
GregoriusMagnus,p.188,b.202, b.215,a. 224,a,293,a.294, b.296,a.b.347,a. 354 b. 463, a. 501, b.502,a.558,559,563, 613,a.639,b.
Gregorius II.Papa,p.551.
Gregorius XIII.Papa,p.136,a,
Gregorius Turonenſis,p.188,b.463,b.
Gregorius de Valentia,p.19,b.35,b.207, a.273,b.373,a.398,a.442,b.470,a.497,a. 322,a.580,a.593,b.594,b.631,a.695,b.
Gretſerus,p.55,b.307,b,373,a.458,a.495 b. 517, a. 521, b. 527,b. 664,a,667,b. 672,a.496,a.498,a.
Grocinus,p.457,a.
Gropperus,p.104,a.204,a.315,a.757,a.
Grotius,pag. 257,b. 438,a.439,b.523,b. 649,b.650,a.712,b.713,b.
Guæus,p.760,a.
Franciſc.Guicciardinus,p.21,a.78,b.79,b. 81,a.185. b. 223, b.366, b.441,a.545, 619, b. 667, a. b. 687,b.688,a. 733,b. 748,a.759,b.
Guido de monte Rocherii:p.273,a.
Guiliel.de S.Amore,p.11,b.592.b.671,b.
Guilielmus Aurifex,p.11.b.
Guilielmus Pariſienſis,p.20,b.
Guillandus,p.45,b.46,a.

H.

HAdrianus Florentius Trajectinus,poſtea Papa Hadrianus VI. p.23,a. 520, a.534,a.567,577,b.
Hajabola Minorita,p.11,b.
Dionyſ.Halicarnenſis,p.713,b.
Hallerus miniſter Tigurinus,p.259,a.
Ioh.Hanaldus.p.542,b.
Hardingus,pag.77,b.135,a.302,b. 505,a. 573,594,b.739,a.
Hartus,p.496,b.
Haymo,p.51,a.
Georg.Hayvvartus,p.12,b.537,b.
Hedio,p.508,a.
Wern.Helmichius,p.379,b.
Henricus de Caligis,p.545.
Hentisbertus,p.468,a.
Heraldus,p.467,a.
Heribaldus epiſc. Altiſſiodorenſis,p.615,a.
Hermenopulus.p.526,b.
Hermolaus Barbarus,p.2,a.474,b.
Herodianus,Hiſtoricus,p.303,a.
Hervæus,p.46,a.671,a.

Hervetus

Hervetus,p.49,a.
Ioh. Heſſels de Lovanio,pag.31, a.445,b. 462,b.
Heſychius,p.40,a.
Dan. Heynſius, p.40,a.51,a.223,a.356,b.
Hieremias Patriarch. Conſtantinop.p.552
Hieronymus,p.3,a 5,a.7,a.19,a.b.40,a.51 b. 84,a. 110,b. 111, a.112,a. 113,a.b. 115,b.118,b.128,b.131,a.200,a. 226, b.242,a.288,a.346,a.354,b.463,a.466 a.469,a.481, a. 489,a.496,b.516,a. b. 518, a. 522, b. 523,a.533,b.554,558, 560,563,565,570,682,a.711,b.735,b
Hieronymus de Aqua-Pendente,p.582,a.
Hilarius,p.3.a.7,a.82,a,90,b. 109,a. 202, b.346,b.533,b.566,629,a. 630,b.734 b.744,a.746,b.
Hilduinus Abbas,p.463,b.
Hincmarus Rhemenſis,p.441,a. 551,615, a.623,a.
Hippocrates,p.471,a.
Hiſtoria Concilii Tridentini, p.78,a.219, b.588.a.717,b.737,b.756,b.
Jacob.Hochſtratus,p.445,b.745,a.
Hoeſchelius,p.215,b.
Hofmannus,p.626.b.629,b.
Homerus Poeta,p.455,b.
Honorius Auguſtodunenſis.p.592.b.
Honorius Papa,p.533,b.560.
Horantius,p.674,b.
Horatius Poeta,p.8,a.
Hoſius,p.135,a.169,b.
Hoſpinianus,p.107.b.211,a.
Hoſtienſis,p.200,a.
Hotomannus,p.341,a.342,a.
Hovius archiepiſc.Mechlinienſis,p. 211,b.
Hugo,p.235,a.
S. Huldericus epiſc. Auguſtanus,p. 615,b.
Hunterus epiſc. Colonienſis,p.615,b.
Hybernicus:p.520,b.

I.

IAcobus Rex Angliæ,p.11,b.676,a.
Iacobus de Regis Curia, Sacerdos Argentinenſis,p.542,b.
Iacobus de Reiberi,p.664,b.
Thom.Iameſius Anglus,p.16,a.68,a. 428, b.457,b.458, a.460,b.461,a.b. 494, b. 496.a.498,b.502,b.527,a.b.535,a.559. 607,b.674,b.675,b.
Ianſenius, epiſc. Gandavenſis, p.51,a.134, b.354,a.355,b.357,a.444,a.730,b.
Cornel. Ianſenius Lovanienſis, p. 2, a.3,b. 4,a.5,b. 6, a.7,a. b.8,b.9,a.b. 11,b. 12, b. 16,b. 17,a.b.19,a.b.20,a.b.21,a. b.22,a. 23,a.24,a.b.28,b. 43,b.45,a.47,a.48, b. 49, a.b.50,a.52,a.53,a.54,a.56. b.59,a.b. 64, a. b.65,a.b.66,a.72,a.75,b.76,a.77, a.b.80,a.82,a.86,b.87,a.90,a.91, b. 92, b. 93,a.b.94,a.96,a.97,a.b.98,a.b.101, b. 104,a. 105, b. 106, a. 108, a. 109, a. 110,a.b.111,b.114,b.120,a.121.a.b. 122, b.124,a.125,b.126,a.b.127,a.b.129,b. 130,a.b.132,a.b.133,a.b.134,a.b.138, b. 139, a. 140,a.142,a.b.144,a.145,a.146, a.147,a.b.148,a.b.149,a.151,a.b. 152, b.154,a.155.a.b.156,a.157,a.b.158,b.159 a.b. 160, a. b. 161,a.162.b.163,a.164,b. 166,a.b.167,a.b.168,a.b.170,a.b. 171, b.172,a.173,a.174,a.b.180,a.181,a.186, a.187,a. 189. a. b. 191, a.195,a.b.197.a. 198, b. 199. a. b. 200, a. 201, a. 202. a. 203, a.204. a. b. 205,a.b. 206,a.b. 208. a. 212, b. 213, a. 214. a. 216, a. b.219,b. 221,a.224,a.228,b.232,a.b.233,b. 237,b. 240,a.241,b.242, a. b.243,a.b.244,a.b. 245,a.b.246, b. 247,b.248,a. 249,a.b. 252,a. 254, b.255,b.256,b.257,b.258,a. 260, a. 261,a. 263, a. 268, a. 270, b. 271,a.276,a.279,a.280,a.b.281,a.b.282 a.b.283,b.284,a.b.291,a.b. 292,a.293, b.294,a.b. 295,a.296,a.297,a.298,a.b. 299,a.b.301,b.307,a.308,b. 309,a. 310, a.b.311.b.312,b.314,b.315,a.318, a.319,a. 320,b. 322, a. 323, a.325, a.326,b.329,b. 331, a. 332, b. 334,a.b.335,a.b.336,b.338, b.339,b.340, a.b.348,a.b.349,b. 350,

a.351,a.b.352,a.358,b.362,a.363, a.365, a.366,a.b.368,a.369,b.370,a.374,b.375, b.376,a.b.377,a.378,a.379,a.381,a.b. 382,a.383,a.385,a.388,a.390,b.403,b. 404,a.b.405,a.407.a.b.410,b.411,a. 413,b.416,b.417,a.b.419,b.420,a.b. 422,a.424,a.b.425,b.426,a.427,a.428, a.b.429,a.b.432,a.b.433,a.b.436,b.439, b.441,a.b.442,a.443,a.446,a.b,447,a. 448,a.b.449,b.451,b.461,a.b.467,b. 468,a.472,a.b.473,a.b.474,a.b.475,a. b.477,a.b.480,b.481,a.485,a.501,a.b. 504,a.505,a.b.506,a.b.507,a.509,b.512, a.b.517,a.b.522,a.524,a.530,a.b.531, a.b.532,a.b.536,a.b.561,a.575,a.b.577, a.578,a.583,b.601,a.b.604,a.b.605,b. 609,a.b.610,b.612,a.b.615,b.616,a. 626,a.b.627,a.b.628,a.b.629,b.631,a. b.633,a.634,a.b,635,a.b.636,b.637,a. b.640,a.b.641,a.b.643,a.b.645,a.b. 646,b.648,b.650,a.b.651,a.654,b.656, a.659,a.b.660,a.b.661,a.b.670,b.671, a.b.672,b.673,a.675,a.b,691,a.b.682,b. 684,a.685,b.694,b.704,a.b.705,b. 706,b.707,a.708,a.709,b.710,a,711, a.712,a.715,a.618,a.b.719,a.b.720,a.b. 721,b.724,b.725,b.726,a.b.727,a.b. 728,a.b.730,a.b.731,a.733,b.734,a.b. 736,a.737,a.738,b.741,b.742,b.743,a. 744,b.745,a.747,a.750,b.752,b.753,b. 759,a.760,a.b.761,b.

Sel.Iarchi.p.42,a.51,b.

Iavellus:p.435,a.452,a.453,a.

Ignatius: p.122,a.187,a.188,a.226,b.127,a. 234,a.242,a.744,a.

Illyricus: pag.108,a.664,a.671,b.673,a. (674,a.

Immanuel Sa:p.17,b.45,b.46,a.51,a.54,b. 112,a.213,b.223,b.226,a.231,b.239,b. 248,b.266,a.272,a.b.273,b.274,b.277, a.284,a.289,b.303,a.372,b.374,a.395,b. 545,578,a.699,a.

Index expurgatorius:p.18,b,28,a.35,a.73,a. 108,a.615,a.617,b.630,a.b.674,b.675, b.756,a.

Innocentius III. Papa.p.55,b.56,a.564.

Inſcriptio Arcus Triumphalis Sixti IV. pag.22,a.

Ioachimus Abbas.p.11,b,592,b.638,b.

Ioannes archiepiſc.Ravennas:p,615,b.

Ioannes Iſaac:p.50,a.

Ioannes de Gouda.p.183,a.

Ioannes de Rupeſciſſa:p.671,b.

Iohannes de Pariſiis.p.560.

Iohannes de Serris:p.680,b.682,b.

Ionas Aurelianenſis:p.462,a.

Don Ioſeph Aben Iechaia:p.729,a.

Ioſephus, Hiſtoricus:p.288,a.448,b.449,a.

Paul.Iovius: p.21,a.32,b.68, b.78,b.106,b. 172,a.184,a.185,b.211,b.218,a.223,b.236, a.302,b.359,a.b.360,a.b.361,a.b.362,a. 366,b.394,b.458,b.545,619,b.667,b. 687,b.688,b.733,a.748,a.

Irenæus:pag.3.a.10.b.131,a.345,a.410,b. 424,b.425,a.b.426,a.b.431,b.471,a. 492,b.493,b.512,b.513,a.b.522,a.b. 674,a.744,a.750,b.

Martin.Iſengrenius:p.542,b.621,b.

Iſidorus Clarius:p.42,a.b.46,a.78.b.118, a.128,a.226,a.230,a.b.496,b.743,a. 674,a.744,757,a.

Iſidorus Hiſpalenſis: p.449,a.453,b.603,a.

Iſidorus Moſcon:p.358,a.

Iſidorus Peluſiota:p.354,b.610,a.

Iſlebus.p.531,b.

Iſocrates.p.2,b.

Iuellus:p.430,b.459,b.607,a.659,a.

Iulianus Pomerius:p.603,a.

Franciſc. Iunius: p.11,b.53,b.671,b.731,b.

Ivo Carnotenſis:p.441,a.

Fr.Iuretus:p.458,a.

Ius

Canonicum:p.21,a.22,b.23,a.56,a.76,b. 83,a.98,a.105,a.112,b.116,a.117,a.158, a.189,a.190,a.b.192,a.b.199,a.203,a. b.211,a.220,b.224,b.225,a.227,b.264, a.272,a.273,a.302,a.308,a.b.333,a.342, a.362,b.364,a.376,a.378,a.394,b.396, a,423,b.431,a.447,a.482,a.527,a.533, a.534,

a.534,a.b.535,b.556,557,567,577,b
585,a.612,a.674,b.698,b.715,b.751,a.
Civile, ſeu Corpus Iuris:p.17,a.86,b.89,
a.b.104, b.181,b. 203,a. 244,b.276,b.
277,b.302,a.303,a.307,b.308,a.345,b.
Iuſtinianus Ieſuita.p.40,b.675,b.
Iuſtinianus Imp. p. 131, b.509.a.515,b.557,
572.
Iuſtinus Martyr:p.113,a.215,a. 223, a. 229,b.
449,a.549.553,562,603,a

K.

Bart. Keckermannus:p.68,a.666,a.
Thom. à Kempis:p. 471, a. 735,a.
Keplerus:p.436,a.
Guiliel.Ketler:p.67,a.717,a. (728,b.
R.David Kimchi: pag. 51.b. 235, a. 487, b.
Kirchnerus:p.712,b.

L.

Car. Labbeus:p.192,a.
Lactantius: p.5,a. 215,b.223,a.550,
603,a.679,a.
Iac.Laingæus: p.157, a. 303,b. 667,b.668,a.
687,a.
Lalamantius:p.436,a.606,a. (667,b.
Lancelotus du Voyſin. Popliner: p. 639,b.
Lancelotus,I.C.p.104,b.112,b.141, b.154,
b.181,b.190,b.197,a.264,a.b.273,b.303,
b.334,b.335,a.343,a.344,b.362,b.384,a.
b.488,b.698,b.768,b.
Car.Langius:p.458,a.581,b.
Ioh.Langius.p.431,a.
Paul.Langius:p.441,a.
Lanoyus:p.531,b.
Corn.à Lapide: p.8,a.13, a.21,a.22,b.41,b.
42,b.45, a.102,a.111,a.115,b.129,b.145,
b.174,b.177,b.185,a.200,b.223,a. 226,
a.227,b.228,a.231,a.233,b. 242,b.256,b.
268,b.269.a.b.274,b.281,b.289,b.304,
a.305,b,306,b.319,b.324, b. 365,a. 396,
a. 419,b. 441,b. 449,a. 458, b. 461,b.
470,b. 471, a. 484, b. 486,a. b.489,a.
490,a.491,a.506,a.522, b.580, a.583, a.
587.b.628,a.629.a.b.639,b.668,a.672,
b.705,b.
Latomus:p.745,a.760,b.
Christoph.Laudinus:p.207,b.
Andr. Laurentius:p.283,a.491,b.
Iacob.Laurentius:p.469,b.
Laziandus:p.542,b.
Lazicius:p.270,b.
Lazius:p.489,a.
Leander Albertus:p.536.b.542.b.
Ledeſma:p.35,b.568.
Legenda aurea:p.305,b.
Leo epiſc.Romanus:p.545.
Leo I. Papa:p.188,a.270,b.
Leo IX.Papa:p.441,a.
Leo X.Papa:p.23,b.358,a.
Leo Imp.p.515,b.
Leo Iudæ:p.730,b.
Leontius:p.297,a.
Leſſius:p. 4, a.10,a.b.212, b. 373, a. 522, a.
b.668,a.
Leunclavius:p.657,a.
Liber Principum Proteſt:p.78,a.86,a.
Lindanus: pag. 334,a. 450,b. 451,a.468,a.
496,b.555,573,667,b.670,b. 739,b.
Aloyſ.Lipomanus:p.178,b.468,b.
Iuſt.Lipſius:pag.5,b. 185,a.292,b.342,a.b.
344,a.467,a.487,a b.523,b.665,b.666,
a.678,a.679,b.708,a.725,b.
Liturgiæ variæ:p.574.
Livius,Hiſtoricus:p.243,a.
Petr. Lombardus: pag. 112,b.222.a.235,a.
271,a.272,a.482,b.567,658,a.
Lorinus Ieſuita : pag. 37, b. 39, b. 54, b.
652,b.
Lubbertus:p.11,b.
Fr.Lucas:p.128,b.496,b.
Lucianus:p.53,a.
Ioh.Lucidus:p.542,a.
Lucilius:p.523,b.
Ludovicus de Dieu : pag.51, a. 53, a.b.144.
a.235,a.
Ludolphus de Saxonia,619,a.b.
Lupus:p.234,b.
Lutherus : pag. 175, a. 176, a. 222, b, 313,a.
665,a.666,b.705,a.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Lydiat:p.436,a.
Balthaſ.Lydius:p.661,b. 662,b.666,b.
Humfr.Lynde:pag.552, 574, 600, a. 612,b. 639,a.
Nicol.Lyranus:p.15,a.46,a.56,a.128,b.129, b.134,b. 135, a. 138,a. 269,a. 286,a.555, 559,572,577,b.662,a.674,a.
Vincent.Lyrinenſis:pag.11,b. 417,a.424,b. 435,b.470,a.533,b.596,a.

M.

MAcarius:p.215,a.
Machiavellus:p.539,b.
Maffejus:p.179,a.
Maginus: p.436,a.
Iohan.Majerius:p.755,b.767,b.
Ioh.Major: p.78, b.199,b.231,a.273,a.386, a.400,a.546.
Majoragius:p.2,a.
Ioh.Malderus: p.17,b.27,a.30,a.35,b.172,b. 179,a.190,a.306,b.590,b.
Maldonatus: p.111,a.128,a. b.259,a.287,b. 288,b.298,a.327,a.461, b. 468, b. 528,a. b.534,a.633,a.737,a.
Steph.Maleſcotus:p.267,b.
Fel.Malleolus:p.31,b.
Manfredus:p.400,b.
Mantica:p.326,a.
Baptiſt.Mantuanus: pag.14,a.b.17,b. 19,a. 20, b. 207, b.287,b.288, a.380,a.453,b. 542,a.560,738,a.
Manuale exorciſmorum Maximil. ab Eynatten:p.25,b.26,a.b.27,b.29,b.31,a.43, a,p.25,b.26,a.30,a.31,a.273,b. 675,b.
Manuel Comnenus:p.430,b.
Ald. Manutius:p.517,a.
Nicol.Marbeſius:p.366,b.
Ammian.Marcellinus:p.395,a.
Marcellinus II. Papa.p.11,a.
Marcellus Cardinalis:p.445,a.
Marcellus Cervinus:p:445,b.
Ioh.Marconville:p.542,b.
Margarinus de la Vigne:p. 499,b.
Mariana Ieſuita: p. 13, b. 18,b.94,b.184.a. 210,b.373,a.400, b.689,a.
Marianus Scotus:pag.207, b. 464, a.533,b. 542,a.560.
Anton.Marinarius:p.709,b.
Marinus Merſennus Minorita.p. 35,a.
Philipp.Marnixius, Dominus Sanct-Aldegondii:p.428,b.662,b.
Lud.Marſacus:p. 738,a.
Marſilius Patavinus:p:12,b.140,a 520,a.
P.de la Martelire, advocatus Pariſienſis,p. 15,b. 117,a.
Martinus Minorita:p.560.
Martinus Monachus,p.542,a.
Petr.Martyr:p.428,b.622,a.
Marcus Marullus Spalat.p.570.
Maſius:p.40,a.50,b.53,b.211,b.552,672, a. 717,b.757,a.
Petr.Mathæus:p.23,b.34,b.44,b.68,b.185 a.212,b.272,b.342,b.344,a. 350, b.367, b.372,a.598,b.447,a.539,b.619,b.677, a.680,b.681,a,b.682,a.b.683,a.b.684,a. b.733,b.
Mathias Pariſienſis:p.11, b.
Maximus:p.704,a.
Medina:p.111,b.211,b.
Meiſterus:p.428,b.
Melanthon:pag. 67, b. 73, b. 508, a.665,a. 666, b. 705,a.714,a.
Meletius Patriarcha:p.80,a.
Hieronym.Mengus,p.37,a.b.
Ioh. Mercerus:pag. 53, b. 55,a.458,a.466,a. 728,b.
Merlinus:p.198,a.b.459,b.461,b.
Angel.Merula:p.71,a.
Paul.Merula:p.71,a.
Petr.Meſſias:p.542,a.
Metaphraſtes:p,178,b.421,a.462,a.
I.Metellus:p.745,b.761,a.
Metkerckius:p.523,b.
Meurſius:p.467,a.
Meyerus:p.33,a.
Michael Angelo fiorio:p.71,a.
Michael Monachus:p.33,b.

P.Mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

P.Michael:p.176.a.
Minutius:p.5,a.667,b.
Franciſc.Pic.Mirandula:p.36,a.
Miſſale:p.418,b.611,b.
Moguera:p.431,b.
Iohann. Molanus. p. 103, a. 184,a.b.211,b. 430,b.441,a.b.456,a.457,b.458,a. 463, b. 535, a. 586, b. 629, a. 660, a.b.674,b. 757.b.758,a.b.
Carol.Molinæus, I. C. p.78, a.86,a. 467,b. 529,b.
Petr.Molinæus:pag.8,a.11,b.44,a.49,a,55, b.320,a.349,a.354, a. 358, a.373, a.374, a.428, b. 454, b. 466, b.469, b.497,b. 498,b.509, a. 520, b.525,a.528,b.529,b. 587,a.599,b.606,a.607,b.659,a. 677, b.679,b.680,a.686,a.695,a.
Monaſterienſis epiſcopus:p.312,a.
Ioh.Bapt. Monlorius:p.180,b.705,a.
Montacutus: p.467,b.
Mopſveſtenus: p.461,b.
Moronus:p.617,a.
Mortonus:p.108,a.259,a.674,b.
Sim.Muis:p.621,b.716,a.
Munſterus:p.55,a.728,b.729,b.
Anton. Muretus: p.2,a.b.5,b.305,b.466,b. 523,a.
Muſculus:p.666,b.
Corn.Muſſus, epiſc. Bitontinus: p. 207, a. 491,a.528,b.728,a.
Mynſingerus:pag.54,a.277,b.308, a.439,b. 506,b.510,a.
Myſterium Ieſuitarum:p.80,b.

N.

NAclantus,epiſc. Clagienſis: p.705,a.
Guiliel.Nangiac: pag. 661, b.665,a.b. 666,a.
Navarrus:p.11,a.17,b.18, b. 20,a.33,a.35,b. 95, a. 102, a. 203, b.266,a.302,b.366,b. 384,a.401,b.418,a.546,578,a.
Nauclerus:p.542,a.560.
Frid.Nauſea:p.757,a.
Nazianzenus:p.3,a.91,a.173,a.226,b.227,a. 230,a.232,b.420,b.633,b.734,b.735,a.
Neuſerus:p.531,b.721,b.
Nicephorus:p.82,b.462,a.613,b.
Nicholinus:p.459,a.
Nicolaus I. Papa:p.533,b.
Nicolaus II.Papa.p.362,b.
Nicolaus Digliori:p.542,b.
Nicolaus de Orbellis:p.153,b.
Nilus Archiepiſc. Theſſalonicenſis: p. 132, a.600,b.
Nizolius:p.5,b.
Ludovic.Nonius:p.210,b.457,a.
Nonnus:p.223,a.356,a.357.a.
Gregor. Nyſſenus: pag.175,b.187,b.267,a. 586,b.637,b.

O.

OFficium Mozarabicum, 453,b.
Gul.Occam:p.12,b.234,a.578,a. 592,b. 671,b.
Ochinus:p.721,b.
Octavianus Veſtrius, I.C.p.12,b.16,b.
Odo Cameracenſis epiſc.p.563.
Oecumenius:p.40,b.41,b.
Officium Mariæ.p.418,b.587,b.
Olaus Magnus:p.343,b. 437,b.
Onuphrius Panuinus: p. 11, a. 104,b.266,a. 338,a.b.350,b.362,b.363, a.365,a.393,a. b.396,a.421,a. 444,b.445, a. b.450,a.b. 454,a.455,a.462,a.463,a. b.466,a.476, b, 478, a. 480, a. b. 486, b. 535, b.536,b. 541,b.588,a.618,b.688,a.696,a.
Opſopœus:p.176,a.523,b.
Optatus Milevitanus:p.183, b.188.b.191,b. 198, a. 427,a.b.487,b.501,b.514, a.633, b.718,a.720,b.750,b.
Staniſl. Orechovius:p. 657,b.
Nicol.Oreſmus:p.11,b.
Origenes:pag.3,a.113, a.137, b.215,a.226,a. 251,a. 256,b.269,b.461,b.549,569, 571, 667,b.744,a.
Ornitharius:p. 584,a.
Oroſius:p.463,a.
Orteſius:p.523,b.
Orthuinus Gratius.p.441,a.670,a.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Oſſatus Cardinalis: pag. 185, a. 211. a. 212, b. 223, b. 236, a. 286, a. 337, b. 344, a. 349, a. 364, a. 373, a. 393, b. 394, a. 396, b. 688, a. 732, b. 738, b.

P.

PAcianus: p. 290, b. 299, a. 720, b. 751, a.
Iul. Pacius: p. 323, a. 337, b. 644, a.
Pagninus: pag. 7, a. 21, a. 39, b. 40, a. 51, b. 496, b.
Math. Palmerius: p. 542, a. 560.
Pamelius: p. 467, a.
Panormitanus: p. 231, a.
Ioh. Pappus: p. 674, a.
Papyrius Maſſon, p. 139, a. 467, b. 552.
David Paræus: p. 107, b.
Math. Paris: p. 13, b. 20, b, 108, a. 464, a. 592, b. 767, b.
Paſſchalius: p. 13, a.
Fr. Pegna: p 577, b 799, a.
Pelbartus: p. 288, b. Vide Themeſvar.
Sim. Pelegromus: p. 339, a.
Pererius: pag. 34, a. 46, a. 215, a. 322, a. 323, a. 434, b. 435, a. 496, b. 705, a. b.
Pereſius ab Ayla: p. 456, b.
Iacob. Pereſius à Valdivia: pag. 172, b. 230, b. 231, a. 323, a. 341, b.
Perinus Ieſuita: p. 5, a. 8, a.
Perkinſus: p. 428, b. 498, b. 728, b.
Perpinianus: p. 2, a.
Ioh. Paul. Perrinus: p. 661, b. 662, b. 666, b.
Perronus. p. 8, a. 49, a. 55, b. 80, b. 81, b. 108, a. 202, b. 236, a. b. 273, b. 349, a. 351, a. 359, b. 364, a. 366, b. 387, a. 392, a. b. 393, a. 394, b. 396, b. 399, b. 428, b. 431, a. 441, b. 454, a. b. 457, a. 461, a. b. 466, b. 467, b. 469, b. 477, a. 516, b. 519, a. 525, a. 526, b. 528, b. 589, b. 634, a. 654, a. 658, b. 662, b. 676, a. 677, a. b. 678, a. 679, a. b. 680, b. 681, a. b 682, a. 688, b. 732, b.
Petavius, dictus Anton. Cercetus: p. 49, a. 467, a.
Petrus de Albano ſeu Apono: pag. 29, a. 34, b.
Petrus de Alliaco, Cardinalis Cameracenſ. pag. 11, a. 44, b. 359, a. 435, b. 468, a. 484, a 520, a. 592, b. 639, a.
Petrus de Cabrera: p. 549.
Petrus Cluniacenſis: p. 192, b.
Petrus de Navarra: p. 187, a. 189, a.
Petrus de Palude: pag. 118, a. 158, a. 273, b. 302, a.
Petrus à Soto: p. 137, a. 445, b. 547, 555.
Petrus de Tarantaria: p. 568.
Peucerus: p. 73, b. 255, b. 665, a. 714, a.
Perelius: p. 107, b.
Alb. Phigius: p. 238, a. 256, b. 259, b. 431, b. 445, b. 462, a. 468, a. 529, b. 539, a. 699, a.
Philaſtrius: p. 426, a.
Philo: p. 305, a.
Philonium Romanum Giſb. Voetii: p. 2, b. 3, a. 9, b. 23, a. 105, b. 124, a. b. 125, a. 130, b. 132, b. 137, b. 213, a. 247, b. 249, b. 317, a. 326, b. 416, a. 643, a. 705, b. 708, a. 733, b. 737, a. 739, a. 741, b.
Philoponus: p. 644, a.
Philoſtratus: p. 288, a.
Phlugius: p. 757, a.
Photius: p. 462, a. 615, b.
Picatrix Hiſpanus: p. 34, b.
Piccolomineus: p. 323, a.
Herbet. Picernas: p. 441, a.
Picherellus: p. 757, a.
Pindarus: p. 39, b.
Pirkie Avot. p. 376, b.
Piſtorius: p. 36, b. 531, b. 662, a.
Pius II. Papa: vid. Æneas Sylvius.
Pius IV. Papa: p. 312, a. 621, a. 716, b.
Pius V. Papa: p. 358, a.
Platina: p. 13, b. 14, b. 15, a. 107, b. 207, b. 349, b. 364, a. 393, b. 395, a. 421, a. 440, b. 533. b. 535, b. 536, b. 542, a. 556, 560.
Plato: p. 2, b.
Pleſſæus: p. 7, b. 8, a. 11, b. 13, b. 19, b. 21, a. 22, b, 32. a. 44, a. 56, a. 80. a. 84. a. 88, a. 210, a. 302, b. 310, b. 316, b. 349, a. 358, a. 397, b. 421, b. 428, a. b. 430, b. 461, a. 467, b. 476, a. 489, b. 497, b. 509, a. 519, a. 529, b. 541, b. 542, a.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

b.542,a.583,b. 592,b.600,b.606,a.615, b.623,a.638,a.646,a,659,a.664,b.671, b. 675,b. 676,b.677, b.679,b. 680,b. 682,a.b.684, a.b. 685,a.b.686,a.b.701, b.745.a.767,b.
Plinius:p.2.b,436,a.
Plutarchus:p.523,b.
Politianus:p.2,a.5,b.14,a.
Martin.Polonus: pag.207, b.441,a.462,a. 478,a.560,665,a.
Polus Cardinalis:p.757,a.
Polydorus Virgilius: pag.232, a.437,b.551, 611,a.661,b.666,b.734,a.
Pomponatius:p.617,a.
Pontificale Romanum:pag.25,b.27,b.29,a. 376,a.377,a.b.383,a.385,b.418,b.
Auſon.Popma:p.523,b.
Poplinerius:vid. Lancelotus.
Poſſevinus:p.67,a,256,a.290,a.418,b.419, a.455, a.457, a.b.458, b.461,b.495,a. 496,a.498.a.527,a.600,b.608,b.666, a.727,b.
Practica Cancellar.Apoſtolic.p.397,a.611, a.612,a.619.b.653.b.707.b.
Gabr.Prateolus:p.12.a.202,b.529,a.667, b.670,a.
Prideaux:p.651,a.687,a.
Primaſius:p.226,a.b.230,a.289,b.
Proſper:p.466,a.
Prudentius:p.13,a.215,b.453,b.603,a.
Eric.Puteanus:p.183,a.456,b.701,a.726,b.
Petr.Pythæus: pag.467,b. 517, b.615,a.b. 618,a.

Q.

QVintilianus:p.2.b.28,a.337,a.523,a.
Ferdinand. Quirinus de Salaſar Ieſui-ta:p.318,a.325,b.

R.

RIbadeneira:p.178,b.304,b.
RabanusMaurus:p.614.b.698,a.717,a
Rabbini:p.51.b.
Radulphus Flaviacenſis:p.560.
Ramburtius:p.320,a.
Petr.Ramus:p.491,b.
Ranulphus:p.542.
Raynerius:p.640,a.664.a.
Raynerus Pædinius:p.671,b.
Raynoldus:p.259,a. 498,b.695.b.
Rebuffus:p.20.a.
Reginaldus.p. 657.b.658.a.667.b.670.a.
Remigius:p.31.b.
Nicol.Remigius,Papiſta:p.35.a.
Renatus Benedictus:p.614.b.622.a.
Reuchlinus.p.2.a.728.b.
Raynaldus Conſalvus.p.749.a.
Hieron,Rhagaſco.p.72.a.
Rhegino abbas Prumienſis.p.463. b.533.b.
Lud.Cæl.Rhodiginus: pag.3.a.19.b.28.a. 542.a.
Ribera Ieſuita.p. 19.a.b.54.b.357.a.486.a. 496.b.
Richardus monachus.p.112.a.542.b.
Richardus de Media villa. p. 193.b.194.a. 225.a.b.227.a.235.b.272.b.273.b.282.a. 366.b.389.b.396.a.
Lud.Richeomus.p.106,b.458.b.667.b.
Paul.Ritius.p.36.a.728.b.
Rituale Romanum.p.25.b.26.a.27.b.29.a. b.30,a.b.43.a.47.b.180.a.272.b.611.b.
Rivetus: p.7.b. 11.b.13.b.50.a.80.a.256.a. b.259,a.301.b.320,a.341.b.358.a.373. b. 374.a. 421.b.428.a.b.457.a.b.458.a. 461.a, 467.b.469.b.498,b.527.a.542.a. 606.a.615.b.538.a.639.a.646.a.672.b. 676.b.681.a.685.b.686.a.b.688.a.699. a.b.695.a.b.
Robertus Gallus:p.592.b.
Robertus Lincolinenſis.p.11.b.
Rodericus Toletanus.p.464.a.
Rodericus Zamorenſis.p.22.b.
Wern.Roelevinck.p.560.
Iohan. epiſc. Roffenſis: pagina 82.b.160. a.270.a.453.b.462.a.467.a.615.a. 738.a.
Rogerius Hoveden.p.615.a.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Roſarium,p.704,a.
Rota Romana,p.612,a.
Rotmannus,p.531,b.
Rudbertus à Moſham:p.662,a.
Ruffinus: p.82,b.160,a.453,b.462,a.467, a,615,a.738,b.
Rupertus Tuitienſis:p.20,a.737,a.
Ruvius:p.154,a.265,b.434,a.435,a.437,b.

S.

Anton. Sabellicus:p.533,b.542,a.560.
Sacrobuſcus:p.435,b.
Sadoletus Cardinalis: p.10,b.96,b.184,a. 185,b.302,a.365.b.401,a.445,a. 528, b.586,b.731, b. 732, a. 737, b. 738, a. 757,a.
Salaſar:p.589,b.
Sainctesius:p.445,b.
Claud.Salmaſ.p.55,b.82,b.467,a.587,a.
Salmero:pag. 83, b. 256,b.456,b.527,b. 528,a.
Salvianus: p.347,a.p.679,a.
Georg. Sambucus,p.74,b.
Sanctio Pragmatic.p.364,a.569,a.
Sanctius:p.54,b.134,b.
Saſgerus Minorita.p.357,b.
Savanorola:p.592,b.671,b.
Iul. Cæſ. Scaliger: p.16,a.21,a.55,b.74,a. 125,b. 268, b. 305,a. 436, a.b. 451,b. 457, b. 463,a.b.468,b.479,b.523,a. b. 574,586,a.652,b.705,a.
Schafnabergenſis:p.464,a.
Schopperus:p.630,a.
G.Schoppius:p.185,a.342,b.
Andr.Schottus:p.49,a.292,a.462,a.
Schulkenius,p.520,b.
Ioh.Scotus,p.44,b. 235,a. 347, b. 434,b. 522, b, 545,617,a.658,a,681,a.682,a. 704,a.
Scriba: p.738,a.
Carol.Scribanius,p.5,b.373,a.
Seguinus:p.738,a.
Seldenus:p.21,a.
Seneca Philoſ.p.436,a.439,b.
Sententiarii:p.190,b.657,b.
Petr.Serranus:p.2,b.310,b.
Serrarius Ieſuita: pag. 55, b. 306, b. 668,a. 670,b.
Ludovic.Servinus:p.80,b,265,a.
Ioh.Baptiſt.Seſſa:p.459,b.
Severus Patriarcha Alexandrinus:pag.461, b.653,b.
Severus Sulpitius:p.462,a.634,a.
Sigebertus:p.11,b.207,b.464, a.535,b.542, a.560,592,b.638,b.
Sigiſmundus ab Herberſtein:p.601,a.
Car.Sigonius:pag.5.b.187,a.449, a.592, b. 654,b.655,a.
Simeon Dunelmenſis:p.615,a.
Sirmondus:p.55,b.301,a.587,a.
Sixtus V.Papa.p.49,b.50,a.b.52,a.
Sixtus Senenſis:p.215,b.256,b.455,a.457,b. 461,b.527,a.528,b.580,b.
Sleidanus. p.12, a. 34, b.66,b. 67.a.b.68,a. 69,a.71,a.b.73,b.76,b.77,a.103,a.123,a. 302, b. 390, a. 545, 667,a. 674,a.717,a. 733,a.748, a. 749,a.759,a.
Smythæus:p.445,b.657,a.
Reyner.Snoyus:p.51,a.
Socrates Hiſtoricus: p. 114, b. 122, a.270,a. 461,b.660,a.
Socrates Philoſophus:p.456,b.
Solon:p.532,b.
Soncinas Ferrarienſis. p.36,a.193,b.435,a. 674,b.
Sonnius:p. 445,b.709,a.
Sotus:p.273,b.441,b.
Sozomenus Hiſtoricus:p.114,b.122,a.270, a.461,b.515,b.
Sprengerus:p.35,b.
Springlius:p.674,a.
Staphylus:p.445, b.
Thom. Stapletonus:pag.16,b.108, b.256,a. 355,b.401,a.
Stella Clericorum : pagina 27, a. 105, a. 228,a.
Iacob Stella.p.78,b.638,b.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Ioh.Stella,13,b.107,b.349,a.421,a.528,a. 534. b.535,b,p.542,a.560,
Sim.Stenius,p.55,b.
Stenvvechius:p.467,a.
Stephanus Tornacenſis:p. 39,a.
Henricus Stephanus: p. 5. b.349,a.469,b. 522,b.523,b.
Sternbergerus:p.721,b.
Auguſtin.Steuchus,Vid.Auguſtinus.
Stevinus:p.320,a.491,b.
Godeſth. Steuvvichius:p.451,b.525,b.
Strabo:p.437,b.523,b.
Stuckius:p,523,b.
Petrus Suavis:p,119,a.
Suetonius:p.288,a.
Suidas:p,40,a.
Summa Angelica:p.35,a.
Summiſtæ: p.27, b.28,b, 29,b.38,a.273, b. 323,b.674,b.
Laurent.Surius:p,66,a.b,67,a.68,b.71, b. 90,b,92, b.100, a.101,a.103,a.104,a, 107,a.10[?],a.169,b.171,b.178,b.183,b. 185,b.292,b.302,a.303,a.b,304, a.313, b.315,a.320,b.374,b.619,b.665,a.667, a.b.668,a.731,a.745,b.748,b.749,a.
Svviſſetus Calculator,p.468.a.
Sylveſter Prieras: p,29,b.30,a.35,b.38,b. 45, b. 46,a. 48, a.102.a.b.103,b.158,a, 231, a. 266,a.272,a.273,a.275,a.359,a. 521,a.547,728,a.
Sylvius Duacenus:p.605,a.
Symmachus:p.620,a.
Syneſius:p.223,a.
Syrus Paraphraſtes Novi Teſtam.p.51,a.655 a.729,a.

T.

Corn. TAcitus,Hiſt.p,487,b.
Ruard.Tapperus:p,349, a. 445, b.450,b.760,b.
Ioh.Tarchagnota,p.542,b.
Targum:p.53,a.232.b.620,a.
Tartaretus:pag.199,b.261,b.271,b.275,a. 452,a.
Tatianus:p.603.a.
Taxa Pœnitentiaria:p.545,612,a.621,b.
Taxa Cancellaria:p.619,b.
Terentius Poeta:p.302,b.
Tertull.p. 5, a. 19,a.43,b,112,b.113,a.130, b.131, a.132,a.b.137,a.b.138,a.157, b. 175,b. 215, a,223, a.226,a.233.b.258,b. 288, a.292, b.297, a.303,a.346,b.416, b.420,b.422,a.425,b.426,b.431,b.439 b.449,a.450,a.461,b.466,a.467,a.470 b.475,a.510,a.b.512,a 533.b.545, 549. 565,577,a.595,b.603.a.620,a.667, b. 639,a.698,a.768,a.
Gregor. Thaumaturgus:p.628,b.
Theodoretus:pag.43,b.114,b.122,a.188,a. 198,b.222,a. 227,a.257,a.270,a.275,b. 426,a.461,b.462,a.466, a.502,a. 551, 603,a.612,a.620,a.633,b.682,a.697,a. 707,b.731,b.
Theodorus Ancyræ epiſc.p.550.
Themeſvar. pag. 85, a.143,a.193,b,194,a. 228,a.234,a.264,b.265,b.482,a.704,a.
Theophraſtus;p.57,a.
Theophylactus:p. 42, a. 128,b.133.b. 297, a.347,a.462,a.491,a.558,742, b.743,a.
Theophilus: p.603,a.
Thietgandus epiſc. Trevirenſis:p.615,b.
Petr.Tholoſanus:p,3,a. 267,b.320,a.
Thomas Aquinas:p.18,b.27,a.36,a.b.42,a. 48,a.83,b.102,b.116,b.117,b. 119, b. 133,b.134,b.135,a.138,a,b.143,a.144 a.161,a.167,a.176,b.180,a.183, b.225, b.227,a.230,b.247,b.271,b.272,a.273, a.275,a.288,a.324,b.327,b.331. b. 347, b.354,a.357,b.363,b.386,b.397.b.419 b.431,a.435,a.444,a.452,a.487,b.521 b.547,548,549,572,596,a.619,a.639, b,699,a.706,a.717,a.
Georg.Thomſonus:p.292,b.
Thuanus Hiſtoricus:p.21.a.28,b.32,a.34, b.66,b,67,a.b.68,a. 69,a.b.70,a.b.71, a.72,a.73,a.b.74,a.b.75,a.b.76,b.77.a. b.78.b.80,b.81,a.b.83,a.86.a.90,b.94, b.95,b.96,b.100,a.106,b. 123,b. 126,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

b.332,a.171,b.180,b.181,b.185,a.b.189,b.193,a.260,b.286,a.302,b.303,a.306,a.342,b.347,a.363,b.366,b.373 a.379,b.385,b.386,a.387,a.392,a.462,b.465,b.529,b.545,552,555,585,a.614 b.619,b.622,a.661,b.662,b.663,a.b.665,a.b.666,b.667,a.b.672,a.678,b.680,a.b.681,b.682,a.b.683,a.687,b,688,b.695,b.709,b.717,b.726,a.732,b.733,a.b.737,b.741,a.748,a.b.749,b.755,b.759,a.760,a.
Thucidides:p.713,b.
Thyræus Ieſuita:pag.175,a.178,b.179.a.b.180.a.306,b.
Franciſc.Tielmans:p.725,b.
Tilius epiſc.Meldenſis:p.82,b.203,a.461,b.509,a.527,a.
Tinnulus:p.322,a.
Titelmannus: p.7,a.46,a.51,a.226,a.289,b.435,b.658,a.
Toletus:p.9,b.12,b.17,b.18,b.28,b.31,b.38,a.84,b.98,b.102,a.116,a.117,b.143,a.145,b.153,b.158,a.190,a.b.194 a.b.210,a.222,a.223,b.225,a.b.235,a.239,b.242,b.247,b.258,b.272,a.b.273 a.274,a.289,b.292,a.335,a.354,a.357,a.374,a.380,b.395,b.399,b.624,b.658,a.674,b.688,a.705,a.717,a.749,b.
Gul.Tookerus:p.285,a.
Tortura Torti:p,373,a,
Imm.Tremellius:p.53,b.
Ioh.Trithemius Abbas,p.29,a.32,a.34,b.542,a.b.560,617,a.
Auguſtin.Triumphus:p.358,a.
Turnebus:p.17,a.
Ioh.Turrecremata:p.51,a.218,a.231,a:327 b.401,b.441,b.533,b.560,631,a.
Turretinus:p.180,b.306,a.
Turrianus:p.5,a.20,a.658,b.
Dominic.Tuſchus Cardinalis:p.20,a.
Guliel.Tyrius:p.638,b.

V.

VAlerius Maximus:p.288,a.
Franciſc.Valeſius:p.305,a.435,b.436 b.437,a.
Valentinus epiſc.Hildesheimenſis,p.96,a.
Laur.Valla:p.217,a.533,b.
Iul.Cæſ.Vaninus:p.34,a.526,a.705,a.
Vaſquez:p.83.b.178,a.385,b.522,a.588,a.590,a.674.a.
Vatablus: p.7,a.41,a.51,a.b.
Vbaldinus:p.538,a.
Vbertinus:p.12,a.
Vega:486,a.
Vegetius:p.320,a.525.a.
Alexand.Vellutellus: p.207,b.
Adolph.Venator:p.673,b.
Veneti Theologi ſeptem:p.209,b.
M.P.Venetus:p.12,b.33,a.154,a.
Veracrucius:p.36,a.
Pet.Paul.Vergerius:p.666,b.
Verlenius:p.7,a.
Verronus:p.320,a.
Ioh.Vetſor.p199,b.
Victor Vticenſis:p.82,b.255,a.531,b.
Victoria:p.31,a.36,a.
Victorellus:p.389,a.390:a.674,b.
Victorînus:p.215,b.
Petr.Victorius:p.302,b.
Viega:p.19,a.
Vigilius:p.691.b.
Nicol.Vignier:p.11,b.661,b.662,a.669,a.b
Viguerius:p.17,b.23,a.38,b.243,a.288,b.289,b.552.
Vincentius Belluacenſis:p.441.a.688,a.
Virgilius Poeta:p.675,b.
Viterbienſis:p.441,a.
Iacob.Vitriacus:p.177,b.306,b.
Lud.Vives:p.5,b.286,a.349,a.445,a.462,b.467,b.523,b.528,b.529,a.551,695,b.705,a.757,a.2,a.
Vlenbergius:p.757,a.
Vlpianus:p.199,b.
Conr.Vorſtius:p.668,a.
Ger.Ioh.Voſſius:p.455,a.463,a.b.465,b.467,a.628,b.666,a.b.
Vrbanus V.Papa:p,43,a.
Abbas Vrſpergenſis:p.13,b.
Iacob.Vſſerus:p.250,a.461,b.520,b.592 b.600.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

b.600,b.607,b.619,a.639,a.661,b.662
b.667,b.670,b.
Vſtfriſius:p.731,a.70,b.
Vſuardus,p.462,b.463,b.659,b.

VV.

WAddingus.p.589,b.
Walramus Naumburgenſis,p.592,b
Cornel. Walterus.p.672,a.
Iohan. Wendelſtinus.pag. 198, a.b.203,a.
461,b.666,b.
Weſſelus Groningenſis:p.671,b.
Weſtmonaſterienſis.p. 464,a.
Whitakerus.p.11,b.428,b.731,b.
Fr. Whitus.p.428,b.457,a.
Georg. Wicelius.p. 158,b.400,b. 529,b.
547,622,a.672,a.674,b.724,a.b, 757,
a.760,a.b.
Auguſtin. Wichmans. p.37,b.145,b.211,
a.b.353,a.441,b.457,a.477,b. 593, b.
665,b.
Wiclefus.p.665,a.
Roger. Widdingthon.p.496,a.
Widdingthronus.p.398,b.
Alb. Widmanſtadius.p.688,a.
Conrad. Wimpinas p.667,a.

X.

XImenius Cardinalis.p.50,a.

Y.

Ioh. YRibarne.p.612,b.

Z.

ZAbarella.p.154,a.323,a.324,a. 328,a.
491,a.
Zanchez ſive Zanctius.p.144,a.187,b.189
a.234,a.338,a.417,b.449,a.454,a.455
b.468,a.469,b.511,b.675,b.3,b. 115,
b.374,a.542,a.
Iacob. Zannazarius, Poeta,p.13.b.388,a.
Caſp. Zaſgerus Min orita.p 521,a.561.
Zegedinus.p.349,a.
Zeno.p.437,a.
Zonaras.p.82,b.188,a.462,a.526,b.
Zozimus Papa.p.461,a.
Zvvarez.p.13,b.31,b.38,a.39,a.44, b. 48,
a.81,a.85,b.86,a.91,b.94,b.95, a. 105,
a. 189, a. 193,a.b.194,b.203,b. 219. b.
231,b.232,a.272,a.275,a.276.b.312,a.
353,a.358.a. 373,a.409,b.434,a.435, a.
443,a.452,a.b.453,a.457,a.520,a. 521,
b.533,b.538,a.539,b.590,a.613,b. 645,
a. 674,a. 675,b. 698, b. 711, a. 726,a.
749,b.
Fr. Zvveertius.p.487,a.
Zvvenckfeldius.p.431,a.
Zvvinglius.p.100,b.101,a.305,a. 730,b.

LOCA

LOCA QVÆDAM S. SCRI-TVRÆ EXPLICATA.

PSalmi 91.4, p.50.
Pſal.119,140, p.7.

Math.21,23, p.137.
Math.23,1, p.143.
Math.26,26, p.43.

Iohan.5,&15,24, p.297,298.
Iohan.10,8, p.128.
Iohan.21,v.15,16.17, p.352,353,354,355.

Actor.20,20,28, p.114.

Rom.10,15, p.129.

1.Corinth.10,16, p.39.
1.Corinth.14,22, p.289.

Epheſ.4,11, p.129.

1.Timoth.4,5, p.45.
1.Timoth.5.17, p.225.

Tit.1,5,7. p,115.

INDEX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

INDEX

Vocum & terminorum aliquot, qui hic explicantur.

Aγνωστον p.52,a.& 53,a.
אוב p.12,a.
Abaddon.Ibid.
Accurratum quid, item Accuratum examen, pag. 378.
אמת,p.50,b.
Authoritas quid,p.510,b.

B.

BAbylon,p.19,a.
Baldachinum,p.16.8.

C.

CAtholicum Romanum,p.519.
Camera paramenti, ſive papegalli,p.16,b.
Cardinalis papabilis quid, & quis ſit, p.236,b.
Καταλέγεσθαι, p.239,a.
Χειροτονία,p.187.
Centri deſcriptiones,p.491.b.
Compendium quid ſit, & compendioſum, pag. 335,b.

D.

DArdanarius, Saecularius,p.17,a.
Difficile quid ſit,p.474,b.
Difficultas quid ſit in genere,p.452,a.
Dignitas quot modis dicatur, & quid ſit,p.507,b.

E.

Eὐλογεῖν,p.39,a.b. & 40,a.b.
Experientia quid ſit, p.452,b.

F.

FAcile quid ſit,p.474,b.

H.

הקדשים,p.21,a.

L.

LAτεῖνος,p.522.

M.

MEnagged, & Menaggad, item Minneged,pag 53,a.54,a.55,a.b.
Mylitta.Alilath, Lilith,p.21,a.

O.

ORdo quid p.235.
Ordo idem quod miſſio, p. 135,b.
Ordinare, reordinare, & confirmare,p.199,a.
Ordinari ſine titulo.238,b.
Ordinarium quid ſit ſecundum jus civile,p.307,b.

P.

Pέμπειν, ἀποστέλλειν, ἐκβάλλειν,p.233,b.& 234.
πεπυρωμένος, p.7.a.
Poſſeſſio vacua quæ dicatur,p.636,b.
Præſumptio quid ſit,p.326,a.

R.

II REgno,p.20,a.
Romana Eccleſia,218,a.

S.

SCiſma quid ſit,p.698,a.& b.
στοιχειομαντεία, p.34,a.
Succeſſio apud Iuriſconſultos, generaliſſime accepta quid ſit,p.439,a.
Succeſſivum ut à permanente diſtinguitur quid ſit p,434,a.
Succeſſor quis ſit apud Iuriſconſultos,p.439,a.

T.

TΕρπικέραυνος,p.12.6.
Τελκάρηνος, p.13,a.

Z.

צרופה Tſerouphah, conflatum,&c. p.7,a.
צרף, p.7,a.
צנה, Tſinna, & סוכרה ſochera,p.51,b.

INDEX SECVNDVS

Diſtinctionum & Partitionum quarundam.

A.

Actuum diſtinctio, quos Ianſenius in primis Reformatoribus ubique præſupponit & recenſet:pag.180,a.b,& 181.

Aſſertio eſt vel temeraria,vel erronea, vel hæretica:p.112,a.

B.

Benedictio panis Euchariſtici alia eſt ex conſecratione, alia panis communis ad ordinarium uſum adhibendi:p.46,a.

C.

Caritative & authoritative fratres ſuos confirmare:p.299,b.

Χειροτονία duplex: Conſecrationis ad miniſterium,& benedictionis:p.198,a.

Cibus ſanctificatur per ſe à Deo, inſtrumentaliter oratione piorum:p.45,b.

Communio & unio Eccleſiaſtica diſtinguitur in eam quæ eſt cum capite Chriſto, & in eam quæ eſt cum corpore. Et hæc rurſum in internam & externam,in actualem ſive explicitam,& in virtualem ſive implicitam; in totalem, & in partialem; in abſolutam,& limitatã:p.697,b.& 740,a.

Communio membrorum inter ſe eſt vel aperta vel latens; rurſus vel explicita, vel implicita ſeu virtualis:p 635,b.

Conſecratio & obſecratio differunt: p.27,b.

D.

Diſtinctiones quibus Doctores Pontificii authoritatem Concilii & Papæ elevant, ac enervant:p.419,a,

E.

Eccleſia conſiderata ut totum eſſentiale rurſus conſiderati poteſt vel myſticè tantum, ſeu quod ad τὰ ἔσω, vel externè ſeu quod ad τὰ ἔξω:p.483,a.

Eccleſiæ eſſentialis ratio non eſt in unione cum Papa,ſed cum Chriſto:p. 165,a.

Eccleſiæ Germanicæ Papæ ſubjectæ fuerunt de facto, non de jure:p.82,a.

Eccleſia in Papatu diverſa eſt à Papalitate: p. 161.a. & 173,b.

Eccleſia poteſt conſiderari vel ut totum eſſentiale, vel ut totum integrale:p.483,a.

Eccleſia ſupra quam ſedes eſt erecta, & ipſa ſedes Romana differunt:p.167.b.

Effici vel fieri aliquid ab aliquo dicitur tripliciter: p.27,b.

Eloquentia & abuſus ejus:p.2,b.

Eloquentia & ſtylus Alexipharmaci duo ſunt: pag.2,b,

H.

Habere, tenere, & poſſidere differunt:p.154,b.

Hæreſios & hæretici quà talis alia ratio eſt,atque Eccleſiæ,ſeu cœtus in quo hæreſis illa tecte depaſcitur,aut palam graſſatur:p.195 a.& 196,a.

Homines ſeu Chriſtiani diſtinguuntur in eos qui in toto orbe, & in eos qui in imperio quondam Romano. Hi rurſum in Orientales & Occidentales. Rurſum Occidentales in eos qui extra Papatum, & in eos qui in Papatu erant tempore Lutheri. Homines in Papatu diſtingui poſſunt, *in Papam & Papæ ſubditos*, in *Curiam Romanam*; & *Eccleſiam*, Rurſum *in Clericos & in Laicos*; *Regentes*, &c.p.699,b.

Hominum demeritum, & Dei tolerantia:p. 167,a.

I.

Immediatum aliud, & aliud extraordinarium: p. 289,b.

Invocatio creatoris ſuper creaturam, & exorciſmus Papiſticus toto cœlo differunt: pag.25,26 & 27.

Ius delegatum Eccleſiæ, diſtinctum eſt à ſummo jure Chriſti,p.186,b.

M.

Magia eſt vel aperta, vel implicita, p.28,b.

Meritum ſeu jus & actus Epiſcopatus diſtincta ſunt,p.200,b.

Miniſtri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Miniſtri qualitas differt à vocatione,p.151,a.
Miniſterium ſalvum eſſe aliud eſt,& eſſe adhuc aliquod miniſterium licet corruptum,p.162,a.
Miniſterii actus alii perpetui, & occaſionati, & ex ſuppoſitione neceſſarii:p.243,b.
Miraculorum gloria, & lumen propheticum diſtincta,p.282,a.
Miracula alia charitatis,alia poteſtatis,p.294,b.295 b.296,b.
Miſſionis diſtinctiones variæ,p.238,b.239,a.b.

N.

NEceſſitas duplex, altera circa vocationem & ordinationem legitimam miniſtrorum, altera circa ipſum miniſterii exercitium, pag. 270,b.271,b.
Neceſſitas ſucceſſionis perſonalis intelligi poteſt vel ut ſit, vel ut diſtinctè & implicitè cognoſcatur & demonſtretur,p.420.b.

O.

OFficia ſunt vel charitatis, vel authoritatis.pag. 156,a.
Ordo vel eſt à Deo conſtitutus, vel receptus.pag. 280,b.
Ordo divinus & poſitivus, iſque vel generalis vel particularis.p.250,b.
Ordinis veritas, & ejus executio differunt. pag. 201,a.
Operis finis & finis operantis differunt, item ſcopus & uſus miniſterii qualis eſt, & debet eſſe in ſe, à ſcopo uſuque hominis ſive vocantis ſive vocati.p.261,b.& 262,a.

P.

PAnis corpus Chriſti eſt non eſſentialiter, ſed figurativè.pag.34.b.
Papalitas & Eccleſia Romana differunt.p.21.b.
Papalitas diſtincta eſt ab Eccleſia quæ in Papatu.p. 161.a.173.b.
Perficere aliquid dicitur dupliciter vel effectivè, vel formaliter p.448.a.
Politia & ritus Eccleſiæ aut ſunt ex jure divino,aut ex jure poſitivo humano ſeu Eccleſiaſtico. poſterioris generis rurſum in duplici differentia ſunt, aut enim directe repugnant juri divino, aut ſunt adiaphora & non repugnant.p.609.a.
Poſſeſſionis vitioſum initium,qua tale,aut eſt ex vitio reali, aut perſonali,p.278,a.
Præformatio doctrinæ eſt aut magiſtralis, aut miniſterialis,p.105,b.

Q.

QVæſtiones concernentes doctrinam Eccleſiæ in tres claſſes diſtribuuntur.p.152,a.b.

R.

REformatio publica & privata vel cum ſeparatione,vel ſine ea.p.62,a.
Reformatio univerſalis vel ratione ſubjecti, vel cauſſæ.ibid.
Reformatio vel actualem cultus mutationem ſignificat, vel metonymicè adhortationem ad eam ſuſcipiendam.p.62,b.
Reformatio vel ordinaria eſt, vel extraordinaria, pag.63,a.
Reformatio vel inchoata tantùm, vel completa. Ibid.
In Reformatione primum eſſe non eſt authoritatis, ſed charitatis & zeli p.169,b.
In Reformatione diſtinguendum quod eſt poteſtatis Eccleſiaſticæ, & Politicæ.p.62,b.
In Reformatione diſtinguendum officium ab exercitio.pag. 63, a.Illudque exercitium vel ordinarium vel occaſionatum. Ibid.
Aliud eſt Reformatio, aliud actus illi,qui ejus occaſione per accidens accedunt.p.93,a.
Reformatores ſunt vel primi, vel primis ſuccedentes.p.63,a.
Reformatores poſſunt audiri vel in publico miniſterio vel in privatis diſputationibus.p.132,b.
Rei integritas aliud, aliud eſſentia.p.163,a.
Rejectio eſt vel explicita, vel implicita ſeu virtualis.p.604,b.
Relatio duplex in Eccleſia eſt diſtinguenda: una propria intrinſeca, eſſentialis: altera extrinſeca ſeu ad extra & acceſſoria.p.609,a.
Aliud eſt Repræſentatio activè, aliud paſſivè dicta. p.196,b.
Romana Eccleſia quà Eccleſia habuit adhuc poteſtatem Eccleſiaſticam, non quà Papalis.p.167,b.

S.

SAnctificatur cibus per ſe à Deo,inſtrumentaliter oratione piorum.p.45,b.
Seductor & ſeductus differunt.p.144,b.
Separatio dici poteſt vel ab Eccleſia Romana,vel à corruptione iſtius Eccleſiæ, & factione Papali Eccleſiam illam turbante.p.311,a.
Separatio alia eſt bona, alia mala.p.693,a. Rurſum alia eſt per vinculi caritatis abruptionem, alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

per ſignorum caritatis ceſſationem.p.693,b.
Separatio eſt vel quæ in conſtitutionem novi cœtus, ſeu in aſſociationem cum alio aliquo cætu exit, vel quæ non exit.p.694.b.
Separatio alia eſt in proximam & immediatam; alia in mediatam &remotam.ibid.
Separatio mediata eſt duplex una &c.p.694,b.
Separatio alia eſt occulta, alia aperta. Et alia per ſingula membra Eccleſiæ; alia per particulares cœtus, aut cœtus partem, externâ aliquâ Eccleſiaſticæ communionis formâ præditam. pag. 694,b.
Separatio alia eſt à doctrina Papatus, alia ab hominibus in Papatu.p.699,b.
Separavimus nos non à poteſtate Eccleſiaſtica, ſed à factione Papali.p.164,b.
Succeſſio alia eſt realis ſeu doctrinæ, alia perſonalis & localis ſeu Cathedræ,p.444,a.
Succeſſio perſonalis eſt vel *in caput*, vel *in corpus*,p. 406,b.
Diſtinctio eſt Succeſſionis perſonalis & localis à continuitate,p.407,a.
Diſtinctio eſt Succeſſionis perpetuæ Eccleſiæ Catholicæ à perpetua ſucceſſione Eccleſiæ, aut cathedræ alicujus particularis in recta linea,ibid.
Diſtinctio eſt Succeſſionis Eccleſiæ à ſucceſſione Doctorum in Eccleſia.ibid.
Diſtinctio eſt:Succeſſio alia eſt Eccleſiæ ſeu cœtus fidelium, alia externæ & omnino viſibilis communionis & congregationis ad publica & externa exercitia.ibid.
Aliud eſt Succeſſio, aliud ejus probatio,p.407,b.
Diſtinctio eſt Succeſſionis in eam quæ eſt de facto, & in eam quæ eſt de jure, ſeu legitimam. pag. 407,b.
Succeſſivum aliud eſt continuum, aliud diſcretum. p.435,a.
Suffragia plurium pauci non debent prævertere in adiaphoris, ſecus in cauſſa fidei. p.91,b.92,a.

T

TEſtimonia vel ſunt doctrinæ, vel miſſionis.pag. 87,a.149.
Tyrannus eſt vel uſurpans,vel abutens.p.86,b.

V.

VEritatem non ut veritatem, & ad veritatem, ſed ad mendacium ſuggerere.p.176,a.
Vitium vocationis, & ipſa vocatio.p.163,b.
Vitium vel ex ſola & pura intentione imo & vincente tyrannide corruptoris rei, ſeu ordini alicui adjectum fuit, invitâ & ringente Eccleſia, aut adhæſit accedente etiam communi ſeductione, vel nimia oſcitantia tali quali conſenſu & intentione Eccleſiæ.p.261,b.
Vocatio nulla & illegitima.p.153,a.
Vocatio conſideratur vel ut dependet à Deo, vel ab hominibus Eccleſiaſticis in Eccleſia. p.262,a.
Vocatio conſideratur vel qualis olim fuit, & nunc eſt, vel debet eſſe ex ſenſu Apoſtolicæ Eccleſiæ. Vel qualis eſt hic aut alibi ex prædominante factione curiæ Romanæ.ibid.
Vocatio ad miniſterium, & ipſum miniſterium.p. 279,a.
Vocatio miniſtri & doctrina ejus ut differant.ibid.
Vocatio ad miniſterium & uſus, ſeu exercitium miniſterii ſunt diſtinguenda.p.307,a.
Vocationis diſtinctio Ianſeniana in plenam & non plenam eſt nova. p. 388, & refutatur in ſequentibus. De *Completo & incompleto ordine*. quo in caſu diſtinguant Pontificii p.390,a. ubi & de diſtinctione perfectionis in perfectionem *ſufficientiæ, & redundantiæ*.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

INDEX TERTIVS

Theſium & propoſitionum controverſarum, de quibus pro aut contra diſputatur.

INfallibilitas formaliter convenit Papæ cum Concilio. p.23,a.& 24.a.
Ceremoniis ſacramentalibus non ineſt moralis aliqua vis. p. 31,b.
Εὐλογία non ſignificat conſecrationem, ſed gratiarum actionem.p.41,a.b.& 42. a,
Primi Reformatores habuerunt vocationem. pag. 65,a.p.86,b.
Miniſtri Reformati per excommunicationem Romanæ Eccleſiæ non exciderunt vocatione ſuâ. p.75,b.
Papa non poteſt excommunicare ſine conſilio Epiſcoporum,&c.p.76.b.
In caſu corruptionis non requiritur nova vocatio. p.87,b.
In reformatione peragenda non eſt exſpectandus conſenſus ordinariorum.p.90,b.
In caſu tyrannidis ordo conſuetus haberi non poteſt.p.95,a.
Miniſtri Reformatores quamvis vocationem habuerunt ab Eccleſia Papali, non tamen inde ſequitur Papatum eſſe veram Eccleſiam. p. 97, a. pag. 161.
Lutheri monachatus non obſtat quin ei poteſtas reformandi per legitimam vocationem collata fuerit.p.99,a.
Reformatio noſtra non ſtat in Calvinum authorem.p.105,b.
Presbyteri iidem qui Epiſcopi à p.112,ad 118.
Reformatores nec doctrinâ nec praxi miſſionem ordinariam in univerſam eccleſiam ſibi arrogarunt. p. 169, a.b. Inſtantia refutatur.p.169,b.
Vocatio primorum miniſtrorum non fuit extraordinaria,ſed ordinaria abſolute, etiamſi certo reſpectu extraordinaria dici poſſit.p.170,a.b.
Vocatio primorum Reformatorum eſt ab Eccleſia Romana, & quomodo.p.173,b.
Reformatores regimen in univerſam Eccleſiam non exercuerunt.p.181,b.
Reformatores miniſterium non deleverunt, nec Paſtores ordinarios de Cathedris deturbarunt. p.182,a.b.
Iidem templa non occuparunt, ſpoliarunt, &c. p. 183,a.
Nec tulit hoc vocatio & authoritas ipſorum ibid. b.p.184,a.b.& 185,a.b.
Eccleſiæ & pluribus in Eccleſia poteſtas Eccleſiaſtica tribuitur,& non uni Epiſcopo.p.186,& ſeqq.
Ad legitimum miniſterium in Eccleſia obeundum aliquid aliud requiritur præter ordinationem ab eo,qui poteſtatem habet.p.190,a,b.
Eccleſia, poteſtas Eccleſiaſtica, miniſterium, vocatio,& ſalus ibi eſt,ubi hæreſi, ſciſmate, & idolatriâ laboratur.p.191,a.b.
Ratio Eccleſiæ non debet poni in Papa aut Epiſcopis.p.196,a.
Indulgentia, diſpenſatio, & æquitas ſunt adjunctum juſtitiæ,non oppoſitum.p.199,b.& 200,a.
Excommunicatio primorum Reformatorum à Papatu non eſt facta ob cauſas, & propterea nulla. p.208,b.& ſeq.
Eadem Eccleſia quæ contulit miniſterium, an habeat auferendi poteſtatem. p.216,a.b.
Immunitas Clericorũ & Dominium Petri ab Impp. collatũ donatione Othonis IV. refutatur.p,217,a.
An eadem Eccleſia quę contulit miniſterium primis Reformatoribus,etiam abſtulerit. p.218,a.
Pontifex non eſt Eccleſia quæ contulit miniſterium primis Reformatoribus, & abſtulit.p.219,a.
Catholica Eccleſia Occidentalis in Concilio Tridentino congregata per anathemata ſua miniſterium iiſdem omnibus non abſtulit.p.219,b.
An Lutherus debuerit obedire,& ordini cedere potius, quam ordini conſtituto & ordinariæ poteſtati ſe opponere? Neg.p. 220,a.
Munus paſtorale quid?p.224,a.
Non diſcrepat à munere preſbyteri.224,b.
Concionari non eſt pars exigua, ſed potiſſima poteſtatis paſtoralis.p.228,b.
Concionari eſt actus ordinis ſacri, atque officium divinum.p.231,b.
Vocatio & miſſio non ita multo differunt, ut ordinatus abſque uſurpatione nihil agere poſſit in Eccleſia, niſi ad hoc ſit miſſus.p.232,a.
Miniſterium Eccleſiaſticum propriè & in ſe eſt opus, labor &c.p.235,b.
Ad reformandos errores & abuſus ordinariorum non requiritur ſpecialis miſſio, ſeu commiſſio præter vocationem ad miniſterium ordinarium, quando ordo aut turbatus, aut nondum conſtitutus eſt.p.240,a.
Paſtores immediate ſubordinantur Chriſto quoad exercitium miniſterii ſui. p.242,b.
Non definiendum eſt miniſterii Eccleſiaſtici genus, poteſtas actus exercendi, &c. ex ſolâ Eccleſiæ Romanæ ſenſu, intentione ac praxi, quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

quæ tunc obtinebat, quia primorum Reformatorum miniſterium ab ea emendicamus. pag. 261,a.b.

Non etiam conſecratio, quæ eſt tantum electionis declaratio,p.265,b.

Conſecratio poteſt abeſſe aliquo in caſu, Electio verò nunquam.p.266,b.

Vocatione ordinaria alicubi ceſſante poteſt ea reſtitui ab Eccleſia, nec requiritur ad id extraordinaria, & immediatè divina.p,268,a.

Pontifex non eſt de eſſentia EccleſiæOecumenicæ, nec Epiſcopus de eſſentia Eccleſiæ particularis. p.268,b.

Vocatio & ſucceſſio reſarciri debet ab ipſa Eccleſia.p.269,a.

Vitium originis non ſola abdicatione, ſed & præſcriptione, ſubſequenti acceptatione eorum ad quos pertinet aliiſque mediis, ſanari poteſt. p.276,a.

Miniſtris ordinariò vocatis ad confirmationem ordinarii miniſterii aut collationis iſtius miniſterii, miracula non ſunt neceſſaria. p.279,a. Ne quidem etiamſi in curſu miniſterii ſui inſolito modo docere ac miniſtrare incipiant, & pergant,ibid.b.

Poteſt ſubeſſe & frequenter nimium ſubeſt falſum ac deceptio ſignis & miraculis. pag. 284, b. 285,a.

Nullibi proclivior & frequentior eſt deceptio quàm in miris & prodigiis.p.285,b.

Miracula etiam fiunt in Eccleſia falſa & inter Ethnicos à Magis, à pſeudo-prophetis & uſurpatoribus,idque ope diaboli,p.288,a.

Miracula non ſunt neceſſaria ac perpetua in Eccleſia.p.288,b.

Miracula aliquando nocent, & prodeſt ſæpe ea non exhiberi, aut poſtulari.p 289,a.

Miracula proxime fidem non operantur tanquam ejus proprium principium: ſed fideles tantummodo, tanquam ſigilla ordinaria, confirmant. Et infideles nec principium nec doctrinam agnoſcentes tantùm remotè,tanquam motivum,diſponunt ad fidem, ſuadendo ut Doctori aures præbeant, aut doctrinę principium illud agnoſcant.p.289,b.

Ordinarius miniſter poteſt ſe ad opus Reformationis movere ſine prẹmonitione authoritativa ſuperiorum,aut coëpiſcoporum. p. 315, b. quod probatur exemplis.p.316,b.

Verbum Dei eſt principium & cauſa doctrinæ, p. 329,b.

Prædicator eſt motivum,inſtrumentum, & συναίτιον doctrinæ.ibid.

Diſputatio in cauſa religionis ab eo inchoari debet, quo directe & proxime animæ ſuæ ſalutem curare & operari debet populus, quod eſt fides in Chriſtum per charitatem efficax p.330,a.

In quæſtione de vocatione ſola facta non ſunt intuenda: ſed etiam jus eſt attendendum.p.336,b.

Et per conſequens Scripturis & rationibus hic opus eſt.p. 337,a.

Facta & teſtimonia humana extrinſecus accerſita & viſio factorum nihil faciunt ad fidei ſoliditatem,Scriptura verò maximè facit.p.344, b.

Vocationis malitia per ſubſequentem ordinationem bonam non tollitur.p.363,b.

Papatus quà talis non confertur ab ordinatione, aut ordinatore.p.364,b.

Cardinales pontificem eligunt ut tales, non vero ut presbyteri & diaconi Eccleſiæ Romanæ. p.365,b.

In rebus facti quotidie occurrentibus fides apud Pontificios locum habet.p 367,a

Solus ſubſequens conſenſus Eccleſiæ ex illegitimo non facit legitimum Papam.p.368,a.

Non eſt conveniens aut ita neceſſarium, ut quod officio includitur, aut eſſentialem cum illo nexum habet, formula juramenti promiſſorii in ſuſceptione officii exprimatur, eſt paradoxa theſis Ianſenii, & refellitur.p.374,b.

Electio illegitima facit illegitimam vocationem.p. 383,a.

Ventilatur theſis Ianſenii quâ dicit,Patres utramque ſucceſſionem perſonalem & realem urſiſſe tanquam neceſſariam.p.420.b.

Traductionem doctrinæ ex una Eccleſia in aliam, eſſe illam doctrinæ conſanguinitatem, de qua Tertullianus loquitur, imperitè, ſaltem admodum improprie,dicit Ianſenius.p.422,a.

Argumentum à ſucceſſione non fuit veteribus contra hæreſes & hæreticos primarium & palmarium p.423,a.

Ventilatur & refutatur theſis Ianſenii, qua dicit: Contra omnes hæreticos & non tantum contra ſcripturæ negatores hoc argumento utebantur Tertullianus & Irenæus.p.424,b.

Auguſtinum & Optatum contra Donatiſtas juſſiſſe Romanæ Eccleſiæ ſucceſſionem,dicit Ianſenius, quod explicatur & refutatur.p,427,a.

Reformati nō fugiunt examē ſucceſſionis:p.428,a.

Theſis Ianſenii, ex ſcriptura nō eſſe quærendā ſucceſſionē Eccleſię explicatur,& refellitur.p.429,a.

Refellitur etiam quod dicit, Eccleſiam noſtram & doctrinæ ſucceſſionem in ſcriptura quæri & inveniri non poſſe, quia nunquam in mundo fuit ante Calvinum.p.429,b.

Ratiun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Ratiuncula Ianſenii: Omnes hæretici Eccleſiam ſuam in Scriptura quærunt, & inveniunt, judicio non tam alieno, quàm ſuo, excutitur. pag. 430, a.

Succeſſio perſonalis & localis non neceſſario debet eſſe ininterrupta, & abſolute continua, p. 432, a.

Ad veræ Eccleſiæ ſalutarem fidem & demonſtrationem nō neceſſariò requiritur oſtenſio ſucceſſionis perſonalis & localis, p. 443, a.

Vera ſucceſſio non poteſt eſſe abſque reali doctrinæ ſucceſſione, p. 446, a.

Demonſtrare ſucceſſionem perſonalem 16. ſæculorum nec per ſe eſt facile, nec captui populari & cujuſlibet capacitati eſt facile, aut ſaltem non eſt facilius ex antiquitate ſucceſſionem, quam ex Scriptura veritatem fidei cognoſcere, p. 450, &c.

Theſis Ianſenii: ubicunque Paſtor non eſt, ibi nulla eſt Eccleſia, refellitur, p. 481, a.

Refutatur theſis Ianſenii qua ſtatuit, prætenſam ſucceſſionem non in omnibus Eccleſiis Apoſtolicis: ſed tantum in Romana quærendam eſſe, & in ea ſola etiam inveniri poſſe. p. 485, a.

Olim ex æquo provocatum fuiſſe ad Eccleſias Apoſtolicas & ad Romanam defenditur contra negationem Ianſenii, p. 506, a.

Veram ſucceſſionem deeſſe Eccleſiæ Romanæ, etiam illam quam deſcribit Ianſenius, p. 530. a.

Vellicantur verba Ianſenii quibus dicit: quod neutra pars populi, cum ſcil. non conſtat de vero ſucceſſore, ſive vero ſucceſſori ſive falſo bona fide adhęreat, ſciſmatis rea ſit, quia ille error non eſt rebellionis ſed dilectionis, p. 538, a.

Eadem illa doctrina quæ ab Apoſtolis fuit tradita, non eſt continua & ininterrupta ſucceſſione ad hæc noſtra tempora à ſede Romana ad nos tranſmiſſa, p. 543, & ſeqq.

Cum de ſucceſſione doctrinæ agitur, neceſſario de ipſa doctrina, quod talis, & quod ab Apoſtolis ita tradita ſciendum eſt, aut concomitanter, aut per modum præcognitionis: hæc autem præcognitio abſque Scripturis haberi non poteſt, pag. 575, b.

Romanos pontifices doctrinam fidei immutaſſe, & aliter docuiſſe quam ante doceretur, probatur, p. 577, a.

Ad petitionem Ianſenii, ut author probet vel unum articulum fidei à Pontificiis eſſe immutatum, reſpondetur, p. 579, a.

Dictum Ianſenii, Veteres nempe accuratiſſime vel unius ſyllabæ mutationem in Doctrina ſemel tradita annotaſſe, refellitur, p. 579, a.

Ianſenius affirmans: Interruptionem ſucceſſionis, mutationem doctrinæ, hæreſin aut apoſtaſiam nullam eſſe aut fuiſſe in Papatu, quia oſtendi nō poteſt quando, ubi & per quos facta ſit illa mutatio, quænam & à quibus ſit facta oppoſitio, vellicatur & refellitur, p. 580, & ſeqq.

Succeſſio Eccleſiæ Reformatæ probatur, p. 595. & ſeqq. & contra exceptiones Ianſenii defenditur, p. 604. & 605.

Diſcutitur exceptio Ianſenii, qua dicit: In Eccleſia iſtius temporis alia fuit externa facies, politiæ ſcil. & cæremoniarum, quam nunc eſt in Eccleſia Reformata, pag. 609, a.

Eccleſia quinti & imprimis ſexti ſeculi non fuit ſimilior Papiſticæ quam Reformatæ, p. 609, b.

Ventilatur quæſtio: An in ipſa Doctrina, religione & fidei dogmatis ſit conformitas inter Papiſmum & Eccleſiam 4, 5, & 6, ſeculi, ſaltem major quam eſt inter Eccleſiam illam & Reformatos, p. 612, a.

Diſcutitur: An in Eccleſia 7, & 8, ſeculi longè alia fuerit religionis facies, quam in Reformata, p. 616, a.

Reſp. ad object. Papa 9, 10, 11. ſeculo ſedebat, Oceanus Eccleſiæ Romanæ omnia occupabat. Ergo ibi non fuit Eccleſia Reformatorum, pag. 626, a.

Reſp. ad ſecundam object. Atqui tota terra ſequebatur beſtiam, ut Reformati dicunt, & omnes profitebantur fidem Papæ Romani. Ergo tum non fuit Eccleſia Reformatorum, Ibid. b.

Reſp. ad tertiam object. Non eſt illa Eccleſia Reformata quæ Antichriſtianiſmi & Papiſmi ingreſſum non animadvertit, illi non reclamavit, &c. p. 627, a.

Reſp. ad quartam object. Non poteſt cenſeri Eccleſia veſtra, quæ illa facie, illo titulo, &c. qualis nunc eſt, mundo non fuit cognita, p. 627, b.

Reſp. ad quintam object. Non poteſt dici Eccleſia Reformata tum temporis fuiſſe, cujus cœtus, templa, collegia, publicus cultus monſtrari non poteſt, p. 628, a.

Reſp. ad ſextam object. Vbi nulla eſt externa profeſſio doctrinæ Reformatæ per exercitia religionis, &c. fuit, ibi non fuit Eccleſia Reformata: ſed in Occidente nihil tale fuit. Ergo, pag. 628, a.

Reſp. ad ſeptimam object. Eccleſia cujus cathedræ, doctores, &c. monſtrari non poſſunt, illa non fuit, ſed Eccleſiæ Reformatæ cathedræ, &c. monſtrari non poſſunt. Ergo, p. 629. b.

Reſp. ad object. octavam: Fideles nulli tunc erant, qui iſta ſcientia & conſcientia profeſſi ſunt religionem, qua hodie Reformati, p. 631. a.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Reſp. ad nonam object. Non erant illi veſtri, qui in communione Romanæ Eccleſiæ perſtabant, quia ab illa ſe non ſeparabant, p.631,b.

Reſp. ad decimam object. Pauca illa nomina, quæ ex ſeculis illis numeramus, non faciebant Clerum aut Eccleſiam aliquam iſtius temporis, ſaltem per repræſentationem, p.633,a.

Reſp. ad undecimam object. Non fuerunt illi Eccleſia qui diſperſi à ſe invicem, & ſeparati in variis mundi partibus mutuam communionem non colebant, p.635,b.

Reſp. ad duodecimam object. Illa non habuit ſucceſſionem, quæ non habuit poſſeſſionem, ſed Eccleſia Reformata 11. ſeculo talis erat. pag. 636,b.

Reſp. ad decimam tertiam object. Quæ non habuit Eccleſiam repræſentativam, illa non habuit poſſeſſionem, ſed hanc Eccleſia Reformata non habuit, p.636,b.

Ad decimam quartam object. Quæ ſuffragiis non prævaluit, ſed adverſus quam Eccleſia Romana prævaluit, & quæ ab illa condemnata eſt, &c. illa non fuit Eccleſia Catholica, neque in paucis illis, &c. reliquiis ratio & ſucceſſio Eccleſiæ Catholicæ ſervari poteſt, ſed Eccleſia, quam dicimus tum fuiſſe, prævaluit, &c. Ergo. p.637,b.

Reſp. ad object. utraque ſucceſſio & perſonarum & doctrinæ luculenter in Eccleſia noſtra deſideratur, p.640,a.

Diſcutitur exceptio hæc: Conſanguinitas doctrinæ non eſt veritas doctrinæ, aut doctrina ſcripturis contenta, aut identitas doctrinę apoſtolicæ. Imo toto cœlo differre doctrinam Chriſti & Apoſtolorum, & doctrinæ illius ſucceſſionem, p. 641,a.

Reſp. ad Inſtant. hanc; Doctrina moderni Papæ cum omnium prædeceſſorum doctrina comparari debet, an ſit una eademque quæ perpetua propagatione à Petro per intermedios illos uſque ad eum devenerit, p.643,a.

Reformati non petunt principium quando ad probandum Eccleſiæ ſuæ ſucceſſionem, aſſumunt ſe habere doctrinam Apoſtolorum, 643,b. & 744,a.

Reſp. ad except. Non recte ſequitur, habemus veram doctrinam, Ergo & Eccleſiam Apoſtolicam, id eſt, Eccleſiam quæ continua ſucceſſione ab Apoſtolis huc uſque viguit, 645,a.

Excutitur exceptio: Succeſſio Eccleſiæ ab Apoſtolorum ævo &c. res eſt facti quæ ex Scripturis aut doctrina probari nequit. Nam quamvis natura Eccleſiæ, &c. 645-b.

Excutitur exceptio: Eccleſia Reformata quæ externa communione non eſt aut corpus Catholicæ, aut manet in corpore Catholicæ Occidentalis tanquam pars, illa non poteſt intelligi fuiſſe & ſucceſſiſſe in Catholica illa Occidentali, ſed eſt Eccleſia alia ſeu plane diverſa, 646,b.

Reſp. ad Inſtant. Mutatū eſt corpus & ſpecies, mutata eſt materia & forma Eccleſiæ, atque ideo non ſucceſſit, &c. 648,b.

Reſp. ad Inſtant. At qui ſimul non manſerunt, ſimul non mutarunt Reformati, ſed ſucceſſive particula alia poſt aliam, homines poſt homines, donec in cœtum particularem de novo coirent, & ſic Eccleſiæ poſt Eccleſias, &c. dum illa ſucceſſiva reformatio erat in fieri, ubi erat radix, truncus, corpus, totum Eccleſiæ Catholicæ? 650,a.

Reſp. ad Inſtant. Vbi non manſit idem Eccleſiæ Paſtor, nec ſub & ab eodem Paſtore ſucceſſio deducitur, ibi non eſt ſucceſſio unius ejuſdemque Eccleſiæ, 651,a.

Reſp. ad obj. Eccleſiam tanto tempore fuiſſe inviſibilem, tantundem eſt ac ſi non fuiſſet, ac ſi excidiſſent Dei promiſſiones, &c.654,b.

Reſpondetur objectioni contra ſucceſſionem Eccleſiarum Orientalium aliarumque extra Romanam, qua objicitur eas 10, & 11, ſeculo & inde uſque ad Lutherum non fuiſſe noſtras, neque catholicas, ſed hæreticas, &c. ſaltem à noſtris toto cœlo diverſas, &c. 656,a.

Reformatos nō eſſe ſciſmaticos probatur, 693, &c.

In accuſationibus præmitti debet definitio criminis ſi quæſtio juris obſcura ſit aut dubia, 704,a.

Definitio ſciſmatis Ianſeniana nihil facit contra nos, 705,b.

Applicatio ſciſmatis Ianſeniani ad noſtras Eccleſias examinatur, 706,a.

Romana Eccleſia non eſt antiquiſſima, 707,b.

De celebritate Eccleſiæ Romanæ quid tenendum, Ibid. Eccleſia Romana ſola non fuit vel eſt Eccleſia Catholica, 708,a.

Lutherani non ſunt communione ſeparati ab omni alia Eccleſia Catholica quæ fuit ante Lutherum, 709,b. 710,a.

Eccleſia Reformata manſit in radice Catholicæ Eccleſiæ, Factio Romana non manſit, 710,a.

Non omnis Eccleſia quæ ante & poſt quamcunque diviſionem ſeſe divellentem, eadem in ſua ſucceſſione & communione permanet, eſt ipſa arbor & truncus religionis, 711,a.

Romana Eccleſia non manſit eadem poſt factam diviſionem, 711,b.

In diviſione Eccleſiaſticæ civitatis, jus, poteſtas & denominatio verè & propriè manet penes meliorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

liorem, non vero penes majorem partem, neque etiam penes illam quæ habet Metropolim aut Eccleſiam matricem, unde reliquæ, &c. 712, a. & b.
Omnes Eccleſiæ Occidentales non ſunt propagatæ ex Romana, 713, b.
An major pars Occidentis Romanæ ſedi & Papiſmo ſubjecta ſit, diſquiritur, 713, b.
Quæ veram doctrinam invariatam tenet, à qua pars diviſa deſcivit, illa quod ad formam in vera ſucceſſione & communione permanet, 715, a.
Communio & juris Eccleſiaſtici ſociatio in Eccleſia Romana, poſt diviſionem, una eademque non manſit, 715, a.
Doctrina & facies religionis in Papatu poſt reformationem mutata eſt, ibid.
Ianſenii theſis hæc: Quæ congregatio non extenditur ubique ſicut altera, ſed certis locis remanet, illa fecit ſciſma, ab altera tanquam univerſali radice Eccleſiæ manente, non eſt univerſaliter vera, 718, a.
Applicatio theſeos iſtius ad noſtram eccleſiam, probatur non bene facta, 719, a.
Sciſmatici non ſunt, qui ex communione cum particulari Romana factione egreſſi ſunt, 721, a.
Eccleſia collecta & adulta non perpetuo & neceſſario dependet ab illa Eccleſia matre, per quam primitus ad fidem fuit adducta, 722, a.
Reſpondetur Ianſenio dicenti: Omnes, etiam noſtros contra Romanam Eccleſiam pugnaſſe, neminem expugnaſſe, ita ut hic magis firmata, alibi dilatata ſit, 724, b.
In toto orbe non dicimur Calviniani, multo minus Gummariſtæ, 726, a.
Nomen *Catholici* non eſt Papiſtis proprium, 728, a.
Iudæi cum de ſervatore noſtro loquuntur non nominant eum *Chriſtum*, 728, b.
Reſpondetur Ianſenio dicenti: noſtros ſediſſe Cathedram quæ ante non erat erecta, p. 730, a.
Ad ordinariam vocationem non eſt neceſſe, ut quis in recta linea in una & eadem cathedra Epiſcopali majores ſuos ad Apoſtolos uſque numeret, 730, a.
Oecolampadius in ſuo ſepulchro non eſt vocatus *primus Baſileæ Epiſcopus*, 731, a.
Pontificiis proprium eſt ſedere cathedram novam: 732, a.
Refellitur dictum Ianſenii: Quod multum novi juris invenerint noſtri, pontificii nihil, 733, b.
Reformati veræ Eccleſiæ pacis repudium non indixerunt, ſed pontificii, 734, b.
Controverſia de ſciſmate vel ſolum vel præcipue poſita eſt in eo, quod Eccleſia Romana apoſtatarit, ſit plena erroribus & idololatria, p. 736, a.
Nullo alio judice niſi capitalibus inimicis Romanam Eccleſiam apoſtataſſe, falſum eſt, 737, a.
Reformati criminationes hæreticorum non abſolvunt, 737, b.
Eccleſiæ Catholicæ non renunciarunt, 738, b.
Separatio omnis aut ceſſatio ab externa communione cum Eccleſia, non neceſſario infert ſeparationem a Chriſto, 739, b.
Hypotheſes quæ Ianſenio ſunt explicandæ & probandę, priuſquam nobis crimen ſciſmatis impingere poſſit, 740, b.
Reformati à Chriſto, à fide, ab Euangelio, à communione Chriſti & ſanctorum, à Chriſtianiſmo, ab Eccleſia Catholica, ab antiqua Romana ſeceſſionem non fecerunt, 741, b.
Salva fide & Euangelio non fit ſciſma, 742, a.
A ſubditis Eccleſiæ Romanæ non diſceſſerunt Reformati quod ad caritatem, 744.
Reformati non propter morum, ſed propter fidei deformitatem ſeceſſionem fecerunt, 745, a.
Majores noſtri initio reformationis non *omnia Catholicæ religionis monumenta, altaria, exercitia, congregationes, conciones, &c.* ultro tanquā polluta ac deteſtanda reliquerunt, 745, b.
Reſpondetur quæſtioni: quis expulſos & ejectos ex templis ac cætibus ſuis, coëgit alios cœtus formare, 746, b.
Reſp. ad inſtant. Atqui ſeceſſiſtis à corpore & communione Eccleſiæ Romanæ ſeu Romano-Catholicæ, in cujus communione olim Patres, & ante Lutherum vos ipſi cum reliquis Occidentalibus vixiſtis, 747, a.
Falſiſſimum eſt: Nullo corporalis ſupplicii genere in noſtros animadverſum eſſe ante ſciſmatis lacerationem, 748, b.
Reſpondetur dicto Ianſenii: Quævis potius mala ſuppliciaque ferenda eſſe, quam ſciſma facere, 750, a.
Refellitur, quod Ianſenius videtur præſupponere, noſtros omnes privato judicio corpus ſuum Eccleſiaſticum diſcidiſſe, & communitatis publica ſuffragia atque authoritatem uſurpaſſe, mutando corpus & formam Eccleſiæ pro libitu ſuo, aut ubi mutare non poſſent, communionem abrumpendo, idque abſque ulla cauſa, 751, a.
Reſp. ad Inſtant. Quiſque Reformatorum ſimul ac illi in mentem venit nova doctrina, judicio & motu proprio, abſque ordine, abſque communione & communicatione &c. ſolus authoritatem communitatis ad ſe rapuit, & opus Refor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

-mationis tumultuario auſu aggreſſus eſt, & peregit, ubi potuit, 752, b.
Reſpondetur ad Inſtant. Atqui multis in locis, ut in Belgio, &c. ſolus reformator aliquis nuper Monachus aut Laici aliquot omnem authoritatem Eccleſiaſticam uſurparunt, in colligendis Eccleſiis in cultus mutatione, &c. 753, b.
Reſpondetur Ianſenio dicenti: impietatem iſtam ſciſmatis Principum quorundam Chriſtianorum ſeveritatem provocaſſe, ſed non ſeveritate provocatam eſſe, 759, a.
Reponuntur adverſariis quæſtiones aliquot, ad ſucceſſionem & unionem Eccleſiæ ſuæ intelligendam, utiliſſimæ, 766.

INDEX QVARTVS

Rerum particularium & hiſtoricarum de perſonis, locis, rebus, &c.

A.

ACtio docendi, prædicandi &c. qua talis in ſe, non neceſſario includit veritatem doctrinæ, pag. 642, a.
Albigenſes, pag. 661, b.
Altaria papiſtica vetus Eccleſia non habuit, pag. 661, b.
Ambroſii ex commentariis in Epiſt. ad Epheſios locus qua mente à Voetio adductus, pag. 255. b. & 256, a. b.
Anaſtaſii Papæ decretum de Sacerdotibus, & Levitis quos Acacius poſt ſententiam in ſe latam ordinabat, p. 104, a. b.
Antichriſti deſcriptio ex pontificiorum ſenſu, pag. 629, b.
Antichriſtum adveniſſe aut adventurum credebatur anno 1001. pag. 626, a. & 638, a. b.
Apoſtaſia Romana à quibus deprehenſa ſit, pag. 738, b.
Apoſtolici qui ſint, pag. 406, a.
Argumentum à ſucceſſione non fuit veteribus palmarium, pag. 423, a.
Arminiani non ſunt noſtri, pag. 160, b. & 172, a. b.
Arnoldi Abbatis Ciſtercienſis pietatis & prudentiæ exemplum rarum ſcilicet, pag. 666. a.
Articuli quidam in quibus quibuſdam pontificiis cum pontifice ſuo non convenit, pagina 621. b.
Aſſa rex ut reformaverit religionem, pagina 153, b.
Authores Eccleſiaſtici ſuppoſititii, pag. 457, a.
Authores qui de bellis & diſſidiis Papiſtarum ſcripſerunt, pag. 674, b.

B.

BEllarmini diſſertatio de voce ποιμαίνειν eſt diluta, & refellitur, pag. 356, b.
Bellarmini liber adverſus Barclayum exuſtus, pag. 676, a.
Bellarmini mendacium, pag. 731, a.
Bellum inteſtinum pontificiorum, pag. 108, a.
Berengarius ſacramentariorum omnium pater revixit in Calvino, teſte Lindano, pag. 670, b.
Bertramus presbyter non admiſit tranſubſtantiationem, pag. 616, b.
Bernardi de Eccleſiis Græcis judicium, pagina 193, a.
Item Brocardi, ibid.
Bucerus Bonnam miſſus à perſona poteſtate prædita non peccavit uſurpatione ex conſequentia Ianſenii, pag. 191, a.

C.

CÆlibatui Clericorum Eccleſiæ quædam ſe oppoſuerunt, pag. 615, b.
Cæſarius miſer hiſtoricus, pag. 665. b.
Calviniſtæ olim dicti fuerunt Berengariani. pagina 670, b.
Canonicorum autoritas in Eccleſia Romana, pag. 103, a. b. & 104.
Cardinalium officium eſt novum, pag. 350, b.
Cardinalium ordo ſuperfluus & ſuperadditus eſt ex ſententia Petri de Alliaco, pag. 359, a.
Cardinalium munus habet triplex bonum, honeſtum ſcilicet, utile & jucundum, pag. 960, a. b.
Cardinales qua electione perveniant ad cathedram, pag. 732. a.

Cardinales

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Cardinales in quem finem à Papa creentur, pagina 236, a.
Caſaubonus paradoxon de epiſcoporum imparitate & præeminentia convulſit, pag. 242, a.
Caſus ſex de vocatione proponuntur, in quibus diſtinctiones adhibebant ipſi adverſarii, pagina 263, a.
Carolus V. in Hiſpania & Italia independentiæ egregium ſpecimen dedit, pag. 268, b.
Carolus IX. concilium nationale cogit, pagina 90, b.
Cauſa quæ à parte Reformatorum papatui intenditur, p. 336, b.
Cauſa diſſidii, & magni iſtius hiatus inter noſtram & papalem Eccleſiam, p. 349, a.
Cauſæ cur Eccleſiæ Reformatæ ſe à Papatu ſegregarunt, pag. 695, a.
Chriſtus eſt ſignum elevatum & radix in qua fundati & radicati debent eſſe omnes qui ſalvantur, non Papa Romanus, p. 490. b. & 505, b.
Chriſtus quam fidelis paſtor ſit ſuę Eccleſię, pagina 655, a.
Chriſtianiſmus, & ejus profeſſio differunt, pagina 741, b.
Choreæ & comœdiæ à Chriſtianis non ſunt ſpectandæ ex ſenſu veterum, p. 679.
Claſſes deceptionum quibus capta eſt imprudentia ſeu populi, ſeu cleri ipſius etiam pontificis, ſeu principum, procerum, & judicum, p. 343, a.
Clerici in papatu plurimi & religioſi utuntur diabolo magiſtro, p. 177, b.
Clerici irreformabiles authores & incentores perſecutionum in noſtros exſtiterunt, pagina 759, b.
Communio membrorum inter ſe qualis ſufficiat, ut faciant Eccleſiam, 636, a.
Communio & dependentia cum & ab Eccleſia Romana non requiritur ad eſſentiam Eccleſiæ, 647, a.
Communicatio mutua Eccleſiæ cum Eccleſia ſimpliciter non eſt neceſſaria, 652, a.
Communionis fraternæ exercitium cum Eccleſiis quibuſdam poteſt ad tempus ſuſpendi aut intermitti, 780, a.
Communionis fundamentum primarium & ſecundarium, 715, a.
Communio una eademque in Romana Eccleſia poſt diviſionem non manſit, 715, a.
Communio interna cum Chriſto & Eccleſia ſimpliciter eſt neceſſaria, p. 740, a.
Concilium Chalcedonenſe ἰσα πρεσβεῖα tribuit Patriarchæ Conſtantinopolitano, 82, b.
Concilium Nicænum Catharos in clero manere voluit, p. 197, b. & ſeqq.
Concilium Nicænum aſſignat Epiſcopo Romano Eccleſias ſuburbicas, p. 82, b
Concilium Sardicenſe Nicæni appendix aut ſupplementum non eſt, p. 200, a. b.
Concilii Epheſini canon 1. pag. 221, b.
Concilii Nicæni 2. proceſſus qualis fuerit, pagina 616, b.
Concilii Tridentini myſteria, p. 78. a.
Concilium Tridentinum ex Italis maximam partem, p. 76, b.
Concilium Turonenſe phylacteria, & amuleta magicæ artis inſignia vocat, p. 31, a.
Conciliorum acta quotidie refinguntur & augentur in papatu, p. 526, b.
Concilia multa decretaque facta Papis invitis, pagina 94, b.
Conjugalis unionis fundamentum eſt mutuus amor, 264, b.
Conſanguinitas doctrinæ cum Apoſtolica quomodo intelligenda, p. 422. b.
Conſenſus Patrum quis ſit Pontificiis nondum conſtat, p. 470. a.
Continuatio & propagatio doctrinæ Chriſti & Apoſtolorum in Eccleſia Romana non poteſt inveniri, p. 485, b.
Controverſiæ ſtatus inter Papalem & Siculorum regiam monarchiam, p. 387, b.
Corona triplex Papæ Trinitatem repræſentat, pagina 22, b.
Coronatio non facit reges, ſed ex hæreditario jure ſucceſſio aut electio, p. 264, b.
Cornelii à Lapide ſententia de paſtorum officio, p. 242, b.
Cottoni ſyllabus quæſtionum diabolo propoſitarum, p. 180. a. b.
Crucis adoratio & cultus abfuit à veteri Eccleſia, p. 613, a.
Curia Romana teſtes veritatis producit, pagina 622, a.
Cypriani tractatus de unitate Eccleſiæ quàm corrupte ſit editus à pontificiis, pagina, 494, a.

D.

DAEmones in Francia & Italia venales regeriuntur, pag. 36, a.
Delrio condemnat formulas exorciſticas, pagina 31, a. b.
Delrio abſurde negat ab Vrbano V. eandem vim agno Dei & Chriſto tribui, p. 43, b.

Demonſtratio veritatis ex nominibus non pendet, p.661.b.
Differentia inter quæſtiones quas author Ianſenio,& Ianſenius authori propoſuit,p.348.b.
Difficultas in formando antiquitatis decantato conſenſu, p.470.a.
Difficultas & diverſitas major circa expoſitionem Patrum, Hiſtoricorum & ſimilium ſcriptorum accidit, quam circa explicationem,Scripturæ accidere poteſt, p.415.a.
Pro Diſcrimine Papali inter Sacerdotem ſeu Preſbyterum & paſtorem Eccleſiæ nihil adferri poteſt quam jus humanum, p. 224. a.
Diſſimilitudo Pontificiorum, Arianorum,Neſtorianorum,Eutychianorum, Anabaptiſtarum, Libertinorum, & Trinitariorum, p.195.a.
Diſtinctio Cabaliſtica inter ἄρνια, id eſt agnos, & πρόβατα, id eſt, oves : Item inter ἀγαπᾶν & φιλεῖν,pag.357.a.
Diſtinctionem & exceptionem quibus doctores Papiſtici authoritatem Concilii & Papæ elevant, p. 419.a.
Donatio Conſtantini, p. 441.a.

E.

EDmundus Aubertus Euchariſtiam veteris Eccleſiæ edidit Pariſiis, p.44.a.
Eccleſia Africana Epiſcopos Donatiſtas in ſuis honoribus ſuſcipiendos eſſe cenſuit, p.195.b.
Eccleſia Africana excluſa à Romana,p. 83.a. Item Leodienſis, ibid.
Eccleſia 4, 5, & 6. ſeculi ne quidem in uno errore habuit formam & faciem papiſmi,613.a.
Eccleſia vera alicubi poteſt eſſe ſine exercitiis relig. 628.
Eccleſia in templis & parietibus non debet quæri, 629, a. & 672.b.
Eccleſiæ ſuæ Deus varie providit in medio papatu, 630,b. 631.
Eccleſiæ diſperſio non tollit Eccleſiam, 636.a.
Eccleſia falſa externo ductu & forma veram imitatur, p.609.b.
Eccleſia comparatur fluvio per eundem alveum ex eodem fonte aut capite perpetuo labanti, pag. 436.a.
Eccleſia Catholica cum Romana cathedra à Pontificiis gratis commutatur, pag. 485. a. & 519.b.
Eccleſiæ antiquiſſimæ & celeberrimæ olim ſucceſſionem ſuam derivarunt ſeorſim non à Romana,in Romana & per Romanam,p.489.a.
Eccleſia Græca antiquior eſt Romana, p.491.a.
Eccleſia Hieroſolymitana reſpectu originis & primæ propagationis mater Eccleſiæ Catholicæ dici poteſt,p.491.b.
Eccleſiarum diviſio olim derivata eſt ex diviſione reipublicæ politica. pag. 493. a.
Eccleſiarum enumeratio quæ per reformationem ſeceſſerunt. pag.708.b.
Eccleſiarum dependentia.p.722.a.
De Eccleſiæ authoritate ſtatus controverſiæ, pag. 763.
Eccleſia repræſentativa non eſt ſola, nec proprie Eccleſia 636.b.
Eccleſiæ Orthodoxæ ſplendor & amplitudo 10 & 11.ſeculo.638.a.
Eccleſiæ miſer & apoſtaticus ſtatus ſeculo 11. uſque ad Lutherum cœpit emergere 639.b.
Eccleſia eſt apoſtatica quæ habet doctrinam Chriſti,644.a.
Eccleſiæ interciſio ad tempus (ſi fingatur facta) non tamen tolleret omnem ſucceſſionis rationem. 645. b.
Eccleſia Reformata non eſt diverſa ab antiqua Catholica aut Occidentali. 648.a.
Eccleſiæ corpus non eſt mutatum per reformationem, 649. a.
Eccleſia eſt ens ſeu totum ſucceſſivum,650. b.
Eccleſiæ dependentia ab Eccleſia, non facit neq; ad eſſe,neque ad bene eſſe Eccleſiæ, 653.b.
Eccleſia manet etiamnum afflictiſſimo ſtatu, pag. 654.b.
Eccleſiaſtica politia & libertas quanto tempore in papatu maxime oppreſſa ſit,654.b.
Eccleſiæ Orientales magis ac magis declarant ſe longiſſime à papali factione abeſſe & ad Eccleſiam noſtram propius accedere, 658, b. 710. b.
Eccleſia Orientalis non poteſt ferre ὀφρὺν δυτικὴν, pag. 80.a.
Eccleſia Romana eſt inſanabilis, 698. b. Sciſmaca eſt,698. b. non eſt antiquiſſima, 707. b. Celebritas ejus non abſque diſtinctione agnoſcenda, 707. b. Poſt ſeparationem non manſit eadem, 711. b. Ab illa omnes Eccleſiæ Occidentis non ſunt propagatæ, 713. b. Et 722. a. Ejus ſpiritus & forma mutata eſt,715.a. Non habet eandem doctrinam & religionis faciem quæ erat ante reformationē.715. b. Non habet certā Scripturam,ibid.Nec infallibilem judicē controverſiarū,716.b. Variis modis mutata eſt, 717.b.

Quanto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Quantopere reformationem horreat. 755,b. Et quibus de cauſis & prætextibus,Ib.& 775,b.olim infantibus tribuebat Euchariſtiam,p. 111.a.
Eccleſiæ Romanæ mercatura circa vocationem, beneficia, & officia eccleſiaſtica, p.379. faciens partem diſciplinæ,p.380,a.judice ipſo Ianſenio, p.381,a. & ejuſdem Eccleſiæ dignitate,authoritate,eminentia,pag.507,&c. Eccleſia illa non credit fide divina ullum ſacramentum,p. 591,a.
Editionum varietas, inconſtantia, fides incerta, pag.459,a.
Electionis canonicæ definitio in Papatu.p. 264,a.
Eliſabetha regina Angliæ à Pio V. excommunicata,p.75,a,
Epiſcopus ante conſecrationem ſpirituale conjugium cum Eccleſia iniiſſe dicitur,p.264,a,
Epiſcopi ſoli non conſtituunt Eccleſiam,p. 636,b.
Epiſcopi Papatus veteribus Epiſcopis diſſimiles,p. 611,a.
Epiſcopi Angliæ & Germaniæ non ſunt exauctorati,p.79,b.
Epiſcopi Tridentini hebetudo,p.78,b.
Errores ab univerſalibus conciliis ſeminati, à nationalibus extincti,p.96,b.
Exceptiones doctorum circa revelationes Sanctorum,p.590,a.
Excommunicatus pro quoque die debet ſolvere unum groſſum,p.85,a.
ExemplaEpiſcoporum qui reformationem inchoarunt,& adjuverunt,p.66,& ſeqq.
Exempla Eccleſiarum quæ Papæ ſe opponunt, p. 80,b.& 81,a.
Exempla eorum qui excommunicati fruſtra fuerunt à Papis,p.83,a.
Exempla varia magorum in Papatu, pag. 33, & ſeqq.

F.

FActa & teſtimonia pro veritate & ſucceſſione vocationum in Papatu nondum ſunt explicata aut definita,p.344,b.
Faſciculus temporum teſtatur circa annum Domini 1000, fidem Chriſtianorum defeciſſe, hominesque auguriis & maleficiis intendiſſe, pag. 32,b.
Fides apud Paulum, 1.Cor.13, 2. eſt fides chariſmatica,743,a.
Fides vera conſtituit & demonſtrat Eccleſiam, p. 443,a,
Formulæ ægrotos & morientes viſitandi in Papatu conſentientes doctrinæ Reformatorum,630,a.
Fratricelli à Iohanne XXII. condemnati à Gregorio XI. & Eugenio abſoluti.p.211,a.
Furtum ſecundum Pontificios in extrema neceſſitate non eſt furtum,p,17,b.

G.

GEnebrardus punctationem Syriacam N.T. fruſtra allatrat,p.53,b.

H.

HÆreſes & ſectæ fuerant inter Iudæos, pag. 448,b.
Henricus Borbonius à Sixto V. excommunicatus,p.75,b.
Hieronymus favit revera presbyteris,p. 111,a.
Hilarius in condemnandis Arianis non exſpectavit conſenſum,p. 90,b,
Hiſpaniæ rex quotannis à Papa excommunicatur, p.75,b.
Hiſtoria Magdalenæ de la Cruz,Cordubenſis ſagæ, pag.33,a.
Hiſtoria Mariæ abbatiſſæ, abbatis Brandolini. pag. 33,a.
Hiſtoria Zvvinglii,p.101,a.
Hiskia ut religionem reformaverit,pag.253,b.

I.

IAnſenius patres mala fide allegat,p. 46, & ſeq. Inepte oſtentat peritiam linguæ Hebrææ,idque contra decretum Concilii Tridentini, p. 49,b. Orthographiam oblitus eſt,p.54,a.
Ianſenii exceptiones cum inſtantiis contra theſin Voetii,Reformationem eſſe actum ordinarium miniſterii,proponuntur & refutantur,pag. 245. & ſeqq.
Ianſenius habet novam Methodum diſputandi p. 315,b. maledicit Scripturis, p. 339,b. eſt unus de numero hæreticorum, 340,a. relicta cauſa hominum peccatis exaggerandis intentus eſt, 349,b. cum Cardinalibus ſuis vadimonium deſerit,365, a. nihil reſpondet ad quæſtionem de juramento Epiſcopali, & an tali intercedente juramento vocationes Apoſtolicæ peractæ ſint. 374,375. Reſpondet per omiſſionem ſeu præteritionem,379,a. Turpiter deſerit cauſam 381, a.Omnia ridet, 382,a.confitetur non omnium vocationes in Papatu eſſe legitimas.Ibidem,unde elicitur contradictoria prioribus hypotheſibus ejus.Ibidem,b. Non eſt auſus attingere probationem ſucceſſionis realis.i.doctrinæ, 421,b. mentitur,p.430,a.ſibi contradicit, 428,a.439, b.446,a.473,a.477,a.530,b.531,a.539,b.578,b.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Ad abſurdum redigitur,pag.431,b.Nec ſua nec Authoris verba intelligit,p. 474,a. ſeipſum caſtigat, 474,b. deducitur ad impoſſibile,484,b. Eſt ignorans & perfidus in allegandis patribus 492,b.Tenetur lege Cornelia propter admiſſum crimen falſi, 495,a.Perpetuo ludit homonymia vocum honoris, eminentiæ ſeu dignitatis, 507, b.Bis falſarius eſt,513,a.habet conſcientiã cauterizatam & duplicem falſitatem committit, 524,a,& b. ſuis contradicit, 530,a. eſt peſſimus conſcientiæ Magiſter, 538, a. non libenter aggreditur diſputationem ex Scripturis de veritate doctrinæ,575,b. habet Spiritum levitatis & contradictionis, 579,b. provocatur ut demonſtret, hodiernum Papiſmum primis ſex ſæculis fuiſſe creditum, traditum, digmatizatũ,p.591,a. Rurſus ut prædicti Papiſmi profeſſionem probet ex Catholico conſenſu Patrum & doctorum per ſingula ſæcula, aut ſaltem per omnia collective, p 591,b.

Ianſenius ſtupenda ἀνισονοία imponit mundo, 635,a Inexpertus & affectibus indulgens, 640, a. mentitur,Ibid.b. imperite & ſubdole confundit ſucceſſionem perſonalem cum reali, 641,b. confundit identitatem doctrinæ apoſtolicæ cũ doctrinæ iſtius veritate, 642, b. ejus calumnia detecta,642,b.non bona fide Eccleſias Orientales accuſat de hæreſi,656,a.ſimulat triumphum & pro *catalogo Teſtium veritatis* arripit *Martyrologium Gallicum*, 659,b. illudque carpit,660,a. Mendaciter & indocte recoquit calumnias de doctrina VValdenſium,662, b. Infeliciter legit teſtimonium Nicolai Vignerii de VValdenſibus,669,a. Indulget mendaciis,671,b de ignotis confidenter garrit,673,a.ſtuporem & rerum ignorantiam prodit, 675,b. deprehenditur falſus,681,a.Mendax eſt, 682,b. non bona fide refert hiſtoriam de Pleſſæi diſputatione cum Perrono, Ibid. ejus dexteritas, 685, b. ejus dicterium *de Pleſſæo milite* refutatur, 687,b. ſibi contradicit,704,b. in deſcriptione & probatione ſciſmatis, ne unum adfert Script. locum, 706,a. provocatur ad probandum radicem veræ Eccleſiæ Catholicæ tantum eſſe in ſede Papali,721, a.ejus impudens & ſtolidum commentum,721 b.ſibi contradicit,726,b. Ejus ignorantia & temeritas,728,b. effundit mendacia, 730, a. ſibi contradicit ibid. Calumnias ejus 737,a. 738,a. triplici perfidia pervertit Authoris verba,741,b. pœnas luit contemptus Script.742,b.apertis erroribus & mendaciis perpetuo impingit, 746, b.eſt infelix hiſtoricus & Chronologus,759,a.

Idololatria quædam eſt licita ſecundum Valentiam Ieſuitam,p.695,b.

Imagines & picturæ cultu religioſo & adoratione non honorabantur in veteri Eccleſia, pag. 613,a.

Imaginum cultui quinam ſe oppoſuerint,p.615,a.

Imperator electus ante coronationem regit, pag. 265,a.

Imperatores qui Papæ ſe oppoſuere,p.81,a.b.

Index eorum qui ſeculis,9.10,11. factioni papatus à reformatis opponuntur, & pro membris ſuis agnoſcuntur,p.624.

Indulgentias Papiſmi vetus Eccleſia non habuit, p.612,b.

Innocentius III. Cepha exponit κεφαλὴν, Baronio applaudente,p.56,a.

Inquiſitionis decretum ſanguine ſcriptum Madriti 14.Kal.Mart.anno 1598,p.749,a.

Invocatio ſanctorum qualis in Papiſmo nunc eſt, in Eccleſia,4,5,& 6. ſeculi non fuit in uſu,pag. 613,a.

Iohannes Heſſels Papiſtas Magiæ arguit,p.31,a.

Iſidorus Rutherus contra vocationem, & ſpecialem miſſionem Græcorum tempore concilii Florentini, cum Latinis conſpiratione clanculum inita galerum Cardinalicium à Pontifice conſecutus eſt,p.260,b.

Iudæi cum loquuntur de Servatore noſtro non nominant eum Chriſtum,p.728,b.

Iudæi ſunt hodie gens peculiaris & ſeparata, & quare,p.487,b.

Iuramentum Epiſcopale mutatum,p.717,a.

Iuramentum Epiſcopale, nullam aut Dei, aut Dei gloriæ, aut Chriſti ,aut Euangelii,aut animarum ſalutis mentionem continet, p.376,a.

L.

LAici aliquando propter defectum presbyterorum ante ullam vocationem Eccleſiaſticam iis actibus functi ſunt, quibus presbyteri ex ordine defungi ſolent,p. 270,a.

Lipſiæ conventus anno 1631,p. 107,b.

Liturgia & Pſalmodia Veteris Eccleſiæ quàm diſſimilis ſit Papiſticæ,p.611,b.

Leo X.excommunicatus non poteſt excommunicare,p.218,a.

Lutherus non fuit tantum monachus, ſed etiam doctor,lector,& ſacerdos,p. 104,a. Eſt euangeliſta cælitus miſſus, & tamen ordinariò vocatus,p.174,a. Non fuit judex in propria cauſa, & quis fuerit ejus judex,.p.215,b. propter ſententiam conſubſtantiationis in cœna à Reformatis hæreticus nõ habetur,p.214,b.Nec facit ille ipſius error ad hanc cauſam, p.215,b. Nec tollit cauſæ ipſius bonitatem,p.216.ab Eccleſia, ſive

Catholica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Catholica ſive Occidentali, ſive maxima ejus parte non fuit depoſitus, p.221,b. Quomodo dixerit Chriſtum hominem non eſſe omnipotentem, & Neſtorium & Eutychem non erraſſe niſi in modo loquendi, p.222,b.

Lutherum fateri Miſſę abrogationem à Spiritu Satanæ didiciſſe falſum eſt, pag. 174,a. & ſeqq.

Lutheri doctrina falſitatis non eſt peracta, pag. 214,a.

M.

MAnducationem in Euchariſtia qualem ſtatuat vetus Eccleſia, p.612,a.

Manuſcriptorum exemplarium varietas, incertitudo, p.458,a.

M. Antonius de Dominis evulgat hiſtoriam Concilii Tridentini, p.78,a. Queritur de amplitudine Eccleſiæ reformatæ, p.92,b. paradoxum de Epiſcoporum imparitate & præeminentia convulſit, p.242,a. In Marpurgenſi colloquio conſenſus initus inter Lutheranas & reformatas Eccleſias excepto articulo de Euchariſtia, pag. 107,a.

Martinus V. caſſavit bullam Gregorii XI. contra 500 errores Raimundi Lullii, p.210,b.

Maximilianus ab Einatten condemnat formulas exorciſticas, p.31,a.b.

Martyrologium Gallicum defenditur, 660, 661, 670, 671, 672.

Martyrologia noſtra non habent tales teſtes quales matyrologium Anabaptiſticum continet, 673,a.

Mereri quid ſignificet antiquæ Eccleſiæ, p.612,a.

Militibus in Papam officia maxima Eccleſiaſtica tribuuntur, p.158,a.b.

Miniſtri Sylvæducenſes legitime vocati, pag. 120, & ſeqq.

Miracula Indica, p.123,a.b.

Miraculorum donum in Europæis regionibus vix ulli hodie in Europa habent, 31,b.

Molinæus Perronum protrivit, p.686.

Monachi Papiſtici veteribus monachis diſſimilem, p.611,a.

Monachorum authoritas & privilegia, p. 102, a.b. eorundem ſtudia & molitiones contra Epiſcopos, p.103,b.

Mortuorum liberatio è purgatorio per indulgentiarum, &c. nundinationem in 4,5,& 6. Seculo non novit Romanum forum, 613,a.

Muhammed æque ac Papa jactat infallibilem inſpirationem Dei, p.431,a.

Mutatio in Euchariſtia quid Patribus ſignificet, p.612,a.

Myſterium diſcordis concordiæ & licentioſæ ſervitutis in Papatu, p.419,b.

Myſterium iniquitatis Miſſæ defenſum à Riveto, p.676,b.

N.

NAngiacus ſive Nangius qualis ſit hiſtoricis, p.666,a.

Navarrus carpit ſuperſtitiones Magicas Papatus, p. 33,a.

Nazianzenus fatetur ſe nullius con cilii exitum vidiſſe bonum, p.91,a.

Neceſſitatis caſus quatuor, in quibus, ne animarum fiat jactura, præter ordinem poſitivum Eccleſiaſticum aliquid fieri poſſit, p.250,b.

Nomen Catholici non eſt Papiſtis proprium, pag. 728,a.

Numerus diſcordantium errorum in Papatu, pag. 673,b.

O.

OEcolampadius in ſuo ſepulchro non eſt vocatus primus Baſileæ Epiſcopus, pag.731,a.

Onuphrius Panuvinus Stephanum II. qui tantum triduo Pontifex fuit, in ſerie Pontificum numerandum ſtatuit, quia juſtis comitiis renunciatus eſt, p.266,a.

Opiniones doctorum quæ in Papatu poſt diviſionem factæ ſunt d e fide, p. 16,b.

P.

PApa vocatur dominus Deus noſter. pag. 22,a.

Papa ſanctos in Divorum numerum aſcribit, & rurſus eximit quos vult. p. 22. b. Invitus cogit concilium Tridentinum. p 76.b. Subornat eò titulares Epiſcopos. ibid. Iudex in propriâ causâ. p.215.b. ei licet privilegia & reſcripta dare antequam coronetur. p.264.a. ejus poteſtas ac magiſterium à quibus olim rejecta fuerint. p.615,a.

Papatus variæ ſectæ. p.728, ejus doctrina quid poſſit ſignificare, p.699,b. ubinam poſt reformationem magis ſit firmatus. p.725,a. nullibi eſt dilatatus, ibid. Fluctuatio in multis religionis articulis. p.212,a. qualis ſit. p.588,b.

Papiſmus ut talis non fuit agnitus & receptus in Eccleſia 7,& 8. ſeculi. 616,a.

Papiſmus præſens quo reſpectu ſimilis ſit Chriſtianiſmo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

niſmo.4,aut 5.ſeculi.pag.610,a. ejus inundatio ſeculis. 10.& 11, non fuit tanta,ut fidem & Eccleſiam ejusque ſucceſſionem penitus extinxerit.p.639.

Papiſſam Iohannam fuiſſe ex pontificiis ſcriptoribus probatur.p.542,a.

Papiſtæ teſtantur Papas nonnullos Mag iam exercuiſſe. p.32,a.b. primis reformatoribus non objecerunt uſurpationem ſed abuſum vocationis & ordinationis. p. 65,b. & ſeq.omnes Eccleſias reformatas Lutheranas vocant.p.106,b. eorum bella & diſſidia.p.674,b.

Papiſtæ & *Romani* cognomina adverſarii ab hominibus ſumſerunt.727,a.

Papiſtæ non dicuntur *Catholici* ab aliqua ratione Chriſtiana; non etiam à Mahumetiſtis, Iudæis aliiſque.727,b.

Paralleliſmus Chriſtianiſmi &Papiſmi.p.597.

Paradoxa decem recenſentur & refutantur, quibus Ianſenius octavam ſuam hypotheſin de ſpeciali commiſſione Paſtorum ad reformandos errores ſtabiliri debet.p.241,& ſeqq.

Paſce oves meas ſunt verba adhortationis, non conſtitutionis beneficii Eccleſiaſtici.p.353,b.

Patres quidam ſunt ſciſmatici ex ſenſu pontificiorum p.239 a. Non dicunt Romanam eccleſiam eſſe centrum & radicem aliarum.p.492,b. Verba illa *paſce oves meas*, ad omnes Paſtores extendunt.p.354.

Pauli Iovii teſtimonium de luxu & faſtu Paparum & Cardinalium p.359,a.

Pax Chriſtianorum vera quæ ſit.p.735,b.

Perronus quis,677, a. de Epiſtolis ejus judicium autoris,678, a. Regem Hiſpaniæ & miniſtros ejus ridet,679,b. Cardinalium nuditatem detegit.ibid.

Perſecutionum in noſtros mitigatio omnis eſt à principibus, exaſperatio ab Eccleſiaſticis.760,a.

Petro prætenſum illum primatum datum eſſe non probatur ex Iohan. 21, p.353,a.b. & ſeq. Petrus cur ter interrogatus à Chriſto.p.354.

Pleſſæus qualis ſcriptor & quantus Theologus. 677,a. de Pleſſæo teſtimonium Buxtorfii.677,b.

De Pleſſæi libro & diſputatione hiſtoria non eſt ignota Belgio.680,a.Diſputatio ejus cum Perrono. 681, a. morbus ejus durante diſputatione. 681,b. de morbi cauſa.682,a. ejus reſponſio ad acta collationis Beliaquæç.684,b.cũ Riveto Baroniũ,ejuſq; recoctorẽ Couffeteau protrivit.686,a.

Ποιμαίνειν & βόσκειν ſunt ſynonyma. p.355,b.

Polonicæ Eccleſiæ conſentiunt.p.107,a.

Polydorus Virgilius Vrbinas hiſtoricus infidus.p. 666,b.

Pontificum Romanorum officium non eſt inſtitutum in Petro.p.352,b.

Pontifices Romani doctrinam fidei immutarunt. p.577,a.& 592,a.

Pontificiorum variæ methodi diſputandi. 319,b. ſacra eorũ Chameleontis inſtar modo hos, modo illos colores induunt,p.377,b. Illorum exceptiones ad dicta patrum & hiſtoricorum.468, b. Ars in falſificandis & expurgandis patribus 496. Fides, conſcientia & confidentia in allegandis patribus.527,b.

Pontificii ſunt Scripturarum lucifugæ & clerici irreformabiles. 331, b. parricidas beatorum & martyrum catalogo adſcribunt 373, a. Ad examen ſucceſſionis provocantur.428,a. Corrumpunt, expurgant & corrigunt ſcripta Patrum. 459,460,Nec antiquis nec novis ſuorum editionibus acquieſcunt. 461, a. Crimen falſi in editione librorum committunt.ibid. Authoritatem patrum elevant, eoſque calumniantur & conviciantur.461,462.

Authentica Biblia corruperunt. 496,b. Titulis & privilegiis Eccleſiæ ludunt incautos. p. 519,b. nullis fere ſcriptis & ſcriptoribus antiquorum mediæ ætatis & recentiorum ſuorum ſtare aut fidere audent.527,a.

Pontificiorum mos in refutandis adverſariis ſuis. 686,a.& b.

Pontificii milites & militiam exercentes. 687, b. ſedent cathedram novam. 732, a. Invenerunt nova jura.734,a. pacis repudium veræ Eccleſiæ indixerunt. 735, b. quantopere horreant reformationem.755,b.Fidem non tam docere quam cogere volunt.764.

Pontificii doctores extenuant magicas cæremonias. p.36,a. Iidem defendunt & promovent. p.36,b.

Præſumptio in cauſa vocationis non ſufficit, ſed fides.p.325,b.

Praxis doctrinæ papalis evincit electionem eſſe fundamentum miniſterii. p.266,b.

Presbyter tempore Hieronymi omnia faciebat quæ Epiſcopus exceptâ ordinatione,p.104,a.

Principes Europæ aliquot proteſtantur contra Concilium Tridentinum,p.77,a.

Pudicitia Ieſuitarum & Papiſtarum.p.373.b.

Q.

QVæſtiones in Theologia capitales quæ ſunt, p. 331,332,333.

Quæſtio alia eſt, an in Eccleſia Catholica Romanus aut Conſtantinopolitanus aut ſimilis Epiſcopus exſtiterit; & alia quæſtio, An exſtiterit Papa univerſalis vicarius & magiſter in ſpiritualibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

libus & temporalibus, atque is fuerit ſemper Epiſcopus Romanus, p.350.b.

R.

Rebellionis papiſticæ arcanum Ianſenio reponitur, p.372.b.

Reformatores primi provocarunt à Papa ad legitimum concilium, p.79. a. abſque vocatione & ordinatione Eccleſiaſtica miniſterium non uſurparunt, p. 237. b. plerique non ſunt degradati, p. 84.a.

Reformatorum opus extraordinarium poteſt conſiſtere cum vocatione ordinaria, eamque minime ſubvertit, p.310. a.

Reformatorum ſeparatio ab Eccleſia Romana quomodo intelligenda, p.311.a.

Reformatores unde habuerint poteſtatem ad opus reformationis, p.311.b.

Reformatorum commiſſio in quo diſtincta fuerit à prophetarum, p.314.a.

Reformatoribus quo ſenſu novum miniſterium acceſſerit, p.314.b.

Reformatoribus pluribus in opere reformationis autoritas Eccleſiæ & communitatis ſuæ, cui inerant & ſuberant, præſto fuit, p.317.b.

Reformati non ſepararunt ſe ab Eccleſia matre, 700. b. quomodo ſe ſepararint ab illis ſuis, qui quondam & etiamnum ſub jugo papali gemunt, 701. a. moderatio reformatorum qua utuntur in bello illo ſpirituali contra pontificios, 701. a & b. eorum paucitate non eſt quod gaudeant Pontificii, 709. a. non dicuntur in toto orbe Calviniani aut Gummariſtæ, 726. a. nullum patrem agnoſcunt, niſi Dominum Ieſum, 727.a. non ſedent cathedram quæ ante non erat erecta, 730. a. pacis repudium veræ Eccleſiæ non indixerunt, 734. b. criminationes hæreticorum non abſolvunt, 737.b. à Chriſto, à fide, ab Euangelio, &c. non receſſerunt, 741. b.

Reformatorum actus duo, qui etiam neceſſario & per ſe ad reformationem requiruntur, 752.b.

Reformatio in doctrina & moribus Papatus poſtulata & promiſſa poſt exortum Lutherum, 671.b.

Rex Hiſpaniarum electione ſua in regno Siciliæ erigit novam & ſecundam (præter papalem) in Eccleſia Monarchiam ex ſententia Baronii, 383.b.

Rex Hiſpaniæ habet & prætendit ſupremam & independentem poteſtatem in Sicilia circa Eccleſiaſtica, p.385.a.

Ritus Eccleſiæ quos admittit vel rejicit Eccleſia Reformata; 609.a.

Ritus & externa politia eſſentialem unitatem & veritatem Eccleſiæ neque ponunt, neque tollunt, ibid.

Rivetus defenſor myſterii Pleſſæani, 685. b. cum Pleſſæo Baronium protrivit, ejuſque recoctorem Coeffeteau, 686. a. abſtergit calumnias ſibi à Ianſenio injectas, 689. a.

Roma futura eſt ſedes Antichriſti in Pontificios, 486. a,

Romana factio non manſit in radice Eccleſiæ Catholicæ, 710. non poteſt cognoſci nec diſtingui niſi nomen factionis ſibi ſumat, 727.b.

S.

Sacerdotes miſſifici non erant in antiqua Eccleſia, pagina 611. b. eorum dignitas, pagina 105. a.

Sacrificium papiſticum vetus Eccleſia non habuit, pag. 612.b.

Sciſma omne non poteſt conſiſtere cum doctrinæ Apoſtolicæ veritate, pag. 645. a. quando deſinat in hæreſin, aut hæreſin ſecum trahat. 645. a. quodcunque non tollit rationem Eccleſiæ, pag. 645.a. quid ſit. 698. a. late ſumptum quid ambitu ſuo comprehendat, 698. b. hæreſin & apoſtaſiam ſecum trahit. 699. a.

Sciſma neque crudelitati, ſed crudelitas ſciſmati occaſionem dedit, 760. b.

Sciſmatis culpa in quos ſit conferenda, 696. b. natura nulli ſectæ magis convenit quam Romano-Papiſticæ, p.703.b. deſcriptio Ianſenii reformatos non tangit, 705.b. notæ Ianſenianæ non noſtræ Eccleſiæ, ſed Papatui conveniunt, p. 720.a.

Sciſmatici non ſumus, quia ex communione cum particulari Romana factione ſumus egreſſi, pag. 721. a.

Scotus fatetur ſine Eccleſiæ declaratione nihil cogere admittere tranſubſtantiationem, p. 44. b. Idem dicit ante concilium Lateranenſe eam non fuiſſe dogma fidei, ibid.

Seceſſio implicita & obſcura, item ſeceſſio partialis, pag. 632.b.

Seceſſio Eccleſiarum Occidentalium à Romana non eſt ſeceſſio aut à radice primatus, aut à radice originis, 724.a.

De Seceſſione Reformatorum quædam concluſiones negativæ, p.702.a.

Sententiæ variantes in Papatu, pag. 200, b. 589, a.

Sententiæ quædam blaſphemæ in laudem Mariæ, pag.619, a.

Separatio immediata, quæ 694. a mediata, quæ 694, a.

Separatio Catholicorum à Papatu fuit juſta & neceſſaria, 695,a. non eſt deſertio Eccleſiæ, 696,a.
Separatio Reformatorum ab Authore deſcripta ſciſmatis definitionem non admittit,697,b.
Separatio omnis ab externa communione cum Eccleſia non neceſſariò inſert ſeparationem à Chriſto,739,b.
Separationis debitæ à parte Reformatorum cauſa ac ratio explicatur & defenditur,736,a.
De Separatione in hypotheſ. quid ſtatuant Reformati,699,b.
Separatos cœtus quando Reformati primò inſtituerint,696,b.
Series & enumeratio Pontificum poſt octavum ſæculum prærupta, interrupta, confuſa, &c. pag.480,a.
Series & ſucceſſio perſonalis Pontificum Romanorum multis modis fuit interrupta propter rationes quæ allegantur,pag,541,b.&.542,a.
Sex ſeculis primis nulla Eccleſia, nullus Doctor, nullus Martyr, nullus Confeſſor,nulla familia, nullum Eccleſiæ membrum, ſive in Occidente, ſive extra Occidentem fuit Papiſta,p.591, b. & 606,b.
Siciliæ monarchia regi Hiſpaniarum à ſede Romana collata auferri non poteſt, pag. 216,b.
Sixtus Biblia authentica edens corrigitur à Clemente VIII. p.54,b,
Spaſmus virginis Mariæ,p.211,b.
Succeſſio Eccleſiæ ininterrupta in cathedra Romana apud Pontificios eſt de fide, p.367,a.
Succeſſio quid ſit ex definitione Ianſenii, pag.403, a.caſtigatur ab authore,Ibid.b.
Succeſſio doctrinæ & Cathedræ à Ianſenio confunduntur,p.404,b.
Succeſſio doctrinæ quomodò intelligenda, pag. 405,a.
De ſucceſſionis realis & perſonalis neceſſitate quid ſtatuunt Orthodoxi,p.405,a.
In ſucceſſionis controverſia quid Ianſenio ſit probandum,& quibus diſtinctionibus pugnandum,p.406,a.
Succeſſio perſonalis in caput & ſucceſſio perſonalis in corpus quid ſit,p.406,b.
Succeſſio perſonalis non eſt nota veræ Eccleſiæ, pag. 410,b.
Sic carentia ſucceſſionis iſtius non eſt certa nota falſæ Eccleſiæ,p.411,a.
Succeſſio perſonalis & localis nota fuit Eccleſiæ Iudaicæ: ſed non poteſt eſſe nota Eccleſiæ Catholicæ,p.412,a.
Succeſſionis Papiſticæ apparatus, eſt merum ſpectrum & ludibrium,p.419,b.
Succeſſio perſonalis ſemper debuit eſſe: ſed non eſt neceſſe ut diſtinctè&explicitè cognoſcatur&demonſtretur ſemper fuiſſe,420,b.421,a.
Succeſſio ſcitu & demonſtratu neceſſaria & ſufficiens ad ſalutem,p.426,b.
Succeſſio doctrinæ & Eccleſiæ in Scriptura eſt quærenda,429,a.
Succeſſio localis pontificia interrupta,441,a.
Succeſſionis perſonalis demonſtratio non conſtituit Eccleſiam aut fidem,p.443,a.
Succeſſionis perſonalis cognitio abſolutè difficilis eſt,pag. 452,a.
Succeſſio ex Scripturis eruitur facilius quam ex luce factorum,p.471,a.
Succeſſio perſonalis Romanorum Pontificum ab Auguſtino, Optato, Epiphanio uſque ad noſtra tempora non ita eſt explicata,ut facilia hic omnia,ut nulla obſcuritas,incertitudo,contradictio ſit relicta,475.b.479,a.
Succeſſio Eccleſiæ Reformatæ probatur à ſeculo 7,uſque ad 9,pag.614, a. A ſeculo 9, uſque ad 11,pag 620.
SucceſſioEccleſiæ perpetua ſalvatur in tribus, pag. 633,a.In paucis bonis,Ibid.
Succeſſio doctrinæ apoſtolicæ à doctrinæ illius veritate non debet ſeparari, nec poteſt,p.641,a.
Succeſſio perpetua & commentarius ſive deſcriptio perpetuæ ſucceſſionis non ſunt confundenda,p.641,b.
De Succeſſione doctrinæ Papalis ſtatus controverſiæ. p.642,b.
Surius queritur de amplitudine Eccleſiæ Reformatorum,p.92,b.
Syllabus blaſphemiarum quibus Papiſmus ad faſtigium perductus & Eccleſia tyrannice conculcata eſt,p.618,b.

T.

TEmpla Papiſtica non habuit Vetus Eccleſia, p.611,a.
Teſtimonia quorundam Pontificiorum de odioſa & pene impoſſibili reformatione abuſuum in Papatu,p.757.a.

V.

VEnetus ſenatus à Paulo V.excommunicatus, pag.75,b.
Veritatis demonſtratio ex nominibus non pendet, pag.661,b.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Virgilius per Zachariam pontificem condemnatus quod ſtatueret antipodes,p.211,a.
Vocatio paſtorum Reformatorum fuit ordinaria, p.307,a.
Vocatio aliqua poteſt eſſe extraordinaria quæ tamen fit mediante miniſterio hominum, 308,a.
Vocatio Reformatorum quo reſpectu poſſit dici extraordinaria,pag.308,a.
Vocatio Reformatorum ad opus reformationis non fuit immediata,ſed mediata,313,a.
Vocatio Papæ Romani in Scripturis non occurrit, 358,a.
Vocatio Papæ quæ fit per electionem Imperatoris eſt nulla &illegitima, ſecundum Pontificios, p.362,b.
De Vocatione & electione Epiſcoporum in regno Siciliæ,pag.381,&.382.tota pendet à Rege, p.384,a.
De Vocatione Epiſcoporum tutelarium, puerorum,&c. in Eccleſia Romana,388,a.
Vocatio & miſſio conjunctæ erant in Eccleſia Apoſtolica,nec una ſine altera conferebatur,pag. 338,a.
De Vocationibus in Papatu octo & quinquaginta quæſtiones, pag. 391,&aliquot ſequentibus.
Vnitas doctrinæ in Papatu qualis ſit,588,b.
Voetius à miniſtris non ſuppoſitus, nec ab eis commentarios accepit, pag.7,b. Ejus judicium de toto ſcripto Ianſenii,pag.57, & ſeqq. Quid ſecundum Voetium liceat omnibus reformatoribus ſive Eccleſiaſticis, ſive politicis, ſive laicis,p.248,b.

VV.

VValdenſes defenduntur,662,b.&c.
de VValdenſibus teſtimonium Thuani,662,b.Aeneæ Sylvii, 663, b. Raynerii inquiſitoris,664,a, Iacob. de Reiberi,664,b.Cæſarii,665,b.Nicolai Vignier,669,a.
VValdenſes & Albigenſes teſtes religionis noſtræ,666,b.
VValdenſium propoſitiones doctrinales,668,b.

X.

Ximenius Hebræum & Græcum textum comparat latronibus.p.50,a.

Z.

ZVVinglii ſomnium,p.305,a.
Zvvinglii verba (albus an ater fuerit neſcio) quomodo intelligenda,p.305,b.

LECTORI SALVTEM.

Scriptum hoc noſtrum quamvis inchoatum ſub finem anni 1631, abſolutum tamen non eſt, niſi ſub finem anni 1633: partim quod laboribus in miniſterium Eccleſiæ, privatamque adoleſcentum quorundam inſtitutionem quotidie impendendis aſſiduo diſtinerer; partim quod lentâ hâc feſtinatione jacturam fieri vix putarem, dum ſcriptum à Gulielmo ab Angelis Ianſenii noſtri in hâc causâ ſocii promiſſum, cum Apologiâ Terroni contra Molineum exſpecto, ut ſi qua de Vocatione, ſucceſſione, ſimilibuſque præjudiciis ibi occurrerent, quibus cauſa hac illuſtrari poſſet, eadem opera examen eorum huic ſcripto infererem. Sed cum fruſtra ſpe illa lactatum me viderem, ex caſtris Flandricis domum reverſus magnam operis noſtri partem nitidè deſcriptam D. Theodoro Simoni Ianſenii noſtri Antagoniſtæ Leidæ tunc agenti tranſmiſi menſe Octobri 1633, ut per occaſionem de typographo inquireret. Interea amici amanuenſium vicem præſtantes, reliquam partem ſedulo deſcribunt, quam etiam proxime ſequenti hyeme typographo exhibendam curavi. Ab illo tempore, ſub manibus amicorum & typographi, operam ejus poſt longas ambages promiſſam exſpectat. Ille dum moras nectit, neſcio quam chartæ caritatem prætexens, intervenit vocatio Vltrajectina; quæ rationibus, ſtudiis, & prioribus de editione conſiliis meis perturbatis occaſionem videbatur ſuppeditare, ſcriptum meum ad prælum hic Vltrajecti propria manu corrigendi. Sed hoc fruſtra ſpero, & typographorum pragmaticis mihi antehac ignotis delaſſatus editionem in aliud indefinitum aliquod tempus rejecturus fuiſſem, niſi ante menſes aliquot eximius & celebris typographus Ioh. Ianſſonius zelo & liberalitate Ampliſſ. Magiſtratus Vltrajectini operi huic admotus fuiſſet, qui brevi tempore & feliciter hoc, quod vides, abſolvit. De his monitum te volui, amice lector, ne forte mireris qua prudentia & fide multarum in Europa rerum particularium mentionem faciam, quarum nunc longe alia facies, ut nihil in humanis ſtabile. Nihil mutavi nec mutare potui, ab eo tempore quo hæc ſcripſi, & deſcripta ſub aliorum manibus eſſe volui: contentus modo lineam unam atque alteram manu amicorum qui Leidæ tunc erant, addidiſſe; quamvis non pauca interim in variis authoribus occurrerent, nonnulla etiam eveniſſent, quæ circa novellam factorum hiſtoriam uberius aut aliud reſponſum ſuppeditarent. In epilogo ſcripti mei peculiare reſponſum ad 3 quæſtiones Ianſenii cum promiſiſſem; poſtea exemplar nactus ſum tractatus Ioh. Meſtreſati miniſtri Pariſienſis editi anno 1633, quod dum obiter percurro, deprehendi Libertinicam illam quærendi pruriginem in Ieſuita Regourdo & Cardinali Perrono (unde procul dubio ſua hauſit Ianſenius) ita caſtigatam eſſe, ut nihil adverſariis relictum ſit præter Atheiſmum ſeu Epicureiſmum (ſiquidem pergant) aut turpe ſilentium. Legat Ianſenius, legat lector quicunque; & ſi quid excipere aut ultra quærere libeat, ſpondeo fore, qui Meſtreſati atque adeo veritatis Chriſtianæ religionis apologiam ſuſcepturus ſit. Porro de indicibus operi ſubjectis moneo, illos à me nec contextos nec recenſitos, propter feſtinationem typographi; æqui bonique conſulat lector, ſi forte authores in tam moleſto opere, alicubi mentem meam haut ſatis aſſecuti ſint. Vale VIII. Kal. Octobr. Vltrajecti 1635.

GISB. VOETIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Errata tam Amanuenſium quàm Typographorum, quæ ob ſcriptionis obſcuritatem irrepſêre, ab authore notata hæc ſunt.

PAg, 6, a.l.35, *lege* rationum *pro* nationum, p.7.b.l.35, hos *pro* hoc, p.23, a.l.30, *lege* Adhæc in *e* Papa, p.25, l. ant
penult, *lege* Rituale de, p.34, a.l. 14, & 36. a.l.25, nimis *pro* minus, p.34, b.l.41, *lege* conniventia, p.34, l.ult. *lege*
fallor, p.35, a.l.5. *lege* indicibus. Ib. l.18, ἀπομειβόμενος, p.36, a.l.4, &. 603, b.l.13. Non *pro* nos, Ib. l.14, Ga
farellus, Ib.l.28, Iovium, p.37, b.l.6, utrum; p.39, b.l 33, רנן. p.41, b.l.36, קרא. Ib.l. 37, כרך. p.42, a.l.31. Magico-form
bus, p.49, b.l.4, & p.531, a.l. 31, ait *pro* aut. Pag. 66, a.l.24, *lege* indi e, p.71, a.l.39 *lege* Nonnius. Ib.b.l.27 *lege* Smetius
p.73, a.l.8. *lege* Tremonianus. Ib.l.27 *lege* Maſio. Ib.b.l.38 *lege* Monhemius. Ib.l.39 Iohannes *pro* Iacobus, Ib.l.4, a
lege Lonicerus, p. 80, a.l.29 *lege* ὀφρὺν. Ib.l.31 *lege* illud *pro* illum. Ib.b.l.10 *lege*, ut quidem ſuos, p.81, b.l. 19 *lege* in
nes, p.87, b.l.28 *lege* παρεφυὰς. p.120, b.l.6. *pro* Timoth.4, 24 *lege* 14, p.157, b.l.16 *lege* vix hæreticis, p.184, a.l.ult. *lege*
ablata, p.193, b.l.30 *lege* ordinati, p.194, b.l.21 *lege* addicunt *pro* dicunt, p.199, b.l.18 *lege* ſtes *pro* ſes, p. 201, a.l.23 *lege*
eſt pro iſta, p 202, b.l.16 *lege* Creſconii, p.209, a.l.10, *lege* attigerimus, p. 211, a.l.25 *lege* Bojor, p.213, a.l.41 *lege* nequ
univerſale judicium, pagina 223, b.l.4. *lege* decreta. Ib.l.27 *lege* improbent. pagina 237, a.l.15 *lege* alio, p.246, b.l.33, *lege*
imbuere, pagina 244, a.lin. 34 *lege* mandantis *pro* mandatis, pagina 248, b.l.33 *lege* Occupatio vero & uſurpatio
p.252, a.l.30 *lege* ab *pro* ad, p.254, b.l.20 *lege* miniſtrum, p.263. a.l.23 *lege* à Rege, p.247, b.l.8 *lege* eſt *pro* eſſet, p. 282,
a.l.20 *lege* inſolitum. p.285, a.l.15 *lege* conferat. Ib.b.l.30 *lege* periculum quàm à. p.288, b.l.30, σημείων p.303. b.l.37
Poterit, p.309, a.l.6. offerimus, p.317, a.l.16, inſonuerint, p.319, b.l.5, *lege* numerentur. Methodi. Ib.l. 33 & 416, a.l.26
lege quos, p.324, a.l.35 *lege* vero ex ἱστορία Phyſica &. p.325, a.l.7, ſubſumam. Ib. b.l.17, genuino, p.327, a.l.26, recidit,
p.336, b.l 5 *lege* θεανθρώπῳ, de ejus perſona, Ib.l.23. Cap.27, p.335, b.l.38 *lege* mercentur, p.339, a.l.14 *lege* Moſcovia
p.341. a.l.26 *lege* lytas *pro* Zytas, p.342, b.l.18. Hypobolymæum, p.343, a.l.40. Amylius, p.354, a. l.10, minis *pro* mi
nus, p.385, b.l.14, ἀνεπεύθυνος. Pag. 420, a.l.28 *lege* Iudæos Scripturas pervertentes, p.431. b.l.39 *lege* quodque *pro*
quoque. Ib. *lege* Pontificiis, p.446, a.l.9 *lege* utrum *pro* ut cum, p.449, a.l.19 *lege* Erant. p.467, b.l.16, Maſſonus, p. 469
b.l.14, utrumque *pro* utcunq;, p.481, b.l.30 eſt *pro* eſſet, p.496, a.l.24. Gretſerus. Ib.b.l.22. Maſoram. Ib.l.23, קריא. Ib.
l.24, gumim, pag.467, a.l.4. הוא Ib. *lege* היה p.517, a.l.14, tribui, p.523, b.l.26, Dalecampius, p 526, a.l.41, *lege* ſtoli-
de, p.527, a.l.31, indicem. Ib. b. l.5. Papatu, p.522, a.l.5, & 528, b.l.24. & 728, a.l.10. Bitontinus, p.531, b.l.1. *lege* gemi-
num. Ib.l.18 *lege* Iſlebium, Ferrierium. p.536, a.l.16, & b.l.21 *lege* vacatio *pro* vocat. p.541, a.b.29, & p. 604, b.l. 24, &
608, a.l.27 *lege* Sic *pro* hic, p.542, b.l.7 *lege* deſcriptione Italiæ; l.15 *lege* Doglioni, l.23, de Papiſſa Iohanna, p. 552, l.25
Hamfr. Lynde, l.30, Hierem, p.580, b.l.3, & 4. ἀκριβεστάτη, p. 582, b.l.25, *lege* demonſtrare non queant, p.583, a.l.24
mutatione. Ib.b. l. 28. errabatis, p.584, a.l. 20, locum *pro* lolium, p.587. a.l.26, Ruffinus *pro* Iuſtinus, p.59 , b.l.8.
lege illum *pro* alium, p. 592, a.l.24, *lege* ut in Rom p.594, a.l.40, *lege* Occidente, p.602, b.l.5, *lege* Papiſtam *pro* Papiſmo,
p.609, a.l.38 *lege* Philipp. 3, verſ.15, p.613, b.l. 14 *lege* tectum *pro* tertium, p.616, a.l 34, *lege* fuiſſe; tunc obtinuiſſe, & p.
619, a.l. 40, *lege* Ludolphus, p, 620, CAPVT VIII. p.621, b.l.37. Sim. Muis, l.38, præfationem de ea tractantem, l.39,
approbatam, p.623, a.l 24 *lege* id eſt Non. p.624, a.l.33 *lege* nolunt, p.626, b.l.37 *lege* viri, p.627, a.l.2 *lege* Perronus &
& Ianſ. Ib. b. l.37, forma *pro* fama, p.628, a.l.20, vermis *pro* vernus, p.629, b.l.35, homodoxis, p.633, a.l. 18. hæreticos,
p.634, b.l.21 *dele* non, p.637, a.l.36, Creſvvello. Ib.b.l.26 *lege* gementibus *pro* gentibus, p.639, a.l.10, defenſorem. Ib.l.
22, exhibeam. Ib.l.23, mutationem. Ib.b.l.20 *lege* inulti, p.640, CAPVT IX. Ib l.14 *lege* noſtræ *pro* veſtræ, p.642, a.l.26
lege aut *pro* ante, pag.643, b l.39 *lege* primo, p. 644, a.l 5. voce *pro* cove, p.645, b.l 40, factum *pro* falſum, p. 646, a l.13
lege quia. Ib. b. l.31 *lege* ſive *pro* ſuæ, p.647, b l.21 *lege* potentia: & poterat. p. 648, a l.5 *lege* petitas *pro* poſitas, p.649,
b.21 *lego* aliud *pro* alium, p.657, a.l.3, effulgeret, Ib l.8. vindicatæ. Ib.b.l.8 Ideam, p. 655, a l 31. נורא, p.656, b. l.16 fun-
damento, pag. 657, a.l 34 *lege* Apoſtolus *pro* Amplius. Ib.b.l 28, circumciduntur, p.659. CAPVT X. p.660, b.l.11, *lege*
nullam, pag.665. b.l.30 *lege* credulitate, p.667, b.l 16, referunt, p 668, a l.6. Nycticoraces. Ib.l.12 *lege* unus, p.670, a l.28
ſtolidaſque p.673, a.l 22, & 23, inde pro unde, pag 665. CAPVT XI p.677, b l.22, Perronum. p 678, b l.31 *lege* cum *pro*
cur, p 679, a.l.17 *lege* can. *pro* cum Ib.l.39. Bellaquææ, p 680, a.l.6. detorſiones, p.682, a l.41, *lege* ſtrepitum, p.686, a.
l 4, affectiones. Ib.l.12 *lege* illũ. Ib.l.21 *lege* Reformatis. Ib.l.23 Perroniana. Ib. l 40, ab *pro* ad, p.687, a.l. 18 *lege* Des *pro*
DD. p 694, a.l.30, poteſt *pro* poſt, pag.697, b.l. 4, diligere, p.698, a l. 21. Vadianos. Ib.l.31, Catholicæ. Ib.b.ult. ton *pro*
Thom. p.701, a.l.5, *lege* petentes, p.717, b.l.11, Chriſtianiſſimi, p 728, b.l.4. vindicet, pag.729, a.l.24, אותי, l.25, שחלו & l.
30, בעבור p.732 l.penul. *lege* Iovius, p. 735, a l.30, *lege* notione, p 736 CAPVT V. q.737, b.l.9, ad illa, p.738, b.l.7. κατὰ πα-
χείτω, p.739, a.l.24, deſertio, p.745, b.l.39, & 40, *lege* coacti, p 746, b.l. 13 *dele* ei, p.757, a.l.5. Vlenbergii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
3100 D 4